




2 400 40  MADE IN SPAIN



~~SACRAE~~
BIBLIOTHECAE
~~SANCTORVM~~ PATRVM,
Veterum SEV,
 SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
 TOMVS SEXTVS,


Quo, diuinæ Liturgiæ, & alia quæ ad Ecclesiasticæ disciplinæ Sacramentorumque rationem
 pertinent, descripta ab illis Opuscula comprehenduntur.

Per MARGARINVM DE LA BIGNE, ex alma Sorbonæ Schola, Theologum Doctorem Parisi.
 EDITIONE SECVNDA.



PARISIIS.
 M. D. LXXXIX.
 CVM PRIVILEGIO.





DIVINARVM LITVrgIARVM, ET ALIORVM

OPVSCVLORVM QVÆ AD ECCLESIASTICÆ DISCIPLINÆ & SACRAMENTORVM RATIONEM PERTINENT; & À VETUSTISSIMIS PATRIBUS CONSCRIPTA, HUIUS BIBLIOTHECÆ TOMO SEXTO CONTINENTVR; INDEX.



ANCTI IACOBI Apostoli, Fratris Domini, & Hierosolymorum primi Episcopi, diuina Missa. col. 1.
 Liturgia, seu Missa, sancti Apostoli & Euangelistæ MARCI, discipuli sancti Petri, è Græco sermone in Latinum conuersa. col. 19
 Diui BASILII, Cæsareæ Cappadociæ, Episcopi. Anaphora, ex vetustissimo Codice, Syrica lingua & caractere, scripto & traducta per Andream Masium. col. 31. Eiusdem Precatio, quâ solebat, operatus sacris, vti apud Deum; tralata ex Syrico, per eundem Andream Masium. col. 42
 SEVERI Patriarchæ Alexandrini Liber de Ritibus Baptismi. col. 43. Eiusdē Ordo oblationis mysteriorū. col. 56. Eiusdem Precationes ABE-CE-Dariæ Syrorū. col. 61
 Missa, qua ÆTHIOPEs cōmuniter vtūtur, quæ etiam Canon vniuersalis, appellatur. col. 65
 Item Ordo Benedictionis Puerperæ, secundum vsum Æthiopum. col. 82. Item Ordo Baptismi secundū vsum Æthiopum. col. 84. Item Ordo Mysteriorum, siue administrationis Sacramenti Confirmationis. col. 104
 Missa MOZARABEM, D. Leandro, Hispalensi Episcopo peculiariter in Hispaniis vtitata. col. 105
 Græcorum Officium de Mysteriis ante consecratis sanctæ Quadragesimæ. col. 109.
 Eorundem, Sacra Mysteriorum ante consecratorū Liturgia, Interprete G. Genebrardo, Theologo Parisensi, Diuinarū, Hebraicarūq; literarū, Professore Regio. col. 112
 Canon de Sanctissima Virgine, Domini IOANNIS Monachi ZONARÆ, contra hæreses. col. 132
 S. P. N. GERMANI, Confessoris, ex Cizicensi Episcopo, Patriarchæ Constantinopolitani: Rerum Ecclesiasticarum Theoria. col. 135
 MAXIMI Monachi, Liturgiæ expositio. col. 263
 NICOLAI CABA SILÆ, Episcopi & Confessoris, Liturgiæ expositio. col. 191
 Ordo instituendi Diaconum: videlicet, quomodò ministrat Diaconus cum Sacerdote, in magno Vespertino & diluculo, & Liturgia: compositus & expressus à sanctissimo & Oecumenico Patriarcha, PHILOTHEO. col. 243
 Orationes Missales deuotissima, ex vetustissimo manuscripto GOTTICO Missali. col. 251
 FLORI Magistri, qui floruit tēpore Caroli Calui, Exegetis, siue Expositio Missæ. col. 261
 Expositio MISSÆ transcripta ex venerandæ vetustatis Codicibus. col. 279
 PASCHALI RATBERTI, Abbatis Corbeiensis: De Corpore & Sanguine Domini in Eucharistia Liber, ad Placidum Abbatem. col. 291
 LANFRANCI, primū Cadomensis Abbatis, deinde Archiepiscopi Cantuariensis, de Eucharistiæ Sacramento, aduersus Berengarium, Liber. col. 355
 Guitmundi, ex Monacho Monasterij Crucis Hæctonis apud Ebroïcenses Normanos. S. R. E. Cardinalis, & Archiepiscopi Auerfani, de Corporis & sanguinis Christi veritate in Eucharistia: Libri tres. col. 385. Eiusdem: de Sancta Trinitate, Christi humanitate, corporisque ac sanguinis Domini nostri veritate, Confessio. col. 445. ad Guilielmum. i. Regem Anglorum, cū Episcopatum recusaret, Oratio. col. 599
 ALGERI, de Sacramento Corporis & Sanguinis Domini, Libri tres. col. 451

- D. ODonis**, Cameracensis Episcopi, Expositio sacri Canonis Missæ. col. 549
D. Stephani Edvensis Episcopi, de Sacramento altaris, Tractatus. col. 563
B. Samonæ, Gazæ Ciuitatis Archiepiscopi; disceptatio cum Achmed Sarraceno, perspicue docens, panem ac vinum, per Sacerdotem, consecratum; verum esse & integrum corpus ac sanguinem Domini nostri Iesu Christi. col. 595
 Excerptum, à B. Gregorio III. P. Maximo editum, ex Patrum dictis Canonumque sententiis, de diuersis criminibus & remediis eorum. col. 603
 Responſa canonica Timothei, Sanctissimi Alexandrini Episcopi, qui fuit vnus ex C. L. Patribus qui Constantinopoli conuenerunt. col. 613
 Ex Nomocanone Nesteytæ, fragmentum. col. 617
D. Methodii Sanctiff. Patriarch. Constantinop. Commentatio, de iis qui abnegarunt per diuersos modos & ætates. col. 619
Timothei Presbyteri, Sanctissimæ magnæ Ecclesiæ, & vasorum custodis Sacrosanctæ Deiparæ quæ est in Calcoprateis, de differentia eorum qui accedunt ad sanctissimam nostram Fidem. col. 619
 Interrogationes vndecim, quorundam Monachorum qui extra ciuitatem exercebantur, & Responſiones, quæ ad eas factæ sunt à sancta Constantinopolitana Synodo, tempore sanctissimi Patriarchæ Domini Nicolai. col. 621
D. Nicetæ; de ordine qui tunc obseruatur cum quis à Sarracenis ad nostram Fidem transfugit, ex libro xx. Thesauri Orthodoxiæ, Fragmentum. col. 625
D. Odonis, Parisiensis Episcopi, Synodice Constitutiones. col. 629
D. Galonis S. R. E. Cardinalis, Constitutiones. col. 639
D. Vvilielmi, Parisiensis Episcopi, Additiones. col. 640
 Constitutiones, ex Concilio D. Petri, Archiepiscopi Senonensis. col. 642
 Constitutiones, ex Concilio D. Galteri, Archiepiscopi Senonensis. col. 642
Manvelis Patriarchæ Responſa ad Belle Episcopi Interrogationes. col. 643
Iacobi; Sancti Georgij ad velum aureum, Diaconi Cardinalis; de centesimo seu Iubilæo Anno, liber. col. 647. Eiusdem; de eodem Iubilæo, Profanus Liber. col. 662
D. Valafridi Strabonis, de exordiis & incrementis rerum Ecclesiasticarum, Liber vnus. col. 667
D. Bernonis Augiensis Abbatis, de quibusdam rebus ad Missæ Officium pertinentibus, Libellus. col. 709
Micrologus de Ecclesiasticis Observationibus. col. 729
Radulphi de Rivo, Decani Tungrens; de Canonum obseruantia, Liber. col. 771
Amalarii Fortunati, Episcopi Treuerensis; ad Hludouicum pium, Imperatorem; de Ecclesiastico Officio, Libelli quatuor. col. 847. Eiusdem, de ordine Antiphonarij, Liber.
Nicolai Episcopi Methonensis; ad eos qui hesitant, aiuntque consecratum panem & vinum, non esse corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, Tractatus. col. 1145
 Expositio, de Celebratione Missæ, à D. Remigio Antifiodorensi Episcopo edita, & Sanctorum Patrum sententiis & auctoritatibus confirmata. col. 1149
Photii Patriarchæ Constantinopolitani, Nomocanon: cum Commentariis D. Theodori Balsamonis, Patriarchæ Antiocheni, Gentiano Heructo, Aurelio Interprete. col. 1173
S. Ludouici Galliarum Regis Christianissimi, Pragmatica Sanctio. col. 1273. Eiusdem, memorabile cum Raimundo Tholosatum Comite Arriano, Fædus. col. 1275



SANCTI IACOBI APOSTOLI, FRATRIS DOMINI, ET HIEROSOLYMORVM

PRIMI EPISCOPI DIVINA MISSA.

SACERDOS INCIPIT.

P
ECCATORVM
 multitudine inquinatum ne me spreueris, Domine Deus noster. Ecce enim accedo ad diuinum hoc & supercæleste mysterium tuum; & indignus quidem sed de tua bonitate confusus emitto tibi vocem: *Deus sis mihi peccatori propitijs, peccavi in cælum & coram te, neque dignus sum qui oculos obuertam huic sacræ & spiritali Mensæ, in qua vnigenitus Filius tuus & Dominus noster Iesus Christus, mihi qui peccator sum & omnibus maculis labefactus, mysticè proponitur in sacrificium. Proinde hanc orationem & gratiarum actionem tibi offero, vt mihi Spiritus tuus paracletus mittatur, fortificas ac instaurans me ad hanc MISSAM: dignumque me habeas qui vocem illam quam ex te populo annunciaui, citra meam damnationem proferam in Christo Iesu Domino nostro; cum quo benedictus es, vnà cum omnibus modis sancto & bono & viuificatore atque Consubstantiali tibi Spiritu; nunc, & semper, & in secula seculorum: Amen.*

Diuinum & supercæleste mysterium.

Missæ.

Spiritus sanctus.

Trinitas, vnus Deus omnipotens.

Thuris vnus in Missa. Isa. 6. 6.

Sanctum Altare.

A siste sancto ALTARI tuo vt tibi laudis Sacrificium offeramus: & presentem hunc ex nobis inutilibus seruis tuis suffitum recipe in odorem suauitatis; fectoremque animæ & corporis nostri, fragrantem, redde; ac vi illa Spiritus tui sanctificantem nos sanctifica: solus enim tu sanctus es, qui sanctificas & sanctificaris; Fidelibusque impartitis: quem vnà cum æterno Patre tuo, ac modis omnibus sancto, bono, & viuifico Spiritu tuo, gloria decet nunc, & semper, & in secula seculorum: Amen.

Oratio in principio.

B enedice Rex seculorum, vniuersæque creaturæ opifex; recipe, ad te accedentem Ecclesiam tuam per Christum tuum; & singulis, quod vile est, perſice: omnes ad perfectionem adduc; & nos gratia tuæ sanctificationis dignos redde; nos in sanctam tuam Ecclesiam congregans quam tibi assignasti precioso sanguine vnigeniti Filij tui Domini & Seruatoris nostri Iesu Christi; cum quo benedictus es & laudatus, vnà cum sanctissimo & bono, viuificoque Spiritu tuo; nunc, & semper, & in secula seculorum: Amen.

Diaconus. Dominum rurſus oremus.

Sacerdos dicit Orationem, cum incenditur thus in ingressu Congregationis.

D eus qui admisisti Abelis dona, Noë & Abrahami Sacrificium, Aaronis & Zachariæ thymiamam; accipe (quæso) de manibus nostris (qui sumus peccatores) thus hoc quod tibi adolemus in odorem suauitatis, nostrorumque peccatorum remissionem ac totius Populi tui; quia benedictus es, & te gloria decet Patrem & Filium ac Spiritum sanctum; nunc, & semper, & in secula seculorum: Amen.

Diaconus. Domine benedice.

Sacerdos, ipsi adprecatur.

D omibus & Deus noster Iesus Christus, qui per immensam bonitatem ac amorem acerrimum crucifixus est; & lancea, clausisque perfodi non recusauit: qui ARCANVM AC TREMENDVM HOC MYSTERIVM, ad recordationem æternam, nobis propagandum exhibuit; benedicat hoc in Christo Deo tuum ministerium: Benedicat etiam ingressum nostrum; perfectæque absoluat ex-

Oratio cum incenditur thus, in ingressu, & principio Missæ.

D omine Iesu Christe, Dei sermo: qui tua sponte, te Deo ac Patri victimam irreprehensam in Cruce obtulisti: ille duplicis naturæ carbunculus, qui forcipe labia Prophetæ attigisti & eius peccata abstulisti; tange & nostros qui peccatores sumus, sensus; ac nos purga omni macula, purósque nos

Tom. 6.

A

Diaconi.

hibitionem sacri huius nostri Ministerij, ineffabili su[m] miseratione; nunc, & semper, & in secula seculorum; Amen.

Gratus Diaconus, responder.

Dominus benedicat, dignosque nos faciat qui seraphice dona feramus; & Canticum illud celeberrimum diuini atque ter sancti hymni accinamus ei qui nullius rei est indigus; qui que omni perfectione sanctificante plusquam plenus est, nunc, & semper, & in secula seculorum.

Deinde canere incipit Diaconus, in ingressu.

Virgo Deipara.

Vnigenite Fili & Verbu[m] Dei; qui es immortalis, ac dignatus es propter nostram salutem, ex sancta Deipara semperque Virgine Maria carne induere; sine vlla conuersione homo factus es, Crucique affixus Christus Deus; ac morte mortem conculcasti: vnus cum sis sancta illius Trinitatis; cu[m] Patre, sanctoque Spiritu conglorificatus; serua nos.

Sacerdos hanc Orationem dicit, a foribus vsque ad ALTARE.

Deus Omnipotens, Dominus magni nominis qui nobis aditum ad Sancta Sanctorum dedisti; per Aduentum vnigeniti Filij tui, domini ac dei Seruatoris nostri Iesu Christi, supplices tuam imploramur inuocamusque bonitatem, quandoquidem contremisimus ac trepidamus ad SANCTVM ALTARE TVVM accessuri: fac illabatur in nos (deus) tua bona gratia; & nostras animas sanctifica, corporaque & spiritus; necnon cogitationes nostras ad pietatem conuertere, vt pura conscientia tibi dona offeramus & munera fructuum oblationes; vt ea deleantur delicta que admisimus, & vt toti populo tuo sis propitius; idque gratia & miseratione ac benignitate vnigeniti Filij tui, cum quo benedictus es in secula seculorum: Amen.

Postquam Sacerdos ingressus est ad ALTARE dicit: Pax omnibus.

Populus. Et spiritui tuo. Sacerdos. Dominus benedicat nos omnes, & sanctificet in ingressu & celebratione diuinorum & immaculatum Mysteriorum: animasque beatas requiescere faciat cum Sanctis & iustis, sua ipsius gratia & benignitate, nunc, & semper, & in secula seculorum: Amen.

Deinde Diaconus Collectam dicit:

Oratio pro De-functis.

In pace dominum oremus. Vt nobis pacem de celo det, ac benignè nobiscum deus agat & seruet animas nostras; dominum oremus.

Pro pace.

Vt etiam vniuerso Mundo pacè largiatur, & omnes Ecclesias vniat; dominum oremus. Vt remittat nobis peccata, ac condonet delicta nostra, atque liberet nos ab omni tribulatione, ira, periculo, necessitate, & hostium insultu; dominum oremus.

Hymnus ter sanctus.

Deinde Cantores canunt illum Hymnum ter sanctum: Sancte Deus, sancte fortis, sancte immortalis, miserere nostri.

Deinde Sacerdos, inclinans se, orat:

Clemens & misericors, longanimis, & multæ misericordie, domine verax; respice ex prompto habitaculo tuo & exaudi nos supplicibus verbis te orantes, ac libera nos ab omni tentatione diaboli & hominum; & ne tuum auxilium à nobis auertas,

Oratio cõ-

nosque; ne grauius corripias quam vires nostræ ferat: non enim superandis aduersis, nos sufficimus; sed tu Domine potes es seruare nos & eripere ab omnibus calamitatibus & aduersis. Libera nos Deus pro tua bonitate, ab omnibus angustis ac molestiis huius Mundi; vt pura conscientia ad SANCTVM ALTARE TVVM ingressi, beatumque & ter sanctum hymnum recinentes; vnà cum celestibus Virtutibus, illum citra vllam tuam offensionem tibi mittamus; ac tibi grato & diuino oblato SACRIFICIO digni abs te habeamur vita æterna.

Exclamatio. Quoniam sanctus es Domine Deus noster; & in sanctis habitas & requiescis: & tibi gloriam, ac ter sanctum Hymnum illum mittimus, Patri, & Filio, ac Spiritui sancto; nunc, & semper, & in secula seculorum.

Populus. Amen. Sacerdos: Pax omnibus.

Populus: Et spiritui tuo. Cantores: Alleluia.

Deinde leguntur fusilline, Oracula sacra veteris Testamenti & Prophetarum, & Filij Dei Incarnatio demonstratur, Passio, Resurrectio ex mortuis, Ascensus in celum; secundus preterea Aduentus eius cum gloria: Atque id sic singulis diebus, in sacra & diuina Missa.

Post lectionem & doctrinam; Diaconus dicit:

Dicamus omnes; domine miserere: Domine omnipotens, Deus patrum nostrorum, oramus te; exaudi nos. Vt pacem desuper mittat, & seruet animas nostras; dominum oremus.

Vt totus Mūdus pace fruatur, seruetque ac fauces populo omni qui Christum amplectitur; te rogamus, exaudi nos: liberetque ab omni tribulatione, ira, periculo, ac necessitate, captiuitate, morte amara, & iniquitatibus nostris; te rogamus exaudi nos. Pro populo circumstāte, & expectante à te largā & magnam misericordiā; supplices oramus te, vt effundas in eum viscera misericordie tue. Saluum fac Deus populum tuum; & benedic hereditati tue. Visita Mundum tuum in misericordia, & miserationibus tuis. Extolle cornu Christianorum, preciosa & viuifica crucis potentia. Domine multum misericors, te supplices oramus: exaudi nos te rogātes, & miserere.

Populus dicit ter: Domine miserere.

Diaconus: Oremus Dominum, vt peccata nobis dimittat, nostrisque delictis det veniam; & liberet nos ab omni tribulatione, ira, periculo, & necessitate. Vt dies omnes transigamus in perfectione; sanctitate, pace, & sine peccato; omnes à Domino petamus. Angelum pacis, fidelem duce[m], custodem animarum & corporum nostrorum; à Domino petamus. Veniam & remissionem peccatorum ac delictorum nostrorum, à Domino petamus. Quæ bona & vtilia sunt animis nostris & corporibus; vt pacem Mundo det, à Domino petamus.

Vt reliquum vite nostre tempus, in pace & bona valetudine peragamus; à Domino petamus.

Vt in Christiana sinceræque fide, ad finem vsque sine dolore, molestia, ac infamia, perseueremus: & bonam defensionem ante verendum & tremendum tribunal Christi; à Christo petamus. Sacerdos. Tu enim es bona illa annunciatio, illuminatio, seruator & custos Animarum & corporum nostrorum; Deus & vnigenitus tuus Filius,

Lectiones de vetero-testamento in Missa.

Preces pro Pace.

Psalm. 27.

Crux preciosa est cornu Christianorum. Pro peccatis.

lius, & Spiritus sanctus tuus sanctissimus; nunc, & semper, & in secula seculorum

Populus: Amen. Sacerdos:

Commemorantes sanctissimam, immaculatam, gloriosissimam Dominam nostram matrem Dei, & semper virginem Mariam, cum omnibus Sanctis, & iustis; nos ipsos, & inter nos, & omnem vitam nostram Christo Deo commendemus.

Mariæ matris dei & omnium sanctorum memoria in Missa. Rom. 2. Iac. 1.

Populus: Tibi Domine. Sacerdos:

Deus qui sanctis ac diuinis salutaribusque Oraculis tuis nos instituiti; illumina nostras animas (qui peccatores sumus) vt quæ prædicta sunt, assequi possimus: nec auditores tantum, spiritualium Cantorum cernamur; sed & bonorum operum factores, fidemque præstemus non simulatam, vitam inculpabilem, & conuersionem irreprehensam.

Exclamatio:

In Christo Iesu Domino nostro; cum quo benedictus es, cum sancto, bono, & viuifico Spiritu tuo, nunc, & semper, & in secula. Populus: Amen.

Sacerdos: Pax omnibus. Populus: Et spiritui tuo.

Diaconus: Capita nostra Domino inclinemus.

Populus: Tibi Domine.

Sacerdos orat dicens:

Domine viuificator, & bonorum supplicator; qui hominibus Dominum nostrum Iesum Christum, beatam spem vite æternæ dedisti; dignos nos facito, qui in sanctitate, hoc quoque tibi DIVINVM SACRVM perficiamus, vt futura beatitudine perfraumur. Exclamatio:

Vt sub tua potentia semper protecti, & in lucem veritatis deducti; tibi gloriam & gratiarum actionem referamus, Patri, & Filio & Spiritui sancto; nunc & semper. Populus: Amen. Diaconus:

Catechumeni.

Nullus Catechumenorum, nullus eorum qui nondum initiati sunt ad sacra, nullus eorum qui orare nobiscum non possunt; ingrediatur. Recognoscite vos inuicē. Ad fores, omnes recti. Deum rursus oremus.

Sacerdos dicit orationem incensæ:

Domine Omnipotens Rex gloriæ; Deus qui omnia nostri antequam fiant: adis nobis in hac sancta hora te inuocantibus, & redime nos ab infamia peccatorum; expurga mentem nostram & cogitationes ab impuris cupiditatibus ac impostura Mūdi, omnique diabolica suggestione: & suscipe de manu nostra (qui peccatores sumus) hunc suffitum, quemadmodum accepisti ea quæ Abel, Noé, Aaron & Samuel, ac Sancti tui omnes obtulerunt: ab omni mala re nos liberans & seruans; vt tibi semper grati sumus, te adoremus, glorificemus Patrem vnigenitumque Filium tuum, & Spiritum tuum sanctum; nunc, & semper, & in secula.

Hebr. 11. Gen. 4. et 9. 1. Reg. 7. Psalm. 98.

Lectores.

Et inchoant Lectores hymnum Cherubicum. Sileat omnis humana ac mortalis caro, stetque cum metu & tremore; ac nihil terrestre apud se ipsam cogitet: Rex enim regnantium, & Dominus dominantium, CHRISTVS DEVS NOSTER

Angelorum chori adfunt Christo procedenti vt imoletur in Altari.

PROGREDITVR VT IMOLETVR AC DETVR IN CIBVM FIDELIBVS; ipsum autem antecedit Angelorum chori cum omni imperio & potentia; Cherubin multorum oculorum, ac Seraphin sexalarum, faciēsque vclantia & cum clamore canentia hymnum, Alleluia, Alle-

Alleluia.

luia, Alleluia. Sacerdos adferens SANCTA DONA; hanc Orationem dicit:

Deus Deus noster qui Panem celestem, cœlium vniuersi Mundi, Dominum nostrum Iesum Christum demisisti Seruatorem, Redemptoremque ac benefactorem, benedicentem, & sanctificantem nos; ipse benedic huic Oblationi, & eam admitte ad supercelestem Altare tuum: memento (vt bonus & humanus) eorum qui obtulerunt, & propter quos obtulerunt: nosque conserues intactos, & inculpato in hac sacra tuorum diuinorum mysteriorum operatione; quoniam sanctificatum est ac glorificatum, venerandum omni ex parte & magnificum nomen tuum Patris & Filij, & Spiritus sancti, nunc & semper, & in secula seculorum.

Sacerdos: Pax omnibus. Diaconus: Domine benedicito. Sacerdos: Benedictus Deus benedicens & sanctificans nos omnes in hac oblatione diuinorum & ab omni labe mundorum mysteriorum; & in quiete & tranquillitate beatas componens animas cum Sanctis & iustis; nunc & semper, & in secula seculorum. Diaconus: Sapienter attendamus. Sacerdos:

Crede in vnum Deum Patrem Omnipotentem, factorem cœli & terræ: & in vnum Dominum Iesum Christum Filium Dei: Et reliqua Symboli fidei. Deinde orat, ceruice inclinata.

Deus vniuersorum & Domine; indignos nos hac hora, dignos redde benignissime vt puri & mundi ab omni dolo & omni simulatione, in vnum coniungamur inter nos, pacis ac charitatis vinculo, confirmati sanctificatione diuinæ tui cognitionis, per vnigenitum Filium tuum Dominum & Seruatorem nostrum Iesum Christum, cum quo benedictus es cum sancto, bono & viuificatore Spiritu tuo; nunc, & semper, & in secula seculorum: Amen. Diaconus. Stemus honestè; stemus reuerentes; stemus eum timore Dei, & cum cordis compunctione. In pace Dominum oremus.

Sacerdos. Quoniam Deus es pacis, misericordie, dilectionis, commiserationis, & humanitatis; tu & vnigenitus filius tuus, & Spiritus tuus sanctus; nunc, & semper. Populus: Amen.

Sacerdos: Pax omnibus.

Populus: Et spiritui tuo.

Diaconus: Osculemur inter nos in sancto osculo. Capita nostra Domino inclinemus.

Sacerdos inclinans se, hanc Orationem dicit. Tu qui solus es Dominus & misericors Deus; inclinantibus ceruices suas coram SANCTO ALTARI, & petentibus abs te dona spiritalia, emitte gratiam tuam bonam, & benedic omnibus nobis omni benedictione spiritali; & quæ adimi non possit; qui in altis habitas, & humilia respicis.

Exclamatio: Quoniam laudabile, adorabile, & per gloriosum est nomen tuum sanctissimum, Patris, & Filij, & Spiritus sancti; nunc & semper, & in secula seculorum! Diaconus: Domine benedic.

Sacerdos: Dominus benedicet, & vnà ministrabit nobiscum omnibus, gratia sua & benignitate. Et rursus; Dominus benedicet, & dignos nos faciet qui assistamus sancto ALTARI; nunc, & semper, & in secula seculorum.

Diuini mysteriorum operatio.

Symboli recitatio in Missa.

Osculum sanctum.

Et uisus.
Benedictus Deus qui benedicit & sanctificat nos omnes qui assistimus, **ET OPERAMVR IMMACVLATIS IPSIVS MYSTERIIS; nunc, & semper, & in secula seculorum.**
Diaconus Collectam Catholicam & vniuersalem facit.
In pace Dominum oremus.
Populus: Domine miserere.
Diaconus. Serua, miserere, commiserare, ac custodi nos Deus tua gratia. Vt mittat Deus de caelo pacem, & vt nobis benignus sit, animasque nostras seruet; Dominum oremus. Pro iis qui sunt viles Ecclēsię & pręclara opera exequuntur in sanctis Dei Ecclesijs; qui pauperes commendatos habent, viduas & orphanos, peregrinos, & indigentes: & qui nobis mandarunt vt memoriam eorum haberemus in orationibus: Dominum oremus.
Pro infirmis. Pro senibus & imbecillis, infirmis, laborantibus, & iis qui infestantur ab immundis Spiritibus; vt Deus celeriter sanitate & salutem eis mittat: Dominum oremus. Pro iis qui in virginitate & castitate, in Monasterijs, ac in venerando connubio degunt: & pro sanctis Patribus & Fratribus qui in montibus, speluncis, & foraminibus terrę exercētur: Dominum oremus. Pro nauigantibus, iter faciētibus, peregrinantibus Christianis, ac pro fratribus nostris qui in captiuitate, exilio, carcere, & dura seruitute agunt; vt in pace reuertantur: Dominum oremus. Pro remissione peccatorum, & pro venia errorum nostrorū; & vt liberemur ab omni tribulatione, ira, periculo, & necessitate, & insultu hostium: Dominum oremus.
**Pro aëre temperatum reddat, pluuias lenes, rores benignos, fructuum magnam vim; & vt annus plenus nobis omnium rerum copiam suppeditet; & totius anni curriculo, fructus nobis abundant: Dominum oremus, Pro omnibus Patribus & Fratribus nostris, presentibus & nobiscum orantibus in hac sancta hora & omni tempore; vt studiosi, laboriosi, alacres, ac diligentes sint: Dominum oremus.
Pro afflictis. Pro omni anima Christiana afflictā & vexatā, misericordię & auxiliij Dei indigente; & vt errantes reuertantur, & redeant ad pietatem; vt infirmi conualescant, captiui liberentur, patrēsque ac fratres nostri qui ante obierunt, in pace requiescant: Dominum oremus. Vt oratio nostra exaudiat & accepta sit coram Deo; & vt mittat nobis largam misericordiam & commiserationem suam: Dominum oremus.
Memoria virginis Marię, & sanctorum intercessio. Commemorationem agamus sanctissimę, immaculatę, gloriosissimę, benedictę Domine nostrę **Marris Dei, & semper virginis Marię;** ac omnium Sanctorum & Iustorum; vt precibus atque intercessionibus eorum, omnes misericordiam consequamur, Pro propositis, preciosis, celestibus, ineffabilibus, immaculatis, gloriosis, reuerendis, horrendis, & diuinis Donis; & vt seruet presentem Sacerdotem qui ea offert: Dominum Deum supplices imploremus, **Populus:** Domine miserere. **Ter.**
Deinde signacula Crucis, Sacerdos facit super Domini; & stans, apud se sic dicit:
Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, hominibus bonę voluntas. **Ter.****

Immaculata mysteria

Preces pro iis qui sunt viles Ecclēsię

Pro nauigantibus, peregrinis et captiuis

Pro aëre temperatum reddat, pluuias lenes, rores benignos, fructuum magnam vim

Pro viuuis

Pro afflictis

Pro defunctis

Memoria virginis Marię, & sanctorum intercessio

Pro sacerdote officiente

Luc. 2.

A Domine labia mea aperies, & os meum annunciat bit laudem tuam. **Ter.**
Impleatur os meum laude tua Domine, vt celebrem gloriam tuam, toro die magnificētiam tuam. **Ter.** † Patris: Amen. Filij: Amen. & Spiritus sancti: Amen, nunc, & semper, & in secula seculorum.
Et inclinans se hinc & inde, dicit: Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum. **E**t respondent: Spiritus sanctus veniet super te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. **Deinde Sacerdos diffuset:** Domine Domine qui visitasti nos in misericordia & commiseratione; & nobis abiectis peccatoribus ac indignis seruis tuis concessisti, vt confidentes accederemus ad sanctum Altare tuum, & offerremus tibi verendum hoc & incruentum Sacrificium pro nostris peccatis & ignorantibus Populi; respice in me seruum tuum inutilem, & dele per viscera misericordię tuę, delicta mea: & pura redde labia mea & cor meum ab omni inquinatio- ne carnis & spiritus; & auerte a me omnem cogitationem turpem & insipientem; & idoneum me fac virtute Spiritus tui sanctissimi ad hoc sacrum Ministerium; & recipe me tua bonitate, accedentem ad sanctum Altare tuum: Et placeat tibi, vt hæc quę offerimus Dona manibus nostris, accepta tibi sint; meisque infirmitatibus condones & non me proicias a facie tua, neque meam indignitatem auerferis; sed miserere mei secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitates meas, vt inculpate accedens ante gloriam tuam dignus sim qui operiar protectione vnigeniti Filij tui, & illuminatione Spiritus tui sanctissimi; nec vt seruus peccati reprobus fiam, sed vt seruus tuus gratiam inueniam & misericordiam ac peccatorum remissionem coram te; nunc, & in futuro seculo. Næ dominator omnipotens, & omnibus viribus prædite Domine! exaudi orationem meam! tu es enim qui omnia in omnibus agis; & abs te omnes quærimus in omnibus auxilium & subsidium, ab vnigenito Filio tuo, & a bono & viuificante, & consubstantiali Spiritu, nunc & in secula.
Deus qui propter magnam atque ineffabilem erga homines amorem, misisti Filium tuum vnigenitum in Mundum, vt ouem errantem reduceret; ne auerferis nos peccatores, verendum hoc & Incruentum Sacrificium atrectantes: non enim de nostra iustitia confidimus, sed benigna misericordia tua qua genus nostrū redimis: supplicamus & imploramus bonitatem tuā, ne Mysterium hoc quod ad salutem nobis dispensatum est, in condemnationem populo sit sed in abolitionem peccatorum ac animarum & corporū renouationem; vtq; Deo & Patri gratum sit per misericordiam & humanitatem vnigeniti Filij tui cum quo benedictus es cum sanctissimo, bono, & viuificante Spiritu tuo; nunc, & semper, & in secula.
Domine Deus qui nos creasti, & in hanc vitam protulisti; qui nobis viam ad salutem ostendisti, & benignę nobis Mysteria celestia detexisti; qui que nos huic ministerio præfecisti in virtute sanctissimi Spiritus tui: placeat tibi Domine vt ministri simus tui noui Testamenti ac Sacrificij

Psal. 70. Psal. 70. + Videtur hic deesse, In nomine, Psal. 33. Luc. 1.

Verendum & incruentum Sacrificium.

Psal. 50.

Spiritus consubstantialis.

vt nos ministri simus tui noui Testamenti ac Sacrificij immaculatum tuorum mysteriorum; & admittite nos accedentes ad sanctum tuum Altare, secundum multitudinem misericordię tuę; vt digni simus qui offeramus tibi munera & Sacrificium pro nobis, & pro iis quę populus per ignorantiam admittit: daque nobis (Domine) vt tibi cum omni metu, ac pura conscientia hoc Sacrificium spiritale atque incruentum offeramus: quod vbi admiseris in sanctum, supercelestē, ac intellectuale tuum Altare, in odorem suauitatis spiritalis; vicissim mitte nobis gratiam Spiritus tui sanctissimi. **Deus,** respice in nos, & ad nostrum hoc rationale obsequium intueri; idque accipe vt Abel dona accepisti, Noë sacrificia: Moysi & Aaronis sacerdotia: Samuēlis pacifica, Dauidis pœnitentiam, Zacharię incensum, vt de manu Apostolorum tuorum verum hunc cultum accepisti: ita quoque ē manibus nostris qui peccatores sumus, recipe munera hæc proposita per tuam benignitatem; & fac vt oblatio nostra, grata & acceptabilis sit per spiritum Sanctum sanctificata, in propitiationem peccatorum nostrorum & eorum, quę populus per ignorantiam admittit, & in requiem animarum eorum qui dormierunt, & peccatores, & indigni serui tui, digni habiti qui sine dolo ministramus sancto Altari tuo, mercedem accipiamus fidelium & prudentium dispensatorum, gratiamque inueniamus, & misericordiam in die illa tremenda retributionis tuę iustę & bonę.
Oratio velaminis.
Gratias tibi (o Domine Deus noster) agimus, quod nobis fiduciam dederis ad ingressum sanctorum tuorum: quam renouasti nobis viam recentem, & viuentem per velamen carnis Christi tui. Dignos igitur cum nos feceris qui ingrediamur in locum Tabernaculi glorię tuę, simulque intra illud velum, & aspiciamus Sancta sanctorum; flectimus genua ad tuam bonitatem. Domine, miserere nostri, quandoquidem veneramur ac tremimus quum tuum sanctum Altare nobis accedendum est & offerēdum sacrificium hoc verendum, & incruentum pro nostris peccatis, & pro iis quę populus per ignorantiam admittit. Emitte (o Deus) tuam bonam gratiam; & sanctifica animas nostras, corpora spiritusque: & conuerte cogitationes nostras ad pietatem, vt in pura cōscientia, tibi oleum pacis offeramus & sacrificium laudis, per misericordiam & benignitatem vnigeniti Filij tui cum quo benedictus es, cum sancto, bono, & viuificante Spiritu tuo; nunc, & semper. **Populus:** Amē. **Sacerdos:** Pax omnibus. **Diaconus:** Stemus honeste, stemus reuerenter, stemus cum timore Dei & compunctione: attenti simus diuinę oblationi, vt Deo pacem offeramus. **Populus:** Oleum pacis, sacrificium laudis. **Sacerdos:** Et reuelans inuolucra ænigmatum quę symbolicè hoc sancto sacrificio circundantur; clarę nobis ostende & imple oculos nostri intellectus luce illa incomprehensibili & paupertatē nostram purificatam ab omni inquinamento carnis & spiritus, dignam effice quę accedat ad hoc verendum & horrendum ministerium: quia mirum in modum benignus & miseri-

Sacrificij immaculatum mysteriorum.

Moyssi sacerdotij.

Oblatio acceptabilis in requiem Animarum eorum qui dormierunt.

Merces Fidelium dispensatorum.

Sacrificij verendum & incruentum.

A cors Deus es; & tibi gloriam & gratiarum actionem referimus, Patri, & Filio, & sancto Spiritui; nunc, & semper, & in secula. **Deinde exclamatio.** Charitas Domini & Patris; gratia Domini & Filij, & communicatio ac donum Spiritus sancti, sit cum omnibus vobis. **Populus:** Et cū spiritu tuo. **Sacerdos:** Attollamus mentem, & corda. **Populus:** Dignum & iustum est. **Deinde sacerdos orat:** Verē dignum, & iustum est, decens & debitum; vt te laudemus, te hymnis celebremus, tibi benedicamus, te adoremus, tibi laudem decantemus, tibi gratias agamus omnis creaturę visibilis ac inuisibilis Opifici, thesauro æternorum bonorum, fonti vitę & immortalitatis, omnium Deo ac domino: quem cęli, & cęli cęlorum laudibus celebrant; ac omnis virtus eorum, Sol & Luna, vniuersusque Astroorum chorus, terra, mare, & omnia quę in eis sunt: Hierusalem celestis congregatio, Ecclesia primogenitorum descriptorum in cęlis; Spiritus iustorum & Prophetarum; animę Martyrum & Apostolorum; Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Principatus, Potestas, ac Virtutes tremendę, Cherubimque multos oculos habentia, & Seraphim sex alis prædita; quę duabus quidem alis operiunt facies suas; duabus verò pedes; & reliquis duabus volantia, clamant alterum ad alterum incessabili voce, perpetuis laudibus.
Exclamatio.
Hymnum triumphalem tuę magnificę glorię; clara voce canentia, clamantia, glorificantia, vociferantia, ac dicentia. **Populus:** Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus sabaoth; plenum cœlum & terra, gloria tua; ofanna in excelsis.
Benedictus qui venit in nomine Domini, ofanna in excelsis.
Sacerdos signacula faciens Crucis super Dona; dicit: Sanctus es rex seculorum, & omnis sanctitatis Dominus & dator: Sanctus es, vnigenitus Filius tuus Dominus noster Iesus Christus per quem omnia fecisti: Sanctus & Spiritus tuus Sanctus qui omnia perscrutatur, etiam profunditates tuas: qui Deus es, Sanctus es, Omnipotens & in omnia potestatem habens, bone, reuerende, misericors & compatiens (maximè, creaturę tuę) qui fecisti hominem ex terra ad imaginem & similitudinem tuam; qui dedisti ei vt Paradiso fruere- tur; qui eum postquam transgressus est mandatum tuum & lapsus est, non despexisti, neque dereliquisti (o benigne) sed correxisti eum, vt misericors Pater; eum per legem vocasti, per Prophetas eum instituisti; postremò autem, ipsum vnigenitum filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum demisisti in Mundum, vt veniens tuam renouaret atque exuissetat imaginem, qui de cœlo descendit & carne indutus est ex Spiritu sancto & Maria virgine Matręque Dei: qui conuersatus cum hominibus, omnia dispensauit ad salutem generis nostri; & qui voluntariam & viuificam (per Crucem) mortem, expers ipse peccati, pro nobis peccatoribus subiturus; ea nocte qua tradebatur vel potius seipsum tradebat pro vjra & salute Mundi.

1. Cor. 13.

Ezech. 20.

Signacula Crucis.

Gene. 3.

Deinde Sacerdos panem manibus accipiens, dicit: Accipiens panem in sanctas, immaculatas, inculpabiles & immortales manus suas, in caelum suspiciens, ac tibi Deo & Patri ostendens, gratias agens, sanctificans, frangens, dedit nobis Discipulis suis, & Apostolis, dicens:

Diaconi dicunt: In remissionem peccatorum, & in vitam aeternam.

Exclamatio in Co-secratione

Deinde exclamat

Accipite, & comedite: Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur & datur in remissionem peccatorum. Populus: Amen.

Deinde accipit Calicem, & dicit:

Similiter postquam cenauit, accipiens calicem & permiscens ex vino & aqua, & aspiciens in caelum, ac ostendens tibi Deo & Patri, gratias agens, sanctificans, benedicens, implens Spiritu sancto, dedit nobis discipulis suis, dicens: Bibite ex hoc omnes, hic est sanguis meus noui Testamenti, qui pro vobis & multis effunditur & datur in remissionem peccatorum. Populus: Amen. Sacerdos: Hoc facite in meam commemorationem: quotiescunque enim comederitis panem hunc, & hunc calicem biberitis, mortem Filij hominis annuntiat, & resurrectionem eius confitemini, donec veniat. Dicunt Diaconi: Credimus, & confitemur. Populus: Mortem tuam Domine annunciamus, & resurrectionem tuam confitemur. Sacerdos: Memores igitur & nos peccatores, passionum eius viuificatorum, Crucis salutaris, ac mortis, Sepulchri & Resurrectionis a mortuis tertio die, Ascensionis in caelos, & ascensionis eius ad dexteram tuam Dei & Patris, & secundi, gloriosi, & tremendi eius aduentus, cum venerit cum gloria ad iudicandum viuos & mortuos, cum reddet unicuique secundum opera eius: offerimus tibi Domine, hoc sacrificium venerandum & incruentum, orantes, ne secundum peccata nostra nobiscum agas, neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis, sed secundum aequitatem tua & ineffabilem humanitatem tuam praetergrediens, atque delens chirographum illud quod est contra nos famulos tuos, largire nobis caelestia & aeterna tua dona quae oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, quae praeparasti (Deus) diligentibus te: neque propter me, & propter mea peccata repudies populum, benigne Domine. Deinde dicit, ter repetens: Populus: enim tuus, & Ecclesia tua supplicat tibi. Populus: miserere nostri Domine Deus, pater omnipotens. Rursus sacerdos dicit: Miserere nostri Deus omnipotens: Miserere nostri Deus seruator noster: Miserere nostri, Deus, secundum magnam misericordiam tuam, & demitte super nos & super haec dona proposita, Spiritum tuum sanctissimum. Deinde inclinata ceruice, dicit: Dominum viuificum, vna cum te Deo Patre, & Vnigenito Filio tuo assidentem, simul regnantem, Consubstantialem, & coaeternum, qui loquutus est in lege & prophetis & in nouo Testamento, qui descendit in specie columbae super Dominum nostrum Iesum Christum in Iordane fluuio, & mansit super eum, qui descendit super Apostolos tuos in specie ignearum linguarum, in cenaculo sancto & gloriose Sion, in die Pentecostes: ipsum Spiritum

Matth. 26.

Sacrificium incruentum. Psal. 78.

1. Cor. 2.

Psal. 50.

Luc. 3.

Act. 2.

tuum sanctissimum demitte nunc quoque Domine in nos, & in haec dona sancta proposita. Et erigens se exclamat: Ut superueniens, sancta, & bona, & gloriosa sua praesentia, sanctificet & efficiat hunc panem corpus sanctum Christi tui. Populus: Amen. Sacerdos: Et calicem hunc, preciosum Sanguinem Christi tui. Populus: Amen. Sacerdos apud se fitus: Ut sit omnibus ex his sumebus in remissionem peccatorum, & in vitam aeternam, in sanctificationem animarum & corporum ad fructus bonorum operum ferendos, in confirmationem sanctae tuae, catholicae, & Apostolicae Ecclesiae quam fundasti super petram fidei ut porta Inferorum non praeualeant aduersus eam: liberans eam ab omni haeresi, & scandalis, & iis qui operantur iniquitatem: seruans eam usque ad consummationem seculi. Et inclinatus: Offerimus tibi, Domine, & pro Sanctis tuis locis quos glorificasti diuina apparitione Christi tui, & Aduentu sanctissimi tui Spiritus, & praecipue pro gloriosa Sion, matre omnium Ecclesiarum, ac pro sancta tua Catholica & Apostolica Ecclesia quae est per vniuersum Orbem larga dona sancti tui Spiritus, nunc quoque suppedita ei Domine. Memento, Domine, & sanctorum patrum fratrumque qui in ea sunt, ac Episcoporum qui per vniuersum Orbem orthodoxa fide distribuunt verbum tuae veritatis. Memento (Domine) & omnis ciuitatis ac regionis, eorumque qui in orthodoxa fide in iis habitant, ut in pace, securitateque degant. Memento (Domine) nauigantium, iter facientium, peregrinantium Christianorum, in vinculis, & custodiis detentorum, captiuorum, exulum, eorum qui ad metalla & supplicia damnati sunt, & qui in dura seruitute agunt, patrum & fratrum nostrorum. Memento (Domine) infirmorum, & laborantium, & eorum qui ab immundis Spiritibus infestantur, ut a te Deo, celementer ab iis sanentur & seruentur. Memento (Domine) omnis animae Christianae afflictae & vexatae, implorantis misericordiam & auxilium a te Deo: conuersionis etiam errantium. Memento (Domine) laborantium & ministrantium nobis patrum & fratrum nostrorum, propter nomen sanctum tuum. Memento (Domine) omnium, ut benigne illis facias: omnium miserere, Domine, omnibus nobis reconciliare: redde multitudinem populi tui pacificam, dissipa scadala, aboleto bella, siste haeresicon irruptiones, pacem tuam, tuamque charitatem largire nobis, Deus, Seruator noster qui es spes omnium finium terrae. Memento (Domine) temperi aeris, imbrium lenium, mitis roris, vbertatis fructuum, & in totius anni circulum benignitatis tuae: oculi enim omnium in te sperant & tu das illis escam in tempore opportuno, aperis tu manum tuam & imple omne animal benedictione. Memento (Domine) eorum qui fructificant & praecleara cedunt facinora in Ecclesiis tuis sanctis: & eorum qui pauperes, viduas, orphanos, peregrinos, & egenos in memoria habet: & eorum omnium qui nobis mandarunt ut sui memores essemus in orationibus. Preterea meminisse digneris (Domine) eorum qui has oblationes obtulerunt hodierno die ad sanctum Altare tuum, & pro quibus vnusquisque obtulit, vel in mente habet, & eorum quos nuper tibi reces-

Ecclesia Catholica Apostolica.

Oblatio & preces pro locis Terrae sanctae.

Ecclesia Sion mater omnium Ecclesiarum.

Pro viuis.

Pro nauigantibus & peregrinis.

Pro infirmis.

Pro afflictis.

Pro pace, & contra haereses.

Pro aeris serenitate & terrarum fructibus.

Pro benefactoribus & commendatis, & iis qui sunt viles Ecclesiae.

fui.

Pro seipso sacerdote sacrificante.

Pro Diaconis ad altare.

Salutatio Angelica Luc. 1.

Memoria Deiparae Virginis.

Virgo Dei para.

Pro fidelibus defunctis.

Pro pace.

Pro peccatis.

fui. Memento (Domine) secundum multitudinem misericordiae tuae & miserationum tuarum, mei etiam qui abiectus & inutilis seruus tuus sum; & Diaconorum circumstantium sanctum Altare tuum, ac largire eis vitam inculpatam; eorum ministerium sine macula conserua, & gradus bonos asserere tibi ut inueniamus misericordiam & gratiam cum omnibus Sanctis tuis qui ab aeterno tibi placuerunt per generationem ac generationem: Maiorum nostrorum, Patrum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum, Sanctorum, & omnis Spiritus iusti in fide Christi tui consummati. Aue Maria, gratia plena, dominus tecum; benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, quia Saluatorem peperisti animarum nostrarum. Deinde exclamat sacerdos: Praecipue sanctissima, immaculata, super omnes benedicta, gloriosa Dominae nostrae, Deiparae, semperque virginis MARIAE. Cantores: Dignum est, ut te vere beatam dicamus Deiparam, semper beatam, & omnibus modis irreprehensam & Matrem Dei nostri; honorabiliorem quam Cherubin, & gloriosiore quam Seraphin; quae sine corruptione Deum verbum peperisti: te reuera Deiparam magnificamus! Et rursus canit. Tibi, o plena gratia; vniuersa creatura gratulatur; Angelorum ceteris, & hominum genus; quae es templum sanctificatum, paradisi spiritalis, virginum gloria, ex qua Deus carnem assumpsit & puer factus est Deus noster qui est ante secula: tuum enim vterum, thronum fecit; & tuum ventrem latiore ac ampliore caelis ipsis reddidit: tibi, o gratiae plena; vniuersa creatura gratulatur: gloria tibi! Diaconus: Memento, Domine Deus noster.

Sacerdos inclinatus dicit: Memento Domine Deus noster, spirituum & vniuersae carnis quorum memoriam egimus & quorum non egimus, Orthodoxorum ac recte de fide sentientium, ab Abel iusto usque ad hodiernum diem: fac eos requiescere in regione viuentium in regno tuo, & deliciis Paradisi; in sinu Abrahae, Isaac & Iacob, sanctorum patrum nostrorum, unde exultat dolor, tristitia, & gemitus; ubi praesidet lumen vultus tui, & perpetuo refulget; nostrae vero vitae fines, Christianos acceptabiles & peccatis puros in pace dirige, Domine, Domine, colligens nos sub pedes electorum tuorum, quando voles & ut voles: duntaxat, sine infamia & offensionibus, per Filium tuum vniuersum Dominum, Deum, ac seruatores nostrum Iesum Christum: ipse enim solus est qui absque peccato apparuit super terram. Diaconus: Et pro pace & tranquillitate totius Mundi, & sanctarum Dei Ecclesiarum, & pro quibus vnusquisque obtulit vel cogitat offerre, & pro omni populo circumstante, & pro omnibus. Populus: Pro omnibus. Sacerdos exclamat: Parce & nobis & ipsis, ut benignus, & humanus. Populus: Remitte, ignosce, & condona Deus, peccata nostra voluntaria & non voluntaria; quae opere admisimus, quae verbo, quae prudentes & imprudentes; quae noctu, quae interdiu, quae animo & cogitatione: omnia nobis condona, ut bonus, & benignus. Sacerdos: Gratia & misericordia, ac benignitate vniuersi Filij tui; cum quo benedictus es & glorificatus, cum sanctissimo, Tom. 6.

bono, & viuifico Spiritu tuo; nunc & semper & in secula. Populus: Amen. Sacerdos: Pax omnibus. Populus: Et Spiritui sancto. Diaconus: Etiam atque etiam semper Dominum in pace oreimus. Pro oblati & sanctificatis, preciosis, supercaelestibus, ineffabilibus, immaculatis, gloriosis, tremendis, horrendis, diuinis Donis, Domino Deo: Oremus. Ut Dominus Deus noster, acceptis iis in sanctum & super-caeleste, mentale & spiritale Altare suum, in odorem Spiritalis fragrantiae; rependat ac mittat nobis diuinam gratiam, donum sanctissimi Spiritus: Oremus. Vnitatem fidei & communicacionem sanctissimi eius, & adorandi Spiritus, postulantes; nos ipsos, ac inter nos iniucem, & omnem vitam nostram Christo Deo commendemus. Populus: Amen. Sacerdos ad haec orat:

Deus & pater Domini & Dei, ac Seruatoris nostri Iesu Christi; magni nominis Dominus, natura beata, bonitas effusa, Deus omnium ac Dominus, qui es benedictus in secula, qui sedes super Cherubin, qui a Seraphin glorificaris; cui assistunt mille millia & decies milles decies millena millia sanctorum Angelorum, & Archangelorum militiae; Dona tibi oblata, munera, frugum oblationes, accepisti in odore suauitatis: sanctificareque & perficere dignatus es (o bone) gratia Christi tui, & aduentu sanctissimi Spiritus tui, sanctifica Domine & animas nostras, corpora & Spiritus: nostras quoque mentes tangere, explora conscientias, omnemque malam cogitationem a nobis aufer, omnem impudicam ratiocinationem, omnem turpem cupiditatem, indecentem omnium cogitationem, omnem inuidiam ac superbiam & hypocrisin, omnem mendacium, omnem dolium, omnem huius vitae distractionem, omnem auaritiam, omnem vanam gloriam, desiderium omnem, omne vitium, omnem iram, omnem iracundiam, omnem iniuriarum recordationem, omnem blasphemiam, commotionem omnem carnis & Spiritus alienam a voluntate sanctitatis tuae. Exclamatio: & dignare Domine benigne, ut nos audacter & confidenter, inculpatum, puro corde, animo contrito, facie minime confusa atque erubescens, labiis sanctificatis, audeamus intuoare te sanctum Deum Patrem: qui in caelis es, & dicere: Populus: Pater noster qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum: &c. Sacerdos inclinatus dicit. Et ne nos inducas in tentationem, Domine, Domine virtutum, qui nosti infirmitatem virium nostrarum: sed libera nos a Malo & operibus eius, ab omni insultu & machinatione eius, propter nomen tuum sanctum quod inuocatum est super nostram humilitatem. Exclamatio: Quoniam tuum est regnum, potentia, & gloria, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, nunc & semper. Populus: Amen. Sacerdos: Pax omnibus. Populus: Et spiritui tuo. Diaconus: Capita nostra Domino inclinamus. Populus: Tibi Domine. Sacerdos: Tibi inclinamus, qui serui tui sumus (Domine) ceruices nostras, coram sancto Altari tuo, expectantes copiosam a te misericordiam: abundantem gratiam tuam & benedictionem demitte nobis (Domine) & sanctifica animas nostras, & corpora atque Spiritus, ut efficiamur digni qui socij & participes simus sanctorum tuorum mysteriorum, in remissio-

Preces super oblata.

Oblata.

Contra malas cogitationes.

Matth. 6. Luc. 11.

Sacra Mysteria.

nem peccatorum & in vitam æternam. Exclamatio: Tu enim adorandus es, & glorificatus es (Deus noster) & vnigenitus Filius tuus, & Spiritus tuus sanctissimus, nunc & semper. Populus: Amen. Sacerdos exclamat: Et erit gratia & misericordia sanctæ & Consubstantialis, increatæ & adorandæ Trinitatis, cum omnibus nobis. Populus: Et cum spiritu tuo. Diaconus: Cum timore Dei & reuerentia attendamus. Sacerdos attollens domum, & quod se dicit Sancte, qui in sanctis requiescis, Domine, sanctifica nos verbo tuæ gratiæ, & aduentu sanctissimi tui Spiritus: tu enim dixisti, Domine, sancti eritis, quoniam ego sanctus sum: Domine Deus noster, Verbum Dei incomprehensibilis & Consubstantialis Patri & Spiritui sancto, coæternæ & inseparabilis, suscipe incorruptum hymnum in sanctis & incruentis Sacrificiis tuis, vnâ cum Cherubin & Seraphin, à me quoque peccatore clamante & dicente. Exclamatio: Sancta sanctis. Populus: Vnus sanctus, vnus Dominus Iesus Christus in gloriam Dei Patris, cui gloria in secula seculorum. Diaconus: Pro remissione peccatorum nostrorum & propiciatione animarum nostrarum, & pro omni anima afflictâ & vexata, misericordiæ & auxiliij Dei indigente, & conuersione errantium, curatione infirmorum, liberatione captiuorum, requie patrum & fratrum nostrorum qui ante nos dormierunt, dicamus omnes extensa voce, Domine miserere. Populus: Domine miserere, miserere. Deinde sacerdos frangit panem, dimidiatum que dextra, sinistra verò dimidium tenet, & quod tenet manu dextra immergit in calicem, dicens: Vnio sanctissimi corporis, & preciosi sanguinis Domini & Dei ac seruatoris nostri Iesu Christi. Et signat id quod tenet manu sinistra, deinde hoc signato, alterum dimidium signati, ac ita incipit diuidere, & ante omnia distribuere in singulos calices partem vnâ dicens: Vnitum est, & sanctificatum, & consummatum, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, nunc, & semper. Et cum signat panem, dicit: Ecce agnus Dei, Filius Patris, qui tollit peccata mundi, mactatus pro mundi vita, & salute. Et cum distribuit vnâ partem in singulos calices, dicit: Portio sancta Christi, plena gratiæ & veritatis, Patris & Spiritus sancti, cui gloria & imperium in secula seculorum. Deinde incipit diuidere in partes & dicere: Dominus regit me & nihil mihi deerit, in loco pascuæ, & reliqua psalmi. Deinde: Benedicam Dominum in omni tempore, & reliqua. Deinde: Exaltabo te Deus meus rex: & reliqua. Deinde: Laudate Dominum omnes gentes, &c. Diac. Domine benedic. Sacerdos: Dominus benedicet & conseruabit nos à condemnatione, in perceptione immaculorum Donorum suorum, nunc, & semper, & in secula. Et postquâ absoluerint, dicit Diaconus: Domine benedic. Sacerdos: Dominus benedicet & dignos nos faciet, qui puris forcipibus accipiamus igneam carbonem, & imponamus in ora Fidelium, ad purgationem & renouationem animarum ipsorum, & corporum, nunc & semper. Deinde quod sequitur: Gustate & videte quod benignus est Dominus, qui in partes distribuitur ac non diuisus, & Fidelibus impartitus nec consumptus est, in remissionem peccatorum

Leuit. 24. 45

Filius, Patris & Spiritui sancto consubstantialis. Incruenta Sacrificia.

Collecta generalis.

Mixtio panis & calicis.

Psal. 121. Psal. 33. Psal. 144. & 116.

1a. 6.

Christi corpus in factis distribuitur in partes nec tamen diuitur.

& vitam æternam, nunc, & semper, & in secula. Diaconus: In pace Christi cantemus. Cantores: Gustate & videte quod benignus est Dominus. Sacerdos Orationem dicit ante Communionem. Domine Deus noster, panis cælestis, vita vniuersi, peccati in cælum & coram te, & nō sum dignus particeps fieri immaculorum tuorum Mysteriorum, sed tu misericors Deus, dignum me fac gratia tua, vt citra condemnationem particeps siam sancti corporis & preciosi sanguinis in remissionem peccatorum & vitam æternam. Deinde impartit Clero. Cum autem attollant diaconi discos & calices, ad imperendum populo, Diaconus ait, tollēs primum discum: Domine benedic. Sacerdos respondet: Gloria Deo qui sanctificauit, & sanctificat nos omnes. Diaconus ait: Exaltate supra cælos, & supra terram vniuersam, gloria tua, & regnum tuum permanet in secula seculorum. Et cum Diaconus depositurus est in mensula, ait Sacerdos: Benedictum nomen Domini Dei nostri in secula. Diaconus: Cum timore Dei, & fide, ac dilectione accedite. Populus: Benedictus qui venit in nomine Domini. Et rursus cum attollit discum de mensula ait: Domine benedic. Sacerdos: Serua Deus populum tuum, & benedic hereditati tuæ. Sacerdos rursus: Gloria Deo nostro qui sanctificauit nos omnes. Et cum deponit calicem super sanctam mentam, Sacerdos dicit: Sit nomen Domini benedictum in secula seculorum. Diaconi & populus dicunt: Imple os nostrum laude tua, Domine, & gaudio reple labia nostra, vt laudemus gloriam tuam, & toto die magnificentiam tuam. Et rursus: Gratias agimus tibi Christe, Deus noster, quoniam dignatus es nos participes fieri corporis & sanguinis tui, in remissionem peccatorum & in vitam æternam. Vt nos à condemnatione conserues, obsecramus, vt qui bonus & benignus sis. Oratio sufficiens ad extremum vestibulum. Agimus gratias tibi Seruatori, vniuersorum Deo pro omnibus bonis quæ nobis præbuiti, & pro sumptione sanctorum & immaculorum tuorum mysteriorum: & offerimus tibi suffitū hūc, orantes vt nos conserues sub operimento alarum tuarum, & digneris nos vsque ad vltimum spiraculum vitæ nostræ participes facere sanctificationum tuarum in sanctificationem animarum & corporum, in hereditatem regni cælorum: quia tu es sanctificatio nostra Deus, tibi que gloriam & gratiarum actionem referimus, Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Et incipit Diaconus in vestibulo: Gloria tibi, gloria tibi, gloria tibi Christe rex, Verbum patris vnigenitum, quoniam dignatus es, vt nos peccatores & indigni serui tui fruamur immaculatis Mysterijs tuis in remissionem peccatorum & in vitam æternam: Gloria tibi. Et cum vestibulum transierit Diaconus, incipit hūc in modum dicere: Etiam atque etiam & omni tempore, in pace Dominum oremus. Vt perceptio sacrorum eius Mysteriorum, valeat nobis ad amoliendam omnem malam rem, in viaticum æternæ vitæ, in communicationem ac donum Spiritus sancti: oremus. Sacerdos orat. Deus qui propter multam & ineffabilem benignitatem condescendisti infirmitati seruatorum tuorum, & dignatus es nos Mensâ huius

psal. 16.

psal. 47.

Actio gratiarum.

Viaticum æternæ vitæ.

ius cælestis participes facere; ne condemnes nos peccatores, ob perceptionem mysteriorum tuorum immaculorum; sed obserua nos benignè in sanctificatione Spiritus sancti tui, vt sancti effecti assequamur partem & hereditatem cum omnibus Sanctis, qui tibi ab æterno accepti fuerunt, in lumine vultus tui, per misericordiam vnigeniti Filij tui Domini & Dei ac Seruatoris nostri Iesu Christi; cum quo benedictus es, cum sancto & benigno, atque viuifico Spiritu tuo; quoniam benedictum & glorificatum est, omnibus modis honorandum & magnificentum nomen tuum, Patris, & Filij, & Spiritus sancti; nūc, & semper, & in secula seculorum. Populus: Amen. Sacerdos: Pax omnibus. Populus: Et spiritui tuo. Diaconus: Inclinemus capita nostra Domino. Sacerdos: Deus magnus & mirabilis, respice in famulos tuos quoniam tibi ceruices inclinauimus: extende manum tuam fortem & plenam benedictionibus; & benedic populo tuo: conserua hereditatem tuam, vt semper & perpetuò glorificemus te solum viuente & verum Deum nostrum, sanctam & Consubstantialem Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum; nunc, & semper, & in secula seculorum. Exclamatio: Tibi enim conuenit & debetur laus & gloria à nobis, (omnipotens) honor, & adoratio, ac gratiarum actio; Patri, & Filio, & Spiritui sancto; nunc, & semper. Populus: Amen. Diaconus: In pace Christi cantemus. Et rursus dicit: In pace Christi eamus. Populus: In nomine Domini, Domine benedic. Oratio quando dimittitur populus, quæ dicitur à Diacono. Ex gloria in gloriam progredientes, laudamus te Seruatorem animarum nostrarum. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto; nunc, & semper, & in secula laudamus te Seruatorem animarum nostrarum. Sacerdos Orationem dicit, ab ipso Altari vsque ad Armarium. Ex virtute in virtutem progredientes, & absoluto omni diuino Sacrificio in Templo tuo; nunc etiam te oramus (domine Deus noster) dignare nos perfecta benignitate; dirige viam nostram, confirma nos & stabili in timore tuo; & nos dignare Regno cælesti, in Christo Iesu domino nostro, cum quo benedictus es cum sancto, bono, & viuifico Spiritu tuo; nunc, & semper, & in secula. Diaconus: Etiam atque etiam, ac semper in pace Dominum oremus.

Trinitas consubstantialis.

Oratio quæ dicitur in Armario, postquam dimissus est populus. Arguitur es nobis (domine Deus) sanctificationem in perceptione sanctissimi Corporis, & preciosi Sanguinis vnigeniti Filij tui Domini nostri Iesu Christi: impartire nobis gratiam quoque Spiritus sancti tui boni, & conserua nos inculpabiles in fide: deduc nos in perfectam adoptionem, & redemptionem, & in futuras illas æternas fructiones: tu enim es Sanctificatio, & Illuminatio nostra Deus; ac vnigenitus Filius tuus, & Spiritus tuus sanctissimus; nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen. Diaconus: In pace Christi conseruemur. Sacerdos: Benedictus es Deus, qui benedicit & sanctificat perceptionem SANCTORVM, VIVIFICORVM, ET IMMACVLATORVM MYSTERIORVM; nunc, & semper, & in secula seculorum: Amen. Deinde Oratio propiciationis. Domine Iesu Christe, Fili Dei viuentis, Agne, ac Pastor; qui tollis peccatum Mundi, qui debitum duobus Debitoribus remisisti, & Peccatrici mulieri remissionem peccatorum eius concessisti, qui sanitatem Paralytico cum remissione peccatorum eius largitus es: remitte, condona, ignosce (Deus) peccata nostra voluntaria & non voluntaria; quæ prudentes & imprudentes perpetravimus, quæ per transgressionem & inobedientiam fecimus; quæ Spiritus tuus sanctissimus melius nouit quam nos serui tui: & si quid à mandatis tuis vt homines carnem gestantes, & mundum hunc inhabitantes, vel à diabolo seducti aberrarunt, siue dicto siue facto, vel in maledictione inciderunt, aut peculiari anathemate irrecti sunt; rogo & precor ineffabilem tuam benignitatem, vt verbo absoluantur: & vt ipsis condones & iustificandam, & peculiare Anathema, secundum bonitatem tuam. Age, Domine Domine; exaudi orationem meam pro seruis tuis; & prætermitte vt iniuriarum immemor, omnia eorum errata: ignosce ipsis omne delictum & voluntarium & inuoluntarium; libera eos ab æterno supplicio. Tu enim es, qui præcepisti nobis, dicens: Quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata in cælis, & quæcunque solueritis super terram erunt soluta in cælis; quoniam tu es Deus noster, Deus, qui misereri, seruare, & dimittere peccata potes; ac te gloria decet cum Patre sine principio, & Spiritu viuifico; nunc, & semper, & in secula seculorum: Amen.

Ioan. 1. Luc. 7. Ibid. Marc. 2.

Math. 18. & 18.

IOANNI A S. ANDREA ECCLESIAE PARI-
SIENSIS CANONICO
G. SIRLETVS CARDINALIS S.



VM ex litteris tuis ad Illustrissimum & Reuerendissimum dominum meum Cardinalem Senonensem, cognouissim, te Sancti Marci Euangelistæ Liturgiam vehementer cupere, dedi operam vt ex vetustissimo codice Monasterij S. Marci ὁ δὲ ἑκείνου, quod Rossani apud Calabros sub Instituto Sancti Basilij regitur, describeretur; & quàm diligentissimè cum Exemplari collata, primo quoque tempore ad me mitteretur. Cumque Illustrissimus, & Reuerendissimus Senonensis; vt est tui amantissimus omniumque bonarum rerum, earum præsertim quæ ad Ecclesiam Catholicam antiquitatem pertinent, obseruantissimus; à nobis flagitauerit, vt Liturgiam ipsam mitteremus, non potuimus hoc diutius tibi debere. Idque vt libentius faceremus, ea res nos maximè adhortata est, quod ab amplissimo atque optimo Domino Senonensi plenè didicimus, quàm egregia sit in te pietas, illa quidem patria & auita virtus, quanta in propugnanda orthodoxæ fidei veritate alacritas.

Exurge, Domine, & dissipentur inimici tui: fugiant omnes, qui oderunt nomen sanctum tuum. Populo autem tuo fideli & orthodoxo benedic, multiplica eos in millia & decies centena millia. Nec praeualeat mors peccati contra nos, neque contra omnem populum tuum: gratia & misericordibus, & benignitate vnigeniti filij tui, [elata voce] per quem, & cum quo, tibi gloria & imperium cum sanctissimo, & bono, & viuifico spiritu tuo.

[POPVLVS.] Amen. [SACERDOS.] Pax omnibus. [POPVLVS.] Et spiritui tuo. [DIACONVS.] Videte, ne quis Cathecumenorum.

[Hinc psallant, qui Cherubim mystice.]

SACERDOS incensum offert ad *Elisiam*, seu manus honorarium & sic orat.]

Domine Deus noster, qui nullis rebus egēs, suscipere incensum hoc, quod tibi ab indigna manu offertur tuāque benedictione nos omnes dignare. Tu enim es sanctificatio nostra, tibi que gloriam sursum mittimus.

[Hinc sancta ingrediuntur, ad altare, & SACERDOS sic orat.]

Sancte, summe, tremende, qui in sanctis requiescis, Domine, ipse nos sanctifica, nosque dignare tremendo tuo sacerdotio, nosque sicut venerando altari tuo, cum omni conscientia bona, cordaque nostra purgato ab omni inquinamento, Reprobum omnem sensum a nobis expelle. Sanctifica metem & animam, & da nobis sanctorum Patrum nostrorum ritum obseruare cum timore tuo propitiantibus vultum tuum omni tempore. Tu enim es qui benedixisti & sanctificasti vniuersa, & tibi gloriam & gratiarum actionem sursum mittimus.

[DIACONVS.] Salutate vos inuicem.

[SACERDOS salutationi apprecatur.]

Dominator Domine omnipotens, aspice de caelo ad Ecclesiam tuam, & ad omnem populum tuum, & totum gregem tuum, seruāque nos omnes indignos seruos tuos, oues gregis tui: nobisque tuam largire charitatem, & tuum auxilium, & emitte nobis donum sanctissimi tui spiritus, vt in corde puro puraque conscientia salutemus nos inuicem in osculo sancto, nō in dolo, non in hypocrisis, non alieno adherentes instituto, sed innocentes & immaculati, in vno spiritu, in vinculo pacis & charitatis, vnum corpus & vnus spiritus in vna fide, quemadmodum etiam vocati sumus in vna spe vocationis nostrae, vt occurramus omnes in diuinum & infinitum amorem in Christo Iesu Domino nostro, cum quo benedictus es.

[Tunc SACERDOS incensum offert dicens.]

Incensum offertur nomini tuo. Assumatur ergo, quæsumus, è pauperculis manibus nostris, qui peccatores sumus, ad supercaeleste altare tuum, in odorem suauitatis, in propitiationem totius populi tui. Quia te decet omnis gloria, honor, adoratio, & gratiarum actio, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, & nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.

[Et post Salutationem, Diaconus elata voce.] Ad offerendum pro more staret.

[SACERDOS Cruce signans patinas & calices, elata voce dicit.]

CREDO in Deum, & cæt.

[DIACONVS.] Ad orationem staret.

[SACERDOS.] Pax omnibus.

[DIACONVS.] Orate pro offerentibus.

[SACERDOS orationem propositionis subiungit.]

Dominator Domine, Iesu Christe, coaeternum Verbum aeterni Patris & Spiritus sancti, magne Pontifex, panis qui de caelo descendisti, & eduxisti de corruptione vitam nostrā, qui dedisti teipsum agnum immaculatum pro mundi vita, rogamus & obsecramus te, hominum amator Domine, ostende faciem tuam super hunc panem, & super hos calices, quos sanctissima mensa suscipit Angelico ministerio, Archangelica chori statione, & Sacerdotali sacrificio, in tuam gloriam & renouationem animarum nostrarum, gratia, & misericordibus, & humanitate vnigeniti filij tui, per quem & cum quo tibi gloria & imperium.

[Populusque dicente.] Et incarnatus est de spiritu sancto [cruce facit, eodemque subiungente] Crucifixus etiam pro nobis. [denudò cruce signat.] Et in spiritum sanctum, [iridem & expleta fide SACERDOS cruce popululum signat, elata voce pronuntians.]

[SACERDOS.] Pax omnibus.

[POPVLVS.] Et cum spiritu tuo.

[SACERDOS.] Sursum nostra corda.

[POPVLVS.] Habeamus ad Dominum.

[SACERDOS.] Gratias agamus Domino.

[POPVLVS.] Dignum & iustum.

[DIACONVS.] * * *

[SACERDOS Anaphoram, seu Eleuationem sic inchoat.]

Forè, Stemus hunc

Verè quippe dignum est & iustum, sanctumque & decorum, atque nostris animabus vile, qui es, & Dominator Domine, Deus pater omnipotens, te laudibus & hymnis celebrare, tibi gratias agere, tibi confiteri per diem & noctem incessabili ore, non silentibus labris, & corde non tacito: tibi, inquam, qui fecisti caelum & terram, quæ caeli ambitu continetur, quæque in terra sunt, mare, fontes, flumina, lacus, & omnia, quæ in eis sunt, tibi que qui fecisti hominem ad imaginem & similitudinem tuam: cui Paradisi quoque delicias largitus es transgressum non aspernatus es, neque deseruisti, & bone, sed denuò per legem reuocasti, per Prophetas vt puerum cruduisti, denique reformasti & renouasti per hoc tremendum, & viuificum, & caeleste sacramentum. Quæ omnia fecisti per tuam sapientiam, lucem veram, vnigenitū filium tuum, Dominum, & Deum, & Seruatorem nostrū Iesum Christum, per quem tibi cum ipso & spiritu sancto gratias agentes offerimus rationabilem & incruentam *λατρεϊαν*, seu oblationem, hanc, quam offerunt tibi, Domine, omnes Gentes ab ortu Solis vsque ad occasum: a Septentrione, ad Meridiem: quia magnum nomen tuum in omnibus Gentibus, & in omni loco incensum offertur nomini sancto tuo, & sacrificium, & oblatio.

Certè precamur & obsecramus, humani generis amator bone.

Memento, Domine, sanctæ, soliusque Catholicæ atque Apostolicæ Ecclesiæ, quæ a finibus terræ ad eiusdem

eiusdem fines vltimos diffunditur, omnium denique populorum, & omnium ouilium tuorum.

Pacem, quæ de caelo est, vt Brabeuta, largire nostris omnium cordibus, inò & vitæ huius pacem nobis dona.

Regem, Legiones, Principes, Senatus & concilia, populos, vicinias, introitus, & exitus nostros in omni pace disponito.

Rex pacis, tuam pacem da nobis, in concordia & charitate posside nos, & Deus alium quam te Deū non nouimus, nomen tuum nominamus, viuificatio nostras omnium animas, & non preualebit mors peccati contra nos neque contra totum populum tuum.

A Egrotos, Domine, populi tui visitans in misericordia & misericordibus sana. Auerte ab eis & a nobis omnem morbum & infirmitatem. Spiritum debilitatis effugato ab eis. Valerudinarios diuturnis morbis decubantes exuscita. Spiritibus impuris vexatos sana, eorum qui vel carceribus, vel metallis, vel accusationibus, vel condemnationibus, vel exiliis, vel amara seruitute, vel tributis diuexantur, miserere, omnes liberato: quoniam tu Deus noster, qui soluis compeditos, qui erigis elisos, spes desperantium, auxilium destitutorum, resurrectio lapsorum, portus naufragantium, vltor afflictorum, omni animæ Christianæ afflictæ & oberranti, da misericordiam, da remissionem, da refrigerium. Quin & nostros, Domine, quibus animo laboramus, morbos sana, corporis infirmitates cura, Medice animarum & corporum, Episcopo, seu Inspector omnis carnis, visita & sana nos, per salutare tuum. Fratres nostros peregrè profectos, vel profectos, in omni loco dirige, siue per terram, siue flumina, siue lacus, siue vias, siue quouis modo iter facientes, omnes vndique adducito ad portum tranquillum, ad portum salutarem, ipse navigationis & vitæ comes eis esse dignare, suis eos redde, gaudentes gaudentibus, sanos sanis: quin & nostram, Domine, hac in vita peregrinationem a damno & tēpestate immunem vsque in finem conseruato. Pluuias bonas ex thesauris tuis in loca demitte iis opus habentia & egentia. Latifica & renoua earū descensu facie terræ, vt stillicidiis eius lateret germinans. Fluuias aquas elcito ad iustam earum mensuram. Latifica & renoua carum ascensu faciem terræ. Riuos eius inebria, multiplica gemina eius. Fructibus terræ, Domine benedicito, saluòsque nobis & incorruptos cōseruato. Exhibe nobis eos in semē & messē. Benedicito etiānum, Domine, coronæ anni benignitatis tuæ, propter pauperes populi tui, propter viduam & propter pupillum: propter peregrinum, & propter aduenam: propter nos omnes sperantes in te, & inuocantes sanctum nomen tuum. Oculi enim omnium in te sperant, & tu das escam ipsorum in tempore opportuno. Qui das escam omni carni, imple gaudio & lætitia corda nostra, vt semper omnem sufficientiam habentes abundemus in omne opus bonum, in Christo Iesu Domino nostro. Rex Regum, & Domine dominantium, regnum serui tui orthodoxi & Christum amantis Regis nostri, quem super terram regnare iustum censuisti, in pace, & fortitudine, & iustitia, & tranquillitate, confer-

uato. Subiicito ei, Deus, omnem hostem & aduersarium, tam nostratem quam externum. Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium ei. Effunde phream & conclude aduersus eos, qui persequuntur eum. Obumbra super caput eius in die belli: fac, vt de fructu lumbi eius sedeat super sedem eius. Loquere ad cor eius bona, & pro sancta tua Catholica & Apostolica Ecclesia, & omni Christum amante populo, vt & nos in tranquillitate eius tranquillam & quieram vitam degamus, in omni pietate & sanctitate. Animabus patrum & fratrum nostrorum, qui antea in Christi fide obdormierunt, dona requiem, Domine Deus noster, memor maiorum nostrorum, qui a seculo sunt, Patrum, Patriarcharū, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Episcoporum, Sanctorum, Iustorum, omnis spiritus in fide Christi defunctorum, necnon eorum, quorum hodierno die memoriam agimus, & Sancti Patris nostri Marci Apostoli * & Euangelistæ, qui demonstrauit nobis viam salutis.

A VE gratia plena, Dominus tecum. Benedicte tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, quia peperisti Seruatorem animarum nostrarum, [elata voce] in primis sanctissimæ, intemeratæ, & benedictæ Domine nostræ Dei genitricis & semper virginis Mariæ.

[DIACONVS.] Domine benedicito.

[SACERDOS.] Dominus benedicat tibi gratia sua, nunc & semper, & in secula seculorum.

[DIACONVS.] τὰ Δι' Ἀβραᾶ legit, hoc est, sacras tabulas quibus defunctorum Catholicus continetur.

[SACERDOS autem se inclinans apprecatur.]

Et horum omnium animabus dona requiem, Dominator, Domine Deus noster, in sanctis tuis tabernaculis, in regno tuo, largies eis promissionum tuarum bona, quæ oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, quæ præparasti, Deus, diligentibus sanctum nomen tuum: eorum, inquam, animabus dona requiem, easque regno caelorum dignare: nostris autem fines vitæ Christianos, & tibi bene placitos, peccatores carentes largire: & da nobis, vt partem & hæreditatem habeamus cum omnibus sanctis tuis, qui sacrificij oblationes offerunt. Eucharistia, seu gratiarum agendarum munera suscipe Deus in sanctum, & caeleste, & intellectuale altare tuum, in magnitudines caelorum, per Archagelicum ministerium tuum, eorum qui multū & parum clam & palā & liberè offerre volūt, & non habēt: & eorum, qui hodierno die oblationes obtulerunt, vt susceperunt muneris iusti tui Abel, [Hinc oblato incenso SACERDOS pergit.] Sacrificium Patris nostri Abrahamæ, Zachariæ incensū, Cornelij eleemosynas, & viduæ minuta æra duo. suscipe in super eorundem Eucharistia, eisq; retribue pro terrenis caelestia, pro temporalibus æterna. Sanctissimū & beatissimū Papā N. quē præsiciuisti fore, vt sibi sancta tua Catholica & Apostolica Ecclesia omniū suffragiis eligeret, necnon sanctissimum Episcopum N. nostrum conseruans. Cōseruato eos, vt multis annis pacificis temporibus sancto tuo fungatur Pontificatu, cui eos presceciisti,

* Nomen auctoris Liturgie hinc adhiberi minime nouum videri debet, cum id quoque factum reperitur in Liturgiis D. Clementis & Chrysostomi, vt exempli gratia causa auctoritatis nomina inserat: eadem quæratione in libris legit, Moysi ipsius decessus continetur.

pro sancta tua beatique voluntate recte dispensantibus verbu veritatis. Memento etiam vbique degentium orthodoxorum Episcoporum, Presbyteroru, Diaconoru, Subdiaconoru, Lectorum, Cantoru, Monachorum, Semper virginu, Viduarum, Laicorum. Memento, Domine, sancte Christi Dei nostri ciuitatis, & ciuitatis Imperatricis, & nostrae huius, omnis denique ciuitatis & regionis, & eorum, qui orthodoxa in Christi fide eas incolunt, pacis & securitatis. Memento, Domine, omnis animae afflictae & vexatae, diuinaeque misericordia egentis, necnon conuersionis eorum, qui a recta via decurrerunt. Memento, Domine, fratrum nostroru, qui captiui tenentur, da eis, Domine, vt miserabiles sint

Coram omnibus qui eos captiuos duxerunt.

*** Memento, Domine, nostri quoque peccatoru, & indignorum seruatorum tuorum, & peccata nostra delcto, vt bonus & benignus Deus. Memento, Domine, mei quoque humilis & abiecti peccatoris, & indigni serui tui, & peccata mea delcto, vt bonus & benignus Deus. Adesto nobis, qui sanctissimo nomini tuo ministramus. Congregationibus nostris, Domine, benedicito. Idololatriam e mundo radicitus extirpato. Satanam & omnem eius operationem & nequitiam conterito sub pedibus nostris. Inimicos Ecclesiae tuae, Domine, vt semper, ita etiam nunc humilia: pacem eorum superbiam. Demonstra eis cito eorum imbecillitatem. Insidias eorum, praestigias eorum & versutias, quibus nos adoriuntur, infectas & irritas efficito. Exurge, Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant retrorsum omnes qui oderunt sanctum nomen tuum. Populo autem tuo fideli & orthodoxo benedic in millena millia, & decies millena millia, facientibus sanctam voluntatem tuam.

[DIACONVS.] Qui sedetis surgite.

[SACERDOS orare pergit.]

Redime vincetos, de necessitatibus suis afflictos exime, esurientes satia, desolatos consolare, errantes conuerte, in tenebris sedentes illumina, lapso erige, instabiles confirma, aegros sana, omnes in viam salutis dirige, eosdemque in sanctum ouile tuum congrega, nos autem ab iniquitatibus nostris libera, protector noster & defensor per omnia factus.

[DIACONVS.] Ad Orientem.

[SACERDOS se inclinans orare pergit.]

Tu enim es supra omne imperium, & omnem potentiam, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro. Tibi astant millia millium, & decies millies centena millia sanctorum Angelorum & Archangelorum exercitus. Tibi astant honoratissima tua duo animalia, nimirum multocula Cherubim, & sex alata Seraphim, quae duabus quidem alis facies tegunt, & duabus pedes, & duabus volant & clamant alterum ad alterum incessabilibus vocibus, & non tacitis theologiis, triumphalem & trisagium seu ter-sanctum hymnum; canentia, clamantia, glorificantia, vociferantia, & dicentia magnifica tuae gloriae. SANCTVS, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth. Plenum est caelum & terra gloria sancta tua, [elata voce] semper equidem omnes sanctificas, sed & cum omnibus te glorificantibus suscipe, Dominator Domi-

ne, nostram quoque sanctificationem, qui cum ipsis te laudamus & dicimus.

[POPVLVS.] Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus.

[SACERDOS mysteria sancta signaculo crucis signat, dicens.]

Plenum enim reuera est caelum & terra gloria tua per apparitionem Domini & Dei & Seruatoris nostri Iesu Christi, fac, o Deus, vt plenum quoque sit hoc sacrificium benedictione tua, per aduentum sanctissimi Spiritus tui. Quia ipse Dominus & Deus, & summus Rex noster Iesus Christus

nocte qua tradebat seipsum pro peccatis nostris, & mortem pro omnibus subibat carne, recubens cum sanctis suis discipulis & Apostolis, accepit panem in sanctas, & immaculatas, & inculpatas manus suas, suspiciens in caelum ad te patrem suum Deumque nostrum & Deum vniuersorum, gratias egit, benedixit, sanctificauit, fregit, deditque sanctis & beatis discipulis & Apostolis, dicens, [elata voce] Accipite, comedite.

[DIACONVS.] extendite.

[SACERDOS elata voce.]

Hoc enim est corpus meum, quod pro vobis frangitur, & distribuitur in remissionem peccatorum.

[POPVLVS.] Amen.

[SACERDOS autem orans ait.]

Similiter & calicem postquam cenauit accipiens, factaque vini & aquae commixtione, suspiciens in caelum ad te patrem suum, Deumque nostrum & Deum vniuersorum, gratias egit, benedixit, sanctificauit, impleuit spiritu sancto, & tradidit sanctis & beatis discipulis suis & Apostolis, dicens, [elata voce.]

BIBITE ex eo omnes.

[DIACONVS.] denuo extendite.

[SACERDOS elata voce pergit.]

Hic est enim sanguis meus noui Testamenti, qui pro vobis & multis effunditur, & distribuitur in remissionem peccatorum.

[POPVLVS.] Amen.

[SACERDOS sic orare pergit.]

Hoc facite in meam commemorationem. Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, & calicem hunc bibetis, mortem meam annunciate, & resurrectionem meam, & ascensionem confitemini, donec veniam. Mortem tuam, Dominator Domine omnipotens, caelestis Rex vnigeniti tui filij, Domini & Dei, & Seruatoris nostri Iesu Christi, annunciantes, & triduanam beatamque eius a mortuis resurrectionem confitemur, in caelos quoque ascensionem confitemur, tuamque a dextris Dei tui & Patris cathedram, necnon secundum & terribilem & tremendum eius aduentum expectantes, in quo venturus est iudicare viuos & mortuos in iustitia, & reddere tibi, Domine Deus noster, quae tua sunt, de tuis bonis haec proposuimus coram te. Enimuero te rogamus & obsecramus, generis humani amator bone, vt emittas ex alto sancto tuo, ex preparato tabernaculo tuo, ex incircumscriptionis sinibus tuis ipsum Paraclitum spiritum veritatis, sanctum Dominum viuificantem, qui in lege, & Prophetis, & Apostolis locutus est, qui vbique adest, & omnia replet, & operatur sua

Tom. 6.

tur sua potentia, non tanquam minister, in quibus vult sanctificationem pro beneplacito tuo, simplex naturam in plura diuisus actu, diuinorum charismatum fons, tibi consubstantialis, ex te [filioque] procedens, in throno regni tui tecum sedens, & cum vnigenito filio tuo Domino & Deo & Seruatore nostro Iesu Christo. Emitte praeterea super nos, & super panes & calices istos spiritum sanctum tuum, vt eos sanctificet & conferuet, tam Deus quam omnipotens [elata voce] & faciat panem quidem corpus.

[POPVLVS.] Amen.

[SACERDOS elata voce.]

Calicem autem sanguinem Noui Testamenti ipsius Domini & Dei, & Seruatoris, & summi Regis nostri Iesu Christi.

[DIACONVS.] Descendite, Diaconi.

[SACERDOS elata voce.]

Vt fiant omnibus nobis, qui ex iis participamus, in fide, in sobrietate, in medela, in temperantia, in sanctificationem, in renouationem animae, corporis, & spiritus, in comunione beatitudinis vitae aeternae, & immortalitatis, in glorificationem sanctissimi tui nominis, in remissionem peccatorum, vt tuum & in hoc, quemadmodum in vniuerso, glorificetur & laudetur, & sanctificetur sanctissimum & preciosum, & glorificatum nomen tuum cum Iesu Christo & sancto spiritu.

[POPVLVS.] Sicut erat, & est.

[SACERDOS.] Pax omnibus.

[DIACONVS.] Orate.

[SACERDOS tacitus orat.]

Deus lucis genitor, vitae auctor, gratiae factor, seculorum fundator, scientiae dator, sapientiae thesaurus, sanctitatis Doctor, precum purarum animae benefactor, qui pusillanimibus in te confidentibus das, vt iis quae cupiunt Angeli animum aduertant, qui eduxisti nos ex abyssu ad lucem, qui dedisti nobis de morte vitam, qui largitus es nobis seruitute libertatem, qui dedisti nobis tenebras peccati, per aduentum vnigeniti tui filij soluens & ipse nunc a peccatis, Dominator Domine, per aduentum sanctissimi tui spiritus, illumina oculos mentis nostrae ad percipiendum sine iudicij reatu immortalem & caelestem hunc cibum, & sanctifica nos integre & absolute anima, corpore, & spiritu: vt cum sanctis tuis discipulis & Apostolis dicamus tibi orationem hanc.

Pater noster, qui es in caelis, & cetera.

[Elata voce] & dignare nos, Dominator, generis humani amator, Domine, vt cum libertate, sine iudicij reatu, in corde puro, anima illuminata, inconfusa facie, sanctificatis labris, audeamus inuocare te, qui in caelis es, sanctum Deum patrem & dicere.

[POPVLVS.] Pater noster, &c.

[SACERDOS orat.]

Certe, Domine, Domine, ne inducas nos in tentationem, sed libera nos a malo. Nouit enim multa tua misericordia, quod tentationem ferre non possumus, praeter multa nostra infirmitate, sed fac etiam cum tentatione prouentum, vt possumus sustinere. Tu enim dedisti nobis potestatem calcadi serpentes & scorpiones, & omnem potestatem inimici, [elata voce] quia tuum est regnum & potentia.

Tom. 6.

[POPVLVS.] Amen.

[SACERDOS.] Pax omnibus.

[DIACONVS.] Capita vestra Iesu Christo inclinate.

[POPVLVS.] Tu, Domine.

[SACERDOS sic orat.]

Dominator Domine Deus omnipotens, qui sedes super Cherubim, & glorificaris sub Seraphim, qui ex aquis Mundum extruxisti, & aethorum choris eum ornasti, qui in excelsis incorporeos Angelorum exercitus constituisti ad perennes glorificationes: tibi animarum corporumque nostrorum ceruices inclinauimus, seruitutis obsequium designantes & rogamus te, vt tenebrosos peccati insultus ex cogitatione nostra depellas, & diuinis sancti spiritus tui splendoribus mentem nostram exhilares, vt cognitione tui multiplicati dignè participemus iis, quae nobis proposita sunt, bonis in temerari corporis, & preciosi sanguinis, vnigeniti filij tui Domini, & Dei, & Seruatoris nostri, Iesu Christi, condonans nobis omnem peccatorum speciem, per multa & inuestigabile bonitatem tuam, gratia, & miserationibus, & humanitate vnigeniti filij tui, [elata voce] per quem & cum quo tibi gloria & imperium cum sanctissimo, & bono, & viuifico spiritu tuo.

[SACERDOS.] Pax omnibus.

[DIACONVS.] Cum timore Dei.

[SACERDOS sic orat.]

SANCTE, summe, tremende, qui in sanctis requiescis, Domine sanctifica nos verbo gratiae tuae, & aduentu sanctissimi spiritus tui. Tu enim dixisti, Domine, Sancti estote, quia ego sanctus sum, Domine Deus noster, incomprehensibile Dei Verbum, Patri & sancto spiritui consubstantiale, & coaeternum, & principio, vt ille carens, suscipe immortalem hymnum, qui cum Cherubim & Seraphim, & a me peccatore & indigno seruo tuo ex indignis meis labijs, clamat & dicit.

[POPVLVS.] Kyrie eleison. Kyrie eleison. Kyrie eleison.

[SACERDOS elata voce.]

Sancta Sanctis. [POPVLVS.] Vnus pater, sanctus: vnus filius, sanctus: vnus spiritus, sanctus in vnitate spiritus sancti. Amen.

[DIACONVS.] pro salute & defensione.

[SACERDOS cruce signat populum, elata voce.]

DOMINVS cum omnibus.

[Hinc frangit Sacerdos panes, & dicit.]

LAVDATE Deum.

[Panem in frustra secat Sacerdos dicens assistentibus.]

DOMINVS benedicat, & vobiscum ministrer, per magnam, &c.

[Hinc dicit Sacerdos.]

IVBETE. [CLERVS.] Spiritus sanctus iubeat & sanctificet.

[SACERDOS.] Ecce sanctificata sunt & consecrata. [CLERVS.] Vnus pater sanctus ter.

[SACERDOS.]

DOMINVS cum omnibus.

[CLERVS.] Et cum spiritui tuo.

[SACERDOS dicit.] Ipse benedixit eis.

[Hinc participat Sacerdos Euchites, seu

B ij

Orator, pro humanitate alius.]
Quomodo desiderat ceruus ad fontes aquarum, &c.

[Et cum distribuit clero, dicit.]
CORPVS Sanctum. [Erad calicem dicit.]
SANGVIS Preciosus Domini, & Dei, & Seruatoris nostri.

[Hinc sacrificio completo dicit Diaconus.]
Ad Orationem staté.

SACERDOS.] Pax omnibus.
DIACONVS.] Orate.

SACERDOS orationem Eucharistiæ, seu gratiarum actionis, subiungit.]

Gratias agimus tibi, Dominator Domine Deus noster, pro perceptione sanctorum, incemeratorum, immortalium, & celestium mysteriorum tuorum, quæ dedisti nobis in beneficium, & sanctificationem, & salutem animarum & corporum nostrorum. Certè precamur & obsecramus te, generis humani amator bone Domine, largire nobis communionem sancti corporis & preciosi sanguinis vnigeniti filij tui in fidem inconfusam, in charitatem non fictam, in abundantiam pietatis, in auerfionem cuiusvis contrarij, in obseruationem mandatorum tuorum, in præparationem vitæ æternæ, in defensionem acceptabilem, ante tremendum tribunal Christi tui, [elata voce] per quem & cum quo tibi gloria & imperium cum sanctissimo, & bono, & viuifico spiritu. [Deinde

Sacerdos conuersus ad populum dicit.]
Rex maxime, patrique coæternæ, qui potentia tua infernum spoliasti, & mortem conculcasti, & fortè vinxisti, & Adâ è tumulo excitasti, Deifica tua virtute, & lucido splendore ineffabilis tuæ diuinitatis, ipse, domine, per assumptionem intemerati corporis tui & preciosi sanguinis tui, emitte inuisibile dexteram tuam plenam benedictionis, & omnibus no-

Abis benedic, miserere, corrobora diuina tua virtute, & aufer à nobis maliciosam & peccatricem carnalis concupiscentiæ operationem, illumina intellectuales oculos nostros cõtra circumstantè tenebrarum nequitiam. Cõiunge nos beatissimo beneplacitorum tibi conuentu, quia per te, & tecum, Patrem & sanctissimum spiritum omnis hymnus decet, honor, imperium, adoratio, & gratiarum actio, nunc & semper, & in secula seculorum.

[DIACONVS.] Ite in pace.
[POPVLVS.] In nomine Domini.
[SACERDOS elata voce.]

Charitas Dei & patris, gratia filij Domini que nostri Iesu Christi, communicatio & donum sanctissimi spiritus, sit cum omnibus nobis nunc & semper & in secula seculorum.

[POPVLVS.] Amen.
[Sic nomen Domini benedictum.]

[SACERDOS orat in Diaconico, hoc est sacro Armario, seu sacristia, dicens.]

Dedisti nobis, Domine, sanctificationem in participatione sanctissimi corporis & preciosi sanguinis vnigeniti filij tui, da nobis gratiam & donum sanctissimi spiritus, & custodi nos irreprehensibiles in vita, & deduc ad perfectam redemptionem & adoptionem, & ad futuras sempiternas fruitiones. Tu enim es sanctificatio nostra, & tibi gloriam sursum mittimus Patri & Filio, & spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum.

[POPVLVS.] Amen.
[SACERDOS.] Pax omnibus.
[POPVLVS.] Et spiritui tuo.
[Et dimittit, dicens.]

Benedictus Deus, qui benedicit & sanctificat, & protegit, & conseruat omnes nos per participationem sanctorum eius mysteriorum, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

DIVI BASILII, CAESAREAE CAPPADOCIAE, EPISCOPI,
ANAPHORA; EX VETVSTISSIMO CODICE SYRICA LINGVA ET CHARACTERE, scripto; traducta per Andream Masium.

PRCATIO ANTE PACEM.

AETERNE Deus, qui in principio homines creasti ad immortalitatem: mortem porrò per inuidiam diaboli ingressam in Mundum, per salutarem Aduentum vnigeniti Filij tui Domini Dei & Redemptoris nostri Iesu Christi destruxisti, viribusque cassam reddidisti, & caelesti pace terram impleuisti; tu (inquã) quem exercitus etiam Angelorum celebrabant, dicentes: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, atque inter homines bona voluntas: reple (ò suauissime Deus) corda nostra, bona voluntate tua pacis cõciliatrice; expurgans nos omni labe & dolo, omnique similitatis pertinacia quæ mortem inuitat: ac dignare nos mutuùm nobis inter nos precari pacem cum Ofculo sancto & diuino; vt expertes omnis culpæ, fiamus participes Donorum tuorum celestium & immortalium; per Christum Iesum, Dominum nostrum, per quem &

cum quo tibi debetur gloria, honor, & potestas, vna cum sanctissimo tuo Spiritu [bono, adorando, vitam largiẽte, æquè tibi in substantia æquali; nunc, & semper, & in secula seculorum.] Populus: Amè.
Sacerdos: Pax [& tranquillitas omnibus vobis.]
Populus: & Spiritui tuo. Diaconus: Demus pacem [alter alteri, cum ofculo sancto & diuino, ac Charitate Domini nostri Iesu Christi.] Populus: Dignare nos [Domine Deus noster.] Diaconus: Ante[sumptionem Mysteriorum sacrorum quæ offeruntur; capita nostra coram Domino misericordè inclinemus.] Populus: Coram te domine [Deus noster.] Sacerdos: Domine Deus noster tu qui de abundantia gratiæ tuæ, in omnia extendisti; nobis, plus quàm petimus, tribuis; & benigniùs quàm intelligimus, nobiscum agis: extende Domine manum tuam non aspectabilem, & benedic seruis & ancillis tuis; mundatòque ipsos ab omni macula carnis & Spi-

Qua his signis... non habebantur... sed sic addenda esse... rescripte mihi meo doctor Syrus Mardenus.

Sep. a.

Luc. a.

Similitatis pertinacia.

Ofculum sanctum.

& Spiritus, atque dignare nos fieri participes Corporis vnigeniti Filij tui; quo, cum puritate & sanctimonia supplices, preces tibi offeramus & vnigenito Filio tuo Domino nostro Iesu Christo; atque Spiritui tuo sanctissimo [bono, adorato, vitam largienti, tibi que in substantia æquali, nunc, & semper, & in secula seculorum.] Populus: Amen.

Precatio super Velamine.

SACERDOS: Domine qui ab Angelis & Archangelis extolleris, à Seraphim sanctus pronunciaris, super Cherubim sedes; atque ab his simul omnibus, nullo interposito silètio, vocibus diuino sermone informatis, gloriosè laudaris; & à nobis etiã terræ incolis, Sacerdotali functione coli vis: non quòd nostro cultu opus habeas, sed vt nos sanctitatis tuæ reddas participes: sustine nos Domine, ad Altare tuum sanctum accedentes; neque propter labem peccati qua ego noxius homo commaculatus sum, despicias seruos tuos qui coram te consistunt. Tu enim (vt qui ipse fisor es) cognitum exploratùmque habes figmentum nostrum, quòd non iustificetur coram te vllus ex muliere natus. Sed tu dignos effcito nos qui puro corde stemus corã te,

Psal. 79. & 98.

Psal. 42.

Sacrificiū incrementū.

Sacrificiū pro Defunctis Fidelibus.

i. Cor. 13.

Seruum mentes.

Hæc respondent Præfationi Latinorum.

* Relectio... culum... b... b... b...

Aritum illum bonum & sanctum; Spiritum veritatis & adoptionis piorum, Spiritum principalem, arrabonem futuræ hereditatis, primitias bonorum æternorum, virtutem vitæ effectricem; fontem sanctitatis, ex quo omnis creatura quæ ratione prædita est, & quæ intellectu pollens corpore vacat, sanctificata atque illuminata; tibi laudem prædicationemque perpetuam gloriæ offert. Hic sustollit vocem Sacerdos: Te adorant Angeli & Archangeli; te laudant Throni & Dominationes; te prædicant Principatûs & Potestates; te celebrant Virtutes & Exercitûs caelestes: coram te consistunt duo animalia veneranda cingentia sanctum solum maiestatis tuæ; quæ plures habent facies pluresque oculos, ac fenas alas singula; Seraphim, & Cherubim, binis alis obtegentia facies suas ne intueantur non aspectabilem thesaurum diuinitatis tuæ; binis item pedes suos, ne adurantur ab æstu reuerentiæ tuæ; à cuius minimi ardoris exiguaque scintillulæ vehementia confunduntur omnes creaturæ; tum quæ sola mente intelliguntur, tum quæ sensu percipiuntur: demùm, binis volantia acclamant inuicem nunquam cessantibus oribus, & diuinæ prædicationis vocibus perpetuis; laudem victoriæ redemptionis nostræ concinentia vociferantiæque ac dicentia. Populus: Sanctus, Sanctus, Sanctus [Dominus Deus Sabaoth, plena sunt cælum & terra gloria tua; &c.] Sacerdos inclinatus: Sanctus enim verè es, neque vlla est mensurâ magnificentiæ sanctitatis tuæ; & benignus es in omnibus operibus tuis: nam cum iustitia & certo veròque iudicio induxisti omnia super nos. Condideras enim hominè sumpto de terra puluere, honoratùmque cum tua imagine posueras in Paradiso deliciarum; vitæ promissa immortalitate, si quidem tuum obseruaret mandatum. Verùm quando tibi Deo conditori suo non obtemperauit; subiectus est fallaciæ Serpētis, mortuûsque per sua ipsius delicta. Tu verò in exilium quidem misisti, & quissimis iudiciis tuis, extra Paradisum deliciarum, in hunc Mundum; atque ad eã ipsam terrã denudè redire coegisti eum, ex qua desumptus fuerat: sed ita vt destinares ipsi salutem per eam regenerationem quæ est in ipso Christo tuo. Neque enim dissoluisti prorsus signetium tuum quod feceras; ò bone! nec sustinuiti vt ad consummatam internecionem redigeres opus tuum: sed visitasti ipsum per benigna misericordiarum tuarum viscera; placuitque tibi vt per denuò nascendi rationem reduceres, nos ad eam vitam quam amiseramus; variisque oberrates viis, quæ sustinuiti nos & variis modis nos reuocasti: Exhibuisti viros iustos seculis pristinis, qui nobis ad cognoscendas veritates tuas viam monstrarunt; misisti Prophetas prænuncios futuræ salutis nostræ; operatus es miracula atque potentiam exercuisti per sanctos tuos, nimirum testificans de ipsis quòd essent dispensatores thesauri tui: Legem in subsidium dedisti; Angelos custodes constituisti. Denique vbi venisset plenitudo temporum; locutus es nobis per ipsum Filium tuum per quem feceras etiam Mundum: qui cum sit splendor gloriæ tuæ, & expressa imago tui ipsius, adducatque vniuersa verbo potentia suæ; nequiquam rapinam existimauit hoc ipsum, quòd esset æqualis Deo; sed Deus ipse

isa. 6.

Ezech. 10.

isa. 8.

Apoc. 4.

Gen. 2.

Dei beneficia in hâc mine.

Hebr. 1.

Phil. 2.

Bar. 3.

Rom. 5.

Exod. 19. Deut. 7.

Christi descensus ad Inferos.

Luc. 22.

Marc. 14.

aternus super terram visus est, & cum hominibus est conuersatus; qui cum in forma Dei esset, inaniuit se ipse forma serui sumpta; incarnatusque de Spiritu sancto & ex sancta semperque Virgine Maria, conformis extitit humili corpori nostro, vt conformes redderet nos imagini & gloriæ suæ. Quia enim per hominem peccatum intrauerat in mundum, & per peccatum mors; voluit Vnigenitus tuus ille qui est in sinu tuo (Patris) cum esset factus ex muliere & esset sub lege, damnare peccatum in carne; quod nos qui per Adamum mortui eramus, viuere per Christum. Cumque ætatem ageret in hoc Mundo; instruxit nos præceptis salutaribus, remouitque ab Idolorum cultu, atque deduxit in cognitione tui, Dei veri, & Patris; comparansque nos sibi in populum, populum peculiare, regnum sacrum, cœtum selectum atque mundas nos aquis, & sanctificans nos per Spiritum, dedit ipse se precium illius mortis in cuius manu detinebamur cum venudati essemus per peccatum. Porro postquam descendisset de cruce ad Inferos; vt expleret ipse omnia; surrexit tertia die; fecitque viam vniuersæ carni, ex mortuis resurgendi. Quia nefas erat, vt is qui erat principium vita, retineretur per corruptione; factus est ille qui erat primitia dormientium, primogenitus mortuorum, quod esset ipse primarius in omnibus. Vt autem ascendit in cælum; confedit ad dexteram Maiestatis in excelsis, is qui etiam venturus est tributum vnicuique homini secundum opera eius, Reliquit verò nobis memoriam passionis suæ salutaris, ea quæ proposuimus secundum ipsius mandatum. Et hic Sacerdos extollit vocem suam: Cum enim esset exiturus ad crucem suam voluntariam ac salutarem, in ea nocte qua tradebatur pro vita & redemptione Mundi; accepto pane in sanctas, incotaminatas, puras, & illibatas manus suas; gratias egit, benedixit, sanctificauit, fregit, & dedit Discipulis suis & Apostolis sanctis, dicens: Accipite, comedite de ipso, Hoc est corpus meum quod pro vobis & pro multis frangitur & diuiditur in expiationem culparum, remissionemque peccatorum, ac in vitam sempiternam. Populus: Amen. Sacerdos: Similiter autem & calicem vini nati è vite; & postquam cenauerunt, accepit, miscuitque aquis; gratias egit, benedixit, sanctificauit, ac gustauit, & diuisit Discipulis suis & Apostolis sanctis, dicens: Accipite, bibite ex eo vos omnes, iste est sanguis meus ille noui testamenti, qui pro vobis & pro multis effunditur & spargitur in expiationem culparum & remissionem peccatorum, atque in vitam æternam. Populus: Amen. Sacerdos: Quotiescunque enim hoc facitis, mortem meam annuntiatis; ac memoriam Sepulturæ Resurrectionisque meæ celebratis, donec ego venero. Populus: Mortem tuam Domine [annuntiamus, atque Resurrectionem profiteamur, & Aduentum tuum secundum expectamus; misericordiam tuam sint super nos omnes.] Sacerdos: Recolentes igitur etiam nos Aduentum tuum Domine, in carne, & mortem tuam, sepulturamque tuam, atque Resurrectionem tuam à mortuis, quæ tertio die contigit; & Ascensum tuum in cælum, ac sessionem tuam ad dexteram Dei Patris; præterea Aduentum tuum secundum formidabilem & maiestatis plenum, in

quo iudicaturus es Orbem terræ cum iustitia, & populos cum æquitate: Supplices (ò Domine) tibi sumus, qui solus fuisti expiatio Mundi, & es precium quod satis sit ad opponendum peccatis nostris; quia tuum solius est remittere peccata super terram, vt pote Dei in cuius potestate omnia sunt; ne in die illa qua iudicaturus es orbem terræ per iustitiam, intres in iudicium cum seruis tuis, aut negligas hereditatem tuam abalienatam à Gratia sancti tui Spiritus, vt ne extorris fiat à regno tuo caelesti. Propitius esto nobis & misericors in illa hora pronuntianda sententiæ; neque destituas nos vt famus hæredes tenebrarum penitus omnis lucis expertium. Nequaquam alienemur (Domine) à peculio tuo, neque pronuncies aduersum nos illam sententiã; ite maledicti, possidete ignem sempiternum: ne abdicet nos, neque dicas nobis; non noui vos: Neque torqueamur in Inferno cum iis qui non crediderunt sed irritauerunt gratiam tuam. Verum recordatus misericordiam & benignitatis tuæ, propter quas te ipsum etiã tradidisti pro nobis; redime nos (ò Domine) à damnatione illa ærumnosa; libera nos à tormentis illis terribilibus, assiste nos à verme illo putrido & amaro, exime nos ab illo flumine ignis horrendo. Per hoc enim cognoscitur imperuestigabilis thesaurus placibilitatis tuæ, quod nostri misereare, qui bonorum seruorum nõ obtinemus statione. Populus enim tuus, & hereditas tua, simplex tibi est; ac per te & vnã tecum etiam Patri tuo, dicens. Populus: Misereare nostri [Domine Deus, Pater omnipotens.] Sacerdos: Et nos miseris peccatores consecuti gratiam tuam; gratias agimus tibi de omnibus, & pro omnibus.] Populus: Te laudamus [tibi benedicimus, te adoramus obsecramusque Domine Deus, vt parcas nobis, miserearisque nostri.] Diaconus: Quam veneranda est hora ista, & hoc tempus, dilectissimi; cum Spiritus viuus & Sanctus è supremis cælorum sedibus descendit atque incubat, manetque super hanc Eucharistiam propositam, eamque consecrat! Tacite igitur & reuerenter orate.] Sacerdos inclinatus: Inuocatio sancti Spiritus. Propterea Domine, & nos miseri & peregrini atque inutiles serui tui, quos dignatus es administratos esse sacrosanctorum Mysteriorum passionumque Christi tui; non quidem propter iustitiam nostram (nihil enim boni egimus super terram) sed per misericordiam & clementiam tuam, quas affatim effudisti super nos: Cum fiducia iam accedimus, vt contingamus Altare tuum sanctum. Et qui proposuimus typum Corporis & Sanguinis Christi tui, adoramus ac supplices rogamus te per bonitatis tuæ benignitatem; veniat sanctus tuus Spiritus super nos, & super hæc quæ proposuimus Dona, ac sanctificet ipsa. Subterque voce: Domine exaudi me. Populus: Kyrie eleison. Sacerdos: Et * efficiat panem istum, Corpus gloriosum Domini Dei nostri Iesu Christi; corpus caeleste, corpus vitæ efficiens, corpus preciosum in expiationem culparum & remissionem peccatorum vitamque æternam iis qui accipiunt. Populus: Amen. Sacerdos: Et Calicem hunc sanguinem preciosum Domini Dei regnantis super omnia Iesu Christi; sanguinem redimentem, sanguinem vitæ efficientem, sanguinem expiantem, qui effusus est pro

Christi secundus aduentus.

Math. 27.

Spiritus sanctus Eucharistiæ incubat.

Legitur etiam, Efficere: potest autem hoc verbum, etiam interpretari, ostendit, siue, exhibet.

Cantus.

Sacrificium reuerendum & incruentum.

Pro Pontificibus.

Pro Presbyteris & Diaconis.

Pro seipso.

Pro fratribus terræ, &c.

Pro pace.

Pro Officiariis.

est pro redemptione & vita Mundi, in expiatione culparum & remissionem peccatorum vitamque æternam iis qui accipiunt. Populus: Amen. Sacerdos: Nos autem qui de vno Pane vitæ, & Calice redemptionis accepimus, quod inter nos aduenimus; dignare communicatione Spiritus sancti: neque nostrum quicquam in cõdemnationem suam edat aut bibat, propter multitudinem peccatorum nostrorum; sed misericordiam cõsequamur in die iusta atque æquæ tuæ retributionis, per gratiam, misericordiam, ac amorem vnigeniti Filij tui erga humanum genus; per quem & cum quo, tibi debetur laus & gloria & potestas, & cum sanctissimo tuo Spiritu [bono, adorando, vitam largiente, atque tibi in substantia æquali; nunc, & semper, & in secula seculorum.] Populus: Amen. Sacerdos inclinatus: Sancte sanctorum Domine Deus virtutum; offerimus tibi sacrificium hoc reuerendum & incruentum, pro Ecclesiis sanctis quæ à finibus Terræ vsque ad fines eius existunt. Memeto etiam Deus, huius nostræ Ecclesiæ; eorumque qui in Ecclesiis seruiunt, Patrum bonæ memoriæ; & Patriarchæ nostri, domini: Nunc atque reliquorum omnium orthodoxorum Episcoporum; prudentiamque & fortitudinem cuiuslibet illorum tribuito, vt recte pacant Gregem tuum sacrum. Memeto etiam Presbyterorum orthodoxorum, Diaconorumque qui vbiuis siue mortui siue superstitis sunt; & dato ipsi vt inculpatè seruiant ad Aram sanctam. In virginitate atque solitudine durantiu memeto Deus; ac misericordiam tuam, parcèque mihi peccatori inutilique seruo tuo cui gratiam benignitatemque viscerum tuorum exhibuisti; ac me (erri indignum) redime pro multitudine miserationum tuarum, vt te semper laudem per omnem vitam meam; libera me ab omnibus qui odiunt me, & conuertantur inimici mei retrorsum; Aperi oculos mentis meæ vt irradiet illustrèque me lumen, ad cognoscenda ea sensa quæ tibi Deo congruunt. Memento Deus etiam populi sperantis in misericordiis tuis; ac domos eorum in pace cõseruato. Herbarum quoque & terræ frugum memineris Deus, datoque nobis pluuias tempestiuas; ac benedictione tua prosequitor coronam anni benignissime, imperatorque terræ vt det fructus suos, quia oculi omnium abs te pendunt. Hic extollit vocem: Atque erue nos fortissime Domine, à fame, lue, terræmotu, incendio, submersione, atque à persecutore, insurgentibusque aduersus nos inimicis aspectabilibus & non aspectabilibus, qui ratione cernuntur & qui sensu percipiuntur: à gladio malo, & ab omni manu populorum alienigenarum, ab hominibus improbis, & fraudulentis, atque à loquentibus peruersa. Et pacem tuam quæ omnem intellectus captum excedit donato nobis; imbuitoque corda nostra, benignitate & probitate; ac dignare nos cõsistere coram te, tibi viuere, tibi placere omnibus diebus vitæ nostræ, per gratiam, misericordiam, atque amorem vnigeniti Filij tui erga humanum genus: per quem & cum quo, tibi debetur laus, honor, & potestas, cum sanctissimo tuo Spiritu [bono, adorando; &c.] Populus: Amen. Sacerdos inclinatus: Memento etiam Domine, eorum qui vnã nobiscum adstantes orant; & eorum qui hinc

procul absunt: Eorum quoque qui has oblationes attulerunt tibi. Tum etiam eorum quorum nos ex præcepto meminisse debemus. Insuper eorum qui in Ecclesiis tuis fructuosi sunt, pauperum nõ obliuisceris. Et eorum qui elemosinis vestituque, aliis subueniunt. Horum (inquam) & simul eorum qui cupuerunt quidem sed non valuerunt offerre. Et omnino vniuscuiusque memineris pro animi sui proposito, & eorum quos modo commemorauimus. Hic extollit vocem suam. Retribue Domine illis quærum meminimus coram te, & quorum nõ meminimus; pro terrenis caelestia, pro corruptibilibus incorruptibilia, pro temporariis æterna; & facito vt hæredes sint vitæ æternæ. Viduis patrocinare per amorem tuum erga genus humanum. Pupillis esto pater, captiuos redime, ægros maleque habentes sanato. Cum nauigantibus nauigato; facientibus iter, comes esto. Denique eos qui in montibus, aut speluncis, vel fodinis, subterraneisque locis durant propter nomen sanctum tuum, confirmato atque adiuuato dextera tua; qui in exilio, aut carcere sunt; liberato: errantes dispersosque colligito; congregatoque omnes in ouile tuum, vt sit vnum ouile & Pastor vnus, tibi que laudem attribuamus & gratias agamus, ac simul Vnigenito Filio tuo, & sanctissimo tuo Spiritui [bono, adorando, vitam largienti, tibi que; &c.] Populus: Amen. Sacerdos inclinatus: Memor esto Domine, Regum nostrorum laudabilis memoriæ; ac coronato eos spe bonæ voluntatis & galea salutis, cõseruatoque ipsos in fide sana, atque subigito ipsos sub iugum regni tui; & populos barbaros Reipublicæ; Christianæ maleuolos, ipsis mancipato. Et extollit vocem: Nobis autem Domine concedito habitationem tranquillam & quietam, atque humilitatem perfectam: tu enim es adiutor, præstasque victoriã omnibus qui nomine tuo magno militant; tuãque causã sumptis armis, stipendia merent in bello. Esto itaque Domine auxilio iis qui pro populo tuo redempto bella gerunt, & victoriam ipsis largire; immo tu ipse, aduersus eos dimicatio qui illos odio habent. Nos autem Domine ab omnibus periculis, angustiis, necessitatibus assiste; cui laudem, & gratiarum actionem offerimus; & simul vnigenito Filio tuo, sanctissimoque tuo Spiritui [bono, adorando, vitam largienti; &c.] Populus: Amen. Sacerdos inclinatus: Quia porro tu in vitam simul & mortem habes imperium, dignare nos eorum etiam meminisse qui inde à seculo placuerunt tibi, Patrum & Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Ioãnis Baptistæ, Stephani primi martyris, & Sanctæ Dei genitricis, ac omnium denique Sanctorum. Et subter voce: Et si ad loca gloriosa omnisque materiæ expertia, & quæ extra omnem comparisonem sunt, receperis in cœtum sanctorum tuorum, Domine; facito vt simus illorum confortes in Ecclesia Primogenitorum; & bone. Cumque misericordiam tuam laudabilissimam, & amorem tuum erga genus humanum imitantes, assiduas preces atque obsecrationes pro nobis tibi offerant: eoque memoriam illorum celebremus; vt quando nobis ipsi parum fidimus, memoria & legatione illorum protecti, per eos audeamus ad te accedere, atque tremendo hoc & reue-

Pro Benefactoribus.

Pro afflicto, peregrinis.

Job. 10.

Pro Regibus.

Pro Militibus.

Memoria sanctorum.

Sanctorum obsecrationes pro hominibus. Cur, sanctis vitam intercessoribus.

rendo sacro munere defungi: esto expiator præuaricationum nostrarum; tum propter sanctas preces illorum, tum propter sanctum nomen tuum quod inuocatum est super nos; quia sanctus ipse es, & in Sanctis acquiescis. Tibi itaq; laudem & gratiarum actionem tribuimus, simulq; Vnigenito Filio tuo, & sanctissimo tuo Spiritui [bono, &c. Populus: Amen. Sacerdos inclinatus: Memeto etiam Domine eorum qui decesserunt, migraruntque ex hac vita; & Episcoporum orthodoxorum qui inde à Petro & Iacobo Apostolis ad hunc vsque diem, rectum Fidei verbu clarè sunt professi; & nominatim Ignatij, Dionysij, Iulij, ac reliquorum Diuorum laudabilis memoria. Et sublata voce: Memeto Domine eorum quoq; qui vsque ad sanguinem pro Religione steterunt; & Gregem tuum sacrum, per iustitiam & sanctitatem paucorum in locis vberum pascuorum, & ad aquas amenas: hoc est; per diuinam doctrinam, ac per obsecrationes, supplicetq; preces suas, Membra Ecclesie remota, congregato in vnam professionem & Religionem Apostolicam, vt pares omnium sint voces & pares laudes; sicq; comparato omnium nostrum voluntatem metemque, vt simus sectatores Fidei & professionis illorum: quia benignus & summe misericors es; tibiq; congruit laus, honor, & potestas; simulq; Vnigenito Filio tuo, & sanctissimo tuo Spiritui [bono, adorando, vitam largienti, ac tibi in substantia æquali nunc, & semper, & in secula seculorum. Populus.] Amen. Sacerdos inclinatus. Memento etiam Domine Patrum, fratrumque nostrorum qui obierunt in vera fide, Presbyterorum, Diaconorum, Hypodiaconorum, Lectorum, Cœnobarum, in Cœlibatu perpetuo viuentium, laicorum, quorum omnium tu numerum solus nosti: potissimum verò qui iam nominantur. Et sublata voce. Conditor corporum & animarum Domine, memento ad aram tuam caelestem, eorum omnium qui decesserunt de hoc mundo ærumnoso, recreatoque eos in tabernaculo tuo omnis decoris pleno. Traicito eos tras mansiones cruciatu horrendas, atque in tabernaculis luculentissimis collocato ipsos. Erue ipsos ex tenebris & caligine, atque ex tribulatione dolorèque eripe, appareatque ipsis vultus tuus pacificus, neque intres cum ipsis in iudicium, aut acrem questionem habeas de acta vita. Sed siue verbo, siue opera peccauerint, utpote homines carne induti, remittito, aboletoque errores ipsorum, Nostri verò qui in viuis superstites sumus, tu conuersus miserere. Ecce enim quotidie ad iracundiam concitamus te scedis & destabilibus viuèdi modis, quoniam vnus solus est qui non peccauit, & qui à culpa liberat, Dominus noster & Seruator noster Iesus Christus, per quem nos quoque omnes speramus nos consecuturos misericordiam & remissionem peccatorum. * Quapropter etiam nobis & illis. Populus. Ignosce, remitte. Sacerdos. Ignosce, remitte, condona Deus delicta illorum, quæ voluntarij aut non voluntarij, scientes vel ignorantes, re ipsa aut solis cogitationibus patrauerunt occulta & manifesta, quorum recordantur & quorum oblitifunt, quæ omnia nouit nomen tuum sanctum. Et sublata voce. Sanctissime Deus memento etiã eorum quorum memoriam hodie celebramus, om-

Pro Defunctis.

Pro Schismaticis.

* Quapropter etiam nobis & illis. Populus. Ignosce, remitte. Sacerdos. Ignosce, remitte, condona Deus delicta illorum, quæ voluntarij aut non voluntarij, scientes vel ignorantes, re ipsa aut solis cogitationibus patrauerunt occulta & manifesta, quorum recordantur & quorum oblitifunt, quæ omnia nouit nomen tuum sanctum. Et sublata voce. Sanctissime Deus memento etiã eorum quorum memoriam hodie celebramus, om-

nesque illos veteres admitte internuncios & conciliatores pro animis omnium nostrum, dignareque nos esse confortes, & coheredes ipsorum. Atque omnium nostrum memor esto per benignitatem tuam: nos visitato cum multitudine misericordie tuæ, appareatque nobis cum clementia tua, atque tales nos per efficientiam probitatis tuæ efficit, quales esse conuenit. Aboleas dissidia Ecclesiarum tuarum, insolentiam Gentium, atque hæreticorum stationes dissipa. Nos denique vnuerfos recipito in regnum tuum, & filios lucis effice, quò omnes vno animo quasi ab ore vno atque vno corde collaudemus nomen tuum magnum, & inclytum, & simul Iesu Christi, & Spiritus tui sancti, nunc, [& semper, & in secula seculorum.] Populus. Sicur erat, [& est permanens in generatione generationum, & in seculo futuro. Sacerdos. Pax vobis. Populus. Et cum Spiritu tuo. Sacerdos. Sit misericordia [magni Dei, & Seruatoris nostri Iesu Christi cum omnibus vobis.] Populus. Et cum Spiritu tuo. Sacerdos. * fangit, & signat. Diaconus, proclamat Catholicam. Sacerdos. Oratio Domnica. Pater noster. * Benedictus es Domine, qui cælum terramque implet gloria tua, qui que nos modò dignatus es vltimè memoriam Testamenti tui sancti, perficeretque Sacrificium hoc reuerendum, & incruentum. Tu itaque Deus noster qui sanctificas Sacramenta ista, purgato nos ab omni inquinamento & Carnis, & Spiritus, docetòque nos perficere quod sanctum est in timore tui, vt cum testimonio sincero conscientie nostræ, facti participes sanctificationum tuarum vniamur Corpori & Sanguini Christi tui, aptique simus, vt ipse habitet in nobis secundum promissionem ipsius, sintque corda nostra pro hospitio illi bono Spiritui. Ita Deus noster, ne facias quenquam nostrum reum Corporis & Sanguinis Christi Filij tui, neque ægrum animo, aut corpore propterea quòd indigni participemus sacrosancta mysteria: quin potius concede nobis, vt vsque ad extremum nostrum spiritum placeamus tibi, habeamurque digni fumere salutaria sacramenta Domini & Redemptoris nostri Iesu Christi, neque indigni corpore sancto, & Sanguine piaculari; sed idonei qui ea accipiamus: quo per ipsa corroborati, mundati, & perfecti possimus dignè obsecrare te per precationem illam quam nos docuit vnigenitus Filius tuus, corde puro clamantes, & dicentes: Pater noster, qui es in cælis. Populus. Sanctificetur nomen tuum, &c. Sacerdos ait. Domine Deus & Seruator noster, ne inducas nos in tentationes difficiles, aut necessitates amaras, ne inducas nos in laqueos aduersarij, hostiumque animarum nostrarum, neque destituas nos vt incidamus in manus aspectabilium grassatorum, & qui vitam nostram lædere cupiant: sed libera nos ab omnibus tentationibus occultis, & manifestis, cunctis diebus vitæ nostræ: atque exime nos omnibus malis, quæ propter iniquitatem nostram incurrunt in nos: quia tuum est regnum, & vnigeniti Filij tui, ac sanctissimi tui Spiritus [boni, adorandi, vitam largientis, & tibi in substantia æqualis, nunc & semper, & in secula seculorum.] Populus. Amen. Sacerdos. Pax omnibus vobis. Populus. Et cū Spiritu tuo. Diaconus. Domino capita nostra [inclinemus.]

* Hic facer dos deficiam facia hostia: particula demittit in sanguinem Christi in calicem, ac deinde patellam cum Corpore Christi sustollit, & veluti ostendit populo: interim Diaconus alta voce clamans Catholica (nam sic etiam Syri loquuntur) excitat populum ad communionem. Cetero qui Syri non eleuant nudu corpus Christi, vt Romani. Hæc mihi re script meus præceptor Syrus Mardenus. * Hæc est præfatio ad orationem Domnicam.

1. Cor. 11. Matth. 6. Luc. 11. Hic vnueria Ecclesia recitat orationem Domnicam, qua absoluta pergit sacrificium. Domine Deus, &c.

Mysteria salutaria.

Sacramenta vitalia.

Oratio pro peccatis.

* Vel vires.

nemus.] Populus. Coram te [Domine Deus noster.] Sacerdos dicit. Pater misericordiarum, & Deus omnis consolationis, qui concessisti nobis vt reuerenter obseruarem præcepta tua, & modò etiam dignos duxisti nos qui te aspiceremus, atque coram maiestate tua supplices, nostras preces offerremus: abs te deflentes, & circunda nos muro misericordiarum per sollicitam curam, amorèque vnigeniti Filij tui erga humanum genus, præstaque, vt sine noxa reddamur participes mysteriorum illius salutarium, & vitæ efficientiam, per gratiam, misericordiam, & charitatè vnigeniti Filij tui erga humanum genus. Cum quo tibi debetur laus, gloria, & adoratio, simulque sanctissimo tuo Spiritui [bono, adorando, &c.] Populus. Amen. Sacerdos. Pax omnibus vobis, Populus. Et Spiritui tuo. Sacerdos. Sit gratia Trinitatis [cum omnibus vobis.] Populus. Et cum Spiritu tuo, Diaconus. Reuerenter contemplermur, Sacerdos. Sanctis sanctis. Populus. Vnus Pater sanctus, [vnus Filius sanctus, vnus Spiritus vitæ efficiens sanctus: gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, qui vnus sunt in secula.] Sacerdos. Vnus Pater sanctus nobiscum. Diaconus. Stemus decenter omnes, [stemus reuerenter, intenti simus dum hæc Anaphora in pace peragitur.] Populus. Gratias agimus tibi (Deus noster.) Sacerdos. Exaltamus te Deum Patrem omnipotentem, & misericordem, laudamusque te conditorem vniversi, atque adoramus te abundantem misericordia & gratia quia miseratus es nostri, & expiasti, deliquisti peccata nostra, ac dignatus es nos sumptione sanctorum, vitaliumque sacramentorum tuorum, in quæ etiam Angeli ipsi desiderant prospicere. Cedat igitur nobis ipsorum suauitas in piaculum, participatioque in remissionem peccatorum quæ antehac à nobis admissa sunt, atque in medicinam eorum in quibus adhuc versamur, denique in effugium præsidiumque aduersus ea quæ posthac à nobis committi possent, & in gaudium, atque exultationem a pud sanctos qui inde à seculo placuerunt tibi: quia tuum est regnum, tibi que debetur laus, & vnigenito Filio tuo, vnà cum sanctissimo tuo Spiritu [bono, adorando, &c.] Populus. Amen. Sacerdos. Pax [omnibus vobis.] Populus. Et Spiritui tuo. Diaconus. Post [sumptionem sanctorum sacramentorum quæ exhibita sunt, coram Domino misericordè capita nostra inclinamus.] Populus. Coram te Domine [Deus noster.] Sacerdos. Tibi Deo capiti viuorum, & Domino mortuorum offerimus supplices preces nostras, & coram te inclinamus capita nostra nos ferui tui, & grex tuus rationalis, sperantes nos visitatum iri à tua gratia, in qua omnis subsidij copia est posita. Benignus igitur esto Domine, & demitte super nos donum quod abs te est, misericordiasque tuas diuites, ac elue, expurgatòque nos omni macula, fordibusque peccati, carnis & spiritus: imbue nos benedictione benignitatis tuæ, confirmas nos certa spe promissionum tuarum, atque in cultu obseruationeque legum tuarum salutarium effice nos sollicitos & reuerentes: inuidios verò contra * copias aduersarias, damnosque tentationes; atque omnes iniquitates peccati à nobis sumimoue, vt a-

doremus, profiteamur, & laudemus te Domine, Patremque tuum, & Spiritum tuum sanctissimum [bonum, adorandum, vitam largientem, & tibi in substantia æqualem, nunc & semper, & in secula seculorum.] Populus. Amen. Diaconus. Benedic Domine. Sacerdos. Benedic omnibus nobis.

FINIS ANAPHORAE

DIVI BASILII.

Precatio Diui Basilij, qua solebat operatus sacris vti apud Deum, tralata ex Syrico per eundem Andream Masum Bruxellanum.

AVDETVR essentia quæ omnibus essentis sublimior est: agantur gratiæ, bonitati quæ omnem excellit bonitatem, & quæ omnia dona perfecta largitur. Adoretur diuina Trinitas, quæ & ipsa sanctitas est, & omnis sanctitatis domina cuius radiis illustrantur omnes illæ copix, quæ sola ratione intelliguntur: & in cuius gloria celebranda, sacræ illæ mentes prima sua religiosa, & quæ sola mente cernitur, functione occupantur: quæ perficit religiosos, quæ exornat sacerdotes, quæ sacris initiat ordinibus, quæ diuina dispensat dona, atque in tribus diuine maiestatis Ecclesiis, ternis sanctificationibus sancta pronüciatur, & in hac etiam nostra terrena Ecclesia, ab Archipresbyteris, presbyteris, & Diaconis suis exaltatur, celebraturque: denique quæ in Patre nõ genito, Filio genito, & sancto Spiritu procedente creditur, atque adoratur ab omnibus copiis, & quæ intelligentia sola, & quæ sensu percipiuntur: ratione præditis, & rationis expertibus: cui debetur laus, & gloria in hoc tempore.

Hactenus proceum, Sequitur precationis tenor. SACERDOS magne, & religiosorum Domine Christe Deus noster, qui teipsum obtulisti genitori tuo hostiam piacularem: placastique per sacrificium (quod ipse eras) Patrem tuum humanitati nostræ offensum, supernaque cum infernis consociasti, ac pacem nobis omnibus per proprium tuum sanguinem donasti. Tu rerum omnium Domine sustine quæso per misericordiam expiationemque tuam, infirmitatem meam, qui nunc coram te confitto. Neque Domine ob respectum fœditatis animæ meæ, expertem reddas populum tuum sanctificationis Spiritus tui sancti: aut propter conscientiam meam impuram, Domine, illum non negligas, vel non exaudias. Ne obsecro detesteris Domine victimas eorum qui tuum nomen profitentur, ob iniqua facinora quæ patrarunt manus meæ. Ne obsecro Domine respexeris me impurissimum peccatorem, meæve causa iratus sis populo tuo. Ne memineris Domine turpium sermonum quos ex meo ore protuli, vt non exaudias preces meas quæ abs te misericordiam gratiamque flagitant pro Ecclesia tua, quæ modò coram te conuenit. Sed inclina Domine aurem tuam, atque audi petitionem meam. Parce paruitati meæ, elue maculas peccatorum meorum, exterge fordes cordis mei, emunda mentem meam ab omni putredine delictorum. Constitue Domine custodiam ori meo, & animo meo, ne loquantur labra mea, verba nugatoria, scurrilia, aut derisione, detractioque plena. Ne occupet cogitationibus turpibus & impijs; quæ aut vigilanti; aut dormienti mihi obre-

Christus Patri æqualis in substantia.

Sacris ordinibus initiati.

Archipresbyteri.

Sacerdotis oratio pro suis ipsius peccatis.

pant. Contine mentem meam in metu iudicij tui formidabilis, quod in tuo aduentu secundo exercabis, in quo mortales omnes examinandi sunt: neque operam det vanarum rerum recordationi, aut improbo studio teneatur: sed concede mihi Domine, ut mundus, purusque animo & corpore efflagitem atque consequar cum mihi ipsi, tum v-

Contra vanas cogitationes.

RVRSVM VIRTUTE TRINITATIS INNITIMVR ET DESCRIBIMVS ORDINEM BAPTISMATVM SANCTORVM, QVÆ ORDINAVIT Dominus meus Severus Patriarcha: primùmque precationem Principij.

Autem Sic dicitur in Scripturis: propter secula multo longius.

DIGNOS nos effice Domine Deus Omnipotens ut cum puritate & sanctitate accedamus ad gloriosa diuinâque mysteria positionis filiorum [adoptionis] absque corruptione: & digni efficiamur lætitiæ indissolubilis, atque ad eam suauitatis illius quæ tecum est Christe Domine & Deus noster in secula.

OFFICIUM, misereatur mei in oblatione ille commemorator Spiritus.

Deus qui medio in Iordane ut homo baptizatus es à Iohanne, & naturam aquarum sanctificasti: ad te accedo, miserere mei. Multùm laua me Deus, qui tanquam indigens à Iohanne baptizatus es in fluuio Iordane: & sanctificasti nobis Baptisma apud te: tibi inquam, Domine mi Deus, qui Baptizatus es ut homo: & sanctificasti nos, ut Deus in Spiritu sanctitatis, & in virtute apud te. Tu autem in veritate es Christus ille Dei, qui in Baptismo suo sanctificauit nobis Baptisma. Mater natorum spiritualium ad te accedo, miserere mei, fatia me. Respexerunt aquæ in te Deus, & extimuerunt, & erupit fluuius à conspectu tuo, cum vidit te venientem ad Baptisma. Ad te, cor purum, Iohannes inter cœtus exclamauit: Hic est Agnus ille Dei, qui tollit peccatum mundi. Ad te accedo, miserere mei: Sed conuerte me Deus, qui dixisti ipsi Iohanni: Manum tuam tantum impone capiti meo: & ego in meipso baptizor apud te. Libera me qui es Christus ille Dei qui per Baptisma suum sanctificauit naturam aquarum, sanctifica seruos tuos, ut baptizentur apud te. Rex Christe qui dedisti nobis arbabonem in Baptismo spiritali, ut Filij Patris ipsius simus, ad te accedo. Gloria. Trinitas interdiu patefacta est, Filius qui baptizatus est, Pater qui clamauit, & Spiritus sanctitatis qui incubauit, ad te accedo. Precatio. Lumen lucidum & illuminans, cuius splendore conturbatur igniti Seraphim, & cuius aspectu commouentur Spiritus aerei, cuius denique lucerna caligant superi, qui tanquam vacuus baptizatus est in medio fluuij Iordanis, manibus serui sui: da nobis Domine ut iugiter stupentes consideremus humilitatem tuam, & percussi contemplemur inanitionem tuam, & admiremur dilectionem tuam, & celebremus misericordiam tuam, & confiteamur beneficentiam tuam, & adoremus Patrem tuum beatissimum, laudibus denique euehamus sanctum Spiritum tuum, nunc & semper in seculum seculorum. Et dicit Psalmos in oblatione secunda. Afferte Domino filios arietum, afferte Domino laudem & gloriam. Afferte Domino glo-

Psalm. 76.

Cum lege

Psalm. 118.

niuerso gregi tuo qui purè nunc coram te congregatus est, misericordiam atque clementiam: pro cunctis autem gratis beneficiisque tuis, quæ nobis exhibita sunt, laudem & gloriam offerimus tibi, & Patri tuo, qui te misit nobis Redemptorem, sanctoque tuo Spiritui, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

ariam nomini ipsius: adorate Dominum in atrio sanctitatis eius. Vox Domini super aquas: Deus celebrandus intonuit super aquas multas. Vox Domini in potentia, vox Domini in gloria. Quod si sint forminæ, dicit: Eructauit cor meum verbum, &c. Respons. Sordes reatus nostri, & maculas, quas ab inimicis nostris contraximus, hodie per lauacrum quod fit ex aqua & Spiritu, elue nobis: quippe cum in viam deducamur nouam illam minime veterascentem, spiritalem, quæ nec desinit, nec incipit: sed est in cogitatione eius quem diligit Deus. Sacerdos disponit ordinem, primo à Proœmio. Gloria illi Regi regum, & Domino mundi incorruptibili & inuisibili, sapienti Deo, à quo omnis Paternitas in cælo & in terra sortitur denominationem. In quo ob signati sumus ad diem redemptionis, cuius manibus oblationem acquirimus: cuius solam essentiam mente concipimus, & in Trinitate etiam innotescit: quique adorandus & celebrandus est in hoc tempore. Ordo. O Deus misericors & longanimis, qui voluntate numinis tui ex nihilo creati nos, & expulueri & Spiritu decoris diuine nos coagmentasti, & ad opera tua bona nos effinxisti, ac præparasti nos ad operationem bonorum, nosque sanctorum custodes mandatorum constituisti, & inuitali nos ad hæreditatem promissorum tuorum celestium, & effecisti nos super omnia dilectos & amatos: atque spiritali eloquio nos colonestasti, & ad illam imaginem & similitudinem tuam, quæ sermonem superat, nos eniti fecisti ut ipsa nos inhabitaret: ac libertate domusque principatu nos exornasti: cumque per incuriam nostram tyrannidi criminantis diaboli, subditi essemus, tu, utpote bonus, non neglexisti redemptionem nostram, sed à peccati distractione nos collegisti, & ad caulam tuam nos introduxisti, & in numerum tuorum nos cooplasti, & inimici iugum à nobis fregisti, & vincula eius excidisti. Cumque viua voce tua unicuique homini inelamasti, & dixisti: Accipite iugum meum super vos, & discite à me quod mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue. Quando ad redemptionis exuperantiam vitæ quæ scaturiginem traxisti nos, per quam domesticos & dilectos tuos nos effecisti, dicens: Lauate, mundi estote, eluite scelera vestra è cordibus vestris. Nunc igitur, ô amator hominum, serua seruos tuos, & illas ancillas tuas, qui nunc veritatem tuam perspectam & exploratam habent, & accedunt ut ob signationem nouæ vitæ custodiendam suscipiant: & memento hæreditatum earum quæ

Psalm. 44.

Matt. 11.

1a. r.

quæ tecum sunt, erga eos quos vocasti redemptionis Euangelio, eosque perfectè libera à subiectione mali illius apostate: connumera eos in gregem tuum, & suscipe eos in ouilibus tuis: imprimatur in eis lux vultus tui, effice eos terribiles aduersus demones rebelles, & omnem potestatem inimicæ: cumula eos illius sancti Baptismatis dono, quod ministerio Mosis serui tui figuratè designatum fuit, quando populum in nube & in mari baptizauit, istaque perfectæ & diuina, indicis & figuris quibusdam præfigurauit. Tu verò hos ipsos aqua & Spiritu perface, & eos effice filios in eam quæ denudò filiorum in remissionem peccatorum, ad vestimentum corruptionis expers: exue ab eis veterem illum hominem, qui corrumpitur concupiscentiæ erroris, & eos indue illo qui renouatur velut agnitione tui, Creator: vbi non est Iudæus, neque Gentilis, neque circūcisio, neque præputium, sed in quolibet homine domus inhabitationis tuæ dominator & conditor omnium. Tu enim in illa illustri & vitam tribuente doctrina tua dixisti, Nisi quis natus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest videre regnum illud tuum cælestè, quod pollicitus es ac præparasti iis qui te diligunt, nec benedictas illas & beatas mansiones domus patris tui, in quibus habitant Patres & Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, & Martyres, atque Confessores, quibus ea patens fueras parauerasque: & in que, eos introducis. Planta eos in ouilibus hæreditatis tuæ in domo illius habitationis tuæ perornata, quam erexisti in Sanctuario illo quod appararunt manus tuæ: quoniam tu es Deus clemens & misericors, longanimis, ac multa gratiæ, & veritatis. Te ergo laudibus euehimus cum Patre illo tuo qui est absque principio, & sancto Spiritu tuo, & vitam largiente, tibi quæ coequali in essentia, & nunc, & semper in secula. Populus. Amen. Sacerdos. Gloria Patri & Filio. Populus. Et cum spiritu tuo. Sacerdotis oratio cum misceat aquas. Misce Domine aquas istas per deprecationem paruitatis meæ, & virtutem sancti Spiritus tui efficacem in eis colloca, ita ut sint spiritalis verus natiuitatis filiorum corruptionis expertum, aquæ seruis hinc tuis qui baptizantur in eis, concede ut habeant vestimentum corruptionis minime obnoxium, & solutionem vinculo- rum peccati per gratiam tuam, & per bonam voluntatem Patris tui, ac per efficaciam Spiritus tui nunc, &c. Vox in cœtu. Iohannes miscuit aquas Baptismatis, & Christus sanctificauit eas, atque descendit ut in eis baptizaretur. Altitudo & profunditas impertitæ sunt ei gloriam. Quo tempore ascendit ab aquis, Sol inclinauit radios suos, & stellæ adorauerunt eum ipsum qui flumina fontisque omnes sanctificauit. Absque igne & absque lignis calefactæ erant aquæ, quando venit Filius Dei ut baptizaretur in medio Iordanis. Accessit Iohannes tanquam Sacerdos benedictus, & imposuit dexteram suam capiti Domini sui. Et Spiritus sanctitatis in similitudinem columbæ volans descendit, mansitque super caput Filij & super aquas incubauit. Gloria Patri & Filio, & Spiritui sanctitatis. Dixit Dominus noster Iohanni: Accede, baptiza me. At ille dixit ei: Fieri non potest ut rapinam assumam. Tum dicebat ei (Dominus noster) Dexteram tuam

Exo. 10. 1. Cor. 10.

1. Cor. 7. Gal. 5.

Ioan. 3.

1. Par. 6. Psal. 32.

Mixtio aquarum in Baptismo.

Cum lege

Matt. 1. Mar. 1. Luc. 3.

Cum lege

tantum impone capiti meo, & ego baptizor. Et vox è sublimi audita est, & Spiritus qui incubabat, & Pater qui clamabat è sublimi: Hic est Filius meus dilectus. Ab æterno, Fons vitæ apertus est Baptismus, & Pater, & Filius, & Spiritus sanctus in sancta gratia sua. Pater qui clamauit, Hic est Filius meus dilectus, & Filius qui inclinauit caput suum, & in eo baptizatus est: & Spiritus sanctitatis qui in speciem columbæ volans descendit, & sanctificata sunt flumina & fontes omnes. Susceptio hostiæ. Multitudini miserationum tuarum Domine Deus offerimus hunc aromatum suffitum pro seruis illis tuis qui præparati sunt ad sanctum Baptisma tuum, ut in te ob signentur ad vitam, & salutem, & generentur ad cultum spiritalem, ac inscribantur in dispensatione promissorum tuorum, longèque discedant à vita eorum omnes principes aëriæ caliginis plagæ, & habeant sanctum signaculum tuum illustratorem & conseruatorem: & in omnibus bonis roborentur & vincant mala, ac diuinis præceptis tuis adhæreant, tæque laudibus euehant & gratiarum actione, Pater, & Fili, & Spiritus sanctitatis. Tum dicitur Psalmus: Quid tibi mare quodd fugisti, & Iordanis quod conuersus es retrorsum? A conspectu Domini mota est terra, & à conspectu Dei Iacob. Ex Actis sanctorum Apostolorum. Dilecti mei, Et locutus est Angelus Domini cum Philippo, & dixit ei: Surge, proficiscere ad Austrum per viam desertam quæ descendit à Ierusalem ad Gaza. Surrexit itaque & profectus est, & iuit ei obuiam Eunuchus quidam, qui veniebat ab Æthiopia præfectus Candacis reginæ Æthiopum, & ipse (inquam) præfectus erat super omnem Gazam eius, veniebatque ut adoraret in Ierusalem. Cumque rediens iter faceret, sedebat in curru, & legebatur in Esaiâ Propheta. Tum dicit Spiritus sanctitatis Philippo: Accede, & adiunge te ad currum. Et cum accessisset, audit eum legentem in Esaiâ Propheta, & dixit ei: Num intelligis quæ legis? At ille dixit: Qui fieri potest ut intelligam, nisi quis me præmoneat? Et efflagitauit ab ipso Philippo, ut ascenderet federetque secum. Sectio autem Scripturæ quam legebatur, hæc erat: Sicut ouis ad mactationem ductus est, & sicut agnus coram tonfore obmutescit, neque aperuit os suum in humilitate sua. Ex ergastulo & ex iudicio sublatus est: at generationem eius quis enarrabit? quia tollitur vita eius à terra. Et dixit Eunuchus ille Philippo: Peto à te, Domine mi, de quo dixit hoc Propheta, de seipso, an de quopiam alio? Tunc Philippus aperuit os suum, & exorsus ab illa Scriptura, euangelizauit ei de Domino nostro Iesu. Quamque illi iter facerent, peruenerant ad locum quendam in quo erant aquæ. Tū dixit Eunuchus ille: En aquas, quæ prohibitio est quominus baptizer. Et præcipiebat sisti currum. Et descenderunt ambo ad aquas, & baptizauit Philippus Eunuchum illum. Et cum ascenderent ab aquis, Spiritus Domini rapuit Philippum, & amplius non vidit eum Eunuchus ille, sed pergebat in itinere suo gaudens. Paulus ex Epistola ad Hebræos. Fratres mei, quin & suffragatur nobis Spiritus ille sanctitatis, qui dixit: Hoc est testamentum quod dabo eis post hosce dies, dixit Dominus, in dā Legem meam mentibus eorum, &

Sufficit in baptismo.

Psalm. 113.

Act. 8.

1a. 3.

Heb. 10.

super corda eorum inscribam eam, ac totius iniquitatis, & peccatorum eorum in ipsos non recordabor. Vbi porrò est remissio peccatorum, non requiritur oblatio quæ fiat pro peccatis. Est igitur nobis, fratres mei, reuelatio vultuum fiducia, in introitu ædis sanctæ per sanguinem Iesu, viam vitæ quam innouauit nobis, nunc per superficiem portæ velum, quod est caro ipsius. Et est nobis summus Pontifex super domum Dei. Accedamus itaque cum corde puro & fiducia fidei, cordibus nostris conspersis & repurgatis ab omni conscientia mala, & ablutis corporibus nostris in aquis puris, ac persueremus in confessione spei nostræ, neque declinemus. Fidelis est enim ille qui promisit nobis. Tunc dicit laudationem secundam, & Responsum, Viderunt te aqua Deus, & Euangelium ex Ioanne. Erat autem homo aliquis ex Phariseis, cui nomen erat Nicodemus, princeps Iudæorum. Iste venit ad Iesum noctu, & dixit ei, Rabbi, scimus te à Deo missum esse doctorem: nemo enim potest hæc signa edere, quæ tu edis, nisi ille cū quo Deus fuerit. Respondit Iesus, & dixit ei: Amen amen dico tibi, nisi quis genitus fuerit de supernis non potest videre regnū illud Dei. Dixit ei Nicodemus: Quomodo potest homo nasci cū fuerit senex: nūquid potest in utero matris suæ ingredi vt nascatur? Respondit Iesus: Amen amen dico tibi, nisi quis genitus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest ingredi regnū Dei. Is qui natus est ex carne, caro est: & is qui natus est ex Spiritu, Spiritus est. Ne mireris eò quod dixerim tibi quòd oporteat vos gigni è supernis: Spiritus vbicunq; vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde aut quòd vadat. Sic est omnis qui genitus est ex Spiritu. Diaconus dicit Letaniã. Exurgat omnium nostrum optimus cum efficacia & vocibus quæ Deum conciliant. Et respondebit, ac dicet, Sacerdos: Christe Deus noster, qui arcuorum ineffabiliū es abyssus, ac propter visceralem, erga humanitatem, amorem tuum, in terra visus es, & cum hominibus conuersatus: postulamus à te. Qui per sanctum Baptisma tuum, trinam diuinitatis lucem patefecisti, postulamus à te. Qui per vocem Patris, & per Aduentum Spiritus, & per impositionem manus Ioannis, asperionem & patientiam ex tua nature humanæ assumptione non es aspernatus, obsecramus. Qui caput tuum in aquas immerfisti, & vniuersum mundum à peccati profunditate hausisti & eduxisti, exoramus. Qui à Ioanne tanquam Filius hominis baptizatus es, & à Patre illo tuo testimonium recepisti, & à Spiritu sancto demonstratus es, deprecamur. Qui per sanctum Baptisma tuum, cælos qui prius erant clausi propter peccata nostra, reserasti, quæsumus. Sacerdos inclinatus. O qui es Deus misericordiarum optimus & clementissimus, qui probas cogitationes nescis & renes, & humanorum abscondita cordium nosti. Non enim est ne vna quidem actio coram te abscondita, sed omnia coram oculis tuis nuda & aperta sunt. Qui illas omnes actiones meas nosti, ne fugias à me, neque auertas faciem tuam ab infirmitate mea: sed in hac hora delicta mei ipsius remoue, tu qui negligis, & condonas peccata hominum ad penitentiam conuersorum, elue sordes corporis mei, & maculas animæ meæ, ac plenè sanctifica

Psal. 76. Ioan. 3.

me illa virtute tua nequaquam spectabili, & spiritali dextera tua, ne cū aliis libertatem pollicitus fuerim, & ad hoc seruauerim fidem, quæ coniuncta est cum dilectione humanitatis tuæ, ego tanquam seruus peccati reprobos fiam: Non Domine mi, qui solus es absque peccato: ne deiectus reuertar pudore suffusus. Sed propitius mihi esto: mitte virtutem tuam ex alto, & roboram me ad hoc ministerium magni huius & cælestis sacramenti præordinati. Trinitas, effinge Christum tuum in his qui parati sunt vt generentur denuò per irrigationem meam. Funda eos super fundamentum Apostolorum & Prophetarum: planta eos propaginem veritatis in sancta & Catholica Ecclesia tua, vt per eos sedulam nauantes operam cum bono timore celebretur nomen illud tuum iam inde à principio mundi gloriosum, Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Populus. Amen. Sacerdos inclinatus. Dator lucis, & animarum corporumque illuminator, qui dixisti lucem è tenebris perfectè exorituram in cordibus nostris, qui Redemptoris puritatem beatis aquis indidisti, diuina Sanctitas, per sanctam illam vnctionem & vnionem, quæ est in participatione corporis & sanguinis tui sacrosancti: qui etiã seruos hosce tuos sancta vocatione à tenebris erroris, ad agnitionem veritatis tuæ vocasti. Domine misericors, scribe nomina eorum in tuo libro vitæ: connumera eos vnà cum iis qui te reuerentur. Imprimatur autem in eis lumen vultus tui, inculpatur crux Christi tui in cordibus eorum, & eorum cogitationibus, ad hoc vt fugiant ab huius mundi vanitate, & ab omni malitia principis aeriæ caliginis, ac in mandatis tuis erudiantur. Insufflat in aquas tribus vicibus. O Trinitas, da ipsis Domine, sanctum illum afflatum tuum, quem vnicus Filius tuus insufflauit in sanctos Discipulos suos: omnèque reliquias cultus idolorum ad eorum cogitatione procul expelle: præparas eos ad receptionem Spiritus sancti, ac vt digni efficiantur lotionem illa quæ est regeneratio: dignos eos efficere remissionem peccatorum, per vnicum Filium tuum, cum quo tibi sit decus, gloria, honor, & potentia cum sancto Spiritu tuo in omnibus bono, & adorando, vitamque largiente ac tibi coequali nunc, &c. Hic signat in fronte tribus crucibus absque oleo eos qui baptizantur, & ait: Signatur talis in nomine Patris, Amen, & Filij, Amen, & Spiritus sancti ad vitam quæ est in seculum seculorum. Et precatur inclinatus: Te inuoco, ô Domine omnipotens, per vnicum Filium tuum, Dominum autem & Deum nostrum Iesum Christum, ad expulsionem omnis Spiritus mali, & inuestigationem omnis efficaciarum latentis & aduersariæ, vt baptismum sancti Spiritus tui purè recipiant animæ illæ quæ tibi offeruntur: Reuelare Domine, & roboram verbum illud fidei tuæ, quod eloquimur in nomine Christi tui: sed per gratiam tuam, ac per virtutem illam quæ mundum liberauit à malo, vires nobis tribue: ô Trinitas, quoniam tu regnas super nos Deus Pater, & vnicus Filius tuus, & Spiritus tuus sanctus per omnia bona & adorandus. Et obuertit se Sacerdos ad Occidentem ipsis baptizandis respicientibus ad Orientem, & imponit eis manum suam, atque hanc adiurationem dicit, in omni inuocatione faciens crucem

Insufflatio in baptismo. Ioan. 20.

Signum Crucis in fronte baptizandi.

Adiuratio in baptismo.

crucem super vultum eorum. Te inuocamus Domine Deus noster, ipsum Creatorem rerum omnium visibilium, huic figmento manum imponentes: Et signamus in nomine tuo Pater, & Fili, & Spiritus: mutumque reddimus in nomine tuo per omnia sancto, omne dæmonium, & spiritum malum & impurum, vt procul sint ac recedant à figmento & imagine tua, & ab opere manuum tuarum. Exaudi nos, & eos obiurga, tuòque purga seruos ab omni efficacia aduersarij illius. Cæterum audi, ô peruersè, & rebellis, & impure, heus tu qui lædis ipsum Dei figmentum, Adiuro te reëctitudinis inimice, ac sanctarum legum transgressor, ad gloriã summi regis discede cum timore, & subditus esto illi virtutis Domino, qui mandato suo terram super aquas collocauit & firmavit: & arenam terminum mari imposuit. Adiuro te per eum qui omnem potestatem habet in cælo & in terra: per eum à quo omnia creata sunt & conseruantur: per eum per quem hæc cælestia consistunt, & ea quæ sunt super terram roborantur. Adiuro te per eum qui legionem dæmoniorum in abyssum per porcos immisit, Pharaonem verò grauem corde, vnà cū curro te per eum qui spiritui furdo & non loquenti cū potestate diuina dixit: Exi ab hoc homine, & in eum ingrediari. Time à nomine potenti Dei, à quo omnis creatura Angelica & Archægelica contremiscit, in cuius conspectu omnis virtus (exercitus) atque adeò Seraphim, qui ipsum conspiciunt, nihil omnino audent: à quo commouetur cælestia, & à quo contremiscunt abyssi. Time à nomine potenti Dei, qui primum Apostatam cū cathenis tenebrosis in abyssum demisit. Time à iudicio futuro, & extimesce, & discede à figmento Dei, ne accedas ad Dei figmentum, ne lædas figmentum Dei, ne inhabites: non enim est hæc habitatio dæmoniorum, sed templum ipsius Dei: ipse siquidem dixit: habitabo in eis, & ambulabo in eis, & ero ipse Deus, & ipsi erunt mihi Populus. Te verò subiecit transfuga, & vastator, & spiritus immunde, atque ignis pabulum. Adiuro te per Deum illum purum & sanctum, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, procul esto ab operibus Dei, recede ab eis ad terram inuiam & inaquosam, quoniam ibi est locus tuus: festina, ne moreris, ne obsistas: eradicator, eiicitor, recede maledicte à figmento Dei, spiritus impure, spiritus erroris, spiritus mendacij, ignis pabulum, fuge, nec obsistas: radicitus auellat te Deus Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, ab omni figmento suo: extrudens & deiiciens in ignem inextinguibilem: istud autem opus manuum suarum liberet ad diem redemptionis, quoniam eius est virtus, & gloria, & potentia, & imperium: proinde eum laudibus euehimus nunc, &c. Et tunc obuoluit eos sacerdos ad Occidentem, & profert ipse Sacerdos pro baptizatis hanc abrenunciationem tribus vicibus, sponsoribus ter vt ipse respondentibus. A breunntio Satanæ ego talis N. qui baptizor, & omnibus operibus eius, & omnibus Angelis eius, & omnibus eius viribus, & omni eius malitiæ, & omni timori eius, & omni eius superbiæ, & omni eius errori mūdano, & cuilibet ei consentienti, & eum sequenti. Postquam autem abrenun-


Adiuratio dæmonis in baptismo.

Matt. 8. Mar. 6. Luc. 8. Exo. 15. Psal. 135. Mar. 1. Lucae 4.

Roma. 6. Ephel. 2. Cor. 6.

ciarunt, conuertit eos ad Orientem, & ait tribus vicibus. Confentio tibi Christe Deus, ego talis N. qui baptizor, & omni doctrinæ quæ reuelata est à te diuinitus per Prophetas, & Apostolos, & sanctos Patres: Confiteor quoque, & credo, & baptizor in te, & in Patre tuo, & in sancto Spiritu tuo, nunc, &c. Tunc dicit: Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, & eorum omnium quæ videntur, quæque non videntur. Et in vnum Dominum Iesum Christum vnicum filium Dei: qui à Patre genitus est ante omnia secula. Lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, & non factum, & consubstantialem Patri suo: Per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines & propter redemptionem nostram descendit de cælis. Et incarnatus est de Spiritu sancto, & de Maria virgine genitrice Dei. Fuitque homo, & crucifixus pro nobis in diebus Pontij Pilati, passus, & mortuus, ac sepultus est. Et resurrexit ad tres dies, prout scriptum est. Et ascendit in cælum, sedetque à dextera Patris sui. Et iterum venturus est in gloria ad iudicandum viuos & mortuos. Cuius regno finis non est. Et in vnum sanctum Spiritum viuentem, qui est Dominus præbens vitam omnibus. Qui à Patre & à Filio procedit, & cū Patre, & Filio adoratur & glorificatur. Qui locutus est per Prophetas & Apostolos. Et in vnam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confitemur & vnum baptismum in remissionem peccatorum. Et præstolamur resurrectionem mortuorum, & vitam nouam in seculo futuro. Amen. Sacerdos precatur inclinatus. Gratias agimus tibi hac de causa, quòd dignos effeceris seruos tuos, vt ad sanctum Baptisma accederent, & abrenunciarent Malo: consentirent autem non carni & sanguini, sed gratiæ tuæ & philanthropiæ Christi vnici Filij tui, Domini autem & Dei nostri. Velis igitur Domine, super eos immittere tuum illum Spiritum sanctum: & inhabita, & scrutare omnia eorum membra, ac præpurga & sanctifica eos, ô Trinitas, ita vt adæquentur sanctæ vnctioni, & perfectæ fidei quæ est in Christum Iesum Dominum nostrum, cum quo celebrandus & laudabilis es cū Spiritu tuo sancto. Sacerdos inclinatus. Pater sancte, qui per manus Apostolorum sanctorum dedisti Spiritum sanctum tuum, illis qui baptizabatur: Nunc autè cū etiam in vmbra manuum mearum familiarè te exhibeas, mitre Spiritum tuum sanctum super eos qui baptizandi sunt, vt cū repleti fuerint illo, afferant tibi fructum trigessimum, sexagesimum atque centesimum, ô Trinitas. A te enim est omne donū bonū, & omne munus perfectum, descendens à te, Pater luminum. Teq; laudibus euehimus, & vnicum Filium tuum & Spiritum tuum sanctum nunc, &c. Tum signat oleo oliuæ Sacerdos eum qui baptizatur, tribus Crucibus super frontem eius factis, atque in hunc modum dicit. Signatur talis. N. oleo lætitiæ aduersus omnem efficaciam inimicam, ad inquisitionem quæ est in bona oliua in Ecclesia sancta Catholica & Apostolica, signaculo positionis filiorum (adoptionis) in nomine Patris, Amen: & Filij, Amen, & Spiritus viuents ac sancti ad vitam seculi seculorum. Sacerdos incipit Proœmium.

Fidei profusio baptizandi.



Matt. 13. Lucae 8. Iacob. 1.

Baptizandi vinctio in signo crucis.

GLORIA Trinitati in omnibus laudabili, omni- que essentia superiori, & æquali in natura, & ab omnibus adoranda, atque in omnibus sanctæ: quæ quidem Deus est opifex & creator omnium: quæ numero vna est & trina. Siquidem est substantia *divina* (essentiæ) & distinctio personarum: Eique incuratur omne genu cælestium, & terrestrium, & eorum qui sub terra sunt: & quam omnis lingua confiteretur, & exaltat ac laudat, adorâtque & glorificat, Patri, & Filio, & Spiritui sancto in hoc tempore, &c. Ordo. Dator sanctitatis, ac generis (humani) redemptor, qui ad bonam & cælestem instaurationem, eos qui in terra sunt, reconciliasti, & innouasti nobis viam redemptionis (salutis) per aquas & Spiritum illum, qui nos adduxit per charitatem Christi ad vitam istam, & erexit nos submissos & peccatores seruos tuos coram gloria tua. Tu Domine, Domine noster, remissionem infirmitati nostræ applicans, suscipe de manibus peccatricibus hunc suffitum ad quietis tuæ odorem, & reple nos virtute sancti Spiritus tui, & gratia vnici Filij tui, ac sufficientes nos effice, vt ministri, simus tui noui Testamenti, quò digni efficiamur qui cum essentia & respicientia nunc ministramus nomini tuo in omnibus glorioso secundum Christi tui donum, cum quo tibi decus, laus, & gloria, & potentia vnâ cum sancto Spiritu tuo nunc & semper, &c. Populus. Amen. Et dicitur voce, **T**e Domine inuocamus. **O** s c v l o prophetiæ vidit Dauid, Christum venientem vt baptizaretur in medio Iordanis: appendit vocem suam citharæ, & cepit clamare: Aspexerunt te aquæ Deus, aspexerunt te Domine mi, & timuerunt: abyssi quoque commotæ sunt à conspectu tuo, & nubes distillabant tibi rorem: & dederunt voce, cæli cælorum gloriam gratiæ tuæ. Christus referauit baptismum, miserationum propitiatorium, & in baptismo suo sanctificauit aquas, deditque typum Ecclesiæ suæ. Tres testes ibi erant super Iordane, proinde tribus nominibus sacerdos vocabit ad eum sanctam. Ioannes manum suam imponebat, & spiritus sanctitatis super filium descendebat, & Pater qui clamabat ab excelso, Hic est Filius meus dilectus. Vidit Ioannes Filium, & clamauit, ac dixit: Hic est Agnus Dei, in quo sibi complacuit Pater. Vidit cælos apertos, & Spiritum sanctitatis descendentem in specie columbæ, & super caput eius manentem, ac Seraphim clamantes ad eum, Sanctus, Sanctus, genitus Altissimi, qui descendisti, & induisti corpus vt serues creaturas. Ioannes stabat supra aquas, & Christus venit ad baptismum vt baptizaretur in medio Iordanis. Vidit eum eminens venientem, & incipiens clamauit: Hic est cuius non sum dignus qui solam corrigias calceamentorum. Ego siquidem aquis baptizo, at ille qui venit, igne & Spiritu. Benedictus qui baptismo expiauit mundum à sine suo. Sacerdos inclinatus. D omine, qui dedisti nobis fontem veræ purgationis, quæ expurgat ab omni peccato, has nimirum aquas quæ per tui inuocationem sanctificantur, per quas recipiunt serui tui purgationem illam quæ in sancto sanguine data est nobis: inde virtutem aquis baptismatis huius, quo per passionem tuam applicas expiationem ab omni peccato, ad opulentiam receptionis Spi-

Soñtus in Missa.

Psal. 76.

Mat. 1. Marc. 1. Luc. 3.

1. Cantu Lige

Aritus tui sancti: ò Trinitas: quoniam tu es dator & conferuator omnium bonorum, proinde laudibus te euehimus Pater, & Fili, & Spiritus sancte in secula. Inclinatio. D omine Deus omnipotens, creator omnis creaturæ, visibilis pariter atque inuisibilis, qui fecit cælum & terram, & quæcunque in eis sunt, & maria, & ea omnia quæ sunt in ipsis: qui coaceruauit aquas in vna cõgregatione, qui conclusit abyssum eamq; prohibuit: qui separauit aquas quæ supra cælos sunt: ò Trinitas, tu virtute tua mare confirmasti, tu tremendus es, æquis est qui tibi assistat: tu respice in hanc creaturam, istas videlicet aquas, & inde eis redemptionis gratiam, benedictionem Iordanis, sanctitatem Spiritus: fugiant ab eis ij omnes qui lædunt figmentum manuum tuarum, quoniam nomen tuum, Domine, inuocatum est super eis, magnum illud, & admirabile, & laudandum, & terribile iis qui aduersantur. Hic ter infusillat Sacerdos in aquas, in figura Crucis, & pronus ait: **C**ollidatur, ò Domine, caput draconis illius homicidæ, subter signaculum Crucis tuæ, & fugiant tenebriones inuisibiles & æreï, neque delitescat aquis istis tenebrosus demon, neque cū iis qui baptizantur, descendat impurus tenebrarū spiritus, obsecro à te, Domine Deus, quoniam fecidisti mas cogitationes loquitur cum mentis emotione. Tum suspendit vocem (Sacerdos) & quilibet inuocatione facit quatuor Cruces super aquas, digitumque suum demittit ab Oriente primū, dein ab Occidente, & Septentrione, & Meridie aquarum, **S**ed tu Domine, infer eas Cruces, aquis istis. Ad Orientem. Aquæ quietis. Ad Occidentem. Aquæ lætitiæ. Ad Septentrionem. Aquæ secretò reconditæ in morte vnici Filij tui. Ad Meridiem. Aquæ expiationis omnis labis & immundicie, tum carnis, tum spiritus purgatrice: vincolorum solutio. Ad Orientem. Noxarum remissio. Ad Occidentem. Animarum & corporum illuminatio. Ad Septentrionem. Regenerationis laueriū. Ad Meridiem. Pignus adoptionis. Ad Orientem. Vestimentum corruptioni non obnoxium. Ad Occidentem. Sancti Spiritus inuocatio. Ad Septentrionem. Aquæ omnem maculam carnis & spiritus eluentes. Ad Meridiem suspendit vocem suam. Tu enim dixisti: Lauamini, mundi, estote, remouete omnem malitiam à cordibus vestris. Tu applicasti generationem, quæ è supernis est per aquam & spiritum. Diaconus. Cum festinatione & timore. Sacerdos inclinatus. Lectio Spiritus sancti. Miserere nostri Deus Pater Omnipotens, & super istas, quæ sanctificantur, aquas, ex apparta habitatione tua, & è sinu tuo nequaquam spectabili immitte Paraclctum illum Spiritum sanctum tuum, illum excitatorem, illum Dominum, illum viuificatorem, illum in lege & in Prophetis loquentem, illum vbique propinquum, & replentem omnia: efficacem autem in quos vult Sanctos, potenter, non seruiliter, per voluntatem tuam: illum simplicem naturâ, illum multiplicem donis efficacibus: illum diuinorum pignorum fontem, illum æqualem essentia, illum ex te prodeuntem, illum æqualem in throno regni tui, vnicique Filij tui, Domini, & Dei atque Redemptoris nostri Iesu Christi. Sacerdos. Domine exaudi me, exaudi me.

Aquarum baptismum benedictio.

Sacerdotis infusillatio in aquas baptismatis.

Populus.

Populus. Kyrie eleison. Sacerdos inclinatus. **R**e- uelare Domine super aquas istas, & da vt ita immutentur ij qui in ipsis baptizantur, vt veterem illum hominem qui concupiscentiis erroris corrumpitur, exuant: induant verò illum nouum, illum qui renouatur per agnitionem illius qui creauit. Suspendit vocem suam. Vt quemadmodum ij fuerunt virgultum in plantatione ad similitudinem mortis Christi tui, ita quoque per baptismum participes Resurrectionis efficiantur, custodientes donum Spiritus sancti: & adulti depositum gratiæ recipiant, coronam victoriæ supernæ uocationis: simulque annuereunt cum primigeniis illis qui scripti sunt in cælis in Christo Iesu Domino nostro, cum quo tibi decus, laus, & gloria, & potentia cum Spiritu tuo sancto, in omnibus bono & adorando, viuificatore, tibi quæ equali. **E**t accipit cornu chrisimatis ipse Sacerdos, & effundit super aquas: abus vicibus in similitudinem Crucis, prima quæ vice dicens Hymnum, & Respondium, eaque prima vice dicens. **I**n nomine Patris. Secundo dicens, **I**n nomine Filij, Amen. Ac tertio dicens, **I**n nomine Spiritus sancti. Viderunt te aquæ Deus. Tum incipit rursum secunda vice, dicitque Hymnum, & Respondium. Viderunt te Domine mi, aquæ, & timuerunt. Et iterum incipit tertia vice. **C**hrisma sanctum in has aquas infundo, proinde laudate Dominum. **E**t inclinatus Sacerdos & hanc Orationem orat. **O** qui super vnicum Filium tuum Deum Verbum, dum in terra, Baptismi ordinationem faceret, sanctum illum Spiritum tuum misisti in specie columbæ, qui Iordanides vndas sanctificauit: nunc etiam Domine mi, velis vt sanctus ille Spiritus tuus hosce seruos tuos qui baptizantur, operiat, eosque perfice, ac domos Christi tu eos constitue, expurgans eos sancto lauacro tuo. Tum suspendit vocem suam. Vt cum victoriosi & innouati, eiusque gratiæ & virtute repleti fuerint, depositum redemptionis tuæ conferent, & ad vitam illam incorruptibilem n'atque beatam præparentur, ac participes fiant bonorum illorum cœlestium, quæ pollicitus es iis qui te diligunt per beneficentiam & miserationes, amorisque Christi tui erga tuâ humanam naturam, cum quo tibi decus, laus, & gloria, & potentia cum sancto Spiritu tuo nunc, &c. **E**t ponit Sacerdos oleum oliuæ in vola manus suæ, totumque corpus eius qui baptizatur, vngit, tum demum demittit eum in baptisterium, & hanc vocem profert. **D**ominus vesperearum (iis qui vespertinas præces auspicantur) prius tamen vnges quam demittat eum. Oleo sancto edixit Deus vngi Aharon, tuncque sanctificari: oleo sanctitatis (ergo) fuit vnctus Aharon, rex autem Dauid eius mysterij nobis eecinit præconium. Et ecce in medio Ecclesiæ vnguntur purgata oues quæ venerunt ad Baptisma perfectione ignis qui è sublimi descendit, oleumque pro sacerdotibus filiis Aharon sanctificauit: oleo sanctitatis propitiæ euadent dilectiones: en itaque adducitur in sanctam Ecclesiam. **O**bdormiuit Moyses & Aharon & Leuitas, & celsauit oleum quod erudiebat populum: & Ecclesia Gentium oleo sanctificata est in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Cornu chrisimatis.

Chrisimatis vnctio in signo Crucis.

Psal. 76.

Dominus vesperearum.

Tom. 6.

Et dimittit eum in baptisterium, respiciens ad Orientem, dextramque suam capiti eius qui baptizatur, imponit, & sinistra sua ter attollit ex aquis, à fronte, à tergo, & altero laterum eius, atque in hunc modum, ait: **B**aptizatur talis N. in nomine Patris, Amen: & Filij, Amen: & Spiritus sancti ad vitam seculi seculorum. Tunc educit eum è medio aquarum, & dat eum susceptori suo, atque hanc vocem profert. **D**uo sunt mundi tui, Domine mi. **E**xpande alas tuas, Ecclesia sancta, & simplices ouiculas quas Spiritus Sanctitatis alit, ex aquis Baptisterij suscipe. De hoc autem Baptismo vaticinatus est filius Zachariæ: Ego, inquit, in aquis baptizo: at ille qui venit, in igne & Spiritu: Spiritu nimirum qui ab excelso descendit in specie columbæ super caput eius. Is baptizatus est, & ascendit mediis ex aquis, & exortum est lumen eius super terram. **E**x aquis viros sibi delegit Gedeon, & prodiit in aciem: & ex aquis Baptismi delegit sibi Christus præcones. Tum qui adsunt, ter hæc Responda dicunt. **B**eatissimi quorum remissa sunt delicta, & quorum testa sunt peccata. Tu erectus Sacerdos præcauit. Hanc autem obsignationem in sancto nomine tuo recipiant isti serui tui, vt per baptismum fidem cum cultoribus tuis annuereantur, ita vt hoc Chrismate omni suauitate odoris repleti spiritualiter, ab inimicis potestatibus non inuadantur, non amplius timentes à principatibus & potestatibus tenebrarum, sed in luce mandatorum tuorum ambulantes, sint filij lucis: tu enim es lux vera, proinde te laudibus euehimus Pater, & Fili, & Spiritus sancte in secula. Et signat omnia eorum membra, corumque frontem tribus vicibus, & ait: **C**hrismate sancto, suauitate odoris Christi Dei, sigillo veræ Fidei, complemento pignoris Spiritus sancti obsignatur talis N. in nomine Patris, Amen: & Filij, Amen: & Spiritus sancti, ad vitam seculi seculorum, Amen. **E**t vngit omnia eorum membra, & manus, & pedes, & nates eorum: tum demum induitur suis vestimentis, & ipse dicit hæc præcationem inclinatus. **B**enedictus es Domine Deus Omnipotens, fontem omnium bonorum, parens veræ lucis, qui per apparitionem vnici filij tui Domini & Dei, Redemptorisque nostri Iesu Christi illumasti, eos nempe qui sunt in terra, vt & eos qui sunt in cælo: qui dedisti loca beata in baptismo Redemptoris & sanctitatis diuinæ, in vnctione sancta, & vnctione illaque est apud Christum tuum in sancto Spiritu tuo, & vitam largiente: & nunc etiam voluisti per ministerium nostrum hosce seruos tuos deuotè generare per aquas, spem vitæ æternæ, in remissionem priorum peccatorum ipsorum voluntariorum & non voluntariorum applicatæ: præbe eis aditum ad dominationem tuam: immitte super eos illius Spiritus tui viuificantis gratiam, & eos imple ipsius sanctitate. Tum suspendit vocem suam. Serua eos in scientia tuâ: confirma eos in ea quæ in te est fide: robora eos in timore tui: funda iter eorum in semitis præceptorum tuorum, ostende eos lucis filios, dignos eos effice, vt inculpate viuant sub regno Christi tui, quoniam tu es Deus Redemptionis nostræ. Proinde te laudibus euehimus, & vnicum

Susceptor baptizati.

Judic. 7.

Psal. 31. Rom. 4.

Chrisma.

Baptizatio in vincto.

C ij

Filiū tuū & Spiritū sanctū tuū, nūc, &c. A Populus. Amen. Sacerdos. Pax. Populus. Et cum Spiritu. Sacerdos erectus.

Domine Deus Omnipotens, qui redemptionem in Christo applicasti nobis: ac per aquas, in Spiritū sanctū hūc seruis tuis, eam, quæ denuō fit, generationem dedisti: tu domine amator hominis roboras eos, & in sanctitate conferuas eos & circumfulgentes scientiæ tuæ lumine, atque coram sacerdotali mensa tua stantes, dignos eos effice cœlesti beatitudine tua per misericordias vnici Filij tui, ita vt nos & ipsi vno cōsensu audeamus inuocare Deum cœlestem, sanctū Patrem Omnipotentem, ac precemur & dicamus: Pater noster qui es in cœlis.

Populus. Sanctificetur, &c. Sacerdos inclinatus. Et iam Domine Deus, o ru, cuius per magnum & ineffabile donum, Spiritus sancti aduentū istæ sanctificatiōe sunt aquæ, vt sint spiritalis vterus generationis hominis, è vetero noui facti: qui que hosce seruos tuos, ea quæ per aquam & Spiritum fit, lotionē cohonestasti: tu igitur Domine, per magnas misericordias tuas cœlesti regno tuo dignos eos effice, ita vt nos & ipsi laudem & gratiarum actionem tibi offeramus & vnico Filio tuo, & Spiritui tuo sancto nunc, &c. Populus. Amen. Sacerdos. Pax, Populus. Et cum Spiritu. Diaconus.

Domino capita nostra. Populus. Coram te. Sacerdos erectus. C oram te nos omnes, & hi serui tui qui nunc baptizati sunt, submittimus colla animarum & corporum nostrorum, & obsecramus te Domine Deus noster, respice in nos & in hanc hereditatem tuam: atque ad completam redemptionem, & ad eam quæ futura est, vitam æternam nos adducito: te, à nobis inuidiam & inimici illius tyrannidem abolente, & vt participes simus mysteriorum tuorum cœlestium, & vitam tribuentium in conscientia pura, dignos nos effice per gratiam, & misericordiam ac quæ ad vnici Filij tui, cū quo tibi decus, laus, & gloria, & potentia cum sancto Spiritu tuo, nunc & in omni tempore.

Baptizatis dāni mysteria.

Et cleuant baptizatos ad Altare, eis que dant mysteria Eucharistiam & ferris coronat eos Sacerdos, atque hanc precationem dicit:

O Deus maxime, o abditorum cognitor, o solus Sanctus, & in sanctis quiescens, o Redemptor hominum maxime fidelium, qui conferuas nobis scientiam veritatis, qui das nobis potestatem filios Dei fieri per regenerationem quæ fit ex aqua & Spiritu: tu Domine hosce seruos qui nūc baptizati sunt, regenerationis lauachro sanctifica in veritate tua, imple eos gratia sancti Spiritus tui, nutri eos, sapientes eos redde sapientia tua & timore tui, tūque ad mensuram staturæ (perfectam ætatem) eos adducens, serua eis, Domine, scientiam veritatis in recta fide tua absque labe eos custodiens, ad eō vt in omni via iustitiæ eruditi possint cū fiducia stare coram tribunali Christi tui, cum quo tibi decus, laus, & gloria & potentia cum Spiritu tuo.

Exhortatio ad recens baptizatos.

Et dicunt Collectam hanc. Fratres mei, psallite hymnum Filio Dominatoris omniū, qui Regum corona vos coronauit, i peroprate eam, immutate vestimenta vestra, & cādidi estote in modum niuis, ac in similitudine Angelorum splendores vestros illuminare.

In similitudine Angelorum ascendistis, dilecti mei, è flumine Iordanis, virtute Spiritus sancti haud marcescentes coronas accepistis, Fratres mei, & gloriam domus Adami hodie induistis: fructus, quem non gustauit Adam in paradiso, hodie in oribus vestris positus est: cum gaudio bona cœlestia fratres mei, accepistis: caute à malo, ne exuat vos: ite in pace filij Baptismi, adorate Crucem, quæ quidem conferuat vos. Gloria Patri, & gratiarum actio Filio, & Spiritui sanctitatis adoratio & exaltatio. Diaconus. Ite in pace. Precationē dicit Sacerdos. Deus ille sanctus, sanctitatisque dator, cuius signo obsignati estis, & impressi annulo Chrismatis fragrantissimi odoris, cuius sancto baptisinate baptizati estis, ipse dignos vos efficiat cœlesti regno suo, ac pro hac dissolubili corona coronet vos coronis iustitiæ, & operibus bonis, vt reuelata facie digni semper efficiamini mysteriis eius sanctis, vitamque largientibus, & synaxi, nunc, & in omni tempore in secula. Obsignati estis, ac tanquam depositum accepistis sacrosanctæ Trinitatis gratiam per diuinum baptisina quod induistis. Amen.

Accuratissimi ordinis baptisimi Finis.

C R V R S V M S C R I B I M V S O R D I N E M ACCURATISSIMUM OBLATIONIS

Primum autem Sacerdos laudat, ac dicit.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui sancto: sint autem super nos infirmos & peccatores, misericordia & gratia, nunc & in omni tempore. Dignos nos effice Domine Deus, vt cum scientia & timore spiritalisque ordinationis bonitate corā te sincere sancte que stemus, tibi que ministrum tanquam Domino & conditori omnium, quoniam tibi ab omnibus debetur adoratio Pater, & Fili, & Spiritus sancte in secula. Tum postulat remissionem à sacerdotibus & populo, & ait: Misere mei Deus secundum beneficentiam tuam, &c. Quumque ingreditur ad Altare dicit. In domum Dei ingressus sum, & corā throno tuo adorauit, Rex celestis, parce mihi quæcunque in te admisi peccata.

Sacerdos sacrificatus postulat remissionem peccatorum.

Et cum deosculatur cornu Throni, ait: Diebus festis vinciar carenis vsque ad cornu Altaris tui. Et cum exiit vestes priuatas, ait:

Exue me vestimētis sordidis, quibus me induit Satanax, laxamento cogitationum mearum, & indue me vestibus delectis, quarum vsus est ministerio gloriæ tuæ, & laudi nominis tui sancti, Domine Deus noster in secula. Et cum induit tunicam, ait:

Indue me Domine stola incorruptibili, & accinge me virtute sancti Spiritus tui, Domine noster.

Et quando iniicit Auroro stolam collo suo, ait: A ccommoda ensē lateri tuo strenue; decus & gloriam tuam victorose. Tum cingulo lumbos suos vinctus dicit. Accinges me potentia in praelio, ac subter me deicies eos, qui contra me insurgunt, inimicōsque meos in conspectu meo conteres.

Et quando induet manipulum sinistrū, primum dicit. A rma iustitiæ effice membris meis, & preparata ad omnia opera bona dextræque, ostendens nobis templa pura, & delecta instrumenta, quæ ad ministerium

Psal. 50.

Psal. 117.

Psal. 44.

1. Reg. 22.

Psal. 17.

ministerium gloriæ tuæ & laudem sancti nominis tui sint accommodata Domine & Deus noster in secula. Et subdit. Doce manus meas ad prælium, & confirma instar arcus aenei brachia mea.

Tum manipulum dextrum induens, ait: Arma iustitiæ fac membris meis. Et subiungit: Dextera tua auxiliabitur mihi, & eruditio tuā enutriet me: dilatasti gressus meos subter me, ne tali mei commoueantur. Et cum induit amictum, signat tribus crucibus, & ait: Sacerdotes tui induent iustitia, & iusti tui gloria: propter Dauid seruam tuum ne auertas faciem Christi tui.

† deest panem.

Psal. 73. A.G. 2.

Et sic detegit operculum mysteriorum, ponitque patenam in latere sinistro, calicem autem in dextro latere, & corporale & cochlear cum patena ad sinistram, & † ad dextram: & accendit cereum ad dextram & ait: In lumine tuo videbimus lumen Iesu plene lumine. Et ad sinistram quoque, & ait: Propitiator sancte qui mansiones lucis inhabitas,

Tum adducens ordinem circuli (panem nondum consecratum) in patena, & dicit: Tanquam ouis ad mastrationem ductus est, & tanquam agnus coram tonfore mutus fuit, neque aperuit os suum in humilitate sua. Præparationem sedi tuæ fecisti Domine reipsum sanctificans, apertisti eam manibus tuis. Dominus regnabit in seculum seculorum. Et quando misert calicem, dicit:

Mar. 17. Luc. 11. Ioan. 19. Psal. 117.

Dominus noster Iesus Christus crucifixus est in latere suo, & ex eo defluerunt sanguis & aqua: quique vidit testatur, ac scimus verax esse eius testimonium. Item, Calicem redemptionis accipiam, &c.

Et incipit ordine penitentiæ, primo Procemium. Tum quem exaltant vigiles Spiritus, & cui ministrant Angeli, & à quo omnis creatura prouenit ac dirigitur, cum decet collaudatio. Ordo. Obsecramus te Domine noster Iesu Christe Deo, vt benedicas seruis tuis, & hisce adoratoribus tuis qui in nomine tuo sancto congregati sunt in hoc Templo, arma tua spiritalia induant, malum & potestatem eius vincant: parce peccatis eorum per gratiam tuam, & remitte delicta eorum per misericordiam tuam, ita vt te laudibus euehant.

Vox. portam tuā Domine noster deosculor, & ad portam quis proficiens pulsabit? Pater, & Filius, & Spiritus sanctitatis, Sit vox precationis nostre, &c. Sufficit. Veniam consequamur, & mundemur, & sanctificemur, & abluamur, & abstergamur ab omni sorde peccati per hanc suffumigationem aromatatum, quam nunc offerimus coram te Domine & Deus noster. Disquisitio. Peccauit tibi, propicius esto peccatori, suscipe deprecationem meam, & cōdona mihi delictum meum, Domine Dominator omnium, miserere mei. Tum dicit Kyrie eleison, tribus vicibus, &, Pater noster qui es in cœlis, atque hoc complementum. Sacrificatores laudis digni efficiamur, vt sacerdotio tibi fungamur, Domine, in odorem suauem, omnem cogitationem nostram, & sermonem, & opera, & holocausta pacifica tibi offerentes: vtque sine macula appareamus in conspectu tuo omnibus diebus vite nostre, Pater, & Fili, & Spiritus sancte in secula.

Finis autem penitentiæ ministerium: quod adumbratum est à veteri testamento & Lege. Secundum ministerium oblationis. Primum glorificat Sacerdos, & ait: Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Precatio. Dignos nos effice Domine Deus, vt contritis cordibus nostris, & ab omni conscientia mala purgatis, in alta & sublimia Sancta sanctorum tuorum ingrediamur, ac purè & sanctè sacrificia verbalia & spiritalia in fide veritatis tibi offeramus, Domine noster. Et postea inclinatus subdit, & precationem pro seipso dicit. Domine Deus omnipotens, iniquitatum humanarum condonator, qui non vis mortem peccatoris: ad te extendo manus cordis mei, & à te peto veniam omnium delictorum

bratum est à veteri testamento & Lege. Secundum ministerium oblationis. Primum glorificat Sacerdos, & ait: Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Precatio. Dignos nos effice Domine Deus, vt contritis cordibus nostris, & ab omni conscientia mala purgatis, in alta & sublimia Sancta sanctorum tuorum ingrediamur, ac purè & sanctè sacrificia verbalia & spiritalia in fide veritatis tibi offeramus, Domine noster. Et postea inclinatus subdit, & precationem pro seipso dicit. Domine Deus omnipotens, iniquitatum humanarum condonator, qui non vis mortem peccatoris: ad te extendo manus cordis mei, & à te peto veniam omnium delictorum

† Precatio pro seipso.

amē contra legem admissorum, quamuis indignus sim: & obsecro vt ferues mentem meam ab omnibus operibus illius inimici: oculos meos, ne per contemptum aspiciant: aures meas, ne vana audiant: manus meas à malorum operatione: renes meos vt in te commoueantur: ita vt totus ego apud te sim, & à te inhabitetur donum diuinorum mysteriorum tuorum, Christe Domine & Deus noster in secula. Amen. Tum surgens gradus conscendit, & ait: & rursum ait: Dominus regnauit & magnificentiam induit, induit Dominus fortitudinem, & roboratus est, &c. Et accepit patenam in dextera sua, calicem autem in sinistra in modum Crucis, & generalem precationem dicit, quæ est huiusmodi: In memoriam Domini Deique, ac Redemptoris nostri Iesu Christi, & totius salutaris dispositionis eius quæ facta est pro nobis ac in primis & nominatim pro † patre nostro Adamo & matre nostra Eua & sacrosancta genitrice Dei Maria & Prophetis, & Apostolis prædicatoribus & Euangelistis, Martyribus, & Confessoribus, iustis, & sacerdotibus, & patribus sanctis, ac veris pastoribus, & doctoribus gloria rectis, & Monachis, & Anachoretis, iisque qui nobiscum adfunt & precantur, cum omnibus illis qui à seculo tibi placuerunt, qui sunt de sanguine nostro patres & fratres, & præceptores nostri, necnon peregrinis defunctis, omnibus denique fidelibus: memento etiam Domine eorum qui communicarunt in ædificium huius templi, & in erectionem mansionis huius, atque omnium qui nobiscum, siue parum, siue multum con-

† Precatio pro seipso.

† Hic deest quidpiam.

Psal. 91.

sociationis habent. Deus præsta eis requiem, & bonamque memoriam, ac potissimum sanctissimæ Deiparæ Mariæ, in cuius honorem & gratiam hæc offertur oblatio priuatim & separatim, vt ipsa sit, Domine mi, reconciliatrix pro eo qui ad precationem eius auxilium confugerit. Vel si Sancti cuiuspiam, Et sancti domini mei. Et domini mei: N. super cuius mensam offerimus.

† Christus pro iustis & iniustis passus.

† Requie defunctis peccatoribus, fidelibus tamen bonam verò memoriam Sanctis precatur. Oblatio in honorem & gratiam Virginis Deiparæ. Sanctiorum victoriosa memoria. Misericordia super ossa defunctorum.

Et cuiuscunque libenter meminit prout nouit. Et obsecratur oratorio, & ait: Operi sunt cæli splendor Altissimi, & gloria eius repleta est omnis creatura. Sacerdos dicit Procemium commune. Gloriosum ac celebrandū istum, qui Genitricis suæ memoriam in cælo & in terra magnificauit: & Sanctorum suorum, omnibus in locis & modis victoriosam reddidit commemorationem: atque rorem misericordiarum & gratiæ, super defunctorū fidelium ossa distillauit, decet collaudatio. Et disponit ordinem à cordis suo, & voce ait: Super suffitu aromatatum quatuor voces. Disquisitio.

† Requie defunctis peccatoribus, fidelibus tamen bonam verò memoriam Sanctis precatur. Oblatio in honorem & gratiam Virginis Deiparæ. Sanctiorum victoriosa memoria. Misericordia super ossa defunctorum.

† Requie defunctis peccatoribus, fidelibus tamen bonam verò memoriam Sanctis precatur. Oblatio in honorem & gratiam Virginis Deiparæ. Sanctiorum victoriosa memoria. Misericordia super ossa defunctorum.

† Requie defunctis peccatoribus, fidelibus tamen bonam verò memoriam Sanctis precatur. Oblatio in honorem & gratiam Virginis Deiparæ. Sanctiorum victoriosa memoria. Misericordia super ossa defunctorum.

† Requie defunctis peccatoribus, fidelibus tamen bonam verò memoriam Sanctis precatur. Oblatio in honorem & gratiam Virginis Deiparæ. Sanctiorum victoriosa memoria. Misericordia super ossa defunctorum.

† Requie defunctis peccatoribus, fidelibus tamen bonam verò memoriam Sanctis precatur. Oblatio in honorem & gratiam Virginis Deiparæ. Sanctiorum victoriosa memoria. Misericordia super ossa defunctorum.

Maria quæ te peperit. Et Respons. D. Severi. Exaltabo te, Domine mi Rex, cuius vnigenitus Filius Verbum illud quod in natura sua immortalitatem accepit, venit; per gratiã pro vita & redemptione generis humani, & incorporatus est ex sanctissima & laudatissima Virgine pura Dei genitrice Maria: qui sine mutatione factus est homo, & cruci pro nobis affixus est Christus Deus noster, ac morte sua mortem nostram calcavit, & interfecit, ipse est vna persona ex sacrosancta Trinitate, & aequè adoratur & glorificatur cum Patre suo, & Sancto suo Spiritu. Et dicunt. Sancte Deus, & Lectioes, cum Pauli, cum Actuum, hanc quoque precationem ante Euangelium. Confer nobis Domine Deus, diuinorum sermonum tuorum scientiam, & nos reple intellectu sacrosancti Euangelij tui, ac nobis concede, vt cum gaudio custodiamus & adimpleamus mandata tua omnibus diebus vite nostræ, Christe Domine & Deus noster in secula. Et post Euangelium ait. Ipsi Iesu dentur laudes & benedictiones propter viuos eius sermones qui apud nos sunt, & Patri ipsius qui misit eum ad redemptionem nostram, & Spiritui sancto nunc & semper in seculum seculorum. Et disponit ordinem introitus, sanctificatque hostiam frangendam, ac postquam fidei symbolum dixit populus, hanc precationem pro seipso dicit Sacerdos signans crucem vnam super faciem suam, & à sinistra sua aliam, & aliam à dextera sua. Si sint diaconi, tum verò tres illas super faciem suam, & tres alias cruces super populum. Sacrosancta ac celebranda Trinitas miserere mei: Trinitas sanctissima & gloriosissima parce & miserere mei, oblationesque meas suscipe: Trinitas mundi creatrix sanctificas sacrificia mea. Deus Dominus noster Iesu Christe, hanc de infirmis manibus meis oblationem suscipe, meaque miseræ quæ te semper inuocat, fer opem. Deus præsta requiem bonamque memoriam vnicuique societatem nobiscum habenti, & patri meo, & matri meæ, meoque præceptori qui me educavit. Et quicumque voluerit, & quem dignum commemoratione nouit. Et ascendit gradum, ac oblationem medio vocis modulo incipit nec extendit manus suas vsque ad Sanctus, Sanctus: & post precationem extensionis ait:

Dilectio Dei Patris, gratia verò vnigeniti Filij, & communicatio ac protectio Spiritus sancti sit cum vobis omnibus fratres nostri in secula. Quumque peruenit ante Catholicam, ait: Sint misericordie Dei magni & Redemptoris nostri Iesu Christi cū vobis omnibus, fratres nostri, in secula. At in dispensationis precatione non expandit manus suas, sed vna alteri superposita, atque blandè dicit eam. Rursus precatio fractionis corporis. Alij dicunt in fractione: Tu es Agnus ille Dei, qui tollit peccatum mundi. Sic vero ipse passus est Deus Verbum in carne, & immolatus ac perforatus est in cruce, & separata est anima eius à corpore, quamuis omnino diuinitas eius separata non fuerit, nec ab anima ipsius, nec ab ipsius corpore: & lancea confossus est in latere suo, & ab eo profuxerunt sanguis & aqua, propiciatorium vniuerso mundo: ipsiusque confersum fuit corpus eius, & anima eius ex inferis rediit, atque corpori suo vnita

Precatio cum signo Crucis.

1. Cor. 13.

Precatio ad fractionem corporis domini.

est. Itaque pro peccato orbis vniuersi mortuus est Filius in Cruce, nosque à sinistro instituto (a prauis moribus) ad dexterum restituit: & reconciliauit sanguine Crucis suæ, & vnuit atque confociauit caelestia cum terrestribus, & populum cum gentibus, animam denique cum corpore: & vnus est Emanuel. Amanouil (nobiscum Deus) nec diuisus est postea, vnione eius indiuisibili remanente: & ita credimus, & ita affirmamus, nempe hoc esse corpus huius sanguinis, & hunc sanguinem huius corporis. Precatio huic horæ inferuicis, quæ est D. Ephrem. Vide obtulit Habel sacrificium pacificum, Abraham etiã fide obtulit Isaac, qui ambo mortui sunt. Ex hac oblatione patet & sentit anima, quando pro ea offertur sacrificium. Non omnis qui defunctus est, recordari meretur inter propiciatorum: sunt defuncti qui ipsi Dei filium nequaquam agnoscunt. Mortui illi qui comederunt corpus eius, & biberunt eius sanguinem, hi sunt quorum æquum est mentionem fieri inter propiciatorum. Panem & vinum introducti Sacerdos in Sancta Sanctum, Corporis & Sanguinis Filij Dei Sacramentum: mors Iesu, & crucifixio eius ibi commemoratur: tum operi currus, omnesque adueniunt Spiritus vt sese oblectent. Gloria Patri, qui suscepit sacrificium Abrahami, & honor & adoratio Filio qui à gladio Israhel liberavit: laus verò Spiritui, qui holocaustum ipsius Noachi, vnus ex triu numero, recepit. Precatio exciratoria D. Ephrem hora absolutionis. Tribue mihi, Domine mi, vt ego vigilans vigilanter in conspectu tuo consistam: quòd si iterum mihi dormire contingat, sit sine peccato somnus meus: si verò in mei excitatione quicquam iniqui admiserò, per gratiam tuam, Domine mi, veniam tribue, & in dormitione mea si peccauerò, sit clementia tua condonatrix, & per depressionis tuæ crucifixum, quietis somnum mihi dato, meque à malis somniis, & fœdis imaginationibus liberato, & in somnum tranquillitate plenum tota nocte me inducit: ne dominantur in me mala, & cogitationes perueritate plenæ. Angelum lucis da mihi, qui omnia membra mea custodiat: & ab execranda concupiscentia libera me, per corpus illud viuum quod comedi: cubitum eam, & in quiete dormiã: sanguisque tuus sit custos meus animæque meæ quæ tua est imago, confer libertatem signæto tuo, & corpus quod effinxerunt manus tuæ, protegat dextera tua, & circunda me muro misericordiarum, tanquam acceptabili præsidio, & clauisione, vt cum quieuerit ac dormierit corpus, à virtute tua custodiatur, & veluti suffitus aromatum sit somnus meus coram maiestate tua: ne accedat malus ad cubile meum intercessione illius quæ te peperit, ac per Sacrificium quod per me factum est, prohibe Satanam. Audiam & exequar voluntatem tuam, Domine mi qui noctem quoque cumulas tranquillitate iustitiæ Iesu Christi redemptoris nostri: quia tu es Lux vera, & in luce habitat gloria tua, & filij lucis te adorant in luce habitantem, & in luce commorantem. Iesus Verbum deus ad vitam defunctos per Crucem tuam conferua, parce propter misericordiam tuam, atque tibi, Patrique tuo qui te misit, & Spiritui sancto, laus detur in omni tẽpore. Finitz sunt precationes excellentissimæ.

Emanuel.

Heb. 11.

Ezech. 14.

Oratio ante somnum.

Intercessio virginis Deiparæ.

R V R S V M

R V R S V M S C R I B I M V S E T A L I A S P R E C E S.

Isa. 8. Apoc. 4. Math. 21. Mar. 11.

Sanctus, sanctus, sanctus Dominus potens. Ple-ni sunt caeli & terra gloria eius, Osanna in excelsis. Benedictus qui venit, & qui venturus est in nomine Domini. Glorificatio Angelorum, dum crucifigeretur Dominus noster. Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis. Ioseph & Nicodemus dixerunt: Qui crucifixus es pro nobis, miserere nostri. Domine noster miserere nostri, Domine noster miserere nostri, Domine noster parce & miserere nostri. Domine noster suscipe ministerium nostrum & preces nostras, ac miserere nostri. Gloria tibi Deus, gloria tibi creator, gloria tibi Rex Christe, dele nobis peccata. Benedic Domine mi.

Caute legi

Math. 6. Luc. 11.

Precatio quotidiana.

PATER noster qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, fiat voluntas tua, sicut in caelo & in terra. Da nobis panem indigentia nostræ hodie: & remitte nobis debita nostra, nostraque peccata prout & nos remittimus debitoribus nostris: Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Quoniam tuum est regnum, & potentia & gloria in seculum seculorum. Amen.

Luc. 11.

Salutatio Angelica.

PAX tibi Maria plena gratia: Dominus noster tecum. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus est fructus qui est in vtero tuo Iesus Christus. Sancta Maria mater Dei ora pro nobis, inquam peccatoribus. Amen.

Ibidem.

Hymnus Zachariae.

Benedictus ille dominus Deus Israel, quòd inuiferit populum suum, fecerit ei redemptionem: & erexerit nobis cornu redemptionis in domo Dauid serui sui. Prout locutus est per os Prophetarum suorum sanctorum qui à seculo fuerunt: se redempturum nos ab inimicis nostris, & de manu eorum omnium qui oderunt nos. Et egit misericordiam suam cum patribus nostris, ac in memoriam reuocauit Testamentum suum sanctum, & iusiurandum quod iurauit Abrahamo patri nostro, daturum se nobis. Vt liberaremur è manu inimicorum nostrorum, vt absque metu cultum exhiberemus coram ipso omnibus diebus nostris cum æquitate. Tu vero puerule, Propheta Altissimi vocaberis: ambulabis enim ante faciem Domini, vt pares viam eius. Vt det cognitionem vite populo ipsius in remissionem peccatorum ipsorum: Per miserationes gratia Dei nostri, quibus inuifer nos oriens ex alto. Vt illucescat iis qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Luc. 11.

Hymnus Mariae Virginis.

Magnificat anima mea DOMINVM, Et exultauit spiritus meus in Deo viuificatore meo: Quòd respexerit humilitatè ancilla suæ, ecce enim post hac beatitudinem mihi tribuent generationes omnes. Quia egit mecum magnifica is qui potens est & sanctum nomen eius. Et gratia eius in ætates & generationes iis qui ipsum reuerentur, Præstitit victoriam brachio suo, & dispersit superbos cogita-

Tom. 6.

tionem cordis sui. Deturbauit potentes de Thronis, & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis & diuites dimisit inaniter. Adiuuit Israel seruum suum, & recordatus est misericordie suæ: Sicut locutus est cum patribus nostris, cum Abrahamo, & cum semine eius in seculum. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper in seculum seculorum. Amen.

Gloria Patri, &c.

Luc. 1.

Hymnus Symeonis.

Nunc dimittis ipsum seruum tuum, Domine, secundum verbum tuum, in pace. Ecce enim videntur oculi mei Gratiam tuam, quam paraisti in conspectu omnium nationum: Lumen ad reuelationem Gentium, & gloriam populi tui Israel. Gloria Patri, &c.

Erod. 4. Ma. 19-45.

Salutatio ad virginem Mariam.

Pax tibi à nobis, Genitrix Dei, pax tibi Mater lucis, pax tibi quæ comparata es rubo illi quem conspicatus est Moses. Pax tibi nubes velox, de qua locutus est Esaias gloriosus. Pax tibi Arca Testamenti, pax tibi obediens, pax tibi plena gratia. Pax tibi, quia ex te natum est Verbum æternum Patris. Pax tibi gestatrix vitæ, & lactitiæ mundi.

Precatio ad Mariam Virginem.

Pax tibi, Salue sancta Maria mater Dei, Regina caeli, porta paradisi, domina mundi, pura, vnica es ô Virgo: tu concepisti Iesum absque peccato, tu peperisti Creatorem & Redemptorem mundi: Neque hac de re scandalizatus est in se, & ipse liberauit me ab omni malo: & tu (Virgo) preces auspica-re pro peccato meo. Amen.

Oratio pro defunctis.

Principium. Domine misericors miserere nostri & adiuua nos: gloriam & confessionem, & decus, & laudem, & exaltationem sine intermissione digni sumus vt offeramus. Precatio. E i qui per mortem suam aboleuit mortem nostram, & in sacrificio suo pro nobis iustificauit omnes filios Adam. Beatus quem decet gloria, & honor, & adoratio in hoc momento & in omnibus festis, & momentis, & horis & temporibus, in omnibus diebus vite nostræ.

Condonator ergo & mundator, dimissor, deletor, expunctor, & immemor peccatorum nostrorum multorum & magnorum sine numero, & peccatorum totius populi tui fidelis. Condone, ô bone, & miserere nostri. Recordare nostri Domine Deus in misericordiis quæ sunt à te. Et recordare animarum nostrarum, & animarum Patrum, & fratrum nostrorum, & præceptorum nostrorum, & defunctorum nostrorum, omnium denique defunctorum fidelium, filiorum Ecclesie sanctæ & gloriose. Tribue requiem Domine Deus animabus eorum, & eorum spiritibus, eorumque corporibus, & aspergere rorem miserationum super ossa eorum: miserator & misericors esto nobis & ipsis, Christe rex noster. Domine gloriae, responde nobis, & veni in auxilium nostrum. Suscipe preces nostras, & compesce à nobis Deus pro misericordia tua castigationes & virgas iræ nocentes, pro miseratione tua ad finem bonum. Dignos fac nos omnes, vt tibi gloriam & confessionem offeramus hunc & in omni tempore in secula. Amen.

Preces pro defunctis.

Ordo.

Requiem præstans mortuis, & resuscitans sepultos; C iij

tu Domine mi, accipe animas seruatorum tuorum, quorum memoriam fecimus: & colloca eos Domine mi, in mansionibus benedictis domus patris tui cum Abraham & Isaac, & Jacob amicis tuis, & cum omnibus Sanctis qui execuri sunt voluntatem tuam in fide vera, & Patris tui, & Spiritus tui sancti in secula seculorum. Amen.

Precatio Iesu Christi Domini nostri, priusquam offerret seipsum in sacrificio pro nobis Deo Patri suo.

Iob. 17.

PATER mi, veni hora, glorifica Filium tuum, vt Filius tuus glorificet te: quemadmodum dedisti ei potestatem super omnem carnem, vt quorquor dedisti ei, det ipsis vitam aeternam. Hanc est autem vita aeterna, vt te cognoscant Deum verum solum, & quem misisti Iesum Christum. Ego te glorificauit in terra, opus quod mihi dederas exequendum, perfecti. Nunc ergo glorifica me tu pater mi apud te, ea gloria quam habui apud te, antequam fieret mundus. Notum feci nomen tuum hominibus illis quos dedisti mihi a mundo: tui erant, & dedisti mihi eos, & obseruarunt sermonem tuum. Nunc noui quaecumque dedisti mihi, a te esse. Quia verba quae dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt & no- uerunt certissime quod a te exierunt, & crediderunt quod tu misisti me. Ego vero pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro eis quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et omnia mea tua sunt, & tua mea sunt, & glorificatus sum in eis. Amplius non sum in mundo, isti autem in mundo sunt, ego vero ad te venio. Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos. Cum essem cum eis in mundo, ego seruabam eos in nomine tuo, illos quos dedisti mihi seruauit, nemoque ex eis periit, nisi filius perditionis, vt impleretur scriptura. Nunc autem ad te venio, & haec loquor in mundo, vt sit gaudium meum completum in eis. Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus odit eos, quia non sunt ex mundo, sicut nec ego sum ex mundo. Non vt tollas eos de mundo, rogo, sed vt serues eos a malo. Ex mundo enim non sunt, prout nec ego sum ex mundo. Pater sanctifica eos per veritatem tuam quia sermo tuus veritas est. Sicut me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico animam meam, vt sint & ipsi sanctificati per veritatem. Nec pro istis rogo tantum sed etiam pro iis qui credituri sunt in me per sermonem eorum. Vt omnes sint vnum, prout tu, pater mi, in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint, vt credat mundus quod tu me miseris. Et ego gloriam, quam dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnum sicut & nos vnum sumus. Ego in eis, & tu in me, vt sint perfecti in vnum & vt cognoscat mundus quod tu me miseris, quodque eos dilexeris, prout & me dilexisti.

Pater quos dedisti mihi, velim vt vbi sum, & ipsi sint mecum, vt conspiciant gloriam illam meam quam dedisti mihi, quoniam dilexisti me ante ia-

sta mundi fundamenta. Pater iuste, sanè mundus non te cognouit, ego vero cognoui te, & hi nouerunt, quod tu me miseris. Et perfecisti eis nomen tuum, ac patefacio, vt charitas illa qua dilexisti me, sit in eis, & ego sim in eis.

Oratio Apostolorum beatorum.

Domine, tu es Deus meus qui fecisti caelum & terram, & maria, & omnia quae in eis sunt. Tuque ille es qui locutus es per Spiritum sanctum ore Dauid serui tui: Quare tumultum ediderunt gentes, & nationes meditatae sunt inane: Insurrexerunt reges terrae & principes, & consilium inierunt simul aduersus Dominum & aduersus Christum eius. Congregati sunt enim verè in hac ciuitate aduersus sanctum filium tuum Iesum illum, quem tu vnixisti: Herodes & Pilatus cum populis & congregatione Israel, vt facerent quaecumque manus tua & voluntas tua praedestinauerat futura. Sed & nunc Domine, intueri, ac vide minas eorum & da seruis tuis vt palam praedicent sermonem tuum, te manum tuam porrigente ad sanationes & virtutes, vt fiant in nomine filij tui sancti Iesu.

Precatio super mensam ante cibum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Concede Domine Deus nutritionem tuam, & saturitatem tuam, & plenitudinem tuam super hanc mensam, quam paraasti seruis tuis, & adoratoribus tuis, & multiplica eam in benedictionibus tuis & bonitatibus tuis, quae non praetereunt, & non deficiunt, quandoquidem pius es & misericors super omne figmentum, quod effinxerunt manus tuae sanctae, Pater, & Fili, & Spiritus sancte in seculum seculorum. Amen.

Precatio super mensam post cibum.

Gloria Deo super bonitatibus suis, gloria Deo super benedictionibus suis. Gloria Deo qui cibauit nos; gloria Deo qui saturauit nos. Gloria Deo misericordiae, qui miseris est omnium nostrum per intercessionem Genitricis Dei Mariae, & omnium Sanctorum in seculum seculorum. Amen.

Quando oritur Sol, conuertunt facies suas ad Orientem, & adorant Deum, dicuntque.

In lumine tuo videmus lumen, Iesu plene lumine. Quia tu es lumen verum, quod illuminat omnes creaturas. Illumina nos in lumine tuo eminente, splendore Patris caelestis.

Et rursus dicunt:

Condonator sancte, qui habitas in tabernaculis luminis, prohibe a nobis passiones malas, & cogitationes prauas, & da nobis, vt in puritate cordis faciamus opera iustitiae.

Ex Cantico Esaiæ Prophetae.

orate caeli & supernis, & nubes stillent iustitiam: Aperiat terra, & multiplicetur redemptio, salus, & iustitia germinet simul. Ego sum Dominus qui creauit ista.

FINIS.

MISSA QVA AETHIOPE COMMVNITER VTVN- TVR, QVA ETIAM CANON VNIVERSALIS APPELLATVR.

IN NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SPIRITVS SANCTI, Amen. Chorus incipit, Alleluia.

Psal. 5.

Ergo autem, in multitudinem misericordiae tuae introibo in domum tuam.

Psal. 137.

A dorabo ad templum sanctum tuum, in timore tuo. Omsitebor tibi Domine in toto corde meo, quoniam exaudisti verba oris mei.

Psal. 137.

In conspectu Angelorum psallam tibi, adorabo ad templum sanctum tuum.

Psal. 137.

Sacerdotes tui induantur iustitia, & sancti tui exultatione exultent.

Psal. 50.

Asperges me Domine hyssopo, & mundabor, & lauabis me, & super niuem dealabor.

Amplius laua me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me.

Psal. 17.

Et ab alienis parce seruo tuo. Panem caeli dedit eis.

Psal. 77.

Panem angelorum manducauit homo.

Psal. 25.

Lauabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum Domine.

Psal. 26.

Circuui, & immolauit in tabernaculo eius hostiam vociferationis.

Psal. 22.

Paraasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me, Impinguasti oleo caput meum, & calix meus inebrians quam praclarus est.

Psal. 115.

Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Benedictus, qui venit in nomine Domini; benediximus vobis de domo Domini.

Psal. 117.

SALVE mater nostra Ecclesia sancta, munita pariete, ornata topazio. Mater nostra Ecclesia, salua Tu es vas illud puri auri, in quo erat Mana absconditum; & tu es Tabernaculum panis, descendens de caelo, praebens omnibus vitam in seculum.

Hebr. 9.

IN NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SPIRITVS SANCTI, Amen.

Ante omnia, Sacerdos dicit Orationes sequentes; pro Ecclesia, & altari & indumentis eorum.

Domine Deus noster, Tu es solus Sanctus, qui omnibus tua occulta virtute sanctificationem dedisti. Sic te Domine supplices exoramus, vt super hanc Ecclesiam, & super hoc altare, & super omnia ad sacra mysteria preparata, Spiritum sanctum mittere digneris, & iterum benedic, sanctifica, & ab omni macula & pollutione, munda ea, & nihil incredulitatis & immundi in eis remaneat.

Fac huic Ecclesiae & altari, res mundas & electas, sicut argentum igne examinatum probatum, & purgatuma septuplum. Perfice vt super ea sit mysterium Patris, Filij, & Spiritus sancti, nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

Finita oratione vestitur altare, & preparantur omnia ad Sacrificium; & sequitur.

Domine, Domine Deus, seruator cordis omnium, qui manifestas abscondita; & omnia, & singula cognoscis: tu es sanctus, quiescens super sanctos. Tu solus sine peccato, potens delere peccata. Tu scis Domine, quod huic mysterio Sancto, quod ex te procedit, immundus sum: non est mihi

facies appropinquandi; neque os, laudem tuam sanctam aperiendi, & gratias agendi. Sed solum propter multitudinem miserationum tuarum parce mihi Domine, quia peccator sum: praesta, & concede mihi Domine (si in hanc horam misericordiam inueniam) & mitte de sursum Domine fortitudinem tuam, vt tua sancta Mysteria dignus efficiar consummare, propter voluntatem & laetitiam cordis tui. Fiat incensum & oblatio ista, bonus odor in conspectu tuo; & tu, Domine noster & Saluator noster IESV CHRISTE, sis nobiscum; & benedix nos. Tu es ille qui deles peccata nostra, & illuminator animae nostrae; vita, potentia nostra, & introitus noster; tibi agimus gratias vsque ad sedem tuam; nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen. Oratio super Patenam.

Sancta Mysteria.

Domine Deus noster IESV CHRISTE, qui super lignum sanctae Crucis manus tuas extendisti; sic super istam patenam extende, qua tuum sacrum corpus ministratur: benedix nunc, sanctifica & munda eam, vt Corpus tuum sanctum in ea perficiatur, in hac Ecclesia sancta & Apostolica: quoniam tibi gloria, & Patri tuo caelesti, cum Spiritu sancto vitali; nunc, & semper, & in secula seculorum; Amen.

Ecclesia sanctae Apostolica.

Oratio super Calicem.

Domine Deus noster IESV Christe, qui verè Deus, & homo factus es, & nunquam a tua diuinitate separatus fuisti, & sanguinem tuum preciosum propter fragilem creaturam tuam voluntarie effudisti: fac nunc, vt manus tuae sint super hunc Calicem, & sanguis tuus sanctus cõsecratur, in hac Ecclesia tua Apostolica: tibi gloria, cum optimo Patre tuo, & Spiritu sancto; nunc, & semper, & in secula seculorum; Amen. Benedictio puritas & dulcedo omnibus sanguinem tuum preciosum sumetibus; Aliisq; vere: Amen

Etia Graecis dictionibus vsitur Aethiopes in Sacrificio Missae.

Oratio super Coclear per quod Lancea Crucis significatur.

Coclearis vltus est apud Aethiopes & Graecos in Sacrificio Missae, vt eo haustu e Calice, Christi sanguine, sine villo effundat in periculo, in Communi cantu ora immittant.

Domine Deus noster, qui Esaiæ prophetae & famulo tuo vt cerneret Seraphin (carbonem ignitum, de sacrificio, forcipe suscipientem, & labia eius mundantem) concedere dignatus es: sic pater omnipotens Dominus noster, & Deus noster, cõtinens omnia; concede vt manus tuae sint super hanc lanceam, vt Corpus & Sanguinem preciosum Filij tui vnici Domini nostri & Dei & Saluatoris nostri IESV Christi, digne ministrare possit. Benedix nunc, sanctifica, & purifica eam; da ei virtutem & gloriam, sicut forcipi illi: tibi gloria cum Filio tuo vnico, cum Spiritu sancto; nunc, & semper & in secula seculorum; Amen.

Virtus Benedictio, & sanctificatio sanctae Trinitatis, in hanc Ecclesiam Sancti. N. de f. Scetae tibi gloria cum Filio tuo & Spiritu sancto; nunc, & semper, & in secula seculorum; Amen.

Oratio super Arculam in qua ponitur Hostia pro Sacrificio.

Domine Deus noster qui in monte Synai,

† Regnum de Secua, illud est quod appellatur Saba. 3. Reg. 10. 2. Par. 9. Matth. 11. Luc. 11.

Moyſi ſeruo & Propheta tuo præcepſiſti vt electa congregaret quorum vſus erat in miniſterio Altaris, Arca, & Sanctuarij in Tabernaculo tuo: nunc Domine Deus noſter omnipotens, præſta vt manûs tuæ ſint ſuper hanc Arculam; & imple eam virtute, fortitudine & puritate & gratia Spiritûs ſancti ad gloriam tuam, vt in ea perficiatur Corpus vnici Domini noſtri Dei noſtri & Saluatoris Ieſu Chriſti, in hac ſancta Eccleſia Apoſtolica: tibi gloria, & Filio tuo vnico, & Spiritui ſancto; nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum; Amen.

Sanctificationem acceptabilem, remiſſionem peccatorum concedat nobis Deus Pater, cui laus, & honor; nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum; Amen.

Quando Sacerdos offert Hoſtiam ſuper Altare, dicit orationem ſequentem.

DOMINE Deus noſter, qui ſuſcepſiſti ſacrificium Abel in Deſerto, & Noë in ara, & Abrahæ in ſummitate montis, & Helis in monte Carmeli, & David in area Orna Iabifei, & oblationem pauperulæ viduæ in templo ſancto; ſic oblationem meam & omnium famulorum famularumque tuarum offerentium in nomine ſancto tuo, ſuſcipe; vt pro meis & eorum peccatis ſit redemptio: & ſicut nos offerimus, ita mercedem nobis retribue in præſenti ſæculo, & in futuro, & in ſæcula ſæculorum; Amen.

Oratio, quando ponitur vinum & aqua in Calice, à Diacono.

Benedictio vini in Miſſa.

VERE Chriſte, Deus noſter, & Domine noſter; qui ad nuptias in Cana Galilee vocatus fuiſti, & eas benedixiſti, & de aqua vinum feciſti; ſimiliter fac, & benedic, & ſanctifica, & purifica hoc vinum in conſpectu tuo; & fiat exultatio & vita; animæ & corpori noſtro; & in omni tempore nobiſcum permaneant Pater, Filius, & Spiritus Sanctus; quia non habemus alios Deos præter te Domine. Imple igitur nos vino exultationis, ſalutis, & lætitiæ; vitæ, intellectûs; & conſilij Spiritûs ſancti, in ſæcula ſæculorum; Amen. Benedictus Dominus Deus Pater omnipotens. Benedictus Filius vnigenitus IESVS CHRIS TVS, qui natus eſt de Maria virgine; Benedictus Spiritus paraclætuſ, Deus noſter; quibus, Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, vera fortitudo in ſæcula ſæculorum; Amen.

Poſtea replicet ſuper Calicem, Orationem, Domine Deus noſter qui ſuſcepſiſti, &c. vt ſupra, in offerendo Hoſtiam. Dicit Sacerdos cantando, & extendendo palmas ſurſum; ita tamen quod caput non excedant: Vnus Pater Sanctus, vnus Filius Sanctus, & vnus Spiritus ſanctus. Populus reſpondet: Amen. Sacerdos, cantando dicit.

Laudate Dominum omnes gentes, Laudate eum omnes populi; quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius, & veritas Domini manet in æternum. Gloria, &c. Diaconus dicit: Surgite in Orationem. Dicunt Populi: Domine miſerere noſtri. Sacerdos: Pax vobis. Populus: Et cum ſpiritu tuo.

Sacerdos, in gratiarum actionem, dicit Orationem ſequentem.

GRATIAS agamus Benefactori noſtro Domino

miſericordi, Patri domini Dei & Redemptoris noſtri IESVS CHRIS TI, quia protexit nos, auxiliatus eſt nobis, cuſtodiuit, & commendatos nos ſibi reddidit; attraxit, amplexus eſt, confirmauit, & peruenire nos fecit ad hanc horam; rogemûſque ipſum, vt etiam cuſtodiat nos in hac die ſancta, in omni tempore vitæ noſtræ, & in omni pace, omnipotens Deus noſter. Diaconus dicit: Orate.

Sacerdos autem ſequitur:

DOMINE, ô Domine Pater bone, & Omnipotens: Pater domini Dei & Redemptoris noſtri IESVS CHRIS TI; laudamus te, ſuper omne opus, pro omni opere, & in omni opere; quia protexiſti nos, auxiliatus es nobis, cuſtodidiſti nos, & commendatos tibi nos reddidiſti; attraxiſti & amplexus es, confirmâſti & peruenire feciſti vſque ad hanc horam: petimus quoque & quaerimus à bonitate tuâ; ô Amator generis humani. Diaconus dicit: Petite & rogate vt parcat nobis Dominus & miſereatur noſtri, & ſuſcipiat Orationem quæ pro nobis fit à Sanctis ſuis; & faciat nos dignos, vt quam præſtat accipiamus; & ſumamus de participatione & Sacramento ſuo benediçto, vt dimittantur nobis peccata noſtra. Sacerdos ſubſequitur.

Vt perducamus hunc diem Sanctum in omni tempore vitæ noſtræ, in omni pace, cum timore tuo. Omnem inuidiam, & omnem tentationem, & omne opus Satane, conſilium hominum malorum, inſultationes Inimici abſconditas & manifeſtas, elonga & expelle à me & ab vniuerſo populo tuo, & ab hoc loco ſancto tuo. Omnia bona, quicquid vti que præſtat & iuuat; impera eis per nos, quia tu es qui dediſti nobis poteſtatem vt calcaremus Serpentem & Scorpionem & omnem vim Inimici: ne inducas nos Domine in tentationem, ſed redime & libera nos ab omni malo; per gratiam & miſericordiam & amorem erga humanum genus, Filij tui vnici domini Dei & Redemptoris noſtri IESVS CHRIS TI; cum quo, tibi vnâ cum Sancto ſpiritu, & gloria, & poteſtas; nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum; Amen. Pro offerentibus munera.

Sacerdos: ITERVM rogemus omnipotentem Deum Patrem domini, Dei & Redemptoris noſtri IESVS CHRIS TI; pro iis qui obtulerunt munera ſancta, vnica, quæ eſt ſuper omnes, Eccleſia; ſacrificium ſcilicet primarum Decimarum, gratiarum actionis ſignum & monumentum: ſeu autem quis multum obtulerit, ſeu parum, ſeu ſecretò, ſeu palam, ſeu volens & non habens, omnium amplectatur voluntatem qui cœleſtem Spiritum donat, & in quo omnium bonorum operum eſt poteſtas, Dominus Deus noſter. Diaconus dicit: Orate pro iis qui obtulerunt munera. Sacerdos:

DOMINE Deus omnipotens, rogamus te & quaerimus pro iis qui obtulerunt dona ſancta, vnica, quæ ſuper omnes eſt, Eccleſia; ſeu multum obtulerint ſeu parum, ſive ſecretò ſive palam, ſive volentes & non habentes; omnium voluntatem acceptans, da vnicique eorum, pro premio, benediçtionem; per vnicum Filium tuum, cum quo tibi & Sancto ſpiritu eſt gloria & poteſtas; nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum; Amen.

Oratio Oblationis factæ. O PRINCEPS noſter, IESVS CHRIS TE, cuius ſubſtantia creata

Sacrificij primarum Decimarum.

Caute lege

Altare portatile. Panis & vini Tranſlationi corpus & Sanguinem Chriſti.

Coadiutor Sacerdotis in Miſſa a Iuſu à Diacono.

non eſt, ſed eſt purum Verbum; tu es Filius Patris & Spiritus ſancti. Tu es panis vitæ: deſcendens de cælo; qui antequam venires, eras in figura agni immaculati pro redemptione Mundi: nunc bonitatem tuam, ô amator hominum, humiliter imploramus, vt faciem tuam ſuper hunc panem & calicem, in hoc Altare portatile oſtendas. Benedic & ſanctifica munda, & transfer panem hunc in carnem tuam immaculatam; & vinum hoc, in Sanguinem tuum precioſum: Fiat ſacrificium ardens & acceptabile, medela & ſalus animæ & corpori noſtro; quia tu es Rex noſter & Chriſtus Deus noſter, omni laude, reuerentia, & gloria tibi gratias agimus; cum Patre tuo cœleſti, Spiritu ſancto vitæ; nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum; Amen. Diaconus: ſelectite genua. Populus: ante te Domine ſelectimus, & te laudamus.

Coadiutor Sacerdotis dicit quod ſequitur.

DOMINE, Domine, Fili vnice IESVS CHRIS TE, Verbum Dei Patris; qui nobis per tuam ſalutiferam & vitalem paſſionem, peccatorum noſtrorum vincula omnia dirupiſti; qui in diſcipulorum ſanctorum, immaculorum miniſtrorum tuorum faciem inſuſcipiſti, dicendo: Accipite Spiritum ſanctum; quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt. Præſta Domine; ſicut eis hoc officium Sacerdotale in Eccleſia ſancta tua, cum poteſtate ligandi & abſoluendi in omni tempore, peccata & vincula iniquitatum noſtrarum, tribuiſti: ita bonitatem & clementiam tuam imploramus, ô amator hominum; vt abſoluant noſ ſeros tuos, & parentes, fratres, ſorores, & amicos noſtros, & me peccatorem, & omnes capita ſua inclinantes ante conſpectum tuum in hoc ſacrificio Sancto tuo: dirige nos Domine in viam miſericordiæ tuæ; diſtumpere & frange omnia vincula peccatorum noſtrorum. O Domine; ſi ſcienſer, aut ignoranſer, aut malicia cordis, leuitate ſpiritus, aut inclinatione & macula carnis; factis, verbis, & temporibus peccauimus tibi: parce, Domine, quia ſcis fragilitatem noſtram. O optime Domine Vniuerſi, & amator hominum; concede nobis remiſſionem peccatorum noſtrorum. Benedic, & ſanctifica & mundifica & odorifica, & fac nos liberos & abſolutos. Abſolue Pontifices, Principes, & Reges noſtros; Patriarchas, Archiepiſcopos, Epicoſcopos, Sacerdotes, Diaconos, & miniſtros noſtros, & populum tuum, parètes, & fratres noſtros. Memento Domine, Dormientium Principum, Pontificum, Regum, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epicoſcoporum, Sacerdotum, Diaconorum, & Miniſtrorum tuorum, parentum noſtrorum, & omnium in recta fide quieſcentium; & imple nos timore nominis tui, & dirige nos facere voluntatem tuam. Sit tibi gloria, & honor; quia tu ſolus eis dignus es, in ſæcula ſæculorum; Amen.

Pro Dormientibus.

SERVI tui hodie miniſtrantes, Sacerdos, Diaconus, & omnes miniſtri; populus, & ego pauper ſeruus tuus & peccator; abſoluamur per os Trinitatis ſanctæ, Patris, Filij, & Spiritûs ſancti, & beatæ Mariæ cœli ſecundi, matris Dei: per os Michaëlis, Gabriëlis, & omnium Archangelorum; & nonaginta nouem ordinum Angelorum, & mille millium miniſtrantium, & quorum nomina numerare neſci-

mus; & quattuor animalium, & viginti quatuor Seniorum, & primorum ſanctorum Patrum, & quindecim Prophetarum, & duodecim eorum filiorum; & per os duodecim Apoſtolorum, & ſancti Iacobi Epicoſcopi Hieroſolymitani, & ſancti Pauli, Timothei, Syllæ, Barnabæ, Titi, Philemonis, Clementis, & omnium ſeptuaginta duorum Diſcipulorum, & Quingentorum ſuorum ſociorum; & per os ſancti Marci diuinitatem clamantis, & aliorum Euangelistarum; & per os trecentorum & decem & octo Epicoſporum qui pro recta fide in ſynodo Nicæna congregati fuerunt; & centum quinquaginta in Conſtantinopolitana, & ducentorum in ſynodo Epheliſina; & per os Pontificis noſtri Saurios, Ioannis Chryſoſtomi oris aurei, Cyrilli, Baſilij, Theophili, Athanaſij, Gregorij; & Pontificum noſtrorum, Matthæi, Gabriëlis, Iohannis, Salamæ, Bartholomei, Iſaac, Marci; & per os Eccleſiæ vnica quæ congregata ſuit per Apoſtolos ſanctos; & per me peccatorem abſoluamini, & impleamini gratia, ad gloriam & honorem, Patris, Filij, & Spiritûs ſancti; Amen.

Hic, Sacerdos declarat Epacta, Aureum numerum, mobilia & immobilia Feſta, Indulgentias, & ornamentis & ceremonias, à principio vſque ad finem; & in viuorum & deſunctorum memoriam effundit incenſum, & proſequitur hanc orationem ponendo ter incenſum in thuribulo, dicens: Benedictus pater omnipotens: Benedictus Filius vnicus IESVS CHRIS TVS; Benedictus Spiritus paraclætuſ; quibus nunc, & ſemper honor, & gloria; Amen.

Deinde circuncirca altare incenſando, dicit: Alleluia Patri; Alleluia Filio; Alleluia Spiritui ſancto; nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum; Amen. O DEVS in æternum; tu es ante & poſt qui caeres principio & fine, magnus in prouidentia, potens in opere, & prudens in conſilio, quæ omnia in omnibus demonſtratur: oramus, & ſupplices te rogamus Domine; vt in hac die nobiſcum maneat, & faciem tuam ſuper nos oſtendas; nobiſcum habitare, dele peccata & iniquitates noſtras quæ voluntariè & inuoluntariè, ſcienſer & ignoranter fecimus; munda cor noſtrum, & ſanctifica animam noſtram. Permite nos tibi appropinquare: Oblatio, & gratiarum ſacrificium, incenſum ſpirituale, intret & aſcendat in conſpectu ſanctitatis tuæ.

Cum incenſat altare, dicit Orationem. MEMENTO Domine, vnica Eccleſiæ tuæ Sanctæ Apoſtolice, & Congregationis tuæ, quam poſſediſti ab initio. Memento Domine Principis noſtri. N. & Antitiſtum patrum noſtrorum, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epicoſporum, Sacerdotum, Diaconorum, & omnium Apoſtolice fidei cultorum. Memento Domine, Regis noſtri. N; & omnium Regum Chriſtianorum parentum, famulorum famularumque tuarum, fratrum & ſorum omnium Fidelium dormientium, & in ſigno rectæ Fidei quieſcentium. Memento Domine, Congregationum noſtrarum, & benedic eis. Dicit Diaconus: Surgite in orationem Sacerdos: Pax vobis. Populus: Et cum ſpiritu tuo. Sacerdos, magna voce ſequitur, ter: Adoramus Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum; trinum & vnum.

Indictio Epactæ, Aurei numeri, & Indulgentiarum. Incenſum in memoriam Deſunctorum.

Populi replicant idem, ter. Sacerdos sequitur: **Pax** tibi sancta Ecclesia, habitatio pacis. Salve Virgo Maria Dei genitrix, tu es thuribulum aureum, quæ Carbonem ignitum porraſti. Benedictus qui eum de Sactuário recipit, quia verè Verbū Dei ipse est, qui peccata remittit & culpam delet, & ex te homo factus est, & Patri se ipsum verum incensum & preciosum sacrificiū obtulit. Adoramus te Christe, cum Patre tuo optimo & misericorde, & Spiritu tuo vitali; quia tu venisti, & liberasti nos.

Coadiutor Sacerdotis in Missa, alius à Diacono.

Populus replicat idem. Postea Coadiutor Sacerdotis, sequitur orationem. **DOMINE** intelligentiæ, & annunciator sapientiæ quæ prius nobis abscondita erat, cam manifestasti, Domine largitor verbi exultationis & lætitiæ, prædicantibus magnificentiam virtutis tuæ. Tu es, qui Paulum multitudine bonitatis tuæ vocasti, qui prius erat persecutor Ecclesiæ, & constituisti eum vas electionis regni tui, & Evangelij Apostolum, & prædicatorem elegisti, & concionatorem Regni tui.

O CHRISTE Deus noster, tu es optimus amator hominum: cōcede nobis (quæsumus) sapientiā, intelligentiam, scientiā, & intellectum; quæ semper nobiscum permanent: vt sapiamus, intelligamus, sciamus, & perspiciamus Scripturā sanctitatis tuæ, quæ in conspectu tuo legitur. Sicut dono dedisti Paulo, & dignum tanta gratia eum fecisti; ita nos (quæsumus) quoque dignos fac, caput vitæ; vt eum imitemur, & in viam eius ambulemus, & eius vestigia sequamur, & nomen tuum sanctum laudemus, & in cruce tua in omni tempore gloriemur; sicut & ipse semper gloriatuſ fuit. Tibi virtus, regnum, triumphus, magnificentia, honor, & gloria; in secula seculorum; Amen. Diaconus antequam

Gal. 6.

Crederet in S. Mariam Virginem.

legatur Epistola, dicit: Omnes qui non amant Dominum nostrum, & in natiuitatem suam minimè credunt, & in sanctam Mariam Virginem, Anathema sint vsque ad Aduentum eius.

Deinde legitur Epistola Pauli, quæ occurrit; & vsqueliber secundum diem occurrentem. Lecta Epistola, dicit Diaconus:

Gratia Patris, amor Filij, & donum Spiritus sancti; quæ descenderunt super Apostolos benedictos & mundos, in Syon loco sancto; duplicetur super nos Christianos, in secula seculorum: Amen.

S. Pauli, ora pro nobis.

Populus. O bone minister, sancte Paule sanator infirmorum, qui coronam recepisti; ora & intercede pro nobis, vt liberetur anima nostra propter multitudinem miserationum **IESV CHRISTI**, & sancti nominis sui.

Dicit Diaconus: Surgite ad orationem. Populus: Domine miserere nostri. Sacerdos: Pax vobis. Populus: & cum Spiritu tuo. Sacerdos sequitur Orationem signatam sub signo ✠, vt supra incipientem; **O Deus**, in æternum tu es, &c.

Minister siue Subdiaconus, ante Epistolam dicit; De Epistola Petri, siue alterius Apostoli: Discipulus & Apostolus Domini & Saluatoris nostri **IESV CHRISTI**; cuius oratio & benedictio sit super nos semper; Amen. Postea magna voce dicit Epistolā. Finita & lecta Epistola; Diaconus sequitur.

Fratres mei nolite diligere Mundum, neque ea quæ sunt in Mundo; quoniam omne quod est in Mundo, concupiscentia est carnis, concupiscentia ocu-

lorum, & superbia vite, quæ non est ex Patre sed ex Mundo est; & Mundus transiit, & concupiscentia eius: qui autem facit voluntatē eius, manet in æternum. Dicunt populi: Sanctus Trinus & vnus in substantia tua; custodi congregationem nostram, propter sanctos Electos tuos & discipulos tuos: consolare nos per misericordiam tuam, & propter nomen sanctum tuum.

Deus Trinus & vnus in substantia.

Dicit Diaconus: Surgite in orationem.

Populus: Domine miserere nobis. Sacerdos: Pax vobis. Populus: Et cū Spiritu tuo. Sacerdos: **DOMINE** Dominus noster, & Deus noster, tu es qui Apostolis tuis sanctis mysterium gloriæ Christi tui manifestasti, & magna & innumerabilia dona eis tribuisti; diuitias & secreta misericordiæ tuæ, eos ad prædicandum misisti. Propitius esto (Domine) & concedere dignare, facere nos participes & consortes hæreditatis eorum, & ambulare & sequi vestigia eorum. Præsta (quæsumus) vt in omni tempore eis similes simus, & in eorum amore fortificemur, & eorum labores participemus. Custodi Domine Ecclesiam Christianam, sanctam; in bona adoratione quæ ædificata & fundata fuit per Apostolos sanctos.

Sacerdos sequitur erga Populum:

✠ **Benedic** Gregi, & Agnis tuis: multiplica Domine hanc vuarum vitem, quam per manūs tuas sanctas, per Dominum nostrum **IESVM CHRISTVM**, plantasti; cui, & tibi, & Spiritu sancto, gloria, & potentia; & nunc, & semper, & in secula seculorum; Amen.

Hic Sacerdos ponit incensum in thuribulo, dicens: **DOMINE** Deus noster, qui sacrificium Abraham patris nostri suscepisti; & pro vice & saluatione Isaac filij eius, agnum descendere fecisti: sic Domine, odorem istius incensi suscipe; & sicut Sacrificium illius agni recepisti, ita Domine mitte diuitias gratiæ & misericordiæ tuæ. Fac nos puros & mundos ab omnibus malis odoribus peccatorum; & tuæ virtutis & maiestatis dignos in laude munditiæ tuæ. O amator hominum; fac nos iustos sine macula, cum lætitia omnibus diebus vitæ nostræ. Sequitur. Memento Domine vnicæ Ecclesiæ tuæ sanctæ quæ de fine vsque ad finem, in toto Orbe terrarum, in Apostolis tuis congregata fuit. Lætare Domina, quia salutem sanctam deprecamur; o Virgo mater Dei & Christi, in omni tempore effer sursum & in altum; orationem nostram, apud Electos Filij tui, vt remittantur peccata nostra. Lætare Domina, quia peperisti nobis lumen verum, **IESVM CHRISTVM** Dominum nostrum. Ora pro nobis, apud eum vt miseretur anime nostræ ora pro nobis in conspectu Throni Filij tui **IESV CHRISTI**!

Incensum in Thuribulo. Gen. 22.

Lætare immaculata, verè Regina! Lætare gloria nostrorum Parentum; quia peperisti nobis Emanuelem! o verè mediatrix ante Dominum nostrum **IESVM CHRISTVM**; te supplices exoramus vt memor sis nostri; ora pro nobis, vt deleantur iniquitates nostræ. Coadiutor Sacerdos, antequam legantur Acta Apostolorum: Hoc est opus, & diuinitas nostrorum Patrum, Apostolorum sanctorum, & immaculorum. Gratia Spiritus sancti, & misericordia duplicetur super nos, & omnes Christianos: Amen.

Oratio ad Virginem Dei, marie.

Inuocatio Dei, paræ Virginis.

Coadiutor Sacerdos in Missa.

Postea

Postea legitur ex Actis Apostolorum, secundum diem occurrentem. Finita lectione, sequitur:

Verba Domini magna, multiplicata in Ecclesia sancta; populos credentes in dominum **IESVM CHRISTVM** multiplicauerunt, cui gloria in secula seculorum. Populus respondet: Amen.

Postea sequitur: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Pater omnipotens. Sanctus, Sanctus, Sanctus Vnicus **IESVS CHRISTVS** Filius, Verbum Patris: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Spiritus sanctus sciens omnia! Surgite in orationem; dicit Diaconus. Populus: Domine miserere nobis. Sacerdos: Pax vobis. Populus: Et cum Spiritu tuo. Sacerdos: Domine Deus noster, **IESV CHRISTE**, qui dixisti discipulis tuis sanctis & electis; multi Prophetæ & Iusti desiderauerunt videre quæ vos videtis, & audire quæ auditis, & non viderunt neque audierunt; sed beati oculi vestri & aures vestrae, videntes & audientes: sic nos fac dignos audire & facere verba Evangelij tui sancti, per orationes & preces Sanctorum tuorum.

Matth. 13. Luc. 10.

Oratio pro Commendatis, & Quiescentibus.

Diaconus dicit: Orate. sequitur Sacerdos: Memento iterum Domine verborum tuorum, pro illis qui se orationibus nostris commendauerunt; quando oramus ad te. Domine Deus noster memento Dormientium, & in recta fide quiescentium; & concede infirmis sanitatem, quia tu es vita, spes, liberator, & resurrectio omnium; tibi gratias referimus in æternum, & in secula seculorum; Amen.

Diaconus accipiens Crucem, dicit: Orate vt digni efficiamini audire Euangelium.

Postea cantat: Benedicam Domino in omni tempore, semper laus eius in ore meo; in Domino laudabitur anima mea, &c. Sacerdos, idem dicit. Populus, ter idem dicit: & in ultimo Versu semper dicitur, alleluia. Diaconus circuit Ecclesiam, clamando: Surgite; audite Euangelium sanctum & bonam annunciationem Domini nostri & Saluatoris nostri **IESV CHRISTI**.

Preces pro Ecclesia.

Preces pro Rege, in Missa.

Patriarcha Aethiopiæ, venerandus Princeps.

Postea, Coadiutor accipit thuribulum & porrigit Sacerdoti, qui ter incensat, accipiendo Euangelium erga populum, & dicit:

Magnus Deus benedic nos, & populum Christianum; & fac Introitum nostrum in Ecclesia tua sancta, vnâ cum Angelis sanctis qui seruiunt Deo, & laudant eum omni tempore, in secula seculorum: Amen.

Sacerdos annunciat Euangelium, sic cantando. Sanctum Euangelium, quod annūnciavit Matthæus; vel Marcus; vel Lucas; vel Ioannes. Ministri accedunt lumina, & præparant alia necessaria; & dicunt.

Psal. 80.

Gloria Christo, & Domino nostro, & Deo nostro semper: Exultate in Domino, qui auxiliatur nobis, & pfallite Deo Iacob, accipite psalterium in cythara, &c. Sacerdos alta voce legit Euangelium dici. Diaconus, finito Euangelio, dicit.

Catechumenorum dimissio, in Missa.

Exite foras, qui non vultis accipere Sacramentum, siue Eucharistiam: Ite Catechumeni. Ministri dicunt: & illi, Cherubin & Seraphin reddant gloriam, Sanctus, Sanctus, Sanctus, & Sanctus omnipotens; pleni sunt cæli & terra, gloriæ & sanctitatis tuæ. Adoramus te Christe, cum Patre

tuo optimo, & misericorde; & Spiritu sancto vitali: tu venisti & liberasti nos. Diaconus dicit:

Surgite in orationem. Populus: Domine miserere nostri. Sacerdos: Pax vobis. Populus. & cum spiritu tuo. Diaconus dicit: Surgite ad orationem. Sacerdos dicit: Pax omnibus vobis: Et iterum rogemus omnipotentem Deum Patrem Domini & Dei ac Saluatoris nostri **IESV CHRISTI**: rogamus & petimus à bonitate tua, o amator hominum; recordare Domine, pacis Ecclesiæ sanctæ in vnum per Apostolos congregatæ. Diaconus dicit:

Orate pro hac Ecclesia sancta, in vnum per Apostolos cōgregata, recta in Domino. Populus dicit: Domine Deus noster, da nobis pacem: Domine Deus noster, da nobis pacem: Christe Rex noster, miserere nobis. Sacerdos dicit: Eam quæ fuit à principio, & erit vsque in finem sæculi; omnes populos, & omnes greges benedic. Pacem de Cælo, mitte super omnes animas nostras; Pacem vitæ nostræ da nobis per ipsam Ecclesiam. Da Domine pacem Regi nostro Claudio, & Principibus eius, ac Iudicibus eius, & subditis eius, & circa nos congregatis, tam extra quàm intra Ecclesiam. Orna eos omni genere pacis, Rex pacis: pacem da nobis, quoniam omnia dedisti nobis. Conferua nos, Domine; quoniam præter te neminem cognoscimus: nomen sanctum tuum nominamus & inuocamus, vt viuat anima nostra in Spiritu sancto; nec inualescat mors peccati, super nos seruos tuos & super omnem populum tuum. Pro Pontificibus. Et iterum rogemus omnipotentem Deum patrem Domini & Dei ac Saluatoris nostri **IESV CHRISTI**.

Rogamus & petimus à bonitate tua; o amator hominum: Recordare Domine Patris nostri venerandi Principis, Archiepiscoporum nostrorum, N. ac sancti & beati Antistitis nostri. N. Diaconus dicit.

Orate pro Principe nostro, principe nostrorum Archiepiscoporum Domino Gabriele, & capite Episcoporum magnæ provincie Alexandrinæ; & pro capite patriæ nostræ, venerando Archiepiscopo nostro Marco; ac omnibus Episcopis, Sacerdotibus, & Diaconis rectæ fidei.

Sacerdos dicit: Custodiendo custodi eos nobis, multis annis & longo tempore, in Iustitia & Pace; vt perficiant consecrationem quam tu commisisti dignitati Sacerdotali, secundum sanctam ac beatam voluntatem tuam; vt iudicent in iustitia & rectitudine, & pascant populos tuos in æquitate. Custodiendo custodi etiam omnes Episcopos, Sacerdotes, & Diaconos rectæ fidei, & omnes conformes sanctæ & vnicæ Ecclesiæ quæ est congregatio Apostolica: orationes vero quas pro nobis & pro vniuersis populis tuis faciunt, accepta in sacrificium tuum altissimum in odore bono suauitatis; & omnes hostes & aduersarios eorum dissipa, & constringe sub pedibus eorum velociter. Ipsos vero custodi nobis in Iustitia & pace, in Ecclesia sancta tua.

Pro Congregatis; Sacerdos dicit: Et iterum rogemus omnipotentem Deum Patrem Domini & Dei ac Saluatoris nostri **IESV CHRISTI**. Quærimus & rogamus à bonitate tuâ; o amator hominum: Recordare Domine Congre-

D

D

D

D

D

D

D

gationis nostræ, & benedic ei. Diaconus dicit: Orate pro hac Ecclesia sancta, & nostra Congregatione quæ in ea est. Populus dicit: Benedic Congregationi nostræ, & custodi eam in pace. Diaconus dicit: In sapientia Domini; dicit & canite orationem Fidei.

Oratio Fidei.

CREDO in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factorem Cæli & Terræ, visibilibus omnium & invisibilibus. Et in vnum Dominum IESVM CHRISTVM, Filium Dei vnigenitum; & ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis. Et incarnatus est de Spiritu sancto, ex MARIA Virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, Passus & sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum Scripturas. Et ascendit in Cælum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos & mortuos: cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum & viuificantem, qui ex Patre Filioque procedit: qui cum Patre & Filio simul adoratur & conglorificatur. Qui locutus est per Prophetas. Et vnam sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum Baptisma in Remissionem peccatorum: & expecto Resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi sæculi. Amen.

Sacerdos dicit.

AC eos vt sint tibi sine diuisione, & sine pigritia faciant voluntatem tuam sanctam & beatam. Fac eos Domum orationis, domum puritatis, domum abundantia & gratia: gratificare Domine nobis seruis tuis, & post nos venturis in sæculum. Exurge Domine Deus noster, & dissipentur inimici tui, & fugiant ante faciem tuam omnes qui oderunt sanctum & benedictum nomen tuum: populi autem tui sint benedicti millies millibus, & iterum millies millibus benedictionum; faciãntque omnem voluntatem tuam, per gratiam, benignitatem, ac amorem erga homines Filij tui vnigeniti Domini Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi; cui, & tibi, ac Spiritui sancto sit gloria & potentia, nunc & semper, & in sæcula sæculorum: Amen.

Oratio pro Pace perfecta. Sacerdos dicit:

Magnus & æternus Dominus plasmanit hominem immaculatum incorruptibilem. Mors autem ingressa est à principio in Mūdum ob inuidiam Diaboli.

Rom. 5.

Tu Domine eripuisti vim eius per Aduentum vnigeniti Filij tui Domini Dei & Saluatoris nostri IESV CHRISTI; & impleuisti totam Terram pace tua: propterea cælestes Legiones laudat te dicentes; gloria Domino in cælis, & pax in terra hominibus bonæ voluntatis. Diaconus dicit:

Luc. 1.

Orate pro pace perfecta & amabili ac salutifera & Apostolica: salutate vos inuicem. Qui communicare non vultis, discedit: qui autem vultis communicare, amplectimini inuicem in plenitudine cordis. Qui communicat; custodiat se à malo.

Amplexus & osculum Missa.

Sacerdos dicit.

Memoria iniuriarum

O Domine; ex beneplacito tuo imple corda nostra pace tua, & munda nos ab omni mala cogitatione,

A & immunditia, & ab omni memoria iniuriarum, & ab omni inuidia, & recordatione malorum; quæ mortem inferunt. O Domine fac nos omnes dignos vt salutemur ad inuicem salutatione sancta & immaculata, & recipiamus sine iudicio & sine morte Donum tuum cælestis; hoc est, gratiam tuam cum Spiritu sancto. Populus dicit:

CH R I S T E Deus noster, fac nos dignos salutandi te salutatione cælesti, ac laudandi te vnâ cum Cherubim & Seraphin, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus omnipotens; pleni sunt Cæli & Terræ, sanctitate gloriae tuæ.

Ista 8. Apoc. 4.

Sacerdos dicit:

Dominus vobiscum; Sanctus inter sanctos, Sanctus inter sanctos, Sanctus inter sanctos. Gratias agimus tibi Domine, per dilectum vnigenitum Filium tuum Dominum Deum & Seruatorem nostrum IESVM CHRISTVM, quem in posteriori tempore misisti nobis Filium tuum, Seruatorem & Redemptorem, Nuncium consilij tui; qui Verbum tuum est, & per quem omnia fecisti secundum voluntatem tuam. Diaconus dicit:

Per beatum & sanctum Patriarcham nostrum. **N.** qui suis orationibus & precibus laudat te; per Stephanum Protomartyrem, Zachariam sacerdotem, Ioannem Baptistam, per omnes Sanctos martyres qui in fide IESV CHRISTI quieuerunt, per Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem, Euangelistas; per **MARIA M** Dei genitricem, per Simonem Petrum, Andream, Iacobum, Ioannem, Philippum, Bartholomæum, Thomam, Mattheum, Thaddeum, Nathanaël, Iacobum Alfei, & Matthiam Apostolos, per Iacobum Apostolum fratrem Domini nostri Episcopum Hierusalem sanctæ; per Paulum, Timotheum, Silam, Barnabam, Titum, Philemona, Clementem, & per septuaginta duos discipulos, & quingentos socios eorum; ac per trecentos decem & octo rectæ fidei Patres, visita nos & fac nos participes orationum eorum omnium: & super omnia recordare Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ in pace, precioso Sanguine per Christum edificatæ: recordare etiam omnium Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Sacerdotum, & Diaconorum, qui dirigunt viam verbi quod est in veritate. Dicit Populus:

Memoria Sistorum, in Missa.

Iacobus frater Domini, Episcopus Hierosolymorum.

Miserere Domine, animarum seruorum tuorum & ancillarum tuarum, qui manducarunt carnem tuam & biberunt tuum Sanguinem, & in fide tua quieuerunt.

Pro Defunctis.

Oratio benedictionis. Sacerdos dicit:

O sancta Trinitas; Pater, Fili, & Spiritus sancte; benedic super populum tuum Christianum, electum benedictione cælesti; & mitte super nos gratiam Spiritus sancti. Aperi nobis fores Ecclesiæ tuæ sanctæ, propter misericordiam tuam & fidem nostram: perice in nobis fidem Trinitatis vsque ad extremum Spiritum, & princeps noster IESV CHRISTE; visita infirmum populum tuum, & sana eum. Dirige patres nostros & fratres nostros peregrinantes; reduc eos ad Lares suos, cum salute & pace; benedic ventos cæli, & pluuias, ac fructus terræ presentis anni pro gratia tua: præbe semper gaudium & delicias super faciem terræ, & corrobora super nos

Preces pro peregrinantibus.

nos pacem tuam. Induc corda Regum proborum ad beneficiendum nobis: da gratiose honorē principibus Ecclesiæ sanctæ, singulis eorum iuxta eorum nomen; in conspectu Regum potentium, fac eos gratos: & Domine, præbe requiē animabus patrum & fratrum nostrorum qui in recta fide dormiunt & quiescunt: & benedic his qui laborant circa thura, circa sacrificia, circa vinum, circa oleum, ac butyrum, & circa cortinas, & circa etiam libros, & cathedras, & circa res omnes sanctæ Ecclesiæ; vt IESVS CHRISTVS Deus noster remuneretur eos in cælesti Hierusalem, miserere omnium qui nobiscum congregati sunt ad quærendam misericordiam Dei nostri IESV CHRISTI; & omnibus illis qui nobis elemosynam tribuerunt, in sede iudicij tui mitis sis & placidus. Libera Domine, ob multitudinē misericordiæ tuæ, omnes animas inopes & afflictas; carceratos quoque ac captiuos & exules ac in seruitutem adactos, & in amarum laboribus detentos. Recordare Domine noster IESV CHRISTE in regno cælorum, omnium illorum qui à nobis petierit vt recordaremur eorum. O Domine libera populum tuum & benedic hæreditati tuæ, ac nutri eum & exalta vsque in sæculum. Custodi eos in recta fide & in gloria, omni tempore; & fac vt ferueant ineffabili & inexcogitabili charitate, per preces ac intercessionem quam pro nobis facit Domina nostra sancta & immaculata Virgo **MARIA**; & per preces maiorū Angelorum splendentium, Michaëlis, & Gabriëlis, ac Raphaëlis, & Vriëlis; & quatuor Animalium sine carne, & viginti quatuor Seniorū Cæli; & Patrū nostrorum sanctorū Patriarcharum, Abraham, Isaac, & Iacob; & omnium proborum patrum priorum, ac quindecim patrum nostrorum Prophetarum, ac sancti Ioannis Baptistæ, & quatuordecim millium puerorum Bethlehem, & patrū nostrorum duodecim principum Apostolorum, & septuaginta duorum discipulorum, & quingentorum Sociorum eorum; ac trium puerorum, Ananiam, Azariam, & Misael; ac sancti Marci Euangelistæ & martyris, & sancti Stephani Archidiaconi, Protomartyris, & sancti Georgij stellæ honoris, Theodori, Banadlij, Claudij, Minas electi, Cosmæ & Damiani, & patrum nostrorum principū Episcoporum trecentorum decem & octo qui fuerunt Niceæ, & centum quinquaginta qui fuerunt Constantinopoli, & ducentorū qui fuerunt Ephesi; & Tecla Aimanor, quorū orationes & benedictiones & auxilium ac gratia sit nobiscum in sæcula sæculorum: Amen. Istorum & illorum omnium animabus requiem tribue, & miserere eorum; ob id enim misisti ex cælo Filium tuum in vterum Virginis.

Pro Regibus. Pro Officiis Ecclesiæ.

Pro Benefactoribus. Pro captiuis.

Pro commendatis.

Intercessio Virginis Dei-pare.

14000. puerorum Bethleemitarum. S. Stephanus Archidiaconus.

Pro Defunctis.

Ista 6.

A semper te sanctificant & laudant, sic à nobis sanctificationem nostram recipias, qui dicimus assidue; Sanctus.

Diaconus dicit: Dicite. Populus dicit:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth; perfecte pleni sunt cæli & terra, sanctitate gloriae tuæ. Sacerdos dicit: Verè pleni sunt cæli & terra, sanctitate gloriae tuæ; per dominum & seruatorem nostrum IESVM CHRISTVM, cum Spiritu sancto in sæcula sæculorum; Amen. Sanctus Filius tuus venit ex Virgine vt voluntatem tuam adimpleret, & populum sanctum tibi ordinaret. Populus dicit, ter: Secundum misericordiam tuam Domine, non secundum peccata nostra. Sacerdos dicit: Extendit manus suas ad infirmitatem; Infirmatus est vt infirmos sanaret in se sperantes. Qui etiam datus est per voluntatem suam infirmitati, vt mortem destrueret, & vincula Diaboli dissolueret, & calcaret Infernum; probos dirigeret, ordinem plantaret, & resurrectionem suam manifestaret. In ea nocte in qua traditus est, accepit panem in sanctas ac beatas & sine macula manus suas: Inspexit in cælum ad te Patrem suum, gratias egit, benedixit, & sanctificauit, & dedit Discipulis suis dicens, accipite & comedite ex eo omnes: Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur in remissionem peccatorum; Amen.

Ista 2. Apoc. 4.

Con. 11.

Populus dicit: Amen, amen, amen; credimus & confidimus, & laudamus te o Domine Deus noster. Hoc verè corpus tuum est. Sacerdos dicit: Similiter calicem, gratias agens benedixit & sanctificauit, & dixit eis: Accipite & bibite ex eo omnes; hic est calix sanguinis mei qui pro vobis effundetur & pro redemptione multorum; Amen.

Populus dicit: Amen, amen, amen; credimus & confidimus, & laudamus te, o Domine Deus noster; hic verè sanguis tuus est. Sacerdos dicit: Quoties hoc feceritis, in mei memoriam facietis. Populus dicit: Annunciamus mortem tuam, Domine, & sanctam Resurrectionem tuam; credimus Ascensionem tuam, & secundum Aduentum tuum; rogamus te Domine Deus noster: hæc verè esse credimus. Sacerdos dicit: Nunc autem recordamur mortis tuæ & Resurrectionis tuæ; offerimusque tibi hunc Panem & hunc Calicem, tibi que gratias agimus quod per hoc Sacrificium dignos nos fecisti standi in conspectu tuo, & Sacerdotale officium coram te exequendi: oramus te Domine & à te instanter petimus, vt mittas Spiritum sanctum super hunc Panem & hunc Calicem, videlicet corpus & sanguinem Domini & Seruatoris nostri IESV CHRISTI, in sæcula sæculorum; Amen. Tribue simul omnibus ex eo fumentibus, vt fiat eis ad sanctificationem & plenitudinem Spiritus sancti, & ad corroborationem fidei vt sanctificet & laudent te, per Dominum & Seruatorem nostrum IESVM CHRISTVM, cum sancto Spiritu, in sæcula sæculorum; Amen. Diaconus dicit: Quæsumus te Domine Deus noster, toto corde, vt des nobis bonam Spiritus sancti vnionem. Sacerdos sequitur:

Da nobis vt coniungamur in Spiritu sancto tuo; & sana nos per hoc sacrificium, vt in te salui simus, per omnia sæcula sæculorum; Amen. Benedictum sit nomen Domini, & benedictus qui venit

D ij

in nomine Domini, & benedictum nomen gloria eius: fiat, fiat, fiat. Populus dicit: Benedictum sit nomen Domini, & benedictus qui venit in nomine Domini, & benedictum nomen gloria eius: fiat, fiat, fiat. Sacerdos dicit: Mitte gratiam Spiritus sancti super nos Domine. Diaconus dicit: Surgite ad orationem. Sacerdos dicit orationem Fragmenti. Confiteor tibi Domine Deus meus omnipotens, qui sedes super thronum Cherubin, & habitas super excelsa, & laudaris ab humilibus; qui in splendore existens, Mundum cognovisti & absconditum mysterium in cruce nobis ostendisti: quis Deus misericors & Sanctus sicut tu? Potestas tua non est elogata a nobis, quam tuis dedisti Discipulis qui mundo & sincero corde tibi serviunt & offerunt tibi Sacrificium suave olentis odoris, per Dominum & Seruatorem nostrum IESVM CHRISTVM; cui, & tibi, & Spiritui sancto sit gratia, honor, & gloria, in secula seculorum. Diaconus dicit: Qui statis, humiliare capita vestra.

oratio Pragmatici.

Miraculosa Dei mensa, in qua sumitur Christi corpus.

S. Petrus Pater noster. Matth. 16.

Sacerdos dicit: DOMINE qui habitas super Cherubin, & respicis super populum tuum & hereditatem tuam: benedic seruos tuos & ancillas tuas, & filios eorum: portionem tribue eis qui de miraculosa mensa tua sumere veniunt pro mentis purgatione, & peccatorum remissione, vniouneque Spiritus sancti, ac salute animarum & corporis, & hereditate Regni Caelorum, cum honore & voluntate, per vnicum Filium tuum, cui, & tibi cum eo, & cum Spiritu sancto, laus & gloria, nunc & semper, & in secula seculorum; Amen. Dicit Subdiaconus cum Populo: Exercitus Angelorum Saluatoris Mundi stant coram eo, & legunt corpus & sanguinem Domini & Saluatoris nostri IESV CHRISTI: accedamus ante faciem eius, & in fide eum reueramur. Diaconus dicit: Adorate Deum cum timore. Sacerdos dicit: DOMINE Deus omnipotens, salus animarum & corporis nostri, qui per os Filij tui vnigeniti Domini Dei & Seruatoris nostri IESV CHRISTI, dixisti Patri nostro Petro, Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & portae Inferni non praeualebunt aduersus eam concutiendam, & tibi dabo clauis regni Caelorum; quemcunque ligaueris super terram, erit ligatus in Caelis; & quemcunque solueris super Terram, erit solutus in Caelis: sint soluti serui tui & ancillae tuae, ab ore sanctae Trinitatis, Patris & Filij & Spiritus sancti; & etiam ab ore meo, seruo tuo peccatore & culpis pleno: Domine Deus noster tu tollis peccata Mundi; suscipe poenitentiam seruorum tuorum, & ancillarum tuarum. Orati fac super eos lumen vitae; euelle ab eis peccata eorum, quoniam tu es misericors & miserator, Domine Deus noster: alienus ab ira, abundans misericordiae, & verè iustus. Quando in te peccamus Domine aut cogitatione, aut verbo, aut opere; parce, euelle, & comparere, quoniam tu es misericors & hominum amator. Domine Deus noster solue nos omnes, & omnes populos tuos: solue Domine summum Pontificem nostrum. N. & sanctum ac beatum Antistitem nostrum. N. & omnes alios Pontifices, Episcopos, Sacerdotes, & Diaconos, iuxta eorum

nomina custodiendo custodi eos propter nos, ad multos annos & ad longos dies, in iustitia & pace. Solue Domine Regem nostrum Claudium, ab omni vinculo delictorum. Memento Domine omnium Dormientium & quiescentium in fide Christi; colloca animas eorum in sinu Habrahae, Isaac, & Iacob: & libera nos ab omnibus culpis & maledictionibus, & ab omnibus abnegationibus veritatis, & ab omnibus periuriis, ac comunione Infidelium & Gentilium ac Haereticorum. Da nobis cor & intelligentiam auferendi ab omnibus operibus Diaboli; da nobis vt faciamus voluntatem tuam in omni tempore; & describe nomina nostra in Regnis Caelorum, & coniunge cum omnibus Sanctis & Martyribus, per IESVM CHRISTVM Dominum nostrum; cui, ac tibi, & Spiritui sancto sit gloria, & potentia; nunc & semper, & in secula seculorum; Amen.

Pro Dormientibus.

Diaconus dicit: Inspiciamus. Sacerdos: Sanctum date Sanctis. Populus dicit: Vnus Pater sanctus; vnus Filius, sanctus; vnus est Spiritus sanctus. Sacerdos dicit: Dominus vobiscum sit. Populus dicit: Et cum spiritu tuo. Sacerdos elevans Sacramentum, dicit alta voce: DOMINE IESV CHRISTE miserere nostri; Domine IESV CHRISTE miserere nostri; Domine IESV CHRISTE miserere nostri.

Elevatio Sacramenti.

Populi reiterant eadem verba. Sacerdos dicit: Oremus: qui estis poenitentes, humiliare capita vestra; surgite ad adorandum. Pax omnibus vobis. Populus dicit: Et cum spiritu tuo. Sacerdos dicit: Hoc est corpus sanctum, honoratum, & vitale, Domini, & Seruatoris nostri IESV CHRISTI, quod datum est in remissionem peccatorum & ad vitam aeternam consequendam, verè fumentibus ipsum; Amen. Hic est sanguis Domini & Seruatoris nostri IESV CHRISTI, sanctus, honoratus, ac viuificans; qui datus est in remissionem peccatorum & ad vitam aeternam consequendam, verè fumentibus ipsum; Amen. Verè hoc est corpus; & hic est sanguis Emanuel Dei nostri; Amen. Credo, Credo, Credo ex nunc & vsque in seculum; Amen. Hoc est Corpus, & hic est Sanguis Domini & Seruatoris nostri IESV CHRISTI, quod & quem assumpsit ex Domina nostra sancta & immaculata virgine Maria, & vnuit cum diuinitate sine mixtione aut copula naturali, sine separatione aut permutatione diuinitatis: quam rem testatus est optimo testimonio, tempore Pontij Pylati; quo se sponte prae buit pro nobis, in ligno sancto Crucis; Amen. Credo, Credo, Credo quod Diuinitas non sit separata ab humanitate; ne hora quidem, neque per ictum oculi: dedit autem se pro nobis ad salutem & in remissionem peccatorum, & ad vitam aeternam consequendam, fumentibus eum in veritate; Amen: Credo, Credo, Credo ex nunc & vsque in seculum; Amen. Haec eius sunt qui dignus est honore, gloria, & reuerentia. Hic, Sacerdos sumit Corpus & Sanguinem; & postea communicat ex eadem hostia, ministris Sacrificij; dicens: Hoc est corpus; &c.

Christi diuinitas, ne momento quidem separata ab assumpta humanitate.

Diaconus dicit: Orate pro nobis, & pro omnibus populis Christianis; & illorum memoriam facite qui nobis dixerunt vt sui recordaremur: laudate &

date & plalite cum pace & amore IESV CHRISTI. Hoc loco dum ministratur Sacramentum populo; plalunt docti, aliqua carmina in honorem Sacramenti, & Sanctorum quorum Festa celebrantur, composita; quae populus reiterat canendo.

Sacerdos dicit: Quos vocasti Domine, & quos sanctificasti; portionem da eis in vocatione tua, & fortifica eos in amore tuo, & custodi in sanctificatione tua per Christum vnicum Filium tuum; cui, & tibi cum eo, & cum sancto Spiritu, gloria & honor, nunc & semper & in secula seculorum; Amen. Domine qui aeternum lumen vitae & fortitudinem seruis tuis tribuisti, & eos custodiisti pluribus diebus ac noctibus prae teritis in pace; benedic eis etiam in hac die post Dominum nostrum IESVM CHRISTVM; cui, & tibi cum eo, & sancto Spiritu, gloria & honor, nunc & semper & in secula seculorum; Amen.

Psalm. 144.

Math. 6. Luc. 11.

Diaconus dicit: Gratias agamus Domino; Sanctum eius sumpsimus: sit quod sumpsimus, medela ad viuificandam animam. Laudemus Dominum Deum nostrum; sumpsimus sanctum Corpus, & venerandum Sanguinem: hoc est Corpus Christi. Et gratias ei agimus, quod digni fuerimus participare de hoc venerando & Sancto mysterio. Sacerdos dicit: Exaltabo te rex meus & Deus meus, & benedicam nomini tuo in seculum, & in seculum saeculi. Populus dicit alta voce: Pater noster qui es in caelis, non inducas nos Domine in tentationem. Sacerdos dicit: Per singulos dies benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in seculum & in seculum saeculi. Populus iterum dicit: Pater noster qui es in caelis, non inducas nos Domine in tentationem. Sacerdos dicit: Laudem Domini loquetur os meum, & benedicet omnis caro nomini sancto eius, in seculum & in seculum saeculi. Populus iterum dicit: Pater noster; &c. vt supra. Sacerdos dicit: DOMINE animarum rector, Sanctorum director, & Iustorum honor; da nobis intelligentiae oculos qui te semper videant, & aures quae te solum semper audiant; postquam satiasti animam nostram gratia tua. Cor mundum crea in nobis Domine, vt magnitudinem & probitatem tuam ac amorem tuum erga homines intelligamus: fiat voluntas tua super animam nostram; & mentem puram ac rectam tribue nobis qui de Corpore tuo & Sanguine tuo sumpsimus; serui tui humiles; quoniam Regnum tuum Domine. Gloria ac benedictio sit Patri, & Filio, & Spiritui sancto; nunc & semper, & in secula seculorum; Amen.

Sacerdos dicit: DOMINE Deus noster, lumen inextinguibile; respice super seruos tuos & super ancillas tuas, & semina in cordibus nostris timorem nominis tui, & numera eos quibus Corpus tuum & Sanguis tuus datus est, vt fructificent in benedictione. Fac habitet in illis populis tuis qui caput suum ante te inclinant, tam in maribus quam in feminis & pueris; & nos etiam illis adiunge: protege, foue, ac gubernata nos per vires principum Angelorum tuorum. Ab omnibus operibus malis separa nos; omnibus operibus bonis

coniunge nos, per Christum vnicum Filium tuum; cui, & tibi cum eo & cum sancto Spiritu, gloria & honor, nunc & semper & in secula seculorum; Amen. Totus Populus dicit comedendo: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Trinus, ineffabilis; da nobis, vt sumamus vitam per hoc Corpus tuum, sine iudicio: da nobis vt fructificemus in benedictione tua, & fructus noster manifestetur in gloria tua; Viuifica nos in te, vt faciamus voluntatem tuam. Cum fide inuocamus te Pater, & regnum tuum petimus: sanctificetur nomen tuum super nos; quoniam tu es fortis ac laudabilis & gloriosus: tibi sit gloria, in secula seculorum.

Diaconus dicit: Inclinare capita vestra ante Dominum immortalem, vt benedicat vos per manum serui sui Sacerdotis. Populus dicit: Amen: Benedicat nos seruos suos Dominus; in pace sit remissio super nos qui Sanctum Corpus & preciosum Sanguinem sumpsimus. Concede nobis vt spiritu omnes vires Inimici conculcemus. Benedictio manus tuae sanctae, plena est misericordia; in ipsa speramus omnes. Ab omnibus operibus malis se iunge nos, in omnibus operibus bonis colloca nos, benedictus sit qui dedit nobis sanctum Corpus & preciosum Sanguinem suum. Gratiam accepimus, & vitam inuenimus per virtutem crucis IESV CHRISTI. Gratias agimus tibi, cum Spiritus sancti gratiam receperimus. Gloria sit Domino qui dedit nobis Corpus suum sanctum, & preciosum Sanguinem suum; gloria sit diuae MARIAE, quae est gloria nostra, & quae parturuit nobis Sacrificium. Finis Canonis Patrum nostrorum Apostolorum, quorum oratio & benedictio sit nobiscum; Amen.

Diua Maria parturuit nobis Sacrificium.

BENEDICTIO PVERPERAE SECVNDVM VSVM AETHIOPVM.

IN NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SPIRITVS SANCTI: AMEN.

Orationes, quas dicit Sacerdos, cum imponit manus supra matrem & infantem, postquam ingressi sunt Ecclesiam.

Sacerdos primum hortatur populum ad agendas Deo gratias; dicens:

GRATIAS agamus benefactori nostro, Domino misericordiae, Patri domini Dei & Redemptoris nostri Iesu Christi, quia protexit nos, auxiliatus est nobis, custodiuit, & commendatos sibi nos reddidit, attraxit, amplexus est, confirmauit, & peruenire nos fecit ad hanc horam. Rogemusque ipsum, vt etiam custodiat nos in hac die sancta & in omni tempore vitae nostrae, in omni pace, omnipotens Dominus Deus noster.

Diaconus dicit: Orate. Sacerdos autem dicit: DOMINE; O Domine pater bone & omnipotens; pater domini Dei & Redemptoris nostri Iesu Christi: laudamus te super omne opus, pro omni opere, & in omni opere; quia protexisti nos & auxiliatus es nobis; custodisti nos, & commendatos tibi nos reddidisti; attraxisti, & amplexus es; confirmasti nos; &c.

maſti, & peruenire feciſti vſque ad hanc horam. A Petimus quoque & quærimus à bonitate tua; ò amator humani generis. Hic Diaconus dicit:

Oratio Satorū pro nobis.

P E T I T E & rogate vt parcat nobis Dominus, & miſereatur noſtri, & ſuſcipiat orationem quæ pro nobis fit à Sanctis ſuis, & faciat nos dignos vt quæ præſtat accipiamus, & ſumamus de participatione & Sacramento ſuo benediſto, vt dimittantur nobis peccata noſtra.

Sacerdos ſubſequitur.

Da nobis, vt perducamus hunc diem ſanctum in omne tempus vitæ noſtræ in omni pace, cum timore tuo. Omnem inuidiam, & omnem tentationem, & omne opus Satanæ; conſilium hominum B malorum, inſultationes Inimici abſconditas & manifeſtas elonga & expelle à me & ab vniuerſo populo tuo; & ab hoc loco ſancto tuo. Omnia bona (quicquid vti que præſtat & iuuat) impera eis per nos; quia tu es qui dediſti nobis poteſtatem vt calcaremus Serpentem & Scorpionem, & omnē vim inimicam. Ne inducas nos Domine in tērationem, ſed redime & libera nos ab omni malo, per gratiā & miſericordiam & amorem erga humanum genus, Filij tui vnici, domini, Dei, & redemptoris noſtri Ieſu Chriſti; cum quo, tibi, vnā cum Sancto ſpiritu eſt gloria & poteſtas, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum: Amen.

Luc. 10. Matth. 5.

Postea Sacerdos, thus dat; & dicit hanc Orationem.

Leuit. 12.

DOMINE Deus noſter omnipotens, Pater Domini, Dei, & Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti; creator ſæculorum, qui natiuitatem noſtram feciſti: tu Domine inſtituiſti Moſen ſeruum tuum in lege tua, & docuiſti eum Cōſtitutionem mundam quæ conuenit omni ſæminæ quæ pepererit; vt ſcilicet modicum temporis ſepararetur: & præcepſti ei, ne appropinquaret ad Sancta tua; ſed vt ſe contineret quoad liberaretur: ita quoque rogamus bonitatem tuam, & quæſumus pro ancilla tua. N. quæ ſeruauit conſtitutionem tuam, & optat ingredi in Sanctum Tabernaculum tuum vt adoret ante altare tuum ſanctum; & deſiderat ſumere Sacramentum tuum ſanctū & viuificans: rogamus (inquam) bonitatem tuā, & quæſumus, ò amator humani generis; benedic ancillæ tuæ. N. in hac hora; & libera eam ab omni immunditia maligna quæ propellit à Regia tua ſancta; & fac vt ſuſcipiat ex Sacramento tuo ſancto. Infanti etiam huic paruulo (Domine) qui natus eſt ex eā; benedic, ſanctifica, & cōfirma eum: da ei virtutem, & protege eum, & attingere fac ad metam ætatis ſuæ. Fiat timens, & coaleſcat in voluntatem tuam ſanctam. Custodi & confirma eum in fide recta, in ſpe, pace, & charitate tua; per vnicum Filium tuum Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum; cum quo, tibi conuenit vnā cum Sancto ſpiritu, gloria & gratiarum actio, in ſæcula ſæculorum: Amen.

Vnctio Puerperæ & Infantis.

Sacerdos vngit eorum frontem; ſæminæ ſcilicet & infantis. Vnctione ſancta: & dicit ſequentem Orationem Impoſitionis manuum.

DOMINE, ò Domine Pater bone, Deus noſter; Impoſuimus manūs noſtras ſuper capita famulorum tuorum, in coronam honoris & glorię: Amen. Coronam fidei, & decōris: Amen. Coronam iuſti-

tiæ, quæ non expugnatur ab Inimico: Amen. Fac ſeruos tuos plenos gratiæ Spiritus ſancti; per miſericordiam & propiciationem Amatoris humani generis, Filij tui Ieſu Chriſti: nam tibi, & ipſi, cum Sancto ſpiritu, eſt gloria & poteſtas, in ſæcula ſæculorum: Amen.

Postea mater ſumit Sacramentum ſanctum Eucharistiæ.

BENEDICTIONIS PVERPERÆ FINIS.

ORDO BAPTISMI SECUNDVM VSVM ÆTHIOPVM.

IN NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SPIRITVS SANCTI: AMEN.

Orationes quæ dicuntur in ſancto Baptiſimo. Sacerdos primum dicit Pſalmum quinquageſimū. ſcilicet; M iſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam; vti que in ſinem: thus dat; & interrogat nomina eorum qui baptizandi ſunt, & orat ſuper eos. Diaconus dicit: Orate. Sacerdos autem dicit: DOMINE noſter IESV CHRIS T E, qui inclinaſti cœlos & deſcendiſti in terram: cuius verbum ſcindit petras, & acutum eſt pluſquam gladius; cuius præſentia commotæ ſunt aquæ, & retro fugerunt: ſana hos famulos tuos qui ingreſſi ſunt ad doctrinam tuam. Oſtende eis viam quæ eis conuenit, vt per eam incedant per gratiam ſancti Spiritus immaculati, & dona eis remiſſionē peccatorum eorum. Da eis gratiā, vt inueniant medelam peccatorum ſuorum quæ coinquinant; & ſiant digni ſancto Baptiſimo tuo quod eſt regeneratio incorruptibilis; & inueniāt Spiritum ſanctum, vt videant magnitudinem eius & claritatem, & virtutem intelligentiæ tuæ; & glorificent te, Domine noſter: tibi enim conuenit gloria, Patri que tuo bono, & ſpiritu ſancto viuificant; nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum: Amen. Diaconus dicit: Orate. Sacerdos autem dicit:

DOMINE Pater bone, Deus noſter omnipotens; pater Domini, Dei, & Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti: oramus & rogamus bonitatem tuam, ò amator humani generis; pro famulis tuis qui docentur: erudi eos, & omnes reliquias Idololatriæ elonga & expelle à cordibus eorum. Legem tuam, timorem, & mandata tua, iuſticiam, & conſtitutiones tuas ſanctas impone cordibus eorum; & fac eos aptos ad conſeruandam virtutem verbi tui quod docentur, vt in tempore ſtatuto inueniant ablutionem Regenerationis in remiſſionem peccatorum ſuorum; & ſint habitatio ſancti Spiritus, per gratiam vnici Filij tui: vt tibi, & ipſi, & ſancto ſpiritu ſit gloria & gratiarum actio, in ſæcula ſæculorum: Amen.

Accipit poſtmodum Sacerdos, vas olei, in manibus ſuis; & orat ſuper ipſum in hunc modum, dicens.

DOMINE, ò Domine pater bone, Deus noſter omnipotens, Pater domini, Dei, & Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti vnici Filij tui, Verbi incarnati propter nos tempore Pontij Pilati, (hoc enim verē credimus) oramus & rogamus bonitatem tuam, ò amator humani generis; mitte virtutem tuam

Benedictio olei Catholice.

tuam ſanctam ſuper hoc oleum, & fiat oleum in mundationem & propugnaculum contra omnia quæ aduerſantur: Amen. Omnem infidelitatem, & omne veneficium, & omſem adorationem Idololorum, & omne opus mali retrouertatur per virtutem vnici Filij tui Ieſu Chriſti domini & Redemptoris noſtri; cui, tecum, vnā cum ſancto ſpiritu conuenit gloria & honor, in ſæcula ſæculorum: Amen.

Benedictio Olei.

Diaconus dicit: Orate. Sacerdos autem dicit:

DOMINE, ò domine pater bone, Deus noſter omnipotens: Pater domini, Dei, & Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti; oramus & rogamus bonitatem tuam, ò amator humani generis; qui ſolus es Deus iuſtitiæ cum vnico filio tuo Ieſu Chriſto Domino noſtro, & cum ſpiritu ſancto; vt aſpectu aſpicias ſuper hoc oleum, & facias vt expellat omnes Dæmonas, omnia veneficia & incantationes, & omnem Idololatriam. Muta ipſum, & fac vnctionem mundam, quæ faciat animam credere in Ieſum Chriſtum; cui, tecum, & cum ſpiritu ſancto eſt gloria, in ſæcula ſæculorum: Amen.

Vnctio Baptizandorum, in nomine Eccleſiæ.

Postea vngit Sacerdos frontem eorum qui baptizandi ſunt; ſcapulas eorum, vlnas, & granum peſto ris; interiorem & exteriorem partem manuum; & ſummitates digitorum; dum dicit: Vngo te. N. in nomine vnice Eccleſiæ, quæ eſt concilium ſeu congregatio Apoſtolorum Domini. Qui baptizatur; dicit: Amen. Sacerdos verò dicit: Oleum hoc deſcat omne opus Inimici qui aduerſatur. Qui baptizatur dicit: Amen. Sacerdos autē dicit Orationem Gratiarum actionis; quæ eſt folio 85, cuius initium eſt: Gratiarum agamus Benefactori, &c.

Deinde ſedit brachia eorum qui baptizandi ſunt; oratque ſuper eos, & dicit: Benediſtus ſit Dominus Deus noſter omnipotens: Amen. Benediſtum ſit nomen gloriæ eius: Amen. Benediſtus ſit vnicus Filius eius Ieſus Chriſtus; Amen. Per quem vocatæ ſunt omnes gentes à tenebris ad lumen verum & admirandum; & ab errore qui eſt idololatria, ad ſcientiam rectam: Amen.

Diaconus dicit: Orate. Sacerdos autem dicit: FAMVLORVM tuorum nomina, quos vocaſti ad nomen tuum ſanctum & benediſtum, ſcribe in libro vitæ, & connumera eos inter greges tuos, & inter populum tuum qui timet nomen tuum, ò Domine. Dona eis, vt perueniant ad metam ætatis ſuæ, in fide & remiſſione, peccatorum. Fac eos habitationem ſancti Spiritus, per vnicum Filium tuum Ieſum Chriſtum; vt tibi, & ipſi, & ſancto ſpiritu ſit gloria & honor, in ſæcula ſæculorum: Amen. Oratio pro iis qui dederunt nomina ſua ad Baptiſimum. Et dicit Sacerdos:

ROGAMVS etiam & quærimus, ò Domine Pater bone & omnipotens; Pater Domini, Dei, & Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti: famulorum tuorum qui dederunt nomina ſua, miſerere; qui ingreſſi ſunt per fidem tuam, in gratiam tuam: vt ſint digni qui inueniant donum ad quod venerunt; regenerationem ſcilicet in remiſſionem peccatorum: qui acceſſerunt ad te, vt mudentur à peccatis in æternum, & ab eorum turpitudine liberentur: quia iudicium omniū, in manu tua eſt; Domine Deus noſter omnipotens. Diaconus dicit:

To. n. 6.

Orate pro his qui dederunt nomina ſua; vt faciat Deus eos dignos Baptiſmate ſuo ſancto, & remiſſione peccatorum. Tum Sacerdos ſedit genua eorum qui baptizandi ſunt; & dicit hanc Orationem ſuper eos:

DOMINE, ò Domine pater bone, Deus noſter omnipotens; pater domini, Dei, & redemptoris noſtri Ieſu Chriſti; rogamus bonitatem tuam & quæſumus, ò amator humani generis; famulorum tuorum qui dederunt nomina ſua, miſerere; & fac eos dignos ea gratia ad quam acceſſerunt vt inueniant Spiritum ſanctum, & replentur ſpiritu tuo, & ſiant in ſimilitudinem Filij tui Ieſu Chriſti domini noſtri, & vnū efficiantur cum eo: Dona eis cor mundum, & mentem rectam. ob hoc ſupplicamus tibi genibus noſtris, & rogamus te. Da manū tuam Domine, & ſubleua nos à terra, & attolle mentem & intellectum noſtrum. Da nobis mentem intellectuam, & doctrinam. Fac nos, ſeruos tuos; & custodi nos gratia ſpiritus ſancti. Dirige ſpe bonitatis tuæ æternæ hos famulos tuos; per Filium tuum vnigenitum Ieſum Chriſtū, cum quo, tibi & ſancto ſpiritu eſt gloria & honor, in ſæcula ſæculorum: Amen. Postea ſedit Sacerdos, & pedes eorum qui baptizandi ſunt; & dicit:

ROGAMVS te, Domine, multiplicibus precibus & gemitibus: rogamus bonitatem tuam Domine omnipotens, pater Domini, Dei, & redemptoris noſtri Ieſu Chriſti, pro famulis tuis qui dederunt nomina ſua. te (Domine) rogamus vt aperias aures cordis eorum, & illumines eos lumine intelligentiæ, & des eis deſiderium cognoscendi virtutem verbi tui quod docentur; quia poteſtas quæ in te eſt, poteſtas eſt ad miſericordiam, domine Deus noſter omnipotens. Diaconus dicit: Orate. Sacerdos verò dicit: DOMINE Ieſu Chriſte, Deus & redemptor noſter, qui omnia feciſti: rogamus bonitatem tuam, & quæſumus ò amator humani generis: vt latenter & inuiſibiliter per Spiritum ſanctum aboleas omnes Dæmonas malos qui aduerſantur nobis: coërceas & caſtiges eos, quia ipſe vocaſti populum tuum & hos famulos tuos qui venerunt à tenebris ad lucem, à morte ad vitam, & ab errore ad intelligentiam iuſtitiæ. Post cognitionem verò tui Deus noſter iuſtiſſime; ſcrutare etiam interiora cordis eorum, ò Domine (quæ admodum dicis, ſcrutabuntur Ieruſalem lucerna ſapientiæ) nec per mitte ſpiritum malignum latere in eis. Dona eis mundiciam & ſalutem; da eis vitam æternam; genera eos per ablutionem regenerationis in remiſſionem peccatorum; & fac eos habitationem ſancti Spiritus, per Filium tuum vnigenitum Ieſum Chriſtum, dominum, Deum, & Redemptorem noſtrum; quia tibi, cum eo & ſpiritu ſancto, conuenit gloria & poteſtas, in ſæcula ſæculorum: Amen. Deinde Sacerdos ſedit pedes eorum qui baptizandi ſunt; & dicit hanc orationē:

OMNIPOTENS, ò Domine pater bone, Deus noſter omnipotens; pater domini, Dei, & redemptoris noſtri Ieſu Chriſti; rogamus bonitatem tuam, & quæſumus ò amator humani generis: vt latenter & inuiſibiliter per Spiritum ſanctum aboleas omnes Dæmonas malos qui aduerſantur nobis: coërceas & caſtiges eos, quia ipſe vocaſti populum tuum & hos famulos tuos qui venerunt à tenebris ad lucem, à morte ad vitam, & ab errore ad intelligentiam iuſtitiæ. Post cognitionem verò tui Deus noſter iuſtiſſime; ſcrutare etiam interiora cordis eorum, ò Domine (quæ admodum dicis, ſcrutabuntur Ieruſalem lucerna ſapientiæ) nec per mitte ſpiritum malignum latere in eis. Dona eis mundiciam & ſalutem; da eis vitam æternam; genera eos per ablutionem regenerationis in remiſſionem peccatorum; & fac eos habitationem ſancti Spiritus, per Filium tuum vnigenitum Ieſum Chriſtum, dominum, Deum, & Redemptorem noſtrum; quia tibi, cum eo & ſpiritu ſancto, conuenit gloria & poteſtas, in ſæcula ſæculorum: Amen. Deinde Sacerdos ſedit pedes eorum qui baptizandi ſunt; & dicit hanc orationē:

OMNIPOTENS, ò Domine pater bone, Deus noſter omnipotens; pater domini, Dei, & redemptoris noſtri Ieſu Chriſti; rogamus bonitatem tuam, & quæſumus ò amator humani generis: vt latenter & inuiſibiliter per Spiritum ſanctum aboleas omnes Dæmonas malos qui aduerſantur nobis: coërceas & caſtiges eos, quia ipſe vocaſti populum tuum & hos famulos tuos qui venerunt à tenebris ad lucem, à morte ad vitam, & ab errore ad intelligentiam iuſtitiæ. Post cognitionem verò tui Deus noſter iuſtiſſime; ſcrutare etiam interiora cordis eorum, ò Domine (quæ admodum dicis, ſcrutabuntur Ieruſalem lucerna ſapientiæ) nec per mitte ſpiritum malignum latere in eis. Dona eis mundiciam & ſalutem; da eis vitam æternam; genera eos per ablutionem regenerationis in remiſſionem peccatorum; & fac eos habitationem ſancti Spiritus, per Filium tuum vnigenitum Ieſum Chriſtum, dominum, Deum, & Redemptorem noſtrum; quia tibi, cum eo & ſpiritu ſancto, conuenit gloria & poteſtas, in ſæcula ſæculorum: Amen. Deinde Sacerdos ſedit pedes eorum qui baptizandi ſunt; & dicit hanc orationē:

D iij

per vnicum Filium tuum; quia cum eo & Spiritu sancto, tibi est gloria & potestas in secula seculorum: Amen. Iterum flectit Sacerdos pedes eorum qui baptizandi sunt; & dicit hanc orationem:

DOMINE, o domine pater bonus, Deus noster omnipotens; pater Domini, Dei, & redemptoris nostri Iesu Christi; qui das vitam animabus nostris: dirige (quæsumus) eos qui eam quærunt. O amator humani generis, aspice de cælo & Sanctuario tuo, & de excelsa sede regni tui, super hos famulos tuos qui dederunt nomina sua Ecclesie tue, vt venerentur nomen tuum sanctum & ei inseruiant. Rege cor eorum, vt fiant tibi vasa electa: aptos eos fac Domine ad omne opus bonum, & arce ab eis immunitatem & defectionem Fidei pristinam; vt amplectantur verbum tuum sanctum, & accipiant virtutem fidei tue, & mandata tua faciant. Spolia eos vetustate, per spem vitæ quæ æterna est. Dele in eis omnem vim inimici. Scrutare eorum corda, vt dicis per Ieremiam Prophetam; scrutabuntur Ierusalem, lucerna sapientiæ: nec permitte, vt Spiritus immundus & malus lateat in eis; nec sint membra carnis, & mens mala: sed dona eis mundiciam per hanc aquam sanctam. Da eis verbum vitæ æternæ, & genera eos per abluionem regenerationis in remissionem peccatorum. Fac eos habitationem sancti Spiritus, per gratiam vnici Filij tui Iesu Christi, nunc & semper, & in secula seculorum: Amen.

Manuum in posito.

Postea imponit Sacerdos manum suam super capita eorum qui baptizandi sunt; & dicit hanc Orationem: **I**N NOME Filij tui vnici Iesu Christi; cape, munda, & præpara has animas, vt fiant liberæ ab omnibus Dæmoniis & ab omni errore & culpa. Fugiant ab eis omnes tenebræ, & quicquid imminuit fidem, & omnis cogitatio mala, In nomine vnici Filij tui Iesu Christi, munda & libera eas ab omnibus fraudibus Satanae, in sempiternum: Amen.

Postea detrahunt vestes eorum qui baptizandi sunt, & omnia ornamenta; & erigunt manus eorum dexterâ, & aspiciere faciunt versus Occidentem, & abnegant Satanam: qui habet ætatem; ipsemet: si autem infans sit; qui spondent, loquuntur pro eo & dicunt hoc modo:

ABREVNCTIO tibi Satana, & omnibus operibus tuis immundis: omnibus ministris, & incantationibus tuis malis, & omni virtuti tuæ: omnibus principibus tuis, omnibus fraudibus, & omnibus adulationibus & illecebris tuis malis & tenebrosis, & omni iurisdictioni & infidelitati tuæ.

Postea vertunt eorum facies versus Orientem; & erigunt manus eorum dexterâ altè, & dicunt: **C**redo in te Christe Deus meus; **C**redo Legi tuæ salutiferæ, & omnibus Angelis tuis viuificantibus, & omnibus operibus tuis quæ dant vitam.

Postea Sacerdos dicit Symbolum Fidei: & qui baptizandi sunt, vnâ cum eo dicunt:

CREDIMVS in vnum Deum Dominum, Patrem omnipotentem; & in vnicum Filium eius Iesum Christum Dominum nostrum; & in Spiritum sanctum viuificantem; & Resurrectionem carnis; & in vnicam, Sanctam, quæ super omnes est, Ecclesiam Apostolicam; & Credimus vnum Baptisimum in remissionem peccatorum, in secula se-

† Quod enim isthinc oritur Tenebræ, aspectus loci illius, in Mysterio significat Principem tenebrarum cui abrenctiatur. Sponsorem in Baptismo. † Vt recogitent se conuersos ad eum qui se lucè esse testatur, Ioan. 8.9. & 12. deinde & recuperasse illic vitam hereditariam, à qua exciderant primi Parentis peccato, Genes. 3.

culorum: Amen. Sacerdos deinde interrogat eos: **A**nnō creditis? **I**psi autem ter dicunt: **C**redimus, **C**redimus, **C**redimus: qui quidem ætatem habent, vt pro infantibus qui nesciunt loqui, respondet qui vades sunt. Deinde Sacerdos dicit hanc orationem:

DOMINE, o Domine pater bone, Deus noster omnipotens; pater domini Dei, & Redemptoris nostri Iesu Christi, Domine cæli & terræ, factor omnium seculorum, qui donasti intelligentiam iis qui in terra sunt, per vnicum Filium tuum Iesum Christum Dominum & Redemptorem nostrum; qui præparasti eos ad Regnum celorum per hanc vocationem: eosdem confirma virtute tua, & confirma eorum mentem, quia serui tui sunt. Habitatet virtus tua in eis, ne reuertantur ad pristinum quod abnegarunt: quin eorum fidem confirma; vt nihil possit separare eos à te. Confirma eos in voluntate fidei quæ est Apostolorum, fides recta & sancta. Fac eos dignos magnitudine gratiæ tuæ: pelle ab eis vetustatem, & innoua vitam eorum, & infunde super eos virtutem Spiritus sancti; vt fiant digni & participes cum Filio tuo vnico, & non sint filij carnis sed filij iustitiæ: & sint serui tui sapientes, & credentes, per Iesum Christum; cum quo, tibi, & sancto Spiritui est gloria, in secula seculorum: Amen.

Postea Diaconus dicit: **H**umiliate capita vestra. Dein Sacerdos flectit pedes eorum qui baptizandi sunt; & orat super eos, dicens:

DOMINE Redemptor noster, amator humani generis, factor cæli & terræ; quia tu solus es qui perficis hoc mysterium; quia te adorant omne genu quod in cælo est & in terra, & omnis lingua te laudat (iuxta illud Pauli, Redemptor & Dominus noster Iesus Christus omnia operatus est in gloriam Dei Patris,) hos seruos tuos amplectere, qui festinarunt & venerunt vt adorarent te genuflexi.

Diaconus dicit. **O**rate. Sacerdos autem dicit: **P**ROPTEREA precamur & rogamus te, o amator humani generis; omnem inuidiam, & omnem tentationem elonga ab eis: omnem infirmitatem, & omnem afflictionem ab eisdem transfer; scrutare interna eorum, & illumina eorum corda & mentes lumine intelligentiæ. Omne opus Satanae, & omnem immutationem & defectionem fidei, & omnem adorationem Idolorum, ab eis arce. Confirma & dirige eorum corda, per assumptionem Spiritus tui sancti, & per voluntatem Filij tui; quæ est sine defectu, nunc & semper & in secula seculorum: Amen.

Postea Sacerdos accipit oleum, & vngit eorum qui baptizandi sunt, scapulas: granum pectoris, seu os stomachi; & manuum interiores & exteriores partes, genua, & omnes iuncturas corporis eorum; in signum Crucis, & dicit: **V**ngo te. N. oleo lactitiæ, quod perrumpit omnem vim inimici; quod plantatum est in medio ligni oliuæ dulcis quæ est Ecclesia sancta Apostolorum Domini. Diaconus, & qui vnguntur, dicunt: **A**mē.

Sacerdos autem, postquam vnxit eos oleo; dicit hanc orationem: **D**OMINE, o Domine, Pater bone, Deus noster omnipotens; inuocamus nomen tuum sanctum & benedictum, vt discutias & expellas

Alioqui vetulissima traditio est, Oratio ad Orientem, Sap. 16. Ezech. 8. Basil. lib. de Spiritu sancto. cap. 27. Orig. Ho. 1. in Num. & veterum plerique alij. Vades infans in Baptismo.

Vndio Baptizatorum.

pellas omnem vim aduersantem: rogamus per omnes Sanctos tuos, scrutare famulorum tuorum corda, qui venerunt vt consumment & perficiant gratiam tuam sanctam; & si quas habent reliquias malas dæmonis, quæ lateant; extrahe & extermina ab animabus & corporibus eorum, quia serui tui sunt & credunt in nomine tuo sancto. Innoua eorum vitam, & fac eos dignos qui absque macula & cum sinceritate suscipiant lumē & signum Christi tui, & gratiam Spiritus tui sancti; quibus compar est tecum honor & lumen: Amen. Indumentum salutis, Amen. Scutum fidei quod expugnari non potest ab Inimico: Amen. Fiant oues gregis tui, & filij gloriæ tuæ cælestis, & hæredes regni tui quod in æternum non vterascit neque corrumpitur: Amen. per Iesum Christum Dominum nostrum; cum quo, tibi, & Sancto Spiritui est honor & gloria, in secula seculorum: Amen. Diaconus dicit: **O**rate. Sacerdos autem orat in hunc modum.

EN S Domine pater bone, Deus noster omnipotens: qui finxisti hominem ad imaginem & similitudinem tuam, & dedisti ei potestatem vitæ, potestatem quæ manet in æternum: & cum cecidisset in peccatum, non deseruisti sed corexisti eum salutem; incarnatione scilicet Filij tui vnigeniti Iesu Christi Domini nostri, qui plenus est salute. Hæc signamenta tua, libera ab operibus Inimici, & suscipe ea intra regnum tuum, & aperi oculos cordium eorum: Amen. Clarificentur lumine regni tui, & sit cum eis diuinitas tua per spacium vitæ eorum. Liberet eos ab omni malitia Inimici, & a tentatione mala Dæmonij meridiani: Amen. a sagitta volante in die: Amen. Et ab opere ambulante in tenebris, & a visione noctis: Amen. Arce ab eis omnes Spiritus immundos: Amen. Et Spiritum malignum, qui perturbat cor: Amen. Et Spiritum erroris, & omnem malignitatem: Amen. Spiritum amoris auri: Amen. & omnem seruitutem Idolorum, & spiritum mendacij: Amen. Et omnem turpitudinem quæ exercetur ex doctrina Satanae: Amen. Fac eos Oues gregis Christi tui: Amen. Et membra electa Ecclesie tuæ, quæ est super omnes: Amen. Filios luminis, & vasa sancta: Amen. Et hæredes regni tui: Amen. Et pugnent in custodiâ mandatorum Christi, & ea custodiant signo immobili: Amen. Et indumentum immaculatum, & inueniant constantiam & perseuerationem quæ est Electorum, per Iesum Christum Dominum nostrum; cui, tecum, vnâ cum sancto Spiritu conuenit gloria & potestas, in secula seculorum: Amen.

1 sal. 50.

Postea dicit Sacerdos ad fontem Baptisimi, secreto: **D**OMINE Sancte, & lux; confirma famulos tuos, & fac eos dignos magna hac gratia: Ecclesia scilicet, & Baptismo sancto. Aufer ab eis vetustatem, & genera eos secunda generatione in vitam sempiternam. Infunde super eos virtutem Spiritus sancti, & sapientiâ Christi tui; ne sint filij carnis sed filij gloriæ tuæ, & hæredes regni tui, quod nunquam inueterascit, in voluntate vnigeniti, cui tecum, vnâ cum Spiritu sancto conuenit gloria, diuinitas & honor, in secula seculorum: Amen.

Dein Sacerdos dicit Orationem, Gratiarum actionis; & thus dat: Diaconus autē legit ex Epistola Pauli ad Tit. Cap. 11.

APPARUIT enim gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem & secularia desideria, sobriè & iustè, & piè viuamus in hoc seculo; expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi qui dedit semetipsum pro nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate, & muneret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum: hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio; nemo te contemnat. Admone illos Principibus & Potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse, neminem blasphemare, non litigiosos esse sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. Eramus enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, seruitutes desiderijs & voluptatibus varijs, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem: cum autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos sed secundum suam misericordiâ saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus Sancti quem effudit in nos abundè per Iesum Christum Saluatorem nostrum; vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus, secundum spem vitæ æternæ.

Tit. Cap. 3.

Subdiaconus deinde legit ex Epistola Ioannis prima; cap. v.

QVIS est qui vincit Mundum, nisi qui credit quoniam Iesus est Filius Dei? hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus; non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Et Spiritus est qui testificatur quoniam Christus est veritas, quoniam sunt tres qui testimonium dant in cælo; Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres vnus sunt: & tres sunt qui testimonium dant in terra, Spiritus, aqua, & sanguis; & hi tres vnus sunt. Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei maius est: quoniam hoc est testimonium Dei quod maius est; quoniam testificatus est de Filio suo. Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se. Qui non credit filio, mendacem facit eum, quia non credit in testimonium quod testificatus est Deus de filio suo. Et hoc est testimonium, quoniam vitam æternam dedit nobis Deus: & hæc vita in filio eius est. Qui habet filium Dei, habet vitam: qui non habet filium Dei, vitam non habet. Hæc scribo vobis, vt sciatis quoniam vitam habetis æternam, qui creditis in nomine filij Dei.

Sacerdos autem, qui adiuvat sacerdotem baptizantem; legit ex actis Apostolorum, Cap. VIII. **A**NGELVS autem Domini loquens est ad Philippum, dicens, surge, & vade contra meridiem ad viam, quæ descendit ab Ierusalem in Gazan, hæc est deserta. Et surgens, abiit & ecce vix Æthiops eunuus, potens, Candacis reginæ Æthiopiae, qui erat super omnes gazas eius; venerat adorare in Ierusalem, & reuertebatur sedens super currum suum, legensq; Isaiam Prophetam: dixit autē Spiritus Philippo, accede, & adiunge te ad currum istum. Accurrens autem Philippus, audiuit eum legentem Isaiam Prophetam, & dixit, putasne, intelligis quæ legis; qui ait, & quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi; rogauitque Philippum, vt ascenderet, & sederet secum. Locus autem scripture, quam

legebat, erat hic: Tanquam ovis ad occisionem ductus est: & sicut agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatum est: generationem eius quis enarrabit? quoniam tolletur de terra vita eius. Respondens autem eunuchus Philippo, dixit, obsecro te, de quo Propheta dicit hoc: de se, an de alio aliquo? Aperiens autem Philippus os suum, & incipiens à scriptura ista, euangelizauit illi Iesum. Et dum irent per viam, venerunt ad quandam aquam: & ait eunuchus, ecce aqua, quid prohibet me baptizari? dixit autem Philippus, si credis ex toto corde, licet. & respondens, ait credo filium Dei esse Iesum Christum. Et iussit stare currum, & descenderunt uterque in aquam Philippus & eunuchus, & baptizauit eum. Cum autem ascendissent de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum, & amplius non vidit eum eunuchus: ibat autem per viam suam gaudens.

Tum sacerdos qui baptizat, dicit.
Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus fortis & immortalis, miserere nostri Domine.

Psal. 31.
Psal. 33.

Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum reuera sunt peccata. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum. Accedite ad eum & illuminabit vos, & facies vestrae non confundentur. Iste pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum.

Deinde legitur ex Euangelio Ioannis, Cap. III.
ERAT autem homo ex Phariseis Nicodemus nomine, princeps Iudaeorum: hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei, Rabbi, scimus, quia à Deo venisti magister: nemo enim potest haec signa facere, quae tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Respondit Iesus, & dixit ei. Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei. Dicit ad eum Nicodemus, quomodo potest homo nasci cum sit senex, nunquid potest in venter matris suae iterato introire, & renasci: respondit Iesus, Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex Spiritu, Spiritus est. Non mireris quia dixi tibi, oportet vos nasci denuo. Spiritus ubi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quò vadat. Sic est omnis, qui natus est ex Spiritu. Respondit Nicodemus, & dixit ei, Quomodo possunt haec fieri? Respondit Iesus, & dixit ei, tu es magister in Israël & haec ignoras? Amē, amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus, testamur: & testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixerò vobis caelestia creditis? & nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo filius hominis, qui est in caelo. Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in ipso non pereat, sed habeat vitam aeternam. Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum vnigenitum daret: ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Non enim misit Deus filium suum in mundum ut iudicaret mundum, sed, ut saluetur mundus, per ipsum qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credidit in nomine vnigeniti filij Dei: hoc est autem iudicium:

quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem, erat enim eorum mala opera, omnis enim qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera eius, qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta.

Postea dicit orationem pro infirmis, quae sequitur: populum prius exhortans ad orandum, hoc modo.
ROGEMVS omnipotentem Deum, patrem Domini, Dei, & seruatoris nostri Iesu Christi pro infirmis fratribus nostris, ut omnem languorem, & omnem afflictionem ab eis expellat, & expulso Spiritu infirmitatis, sanitate eis ipse det, in quo est omnis medelae potestas, Dominus Deus noster.

Diaconus dicit: Orate pro infirmis:

Sacerdos autem dicit:

DOMINE Deus noster omnipotens, rogamus te & quaesumus, infirmis fratribus sanitatem dona: Spiritum infirmitatis dele: omnem aegritudinem, & omnem passionem ab eis transfer. Cito inueniat nos misericordia tua o Domine.

Diaconus dicit ad populum: Dicamus omnes nos. MEDELA animae, medicator corporis, tu es visitator omnis carnis, & eorum, qui à Spiritibus mundis torquentur: libera omnem animam afflictam & oppressam, da ei relaxationem, da quietem. Omnem infirmitatem, & omnem passionem à nobis extermina, & à domo hac, quae inuocat sanctum & benedictum nomen tuum, & singularum animarum nostrarum infirmitate sanata, perfectam salutem largire, per vnigenitum filium tuum, cum quo tibi & sancto Spiritui est gloria & potestas nunc & semper, & in saeculorum. Amen.

Tum Sacerdos hortatur populum, ut orent pro Peregrinantibus, & postea orat.

ROGAMVS etiam omnipotentem Deum, patrem Domini, & redemptoris nostri Iesu Christi pro fratribus nostris, qui peregrè profecti sunt: & pro eis quos futurum est, ut peregrinentur, siue per mare, siue per flumina, siue per lacus, seu quacunque via peregrinationem faciant, ut omnes dirigat ad portum salutarem qui omnia continet Dominus Deus noster.

Diaconus dicit, Orate pro iis, qui peregrinantur.

Sacerdos autem dicit:

DOMINE Deus noster qui omnia capis, rogamus te, & quaesumus, eorum qui profecti sunt peregrè fratrum nostrorum, & eorum qui profecturi sunt, dirige gressum, & cum eis sis, ut assequantur quod optant. Cito inueniat nos misericordia tua o Domine.

Diaconus dicit: Dicamus omnes nos.
DVC eos ad portum salutarem: offer, & redde eos eorum consanguineis cum laetitia & gaudio, ut laetentur, & laetari faciant: per vnicum filium tuum, cum quo tibi & Spiritui sancto est gloria & potestas nunc & semper, & in saecula saeculorum. Amē.

Sacerdos postea hortatur omnes, ut orent pro pluuia, hoc modo.

ROGEMVS etiam omnipotentem Deum, patrem Domini, & redemptoris nostri Iesu Christi pro pluuia, ut eam mittat illuc, ubi opus est, qui omnia capit Dominus Deus noster.

Diaconus dicit: Orate pro pluuia.

Sacerdos

Sacerdos autem dicit:

DOMINE Deus noster omnipotens, rogamus te & quaesumus, mitte pluuiam tuam ad loca ubi desideratur, laetari fac faciem terrae, imbue sulcos eius, duc semen ad messem, quod ex bonitate tua cito inueniat nos misericordia tua o Domine.

Diaconus dicit: Dicamus omnes nos.

PRO paupere populo tuo o Domine, & pro omnibus, qui sperant in te, fac nobiscum iuxta misericordiam tuam, ciba cor nostrum diuinitate doctrinae, & intelligentia quae à te est: per vnigenitum filium tuum, cum quo tibi & sancto Spiritui gloria est & potestas nunc & semper, & in saecula saeculorum. Amen.

Pro fructibus terrae: Sacerdos.

ITERVM rogemus omnipotentem Deum, patrem Domini & redemptoris nostri Iesu Christi pro fructibus terrae, ut eos augeat, & vberes faciat, & diuitias gratiae largiatur Dominus Deus noster.

Diaconus dicit: Orate pro fructibus terrae.

Sacerdos.

DOMINE Deus noster omnipotens, rogamus te & quaesumus, fructus terrae auge, & vberes fac: laetari fac faciem terrae: imbue sulcos eius, deduc semen ad messem, quod ex bonitate tua est: cito inueniat nos misericordia tua o Domine.

Diaconus dicit: Dicamus omnes nos.

OB pauperem populum tuum o Domine, & propter omnes, qui inuocant sanctum nomen tuum: per vnicum filium tuum, cum quo tibi & sancto Spiritui est gloria & potestas nunc & semper, & in saecula saeculorum. Amen.

Pro aquis fluuialibus: Sacerdos:

ROGEMVS etiam omnipotentem Deum patrem Domini & redemptoris nostri Iesu Christi pro aquis fluuialibus, ut crescant ad mensuram suam, & diuitias gratiae largiatur Dominus Deus noster.

Diaconus dicit: Orate pro aquis fluentibus.

Sacerdos autem dicit:

DOMINE Deus noster omnipotens, rogamus te, & quaesumus, fluuenta aquarum auge vsque ad mensuram eorum: laetam fac faciem terrae, imbue sulcos eius, multiplica segetes, & benedic circulo anni benignitate quae à te est. Cito inueniat nos misericordia tua o Domine.

Diaconus dicit: Dicamus omnes nos.

OB pauperem populum tuum o Domine, & propter omnes, qui inuocant sanctum nomen tuum: per vnicum filium tuum, cum quo tibi, & Spiritui sancto est gloria & potestas nunc & semper, & in saecula saeculorum. Amen.

Pro pace. Sacerdos:

ROGEMVS etiam omnipotentem Deum patrem Domini & redemptoris nostri Iesu Christi, pro pace sanctae & vnicæ Ecclesiae Apostolicae, quae est super omnes Ecclesias.

Diaconus dicit: Orate pro hac Ecclesia sancta vnicæ, quae est congregatio per apostolos recta in Domino. Sacerdos:

ROGAMVS & petimus à bonitate tua o amator humani generis, recordare Domine pacis Ecclesiae sanctae, vnicæ congregationis apostolicae, quae fuit ab origine, & erit vsque in finem saeculi. Benedic Domine per eam omni populo & omni alimento.

Pacem quae de caelis est, mitte super vnuscuisque nostrum animam, & pacem vitae nostrae da nobis. Eandem Domine largire regi nostro N. Principibus, ac iudicibus & subditis eius, & congregationi vicinorum nostrorum, tam eorum, qui extra Ecclesiam sunt, quam eorum qui in ea continentur, & orna eos omni genere pacis. Rex pacis, pacem da nobis, quia omnia nobis dedisti, & fac nos peculiare tibi, quia autem praeter te alius est nemo quem cognoscamus, nomen tuum sanctum appellamus & inuocamus, ut viuat anima nostra per Spiritum sanctum, nec inualeat mors peccati super nos famulos tuos, & super omnem populum tuum.

Pro Penitentibus. Sacerdos:

ETERUM rogemus omnipotentem Deum patrem Domini, Dei, & redemptoris nostri Iesu Christi. Diaconus dicit: Orate pro Principe nostro principe Archiepiscoporum & Episcoporum Domino nostro. N. & pro capite Episcoporum magnae provinciae. N. & capite ciuitatis nostrae venerando antistite patre. N. & pro omnibus Episcopis sacerdotibus, & diaconis rectis in fide. Sacerdos.

ROGAMVS & quaerimus à bonitate tua o amator humani generis, recordare Domine Patris nostri venerandi principis Archiepiscoporum & Episcoporum patris. N. & Domini Archiepiscopi nostri, patris. N. custodiendo custodi pro nobis multis annis & longo tempore in iustitia & pace, omnes & Episcopos & sacerdotes, & diaconos rectae fidei, & omnem imaginem sanctae vnicæ Ecclesiae Christi, quae est congregatio apostolica: ut fungantur sanctificatione, quam credidisti eis in dignitate sacerdotij: iuxta voluntatem tuam sanctam ac beatam, & ut absoluant in iustitia & aequitate, & pascant populum tuum in veritate. Orationem quam faciunt pro nobis, & pro omni populo tuo, ipse suscipe in sacrificium tui excellentium cum odore bono suauitatis. Omnes hostes & inimicos eorum arce, & confringe sub eorum pedibus quamprimum ipsos autem custodi nobis in iustitia & pace in Ecclesia tua sancta. Amen.

Pro Rege, oratio.

Sacerdos:

ROGEMVS etiam omnipotentem Deum, patrem Domini & redemptoris nostri Iesu Christi pro amatore Dei rege nostro. N. ut regnum eius absque afflictione in pace & in iustitia custodiat qui omnia capit Dominus Deus noster.

Diaconus dicit: Orate pro Rege. Sacerdos:

DEVS noster, qui omnia continet, rogamus te & quaesumus, regi huius provinciae amatori tuo regi nostro vtilitatem suam da: arce vnde quaque inimicam ei gentem: loquere iustitiam in corde eius pro sancta Ecclesia tua. Cito inueniat nos misericordia tua o Domine.

Diaconus dicit: Dicamus omnes nos.

DA ei, absque errore conseruare intelligentiam fidei in honorem diuinitatis tuae, per vnicum filium tuum, cum quo tibi & Spiritui sancto est gloria & potestas nunc & semper, & in saecula saeculorum, Amen.

Pro Congregatione sui cuiusque loci. Sacerdos:

ETERUM rogemus omnipotentem Deum patrem Domini, Dei, & redemptoris nostri Iesu Christi. Diaconus dicit: Orate pro Ecclesia sancta, & con-

Oratio pro Ecclesia & Congregatione.

gregatione nostra, quæ in ea est. Sacerdos: A

Querimus, & petimus à bonitate tua, ò amator humani generis, memento Domine congregationis nostræ, & benedic ei. Fac eos, vt sint tibi sine diuisione, & sine otio, & faciant voluntatem tuam sanctam ac beatam. Fac eos domum orationis, domum sinceritatis, & domum abundantie & gratiæ, gratificare Domine hoc nobis seruis tuis, & post nos venturis, in sæculum. Exurge Domine Deus noster, & disspendur inimici tui, & fugiant à facie tua omnes qui oderunt sanctum & benedictum nomen tuum. Populi autem tui sint benedicti cum infinita benedictione Angelorum, qui faciunt omnem voluntatem tuam, per gratiam, benignitatem & amorem erga homines filij tui vnigeniti Domini, Dei, & redemptoris nostri Iesu Christi, cum quo tibi & spiritui sancto est potestas & gloria nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

Psal. 67.

Pro paruis aut nouis Christianis, seu Catecumenis. Sacerdos: Rogemus etiam omnipotentem Deum patrem Domini, & redemptoris nostri Iesu Christi, pro famulis nouitiis Christianis, vt impartiat eis tempore idoneo ablutionem regenerationis, remissionem peccatorum, qui omnia capit Dominus Deus noster.

Diaconus dicit: Orate pro nouis Christianis. Sacerdos:

Pro cathecumenis oratio.

DOMINE Deus noster omnipotens, rogamus te, & quæsumus, famulorum tuorum, qui nondum adulti sunt Christiani, miserere: omnes reliquias idololatriæ ab eis arce: legem tuam, mandata, & iustitiam, & constitutiones tuas impone cordibus eorum, & in tempore idoneo ablutionem regenerationis impartire, remissionem scilicet peccatorum eorum, & tabernaculum sancti spiritus eos fac, per vnicum filium tuum, cum quo tibi & sancto spiritui est gloria & potestas nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Pro offerentibus munera. Sacerdos:

Pro offerentibus munera oratio. Nihil habentibus que d offerant sufficit bona voluntas. Vnde angelus precatur bonæ voluntatis hominibus.

Iterum rogemus omnipotentem Deum patrem Domini, Dei, & redemptoris nostri Iesu Christi, pro iis qui obtulerunt munera sanctæ, vnica, quæ est super omnes, Ecclesiæ: sacrificium scilicet primitiarum, decimarum, gratiarum actionis signum & monumentum. Seu autem quis multum obrulerit, seu parum, seu secreto, seu palam, seu volens & non habens, omnium amplectatur voluntatem qui cælestem spiritum donat, & in quo omnium bonorum operum est potestas Dominus Deus noster.

Diaconus dicit: Orate pro iis, qui obtulerunt munera. Sacerdos:

DOMINE Deus omnipotens, rogamus te, & quæsumus pro iis, qui obtulerunt dona sanctæ vnica, quæ super omnes est, Ecclesiæ, seu multum obrulerint, seu parum, siue secreto, siue palam, siue volentes, & non habentes: omnium voluntatem acceptans, da vnicuique eorum, pro præmio, benedictionem, per vnicum filium tuum, cum quo tibi & sancto spiritui est gloria & potestas nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Pro iis qui dormierunt, siue pro mortuis.

Sacerdos:

Pro defunctis oratio.

Rogemus quoque omnipotentem Deum, patrem Domini, Dei, & Redemptoris nostri Iesu Christi

pro iis, qui dormierunt.

DOMINE viuentium, vita mortuorum, spes defensorum, auxiliator laborantium, mundator peccatorum, qui mortem otiosam fecisti, & laqueos Satanæ abscindendo salutem generi humano contulisti: rogamus te, & quæsumus ò immortalis, apud quem est thesaurus vitæ, pro iis qui dormierunt, & quieuerunt in fide, patres primi, principes. Archiepiscoporum, Archiepiscopi, Episcopi, Sacerdotes, Diaconi, Antagonistæ, virgines, monachi, doctores, coniugati, orbatu coniuge, infantes, pupilli, & pro anima famuli tui. N & pro animabus omnium quos ipse vocasti de populo iuste & rectè: quiescere fac eorum animas in loco amœno apud aquam quietis, in sinu Abraham simul cum Isaac & Iacob, tu, in quo potestas quietis Domine Deus noster.

Diaconus dicit: Orate pro iis, qui dormierunt. Sacerdos:

DOMINE Deus noster omnipotens, rogamus te, & quæsumus, animas famulorum tuorum, qui dormierunt, & in fide quieuerunt, suscipe, vnà cum anima famuli tui. N & omnium animas, qui hic mortui, aut moribundi sunt nutri in loco amœno apud aquam quietis in sinu Abraham, vnà cum Isaac & Iacob dona eis transitum animarum suarum sine peccato. Spiritum consolatorem & sedatorem consanguineis eorum mitte. Solare eos, & latos esse fac in Christo, per vnicum filium tuum, cum quo tibi & Sancto Spiritui est gloria & potestas nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Sacerdos postea imponit manus super eos qui baptizandi sunt, & dicit: Manuum impositio.

Famulos tuos, qui inseruiunt, & adherent nomini tuo sancto, & inclinant capita sua ante te, protege ò Domine, & cum eis sis. Adiuua eos in omne opus bonum. Excita corda eorum ab omni opere malo, quod in terra fit. Fac eos viuos, vt scilicet cogitent omnia, quæ sunt ad vitam, & recordentur omnium operum tuorum ò Domine; per vnicum filium tuum, vt tibi, & ipsi, & sancto Spiritui sit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Postea dicit sequentem orationem supra fontem. Fontis benedictio.

DEVS Prophetarum, Domine Apostolorum, qui nunciasti aduentum Christi tui per os Prophetarum sanctorum, antequam mitteres Ioannem Prophetam, qui præcederet ante te, rogamus te, & quæsumus ò amator humani generis pro famulis tuis, qui venerunt ad te, vt virtus tua adsit huic fonti. Confirma famulos & famulas tuas. Fac eos dignos vt possint inuenire Baptismum tuum, secundam scilicet generationem in remissionem peccatorum, & spem tuam, quæ non fallit. Per vnicum filium tuum, vt tibi & ipsi, & sancto Spiritui sit gloria, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Sacerdos postea secreto dicit pro se, antequam baptizet.

Misericors, miserator, & clemens, qui scrutaris cor & iecur, & cognoscis abscondita hominis, (nihil enim est quod à te abscondatur, sed palam tibi sunt omnia:) tu cognoscis abscondita mea: ne me deferas, neque auertas faciem tuam à me: sed aufer à me hac hora omnem meam culpam, & absolue horum

horum hominum peccata, qui conuertisti eos ad penitentiam, abluere maculas animæ meæ & corporis, & munda iecur meum perfecte virtute tua inuisibili, & dextera tua viuificante confirma me, vt annunciem aliis qui queerunt liberationem à me, id est, fidem, vt eis eam tradam, quos quidem præparauit magnitudo tua inenarrabilis, ò amator humani generis, præterea, ne sim ego vt seruus peccator qui condemnatur. Absit Domine, non ita fiat: tu enim solus es bonus, & amator es humani generis, non recedam confusus: absolue me à peccato meo, & mitte super me auxilium tuum de cælo; da mihi virtutem, vt dignè fungar hac magna administratione, mysterio tuo, constitutione cælesti. Et habet Christus super eos qui baptizantur, per regenerationem & baptismum qui à me administratur, quia pauper sum ego qui à te peto misericordiam: edifica eos in fundamento Apostolorum & Prophetarum, nec amplius destrue, sed fac eos plantas veras in Ecclesia tua quæ super omnes est sancta: quæ est Apostolorum: vt ad id se conferant, quod præstat, & glorificetur nomen tuum sanctum in eis, quod in cælo & in terra, ante omne sæculum, plenum est gloria Patris, & Filij, & Spiritus sancti, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Postea dicit orationem pro pace, quæ est, fol. 93. Et orationem pro pontificibus, quæ est, 94. Et orationem pro Congregatione, quæ est, 94. Et symbolum Apostolorum.

Oleum nõ benedicti vsus in baptismo.

Deinde accipit oleum non benedictum, atque id ter in baptismum infundit, vnaquaque vice in modum Crucis confundens, & dicens. Benedictus Dominus Deus noster nunc & vsque in sæculum.

Benedictus Dominus Pater. Amen. Benedictus filius vnigenitus Iesus Christus Dominus noster. Amen. Benedictus Spiritus sanctus paracletus. Amen.

Angeli præfides.

Deinde orat super baptismum, hoc modo; DEVS cæli, Deus luminis, Deus Angelorum qui præfunt iudicibus: Deus Angelorum qui præfunt viribus Regum, Populorum, & Principum, Deus gloriæ qui habitas super Cherubin & Seraphin, pater Domini, Dei, & redemptoris nostri Iesu Christi, qui soluisti animas eorum qui vincti erant peccato, & eos qui affixi erant tenebris per peccatum, illuminasti plagis passionis vnici filij tui Iesu Christi Domini nostri, qui abegit à nobis passionem, & liberauit nos ab omni onere peccatorum nostrorum: Qui elongasti à nobis omne semen inimicum: quem omnia timent, & reformidant: Creator aquarum, & factor omnium, clamaui ad virtutem tuam sanctam, ad nomen tuum quod superat omne nomen, ad vnicum scilicet filium tuum Iesum Christum qui crucifixus est propter nos tempore Pontij Pilati: rogamus te Domine pro his famulis & famulabus tuis, conuertere, & immuta eos. Amen. Benedic eis, & confirma eos, Amen, vt per hanc aquam & hoc oleum aboleatur omnis vis inimici, Amen. Omnes Spiritus malignos aufer, arce, & disice, Amen. Omnem adorationem Idolorum, & omnem turpitudinem ab eisdem tolle, Amen.

Et sufflat in aquam ter, in modum Crucis, dicens. Tom. 6.

AS ANCTIFICA hanc aquam & hoc oleum, Amen. Et sint in ablutionem regenerationis, Amen. Et in vitam æternam, Amen. Et in indumentum immaculatum, Amen. Et in generationem gratiæ, Amen. Et in innouationem Spiritus sancti, Amen. In nomine vnici filij tui Iesu Christi quem baptizari fecisti in Iordane, & sanctificauit, & mundauit eum, & testatus est dicens, qui non fuerit natus ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum cælorum: deinde præcepit discipulis suis dicens, Ite ergo, & docete omnes gentes, & baptizate eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Suscipe Domine famulos & famulas tuas, quia in te est potestas, & liberatio. O sancte, tona super hanc aquam, vt ex ea & Spiritu sancto regenerentur hi famuli tui virtute diuinitatis tuæ, qui venerunt ad te, fac eos aptos ad remissionem peccatorum eorum, & ad indumentum immaculatum, in honorem vnici filij tui, cum quo tibi & Sancto Spiritui est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Ioan. 3.

Tum dicit Diaconus: Orate.

Sacerdos autem dicit sanctificationem Iordanis; id est, Baptismi.

Amor Dei, gratia Iesu Christi, & donum Spiritus Sancti, sit vobiscum.

Populus autem respondet: Cum spiritu tuo. Sacerdos autem dicit:

Sursum sint corda vestra. Populus respondet: Sursum corda. Habemus ad Dominum Deum nostrum.

Sacerdos autem dicit:

Gratias agamus Domino Patri bono.

Populus respondet:

Rectum est, & conuenit.

Sacerdos autem dicit:

Verè dignum & iustum est.

Benedictus sit Deus excelsus, qui in æternum est fortis super omnia: in quo ea est potestas, vt regat & custodiat mundum. Qui omnia viuificat, in eo enim Spiritus est vitæ: qui alit omnem animam, qui confirmat omnem spiritum: qui virium totius mundi est capax: qui vocauit omnia ex eo quod non est, & fecit omnia. Ipse Domine, qui excelsior es excelsissimus: qui vides & cognoscis finem temporum, & sopitos à somno excitas: qui dedisti vocem omnibus quæ mouentur, commoue hanc aquam, & imple eam Spiritu tuo Sancto, & fiat ablutio in secundam generationem, Amen. Et in vitam æternam, Amen. Vt regenerentur hi famuli & famulæ tuæ. Quemadmodum constituisti Domine intelligentiam & rationem in anima, & per eam regere fecisti hominem, & iudicem fecisti omnium ornamentorum mundi: quapropter tibi conuenit gloria & magnitudo. Benedictus es Deus super omnes virtutes: benedictus es Deus super omnes principes: benedictus es Deus super omnem cogitationem & loquelam: benedictus es Deus super omnem intelligentiam & scientiam, benedictus es Deus supra omnes Thronos & Regna. Tu misisti aquam & ignem, frigus & glaciem, tempestatem & turbines super terram, & scaturire fecisti aquam de rupe dura; tu es quem vidit mare, & fugit, & Iordanis post te reuersus est, & montes exultauerunt sicut hirci, & colles sicut agni otium: tu es de quo, & de benignitate cuius, E

testimonium dedit Ioannes qui missus est ante te clamans voce præconis in desertum, & dicens. Mundate viam Domini, & quare semitam eius: vox Domini super aquas, Deus gloriae intonuit. Tona Domine super hanc aquam & oleum, vtrumque præpara, & da eis virtutem, vt fiant baptisimus tuus, qui est noua generatio, & vita æterna, & regenerentur hi famuli tui.

Diaconus dicit: qui sedent: surgant.
Sacerdos autem dicit:

D O M I N E, ô Domine pater bone, Deus noster omnipotens, pater Domini, Dei, & Redemptoris nostri Iesu Christi, & factor omnium creaturarum quas ostendunt cœlum, terra, & mare: & omnium quæ in eis latent: factor omnium creaturarum visibilium & inuisibilium, qui congregasti aquas in alueos suos, qui creasti, firmasti, & obfirmasti quæ super cœlos sunt: tu coercuisti mare, & flumina virtute tua: confregisti capita draconis in aqua, tu terribilis es, (quis enim tibi obstare potest): aspice Domine super hanc, quam fecisti aquam, & da ei gratiam, salutem, & benedictionem Iordanis, vt ab ea fugiant omnia quæ malignauerunt aduersus creaturas tuas, quoniam inuocaui nomen tuum sanctum & admirandum, quod plenum est gloria & terrore aduersus ea, quæ nobis aduersantur.

Benedictio aquæ.

Diaconus dicit: In Orientem aspice.

Sacerdos autem subsequitur hoc modo:

E T dispentur coram signo Crucis omnes vires eorum, qui nobis aduersantur: & ab ea fugiant omnes dæmones, qui sunt in aqua & terra, qui non videntur. Nec lateat in hac aqua, superbia tenebrosa, nec descendat cum eis qui baptizantur, malignus spiritus qui obrebreter eorum mentem, & perturbet cor. Immo, rogamus te omnes Domine, vt facias hanc aquam esse aquam quietis: Amen. Aquam puram in mundationem, Amen. Aquam salutis, Amen. Et vt sit in ablutionem turpitudinis animæ & corporis. Amen: Aqua in absolutionem & remissionem peccatorum, Amen. Lumen animæ & corporis, Amen. Ablutio in regenerationem, Amen. In vestem immaculabilem, Amen. In inuocationem Spiritus sancti, & in fontem vite, Amen. Qui adfunt, dicunt: Amen. Sacerdos: Quia autem ipse dicit, lauamini, purgate, & expellete malitiam à cordibus vestris: Qui dedisti nobis generationem de cœlo, per aquam & Spiritum sanctum; appare Domine super hanc aquam, & fac eos mundos qui in ea baptizantur, vt expellant veterem hominem & turpitudinem fallacis voluptatis, & induantur nouo homine, & renouentur iterum per similitudinem creatoris sui, Amen. Fiant participes mortis Christi tui, per baptismum eiusdem vnici Filij tui Iesu Christi, Amen. Atque cum eo participes sint resurrectionis eius, & custodiant donum Spiritus sancti: Amen. Abundet super eos doctrina gratiæ tuæ, Amen. Et inueniât pignus vocationis de cœlo, quod tuum est, ô Domine: Amen. Connumerentur in congregatione primogeniti, in congregatione scilicet eorum quorum nomina scripta sunt in cœlis; Amen. Per Iesum Christum Dominum nostrum; cum quo tibi est gloria cum Sancto spiritu, nunc & semper, & in sæcula sæculorum: Amen.

Deinde dicit: Sanctus, Sanctus, Sanctus es Deus exercituum: perfectè plenum est cœlum & terra sanctitate gloriæ tuæ. Et dicit Populus. Sanctus, Sanctus, Sanctus es Deus exercituum: perfectè plenum est cœlum & terra sanctitate gloriæ tuæ.

Sacerdos autem dicit: Ad te suspicimus, & intendimus oculos cordis nostri in cœlum, rogamus te Domine Deus noster, custodi nos omnes: Deus noster, Deus patrum nostrorum qui creasti cœlum & terram, & omnia ornamenta eorum: creator aquarum, quæ supra cœlos sunt: qui fundasti terram super aquas, qui congregasti aquas in alueos suos, qui cinxisti, & coercuisti mare, & eius profunditatem obfirmasti magno nomine signi, quod plenum est gloria, & quod omnia timent & expauescunt: aspectu Domine fortitudinis & virtutis tuæ. Tu fundasti mare virtute tua, tu confregisti capita draconis in aquas: tu scidisti scaturigines & fontes, & dedisti viam aquis: Viderunt te aquæ Domine, & pauerunt profunditates præ multitudine aquarum. Tu es, quem mare rubrum vidit, & timore tui constitit. Tu traicisti Israël, & per Moysen baptizasti eum: tu præcepisti rupi duræ, & effudit aquam populo tuo: tu mutaisti aquam amaram, & fecisti eam dulcem. Tu Domine tempore Iesu Filij Naue, abstulisti, & reuerti fecisti flumina, quæ fluebant terribiliter. Tu (quis enim sustineat aspectum tuum?) sacrificium quoque: Elias in aqua suscepisti per flammam & ignem de cœlo: Tu es Domine, qui ostendisti per Elisæum aquam generationis vitæ, & Naaman Syrum mundari fecisti per aquam Iordanis. Tu omnia potes, & nihil est, quod tibi sit impossibile.

Exo. 15.

3. Reg. 18.

Diaconus dicit: Orate.

Sacerdos autem dicit:

D O M I N E, ô Domine pater bone, Deus noster rex ordinum cœlestium & terrestrium, aspice, qui sedes super Cherubim, intende oculos qui habitas in cœlo. Aspice, & visita creaturam tuam: da huic aquæ donum Iordanis magnum, potens, & cœleste, & descendat Spiritus sanctus super eam, Amen. Dona ei benedictionem Iordanis: da ei virtutem, vt sit aqua vitæ. Amen. Aqua sanctitatis, Amen. Aqua mundationis peccatorum, Amen. Aqua lotionis ad regenerationem, Amen. Dona ei, vt si quis est latens extra eam malignus spiritus, non reuertatur amplius ad eos, qui baptizantur, Amen. Nec spiritus diei, Amen. Nec spiritus meridiei, Amen. Nec spiritus vesperi, Amen. Nec spiritus noctis, Amen. Nec spiritus aëris, Amen. Nec spiritus superbiæ, quæ sub terra est, Amen. At arce omnes spiritus malignos virtute & benignitate tua, & frangantur coram signo Crucis Filij tui, Amen. In nomine sancto tuo, quod precamur: quod plenum est gloria, & terribile aduersus ea quæ nobis aduersantur: vt omnis qui baptizatur in ea, expellat à se hominem veterem, qui coinquinatus est voluptate erroris, & induatur nouo homine qui innouatur in similitudinem creatoris sui: Illumina eos lumine iustitiæ, qui est Spiritus sanctus, Amen. Et inueniant vitam æternam. Amen. Firma eorum spem, Amen. Et stent ante thronum Christi tui, Amen. Inueniant remissionem peccatorum suorum, Amen. Et accipiant coronam cœlestem, Amen. Sint, aqua hæc, & hoc oleum benedicta, & plena

Spiritus nequam.

plena gloria: & sint sancta, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: in gratiarum actionem populi tui, & omnium qui obtulerunt tibi filios suos famulos tuos, in gloriam & honorem Filij tui sancti. Suscipe eos in sacrificium tuum sanctum & cœleste, tanquam odo: em suauem magnitudini tuæ cœlesti, precibus Angelorum, & Archangelorum tuorum sanctorum. Domine libera populum tuum, & benedic, hereditati tuæ: custodi, & exalta eum vsque in sæculum, Amen. conserua eum in reëctitudine fidei, omni tempore vitæ suæ, & sit in charitate, quæ superat omnem pacem: precibus omnium sanctorum, & intercessionem plenæ gratiæ Virginis genitricis Dei Mariæ, quæ in omnibus est sancta: & sancti Ioannis martyris & Baptistæ, præcursoris, & ducis vitæ, & omnium sanctorum quos à primordio elegisti, per gratiam vnici Filij tui, cum quo tibi vnà cum Sancto spiritu est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Sanctorum intercessio.

Oratio Evangelij. Matt. 6. Lucæ 11.

Dein Sacerdos dicit Orationem Evangelij; scilicet: **P A T E R** noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum: adueniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in cœlo, ita & in terra. Da nobis hodie cibum nostrum quotidianum: dimitte nobis offensiones nostras, & errores nostros, & vt nos quoque dimittamus offensiones, quæ in nos sunt: & ne inducas nos Domine in tentationem, sed redime, & libera nos ab omni malo. Quoniam hoc est regnum tuum, honor & gloria nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Postea dicit Orationem impositionis manuum super eos qui baptizandi sunt: quæ est folio 96. Accipit postmodum Crucem; & ter ea aquam sulcat in modum crucis, ter clamans:

Signum crucis in aqua.

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus; nunc & semper, & in sæcula sæculorum: Amen.

Descendit postea in fontem, & infundit balsamum in figuram signi crucis, dicens:

Benedictus est Deus pater, Amen. ✠

Benedictus est Filius vnicus Iesus Christus: Amē. ✠

Benedictus est Spiritus sanctus paracletus: Amē. ✠

Æthiopes faciunt signum crucis ambabus manibus iunctis, & non vnâ tantum.

Tum dicit magna voce; Halleluia; dum miscens aquam cū balsamo, manu sua dextera dicit. Psal. 135. Quoniam elegit Dominus Sion in habitationem. Et Psal. 28. Vox Domini super aquas, Deus gloriæ intonuit. Et Psal. 33. Accedite ad eum, & illuminabit vos, Et Psal. 65. Transmisit nos inter ignem & aquam. Et Psal. 50. Asperges me Domine Myrror, & mundabor: vsque ad versiculum; Ne proicias me à facie tua Dein dicit: Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, nunc & semper, & in sæcula sæculorum: Amen.

Postmodum dicit: Honor hic omnibus sanctis; benedictus sit Deus qui illuminat in omne sæculum: Amen.

Tum Diaconus ducit eos qui baptizandi sunt, versus Occidentem, & regredi facit versus Orientem:

Sacerdos autem eos suscipit, & ter mergit; dicens:

E G O BAPTIZO TE, IN NOMINE PATRIS ET FILII, ET SPIRITVS SANCTI PARACLETI. AMEN.

Tom. 6.

Hoc perfectò, dicit sequentem orationem; pro absolutione seu immutatione aquæ in primam eius naturam.

D O M I N E, ô Domine pater bone, Deus noster omnipotens, qui creasti omnia ex eo quod nõ est, & ex nihilo, sapientiã tuã quæ vera est: tu es, qui congregasti aquas à primordio in vnũ cumulum, & definiuisti omnia ab origine mundi magnitudine virtutis tuæ, & intelligentia tuã imperceptibilitate tu es Domine, qui fecisti hanc aquam in emundationem per gratiam Christi tui super eam, & fecisti eam his qui baptizati sunt, famulis tuis in ablutionem regenerationis, & inuocationem à veteri errore, vt ab eo resipiscant, & illuminentur lumine tuo: rogamus te, & quæsumus ô bone, & amator humani generis, vt immutes eam in primum ordinem & in primam naturam supra terram: nobis autem sit auxilium & liberatio, vt semper glorificemus Patrem & Filium, & Spiritum sanctum, & tribuamus tibi honorem nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

ORDO MYSTERIORVM SIVE ADMINISTRATIONIS SACRAMENTI CONFIRMATIONIS.

Orationes quas dicit Sacerdos, cum imponit manus super eos qui confirmandi sunt.

Sacerdos primum agit Deo gratias.

G R A T I A S agimus tibi Domine, quod feceris famulos tuos dignos secunda generatione, & indumento immaculabili, Amen. Mitte etiam super eos diuitias misericordiæ tuæ, & Spiritum sanctum tuum, quem misisti super Apostolos tuos sanctos. Dic eis, Accipite Spiritum sanctum paraclerum: & eodem modo da eum famulis & famulabus tuis.

Diaconus dicit, Humiliate capita vestra coram Domino. Postea dicit: Orate. Sacerdos autem dicit sequentem Orationem super eos qui baptizati sunt, prius quàm eos vnquat balsamo.

D O M I N E pater bone, Deus noster, pater Domini, & Redemptoris nostri Iesu Christi, qui solus es in perpetuum, qui generaisti hos famulos & famulas tuas ablutione secundæ generationis ad salutem, & largitus es eis remissionem peccatorum, Amen. Et indumentum immaculabile, Amen. Nunc quoque ô Domine mitte super eos Spiritum sanctum paraclerum. Amen. Et fac eos participes vitæ æternæ, vt in spe vnici Filij tui Iesu Christi, Domini, Dei, & Redemptoris nostri regenerentur ex aqua & Spiritu sancto, & ingrediantur regnum cœlorum in nomine eiusdem vnici Filij tui per gratiam scilicet Iesu Christi, Domini & Redemptoris nostri, cum quo tibi & Spiritui sancto est gloria & potestas nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Postea sacerdos accipit balsamum; & orat super ipsum, dicens:

D E V S, in quo potestas est: qui solus factor es omnium mirabilium: (nihil enim tibi est impossibile): confirma Domine virtute tua omnem gratiam Spiritus sancti super hoc balsamum. Fiat sanctum, Amen. Fiat signum vitæ. Amen: & confirmatio, fa-

Benedictio Balsami.

Vnctio cō-
firmando-
rum.

multis tuis: Amen. Per vnicum Filium tuum, nunc
& semper, & in sæcula sæculorum. Amen.
Postea vngit frontem, dorsum, & oculos eorum
in figuram crucis, & dicit:
In vnctionem gratiæ Spiritus sancti: Amen.
Vngit nares & labia, & dicit:
Pignus regni cœlorum: Amen.
Vngit aures, & dicit:
Vnctio Sancta Dei nostri Christi, & signum quod
non aperitur: Amen.

Vngit dorsum, & granum pectoris, seu os
stomachi, & dicit:
Perfectio gratiæ Spiritus sancti, fidei, & iustitiæ:
Amen.
Vngit tibias & vinas, genua, & omnes iuncturas
eorum, sola pedum, & ipinam, & dicit:
Vngo te vnctione sancta; vngo te in nomine Pa-
tris & Filij, & Spiritus sancti paracliti: Amen.

Manuum
impositio
super Con-
firmandos.

Postea imponit manum suam super eos, & dicit:
Benedicti sitis benedictione Angelorum cœ-
lestium. Benedicat vobis Dominus noster Iesus
Christus, & Spiritus sanctus per virtutem
Dei Patris, per virtutem Filij Iesu Christi, &
per virtutem Spiritus sancti. Sitis vasa electa &
munda Domini nostri Iesu Christi, cui est gloria
cum Patre & Spiritu sancto in sæcula sæculorum.
Tum induunt, qui baptizati sunt, vestem albam, &
coronam super capita sua ex myrto, & palma, & ru-
beam vestem undulatâ & frigiata, seu acu pictâ.
Sacerdos autem orat in hunc modum.

Benedi-
ctio Coro-
narum pro
baptizatis.

DOMINE Deus omnipotens, pater Domini, Dei,
& Redemptoris nostri Iesu Christi, qui coronasti
Sanctos & Apostolos tuos mundos, Prophetasque
& Martyres, qui placuerunt tibi, coronâ incorru-
ptibili: Tu Domine, benedic his coronis, quas præ-
parauimus, vt imponeremus capitibus famulorum
& famularum tuarum, qui participes facti sunt bap-
tismi tui sancti. Sint eis coronæ honoris, gloriæ, &
sinceritatis: Amē. Coronæ benedictionis & salutis:
Amen. Coronæ magnitudinis & fortitudinis. A-
men. Coronæ sapientiæ & simplicitatis: Amen.
Coronæ decōris: Amen. Auxiliare eis Domine, vt
perficiant mandata tua & leges; & inueniant be-
nedictionem regni cœlorum per voluntatem tuam,
Pater, Fili, & Spiritus sancte, cui est gloria, in sæ-
cula sæculorum: Amen.
Postea accipit coronas in manus suas, &
orat in hunc modum.

DOMINE, ô Domine pater bone & Sancte, qui
coronasti sanctos tuos corona quæ non corrumpit-
ur; & cœlesti cœlestes cum terrestribus: tu Do-
mine qui preparari fecisti has coronas, benedic eis,
qui dignos nos fecisti qui eas imponeremus capiti-
bus famulorum tuorum: vt sint eis coronæ honoris
& gloriæ: Amen. Coronæ benedictionis & salutis:
Amen. Coronæ magnitudinis & fortitudinis: A-
men. Coronæ sapientiæ & simplicitatis: Amen. Co-
ronæ decōris & iustitiæ: Amen. Coronæ miseri-
cordiæ: Amen. Da famulis & famulabus tuis, qui
eas induerunt, Angelum pacis, & signum charita-
tis: & libera eos ab omni cogitatione vana, & à de-
siderio turpitudinis vana, & libera eos ab omni o-
pere & grauedine mala, & ab omni inquinamento
Inimici: Amen. Et sit super eos tranquillitas: Amē.

Audi vocem precum eorum; & impone timorem
tuum in mentibus eorum: Amen. Ale eos omni
tempore vitæ eorum: Amen. Nec priuentur aspe-
ctu & progenie filiorum: Amen. Filij eorum, & ij
quos iidem generarint, regenerentur: Amen. Fac
eos vtilis Ecclesiæ tuæ sanctæ Apostolica, & fortes
in fide semper: Amen. Docē eos viâ iustitiæ: Amē.
Per voluntatem Filij tui boni, & benedicti, & Spiri-
tus sancti viuificantis, in sæcula sæculorum: Amen.
Tum imponit manus suas super capita
eorum: & dicit.

DOMINE, ô Domine pater bone, Deus noster,
imposuimus manus nostris super capita famu-
lorum tuorum, coronam honoris & gloriæ: Amen.
Coronam fidei, & decōris: Amen. Coronâ iustitiæ,
quæ non expugnatur ab Inimico: Amen. Fac eos
plenos gratiæ Spiritus sancti; per misericordiam &
benignitatem amatoris humani generis Filij tui Iesu
Christi, cum quo, tibi & Spiritui sancto est gloria
& potestas, in sæcula sæculorum: Amen.
Postea sumunt Sacramentum sancti & viuificantis,
spondente sacerdote pro eis: Corpus scilicet san-
ctum, & sanguinem sancti venerandum Domini, Dei,
& Redemptoris nostri Iesu Christi.
Diaconus deinde dat eis lac & mel; & dicit.

Lac & mel immaculatū, in regenerationem: Amē.
Sacerdos autem dicit:
Lac & mel immaculatum in regenerationem per
Iesum Christum: Amen.
Et iterum imponit manus suas super eos,
& benedicit eis dicens.

Benedictus sit Dominus Deus noster omni-
potens pater Domini, Dei, & Redemptoris nostri
Iesu Christi. Qui fecisti famulos tuos dignos rege-
neratione & remissione peccatorum & indumento
incorruptibili: Amē. Et pignore quod non repeti-
tur: Amen. Et, quod bonū est; regno cœlorum; A-
men. Et dono Spiritus sancti: Amen. Rogamus te
Domine, & quæsumus, ô amator humani generis,
vt facias famulos & famulas tuas semper dignos
qui sumant Corpus & sanguinem venerandum &
sanctum Christi tui; & ipsū eis semper cœcedas,
vt pugnent in perfectionem mandatorum & le-
gum tuarum, & inueniant promissionem sanctita-
tis tuæ ad regnum cœlorum per misericordiam &
gratiam amatoris humani generis vnici Filij tui Ie-
su Christi, cum quo, tibi, & Spiritu sancto est glo-
ria, in sæcula sæculorum: Amen.
Iterum imponit manus suas super eos & dicit.

CRESCANT famuli tui Domine ad sapientiam
tuam, & memores sint timoris tui. Peruenire fac
eos ad ætatem suam; Amen. Et da eis cognitionem
iustitiæ: Amen. Et custodi eos in fide tua, absque
macula: precibus Domini omnium nostrum, &
genitricis Dei sanctæ & puræ Mariæ, & sancti Ioan-
nis præcursoris; & beati, sancti, & puri, Michaelis
Archangeli & omnium Ordinum cœlestium, &
S. Georgij Martyris; & beati, & sancti patris Sa-
lamæ manifestatoris luminis: patris Zzehéma, &
& patris Imaatâ, patris Argau, & Armah regis;
sancti patris Pantaleonis, & Caleb regis; sancti pa-
tris Aftzæ, & Deganae sacerdotis; sancti patris Io-
annis, & Antonij, Mattâ & Macarij, & Tecla hai-
manor; in sæcula sæculorum: Amen.

Oratio

† Videlicet
si adulti
sint: alio-
qui enim
pollicem
tuum im-
mittit in
Christi san-
guinem, &
eorum lin-
guæ immittit.

Christi cor-
pus vene-
randum.

Dei geni-
tricis Mariæ,
Domina
nostrum
omnium.
Preces san-
ctorum.
S. Salamas.

Oratio super infantes.

DOMINE Deus noster, pater Domini, & Redem-
ptoris nostri Iesu Christi, factor cœli & terræ; qui
venire fecisti hominem in lucem, qui custodisti
fœtus in vtero, qui dedisti eis vitam & eduxisti in
lucem: auge per misericordiam tuam, hos qui ob-
lati sunt tibi: auge in timore tuo; Amen. Custodi
carnem seu corpus eorum, ab afflictione & muti-
latione, & à peccato libera: Amen. Et serua ab om-
ni errore, a fraudibus Satana, & ab omni arte I-
nimici: Amen. Qui præparasti ex ore infantium &
lactentium, gloriam; ipse Domine benedic his in-
fantibus qui oblati sunt tibi: auge, custodi, & san-
ctifica eos per gratiam vnici Filij tui Iesu Christi
Redemptoris nostri; cum quo, tibi, & Spiritui san-
cto, est gloria & potestas, in sæcula sæculorum:
Amen.

Psal. 8.

Oratio pro Benedictione.

TRINITAS sancta, thesaurus benedictionum;
benedic nobis: confirma, custodi, & libera nos à
die condemnationis; nec confundamur coram te,
& coram Angelis tuis: Amen. Da nobis gaudium
per resurrectionem tuam; custodi animam serui
tui Claudij regis nostri, & fiat in tempore eius gra-
tia, pax, charitas, & humilitas; per vnicum Filium
tuum Dominum & Redemptorem nostrum Iesum

Claudius
Rex A-
thiopum.

MISSA MOZARABE D. LEANDRO. HISPALENSIS EPI-
SCOPO PECVLIARITER IN HISPANIIS VSITATA.

Christiani in Hispania Arabibus permixti, Mozarabes dicebantur, quasi mixti Arabibus, & Officium diuinum eorum,
Mozarabe inde appellationem retinuit. Vt sit ara fuit hac Missa iam olim, & maxime D. Leandro Hispalensi, & post D. Gre-
gorium, partim adhuc D. Isidoro. Immo, hac vsa est Hispania, vsque ad tempora Alfonsi sexti, quo tempore, autoritate Gre-
gorij Papæ septimi mutata est: licet & olei adhuc in sex parochiis seruetur, & in cathedrali Ecclesia, in sacello fratris Fran-
cisci Ximenez; ac Salamanticæ statim etiam diebus, in sacello Doctoris Talabricensis, quod est in peristylo Templi summi, cu-
ius Officij modum & ordinem hic habes.

Vestium
sacrarum
vtilis.
Eromolo-
gus: &
post eam
oratio.
Consentit
D. Isidorus,
de diuinis
Officiis,
Libri 2. ca-
p. 7.
Atqui Il-
lud, Gloria
& honor.

ISDEM vebantur vestibus sacris,
quibus hodie, & communibus præ-
cationibus cum nostris, quando sin-
gulas vestes induebant. Post, faciūt
ad altare Exomologesum; & ad alta-
re, capite demisso, ad hunc modum dicunt.
Per gloriam nominis tui, Christe Fili Dei viuus;
& per intercessionem virginis Mariæ, B. Iacobi &
omnium sanctorum tuorum; auxiliare & miserere
indignis seruis tuis, & esto in medio nostri Deus
noster, qui viuus & regnas in sæcula sæculorum.
Respondetur. Amen.

Mox conuertit se ad librum in dextro altaris cor-
nu positum, ac dicit Antiphonam in modum In-
troitus cum duobus versibus; & Gloria & honor
Patri & Filio & Spiritui sancto, in sæcula sæculo-
rum; Amen.

Sicut etiam in Concilio Toletano 4. c. 14. cautū
est, vt ad eum modū dicatur. Ad quēlibet Versum
reperunt partem Antiphonæ, more Responsiorū
nostrorū; vt vulgato more loquar. Gloria in excel-
sis, dicitur integre Romano more. Sacerdos cāt in-
dō dicit. Per omnia sæcula sæculorum: neque ante
orationem dicitur, Oremus; neque in fine; per Do-
minū, Sed cātūm respondetur Amen. Alia Sacer-
dotis conclusio. R. Amen. deinde dicit Sacerdos.
Tom. 6.

A Christum; cum quo, tibi, & Spiritui sancto est glo-
ria & potestas, in sæcula sæculorum: Amen.
Hymnus nouelli Christiani.
Et Spiritu principali confirma me,
Vt doceam peccatores viam tuam.
Accedite ad eum & illuminabit vos.
Gustate, & cognoscetis quā bonitas sit Dominus.
Sponsus gloriosus, aquam qui eduxit è rupe;
Apparuit vt aurora, vt stella diluculi.
Exultauerunt fœtus; dum essent in tenebris,
Viderunt lumen, aquam vitæ inuenerunt.
In loco ameno, ibi me collocauit,
Et apud aquam quietis educauit me.
Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, & ti-
muerunt.
Lauabo nitidè manus meas, & circumdabo altare
tuum Domine.
Quæsierunt principes, & adorauerunt idola;
Christus per crucem suā expulit ab eis Dæmonas.
Infantes tui Domine lætabuntur palam
Acceptione aquæ vitalis, in qua nulla est mors.
Ab ortu solis vsque ad occasum
Gratiæ agantur Domino patri bono.
Christe rex sæculorum, laudamus te
Qui ante sæculum fuisti inter sanctos:
Quis similis tibi?

Per misericordiam tuā Deus noster qui es benedi-
ctus, & viuus & regnas in sæcula sæculorū. Respon-
detur. Amē. Postea: Dominus sit semper vobiscū:
Respondetur; & cum spiritu tuo. Lectio Isaię Pro-
phetæ. Respondetur: Deo gratias. Mox legitur Pro-
phetia: qua lecta; rursus Sacerdos: Dominus sit
semper vobiscū. Respondetur: & cum spiritu tuo.
Inde dicitur Tractus duorum vel trium Versuum.
Quo finito; Sacerdos inquit: Silentium facite. Se-
quētia Epistola Pauli Apostoli, &c. Respōd: Deo
gratias. Mox canitur siue recitatur Epistola. Post-
quā; libro in alterum altaris eorum trāsato conti-
nuō dicitur Euangelium, ad hunc modum: Domi-
nus sit semper vobiscū. Resp. & cū spiritu tuo:
Gloria tibi Domine. Finito Euāgelio &c. Respōd.
Amen. Mox Sacerdos: Dominus sit sempervobis-
cum. Respons. & cum spiritu tuo. Postea dicitur,
Alleluia; cū Versu, sicut nunc ante Euangelium
cantatur. Sacerdos offert hostiam cum calice, vēs
aliquot orationibus deuotis quas hic referre longū
esset. Mox thura adolet, non secus atque nunc fit.
Quibus peractis, Sacerdos ante medium altaris di-
cit alta voce: Adiuuate me fratres in orationibus
vestris, & orate pro me ad Deum. Responder Cho-
rus: Adiuuet te Pater, Filius & Spiritus sanctus.
Deinde cātatur † Sacrificium: nempe Antiphona
E iij

Huc perti-
net quod
habet Isi-
dorus de Re-
sp. c. 8.
Preces vo-
cat hæc I-
sidorus c. 9.
Consentit
conc. Brac.
1. Can. 2.
Meminit
Isidorus c. 10.
Vt iūque
etiam le-
ctionis c.
10. 11. & 12.

Conferentia in hoc cōc. Valēt. c.1. ac Tolet. 4. c. 11. & Iſidor. c. 13. Offertoriū vocatur ab Iſid. c. 14.

Etiam hic Miſſam incipit Iſidorus c. 15. qui nomen illi diſſentit in orationibus.

Hanc orationē pro viuīs & defunctis tertiam facit Iſidorus. c. 15.

Orationē pro oſculo pacis, quā tam facit ibid. Iſid.

Hanc quin tam orationem nuncupat par illis Iſidorus. Conſecrationem & oblationem ſextam ibidem nuncupat par illis Iſidorus. Conſecrationem & oblationem ſextam ibidem nuncupat orationem.

INCIPIT MISSA

Salutatio & reſponſio.

Sacerdos Dominus ſit ſemper vobis cum ſpiritu tuo. Oratio de tempore, vel ſancti ſine, Oremus. in cuius ſine reſponderit Amē. Deinde Sacerdos Per miſericordiam tuam Deus noſter, qui es benedictus, & viuus, & omnia regis in ſæcula ſæculorum. Reſponſi Amen. Si eſt ſolum aliquis Sancti, potius legitur aliquid de vita Sancti deinde. Et oratio faciens mentionē etiam de miraculis vel doctrina Sancti. Mox ſacerdos eleuatis manibus, dicit Oremus: Reſpondet Chorus. Hagioſ, hagioſ, hagioſ; Domine Deus æterne, tibi laus & gloria. Deinde ſunt orationes pro Eccleſia catholica, pro captiuis, infirmis & tribulatis, cum commemoratiōe Apoſtolorum, Martyrum quorum multa nomina recitantur, & pauſantium quo nomine illic intelligi puo ſanctos Dei Confeſſores, qui in Domino & ſancta pace quieſcunt: nam multa nomina recitantur, & inter ea, Ambroſij, Auguſtini, Fulgentij, Leandri, Iſidori, &c. & omnium Pauſantium. Deinde dicit ſacerdos aliam Orationem, ſeſto ac dici congruā. Qua finita, reſpondit Amen. Sacerdos Quia tu es vita viuorum, ſanctas infirmorum, ac requies omnium Fidelium defunctorum; in omnia ſæcula ſæculorū. Chorus Reſponſi Amen. Mox ſit oratio ad pacem: qua finita, dicit ſacerdos: Quia tu es vera pax noſtra; &c. Mox ſublatis in caelum manibus, dicit Gratia Dei Patris omnipotentis, & dilectio Domini noſtri Ieſu Chriſti, & communicatio Spiritus ſancti, ſit ſemper cum omnibus nobis. Reſpondet Chorus: & cū hominibus bonæ voluntatis. Rurſus preſbyter Quomodo adſatis, pacem facite, tunc Chorus cetera Reſponſi Pacem meam do vobis, &c. Interea ſacerdos accipit pacem de patina dicens: Habete pacem dilectionis & pacis, vt apti ſitis ſacroſanctis myſteriis Dei. mox dat pacem Diacono vel puero: puer, populo. Deinde ſacerdos, iuſtis manibus, inclinatus dicit, Introibo ad altare Dei. Reſponſi ad Deum, &c. Poſtea manibus ſuper Calicem poſitis, inquit. Aures ad Dominum. Reſponſi. Habemus ad Dominum. Sacerdos inclinatus, manibus iunctis: Deo ac Domino noſtro Ieſu Chriſto filio Dei, qui eſt in caeliſ; dignas laudes, dignaque gratias referamus. Et dicens hæc poſtrema verba, atrollic manūs in altum. Reſp. Chorus: Dignum & iuſtum eſt. Sacerdos. Dignum & iuſtum eſt; &c. Sequitur enim longa & deuota ſtatio. Poſtea dicitur, Sanctus: ſerē more nunc viſitato. Deinde poſt duas Orationes breues, ſit conſecratio illidem omnino verbis quibus hodie vtitur Eccleſia. Mox eleuatur ſacroſancta Euchariftia. Poſtea dicitur duabus Orationibus ſuccinctis; Sacerdos accipit Corpus Domini de Patina; & ponit ſuper Calicem a-pertum, vt hodie quoque fit; ac dicit alia voce.

A Dominus ſit ſemper vobis cum ſpiritu tuo. Sacerdos: Fidem quam corde credimus, ore dicamus: & clem̄ ſecundū corpus Chriſti, vt videatur a populo. Mox cantatur Symbolum Fidei, ita vt eſt in Concilio Niceno. Quod dicitur ſit; Sacerdos: ſrangit Euchariftiam per mediu, & ponit dimidiam partem in patina, & ex altera parte facit particulam, ex altera fore quatuor. Deinde ponit omnes ſimul in Patina, in modum Crucis. Habetque quæque particula, nomen. Quinque priores partes dicitur, Corporatio, Natiuitas, Circumciſio, Apparitio, Paſſio: quatuor reliquæ; Mors, Reſurrectio, Gloria, Regnum. Poſtea digitis ſuper Calicem accuratè purgatis, & cooperto Calice; facit Memento pro viuīs, (vt ipſorum more loquar.) Mox dicitur Oratio Dominica, ad hunc modum: Verbum Patris, quod caro factum eſt vt habitares in nobis: præſta nobis; vt qui te veniſſe credimus, ab omni peccatorum contagione quā præcepriōnis tuæ oraculis proclamauerimus, liberemur in terris. Pater noſter qui eſt in caeliſ. Reſp. Amen. Et eodem modo reſponderit ad ſingulas petitiones, præterquam ad illam; Panem noſtrum; &c. ad quā reſponderit, quia tu eſt Deus. Embolis orationis Dominica. Deinde dicit orationem deuotiſſimā, quæ incipit: Libera à malis; &c. & tunc dēo peccatis, dicit; pone Domine finem peccatis. Immiſſio duarum particularum in Calicem. Qua finita, accipit particulam quæ dicitur, Regni, præmiſſa oratione ponit ſuper Calicem: mox addita alia, immittit in illum. Poſt hæc dicit. Humiliate vos benedictioni; & vertis quibusdam formulis benedicit populo. Mox ſit ſecundū Memento (vt ſic loquar) pro Defunctis. Quo peracto; recipit Corpus & Sanguinē Domini cum quibusdam deuotis precationibus. Atque interim cantatur à Choro; Guſtate & videte quā ſuauiſ eſt Dominus; &c. Abſoluta Cōmunionē, cātatur Antiphona: Reſecti Chriſti corpore, &c. Et libro in ſiniſtrū altaris cornu traſſato, dicit ſacerdos Orationem; in cuius ſine reſpondetur: Amē. Deinde ſacerdos: Per miſericordiam tuam, Deus noſter qui es benedictus, & viuus, & omnia regis in ſæcula ſæculorū. Reſp. Amen. Dominus ſit ſemper vobis cum ſpiritu tuo. Vox Diaconi: Solēnia completa ſunt. Poſtea Preſbyter vel Diaconus: Solēnia completa ſunt in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, votum noſtrum ſit acceptum cum pace. Reſponſio: Deo gratias. Quindiu ſacris operatur Sacerdos; nunquam ſe conuertit ad populum.

Altera corporis Domini electionatio.

Particulari Eucharistiæ nomina. Memoria viuorum.

Benedictio populi. Oratio post cōmunionē.

* Mox eleuatur ſacroſancta Euchariftia.] Frater Ioānes Lazareus Celeftinus, in Epitome vniuerſalis hiftoria, mentionem fecit huius ſacriſcandi ritus, ſed paucis: Vbi illud addit, quod vbi leuatur Euchariftia, Diaconus cātat alia voce: Videte in quē creditis, ſed hoc in Hiſp. an. nõ ſeruat.

* ita vt eſt in Cōcilio Niceno.] Conſentit in hoc Iſidor. c. 16. Atqui Conc. Tol. 3. c. 2. Conſentit in hoc ſymbol. meminit. Eodem loco Orat. Dominice. conſtituit conc. Tolet. 4. c. 9. & Iſido. c. 15. vbi ſeptimam hanc orationem nuncupat.

OFFICIUM

OFFICIUM DE MYSTERIIS ANTE CONSECRATIS SANCTAE QUADRAGESIMA.

CVM benedixit Sacerdos, & Pſalmus Introitus per verſus recitatus eſt; poſt altam vocem, Pſalmos ad Dominum canimus, Cantica graduum quindecim.

Pſalmos graduū ſic nominant, quod corū primus incipiat, Ad Dominum cum tribularet.

Genera Prefatum.

AD Dominum cum tribularet, &c. pſal. 119. Leuauit oculos meos in montes, &c. pſ. 120. Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt, &c. pſ. 121. Ad te Domine leuauit oculos meos, &c. pſ. 122. Niſi quia Dominus erat in nobis, &c. pſ. 123. In ſine huius pſalmi Qui conſidunt in Domino, &c. pſ. 124. In conuertendo Dominus captiuitatem, &c. pſ. 125. Niſi Dominus ædificauerit ciuitatem, &c. pſ. 126. Beati omnes, qui timeant Dominum, &c. pſ. 127. Sæpe expugnauerunt me, &c. pſ. 128. In ſine, Gloria. De profundis clamaui ad te, &c. pſ. 129. Domine non eſt exaltatum cor meum, &c. pſ. 130. Memento Domine Dauid, &c. pſ. 131. Ecce quā bonum, & quā iocundum, &c. pſ. 132. Ecce nunc benedicite dominum, &c. pſ. 133. Gloria, & nunc. Halleluia; ter. Ad illud autem Domine clamaui, ſtatuiſ verſus decem, & pſalmus Idiomelon diei, bis; & Martyricum, & tria ſimilaria Triodij, & tria Calendarij, ad verſus quatuor. Gloria & nunc. Theorotium, & Staurortheorotium. Quod ſi pro hora non inuenitur Triodij, dicitur preſens Idiomelon, & reliqua. Verſus Idiomeli ſonus 1. bis. Spirituale (fratres) aſſumentes ieiunium; Lingua, ne loquamini dolos; neque ponatis offendiculum fratri in ſcandalum: ſed poenitentia decorantes animæ lampadem lachrymis, clamemus Domino: dimitte nobis lapſus noſtros, velut clementiſſimus. Deinde Martyricum. Clementiſſimi Martyres; vos, non terra abſcondit, ſed caeli ſuſcepit. Aperta vobis ſunt paradifi portæ, & intus verſantes; ligni vitæ, vſum fructum eſtis conſecuti. Apud Chriſtum intercedite, vt animabus noſtris concedatur pax & magna miſericordia. Verſus alij. Sonus idem, Celebratiſſimi martyres. Ieiunium deſideremus animæ, quod affectus moleſtiſſimos, ope Spiritus tabefacit, & ad diuinas actiones præſtandas vim præbet, & mentem in caelum ſubuehit, & indulgētiā peccatorum noſtrorum conciliat, & à Deo miſericordiam largitur. Simile. Totum tempus vitæ meæ turpiter, qui conſumpſi Domine, cum meretricibus miſer, quemadmodum ille luxuria perditus, compunctione clamo. Pater celeftis, peccati, propitius eſto, ſalua me. Et ne repellas me, qui à te procul reſceſſi, & diuinorum operum, nunc factus ſum inops. Verſus alij ſimilares; Sonus 4. dediſti ſimilitudinem. Tribue mihi compunctionem, & malorum redemptionem, & vitæ emendationem, in corporis affectibus nunc demerſo, & à te procul egreſſo ò Deus omnia rex, nullaque ex parte ſpem habenti. Atque me ſalua intemperantiſſimum, propter multum. Tom. 6.

A tam bonitatem Ieſu omnipotens, animarum noſtrarum Saluator. Simile. Diuinus Moſes, per ieiunium conſpexit, purificatus Deum deſideratum, hunc igitur emulata humilis anima mea, ſtude in die temperantiæ, à malis purgari, vt Dominum tibi concedentem remiſſionē, & propitiationem, & redemptionem, conſpicias, qui bonus eſt & clemens.

Introitus, propoſitum, ſonus 4. Sperauit in miſericordia Dei in ſæculum. Verſus. Quid gloriaris in malitia ò potens? Genetiſ lectio. Noë erat ſexcentenarius, & diluuium factum eſt ſuper terram. Ingreſſus eſt autem Noë, & filij ipſius & vxor eius, & vxores filiorum eius cum eò in arcam, propter aquam diluuij, & de volatilibus mundis, & de iumentis mundis, & de volatilibus immundis, & de iumentis immundis, & de reptilibus repentibus ſuper terram bina bina. Ex omnibus ingreſſa ſunt ad Noë in arcam mas, & foemina quemadmodum præceperat Dominus Deus Noë. Propoſitum ſonus obliqui 1.

In conuertendo Dominus captiuitatem populi ſui. Verſus. Dixit inſipiens in corde ſuo. Paræmiarum Lectio. Fili ſi ſapiens fueris, tibi ipſi ſapiens eris, & proximo tuo. Si autem malus extiteris, ſolus ſuſtinebis mala. Filius eruditus, ſapiens erit. Inſipienti autem miniſtro vteatur. Qui innititur mendaciis, ipſe paſcet ventos. Idemque perfequetur aues pennatas. Dereliquit autem vias ſuæ vineæ. Et ab axibus ſuæ agricolationis errauit, proficiſcens per viam inaquoſam, & aruit terra ordinata in ſiticolofis, colligit autē manibus fructuum penuriam. Mulier ſtulta & audax inops pane efficitur, quæ neſcit erubere: ſedit in foribus ſuæ domus ſuper ſellam, apertè in plateis vocans tranſeuntes per viam rectam pergentes in itinere ſuo. Quis veſtrum eſt inſipientiſſimus, declinet ad me. Et recordibus impero, dicens. Vinum abſconditum ſuauius attingite & aquam furtiuam dulcem bibite. Illa autem ignorauit, quod terra ſati ab ipſa perduntur, & in laqueum inferni currunt. Sed exili, ne diu verſeris in loco ipſius, neque affigas oculum tuum ad eam. Sic enim pertranſibis aquam alienam. At ab aliena aqua abſtine. & de fonte alieno ne bibas, vt multo tempore viuas, & addantur tibi anni vitæ. Deinde dirigatur per ordinem ſacra Liturgia myſteriorum ante conſecratorum.

DIVINAE MYSTERIORVM ANTE CONSECRATORVM LITURGIAE DECLARATIO.

In ſancta & magna Quadrageſima, cū Sacerdos facturus eſt rem diuinam ante conſecratorum; in Offertorio Dominica, agit more ſolito. At poſtquam incidit primum Panem & ſacriſcavit, & punxit; ſcindit etiam alios panes, dicens ad vnumquemque; In memoriam: & ſicut eius; & immolatur; & vnus militum Deinde inſundit in ſacrum Calicem vinum & aquam, recitans conſuetas; & tegit ipſe cum ſacris velaminibus, & thure adoleo commemorans Preceam Protheſis, & ſic incipit diuinam Liturgiam, & de more abſoluit. Cū autem ſignaturus eſt panes dicit. Et fac panem hunc: E. iij

lingulari numero, quemadmodum unus est Christus, uno uel aliqui impedit aliam; Panes hos. Cum quo eleuatus est; omnes simul eleuat, & pariter oblatum primum Panem, & panem ponit in fœrum Calicem, & infundit aquam calidam, uermoris est. Deinde acceptam iterum fœstulam, dextra manu inungit in sacro Sanguine: Sinistra autem accipit pro unoquoque Panem, sacram fœstulam infert sacro thuribum Sanguine & admodum sacro Pani in crucis formam, ad eam partem in qua celata est Crux sub Psychia, reponitque Panem in Panario. Præterea affluit emari alios, & in singulis agit similiter, cunctosque ipsos in eodem Panario colligit. Mor: Sacerdos, preces rite confiteo persequitur; & communicat de more, acque sacrificium perficit: proor conficitur est. Quando uero Missam ante consecratorum operaturus est, ingrediens sacrum, Sacerdotalem stolum induit, eam signo Crucis facta dantat oculatur, nihil præterea commemorans, nisi **Domine deprecemur**, super unoquoque indumento Diaconus addeptus oportunitatem egreditur, & Sacerdos alta uoce pronunciat.

Haud scio num Synaxarum uerit possit, Collecta.

Benedictum regnum Patris. Statimque uersus præpositus, **Venite adoremus**; ter **Qui** & uersatur exordij Psalmus, Sacerdos autem recitat preces de Lucernis. Et post absolutum psalmum dicitur Synaxarè Diacono: & post eam pronuntiationem per uersus memorantur Graduum cantica factis etiam penitentis ad **Alleluia**. in singulis porro Antiphonis, exigua Synaxarè sita Diacono, & alta pronuntiatione à Sacerdote. Dum uero incipit uersum psalmodia; ad sanctam Prodomia Sacerdos abit & Panem iam consecratum in panario acceptum, in sacra patena cum fumana ueneratione ponit misso etiam in sacrum Calicem uino & aqua iuxta morem solitum. Tacet nihilque recitat; sed thymiana accipiens, Asteriscum & Velamina incenso adoleat: deinde illa obtegit, nihil planè dicens, ne quidem Prothesis precem, etiam si in aliquibus reperitur: præter **Per preces sanctorum Patrum**; nam præsanctificatum & consummatum est istud Sacrificium. Ceteram post Cathismam, **Domine clamaui**; ad sonum Idioclicidici, flammimus decem uersus, & iterum Idioclicidion deinde Martyricum, tria similia Triodij, & tria Calendarij, siue Menzæ; unum iterantes, **Gloria & nunc Dei partus.**

Introitus sine Euangelio, siue Euangelico codice. Cum autem dicturus est Euangelium, uersus gaudia, de inuentione uenerandi capitis Præcursoris, SS. quadraginta Martyrum, Annunciationis, & in magna Hebdomada; tunc cum Euangelio ingreditur. Diaconus. **Sapientia recta, lucem hilarem.** Diaconus. **Attendamus.** Sacerdos. **Pax omnibus.** Diaconus. **Sapientia.** Lector; **Prokemenon**, & **Genesis. secundum Prokemenon & postea** altè enunciat. Diaconus. **Iubete.** Sacerdos autem accipiens dextra manu Incensum & Manuarium cum cereo. stat ante factam Mensam, & signo Crucis facto ait: **Sapientia recta lumè Christi apparet omnibus.** Lector. **Lectio Prouerbiorum, & Parœmia.** Quibus absolutus, Sacerdos dicit: **Pax tibi, Diaconus: Sapientia.** Psalter sine cantor: **Dirigatur.**

A uersus. **Domine clamaui.** uersus. **Pone Domine custodiam.** uersus. **Ne inclines cor meum.** Post quæ facimus tres Penitentias. Deinde Diaconus. **Intentam supplicationem: & reliqua.** Ad admagnam introitum: uia uirtutes. Oratio Chrysolomi non dicitur nisi in incenso, Sacerdos psalmum recitat quibusque quatuor. An post istud Donorum preparationem absoluit; **Nunc uirtutes;** uirtutes Penitentias tres, sine oratione exidentes. Aufert uero Sacerdos Velamina à foris Domini, & custodiat uelut. Verum etiam eleuatus est in sanctum Faciem non derigit quidem sancta, sed uelut ad hac diuisis illis Domini, infert Sacerdos manum suam multum reuerenter, & sanctam Manum arguit. Cum ueneratione & memò dicente Diacono: **Attendamus:** tunc enunciat Sacerdos. **Ante consecrata Sancta Sanctis:** uelut quæ uirtutes etiam ritum.

Diuina Mysteriorum iam consecratorum Liturgia. Diaconus incipit. **Benedic Domine.** Deinde Sacerdos alta uoce: **Benedictum regnum Patris, & Filij, &c.** ut dicitur in sequenti.

SACRA MYSTERIORVM ANTE CONSECRATORVM LITURGIA
interprete G. Genebrardo Theologo Parisiensi diuinarum Hebraicarumque litterarum, professore Regio.

Hoc sanctam solemnemque officium, ieiunij Quadragesimali diebus duntaxat dicitur; ut habetur in 1. Typico. Sacerdos & Diaconus iam accedunt & ingrediuntur, eijusmodi preces recitant quales in Chrysolomi Liturgia. Deinde sumunt Acerram, & suffiunt ter cum reuerentia ad eam locam ubi sacrosanctus Panis asseruatur, commemorantes precem. **Deus propitius esto mihi.** Tum caput Sacrum Panem Sacerdos cum accommodata ueneratione & cura, & super patenam sanctam in 2. Prothesis ponit, cum hac oratione. **Credo Domine & confiteor.** Deinde cum p. supra asteriscum thure perfusum, collocaat, nihil dicens; reuerenter tamen similiter etiam Velum. Sed in sacrum potulum, uinum & aquam fundit quantum satis est, nihil loquens; atque eum uelamine tegit pro more 4. cum sedario reuerenter, & ad sacram mensam tres Penitentias faciens proficitur, ac dicit. **Deus propitius esto mihi.** osculaturque sanctum Euangelium, & sacram mensam Diacono ante dicente.

Benedic Domine Sacerdos alta uoce. **Benedictum** (inquit) **regnum Patris & Filij, & Spiritus sancti; nunc & semper, & in sæcula sæculorum.** **B Amen.** Ac post Proemij Psalmum recitat preces de pace Diaconus; interea orat Sacerdos, cum sacram Prothesis apparat & componit.

In pace Dominum obsecremus.
Pro superna pace, & salute.
Pro pace uniuersi Mundi.
Pro sancta hac domo, &
Pro Archiepiscopo nostro N.
Pro piissimis, & à Deo seruatis.
Pro configendo & subiciendo.
Pro sancta hac Mansionem.

Intentam supplicationem uocat, quæ infra incipiet, Dominus Deo noster.

Quadragesimæ nostræ Missarum solennia, exceptis Sabbatis & Dominicis, à Chrysolomo, non celebrantur: Sed Antè consecrationem, sicut nos in sancto Parasceues die, utuntur.

1. Typicus est liber cantic in quo psalmi quos uicissim uerterque choros dicit, qui 101. & 241.
2. Prothesis altarioli à laua altaris in quo Sacerdos præparat sacra.
3. Stella.
4. die uis Græcorum christiano-tum dicitur.
5. In Eucharistia ante hæc uerba habetur, Proemijque Psalmus à designato Monacho dicitur: & post huc Proemij psalmus &c. Preces de pace incipit, uel diuinorum custodiis.

Pro tem-

Pro temperie aëris.
Pro nauigantibus, & iter facientibus; ut liberentur: succurre, salua, miserere, & custodi.
Per sanctæ, immaculatæ, super benedictæ.
Alta uoce Sacerdos.

6. Loco huius in Eucharistia habetur, Quia decet te omnis gloria, honor, et adoratio Patris & Filii & sancto Spiritui nunc et semper, & in sæcula seculorum. Amen.

Oratio primi Antiphoni, quam Sacerdos arcanè & tacite commemorat, Choro legente; Psalmos. Ad Dominum cum tribularer, ad uisique, Gloria patri: id est, primam stationem.

Domine miserator & misericors, longanimis & multa misericordiæ exaudi precem meam, & intendente uoci deprecationis meæ, fac nobiscum signum in bonum, dirige nos in uia tua ut ambulemus in ueritate tua, lætitia affice corda nostra ad timendum nomen sanctum tuum, quia magnus es tu & faciens mirabilia. Tu es Deus solus, & non est similis tibi in diis Domine, potens in misericordia & bonus in fortitudine, ad adiuuandum & confortandum, & saluandum omnes sperantes in nomen sanctum tuum. Alta uoce Sacerdos, post Gloria patri.

Quoniam decet te omnis gloria, honor, & adoratio Patri & Filio & Spiritui sancto, semper, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Chorus. Amen.

Tunc Chorus recitat reliqua è Cathismate, nempe secundam stationem.
Precatio Antiphoni secundæ, quam Sacerdos commemorat secretò.

Domine, ne in furore tuo arguas nos, neque in irata tua corpias nos, sed fac nobiscum secundum æquitatem tuam, medice & curator animarum nostrarum, dirigens nos in uoluntatis tuæ portum, illumina cordium nostrorum oculos, in ueritatis tuæ agnitione: & largire nobis, ut reliquum huius diei in pace & sine peccato transigamus, totum præterea tempus uitæ nostræ, intercessionibus sanctæ uirginis Deiparæ, & omnium tuorum sanctorum.

Diaconus absoluto dimidio Cathismatis, nempe Gloria Patri. preces de pace recitat. Post eas altè precatur Sacerdos.

Etiam atque etiam in pace Domini; & c. Succurre, salua, &c. Omnino sanctæ, immaculatæ, super benedictæ, &c. Alta uoce.

Quia tuum est imperium, & tuum regnum, & potentia & gloria Patris & Filij & sancti Spiritus, nunc & semper, & in seculorum secula. Chorus. Amen.

Post hanc altam orationem; Chorus, tertiam Cathismatis partem incipit. Sacerdos autem, tertij Antiphoni precem secretò commemorat.

Domine Deus noster, memento nostri, peccatorum & inutilium seruorum tuorum, dum inuocamus sanctum & adorabile nomen tuum, & ne confundas nos ab expectatione misericordiæ tuæ, sed largire nobis Deus omnes salutarès petitiones, & dignare ut diligamus te & timeamus te ex toto corde nostro, atque faciamus in omnibus uoluntatem tuam.

Absoluta præce, & Cathismate perfecto; Diaconus Preces de Pace recitat,

A Etiam atque etiam in Pace. Succurre, salua. Omnino sancta, immaculata.
Alta uoce Sacerdos.

Quoniam tu es Deus noster, Deus miserendi & saluandi, tibi que gloriam referimus Patri & Filio & sancto Spiritui; nunc & semper, & in seculorum secula. Chorus. Amen.

Tunc Chorus psallit, **Domine clamaui.** Sacerdos uero aut Diaconus, thure perfundit primò Prothesis, deinde sanctum Panem, mox sanctam Mensam, & totum Sacrarium atque Tolum cum uniuerso populo, Post Psalmum: **Domine clamaui;** psallit proprium canticum Triodij dici, & de Martyribus & de Calendario Mensium siue Menzæ. Dumque canunt; Gloria patri, egreditur Sacerdos & Diaconus cum incenso & lampadibus, & introitum faciunt iuxta morem; recitatque secretò præcem hanc Sacerdos.

Vespere & Mane & Meridie laudamus benedictum, gratias agimus, & precamur te Domine omnium humanissime; Domine dirige orationem nostram, sicut incensum, ante te; & ne declinare facias corda nostra in uerba malitiæ; sed libera nos ab omnibus animas nostras ueniantibus, quia ad te Domine, Domine oculi nostri, & in te sperauimus, ne confundas nos Deus noster.

Post hanc præcè, benedicit manu Sacerdos dicens: **Benedictus Introitus Sanctorum tuorum perpetuò; nunc, & semper, & in seculorum secula.** Alta uoce.

Quoniam te decet omnis gloria, honor, & adoratio, Patrem & Filium & Spiritum sanctum; nunc & semper, & in seculorum secula. Chorus. Amen. Vbi recitauit Chorus 2. Troparium, dicit Diaconus uel Sacerdos alta uoce: **Sapientia recta, &c.** Et Lector dicit 3. propositum & Genesis. Quibus absolutis tenens Sacerdos lamoadem cum thuribus dextra manu, altè dicit: **Sapientia.** Lumen Christi apparet omnibus. Et Lector recitat Paræmiam: qua peracta Sacerdos psallit.

Dirigatur oratio mea, sicut incensum ante te; eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum, exaudi me Domine. Chorus idem etiam repetit. uersus. Sacerdos; **Domine clamaui ad te, Chorus: Dirigatur.** uersus. Sacerdos: **Pone Domine custodiam ori meo, & ostium comprehensionis circum labia mea.** Chorus. **Dirigatur.** uersus. Sacerdos: **Ne declinare facias cor meum in uerba malitiæ.** Chorus: **Dirigatur.** Et rursum Sacerdos: **Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.** Chorus: **Eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum: Exaudi me Domine.** Diaconus: **Dicamus omnes tota anima; &c.** Domine omnipotens Deus, &c. 4. Præterea oremus pro piissimis & 5. diuinitus custoditis.

Hanc precem Sacerdos dicit summissa uoce.

6. Domine Deus noster intentam hanc supplicationem suscipe à seruis tuis, & miserere nostri secundum multitudinem misericordiæ tuæ & miserationes tuas demitte super nos & super uniuersum populum tuum, qui à te locupletem misericordiam expectat. Alta uoce. Quoniam misericors & benignus Deus es, & tibi gloriam deferimus Patri & Filio & sancto Spiritui nunc & semper & in seculorum secula. Chorus. Amen.

2. Troparij uersus, qui memoriam continet sancti, qui illo die recolitur.
3. Propositum, id est, quod illi proponitur sicut titulum laudis, quæ uaticinandi, ea quod Genesim, lectionem ex Genesis, Paræmiam lectionem ex Paræmiis Salomonis
4. In Eucharistia inferuntur, Misere nostri Deum, secundum magnam misericordiæ tuæ, Oramus te, exaudi, & miserere, & reliqua cetera.
5. Vel, diuina custodiis tibus.
6. In Eucha

logio in- scribitur, Oratio in- te supplicat- iouis. 1. In Euch- logio, ora- tio Cathe- cumenoru, ante sancta Oblatione. 2. In Euch- interponi- tur, in pace. 3. Ibid. Hucvique quæ à quar- ta medi j ieiunij, vbi de- sunt quæ- cunque re- quantur vs- que ad pri- mam vic- tium precæ. 4. Diaconi- Diaconi- verba: Pa- cifica, & pre- ces de pace.

Etiã hic Diaconus pro Cathecumenis eadem di- cit, quæ in Chrysofomi & Basilij liturgia. Orate Cathecumeni Dominum.

Fidelis pro Cathecumenis. Instruat eos Verbo, Reuellet ipsius Euangelium. Vniat eos sanctæ ipsius Catholica.

Salua, Misere, opitulare: & Cathecumeni, capita

Oratio pro Cathecumenis summissa voce.

DEVS Deus noster, creator & opifex omnium, qui omnes vis saluari, & ad agnitione veritatis venire, inspicere in seruos tuos Cathecumenos, & redime eos à vereri errore & insidiis aduersarij, & voca eos in vitam æternâ, illuminans corû animas & corpora & cooptas ipsos in rationale tuû ouile, super quod nomen tuum sanctum inuocatum est.

Alta voce Sacerdos. Vt etiam ipsi nobiscum glorificent omnino honorandum & magnificum nomen tuum, Patris, Filij, & sancti Spiritus nunc & semper & in sæculorum sæcula. Chorus. Amen.

Hic explicat Sacerdos corporale, vt in Chrysofomi & Basilij Liturgia. Diaconus.

VNIERSI Cathecumeni procedite, Cathecumeni procedite; quotquot estis, procedite. Nullus Cathecumenorum (remaneat) Vniuersi Fideles, etiam atque etiam 2. Dominum oremus. Chorus. Kyrie eleison.

Hæc sola dicuntur vsque ad tertiam & quartam Hebdomadam. At à quarta, quæ est medi j Ieiunij, postquam recitata sunt superiora verba. Vt etiam ipsi nobiscum, &c. commemoratur 4. etiam ista diaconica, siue pacifica. Vniuersi Cathecumeni procedite; Cathecumeni procedite; qui ad Baptismum vocamini. Chorus. Kyrie eleison. Diaconus. Fideles, pro Fratribus sese ad sanctam illuminatione parantibus, & eorum salute; Dominum oremus.

Chorus. Kyrie eleison. Diaconus. Vt Dominus Deus noster firmet eos & potentes faciat, Dominum oremus. Chorus. Kyrie eleison. Diaconus. Illuminet ipsos illuminatione cognitionis & pietatis, Dominum oremus. Chorus. Kyrie eleison. Diaconus. Digneretur ipsos in tempore opportuno, laua- chro regenerationis, remissione peccatorum, & indumento incorruptionis, Dominum oremus.

Chorus. Kyrie eleison. Diaconus. regeneret ipsos per aquam & Spiritum, Dominum oremus. Chorus. Kyrie eleison. Diaconus. Largiatur ipsis perfectionem fidei, Dominum oremus. Chorus. Kyrie eleison. Diaconus. Colligat ipsos in sanctum & electum suum ouile, Dominum oremus.

Chorus. kyrie eleison. Diaconus. Salua, Misere, opitulare, & custodi ipsos Deus gratia tua. Chorus. Kyrie eleison. Diaconus. Qui ad illuminationem acceditis, capita vestra Domino inclinate.

Chorus. Tibi Domine, &c.

Precatio pro iis qui ad sanctum baptismum præparantur, quam Sacerdos profert tacite.

OSTENDE Domine faciem tuam super eos qui se ad sanctum baptismum præparant, & concupiscunt peccati iniquationem excutere, illustra eos fide, firma spe perface, charitatis membra Christi tui honoranda effice, qui dedit semetipsum redemptionem pro animabus nostris. Altè Sacerdos.

QUONIAM tu es illuminatio nostra, & tibi glo-

riam remittimus Patri & Filio & Spiritui sancto, nunc & semper & in sæculorum sæcula. Chorus. Amen. Diaconus. Illuminandi procedite, illuminandi procedite. Vniuersi Cathecumeni procedite, ne quis cathecumenorum (remaneat.) Quotquot adestis fideles etiam atque etiam in pace Dominum oremus. Chorus. Kyrie eleison.

Hactenus quæ dicuntur à quarta medi j ieiunij Precatio prima Fidelium, submissa voce.

DEVS magne & laudabilis, qui viuifica Christi tui morte ad incorruptibilitatem, nos è corruptione transtulisti, tu cunctos nostros sensus à mortali forte perturbationibus obnoxia libera, bonum illi ducem internam rationem præponens. Ac oculus abscedat ab omni prauo aspectu, auditus ne verbis ociosis intendat, lingua purgetur à verbis non conuenientibus. Purifica labia nostra, quæ laudant te Domine, manus nostras, fac à prauis temperare actionibus, efficere verò quæ tibi solum sunt placita, cuncta nostra membra & cogitationem tua gratia tutam securamque efficiens.

Diaconus; preces de pace, vt in Chrysofomi & Basilij Liturgia.

Succurre, salua, Misere. Diem omnem perfectam, sanctam. Angelum pacis, fidelem ducem. Indulgentiam & remissionem, Pulchra & conferentia animabus. Reliquum vitæ tempus, Christiani extrema vitæ nostræ. Per sanctæ immaculatæ. 1.

Alta voce Sacerdos.

QUONIAM te decet omnis gloria, honor & adoratio Patrem, & Filium & Spiritum sanctum, nunc & semper & in sæculorum sæcula. Chorus. Amen.

Precatio Fidelium secunda submissè.

DOMINE sancte bonitatem omnem superans, obsecramus te qui miseratione es diues, vt propitius sis nobis peccatoribus, & dignos nos effice perceptione vnigeniti filij tui, & Dei nostri, Regis gloriæ. Ecce enim immaculatum ipsius corpus & viuificus sanguis hac nunc hora ingredientia, in hac mensa mystica proponenda sunt, quæ multitudine celestis exercitus inuisibiliter stipantur, quorum communionem innocuam nobis tribue, vt per ipsam mentis oculo collustrati, filij lucis & dei efficiamur.

Pacifica Diaconus, vt in aliis. Succurre, salua. Sapia. Altè Sacerdos.

Beneficio & munere Christi tui, cum quo benedictus es, cum sancto & bono & viuifico tuo Spiritu, nunc & semper & in sæcula sæculorum. Chorus. Amen. Chorus psallit.

Nunc Virtutes cælorum nobiscum inuisibiliter adorant: Ecce enim ingreditur rex gloriæ. Alleluia. Ter. Sacerdos autem suffumigat Sancta, & osculatur sudarium adorans & dicit.

Sicut prodigus ille filius veni etiã ego misericors, Et assumit diuina, vt moris est, cum reuerentia & exit præcedentibus lampadibus atque.

Recordetur omnium nostrum Dominus Deus in regno suo perpetuo, nunc & semper & in sæculorum sæcula.

Statum

Statum

Statim ingreditur ad sanctam mensam & deponit A sancta adorans & thure adolens omni cum reuerentia. Peractò autem iam dicto hymno per chorum incipit Diaconus.

Impleamus vespertinam orationem nostram Domino. Chorus. Kyrie eleison. Diaconus. Propofitis & ante consecratis venerandis Donis Dominum deprecemur. Chorus. Kyrie eleison. Diaconus. Vt benignus Deus noster, qui suscepit ista in sanctum & supercælestem & intelligibile altare suum in odorem suauitatis spiritualis, vicissim ad nos demittat diuinam gratiam & donum sancti Spiritus, Dominum deprecemur. Chorus. Kyrie eleison. Diaconus. Vt liberemur ab omni angustia, ira, periculo, & necessitate, Dominum deprecemur. Chorus. Kyrie eleison. Submissè Sacerdos.

Ineffabilem & inaspectabilem mysteriò Deum, apud quem sunt thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, qui ministerium huius solennis officij reuelasti nobis & cõstituisti nos peccato res propter multam misericordiam tuam ad offerendum tibi dona & sacrificia pro peccatis nostris, & populi ignorantis, ò Rex inuisibilis qui facis magna & imperferutabilia, insignia & mirifica, quorum non est numerus, respice super nos indignos famulos tuos, qui in hoc sancto altari, quasi cherubico tuo throno assistimus, super quo vnigenitus filius tuus & Deus noster per proposita terribilia mysteria requiescit, & ab omni impuritate nos populumque tuum fidelem liberās, sanctifica omnium nostrum animas & corpora, sanctificatione stabili, vt conscientia pura, facie securâ, corde illuminato, Diuinis his participans sanctificationibus, & ab eis viuificati vniamur ipsi Christo vero Deo nostro, qui dixit, Qui manducat carnem meam & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo, vt inhabitante in nobis & nobiscum incedente verbo tuo, Domine, efficiamur templum sancti & adorandi tui Spiritus, liberati ab omnibus diaboli insultibus in opera & verba & cogitationes factis, atque consequamur promissa nobis bona, cum omnibus sanctis tuis ab omni æternitate, tibi placentibus.

Diaconus preces de pace.

Succurre, salua, misere. Vesperam omnem perfectam, sanctam, pacificâ. Angelum pacis, fidelem ducem. Veniam & indulgentiam peccatorum. Recta & conferentia animabus. Reliquum tempus vitæ nostræ. Christiana extrema vitæ nostræ. Vnitatem fidei & communicationem. Altè Sacerdos.

Et dignare Domine, vt nos cum libertate & fiducia citra condemnationem inuocare te audeamus, supercælestem Deum Patrem & dicere. Sacerdos. Pater noster. Altè Sacerdos.

Quoniam tuum est regnum & potentia, & gloria Patris & Filij & Spiritus sancti, nunc & semper & in sæculorum sæcula. Chorus. Amen. Sacerdos. Pax omnibus. Chorus. Et cum Spiritu tuo, Diaconus. Capita vestra Deo inclinate. Chorus. Tibi domine.

Inclinato igitur modicè capite Diaconus, cernens Sacerdotem adorantem, adorat etiam ipse. Sacer-

dos autem inclinatus submissè orat.

Deus qui solus es bonus & misericors, qui in excelsis habitas, & humilia respicis, respice misericordi oculo super vniuersum populum tuum & custodi ipsum & dignare vt cuncti nos, citra condemnationem participes simus viuificorum omnium tuorum mysteriorum. Tibi enim inclinauimus capita, suscipientes à te diuitem misericordiam.

Altè Sacerdos. Gratia & miserationibus & benignitate vnigeniti tui filij, cum quo benedictus es cum sancto & viuifico tuo Spiritu, nunc & semper & in sæculorum sæcula. Chorus. Amen.

Submissè orat Sacerdos.

Attende Domine Iesu Christe Deus noster à sancto domicilio tuo & de throno gloriæ regni tui & veni ad sanctificandum nos qui superius cum Patre sedes & hic inuisibiliter nobiscum ades, atque dignare valida manu tua communicare nobis immaculatum corpus tuum & venerabilem sanguinem, & per nos vniuerso populo.

Post hæc precem Sacerdos, itemque Diaconus ter adorant, similiter & vniuersus populus, dicentes, ter. Deus propitius esto mihi peccatori. Sacerdos autem ad recta diuina dona manum mittens, attingit viuificum panem cum reuerentia & metu multo. Et dicente Diacono. Attendamus. Altè Sacerdos ait. Ante consecrata sancta sanctis. Sacerdos. Vnus sanctus, vnus Dominus Iesus Christus ad gloriam Dei patris, Amen.

Non enim modò panem eleuat. Porro vbi ipsum detexit, communionem sacrarum reliquiarum percipit. Faciunt autem dicuntque Sacerdos, & Diaconus & Chorus eadem, quæ in Chrysofomi Liturgia. Orat Sacerdos submissè.

Gratias agimus tibi vniuersò Seruatori Deo pro omnibus que præbuisi nobis, beneficiis, & pro cõmunionem sancti corporis & sanguinis Christi tui, & rogamus te benignissime Domine, serua nos sub alarum tuarum vmbra & tegumento, dàque nobis vsque ad extremum nostrum Spiritum, dignè participare sanctificationibus tuis, in illuminationem animæ & corporis, ad regnum cælorum hæreditate possidendum. Diaconus. Recti participantes diuinis sanctis, immaculatis, immortalibus.

Succurre, salua, misere, Vesperam omnem perfectam, sanctam. Altè Sacerdos. Quoniam tu es sanctificatio nostra, tibi que gloriam deferimus, Patri & Filio & Spiritui sancto, nunc & semper & in sæculorum sæcula. Chorus. Amen.

Oratio in posteriore Ambonis parte ante cancellos, alta voce, recitata à Sacerdote extra Tabernaculum, post completam Missam.

Omnipotens Domine qui omnem creaturam in sapientia fabricasti, qui ineffabili tua prouidentia & eximia bonitate adduxisti nos ad venerandos hos dies, ad purificationem animarum & corporum, ad affectuum moderationem, in spem resurrectionis, qui per quadraginta dies, tabulas & diuinitus exaratas literas in manu tribuisti Mosi famulo tuo: concede etiam nobis, ò bone; certamen præclarum certare, cursum ieiunij consummare, fidem indiuiduam seruare, capita inuisibilium Draco-

dos autem inclinatus submissè orat.

Deus qui solus es bonus & misericors, qui in excelsis habitas, & humilia respicis, respice misericordi oculo super vniuersum populum tuum & custodi ipsum & dignare vt cuncti nos, citra condemnationem participes simus viuificorum omnium tuorum mysteriorum. Tibi enim inclinauimus capita, suscipientes à te diuitem misericordiam.

Altè Sacerdos. Gratia & miserationibus & benignitate vnigeniti tui filij, cum quo benedictus es cum sancto & viuifico tuo Spiritu, nunc & semper & in sæculorum sæcula. Chorus. Amen.

Submissè orat Sacerdos.

Attende Domine Iesu Christe Deus noster à sancto domicilio tuo & de throno gloriæ regni tui & veni ad sanctificandum nos qui superius cum Patre sedes & hic inuisibiliter nobiscum ades, atque dignare valida manu tua communicare nobis immaculatum corpus tuum & venerabilem sanguinem, & per nos vniuerso populo.

Post hæc precem Sacerdos, itemque Diaconus ter adorant, similiter & vniuersus populus, dicentes, ter. Deus propitius esto mihi peccatori. Sacerdos autem ad recta diuina dona manum mittens, attingit viuificum panem cum reuerentia & metu multo. Et dicente Diacono. Attendamus. Altè Sacerdos ait. Ante consecrata sancta sanctis. Sacerdos. Vnus sanctus, vnus Dominus Iesus Christus ad gloriam Dei patris, Amen.

Non enim modò panem eleuat. Porro vbi ipsum detexit, communionem sacrarum reliquiarum percipit. Faciunt autem dicuntque Sacerdos, & Diaconus & Chorus eadem, quæ in Chrysofomi Liturgia. Orat Sacerdos submissè.

Gratias agimus tibi vniuersò Seruatori Deo pro omnibus que præbuisi nobis, beneficiis, & pro cõmunionem sancti corporis & sanguinis Christi tui, & rogamus te benignissime Domine, serua nos sub alarum tuarum vmbra & tegumento, dàque nobis vsque ad extremum nostrum Spiritum, dignè participare sanctificationibus tuis, in illuminationem animæ & corporis, ad regnum cælorum hæreditate possidendum. Diaconus. Recti participantes diuinis sanctis, immaculatis, immortalibus.

Succurre, salua, misere, Vesperam omnem perfectam, sanctam. Altè Sacerdos. Quoniam tu es sanctificatio nostra, tibi que gloriam deferimus, Patri & Filio & Spiritui sancto, nunc & semper & in sæculorum sæcula. Chorus. Amen.

Oratio in posteriore Ambonis parte ante cancellos, alta voce, recitata à Sacerdote extra Tabernaculum, post completam Missam.

Omnipotens Domine qui omnem creaturam in sapientia fabricasti, qui ineffabili tua prouidentia & eximia bonitate adduxisti nos ad venerandos hos dies, ad purificationem animarum & corporum, ad affectuum moderationem, in spem resurrectionis, qui per quadraginta dies, tabulas & diuinitus exaratas literas in manu tribuisti Mosi famulo tuo: concede etiam nobis, ò bone; certamen præclarum certare, cursum ieiunij consummare, fidem indiuiduam seruare, capita inuisibilium Draco-

Succurre, salua, misere, Vesperam omnem perfectam, sanctam. Altè Sacerdos. Quoniam tu es sanctificatio nostra, tibi que gloriam deferimus, Patri & Filio & Spiritui sancto, nunc & semper & in sæculorum sæcula. Chorus. Amen.

Oratio in posteriore Ambonis parte ante cancellos, alta voce, recitata à Sacerdote extra Tabernaculum, post completam Missam.

Omnipotens Domine qui omnem creaturam in sapientia fabricasti, qui ineffabili tua prouidentia & eximia bonitate adduxisti nos ad venerandos hos dies, ad purificationem animarum & corporum, ad affectuum moderationem, in spem resurrectionis, qui per quadraginta dies, tabulas & diuinitus exaratas literas in manu tribuisti Mosi famulo tuo: concede etiam nobis, ò bone; certamen præclarum certare, cursum ieiunij consummare, fidem indiuiduam seruare, capita inuisibilium Draco-

Succurre, salua, misere, Vesperam omnem perfectam, sanctam. Altè Sacerdos. Quoniam tu es sanctificatio nostra, tibi que gloriam deferimus, Patri & Filio & Spiritui sancto, nunc & semper & in sæculorum sæcula. Chorus. Amen.

Oratio in posteriore Ambonis parte ante cancellos, alta voce, recitata à Sacerdote extra Tabernaculum, post completam Missam.

Omnipotens Domine qui omnem creaturam in sapientia fabricasti, qui ineffabili tua prouidentia & eximia bonitate adduxisti nos ad venerandos hos dies, ad purificationem animarum & corporum, ad affectuum moderationem, in spem resurrectionis, qui per quadraginta dies, tabulas & diuinitus exaratas literas in manu tribuisti Mosi famulo tuo: concede etiam nobis, ò bone; certamen præclarum certare, cursum ieiunij consummare, fidem indiuiduam seruare, capita inuisibilium Draco-

Succurre, salua, misere, Vesperam omnem perfectam, sanctam. Altè Sacerdos. Quoniam tu es sanctificatio nostra, tibi que gloriam deferimus, Patri & Filio & Spiritui sancto, nunc & semper & in sæculorum sæcula. Chorus. Amen.

Oratio in posteriore Ambonis parte ante cancellos, alta voce, recitata à Sacerdote extra Tabernaculum, post completam Missam.

In Euch. Sapiens, &c.

Ante hæc precem, in Euchol. etiã atque etiam in pace Dominum deprecemur.

Diem in Euchol.

In Euch. Populus. Alias vbi in hoc exemplari est, Chorus: Illic nihil ponitur, respiciendoque coheret cõ præcedentibus.

In Euch. loco istoru, deinde detegens ipsum, perficit communionem diuinorum donoru. Perfecta autem communione & sacris reliquiis de sacra Mensa sublati, orat Sacerdos, gratias agimus tibi, &c.

Ambon. locus editus inter Chorum & nauem re- pli & pulpitum.

num contere, victorēque peccati effici, & citra condemnationem ante tempus adorare etiam sanctam Resurrectionem; quoniam benedictum est & gloriosum, venerandum & magnificentum nomen rorum; Patris, & Filij & Spiritus sancti; nunc & semper & in seculorum secula. Chorus: Amen. Etiam hic Chorus psallit, eadem quæ in Chrysostomi & Basilij Liturgia.

ORATIO, DVM COLLIGVNTVR SANCTA SVBMISSA.

BENEVOLO LECORI G. GENEBRARDVS INTERPRES.

I queris, Lector benevole, cur Ioannes à Sancto Andrea in conquirendis quibuscumque ad pia sua instituta pertinentibus diligentissimus & liberalissimus vir; Claudius Sanctus olim præceptor meus eruditissimus, nunc Episcopus Ebroicensis; Iacobus Pamelius solertissimus antiquitatis peruestigator, & alij viri litterati qui Liturgias vndique coaceruauerunt; has vnas prætermiserint, De mysterijs ante consecratis, De dormientibus, De sanctis: responsum non venisse in manus; alios, existimasse eam quæ est de Mysterijs ante consecratis parum ritè institutam, atque vnum esse è navi quos Ecclesia Græcis Christianis attribuit. In his Maiorum nostrorum memoria fuisse fertur Humbertus quidem Candidæ filius episcopus; qui eas ut imperfectas, aduersus Nicetam incesit; illam demum Missam perfectam esse contendens, quæ benedictione, fractione & distributione consistit. Sed & iste, & alij qui eandem sententiam persequuntur; mihi videntur toto celo errare. Primum, quoniam aut ille rationes nullas sunt, aut etiam Missa nostra Romana atque ad eam Catholicam, quam semel quotannis magno Veneris die agimus Sacramentis præcedenti die consecratis; labefactanda est. Quid enim etiam ipsa est aliud, quàm τῆς προνοίας πρὸς τὸν λαόν; & ut aliter, Patres Græci loquuntur; τῆς ἑλπίδος λαοφιλίας; Nec refert, quod tale sacrum apud Græcos sæpius in Quadragesima repetatur; apud nos, nisi semel; nempe reliquis diebus præter Sabbatum & Dominicum, quibus solis duobus solenni ritu, Mysteria consecratis: cum de re & iure vertatur questio, non de temporis persequenda. Nec scio unde didicerit Missam illam esse imperfectam, Episcopus quem modo nominavi; quod ea demum perfecta sit quæ consistat Consecratione, fractione & distributione. Nam illa est, quod queritur; ne nostra illa quam Pascha & Parasceue conficimus, imperfecta censetur, & contra institutum Christi & Apostolorum obseruationem celebrata. Itaque dum eam ab imperfectione & vicio asserimus; consecrationem quidem requirimus, sed vniuersè quocumque tandem die illa perfecta sit, modo cetera seruentur quæ Ecclesia (diuini cultus regula & moderatrix) instituit. Deinde suspensum est, quod de fractione & distributione adijcit: nam videtur annuere opinantibus, Sacrum non esse legitimum nisi peracta Consecratione omnes simul communicent. Præterea non videtur considerasse Preces in ea recitatas; quæ adeo piæ sunt, adeo religiose, adeo Ecclesia nostra Catholica & Romana congruentes, adeo apposite, ut eas non esse à Spiritu sancto dictatas, dubitare nefas mihi videatur. Postremo, nescio quo pacto non probro & contumelia afficit Concilia tam œcumenica quàm Prouincialia, quæ tale Missarum genus certis temporibus imperant, certis prohibent. Canon quinquagesimus secundus sextæ Synodi in Trullum Constantinopolis palatum è totius Orbis episcopis conuocatus, sic loquitur. In omnibus sanctæ Quadragesimæ ieiunij diebus, præterquam Sabbato & Dominico, & festo Annunciationis die, fiat sacræ Præsanctificationis ministerium. Quadragesimus nonus Laodicensis, multò antiquior; prouincialis quidè, sed ab Œcumenicis approbatus & confirmatus, non diuersum cecinit: Non oportet (inquit) in Quadragesima panem offerre, nisi Sabbato & solis Dominicis. Hic ergo libèrius duorum infirmis, Cabasila & Balsamonis testimonia audio, quibus etiam refutatur & repelluntur tela hæreticorum, qui præsentiam corporis Domini, in solo Eucharistia vsu constituent. Prioris verba sunt. προνοίας πρὸς τὸν λαόν, siue Præsanctificata, habent Christi Corpus & sanguinem, quia alius ante diebus sanctificata & perfecta; vnde & in ipsa Introductione debent adorari. Posterior, proposito superiori Canonis sextæ œcumenicæ Synodi, commentandi causa, subiicit: Statutum est, ut ieiuniorum dies, iustus & compunctionis dies sint, ad sua vniuscuiusque expianda peccata; Deo autè sacrificium peragere, est panegyrim agitare; Panegyricus autè siue festiuis dies, nihil est aliud quàm gaudium: Cum ergo nemo possit, mærore & gaudio simul affici; statuerunt Patres, ne conficeretur Sacrificiū tota Quadragesima, exceptis Sabbato, Dominico, & Annunciationis festo; In iis enim festiū agitare, non flere aut ieiunare aut genu flectere iustus sumus: Præsanctificationum autè ministerium; non inueniunt Sacrificionem dicimus, sed oblationem prius oblari & perfecti Sacrificij, sacri & mysterij. Quæ ratio eò vsque Balsamoni Patriarchæ Antiocheno placuit, ut quinquagesimi primi, Laodicensis, causam ex eodè fonte deduxerit. Non oportet (habet Canon) in Quadragesima, Martyrū Natales peragere; sed sanctorū Martyrum cōmemorationes facere in Sabbatis & Dominicis. Vt et reperitur 33. q. 4. Canō; Nō licet in Quadragesima. Vnde istud? (ait Balsamon) Nempe non prohibetur, per totā Quadragesimā ne fiant, per Sacrificia, sanctorū Martyrū memoria; quippe quæ lætitiā non afferunt; sed tantū, ne fiant eorū Natales; ut qui lætitiā afferat et festiū; &c. Quoniam autem diximus, hanc, Missarum coaceruatoribus non venisse in manus; percontaberis fortasse, vnde ego eam nasci potuerim. Certè duo nactus sum exemplaria, quorum vnum fuit à Demetrio Duca, Cretensi, anno 1526. Clemente septimo Pontifice, editum; & Romæ à Claudio Spenceo sempiternæ memoriæ clarissimo Theologo allatum, mihi quæ datum manere. Alterum reperi in Euchologio Græcorum, non nihil quidem ab illo differens; ut in suo loco infra annotabimus. Sed ratio diuersitatis, quæ tamen minima, explicata est facilis. Pendet enim è diuerso Sacrificantium ordine; dum, quibusdam paulum immutatis vel transpositis, Callogeri sancti Montis Achos, rem diuinam suo Monastico instituto congruenter conficimus: alij, Ecclesiæ magnæ Constantinopoli; anæ vultatum vsu sequuntur.

Horribilia Mysteria.

Castandet in Liturgiis.

Vt sub sine Liturgiæ huius.

Cabasilæ in Expositione Liturgiæ, ca. 24. Theodorus Balsamon in canon. 52. sextæ Synodi in Trullo.

DE

DE GRÆCORVM RITIBVS.

Ceterum in suis ritibus, satis testantur Ecclesiam esse Sanctorum communionem. Nam parum à nobis in suis rei Diuina ritibus differunt, ut accam fidei capita, de Transsubstantiatione, de Veritate Corporis & Sanguinis Domini, de Precatione pro mortuis, de inuocatione Sanctorum; &c. quæ planè habent nobiscum communia. Primum singulos habent Papas (sic enim vocant Presbyteros vel Curiones) in paracisi singulis, cum vno Diacono. Hodie propter tyrannidem Turcarum (opinor) vnam dumtaxat Missam in singulis Ecclesiis dicunt; vixque alius quàm Dominicus & Festis diebus. Ieiunij singuli Parrochi panem benedictum Festis vniuersis & quoties celebratur, osculato sacerdote capiunt. At Paschatis festo, post auricularis Confessionem, etiam communicant; sed sub vtraque specie: Ad ægratos tamen panis dumtaxat species defertur. Vestes eorum sacerdotales ferè cum nostris conueniunt; nisi quòd ultra nos, habent ὑποχρῶντος, quod subgeniale, à zona ad lumbos vsque propendens, forma Rhomboide. Prima ergo vestis; ὑποχρῶντος, tunica. 2. ἐπιμανίτια, Manipulus. 3. ἐπιπράχῃος stola. 4. ὑποχρῶντος, subgeniale. 5. φελώνιον, Casula. Diaconus similiter, nihil amplius quàm apud nos habet, præter Horarium. 1. stola; & quasi alas, quibus exprimitur Angelorum velocitas. In hac stola scriptus est, Sanctus, ter. Ecclesia in quinque partes diuisa. Prima; ἄγιος βῆμα, sanctum Tabernaculum, quòd gradibus in illam scandatur solis Sacrificantiis peruiam; illic sunt duo Altaria. Maius, in medio; θυσιαστήριον, sacra Mensa, sancta sanctorum, Cathedra, Locus Dei, Reques, Propiciatorium, magis Sacrificij officina, Christi monumentum, & eius gloriæ tabernaculum; hoc enim vocabulis appellatur: Minus Altare, in quo Sacerdos sacra præparat, Prothesis dicitur; quasi, propositio, quòd Panis consecrandus, in eo primum ponatur. † Secundus; ἱερόθρονος, Sacramentum, Chorus, locus Clero & cantoribus deputatus; vbi tabulatum, duo habens ostia, & vela in vtroque ostio interiecta. † 3. ἀμβων, pulpitum; vbi recitantur Evangelia & Epistola, & verba sunt ad populum: Vnde, εὐχὴ ὁπίσθῃς; Oratio ante cancellos, post completam Missam. † 4. ναός, Templum, Atrium populi, Natus Ecclesiæ (inde enim Latini, certam Templi partem, nauim videntur nominasse.) In ima eius parte, ita mulieres à viris separantur ut à nullo videri possint: in tabulato superiori, sunt viri; sex quo per clatros, sacra quæ conficiuntur, prospiciunt. † Quin; baptisterium, prope πρόναον; id est, Templi vestibulum; vbi herent Pœnitentes. † † Sacram suppellectilem habens; ἰσθῆτος, lagenula capiens aquam calidam; ἰσθῆτος, Corporale, πτερόνιον, flabellum; ἀσπίς, & ἀσπερῆος, asteriscus, stellula; λαβίς, fuscina, tenaculum, forcipula; ἀσπίς sudarium quo velantur res sanctæ; δίσκος, patena; δίαυλον, tabella in scripta mortuorum & Sanctorum habentes nomina; δόρυχον, lanceola qua descatur ἀσπερῆος; & πρὸς πορῆς, sigillum Oblationis; nempe imago Christi Crucifixi in pane, quæ excisa consecratur: Reliqua enim pars, est ἀσπίς ὄψου, quam frustulatim incisam, Sacerdos post Missam diuidit ijs qui Corpore & Sanguine Domini non communicauerint. Vnde Antidoron & quasi sit loco domi siue Eucharistia: Ἀλῆς, εὐδωρία dicitur; ut à nobis, Panis benedictus. Vale & fruere.

DE IIS QUI DORMIERVNT.

Cetera è communibus Liturgiis repetuntur.

Repositum: Sonus 4. Animæ ipsorum in bonis commorabuntur. Verus. Ad te Domine clamabo, Deus meus. Lectio Pauli, ex Epistola ad Thessalonicenses. Fratres nolo vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini, sicut & ceteri qui spem non habent. Si enim credimus quòd Iesus mortuus est & resurrexit, sic & Deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum ipso. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quòd nos qui viuimus, qui relinquamur, in presentia Domini non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in iustis, in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de celo: & mortui in Domino resurgent primum. Deinde nos qui viuimus, qui residui fumus; simul cum ipsis rapiemur in nubibus in occursum Domini, in aëra. Et sic semper cum Domino erimus. Halleluia. Versus. Beati quos elegisti & assumpsisti Domine. De iis qui dormierunt. Euangelium secundum Matthæum. Dixit Dominus ad Iudeos qui ad ipsum venerant: Ego sum panis vite. Patres vestri comederunt Manna in deserto, & mortui sunt. Iste est panis qui de celo descendit, vt qui ex ipso manducauerit non moriatur. Ego sum panis viuens, qui de celo descendis. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuuet in æternum. Et verò panis què ego dabo, caro mea est quam ego dabo pro Mundi vita. Litigabant ergo Iudæi in se inuicem, dicentes; quomodo potest ipse nobis dare carnem ad manducandum: Dixit igitur eis Iesus. Amen dico vobis: si non manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem; non habebitis vitam in vobis. Qui manducat carnem meam & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. Ego resuscitabo eum in die nouissimo. DE SANCTIS. PROPOSITVM. Sonus grauis. Lætabitur iustus. Versus: Exaudi Domine iustitiam meam. Lectio Pauli, ex Epistola ad Hebræos. Fratres, obedite præpositis vestris & obtemperate. Ipsi enim vigilat pro animabus vestris, quasi rationem reddituri; vt cum gaudio istud faciant, & non gementes. Inutile enim vobis istud. Orate pro nobis. Confidimus enim quòd bonam conscientiam habemus, in omnibus benè volentes conuersari. Abundantius autem deprecor vos hoc facere, quòd celerius restituar vobis. Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis Pastorem magnum Quium, in sanguine testamētī æterni, Dominum nostrum Iesum Christū; aptet vos in omni opere bono, vt faciatis

ore eorum auricularis confiteo.

Hebr. 13.

Ioan. 6.

Tom. 6.

F

voluntates eius, per Iesum Christum cui gloria, in
saccula seculorum: Amen. **Sonus quartus.**

Versus: Iustus sicut palma florebit
De sanctis; Euangelium secundum Mattheum.

Dixit Dominus suis discipulis. Ingreimini per
angustam portam: quoniam lata est ianua & am-
pla via, quæ ducit ad perditionem; & multi sunt qui
ingrediuntur per illam. Et angusta est porta & ar-
cta est via quæ ducit ad vitam; & pauci sunt qui in-
ueniunt eam.

DE PONTIFICIBVS.

Sonus 2.

Preciosa in conspectu Domini mors, sanctorum
eius. **Versus:** Quid retribuemus Domino, pro
omnibus.

LECTIO beati Pauli, ad Hebræos.

Hebr. 7.

Fratres: talis decebat ut nobis esset pontifex, san-
ctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatori-
bus & excelsior cælis factus; qui non habet necessi-
tatem quotidie, quemadmodum pontifices, prius
pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi
ignorantiis. Hoc enim fecit semel, se offerendo. Lex
enim homines constituit pontifices infirmitatem
habentes. Sermo autem iurisdictionis, qui post legem
est; Filium in æternum perfectum. Caput autem su-
per ea quæ dicuntur. Talem habemus pontificem,
qui sedet in dextra throni magnitudinis in cælis,
sanctorum minister, & tabernaculi veri quod fixit
Dominus & non homo. Halleluia. **Sonus 2.** Sa-
cerdotes tui Domine induantur iustitiam.

Euangelium secundum Iohannem.

Dixit Dominus suis discipulis. Ego sum ostium.
Per me si quis introierit, saluabitur & introibit &
exibit & pasqua inueniet. Fur non venit, nisi ut fu-
retur & macer & perdat. Ego veni, ut vitam habeant
& abundanter habeant. Ego sum pastor bonus. Bo-
nus pastor animam suam ponit pro ouibus: Merce-
narius autem cum non sit pastor, cuius non sunt
oues propriæ; spectat lupum venientem, & dimittit
oues, & fugit, & lupus rapit eas & dispergit oues.
Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est &
non est ei cura de ouibus. Ego sum pastor bonus, &
cognosco meas, & cognoscor à meis. Quemadmo-
dum cognoscit me, Pater, & ego cognosco Patrem;
& animam meam pono pro ouibus, & alias oues
habeo quæ non sunt ex hoc ouili; illasque me oportet
adducere, & vocem meam audiunt. Et fiet vnus
ouile & vnus pastor.

DE FESTIS SANCTISSIMÆ DO- MINÆ NOSTRÆ DEIPARÆ SEM- PERQUE VIRGINIS MARIE.

Prokeimenon. Sonus 3. Magnificat anima mea
Dominum. **Versus:** Quia respexisti.

LECTIO Pauli, ex Epistola ad Hebræos.

Hebr. 9.

Fratres: habuit primum tabernaculum iustifica-
tionis culturæ, & sanctum sæculare. Tabernaculum
enim constitutum est primum in quo erant cande-
labrum, & mensa, & propositio panum, quæ dici-
tur Sancta. Post secundum autem velum; taberna-
culum quod dicitur Sancta sanctorum, aureum ha-

bens thuribulum & Arcam testamenti circumte-
ctam vndique auro; in qua, vna aurea habes Man-
na, & virga Aaron quæ floruit, & Tabulæ testa-
menti. Super ipsam autem; Cherubim gloriæ obum-
brantia propiciatorium; de quibus non est nunc di-
cendum per singula. His autem sic constitutis, in
primum quidem tabernaculum semper ingrediuntur
sacerdotes perficientes cultus. At in secundum;
semel in anno solus Pontifex, non sine sanguine
quem offert pro suis & populi ignorantis.
Halleluia. **Sonus 4.** Audi filia & vide & inclina
aurem tuam.

Euangelium secundum Lucam.

In illo tempore: ingressus est Iesus in pagum quen-
dam. Mulier autem quedam Martha nomine ex-
cepit ipsum in domum suam. Huic verò erat foror
quæ vocabatur Maria; quæ & sedens ad pedes eius,
audiebat ipsius verbum. Martha autem distrahebatur
circa multum ministerium; & instans dicebat.
Domine non curæ tibi est, quod foror mea me so-
lam relinquit ministrare? Dic igitur ei, ut me adiu-
uet. Respondens autem dixit ei Iesus: Martha, Mar-
tha sollicita es & turbaris erga plurima. Porro vnus
tibi est necessarium. Maria bonam partem elegit, quæ
non auferetur ab ea. Factum est autem dum hæc di-
ceret; extollens vocem quedam mulier è turbis; di-
xit ei. Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ
suxisti. Ipse autem dixit: quinetiam beati qui au-
diunt verbum Dei, & custodiunt illud.

DE MARTYRIBVS.

PROKEIMENON. Sonus 4.

Sanctis qui sunt in terra, mirificauit.

Versus: Præuidebam Dominum semper in con-
spectu meo.

LECTIO Pauli, ex Epistola ad Ephesios.

Fratres confortamini in Domino & in potentia
virtutis eius. Induite armaturam Dei, ut possitis sta-
re aduersus insidias Diaboli. Quonia non est nobis
colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed ad-
uersus Principatus & Potestates, aduersus Mundi
Rectores tenebrarum sæculi huius; aduersus spiri-
tualia nequitie in supercælestibus. Propterea assu-
mite armaturam Dei, ut possitis resistere in die ma-
la, & omnia conficientes stare. State igitur succin-
cti lumbos vestros in veritate, & induti loriceam ius-
titie, & calceati pedes in præparationem Euan-
gelij pacis; in omnibus assumentes scutum fidei, in
quo poteritis omnia tela Maligni ignita extingue-
re; & galeam salutis accipite; & gladium spiritus,
quod est verbum Dei.

Halleluia, **Sonus 2.** **Versus.** Iustus ut palma flore-
bit. **Ant.** Expectando expectaui Dominum.

Euangelium secundum Iohannem.

Dixit Dominus suis discipulis. Hæc mando vo-
bis, ut diligatis inuicem. Si Mundus vos odio ha-
buerit; scitote, quia me ante vos odio habuit. Si ex
hoc Mundo essetis; Mundus, quod suum esset; di-
ligeret. Quoniam autem non estis de hoc Mundo,
sed ego elegi vos de Mundo; propterea odit vos
Mundus. Mementote verbi mei, quod ego dixi vo-
bis; Non est seruus maior Domino suo. Si me per-
secuti sunt; & vos persequentur. Si verbum meum
seruauerunt;

seruauerunt; etiam vestrum seruabunt. Sed hæc
omnia facient vobis propter nomen meum; quia
non cognouerunt eum qui misit me. Si non venis-
sem & locutus fuisset eis; peccatum non haberent.
Nunc & prætextum non habent de peccato suo.
Qui me odit; etiam Patrem meum odit. Si opera
non fecissem in ipsis, quæ nullus alius fecit; pecca-
tum non haberent. Nunc autem & viderunt & odio
habuerunt & me & Patrem meum; sed ut implea-
tur sermo qui dictus est in lege ipsorum; Quia odio
habuerunt me gratias.

Psalm. 34.

DOMINICA AD MISSAM,

BEATITVDINES; SONVS 1.

Per esum, eduxit è paradiso, Inimicus, Adamum:
Per crucem autem vicissim, in ipsum Latronem Chri-
stus introduxit. Memor esto mei vociferantis, quã-
do veneris in regnum tuum. Crucifixus fuisti inno-
cens; & in monumento volens positus. Sed surrexi-
sti ut Deus, simul excitasti antiquos patres. Recor-
dare mei vociferantis, quando veneris in regnum
tuum.

A doro tuas passiones; glorifico etiam tuam re-
surrectionem, cum Adam & Latrone; cum voce
ad te clamo, clara. Memento mei Domine, quan-
do veneris in regnum tuum.

Templum (Saluator) corporis, post triduanam
excussit sepulturam. Cum Adam, ortos ex Adam
simul fuscitasti Christe Deus. Memento mei cla-
mantis, quando veneris in regnum tuum.

Vnguentiferæ venerunt lacrymantes, ad monu-
mentum tuum Christe Deus. Valde mane, & in al-
bis inuenerunt Angelum sedentem; quid queritis?
dicentem: Resurrexit Christus; ne ploretis deinceps.

Apostoli tui, Domine; ad montem quem eis con-
stitueras, accedentes (Saluator) te visum adorauerunt:
quos & misisti ad gentes, baptizare docens eas.

Versus de Trinitate.

Patrem adoremus, & Filium glorificemus, &
sanctum Spiritum Fideles omnes celebremus: cla-
mantem & dicentem, sancta Trias salua nos om-
nes.

Versus de Deipara.

Matrem tuam adducit tibi in supplicationem
populus tuus Christe; intercessionibus ipsis mise-
rationes tuas nobis tribue. Ut te glorificemus qui è
sepulchro nobis effulxisti.

Virginis
Deiparæ
inuocatio
& interces-
sio.

DOMINICA AD MISSAM, BEA- TITVDINES. SONVS 2.

Recordare misericors, etiam nostri, quemadmo-
dum Latronis in regno cælorum.

Infernum captiuum reddidisti cruce; vitam au-
tem largitus es Mortalibus, & regnum cælorum.

Lignum antea exegit Adamum; crux contra, in-
troduxit Latronem in regnum cælorum.

Sepulchrum suscepit te Christe, qui sepulchra
inaniuisti & mortalibus vitam dedisti, ut Deus.

Resurrexisti triduanus, à mortuis; & apparuisti
vndecim discipulis.

Saluator in monte Oliuarum.

Tom. 6.

Apostoli gloriosi, Christi; remissionem poscite
Fidelibus, & regnum cælorum.

Apostolo-
rum inuo-
catio.

Versus de Trinitate.

Patrem glorificemus & Filium, & Spiritum san-
ctum, Fideles; tribus in Personis vnum Deum.

Versus de Deipara.

Omnes beamus te pura. Nam sine semine pepe-
risti in carne Deum regem cælorum.

DOMINICA AD MISSAM: BEA-

TITVDINES. SONVS TERTIVS.

Negligentem, Christe, mandatum tuum, pri-
mum patrem Adam paradiso exterminasti. At La-
tronem qui te misericordem confitebatur in Cru-
ce; in ipso collocasti clamantem, memento mei
Saluator in regno tuo.

In monte, Moses, manus explicans præfigurabat
Crucem, Amalech euertens. Nos autem Fideles hæc
contra dæmones arma valida capientes; fide cla-
mamus, memento etiam nostri in regno tuo.

Crucis ar-
ma valida
contra Dæ-
mones.

Resurgens à mortuis, simul excussit nos à pas-
sionibus, resurrectione tua Domine: mortis autem
vniuersum principatum perdidisti Christe; pro-
pterea fide clamamus; memento etiam nostri in re-
gno tuo.

Peccantes nos, mortis damnasti execratione, vi-
tæ largitor Deus noster. In corpore autem tuo ci-
tra culpam patiens, Domine; mortales viuificasti
clamantes, recordare etiam nostri in regno tuo.

Vnam Spiritus auream, Manna habentem; in-
terpretes tuos Christe, Apostolos effecisti, per ip-
sos alens cælesti pane verè, populum tuum fide cla-
mantem tibi; memento mei Saluator, in regno tuo.

Cum Cruce, sepulturam & sanctam resurrectio-
nem tuam, Saluator, adorantes glorificamus: qui
propter nos voluntarie omnia pati voluisti; Deus
in carne; & Mundum saluasti à Maligni seruitute,
atque Inferni corruptione.

Vnguentum ferentibus mulieribus primis appa-
ruisti, resurgens à mortuis Saluator, vociferatus; A-
uete: ac per eas, inimicis tuam significasti excitatio-
nem Christe. Propterea fide clamamus; memento
etiam nostri, in regno tuo.

Versus de Virgine.

Aue porta Dei, per quam transit incarnatus
Conditor; signatam seruans te. Aue nubes velox,
imbrem Christum ferens. Aue scala & porta cæli.
Aue mons Dei, reuera non sectus manibus.

Dan. 4.

DOMINICA AD MISSAM, BEA- TITVDINES. SONVS QUARTVS.

Per lignum, Adam, à paradiso factus est exul: per
lignum Crucis, Latio paradisi incoluit. Nam qui
gustauit veritum lignum; mandatum Conditoris
neglexit: at cum Christo crucifixus, Deum confes-
sus est latentem. Memento mei in regno tuo.

Excussit in Cruce, & mortis soluens potestatem,
& verè delens contra nos chirographum, Do-
mine, Latronis penitentiam etiam nobis præbe
solus misericors; qui fide clamamus tibi, Christe,
multæ miserationis Deus noster: Memento etiam
nostri in regno tuo.

F ij

um qui resurrexit à mortuis, & Inferni potentiam spoliavit, & apparuit mulieribus; obsecramus, vt de corruptione liberet animas nostras, perpetuo clamantes, Latronis beneuoli vocem ad ipsum; Memento etiam nostri in regno tuo.

Ad monumentum tuum, Christe; vnguentifera venerunt vt te vngerent: nec inuenientes, ò bone vitam afferens immaculatum tuum corpus: hæsitabant cum lachrymis, gementes (Domine) & querentes te. Vbi autem inuenerunt te, Domine; te desideratum; acclamabant tibi, Memento etiam nostri in regno tuo.

Propter nos, impatibilis, patibilis factus es vt homo; libenter autem in Cruce clauis affixus; nos simul suscitasti: proinde adoramus tuam, cum Cruce passionem & resurrectionem; per quæ refecti sumus, per quæ & saluati, clamamus: Memento etiam nostri in regno tuo.

Versus de Trinitate.

Vt Patrem & Filium & Spiritum sanctum, vno animo omnes Fideles, glorificemus dignè, obsecremus Vnitatem diuinitatis in tribus subsistentem Hypostasibus, non confusam, simplicem, indiuiduam, & inaccessam; per quam redimimur à supplicij igne.

Versus de Deipara.

Mater tuam, Christe; quæ te in carne, sine semine peperit; quæ & virgo verè, etiam post partum mansit, incorrupta; tibi adducimus in intercessionem, Domine misericordissime. Lapsuum veniam largire cunctis qui ei inclamant; Aue tibi, verè thesaurus vitæ.

† Gaudes.

Dominica ad Missam, Beatitudines; Sonus obliqui. 1.

Latro in Cruce, te Deum esse credens, Christe; te est confessus sincere ex corde. Memento mei, clamans, in regno tuo.

Um qui in ligno Crucis, vita floruit nostro generi, & tabefecit ortam ex ligno execrationem; vt Saluatorem & Conditorem celebremus.

Morte tua Christe, morte soluisti potentiam, simulque suscitasti ab æuo mortuos te celebrantes Deum verum & Saluatorem nostrum.

Ad tuum monumentum Christe, accedentes mulieres illustres quærebant vt te vitæ datorem vngerent. Apparuit autem ipsis Angelus clamans; surrexit Dominus.

Crucifixo te, Christe, in medio duorum fontium latronum; vnus blasphemās, meritò dampnatus est; Alter te confitens, paradysum inhabitauit.

Vniuersam replèuit terram, Apostolorum tuorum sonus, Christe; & imminuit impietatis notam, irradians cunctis Fidelibus lumen notitiæ.

Apostolorum choro euangelizant mulieres illustres, vociferantes; Christus resurrexit, vt Dominus & opifex; ipsum adoremus.

Versus de Trinitate; siue, Triadicon.

Trinitas indiuisa vnitas, omnium opifex & omnipotens, Pater, Filius & Spiritus sanctus; tu Deus & lumen, teque celebrans adoro.

Versus de Deipara, siue Theotocion.

Qui consecuti sumus gaudium in tuo conceptu, ò planè immaculata, salutamus te, cum Angelo clamantes: Aue Mater Emmanuelis, Dei & Saluatoris nostri.

Dominica ad Missam, Beatitudines; Sonus obliqui. 2. Memor esto mei, Deus saluator meus; quando veneris in regnum tuum, & salua me velut solus clemens.

Per lignum, Adam deceptum; per lignum Crucis rursus saluasti Latronem clamantem; memor esto mei Saluator in regno tuo.

Inferni portas & vctes contriuisi Christe, suscitasti omnes Saluator clamantes; Gloria exurrectioni tuæ.

Memor esto mei, qui Infernum spoliasti sepultura tua; & qui resurrectione tua, gaudio cuncta repluisti, velut misericors.

Vnguentifera ad monumentum venientes, Angelum clamantem audiebant: Christus resurrexit, illuminans omnia.

Clauis in Crucis ligno confixum Christum, qui Mundum ab errore liberauit; communibus vocibus omnes celebremus.

Triadicon.

Patrem & Filium glorificemus, & Spiritum sanctum, dicentes: sancta Trinitas, animas nostras salua.

Theotocion, siue Deipara.

Quæ ineffabiliter ab extremis concepisti & peperisti tuum conditorem proprium; Virgo, te magnificantes serua.

DOMINICA AD MISSAM; BEATITUDES; SONUS GRAVIS.

Formosus & pulcher erat Iesu, qui me occidit, fructus. Christus est lignum vitæ; quo vescens, non morior: sed clamo cum Latrone; memor esto mei Domine, in regno tuo.

In cruce exaltatus, misericors; Adami chirographum veteris peccati, deleuisti & saluasti ab errore vniuersum hominum genus: vnde celebramus te, benefice Domine.

Clauis confixisti in cruce, misericors, nostra peccata Saluator; ac morte mortem interfecisti, excitas mortuos è mortuis. Vnde tuam gloriosam adoramus resurrectionem.

Effudit venenum, Serpens; auribus Eua; olim: Christus autem in ligno crucis effluere fecit Mundo dulcedinem; qui clamat, memor esto mei, in regno tuo.

In monumento, vt mortalis, positus fuisti, vita omnium Christe; & portas mortis contriuisisti, exurgens ex Inferis, triduanus, vt potens; ac omnes illuminasti, te celebrantes: Gloria tibi.

Simul excitasti in tua exurrectione, Adamum, vitæ dator Christe; antiquam incorruptibilitatem largiens, quæ erat in paradiso. Proinde clamo cum atrone; memor esto mei, Domine in regno tuo.

Triadicon.

Lumen, Pater; lumen, Filius, Verbum; lumen, Spiritus Sanctus: sed vnū lumen, tria; vnus enim Deus in tribus personis, vna natura, & principium inescabile, inconfusum, sæculis antiquus manens.

Theotocion.

Peperisti Filium & Verbum Patris, in carne super terram; vt nouit, ò Dei genitrix, ipse. Proinde Virgo Mater per te deificati; Aue tibi, christianorum spes, clamitamus.

Virgo Deipara, spes Christianorum.

DOMINICA, AD MISSAM: BEATITUDES. Sonus obliqui. 4.

Memor esto nostri, Christe Saluator mundi: quæ admòdum memor fuisti Latronis super Ligno: & dignos fac nos; ò solus misericors: caelesti regno tuo.

Ligno affixus Saluator noster; liberè, ligni executione Adamum liberasti, reddens veluti misericors primam imaginem & paradisi habitaculum.

Audi Adam, & gaude cum Eua; quoniam qui vos ambos antè nudos fecit, & fallacia vos cepit captiuos; in Cruce Christi conficitur.

Ligno, Adam primùm cecidit; ligno Latro secundo seruatus est; & antiquæ paradisi vitæ dignitatem affectus est.

Abite festinantes; Angelus, diuinus inquebat mulieribus, verbi prædicatricibus: nunciate his, quoniã resurrexit Christus, omnium resurrectio.

Vtin carlo multitudo Angelorum; sic super terram, hominum genus sanctam colit resurrectione bonitatis tuæ; Domine. Triadicon.

Expers principij, Trinitas; indiuidua essentia, throni eiusdem vnitas, natura eiusdem honoris consors; principio superior gloria & regnum, salua nos qui te fide canimus & celebramus.

Theotocion: siue Versus de Deipara.

Aue Dei amplissimum prædium: Aue Arca noui Testamenti. Aue vna, è qua manna caeleste, cunctis datum est mortalibus.

Virgo Deipara, Arca noui Testamenti.

MODVLI, QUI PRO MORTUIS CANVTVR EX HOROLOGIO Græcorum.

Benedictus es Domine; doce me iustificationes tuas.

Sanctorum Chorus inuenit fontem vitæ & paradisi portam. Inueniam & ego viam illam per penitentiam. Ouis ego sum quæ perit: reuoca me Saluator; & salua me. Benedictus es Domine; &c.

Qui Agnū Dei prædicasti; & interfecti tanquam agni, & ad vitæ senij expertè & perpetuam translationem; hunc obnixè, ò martyres precamini, vt peccatorū remissionè nobis tribuat. Benedictus, &c.

Qui viam angustam perambulastis, afflicti, ò vos omnes qui in vita crucem velut iugum baiulastis, & me sequuti estis in fide; adeste, percipite quæ parauit vobis brabia & caelestes coronas.

Benedictus, &c. Imago sum ineffabilis gloriæ tuæ; et si stigmata fero lapsuum: Miserere tui operis Domine, & purifica tua misericordia; expetitamque patriam præbe mihi, Paradisi rursus me ciuem efficiens. Benedictus, &c. Qui olim de nihilo creasti me & tua diuina imagine honorasti; at propter transgressionem Mandati tui me rursus expulisti in terram è qua fuerā sumptus: ad tuā similitudinem reduce me, pristinam pulchritudinem restaurans.

Benedictus, &c. Requiem dona Deus seruis tuis, & colloca eos in paradiso vbi sanctorum Chori, Domine, & iusti fulgent tanquam luminaria. Dormientibus seruis tuis requiem præsta, omnes ipsorum culpas dissimulans. Gloria, Triadicon. Trinum fulgorem vnica deitatis piè celebremus, clamantes; Sanctus es ò Pater, principij, expers; Fili simul principio carens, & diuine Spiritus: illumina

Tom. 6.

Cant. Lige

nos, qui te fide colimus, & de igne æterno eripe. Er nunc, Theotochium.

Aue honoranda quæ Deum peperisti ad omnium salutem, per quam hominū genus salutem reperit. Per te enim Dei genitrix pura, benedicta: paradysum inuenimus.

Alleluia, Alleluia, Alleluia. Gloria tibi Deus. Canon supplex, qui de superis Potestatibus Angelicisque, & omnibus sanctis canitur, Ordine Alphabetico quem Latine seruare nō potuit idem Genebrardus, interpres.

Oda 1. Sonus Plagij quarti; Aurigā Pharaonis. Verbum principij expers, sacris Cherubim, Seraphim, Potestatum, Thronorum, diuinarum Virtutum, Angelorum, Archangelorum, Principatum, Dominationum precibus; diuites tuas miserationes nobis, vt clementissimus, tribue. β.

A diuua me, Domini præcurfor, Christum obsecrans. Prophetarū multitudo, Apostolorum cætus, Martyrū exercitus, vniuersorū Dominū flecite, vt saluer ego plurimis irretitus peccatis. γ.

Sanctæ mulieres quæ egregiè pugnauistis pietatemque exercuistis: sacrorum Præfulū turba; Sancti & Iusti; honoradi sacri Martyres; vt bona semper alterna cōsequamur, fide nos beatantes; intercedite. De Virgine. δ.

Mentem meam, corporis voluptatibus mancipatam, Domina bonaque mater, integram in libertatem asserere: & verissimum seruum Filij tui, bonis operibus me effice; vt te, obnixiùs glorificem.

Oda 3. Qui firmasti principio. Ab inimici scandalis; Seraphim libera me. Potestates, Cherubim, Dominationes, Principatus, Throni, Archangeli cum vniuersis Angelis; supplices Redemptorem obsecrate. ζ.

Vitam eximiam Christum mihi semper, Præcurfor impetra, cum Prophetis & choris Apostolorū, Præfulum, sanctorum & sacrorum Martyrum per sanguinem consummaris. η.

Quam adeptæ estis voluptatem & perennem gloriam, mulieres viriliter luctatæ, Hoste præclaris exercitationibus superato; eius vt efficiamur participes, precamini. θ.

Deo gratissima, pura & casta Virgo, cum superis Ordinibus, cum sapientibus omnibus Apostolis, Martyribus sacris atque Prophetis; supplica vt perfectam peccatorum remissionem cōsequamur. I.

Oda 4. Tu mei Christe. Vide Christe, nec me spernas, obsecro; omni peccatorum genere implicatum; sed supplicationibus tuorum Angelorum, Martyrum atque Apostolorum, miserere mei, salua me; tuique regni hæredem, vt misericordiam plenus, effice. κ.

Præco Christi, Præcurfor; cordis mei extinctam lucernam nunc accède, qui iam lucerna spiritualis Solis nominatus es; ac cū Prophetis omnibusque Sanctis; roga vt in ardenti penitentia vitam hanc temporariam transigam. λ.

Accende mihi lumen penitentiae, humanissime Iesu; sanctorum mulierum quæ te sanctissime coluerunt, intercessionibus: Item Pontificum, Martyrum & Apostolorum tuorum; atque vt salutem cōsequamur, tribue. μ.

Virgo sanctissima quæ sola Immaculatū assum-

Respondet hæc Oda, Profis Latinorum.

Angelorū intercessio.

Sanctus omnium iudicatio.

7.

δ.

ε.

ζ.

η.

θ.

ι.

κ.

λ.

μ.

ν.

ξ.

ο.

π.

ρ.

σ.

τ.

υ.

pto corpore peperisti; illum obsecra, vt in die illa A
terribili cunctos nos saluet, à supplicio liberet, æ
ternam vitam atque lumen tribuat cū iis qui præ-
clarè Deum coluerunt. Oda 5. Vt quid me.

Spirituales Virtutes te nunc obsecrant, miseri-
cors Domine; Potestates, Throni, Seraphim, Do-
minationes, Angeli cum Archangelis & Principa-
tibus. Propicius esto populo tuo; & vt misericors,
salua.

Qui mirabilem vitam, & à communi hominum
more alienam egisti; alienum me fac ab omni sup-
plicio, flecte humanissimum Dominum; comitatus
Prophetis diuinis, Apostolis, Præfulibus, sanctisq;
Martyrum exercitibus.

Qui tuos sacros Præfules & Martyres illumina-
sti Domine; qui venerabilium mulierum pietatem
excolentium diuinum catalogum magnis affecisti
premiis: horum omnium precibus, mei miserere,
qui infinita mea peccata nōsti.

Virgo sanctissima quæ Verbum Dei sanctissimū
enixa es; ab anima mea omnem expelle torporem
& molestiam; meas cogitationes dirige, vt diuina
præstem opera, vt fide & desiderio te glorificem.

Vt liberer supplicio, apud Inferos inflicto; Cher-
ubim, Throni, Dinationes, Angeli, Archangeli,
Principatus & Potestates, vniuersæ creaturæ Do-
minum precamini.

Cum Apostolorum Choris & Martyrum exer-
citibus, Præcurfor Christi præco; vt nanciscamur
hora iudicij misericordiam, à Iesu humanissimo
Deo nostro impetra.

T hecla prima principis que mulierum quæ pu-
gnatūc fortiter; ipsis comitata intercede, vt pra-
uorum affectuum caligine & variis tentationibus
liberemur.

Deo gratissima Domina, te Fideles celebramus.
Nam Deum qui omnem celebrationem excedit,
peperisti; à quo, precibus obtine immaculata, vt D
urbem & populum suum in pace conseruet.

Oda 7. Dei descendens. φ.
S ancti Angeli, primi Luminis secunda lumina;
participatione materiae experte & beatissima de-
cōri excellitis. Itaq; clamo; mentē meam illustate
perpetuò, obtenebratam vitæ affectibus. χ.

B eatus Apostolorum Chorus, cum diuino præ-
curfore itēque sacris & triumphantibus Prophe-
tis, atque sanctis Pontificibus; precamini, vt huma-
nissimus benedictus Deus noster, nostra omnium
delicta despiciat.

A nimæ meæ; Christe, labores ciuic; eamque mi-
serere sacrorum Martyrum, sacrorum Antistitum,
& Sanctorum tuorum intercessionibus. Ne pudore
afficias me quando tuo throno sistar, benedictus
Deus patrum nostrorum.

Vt Thronus igne rutilus, Regem creaturæ ge-
stas. Eum Virgo obsecra, cum beatis & sanctis mu-
lieribus; vt me regno suo dignū efficiat, qui tuum
patrocinium fideliter cano & celebros.

Oda 8. Septuaginta formam; Seraphim,
multis insignes oculis; Throni, Potestates,
Principatus, Angeli, omnes Archangeli & Domi-
nationes sacræ, cum beato Præcurfore, Prophetis,

Angeli,
Materiae
expertus.

Apostolis, sanctis Præfulibus, vniuersis Iustis, ora-
te vt nostri misereatur.

P ræstate nobis auxilium, Petre, Paule, Iacobe,
Bartholomee, Thomas, Philippe, Andrea, Marce,
cum Luca. Amice Christi Ioannes, Simon & Iuda
beatissime, Matthiæque maxime; qui errorum in-
fultibus premimur, & conturbamur.

S tephane, qui es solaribus fulgoribus fulgidior,
Athletarum Christi primus; cum illis supplica, vt
omnes nos illustremur, omnēque peccati caliginem
effugiamus, Domino clamantes, Sacerdotes
benedicite; Laici superexaltate eū in cūcta sæcula.

V estigia sequar, Virgo purissima, Sanctorum qui
vitam virtutibus excoltam traduxerūt, effice; Ho-
stes maledictione prosequens, qui me immaniter
excruant, & ad carnis prauos affectūs assiduis
turbis impellunt, vt lætus clamem: Populi super-
exaltate in cūcta sæcula.

Oda 9. Excessit super hoc.
D iuinæ Potestates & Cherubim, Seraphim, Do-
minationes, Angeli, Throni, Principatus, omnes
etiam Virtutes gloriosissimæ; sacri item Archangeli;
precem ad Deum fundite vt probè viuamus,
salutem consequamur, & à malis liberemur.

Cum vniuersis Prophetis, Prophetarum summe,
Præcurfor; nobis postula cūcta bona; qui malè
affectibus afficimur, & assidue prauis (Sathanæ) in-
fultibus implicamur, vitæque illecebris; vt vos fi-
de decoremus.

D uodenarius in clytus Apostolorū numerus, vni-
uersi Martyres, Sacerdotes, beati Prophetæ, Sancti
& Iusti, quæq; fortiter dimicantis mulieres; pro no-
bis precem, ad humanissimum Dominum fundite.

B onitatis amantissima Virgo, bonum tuum Fili-
um & Dominum obsecra; vt perpetuò fatigatam
infultibus exitialis Draconis, & infirmatam meam
animam curet, saluet, & cunctis ascensionibus lu-
men afferentibus bene afficiat.

CANON DE SANCTISSIMA VIRGINE DOMINI IOANNIS MONACHI
Zonaræ. Est autem poemæ cōtra omnes prope-
modum hæreses. Eodē Genebrardo interprete.
Sonus Plagij quarti.

Oda 1. Aurigam Pharaonis. Arrius.
S anctissima quæ Deum peperisti, eiusdem cum
patre naturæ vnigenitum vobum, coæuum, paris
honoris, etiam si infanus Arrius eum creaturam ef-
fē fēserit à patris essentia alienam, illum, vt nos
saluet, obsecra.

O mnium regina tu suscepisti vtero vnam deita-
tis vnica hypostasim, verè trinam habentis substi-
tentiā, nempe filium, etiam si Sabellius confu-
sionem impiè excogitans, in vnam trium nomi-
num personam improbe trinitatem contraxerit.

S piritum Dei increatum, qui te obumbravit, im-
maculata virgo, Verbo & patri consubstantialē
glorificamus, ab ipso procedentem. Macedonium
omnino in suo delirio finētes, qui eum creaturam
opusque Dei asserbat.

D e cælo descendens Dominus in tuum vterum
virgo

Respondet
Pontificæ
Bullæ de
cæna Do-
mini, quæ
similiter
recitatur
Sæcra Heb-
domade.

virgo casta, & carnem assumens mentis participem A
atque animatam, nostram saluauit naturam, Penas
autem luat amens ille Apollinarius qui Domini a-
nimam sine mente creatam affirmabat.

Oda 3. cælestis. Nestorius.
E i, qui non te Dei genitricem profitetur, omniū
regina virgo, pars sit cum Nestorio, qui quidem
Christum tenuem prædicabat hominem, tēque,
qui Deus genitrix, tantum Christi dicebat geni-
tricem. Marcion.

Qui è tuis sanguinibus carnem assumpsit, domina,
libera voluntate, contra Marcionem impium tria
principia insanè introducentem, ouile tuum fide
ipse firmat & munit.

Eunomius.
S upplicationibus tuis virgo tuum ouile libera, è
supplicis æternis, quæ mollissimus Eunomius ad
comminationem solo figmento conscripta esse de-
lirabat. Oda 4. Tu mei Christe. Eutyches.

E utyches infantilem hæresim profundebar, in
Christo post vnionem vnica esse naturam, cor-
pus videlicet, quod, virgo, Dominus assumpsit, v-
nius nobiscum essentia, nequaquam sentiens cum
Seuero, quorum opinionem nos despuimus.

Manes.
M anus tua, immaculate fili, me formauit, quæ &
vniuersum mundum constituit, etsi iuxta suum no-
men furens Manes duo introduxerit principia,
duosque docuerit Deos, vnum quidem bonum, al-
terum prauum, creaturas ipsis dispersiens.

Idem.
I ste miser, pura virgo; etiam corporationem filij
tui in figura fuisse asseruit, nec veram eam arbitra-
tus, passum fuisse opinione duntaxat, prodidit, im-
piè introducens diuinitatis vnica in Christo natu-
rā. Ab huius igitur mania & furore, fac liberemur.

Arrius.
C orpus Christi inanimatum affirmabat, Arrius,
quasi ipsi sola diuinitas sufficeret animæ locum, stu-
dens altitudē humana. Christi verba diuinitati ac-
commodare, vt minorem patre filium, è omnium
regina, ostenderet.

Oda 5. Vt quid me, Origenes.
C um fontium pœnæ sint æternæ, è virgo, iuua me.
Neque enim Origenis opinionem, docentis terri-
bilia inferni supplicia esse temporaria, suscipio.

Didymus Euagrius.
C um Didymo rursus docet Euagrius animas ex-
titerisse ante corpora, hanc hauriens opinionem dif-
sentaneam ex Origenis placitis. At nobis vera sen-
tentia immota constet & maneat, tuis intercessio-
nibus, è omnium Regina. Idem.

E orundem est dogma, rursus etiam demones al-
teram conditionem accepturos & homines, qui
nefanda commiserint, cum Angelis etiam comple-
tuos nouem ordines, vt insana opinione fabulan-
tur.

Marcion.
R esurrectionem mortuorum impiè negabat Mar-
cion. Baptisma verò triplex lapsis dispensabat. Nos
autem vnum baptisma, & resurrectionem, Dei mat-
ter, docemus atque confitemur.

Nouatus.
S emitas meas, è veneranda, dirige ad pœnitentiā,
quam Nouatus nobis labētibus denegabat & post
Tom. 6.

baptismum, indignum istud existimans Dei huma-
nitare.

Eucratitæ.
Q ui nominantur, Eucratitæ nuptias prohibent &
animalium esum execrantur, Nos autem omnes in
filij tui decretis firma, virgo Dei genitrix.

Oda 7. Dei descendens. Messaliani.
M entis humanæ Dominum esse Satanam impiè
asserunt Messaliani. Præuatis, item spiritus in
eis personaliter & per substantiam inhabitare.
Virgo Domina tuis supplicationibus Deus habi-
tauit in nobis. Idem.

N ugantur Athei mortales natura sequi deterio-
ra. Et proinde duas possidere animas. Vnam homi-
nibus communem, alteram rursus cælestem vir-
go immaculata. Sed tu animæ meæ tribue, vt bona
eligat. Idem.

A uerfantur domina laborem manuum, veluti fi-
delibus minimè congruentem, cum tamen Paulus
nihil agentes manducare, veter. Præterea Spiritus
sancti personam aiunt posse percipi sensu.

Oda 8. Septuplo, Aëtius.
P ræuē sentiens Aëtius non offerendum pro
mortuis dicitabat. Neque enim illos ex iis vllam vtili-
tatem capere. Præterea negabat esse ieiunandum
insanè quartis & sextis feriis. In cæteris etiam circa
fidem cōsentiebat Arrius. Ab eius impietate è om-
nium regina, eripe me.

Paulus Samosatenus.
E x impiis decretis Pauli Samosateni Dei sponsa,
gregem tuum exime: filium tuum principij exper-
tem è tuo vtero habuisse principium, profitebatur.
Verbum enim dicens prolatitium, etiam Deum
opificem Spiritu vsu fuisse tanquam instrumen-
to sanciebat.

Sergius.
S anctissimorum doctorum decreta secuti binas
voluntates, & duplicem Christi operationem ag-
nosceimus, finentes cum suo Sergio Pyrrhum & e-
iusdem opinionis cæteros delyrare, è Dei genitrix,
qui Domini carnem expertem esse voluntatis, nec
habere actionem blasphemabant.

Apelles.
O mnium regina, Apelles quidam vnicum principij
prædicat, vnumque duntaxat supremū Deū confi-
tetur. At vnum alterum creasse rursus ait, quæ pra-
uum mundi opificem fuisse constituit, cū ipse pra-
uus sit, ingrataq; creatura sempiterno igne digna.

Oda 9. Excessit super hoc. Leo Isauricus.
V enerandarum imaginum cultum prohibuit Leo
Isauricus. Cum enim esset Iconomachorum origo
& principium, tuum charactērem omnino hono-
randum, itēque illum filij tui secundum carnem
dilacerauit Dei genitrix, similiter & omnium san-
ctorum. A qua impietate, fac, liberemur.

Bogomeli.
P opulum quem redemit filius tuus virgo ab exe-
cranda hæresi libera Bogomelorum recens orta,
qui quidem docent hominum corpus esse opus
(diaboli) prauis, Animam verò cælestis Dei, negan-
tes Deum vtriusque communem esse opificem.

Hic sequebantur tres contra Latinos censuræ con-
tra Spiritus sancti è filio processionem, sed honoris
Græcorum causa vertere nolimus.

F iij

culorum. Amen est, Verè; aut, fiat.

Antiphonum secundum; Dominus regnavit, decorem indutus est; Dominus regnavit, in caelis; & fidelem populum sibi vindicavit proprio sanguine suo, & egressus est ad debellandum diabolus. Firmavit Orbem terrarum, Ecclesiam; in fide sua, & portæ Inferorum non præualebunt ei. Testimonia tua confirmata sunt vehementer; domum tuam decet sanctitudo Domine. Ea quæ tu passus es, credita sunt in Mundo; populum tuum decet gratia tua in æterna sæcula.

Coniunctum autem est extremo primi Antiphoni, hoc; Intercessionibus Deiparæ serva nos: cuius rei gratia, nisi ad confirmanda omnino quæ priùs dicta sunt, de typo semper Virginis; quod eius ipsa dux est Ministerij, & veræ dispensationis?

Secundi verò Ephymniam; Intercessionibus sanctorum tuorum: quoniam enim pro salute animarum & venia lapsium, diuinam celebramus Mystagogiã; meritò tanquam superiorem Dei matrem omnibus Sanctis, aut etiam ipsi supercælestibus Potestatis, in supplicacione primam appellamus; deinde eos qui complacuerunt eius Filio.

Troparium autem quod ad finem Antiphoni secundi dicitur, quod est; Vnigenitus Filius & Verbum Dei; &c. opus est Ioseph & Nicodemi. Tollentes enim Dominum vt sepelirent eum, eo sunt initiati à venerando & viuifico corpore Domini, & diuinitate in eo inseparabili. Nonnulli aiunt idem Troparium enunciatum fuisse à diuina forte Rege Iustiniano, quod valde etiam symbolis Christi natiuitatis quadrat. Is enim (inquit) natus vnigenitus Filius & Sermo Patris initio carentis cum sit; recepta propter nostram salutem incarnatione ex sacra Deipara, immutabili manente diuinitate & inconfusa, vnus est de sancta Trinitate, homo factus & lubens crucifixus; qui & in sancto illo Hymno cõglorificatur à spiritalibus & cœlestibus Potestatis. Nam nulla facta egressione aut separatione à Paternis finibus, descendens incarnatus est: ipse est qui seruat nos. Diaconus; Etiam atque etiam in pace: Sacerdos, elata voce; Quia bonus & hominum amans Deus es, & tibi gloria referimus, Patri & Filio & Spiritui sancto; nunc. Bonus & hominum amans es, dicimus; quia Filium tuum in Mundum, propiciationem misisti. Propterea gloriam & gratiarum actionem tibi referimus: id est; offerimus, nunc & semper & in sæcula.

Antiphonum III. Venite exultemus Domino: Agite dum impleamur omni gaudio, in Domino. Iubilemus Deo saluari nostro: Deprecemur cum lachrymis Deum nostrum Iesum. Præoccupemus, faciem eius in confessione; & in Psalmis iubilemus ei: Et ante aduentum eius, eum deprecemur; & psallentes supplicemus ei. Quoniam Deus magnus Dominus, & Rex magnus super omnem terram: Magnus Deus est Iesus Christus, quemadmodum Apostolus inquit, cum ait; Magni Dei & Seruatoris nostri Iesu Christi qui dedit semetipsum pro nobis; & in omnes gentes regnavit, & regnabit per fidem suam. Quia non repellit Dominus plebem suam, quia in manu eius omnes fines terræ, & altitudines montium eius: Fidelis populus scilicet, & reliqui Prophetæ. Quoniam ipse est mare, & ipse fecit

Christus vnus est de sancta Trinitate.

A illud: Quoniam ipse est, omnis multitudo hominum: & ipse prius fabricauit eos, & rursum in baptisinate suo renouauit eos. Et aridam manus eius formarunt: & cor omnium hominum creauit Spiritus sanctus eius, in lauacro incorruptibilitatis.

Introitus Euangelij, aduentum indicat Filij Dei & ingressum eius in hunc Mundum; vt ait Apostolus: Cum induxerit (nimirum Deus & Pater) primogenitum & vnigenitum suum in orbem terrarum; ait; Et adorent eum omnes angeli eius.

Deinde ostendente etiam Pontifice per stolam suam, carnis Christi stolam rubram & sanguineam quã gestauit immaterialis ille & Deus, vt purpurã tinctã ex immaculato sanguine Deiparæ; & quod assumpsit errabundam ouem super humeros suos, & pellem Adameæ massæ; Pastor ille bonus pascens Israël in virga Crucis suæ; in fasciis inuolutus, & positus non in præsepi brutorum sed in mensa; rationali hominum; quem in natiuitate sua celebrant hymnis Angelorum exercitus dicentes; Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas. Et: vniuersa terra adoret te, & psallet tibi ac omnibus subaudientibus ait: Venite adoremus & procidamus ei; serua nos fili Dei. Primum ei flectamus genu vt obnoxij; & tunc veniam ab eo petamus, eorum quæ ipsi debemus, & prædicemus eius aduentum patefactum nobis in gratia Domini nostri Iesu Christi. Aliter de Introitu. Censco enim ostensionem in Iordane & patefactione Christi & Dei nostri, ingressu Pontificis obscurè designari: nam eatenus; etiam si aderat Pontifex, at nondum manifestus & notus; neque in medio stabat, & supernaturalia & eximia mysteria celebrabat; sed tempus opportunum nactus Sacerdos, quasi præcursor penitentiaë baptisina conficiebat: qui cernens Pontificem ingredientem, loco migrat, tantum non illud ipsum; tacitum secum ratiocinans quod & Ioannes dixit; hunc oportet crescere, me autem diminui: ac statim cedit pontifici, vt maiora mysteria perficiat: qui & ait; Quoniam sanctus es Deus noster.

Ter ille sanctus hymnus; ita quidem est, quem admodum illic quidem Angeli dixerunt: quam magnificata sunt opera tua Domine; Et Gloria in excelsis D. o. Hic verò vt Magi dona Christo offerentes, fidem, spem, & charitatem, quasi aurum, thus, & myrrhã; Incorporum canticum vociferantes fideliter & dicentes; Sanctus Deus Deus (inquam) Pater; Sanctus fortis, Filius & Sermo; quod Fortem illum nostrum aduersarium diabolus vicit, & irritam eius fecit potentiam; per Crucem, qui potestatem habet mortis, ac vitam & robur & potestatem nobis dedit calcandi super eum. Sanctus immortalis; Spiritus sanctus, viuificus; per quem omnis creatura viuificatur, & in statu permanet, ac clamat inquit; Misere nostri. Consolator ille Spiritus sanctus & veritatis, qui sacrificium cõsummat, & semper adiutat filios ecclesiæ, & miseretur, & per baptismum immortalitate donat. Aliter. Sanctus Deus id est; Pater, qui est, & fuit, & erit; qui olim Mose oraculum fudit, inquit; Ego sum ille qui sum, qui volo vitulum mactare propter vos. Sanctus fortis: Filius & Sermo Dei, qui erat in principio apud Deum, per quem omnia facta sunt; & vitulus ille qui semper, volens ipse, mactatur, & semper viuut per ista autem;

Introitus Euangelij.

Hymnus ter sanctus.

Christus, qui, volens semper mactatur.

autem; Erat in principio apud Deum, per quem omnia facta sunt: simulque; Vitulus qui semper mactatur volens, & semper viuut & permanet; immortalitatem significat eius qui in se complectitur omnium eorumque; sunt, & initium, & media, & postrema.

Aliter. Sanctus Fortis: Filius & sermo Dei: fortis quidem, quasi fortitudo Dei, sapientia & potestas; prout ait Apostolus, filius & sermo Dei, fortis & potens, & viuens, efficacique & magis fecans quam gladius anceps; &c. Sanctus immortalis: significat, eum qui in se complectitur initium omnium quæ sunt & finem. Dicitur autem, ter sanctus: à ternario: quia congruunt etiam singulis trium Personarum vnus deitaris, hæc tria sancta: Vnaqueque enim & Sanctus est, & Fortis, & Immortalis. Natura enim & essentia, tribus, vna est; nomen commune, vnum diuinitatis; etiam vnusqueque personarum trium, Deus nominatur perfectus. In his autem breuibus verbis præclare licet intelligere illud quoque quod à magno Theologo ita dictum est: Diuiditur enim indiuidue (vt ita dicam) & connectitur diuidue: & alibi, idem; Simul atque vnum intelligere incipio, trium splendore vndique collustror; vix dum inchoans tria diuidere, ad vnum referor. Verum ne quis testimonia hæc Ter-sancti audiens; arbitretur, Ter-sanctum inchoasse à Christi & Dei nostri humanitatis assumptione. lampridem enim à diuinoquoque Prophetis, mysticè Spiritus prædictus erat. Huius enim typum & eloquia videns ac declarans David, paucis verbis eum repræsentat; Sicut (inquit) anima mea ad Deum, fontem viuum: & alibi; Verbo Domini ali firmati sunt; & spiritu oris eius, omnis virtus eorum: & aliàs, in lumine tuo videbimus lumen. Ille autem ab Esaiã enūciatus Seraphicus Hymnus, & Ter-sanctus, in vnam dominationem colligans & deitatem; quid discriminis habet ab hoc nostro Ter-sancto quem canimus?

Quod autem ascendat in confessum pontifex, & obsignet populum; id est, Filium Dei impleturum in carne nostra ministerium suum, sublatis manibus suis benedixisse sanctis suis discipulis, dicentem eis; Pacem relinquo vobis: ostendentem, eandem pacem & benedictionem Mundo, Christum per Apostolos suos dedisse. Aliter. Signaculum quod pontifex facere solet in fine Ter-sancti; in complementum & tanquam obsignationem Prophetarum qui de Christo vaticinati sunt, designatur: nam eius aduentum per carnem, sigillum fuit rata faciens & confirmans quæ ab illis prædicta fuerant; vt verã: ipsum enim, & in initio diuinarum operum, & generis humani in reformatione ordinem tener. Ordo enim, ait Theologus Gregorius, optimus est; à Deo inchoare, & in Deo finire. Pontifex, Dominus est; Thronus, Virgo: Sedere autem, est, Filium suam carnem quam gestauit, & ouem quam super humeros assumpsit (quod designatur Superhumerali) quæ est Adameæ massæ; sustulisse supra omne imperium, & potestatem, & dominationem superiorum Virtutum, & obtulisse Deo & Patri. Quem enim ille deificabat, hic deificabatur? hæc est assumptio quam propter dignitatem Offerentis & puritatem Oblati, admittebat ipse Deus & Pater, quæsi hostiam & oblationem acceptabilem pro humano genere: ad quem

Vnaqueque persona Trinitatis est.

Orationis ordo quis sit optimus.

ait David; dixit Dominus Domino meo, sedere à dextris meis: id est, Pater Filio, qui sedet in dextra parte throni maiestatis eius in excelsis. Hic est Iesus Nazareus, pontifex futurorum bonorum.

Post Ter sanctum hymnum legitur liber Apostolicus, & ait Diaconus: Attendamus, auscultemus, auribus percipiamus omnes cum tranquilla mente Sapientia. Psalmus David. Sermo Dei sanctus & dilectus, annūciat quæ sunt Patris, quæ sunt abscondita.

Quod proponitur rursum; indicat Prophetarum sacram manifestationem & prædictionem aduentus regni Christi: qui quasi satellites præcurrentes & clamantes; qui sedes super Cherubim, apparuit & venit ad seruandos nos. ac; Deus sedet super throno sancto suo. Et testis oculatus & minister sermonis, Paulus; clamat prædicans Dei regnum, & inquit; Christus aduersus pontifex futurorum bonorum per amplius; &c. Cum quo clamat quoque Ioannes Baptista; qui post me venit, est agnus Dei tollens peccatum mundi; ipse nos sanctificabit in spiritu & igne, & medius inter vos stetit. Post id autem; & Apostolorum vocatio, & eorum designatio declaratur Actuum ipsorum & epistolarum lectione.

Alleluia clamat David, & ait: Deus noster manifestò veniet, & ignis coram ipso præcedet. Apertuerunt fulgura Euangelistarum eius Orbi terrarum. Hebraica enim lingua, est; Al; venit, apparuit; El; Deus; Via, laudate & celebrate viuentium Deum. Aliter. Al; Pater: El; Filius: Via, Spiritus sanctus. Alleluia; Deus fortis, potens, laus Dei, laudate Deum qui est. Alleluia; laus Deo qui est. Aliter. Alleluia; diuinam laudem significat trifariam propter tribus personis distinctam Patris, Filij, & sancti Spiritus singularem deitatem. Aliter. Alleluia, Præco Euangelij vociferans Dominus venit. Aliter. Laudate, celebrate. Dicunt autem, Angelos hac voce celebrare Deum; veluti Cherubim, dicendo, Sanctus: idque sancti patres tradiderunt qui id audierunt; quemadmodum Esaiã à Cherubim. Etenim statim thuribulum subindicat humanitatem Christi; ignis, deitatem: odoratus fumus indicat bonum odorem sancti Spiritus præcedentem, incensum enim est fragrantissima læticia.

Sapientia, sermo Dei: Recti audiamus sanctum Euangelium: id est, erigamus mentes nostras cum operibus, à terrenis, & intelligamus bonorum declarationem. Euangelium est aduentus filij Dei, quo apparuit nobis; non iam per nebulas & ænigmata loquens nobis, vt aliquando Mose per voces & fulgura & tubas, sonitu & caligine & igne, in monte; aut olim Prophetis, per somnia: sed manifestò vt homo verè apparuit, & visus est nobis vt mitis & quietus Rex qui prius descendit vt pruina in vellus sine strepitu: & vidimus gloriam eius, gloriam tanquam vnigeniti à Patre; plenus gratiaë & veritatis; per quem locutus est nobis Deus & Pater, ore ad os, & non per ænigmata; de quo Pater coelitus testatur, & ait; Hic est filius meus ille dilectus, Sapientia, Sermo, & potestas, in prophetis dictus, & prædicatus nobis: in Euangelis manifestatus, vt quotquot receperint eum & crediderint in nomen eius, accipiant potestatem qua filij Dei fiant, quem audiuimus & vidimus oculis nostris, sapientiam & sermonem Dei huc esse om-

Lectio Epistolæ.

Paulus, testis oculatus sermonis.

Ephymon nominis, Alleluia

Euangelij in M. G.

nus credentes, clamamus, Gloria tibi Domine. Deinde rursus Spiritus, in lucida nube obumbrans, nunc per hominem clamat: Attendamus. Attendite hoc est; ipsum audite. Matthæus, si vis interpretari; mel est; Marcus; vinum: Lucas; Lac: Ioannes, oleum.

Quatuor euangelia sunt ad exemplum quatuor ventorum vniuersalium; Subfolani, Fauonij, Austri, Aquilonis: hi enim existunt ad Mundi constitutionem: vniuersales verò dicuntur, propter alios octo ex aduerso spirantes. Et aliter, quatuor Euangelia sunt & quatuor vniuersales Ventii; iuxta quadriformia animalia, dico sanè Cherubim illa in quibus sedet vniuersorum Deus, ex quibus constat, sedentem super Cherubim, Deum, & continentem hoc vniuersum; parafactum dedisse nobis quadriforme Euangelium, idque vno Spiritu contentum: quatuor enim facies habent; ac facies eorum, imaginem referunt administrationis Filij Dei. Primum enim animal (aiunt) leoni simile est, denotans efficaciam eius & principatum & regnum. Secundum, simile vitulo; sacrificium & sacerdotale ordinem indicans. Tertium, habens faciem hominis; aduentum eius secundum hominem, manifestò per scribens. Quartum, simile aquilæ volanti; sancti Spiritus aduolantem largitionem declarans. Igitur & euangelia his cõformia sunt, in quibus infidet Christus. Nam aquila; quæ est, secundum Ioannem, Euangelium; quem habet à Patre principatum eius, & gloriosam generationem enarrat, inquit: In principio erat Verbum; Et, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est. Taurus, quod est secundum Lucam Euangelium, cum sacerdotalem speciem præ se ferat; à Zacharia sacerdote incensum offerente incipit, inquit; Postquam multi conati sunt retexere narrationem: &c. Iam enim saginatus vitulus pro inuentione iunioris pueri macandus erat.

Bos, appetibile iecur significat. Varius verò equus, Lucas, vt qui magis eloquenter & variè gesta domini tractat. Matthæus verò, humanam eius in generationem concionatur, inquit; Liber generationis Iesu Christi, &c. Iesu Christi autem natiuitas sic habet: hominis ergo conformationem refert hoc Euangelium. Homo quòd rationis est particeps. Homo, quòd eius capite continetur; Latini dicunt, rationale; Græci, Phronesis & logoteta, prudentiam & orationis vsum: Arabes siue Saraceni, Elaphacar, elacil, elzinum. Fuluus igitur equus Matthæus, vt qui humanitatis assumptionem Domini disertè exposuerit. Leonis specie; Marcus; à prophetico spiritu ex alto adueniente, hominis initium fecit, inquit; Initium Euangelij Iesu Christi, vt scriptum est in Prophetis; ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam: volatilem imaginem Euangelij, his verbis ostendens. Leo, animal thymicum est; id est, ad iram pronum; Latini dicunt, irascibile. Et aliter: Thymicum, fortitudinem & timiditatem significat, Latinis, irascibile, Saracenis, Elgadab, enigde, velgibè. Et aliter. Variatus equus, Marcus; vt qui floribus distinctius Euangelium scripserit: Ioannes, aquila vt qui spiritale. Et aliter. Aquila, anima est. Et aliter, albidus equus, Ioannes, aquila; vt qui candidius vniuersam laudationem peruulgauerit. Cæterum ipse sermo Dei, Patriarchis ante Mo-

fem diuinè & gloriosè colloquebatur. Qui erant in lege; iis sacerdotalem ordinem tribuit: Postea autem homo factus, doctum sancti Spiritus in vniuersam emisit terram; tegens nos suis alis. Qualis igitur operatio Filij Dei, talis & animalium forma, talis & Euangeliorum stilus. Quatuor enim formas animalia habent, habet totidem & Euangelium, & operatio Domini: & ob id; quatuor generalia testamenta, humanæ naturæ data sunt: vnum quidem in diluuiò, de Arcu secundum Abrahamo, de signo Circumcisionis; tertium est, legistatio per Moysen; quartum est; Euangelij Iesu Christi Domini nostri. His verò sic habentibus; vani sunt omnes & imperiti, insuper etiam temerarij qui abrogant idæam Euangelij; & siue plures siue pauciores quàm quæ dictæ sunt, circumferunt Euangeliorum facies: partim vt qui plura quàm veritas habet extulisse videantur, partim vt qui dispensationes faciant irritas.

Post diuinorum Euangeliorum lectionem, preces & petitiones habet à Cherubicum vsque hymnum: Christi & Dei nostri doctrinam tribus annis, indicant; & eorum qui ad baptismum se applicauerunt, institutionem: ad quod, hos sermonum potentia & miraculorum efficacia pertrahebat; quando etiam Cathecumeni, & nondum admissi ad Christi mysteria, foras migrant.

Quæ verò interea sunt preces, pro ipsis sunt Cathecumenis, Fidelibus; & ipso pontifice. Intelligentes enim sancti Patres, qualem esse necesse sit animam & manum eius qui contrectaturus est immaculatissimum corpus Christi Dei nostri; quòdque puriorem Solaribus radiis hanc esse oporteat, preces pro eorum venia per humanitatem futura, exposuerunt. Miserere nostri Deus pro tua magna misericordia: magna misericordia, Filius Dei & Sermo, quem in Mundum misit propiciationem Patris.

Quòd pontifex obsignet populum; id subindicat futurum aduentum Christi, anno sexies millesimo quingentesimo fore, ex supputatione digitorum significante sexies millesimum quingentesimum. Id & Hyppolytus à Roma, & sanctus Cyrillus dicunt in libris suis de Antichristo, anno sexies millesimo quingentesimo futurum aduentum fore; itémque Chrylostomus.

Quia misericors & hominum amans Deus existis. Quotquot estis Cathecumeni procedite. Cathecumeni exeunt; vt diuino baptisate, & Christi mysterijs non initiati, de quibus ait Dominus: Alias Oues habeo quæ non sunt ex hoc Ouilis; & cætera. Orate Cathecumeni Dominum: Non initiati, non baptizati; quique confessione vestra notati estis. Non initiati, imperiti, qui nondum participes estis diuinorum mysteriorum: non baptizati, qui nondum per baptismatis lauachrum illuminati estis; qui confessi estis & adhuc obnoxij multæ estis. Acclamat, vt omnes orent remissionem consequi, & viuificam Hostiam per baptismum. Fideles oremus pro Cathecumenis: Illuminati & malorum immemores, quique sustinetis & iniuriam condonare, & iniuriis benefacere: orate pro Cathecumenis; id est, pro nondum initiatis, vt ait Apostolus: Vos potentes, impotentium onera portate. Instructus eos verbo veritatis: Doc-

Solis radiis purior esse debet manus, quæ Christi Corpus contrectat

Christi aduentus futurus, anno sexies millesimo quingentesimo fore, itémque Chrylostomus.

Viuificum sacrificij.

Corporale in Liturgia quid significet.

animarum nutritrix Mense.

Hymnus Cherubicus.

Christus ad Mysticum sacrificij proficiscitur, mysterium rationabile.

Animalis sacrificij mystica latinitas.

Christi descensio ad Inferos.

ceat eos de Seruatore qui propter nos humilitatem assumpsit. Reuelat eis Euangelium iustitiæ: Patet manifestacionem bonarum rerum. Vniat eos cum sancta sua Catholica & Apostolica Ecclesia: Imperat eis viuificum sacrificium. Cathecumeni, capita vestra Domino inclinate: nondum initiati; sensus & corda pura Domino tribuite. Vt & ipsi nobiscum glorificent venerabiles, &c. Vt illuminati; & remissionem, & mysticum ac viuum sacrificium adepti; glorificent nobiscum, te Patrem & Filium & Spiritum sanctum, nunc & semper & in sæcula sæculorum.

Corporale, significat sindonem, in qua inuolutum est corpus Christi de Cruce descensum, & in monumento positum. Quotquot estis Cathecumeni, accedite: Omnis non illuminatus & non initiatus, qui que etiam nunc est in reatu; festinate, venite, illumine mini; & ad animarum nutriticem Mensam propius accedite; & eum qui sacrificatur, puris cordibus & animis aspice: vtque Fideles sitis & non amplius Cathecumeni, etiam atque etiam intente & cum tranquilla mente oremus. Cherubicus hymnus demonstrat per Diaconorum prægressionem, & Flabellorum, siue Seraphicarum alarum adumbrationem, inspectionem, & ingressum Sanctorum & iustorum omnium vnà ingredientium coram Cherubicis potestatibus, & Angelicis exercitibus, & Choris incorporeis, & immaterialibus ordinibus inuisibiliter præcurrètib; & hymnos dicentibus, & comitantibus quasi satellitibus ante magnum Regem Christum qui proficiscitur ad mysticum sacrificiũ, & manibus materialibus gestatur: cum quibus & Spiritus sanctus vnà procedit à fronte, ad incruentum sacrificium & rationale mysterium; quæ spiritualiter contemplatur in igne, & incenso, vt vapore fumi fragrantis: igne quidem, deitatem, vapore fumi fragrantis, significante aduentum eius, accedente inuisibiliter & odore bono nos exhilarante, per mysticam & animalis sacrificij ac incruentum latrariæ & holocaustum. Quinetiam intelligentes Potestates, & coetus Angelorum, videtes, per Crucem & mortem Christi, consummatam eius dispensationem; tandemque & de morte victoriam habitam, & ad Inferos descensionem, & triduanam Resurrectionem, & eius Ascensionem, nobiscum clamant inuisibiliter, Alleluia. Intuete intelligentes Potestates, venientes cum preciosis muneribus (id est corpus domini Iesu) Caluaria ad Sepulchrum vsque, nobiscum inuisibiliter acclamant hymnum Cherubicum, Alleluia. Iezechiel enim ait: Et Cherubim stabant à dextris domus dum ingrederetur vir indutus stola; & nubes repleuit aulam interiorum, & discessit gloria Domini à Cherubim in subdalem partem domus, & impleuit domum nubes, & aula repleta est splendore gloriæ Domini.

Est autem sancta Mensa, ad imitationem sepulcræ Christi; qua Ioseph sublato corpore de Cruce inuoluit sindone munda, & aromatibus ac vnguentis ipsum vinctum exportauit cum Nicodemo, & sepeliuit ipsum in monumento nouo exciso ex petra: quod est exemplum sancti Monumenti illius, altare & Cathartium, in quo positum est sanctum & omnino immaculatum corpus; quæ est sancta Mensa, aliter. Sacrorum trãslatio à Prothesi, Corporis (inquam) Dominici, & sanguinis, & eorum

ingressus ad altare; & Cherubicum, à Bethania in Hierusalem, Domini introitum significat. Tunc enim plurima turba & Hebræorum pueri, tãquam Regi & victori mortis hymnum referebant sensibilibiter: spiritualiter autem Angeli cum Cherubim, Ter sanctum reddiderunt hymnum: ac sceptrata rhomphæas, vt insignia Regis, proferunt Diaconi. Flabella verò typum referunt Cherubim. Cherubicus verò hymnus qui canitur; admonet omnes hinc & ad finem vsque sacri Officij, attentionem mentem habere; omisã inferiùs omni de rebus ad vitam tuendam pertinentibus sollicitudine, quasi Regem magnum per Communionem excepturos.

Sacrum ad sanctam mensam depositio, imitationem habet temporis cœnaculi tum crucifixi: paulò post autem eadem; & Crucis elationem; & ad finem, sepulturam designat & Resurrectionem, & illinc Assumptionem. Vt enim ne singulatim rerum gestarum eo tempore; tempus, occasionem, & locum distinguentes sancti patres, adhuc etiam translationum aliarum, & altarium plurimum indigerent; indèque culpabile Ecclesiæ mysterium existeret, quidam considerant aut faciunt: profectò quod valde magnificum & præclarum, ac in eis inhabitante spiritu dignum: opificij diuini modum imitati sunt, quatenus homini licet imitari conficerè que diuina: atque vt cœlum, quod supra sacra Mensam eminet laquearium conficiunt: vt totam terram præfinitur, quod à quatuor columnis eius quod ciborium appellatur, conclusum aut circumscriptum sacrum solum; in quo completur & propheticus sermo, inquit: Operatus est salutem in medio terræ Deus: nisi enim ita fuisset actum; quomodo qui in India perficiunt magnũ hoc mysterium, & credunt illud corpus Christi & Dei esse nostri, crucifixum & sepultum, & resurgens, hanc salutem in medio terræ dicerent Dominum operari: quomodo itè Fideles Veneticas insulas inhabitantes, idem sensu conseruato recipere; omnibus confitentibus, in Hierosolymis circumscriptionem esse ipsissimum medium terræ? Aut omnino, quia confinium cœli & terræ cum sancta Mense sit, & item in medio cœlestis Orbis subsistat, & medium columnarum quæ sunt in circuitu flabella, statione teneat locũ, vbi ea cunque fuerit, in medio terræ salutem fieri demonstrat: vbi & omnia quæ passionis sunt, Christus subit, prodicionem, iudicationem, quæ ante Crucem, quæque post Crucem acta sunt. Meritò igitur sancti patres, ita perfici hæc & offerri censuerunt.

Discus est vice manuum Ioseph & Nicodemi, qui funus Christo celebrarunt. Discus est autem, vbi Christus infertur, si velis interpretari; cœli Orbis indicans in parua circumscriptione spiritualemente Solem, Christum in pane visum. Poculum est vice vasis illius quod accepit sanguinem emissum ab immaculato latere puncto, & preciosus à manibus & pedibus defluxus. Poculum rursum est ad exemplum Crateræ illius quam describit propriè Sapietia siue Filius Dei: Misceuit enim sanguinem suum vice vini illius, & proposuit in sancta Mensa, inquit omnes; Bibite sanguinem meum, pro vino mixto vobis, in remissionem peccatorum & in vitam

Flabella diaconorum

Ciborium.

Indi perficiunt mysterium, & credunt illud esse Christi corpus. Veneticas insulas qui habitant, idem credunt. Medium terræ, Hierosolymis.

Discus.

Christus in pane visus. Christi sanguis, vase exceptus.

Christi mater praput gata cor-pore & ani-ma.

aternam. Christus, Dei Sapientia & Virtus, suam carnem edificavit, ex virum non experta casta Matre & virgine, prapurgata anima & corpore: *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis;* & subfulsit columnas septem, sancti Spiritus septenarium donum; quemadmodum ait Esaias; *requiescent enim super eum septem Spiritus;* id est, septem operationes Spiritus: in quibus sunt aduersa vitii totidem. Mactavit suas victimas, prophetas suo tempore interfectos ab infidelibus, pro veritate; & clamantes, *Propter te morti addicimur tota dies; reputati sumus quasi Oves occisus.* Et miscuit in cratera suum vinum, insuper sancta Virgine suam deitatem vniens carni, vt vinum merum. Seruator enim genitus est ex ea inconfusè, & absque coniuge, Deus & homo & parauit suam mensam, agnitionem sanctæ Trinitatis quæ annunciat: misitque suos seruos in vniuersum Mundum, qui inuitarent omnes gentes ad agnitionem Dei; & mentis indignis ait, nondum adeptis sancti Spiritus gratiam; *Venite, comedite meum panem, & bibite vinum quod miscui vobis:* diuinam suam carnem, & sanctum suum sanguinem dedit nobis Christus edendum & bibendum in remissionem peccatorum. *Disci* velamentum est, pro sudario quod super eius facie erat, circumtegens ipsam in sepulchro. Velum (id est; Aër) Et iam dicitur vice lapidis quo munitum est Ioseph monumentum; quem obsignauit Pilati custodia. Ecce crucifixus est Christus; sepulta est vita; munitum est sepulchrum; obsignatus est lapis.

Disci velamentum.

Ablutio manuum in Misa, quid significet.

Ablutio manuum est vice eius qui se lauit, & *Innocens sum,* vociferatus est. Nobis autem sacerdotibus innuit, vt puri conscientia, mente & cogitatione (quæ sunt manus animarum nostrarum) cum timore & mansuetudine & clementia omni accedamus ad sanctam Mensam.

Lauabo inter innocentes manus meas: Addâ puris sacerdotibus duas naturas meas: animæ manus dico; lauabo in castitate. *Et circumdabo altare tuum Domine:* quia semper Deo assistere debemus, nusquam ad libidinosum peccatum irruentes. Et aliter: seruiam tibi, & communicabo cum Fidei populo. *Vt audiam ego vocem laudis tua:* Acclamationem innuit horum verborum; *Tua de tuis tibi offerentes.* Et aliter. Lectio-nem (inquit) hanc: Audiam & docebo eum populum; scilicet Fidelem; & audientes custodiemus simul mandata tua. *Et narrabo omnia mirabilia tua:* mysticas (inquam) orationes humanitatis. *Domine, dilexi decorem domus tue;* de Ecclesia, ait: decor autem Ecclesiæ, Fidelis populus est. *Et locum tabernaculi gloria tua:* castum vterum Virginis dicit, in qua habitauit. Et aliter: *locum vbi tu inhabitas.*

Supplicatione expleta pro illatis preciosis Dominis; ait: *Sanctissima, immaculata, super benedicta Domine nostra Deipara, prapursorisque, & Apostolorum, & omnium Sanctorum vitam & facta recordari; & nos aliter cum altero, contendentes, vitam nostram vniuersam cum sanctis commendemus Deo cum operibus bonis; per miserationes Vni-geniti tui Filij, cum quo benedictus es in secula seculorum:* per compassionem Filij tui, quam habet in nos; benedicimus te cum sancto Spiritu, nunc & semper, & in secula.

Pax omnibus: concordiam, & dilectionem, & eundem sensum, inter nos inuicem coalescentes; Do-

mini imitationem, ipsi arripiamus, pacem suam relinquentis, & dantis, & exclamantis; quietam mentem omnes habeamus. *Et spiritui tuo:* id est, tecum vnionem indiuiduam da nobis; vt spiritu pacem agnitionem, inseparabiles simus. *Diligamus inuicem:* Animos, alij aliorum coniunctione copulantes, & ita poterimus audacter & liberè frui proposita Mensa.

Hoc; *diligamus alij alios:* significat & charitatem in omnes, & in seiplos inuicem, & Dei futuram concordiam, & sensuum transitum, & spiritualium partefactionem, & sancti symboli fidei, & nouam diuini Mysterij succellionem.

Ianus, ianus: in sapientia: cogitationes mentium nostrarum tollamus à terrenis operibus & cogitationibus. *Attendamus in Sapientia:* id est, in Filio & Verbo Dei, & ad intelligentiam diuini symboli à sanctis & diuinis partibus expositi, in Dei Ecclesia attendamus; id est, *Credo in vnum Deum, Patrem omnipotentem:* ac volentes & intelligentes, cum quieta mente accedamus ad mysticum & viuificum sacrificium.

Diuinum orthodoxæ fidei symbolum dici constitutum est, vt ex hoc notum sit omnibus, vnum è sancta Trinitate, Vnigenitum Filium & Sermonem Patris initio carentis, ipsum propter nostram salutem hominem factum fuisse carne sumpta ex sancta Virgine, crucifixum, & sepultum, & resurgentem. Nô diuino iussu his ritibus vtimur; vt non verbis duntaxat, sed & operibus in perpetuum salutem nostram operantes, ita appareamus viuentes simul & conuerfantes? Ac passiones quidem; carne hunc sustinuisse confitemur; impartibilem verò huius conseruatam fuisse deitatem. Simulque vt pronuntiatione diuini huius Symboli, & ignorantes & imperiti audientes hoc dum canitur; perpetuo recognoscant pronuntia mysterij fidei, & multorum auribus non abdita.

Ianuarum autem clausio, & supra has Veli explicatio, vt in monasteriis affolent, & per eum qui Aër appelleretur, Diuinorum velatio: nocte (vt arbitror) illam indicat, in qua discipuli proditio processit, & ad Caipham abductio, & ad Annâ præsentatio, & falsa testimonia, & proculdubio illusiones, & colaphorum incussiones, & alia quæ tum temporis cõ-tigerunt. quam ob rem enim aliam, hoc velamen Aër nominatus est, quàm omnino quia occultatus ab eo tenebrosus aër dictæ noctis designatur: quando & Petrus ille magnus pro foribus stans, intercessione agniti Pontifici discipuli introductus est in aulam: vbi & ancilla ei occurrens, & qui ad pyram astabant intuentes, carpebant, & reliqua consecuta sunt ei, quæ ad præcipitium abnegationis perpulerunt: quod qui lapsum admiserit, minor euadat quàm vt aut efferatur, aut gloriatur. Sublato autem Aère, & Velo contracto, ianuisque apertis; tempus matutinū illud innuitur, quando abduxerunt ipsum, & tradiderunt Pontio Pilato præfidi.

Accedit Sacerdos, conuerfatur cum angelicis Potestatibus; non iam quasi in terreno loco stans, sed in celesti altari, coram formidabili altari, throno Dei assistens, contempletur magnum & inenarrabile & inuestigabile Christi mysterium. Gratias agit, concionatur de Resurrectione, obfignat fide sanctæ

Cur fidei symboli, in Missæ recitatur.

Diuino iussu, ritibus Missæ vtimur.

Fidei pronuntia.

Ianus, quo mysterio, apud Græcos clausus claudatur dum sacrificatur

Confubstantialis Trinitas.

Sacrificiū viuum.

Sursū corda.

Velum.

Deus, Mo-si loquutus inuisibiliter.

sanctæ Trinitatis: accedit albis vestitus Angelus, lapidem è monumento manu reuoluens, specie sua præ se id ferens, clamans voce tremula, & per Diaconum prædicans triuianam resuscitationem: & extollens velum, clamat Diaconus, *inquit, stemus honeste, stemus cum ignore:* Ecce primus dies! *Attendamus sanctæ oblationi:* Ecce dies secundus! *In pace offerentes:* Ecce tertius dies! Et aliter: *stemus honeste:* Mentes nostras firmas habentes, audiamus mysticum & viuificum sacrificium. Populus conclamat resurrectionis Christi gratiam: *Oleum pacis, sacrificium laudis.* Sacerdos verò docet populum, quam per gratiam Christi didicit trinam Dei cognitionem: *Gratia sanctæ & consubstantialis Trinitatis sit cum omnibus vobis.*

Alij sacerdotes proferunt ita: *Gratia Domini nostri Iesu Christi, & Chritas Dei Patris, & communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis.* Populus vnà confitetur & orat, inquit: *Et cum spiritu tuo:* vt superius diximus, ita agamus. Vel ita: si egerimus vt superius diximus; gratia & charitas Domini cum omnibus nobis. Ipse enim propter charitatem suam quam in nobis demonstrauit, Filium suum in Mundum misit, & corpus eius propiciationem in viuum sacrificium dedit, & sanguinem eius in salutare poculum latitæ. Deinde sacerdos omnes attollens in super-nam illam Hierusalem super celestem, in qua stantes erant pedes nostri ante lapsum, in atrijs tuis Hierusalem, in montem sanctum eius clamat: *Aspicite sursum habeamus corda.* Omnes testificantur, inquit: *habemus ad Dominum.* Sacerdos: *Gratias agamus Domino.* Videte; *sursum habeamus corda:* à terrenis, tollamus sensus ad supernum Regem, & eius placita faciamus. *Gratias agamus Domino:* nimirum qui dedit semetipsum, precium redemptionis pro nobis; & mutuum gratis agendis hymnum Domino reddamus; & vice salutis qua seruari sumus, gratiarum actionem & gloriam reddamus Domino. *Dignum & iustum est; ait populus.*

Velum dicitur propter Apostolum inquitentem, *habemus fiduciam in introitu Sanctorum in sanguine Iesu Christi, quam renouauit nobis viam salutis nouam & viuentem per velamentum est, carnem suam; magnus sacerdos in domo Dei.*

Deinde progreditur sacerdos cum fiducia ad thronum gratiæ Dei, cum veraci corde, in plenitudine fidei conferens sermonem cum Deo, & solus cum eo colloquens; non iam per nubem, vt aliquando Moses in Tabernaculo testimonij; sed reuelata facie, gloriam Domini, oculis cernens: ac sanctæ Trinitatis diuina cognitione & fide iniciatur, & solus cum solo Deo mysteria loquitur, mysteria annuncians in mysteriis, occulta ante secula & à generationibus: nunc autem manifestata nobis per apparitionem Filij Dei, quæ nobis enarrauit Vni-genitus Filius qui erat in sinu Patris. Vt enim locutus est Deus Moysi inuisibiliter, & Moyses Deo: ita & sacerdos in medio duorum Cherubim stans in propiciatorio, & se concutiens propter intolerabilem & inspectabilem Deitatis gloriam & splendorem; celestem cultum mente cernit, & iniciatur vitæ principis & singularis principatus super substantialis Trinitatis, diuina illuminatione & doctrina de Deo & Patre, quod principio carens & ingenuus sit: de Filio & Sermone, quod vnà principio ca-

rens & consubstantialis & genitus sit: de Spiritu sancto, quod cõternus sit & connaturalis & procedens: quæ est Trinitas sancta, secundum hypostaseon (id est, personarum) inconfusam æternitatem; secundum naturæ vnitatem indiuiduam, & inseparabilem vnã deitatem, & regnum, & gloriam. Atque mente cernit, & elata voce canit Sera-phicarum Potestatum ter sanctam gloriæ celebrationem; ipsorum Cherubim obumbrantium, & Seraphim vociferantium: cum quibus clamat, *Victoria Hymnum canentia.* Deinde populus vice Cherubicarum Virtutum & quadriformium Animalium clamant: *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth:* id est; ter sanctus & vnus Deus virtutum. *Osanna in excelsis, benedictus qui venit in nomine Domini.* *Osanna;* est, serua obsecro, vt ait; *qui venit in nomine Domini, Victoria Hymnum canenti.* *Canenti;* ad Aquilam; *vociferantia;* ad Bouem; *clamantia;* ad Leonem; & *dicentia;* ad hominem pertinet. Rationalis homo pro Cherubicis Virtutibus; & quadriformia animalia vociferantur, *Sanctus, Sanctus, Sanctus:* hoc est; ter sanctus & vnus Deus Virtutum; *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth.* Sanctus quidem Pater, vt præcipue sanctus & beatus; illa enim & sola beata natura Dei. Sanctus Filius, vt sermo Dei & character hypostaseos eius, & effigies exemplaris, & sigillum immobile, & incommutabilis natura: Filius quidem, vt ex ipso (scilicet ex Patre) natus impartibiliter; vt Verbum ex mente: & quod per ipsum facta sunt omnia visibiliaque & inuisibilia, iuxta Apostolum. *Sermone enim Domini, caeli firmati sunt,* vt ait Dauid. Sanctus verò & Spiritus sanctus qui à Patre procedit & in Filio requiescit & sanctificat omnia; & opera perficit, non perficitur; sanctificat, non sanctificatur.

Quemadmodum enim fons ex causa radij & illuminationis est, ac per radium nobis illuminatio comunicatur, & ipsa est que nobis preluet, & à nobis participatur; ita sanè & Deus & Pater, fons est & causa Filij & S. Spiritus: Spiritus à Patre procedens per Filium comunicatur & manifestatur. Verbum autem, *Dominus,* vnit Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum & vnum esse tria demonstrat. *Ter sanctus,* Seraphim dicunt; complentes gloriæ celebrationem his verbis; *Dominus Sabaoth:* singularem naturā ponentia sanctā Trinitatem, vt & ab ipsis nobis testificatū sit *sanctus* Seraphim: nos verò Fideles, Patrem & Filium & S. Spiritum, in quo perfectione accēpimus, cum Angelis sentientes, tacitè theologamur, est enim in personis Trinitas, vnus verò Deus cui psallimus. *Benedictus qui venit in nomine Domini. Osanna in excelsis.* Hebræicum ita habet: *Osanna adonai, Asdina, Baruch, pater, Abbarh, Semna, Deniā, Sabaoth.* Deus virtutū qui voluit mactari vitulum saginatū; & vitulus qui semper mactatur volens, & semper vitēs: qui perficit opus mystici Sacrificij, & semper aduentans per baptismū: sanctus es Rex saculorū, & omnis sanctimonie dator. Tu es omnium potens, qui sancta obfignas Dona: sanctus verò & vnigenitus tuus Filius Dominus noster Iesus Christus, ante secula ex te ineffabiliter genitus: sanctus autē & Spiritus tuus, totus sanctus, scrutās omnia, etiā profunda tua qui Deus es; per quem vniuersa quæ in caelo & super terram sunt, sanctificantur.

Christus volēs, mactatus, & semper vitēs, & semper aduentans per baptismū: sanctus es Rex saculorū.

Flabella Diaconorum. Terrena imitantur celestium ordinati- nem.

166.

Christus in Apoftolis iussit toti Ecclesie facere corpus suum, nisi vixerit hoc faceret, fuisset illos indutus.

Christus per tremenda Mysteria, videtur se & tangi patitur.

Fidelibus, nulla super est dubitatio de sanctificatione donorum, & alius Sacramentis. Flabella Diaconorum.

Flabella verò & Diaconi, indicant Seraphim sex alis prædita, & multicoloru Cherubim effigiem. Etenim Supermundanorum & supercaelestium supermundanam & spiritalem ordinationem pariter & terrena imitantur. Etenim Quadriformia animalia, mutuis cantibus alia ab aliis vicissim excipientia clamant: primum quidem animal similitudine referens leonem, clamat; Sanctus: secundum, similitudinem vituli referens, clamat; Sanctus: tertium simile aquilæ, clamat; Sanctus: quartum ad similitudinem hominis, clamat; Dominus Sabaoth; tribus sanctificationibus, in vnam deitatem coeuntibus, dominationem & potestatem: quemadmodum Propheta contemplatus est; Vidi Dominum super throno sedentem excelso & elato, & Seraphicas Potestates in circuitu adstantes; & de voce, impleta est domus, fumo. Illud autem, missum est unum de Seraphim, & habebat carbonem in manu, quem forcipe ab altari excepit: significat sacerdotem tenentem spiritalem carbonem (Christum) forcipe manus suæ, in sancto altari; & sanctificantem & purgantem accipientes & participantes. Etenim in celestia & non manu facta & Sancta ingressus est Christus, & apparuit in gloria coram Dei & Patris facie, pro nobis factus pontifex magnus, penetrans caelos: & habemus ipsum aduocatum apud Patrem, & propiciationem pro peccatis nostris, utpote cuius sanctum & coæternum corpus nobis coagmentatum sit, & preciosus sanguis, redemptionis precium pro nobis omnibus, quemadmodum ipse ait: Pater sanctifica eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, & sint & ipsi sanctificati in veritate, ac volo ut ubi ego sum, & hi sint, & contemplantur gloriam meam quod dilexerim eos, & dilexisti me ante constitutionem Mundi.

Ipsè dixit; Hoc est corpus meum, hic sanguis meus: Ipsè & Apoftolis iussit, & per illè s vniuersæ Ecclesie, hoc facere: Hoc (enim ait) facite in meam commemorationem. Non sanè id facere iussit, nisi vim induturus fuisset ut id facere liceret. Et quæ est deprecatio? Spiritus sanctus, virtus quæ ex alto, Apoftolos armavit, ut eis à Domino dictum fuerat, Sedete in urbe Hierusalem donec indui vris virtute ex alto. Hoc opus, est eius ingressus; non enim semel egressus, in posterum dereliquit nos, sed est nobiscum & erit in perpetuum; & in æuum hoc, per manum sacerdotum & linguam, mysteria conficit: ac non sanctum Spiritum duntaxat misit Dominus noster, ut maneat nobiscum; sed & ipse pollicetur est se mansurum nobiscum, usque ad consummationem sæculi. At Paracletus inconspicuus adest, quia ipse corpus non gestavit: Dominus verò conspicitur, & tangi se patitur per tremenda & facta mysteria; ut qui nostram naturam acceperit, eamque gestet in sæcula. Hæc sacerdotij virtus, hic sacerdos: non enim semel cum se obtulerit & sacrificarit, sacerdotio defunctus est; sed hoc perpetuò, nostrum ministerij munus obit; quo & aduocatus est pro nobis apud Deum per æuum. Propterea nulla Fidelibus de sanctificatione Donorum dubitatio superest, neque de aliis Sacramentis, an secundum propositum & preces Sacerdotum compleantur.

Quid verò (quispiam dicat) de diuinis Flabellis quæ tenent manus Diaconorum, & ab ipsis ver-

santur derepentè, quasi in animi consternatione; usque ad preceationem Dominicam? Ac temerariu quidem est adhuc de his pronuciare: verum quia semel ad præceptum mandati obsecundauimus; age, de his quoque dicamus, quæ Deus dederit: si quidem & aliis probentur, Deo gratia habeatur; non enim omnino vituperabilia (certò scio) neque extra dogmata fidei orthodoxæ Christianorum. Dicimus igitur, semper & inseparabiliter adfuisse Virtutes coelestes vnà cum Domino Christo: præcipuè verò in illa nocte qua traditus est. Eæ igitur cernentes abductionem ad Caipham, præsentationem coram eo, falsa testimonia, alaparum incussiones, in eum excreationes, colaphorum inflictiones, ludibrium illud Iudæorum, militum coccineum indumentum, spineam coronam, cum rifu coniunctas geniculationes, aliæque omnia tum quæ diuonorum Euangeliorum historia enarrat, tum quæ propter multitudinem fortasse prætermisissæ sunt; in singulis quæ fiebant, admirantes & stupentes longanimitatis & patientiæ magnitudinem, volentes suas facies seauerant, & iterum Domini maiestatem reuerentes, ad se redibant, id autem faciebant usque ad eius exaltationem in Cruce. Extremum enim corporis passionum, & dedecoris quod inde provenit, Crux fuit; quæ gloria potius est, ac non dedecus, hæc enim est initium operationum & virtutum diuinarum. Hinc enim ille mundanus terræ motus, trium horarum spacio tenebræ super vniuersam terram, atque veli & petrarum disruptio, & monumentorum patefactio; præterea etiam mortuorum resurrectio, & quæcumque in Inferos descendens Seruator egit: & propterea in ipso crucifixionis loco cum esset Christus; stuporis & admirationis species, diuinæ illæ Potestates deposuerunt; hincque omnia conuicia quæ Crucem antecesserunt, & illusorij honores quos exhibuerunt, & irrationes, Patientem magis retigisse (ut etiam spiritales illas diuinas Potestates) perspicuum fit.

Deinde rursus Sacerdos recitat Deo & Patri, assumptionis humanitatis mysteria, ex sancta Virgine & Deipara ineffabilem generatione, conuersionem & habitationem in Mundo, Crucem, mortem, eius ad Inferos descensionem, victorum illic liberationem, triduanam & sanctam à mortuis resurrectionem, assumptione in caelos, à dextris Dei & Patris sessionem; secundum & futurum eius gloriosum reditum ad nos. Et rursus institutione Sacrorum eruditus, appellat Deum ingenitum; hoc est, Deum & Patrem; & vterum, ante Luciferum & ante sæcula Filium gignetem, ut ait; ex vtero ante Luciferum genui te. Et rursus obsecrat ut conficiatur mysterium Filij eius, & fiat siue transmutetur ipse panis & vinu in corpus & sanguinem Christi & Dei, & impleatur hoc; Ego hodie genui te. Vnde & sanctus Spiritus, beneplacito Patris, & voluntate Filij inuisibiliter præsens; submonstrat diuinam consecrationem, & manu Sacerdotis obsignat, & transmutat, & conficit proposita sancta Dona in Corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi qui dixit; Pro ipsis ego sanctifico meipsum, & sint & ipsi sanctificati.

Quo pacto: qui edidit meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo. Vnde nos qui diuonorum Mysteriorum sumus inspectores, & participes immortalis

Angeli sç. per adfuerunt Christo.

Angeli, ad singula Christi passionis momenta, stantebant.

Crux Christi fuit initium diuinarum virtutum.

Angeli stupere desierunt cum exaltatus fuit Christus in cruce.

Spiritus sanctus transfmutat Dominum, in Christi corpus & sanguinem.

10h. 6.

157
Christus, per Apoftolos, no bis tradidit mysteria.

Sacerdos pronus peragit Mytagogiam

Deipara, Domina huius vniuersi.

Antitypa.

Qui sint fructus memorie que sit pro Defunctis in Liturgia.

immortalis vitæ, & diuinæ naturæ communionem donati; glorificabimus magnum & incomprehensibile & inuestigabile mysteriu dispensationis Filij Dei: glorificantemque clamamus; Tua de vtris tibi offerentes: de tuo Corpore & sanguine, qui dixisti, Hoc f. cite in meam commemorationem: quod est; quæ nobis per sanctos tuos Apoftolos tradidisti; ea tibi offerimus propter nostram salutem. Populus: Te hymnis celebramus Deum & Patrem; tibi benedicimus Filio & Verbo tibi gratias agimus sancto Spiritui, Domine Deus noster; Trinitas in vnitare, & vnitatis in Trinitate, consubstantialis & indiuidua, admirabiliter habens & distinctionem Personarum, & vnionem vnus naturæ deitatis. Etenim quod pronus sacerdos diuinam Mytagogiam faciat; id declarat, eum inuisibiliter cum solo Deo colloqui. Vnde & diuinam lucis apparitionem cernit, & ad splendorem gloriæ conspectus Filij Dei, exhilarare fecit; & se subtrahit timore & verecundiâ; quemadmodum Moyses cum Deum vidit in monte, ignis specie; perterrefactus recessit & occultauit faciem suam; reuerberatur enim percipere à gloria Dei faciem.

Præcipuè sanctissima, immaculata: Oportet ut nos Dominam huius Vniuersi laudemus, & illam Angeli salutationem enunciemus.

Tua extus: Deus secundum imaginem suam formauit nos: quod est secundum sanctitatem, iustitiam, & potestatem: nos verò transgressi, serui facti sumus Pharaonis, asperi heri. Veniens itaque Dominus noster Iesus Christus redemit nos proprio sanguine, & induit nos nouo homine, ac preciosum suum corpus & sanguinem nobis dedit inquitens: Hoc facite in meam recordationem, nos enim memores eius mandati; Antitypa (id est; configuralia) offerimus, inquitentes; Tua extus, tibi; & c: spiritualiter; quæ est primigenia nostra dignitas: nimirum quod ex imagine Dei habemus iustitiam, sanctitatem, potestatem. Iustitiam; ut neque patiamur, neque faciamus iniuriam: sanctitatem; ut iniuriis inferentes perpetiamur, & iniuriis cedamus, vel potius iis beneficiamus, omnibus autem in rebus; is, Hymnis celebrandus est ut Deus & Dominus huius Vniuersitatis.

Signantur autem diuina Dona, ut aduentus & gloriosa sancti Spiritus præsentia transmutet & faciat; ex pane quidem, ipsu preciosum corpus Domini nostri Iesu Christi; ex eo autem quod est in Calice, ipsum preciosum sanguinem magni Dei & Seruatoris nostri Iesu Christi, qui effusus est pro Mundi vita & salute: & ut participantibus ex eo, fiat in remissionem peccatorum & vitam æternam.

Hoc autem præcipuè: id est; O mater casta, lumine carentes typos & præteritas vmbra Verbi contemplantes, quæque in eis sunt; oclusis foribus, lumen veritatis refulgens glorificamus; tuo verò vtero dignè benedicimus. Et pro vniuersorum cogitationibus. Populus: Et omnium vniuersorum.

Fit autem & memoria apud Deum pro Defunctis, & spiritibus & omni carne; ut qui mortuorum & vniuersum potestatem habeat, & dominetur supercaelestibus & terrenis & subterraneis; & ut Rege Christo præsentem, & ut sancto Spiritu omnes adhortante viuentes atque vita functos ad illic

moram trahendam, & requiescendum in Domini & Dei nostri Iesu Christi occursum, ut congregentur & præoccupent faciem eius, & audiant voces laudis eius; ut omnium quærant in Inferis animarum solutis vinculis per mortem & resurrectionem Christi. Ipse enim excitatus est à mortuis, primitiæ & primogenitus factus dormientium, & omnibus viam aperiens resurrectionis à mortuis, & ad immortalem & beatam vitam refocillans eos qui in spe Resurrectionis eius dormierunt. Conuocantur autem omnes eorum animæ cum Prophetis & Apoftolis & Martyribus, ut vnà ingrediatur & recumbant cum Abraham & Isaac & Iacob, in mystica Mensa regni Christi.

Et da nobis, ore vno & corde vno glorificare & laudare honorificentissimum; Supplicamus tibi; ore vno vnòque corde, ut te verbis glorificemus; ita sanè & vnum spiritum & vnum animam da nobis, ut coniuncti charitatis vinculo possimus cum fiducia frui proposita Mensa, & famus diuinis mysterijs digni, glorificantes & hymnis celebrantes preciosissimum & magnificum nomen tuum, ô Pater & Fili & Spiritus sancte. Et sint misericordia magni Dei & Seruatoris nostri Iesu Christi cum omnibus nobis: Sic faciamus ut superius diximus; miserationes Dei erunt cum omnibus nobis. Misericordia Dei Christus est qui propter nos & quia nostri miserebatur, à magno Deo missus est; qui & tradidit semetipsum, propter nos: & misertus est; qui enim in vnitatem fidei, & communicationem sancti Spiritus coiuimus, per dispensationem eius qui pro nobis mortuus est & excitatus & sedet in dextera Patris, non amplius super terram sumus; sed in throno Dei, Regi assistimus in caelis vbi Christus est quemadmodum ait ipse: Pater in te sanctifica eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut ubi ego sum & illi sint mecum, & contemplantur gloriam quam dedisti mihi, quod dilexerim eos, quemadmodum me dilexisti: omnes verò qui adoptionem in Filium accepimus, & cohæredes Christi per gratiam eius ac non ex operibus nostris facti sumus; habemus Spiritum Filij Dei in cordibus nostris, cuius gratiam & efficaciam contemplantur sacerdos clamat & ait: Abba Pater celestis, dignare nos cum fiducia indemnabiliter audere inuocare te & dicere: Pater noster qui es caelis: Verè pater omnium nostrum est, & omnes (ut vocis etymon indicat) seruat: ac si quidem voluntatem eius facimus, Pater est noster: sin minus; cuius opus facimus, is est pater. Et aliter: Patrem eum vocas: ut filius vitam tuam institue, ut gratus sis & placeas ipsi tuo Patri qui in caelis est, quis enim sub Mundi Principe rerumque Inferarum potente militans, & in filium ei adoptatus malis operibus; audeat, Auctorem omnium bonorum ac Dominum, dicere patrem: certum est quod hic non Dominum Sabaoth vocat Patrem; sed aduersum, cuius etiam opera facit. Aliter. Patrem dicis (ô homo) Deum, prælarè dicis; est enim pater & auctor omnium nostrum: sed festina ea obire munia quæ tuo placeant Patri. Si verò mala opera facis, perspicuum est, te, diabolum inuocare patrem: ipse enim est præses malorum, quocirca festina hunc effugere, & bono Patri tuo & procreatori tuo placere. Sanctificetur nomen tuum. Nomen est Filij Dei, quod in-

Requies corporum Defuncto- rum.

† Meus enim dicitur quali nomen hoc est, omnes co- seruans; ut in tetraplatone hic idem S. Pater in expositione orationis Dominice, quam habes supra, huius Biblioth. 10. 1.

Matth. 6.

Pfal. 46.

Christus voluntarie præbet edendum.

uocatum est super nos. Christus enim est, & nos A Christiani; & nomen eius in nobis inuocatur. Profecto verè sanctus est Deus: at nos supplicamus vt nomen suu in nobis sanctificet, quod est opus nostrum rationi consentaneum, sanctum & omnino purum faciat corpus nostrum vt irreprehensum inueniatur in die defensionis. Ecquid enim non est sanctus Deus? profectio sanctus est: sed hoc ais: In me sanctificetur nomen tuum, vt videant homines bona opera mea, & te glorificent Patrem & factorem meum. *Adueniat regnum tuum:* Regnum Dei, Spiritus est sanctus, quemadmodum ait; *Regnum celorum intra vos est.* Spiritui enim sancto cum Patre & Filio regnare conuenit, qui sanctificat & illuminat B spirituales & angelicas Potestates, & cœlestes exercitus, & omnem hominem venientem in Mūdum & credentem in nomine Patris & Filij & sancti Spiritus. Verè Rex terre, visibilium & inuisibilium: sed quemadmodum cum ciuitas circumdata est ab hostibus, requirit à Rege auxilium; ita & nos circumdati ab aduersariis Potestatibus & peccatis, quarimus ab eo auxilium vt nos liberet. Regem appellas: fas vt spiritalis miles, vt placeas Regi qui te in suum exercitum allegat. Et quidnam? non est Rex Deus? quod aduenturum est regnum eius? certè Rex omnium est: at quemadmodum ciuitas circumdata; vt supra dictum. Et alio modo. Cùm Propheta dicat; *regnauit Deus super gentes:* praxerito tempore, vt futuro vsus; huius rei gratia vociferamur, *Adueniat regnum tuum* super nos qui gentes sumus, Domine. *Fiat voluntas tua sicut in caelo & in terra:* Voluntas Dei & Patris, dispensatio Filij eius est. Angeli in caelo, in concordia & consensu sunt; ita querimus & nos in charitate non ficta viuere: quodcumque vis ac requiris; in caelo fit: in terra vt id fiat, facias oportet.

Sensus est eiusmodi: Domine quemadmodum fit in caelo voluntas tua; & sunt omnes Angeli in pace, nec est in eis qui pellat & qui pellatur; neque qui affligat & affligatur; neque qui bellum aggrediatur & qui sustineat; sed omnes in profunda tranquillitate glorificant te: ita & in nobis hominibus qui sumus in terra, fiat voluntas tua; vt omnes gentes vno ore & vno corde glorificemus te factorem & nostrum omnium Patrem.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: Panis quotidianus, est Christus, qui est, ante fuit: & manet in saecula; qui se voluntario præbet edendum, & sine consumptione permanet sepe, vt dat vitam Mūdo: quem per baptismū acceptum; petimus vt semper accipiamus, habeamus, & comedamus; petimus naturæ nostræ conuenientem, vt nos eo simus contenti; vt ne pauperes facti & fame tabescentes, ad blasphemias cōuertamur; aut supra modum abundantes efferamur, & à te proiciamur. Panē si quaras; aurum ne cumules: sin tibi decet & priuatis; id admoneat te, vt quaras. Quotidianum panem accipere postulam, quia homines omnes ex duabus naturis coalescunt; animo (inquam) & corpore; & propterea vtrique congruum panem petimus. Nam panis quidem corporis, hic panis est quo vescimur; panis verò animi, sermo Dei est. Aperi, fili, os tuum; & frequentius Dei sis memor, quam respiceres. *Et dimitte nobis debita nostra.* Condona nobis

peccata nostra; quemadmodum nos, delinquentibus in nos, dimittimus: ac, si ita facimus, ipse quoque nobis sic faciet. Remiserisne cuiusquæ an Fratrem ab inimicitiis solueris, apud te considera: quod si adhuc mali accepti recordaris, quam remissionem quaris? Eorum quæ dicimus hic sensus est; Domine *dimitte nobis debita nostra:* id est; peccata nostra & lapsus, *sicut & nos dimittimus* omnibus delinquentibus in nos; fratribus nostris, tam liberis quam seruis, & omnibus subditis nobis. Hæc dicens, o homo; an ita facias, tecum reputa; quia terribile est incidere in manus viuentis: ac te corrigens & emendans; conuerte ad Deum & Patrem & factorem tuum.

Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo: nos, Domine, omni supplicio sumus digni; & supplicamus tibi ne tradas nos in manus inimicissimorum hominum; & malorum dæmonum; ad puniendos nos: sed tu Domine, nos, erudiendo castigas; quia perinde est tua clementia, atque castigatio tua. *Quid enim? inducitne hominem in tentationem?* ablit: non enim Deus est auctor malorum: sed obsecramus eum, vt per multas suas miserationes non sinat nos in tentationem incidere. Domine si querat nos Satanas, vt cribrat quemadmodum frumentum; vt etiam sanctos tuos Apostolos quaesiuit, sed non obtinuit; aut vt veterem illum Iob: ne des ei potestatem in nos, quin etiam si malignus homo velit nos tentare; ne tradas nos eius voluntati, sed tege nos tegumento alarum tuarum.

Quoniam tuum est regnum & virtus & gloria; Patris & Filij & sancti Spiritus: in tua est enim potestate & dominio, miseratio & salus, mors & vita; o Pater, & Fili & Spiritus sancte; nunc, & semper, & in saecula. Domine quoniam tuum est regnum; ne sinas nos formidare aliud regnum, neque potentiam, neque dominationem. Et, tamen supplicii digni sumus propter peccata nostra; tu nos quomodò vis punire, & ne tradas nos in manus hominum; incidemus autem in manus tuas: quia talis est magnitudo tua, qualis & misericordia tua, Pater omnipotens.

Pax omnibus: quietam & sedatam mentem habeamus omnes. *Capita nostra:* cogitationes nostras cum operibus, Deo acceptas feramus; deprecantes vt proposita munera in bonum complant, in vsum & commodum cuiusque. Gratas autem agimus: Dei gratia & miserationibus & benignitate Filij tui in homines. Deinde clamat Sacerdos, omnibus inueniens: *Quia ego homo sum, affectionibus, vestri similis, non cognoscens cuiusque vestrum opera;* videte igitur vt sanctificati sitis, quia Christus cuius participes estis futuri, sanctus Deus est, & in sanctis recumbit.

Sancta sanctis: Immemoribus malorum, & mundis corde dignatur Deus largiri sancta. Sanctos ait eos qui à praua conscientia mundati sunt, & in sancta fide sincerè credunt. Populus fatetur & ait: *Vnus sanctus, vnus Dominus Iesus Christus in gloriam Dei Patris:* Amen. Vnus sanctus & Deus, immunis ab omni peccato, Dominus noster Iesus Christus, cum Deo Patre & S. Spiritu; ipsi gloria in saecula. Deum ait, qui in Trinitate celebratur.

Contegi autem Alis talem ac talem Thefin; ad exemplum

Dei castigatio non inducit nos in tentationem.

Elevationis Corporis Christi in Missa, Mysteriu.

Significatio Crucis, cui viuificatio Panis factum in missa quid significet.

Mysterium Signi Crucis quod in calice fit.

Christus crucifixus, Occidentè intuebatur.

Diuius Panis mactatur.

Christi corpus in sacrificio in diuiditur.

exemplum est illius visionis quæ Dei speculatoribus apparuit. Aut potius quod per ternariam illam sanctificationem, obscure numerus Personarū inuenitur; & item, vnitas potestatis & naturæ & deitatis per vnitatem dominationis: Glorificatur etiam his tribus; *sanctus, sanctus, sanctus* trium Personarū sanctitas: rursum cernitur, dominatio vnus naturæ & celebratur. Nimirum Deus in Trinitate, tribus Seraphicis sanctificationibus glorificatur, in vnâ coeuntibus & conuenientibus dominationem naturæ & deitatis. Sanctificationum autem ternio, tres Personas innuit; & dominatio; vnitas est vnus potestatis & naturæ. Itaque contegi alarum compage; deitatis id quod ignotum est & occultum, subindicat. Cùm enim ait; *sancta sanctis:* hoc ait de mundis & sanctis. Sanctorum, non peccatorum sed bonorum operum copia est ac abundantia.

Elatio autem in altum venerandi Corporis; repræsentat Crucis elationem, & mortem in ea, & ipsam resurrectionem. Quod autem subleuet Sacerdos diuinum panem, & signum Crucis ter faciat in aere cum venerabili & viuifico Pane; id innuit: vnâ quidem Crux quæ sursum designatur, sanctificatum supernū ætherem monstrat; media, aërem; infima quæ fit supra & prope Discum, terram in qua viuificum illud Christi corpus sepultū est. Quod autem in Calice faciat Crucis signum idque tertium; sanctificatum indicat, quatuor finibus terminatū vnuersum Mūdum; à diuina per carnem assumptam dispensatio, & ab ipsa viuifica passione Christi Dei. Et Christus Iesus Cruci affixus, ad Occidentem erat intuens, eius verò venerandarū manuum, altera in meridiem, altera in Septentrionem erat extensa. Hoc autem, Ad Orientem; prout ait quidam, *Deus à Thaman venit:* quia ipse est spiritalis Sol iustitiæ; &, *Oriens nomen eius:* & propterea quod illinc expectamus æternam requiē & Resurrectionem. Quod autem tres fiant Cruces, id sanctæ Trinitatis mysterium significat. Passus est Filius & sermo Dei; beneplacito coæterni Dei & Patris, cooperatione sancti Spiritus: ob id & populus clamat; *Vnus sanctus, vnus Dominus Iesus Christus:* sanctum & Dominum inueniens, cum, qui in Trinitate celebratur & glorificatur Deus. Nam sanctificationum trina repetitio, tres Personas significat & innuit. Quod autem subleuet diuinum panem solū; id est, quia ipse est Rex Dominus, & ipse est caput, vt Apostolus ait; alia autem veneranda Dona, membra sunt Christi, & corpus Christi; id est, venerandi corporis Christi Dei. Ille enim est solus in quo figuratur & monstratur diuina & viuifica passio eius, qui est immolatus pro Mundi vita: quandoquidem ipse solus diuinus Panis mactatur, & vt agnus immolatur: alia verò diuina Dona; lanæa nō disseccantur in modum Crucis lanæa adhibita, sed vt membra & partes corporis particulatim diuiduntur & mactantur. Igitur Panis ille diuinus sanctificatione participans cōmunicat & aliis preciosis Donis; similiter & Calici cōmunicat sanctificationem & gratiam.

Post Elevationem; statim partitio diuini Corporis fit: verum enim uerò tamen in partes diuiditur; in diuidum & insectum, in singulis partibus, sectorū

torum agnoscitur & inuenitur. Tamen enim corruptionem subiit morte; at eius caro in Inferis non sensit corruptionem. Tunc & adfertur aqua calidissima in exiguo lebetæ; ac ex ea tēperant quæ diuina mensæ proposita sunt, siue crateræ, siue pocula sint; vt veluti ex vinente procedant diuino latere, vtraque colore referat: ita sanè & aqua calidissima tempore Communionis iniecta; absolutum typum mysterij explet percipientium mammam; poculi (quasi ipso vitam porrigente) latere contrectato. Hæc etiam ianua quædam est ad Trinitatis fidem & cognitionem percipiendam; idque magnus ille Ioannes ac theologus repræsentat, tribus his Testibus salutaris fidei & virtutis, sermonem confirmans. *Tres* (inquit) *sunt testificantes; spiritus, aqua, sanguis & tres in vnum coeunt.* Communio autem significat etiam illam, ante Passionem, in Mystica cœna communicationem panis & noui poculi de quo ait Saluator noster; *Non amplius ex eo bibo, donec bibero illud nouum in regno Patris mei:* quod & bibit post Resurrectionem, extraneo quodam simul & nouo modo: non enim quasi tum temporis; corpus opus haberet alimenti; sed pertinet ad plenè docendos Apostolos de Resurrectione. Quod autem Sacerdos solum diuinum panem percipiat absque Sanguine; deinde postea diuinum sanguinem sumat: nihil aliud indicat quam sanguinolentum adhuc esse diuinum Agnum à diuina & vitali mactatione, & spiritali sacrificio; quæ Sacerdos fecerat mysticè in Prothesi. Oratio post communionem Sacerdotis; *Præparasti in conspectu meo mensam ex aduerso omnium tribulantium me:* supercœlestem Mensam inquit, mysterium immortale: Mensam; immaculatum corpus. *Vnxi oleo caput meum:* Oleum dicit gratiæ sancti Spiritus. *Et calix meus inebrians me, quoniam præclarus;* immortalem potum dicit diuini Sanguinis. Et aliter. Calicem, preciosum sanguinem. Et illud; *vt inhabitem ego in domo Domini in longitudinem dierum;* in supernam Hierusalem: Domus; cœlum, & Ecclesia, & Sion.

Cum timore Dei & fide & charitate, accedite ad Christum Deum & Regem nostrum: Igitur habeamus oportet timorem & charitatem tempore Mysteriorum, & cum fide accedamus: quia est innumeras scilicet iustificationes habeamus, & iniuriarū memores simus, nihil ex eis salutis (inquit) percipere poterimus: propterea & timorem habeamus oportet, & charitatem tempore Sacrificiorū, nihil enim iustitiæ aliud memorauit, quam charitatem. Ipse enim vnigenitus Filius & Sermo Dei, pacis conciliator omni Credenti est; ac preciosum suum corpus & sanguinem cum timore & fide largitus est.

Recti, qui accepimus partem Intaminatorum, immortalium id est; recta cogitatione cum operibus stemus qui percipimus, & ei meritas gratias agamus quod dignatus sit vt nos gustauerimus diuina Mysteria, & in regeneratione cum eo habitemus. Amen. Aliter. Nos qui Cōmunionem viuifici sacrificij aut substantiæ lætamur, à terrenis ad cœlestia mentem dirigamus & dignè ei placeamus, quia dignat⁹ est nos participes facere preciosi Corporis & Sanguinis sui; quorum vtram omnes nos cōpotes stamus; & in regeneratione, visione dei, per eius gratiam

Calidissima aqua vnus & mysterium in sacrificio.

Ioan. 5.

Mysterio: in tempore, charitatem ac timorē habere oportet.

Institiæ no: ita aliud nihil quam charitas, in sacrificio desideratur.

tiam. Quid verò est Regeneratio? secundò generari & renouari. Sublatio autem relictarum sanctarum Reliquiarum; assumptionem Domini ac Dei nostri subinuit. Sufficit autem postremus, gratiam etiam sancti spiritus, per inspirationem, datam Apostolis post resurrectionem. Quæ autem habetur, à Pulpiti tergo Oratio: quasi sigillū est omnium petitionum, ac summa ordine repetita cōgruens primis & preciosioribus epilogis. Quum enim vniuersa diuina res sacra, primario pro Offerentibus & propter quos accesserunt, perficiatur; deinde & pro omnibus percipientibus: idcirco sub finem, seriem adiungit cuiusque congruam orationis quæ pronūciata sit. Quoniam enim non nulli eorum qui foris adsunt, in dubitationem sæpe veniunt ambigentes & inquiringes: Quisnam est scopus & sensus ac vis orationum quas minutatim Sacris præfectus sacerdos recitauit? & desiderant notitiam quandam etiā earum assequi: idcirco diuini patres, quasi omnium summam, per preces postulatorum indicem in hac incluserunt; docentes qui requirunt, quasi ex fimbria vestimentum.

Virginalis autem corporis typus, participatio benedictionis & oblationis, frāgitur quidem vt panis,

A datur autem vt ineffabilis benedictionis cōmunicatio communicantibus cum fide: vt oblatio autem plena sanctimonie offerentibus, & sanctis vicissim offeratur: & ita cōmunicatio immaculati corporis; qui ex ea natus est Christus Deus noster, & preciosi sanguinis sanctificatio & adoptio filiorum, Fidelibus repræsentatur. Spiritalis autem benedictio, & alia bonarū suppeditatio, Christianorum ex distributione panis corporis Deiparæ fit & creditur. Ac ille Dei spectator Moses, olim saguibus hircorum ac vitulorum aspergebat populum inquiringens; *hic sanguis Testamenti Domini est*. Christus verò & Deus, proprium Corpus & proprium sanguinem effudit, & miscuit noui Testamenti calicem, inquiringens; *hoc est Corpus meum & sanguis meus, quod frangitur, & qui effunditur in remissionem peccatorum; ita quotiescumque edis panem, & Calicem hunc bibitis, mortem, & resurrectionem meam confitemini*: & ita in posterum, cum tali cogitatione vescimur pane & poculum bibimus vt Carnem & sanguinem Filij Dei; mortem & resurrectionem confitemur Domini nostri Iesu Christi; cui gloria in sæcula.

Ex distributione panis Corporis Deiparæ in missa fidelibus accedit benedictio.

MAXIMI MONACHI, DE ECCLESIASTICA MYSTAGOGIA, ET QUORVMNAM SVNT SIGNA QVÆ IN SANCTA ECCLESIA, IN DIVINA SYNAXI seu Communione peraguntur.

CAP. I.



Scriptura est medicamentum obliuionis.

COMODO fit sapiens, accepta occasione, sapientior; & iustus qui cognouit, adicit vt accipiat (vt est diuinum Proverbiū) ipse, dō omnium mihi maximè venerande, apertè ipsa docuisti experientia; te ostendēs, quidnam Sacra scriptura sapienter quidē sed paulò obscurius significet. Cum enim ea quæ ab alio quodā magno Senè & in rebus diuinis planè erudito; pulchrè & mysticè, & certa quadā (quantū fieri poterat) doctrinæ via & ratione, de sancta Ecclesia & sancta quæ in ea peragitur synaxi considerata fuerant; me ducis, & quæ breuissimè poterā semel narratè audiisses: vehementer vrgens à me postulasti vt eorum tibi narrationē scriptis mandarē, vt qui statueres scripturā esse obliuionis medicamentū & auxiliū & memoriā; quæ (vt dicebas) habet naturaliter tempus; quod domat; & rerū quæ in ea repositæ sunt pulchrarum & honestarū typos & figuras, per obliuionem, potest insensibiliter auferre, & penitus delere. Et idcirco renouante ratione omnino indiget; qua, dicendi facultas perpetuò vigens, impartibilem & minimè minuendam memoriā suā possit naturæ conseruare. Quantò autem fit sapientius; hoc agere, vt quæ audita sint, ita permancant vt eripi nō possint quàm solummodò audire; nemo omnino nescit qui dicendi præstantiæ vllam vel paruam curam gesserit, & non ab omni cum ratione & eloquentia necessitudine sit planè alienus. Atque ego quidē in principio (verū enim dicitur) hoc suscipere, impositū argumētis onus recusabam: nō

quod nollē vobis (dō dilecti) omni ratione dare pro viribus, quod esset gratum futurū; sed quod neque eius sim gratiæ particeps quæ dignos possit ad hoc inducere, nec dicendi facultatis & exercitationis vllam habere experientiam, vt qui in vita priuata sim educatus nec in artificiosa eloquentiæ mysterijs vnquam fuerim omnino initiatus, quæ in sola pronuntiatione habet gratiam; qua multi maximè delectantur, qui auditione voluptatē circumscribunt. Et si sæpè nihil quod sit preciosum magnive faciendum, in profundo habeat. Et quod (vt id quod est penitus & verius, dicam) vererem ne beati illius viri summæ de rebus diuinis altiloquentiæ & pulcherrimæ contemplationi, vili & abiecto meo sermone iniuriam facerem. Postea tamen vi dilectionis (quæ est omnibus fortior) cedēs; lubēs, mandatū suscepim; ab iis qui ad reprehendendū facile mouētur, propter meam obedientiam, vt arrogans & imperitus videri; quàm per meam cunctationem in omni re honesta, existimari, nolle vobis gratificari: quo modò sit dicendum; in Deum, curā & sollicitudinē reiciens, qui solus est operum admirabilium effector & docet quidem hominem scientiam, linguā autem eorū qui impeditioris sunt linguæ, planā & expeditam efficit, & in dubijs exitum inuenit; & ex terra quidem mendicum excitat, è stercore verò erigit pauperem. Eum dico, qui ex cogitatione carnali, & foetido, earum quæ in carne insunt perturbationum cœno, est egenus; eum qui est pauper spiritu, vel eum qui est ex improbitate mendicus, & eger ex eo qui est in ipsa habitu. Vel contra etiam eum qui ad huc lege carnis & perturbationibus detinetur; & propterea

Eloquentia, sæpe nihil magnū habet in profundo.

Psal. 112. 7.

Dionysij Arcopagite opus de Ecclesia sancta Hierarchia.

propterea virtutis & scientiæ gratiæ pauper est & egenus. Sed quoniam à sanctissimo & vero Dei interprete Dionysio Arcopagita, in suo Opere de Ecclesiastica Hierarchia; ea etiam signa quæ sunt in Sanctæ synaxi mysterio, pro magnæ suæ mentis dignitate considerata sunt: sciendum est quod non eadem, nostra hæc oratio nunc persequitur; nec per eadem per quæ ille progreditur. Audaciæ enim & arrogantiae fuerit, & insolentis aded amentiae proximum, eadem per quæ ille adgredi; vt qui nec ipsi comprehendere vel mente assequi possunt, ea etiam tanquam propria proferant mysteria quæ illi soli per spiritum manifestata sunt. Sed quæ etiam ab aliis, quæ comprehendere possunt, ex ipsa Deivoluntate accepta sunt; ad diuinum efficiendū & exercendum eorum in diuinis ex desiderio habitum: & per quæ eis conuenienter & cōmoderatè splendidissimus eorum quæ in mysterio peraguntur, radius intellectus notus euadat: & eos qui desiderio capti sunt, apud se detinet, ne eius posteritoto præsentis vitæ tempore sint ociosos non habentes qui ad illam diuinam vitis culturam conducit sermonem, qui pro spiritualis vitis spirituali operatione, quod à principio per fraudem in præcepti transgressione, à Maligno surreptum est, spiritalem diuinæ & in primis regiæ imaginis denariū scilicet restituit. Non autem omnia quæ à beato Senè mysticè considerata sunt; per ordinem dicere profiteor; nec ea ipsa quæ dicuntur, ita vt ab illo intellecta & dicta sunt. Ille enim præter id quod erat philosophus, & omnino disciplinæ magister; cum per virtutis, & diuturnioris & ex scientia mirum in modū procedentis in rebus diuinis exercitationis & diligentiae copiam à materiæ vinculis & quæ in ipsa sunt visis, seipsum liberum constituisset; iure habebat & mentem diuino splendore illustratā: & quæ propterea iure poterat diuinè intueri ea quæ à multis nō cernebantur, & orationem eorum quæ mente comprehenderat accuratissimam & perfectissimam interpretet, & quæ (cum instar speculi, à nulla perturbationum macula impediretur) purè post aliis ea quæ nec mente comprehendere poterant, & deferre & dicere; aded vt possent auditores, totam mētem oratione portatam intueri. Quæ autem tota mente comprehensa fuerant, toti eorum menti purè apparerent; & intercedente oratione, illa ad eos transmissa ab ipsis exciperentur; sed ea quæ in memoria habeo, & quæ exiliter cogitatione complecti, & exilius possim dicere; piè tamen, gratia Dei qui quæ sunt obscura illuminat. Neque enim vos existimare oportere existimo, qui iuste iudicare scitis; me aliter posse cogitare vel dicere quàm vt possim cogitare vel dicere & superna concedit gratia, quæ potestatis mihi propriè conuenientis & cōmoderatæ curam gerit; & si maximè is qui tradidit & docuit, sit altissimus. Ab iis enim qui virtute & cognitione non sunt æquales, æqualia querere; propemodum perinde esse videtur ac si qui ostendere conentur, Lunam æquè ac Solem lumen præbere; & quæ non sunt omnino eadem, posse inter se in omnibus conuenire; quod omnino fieri non potest: Dux autem fit Deus eorum quæ & mente cogitantur & quæ dicuntur; qui solus est mens eorum qui mente agitant, & eorum quæ in

mente versantur; & ratio eorum qui dicunt, & eorum quæ dicuntur, & eorum quæ viuunt, & eorum quæ vitalia redduntur; & est omnibus omnia, & est & generatur, cum sit omnibus quæ sunt & sunt longè superior, vt qui nulli eorum quæ sunt omnino naturaliter coniungatur; & idcirco non esse (propterea quod quicquid est, immenso interuallo superat) tanquam magis propriè de se dictum, admittit. Oportet enim (siquidem Dei & Creaturarum nosse differentiam necessesse est) statui id quod omnia quæ sunt, superat, esse eorum quæ sunt ablationem: & statui ea quæ sunt, esse ablationem eius quod omnia quæ sunt, superat. Et vtramque ablationem, de ipsis piè considerare, & nullam propriè vt pote quod illa quidem Deum esse statuat ex causa eorum quæ sunt: hæc verò quæ per excellentiam causa est; ab iis quæ sunt, omnino suum esse auferat: & nullam rursus propriè; nempe quod nulla constituat id de quo queritur, ex ipsa substantia & natura eius quod est, esse. Cui enim nihil omnino naturaliter ex causa coniunctum est, siue id quod est, siue id quod non est; nihil eorum quæ non sunt & non dicuntur, ad eum propè accedit. Habet enim simplicem & ignotam, & ad quam nullus adire potest substantiam, & quæ omnino explicari non potest, & quæ omnem affirmationem & negationem superat. Et de his quidem hætenus. Ad propositum autem de quo dicamus, argumentum veniamus.

Qdōmodo & quæ ratione. Dei typos & figura est, sancta Ecclesia. Cap. 11.

Sanctam ergo Ecclesiam, in primo contemplationis ingressu, dixit beatus ille Senex, ferre Dei typos & imaginem; vt quæ in imitatione & figuram eandem habeat operationem. Sicut enim Deus qui infinita sua potentia omnia fecit; & inuicem & sibi ipsi, ea quæ mente intelliguntur & ea quæ sunt sensilia, per prouidentiam constringit & connectit; & circa se (tanquam causam, & principium, & finem) omnia continens; quæ secundum naturam sunt à se inuicem se iunctissima, per vnā qua ad ipsum, tanquam ad principium referuntur facultatem, facit vt inter se inuicem consentiant: Per quam, ad eundem motum & substantiam nec discriminis nec conclusionis quicquam habentem, omnia deducuntur; ita vt nihil ex iis quæ sunt, principaliter in naturæ vel motus differentia distideat vel disungatur; cum omnia in vna vnus principij & causæ quæ dissolui non potest, relatione & custodia inconfuse coaluerint. quæ omnes, & quæ in omnibus (pro vnus cuiusque eorum quæ sunt natura) considerantur habitudines, ociosas inanēque efficit & operit; non quod eas corrumpat & perimat & vt non sint efficiat, sed quod vincat & supereminat, vt, totum partes (vel ipsa potius, totius causa) supereminet per quam, & ipsam totum & partes totius, vt & apparerent & essent, naturā sortita sunt; vt quæ totam causam habeat, cis immodico lumine præfulgentem: & sicut Sol qui omnia claritate superat, stellarum naturam & potestatem: ita etiam eorum vt effectorum causam substantiam obtegetem. Sicut enim partes à toto, ita etiā effecta à causa, vt & propriè sint & cognoscantur acceptæ; & vt

ociosam, & planè cessantè suam habeant proprietatè, quando ab ea quæ sit ad causam relatione cõprehensam, in vna (vt dictũ est) eius quæ ad ipsam refertur, habitudine, qualitatem acceperit. Qui est enim omnia in omnibus, qui infinitis mēsuris omnia superat, Deus; vel maximè solus ab iis qui sunt pura mente, videbitur, quando mens, naturales, eorum quæ sunt, rationes cõtemplatiuè colligens; in ipsum Deum desinet, vt qui sit causa, principiu & finis totius productionis & generationis, & ad res omnes continendas basis inseparabilis. Eodem modo etiam Sancta Dei Ecclesia, eadem quæ Deus

in nos (vt quæ sit exemplar archetypum) facere ostenditur. Cùm enim sunt propemodũ innumera- biles viri, mulieres, & pueri; & genere, & forma, & gentibus, & lingua, & viuendi ratione, & arate studiisque, animis, artibus, & moribus; rursus autem scientia, auctoritate, fortuna, ordine, statu, & habitu plurimũ à se inuicem seiuncti & differentes; qui in ea sunt & ab ea spiritu rursus sunt generati & recreati; vnam ex æquo omnibus dat & largitur diuinam formam & appellationem, vt à Christo scilicet sint & nominentur. Et vt per Fidem simplex sit, & quæ diuidi & seungi non possit relatio & habitudo; quæ multas atque aded incenarrabiles quæ sunt in vnoquoque differentias (ne quòd sunt quidem) cognosci permittit, quòd omnes in eam generaliter referantur & conueniant, per quam nemo omnino sibi ipsi à communi seiunctus est; cùm omnes inter se inuicem coalescentes in vna simplici & quæ nequit diuidi, fidei gratia & potestate coniuncti sint. *Erat enim omnium* (inquit) *cor & anima vna;* aded vt ex diuersis membris corpus vnum & esset & videretur, & ipso Christo vero nostro capite verè dignum; in quo (inquit Diuinus Apostolus) *non est masculus nec femina, nec Indæus nec Græcus, nec circumcisio, nec præputium, nec Barbarus nec Scytha, nec seruus nec liber; sed omnia & in omnibus ipse qui omnia per vnam simplicem bonitatis infinitam eandemque sapientissimam potestatem in seipso includit (veluti centrum, à quo dependent aliquot rectæ lineæ) vna simplici & singulari; ac viuente causa & potestate, eorum quæ sunt, principia, non sinens finibus se iungi; eorum productiones circumscribens; & eorum quæ sunt & ab ipso facta sunt, definitiones ad seipsum deducens, ne sint omninò sibi inter se aliena & inimica vnus Dei effecta & opificia, cùm nõ habeant, quãnam in re & vbi amicitiam, pacem, & se inter se esse eadem possint ostendere; & veniẽt in discrimen, ne ipsa eorum substantia eò vt non sit recidat, si à Deo separentur. Est ergo Dei imago, sancta (vt dictum est) Dei Ecclesia; vt quæ eandem (quam Deus) in Fideles vnionem efficiat, est sint proprietatibus diuersi & ex diuersis & locis & moribus, qui in ea per fidem sunt vniti; quam in eorum quæ sunt, substantiis, inconfusè facit Deus, eam, quæ est in ipsis differentiam, ea quæ sit ad seipsum tanquam ad causam, principium, & finem (vt dictum est) relatione & vnione, & consolans, & idem faciens.*

In secundo autem contemplationis loco, vniuersi Mundi qui constat ex substantiis quæ sub aspectum non cadunt & quæ cadunt, esse typum &

Act. 4. 32.

Gal. 3. 28.

Quomodo & quãnam ratione, Ecclesia est imago Mundi, qui cõstat ex substantiis quæ sub aspectum cadunt & quæ non cadunt. Cap. 111.

figuram dixit, Sanctam Ecclesiam; vt quæ, eandem (quam ipse) vnionem & discretionem accipiat.

Quemadmodum enim ipsa, cùm ædificatione quidem vna sit domus; ex quadam quæ est in figuræ positione, proprietate differentiam accipit, dum diuiditur, & in locum solis Sacerdotibus & Ministris attributum; nempe *ιερατεον* (hoc est, Sacrarium) & eum ad quem patet aditus omnibus populis Fidelibus; quem vocamus *ναος*, id est, templum. Rursus vna est in substantia; vt quæ non vnà cum suis partibus propter ipsarum inter se inuicem partium differentiam diuidatur; sed etiam partes ipsas, sui ipsius ad vnum relatione, ab ea quæ est in vocatione, differentia liberat; & ambo idem inter se esse ostendit, & alterum alteri vicissim idem esse, quod vtrumque sibi ipsi efficit. Et Sacrarium quidem potentia templum reddens, vt quod diuini Mysterij ad finem relatione consecratur. Et rursus templum; Sacrarium ipsum actu habens diuini sui mysterij principium; per vtrumque vna & eadem permanet. Ita etiam qui à Deo per generationem deductus est, eorum quæ sunt, Mundus; qui & in Mundum qui intelligentia percipitur & intelligentiis & incorporeis substantiis completur, & in hunc sensibilem & corporeum & qui ex multis formis & naturis magnificè est contextus, diuiditur; cùm sit quodammodo alia nõ manu facta Ecclesia, per hæc manufactam apertè ostenditur. Et veluti Sacrarium habens superiorem Mundum, & superioribus Potestatibus attributum: Templum autem, cum qui est inferius, & iis cessit quibus vt per sensum viuẽrent obrigit. Rursus vnus est mundus, & vnà cum suis partibus non diuiditur: contra autem, ipsarum etiam partium quam ex naturali proprietate habent differentiam, ad id quod est sui ipsius vnum & diuidi non potest; relatione circumscribens & eundem esse sibi & inter se inuicem citra confusionem & totum totum ingredi, & ambos totum ipsum tanquam partes vnum completere; & itidem tanquam totum & partes & vnica forma, plenèque & integrè compleri indicans. Totus enim Mundus qui intelligentia percipitur, à toto Mundo sensibili formis symbolicis mysticè figuratis, ab iis cernitur qui possunt videre. Et totus sensibilis, toti ei qui mente percipitur in mente per cognitionem rationibus simplex effectus, vnum est. Hic enim in illo est, rationibus; & ille in hoc, figuris; & eorum est operatio, perinde ac si fuerit *rota in rota*, vt dicit mirabilis rerum magnarum spectator Iezechiel; id de duobus (vt puto) mundis, dicens. & rursus: *Inuisibilia enim ipsius à creatione Mundi, operibus intellecta conspiciuntur, ait diuinus Apostolus.* Et si videntur per ea quæ apparent, ea quæ non apparent, sicut scriptum est: multò magis vtique per ea quæ non videntur, ab iis qui diuinæ contemplationi animum adhibent, ea quæ apparent, intelliguntur. Eorum enim quæ mente percipiuntur, symbolica quæ sit per ea quæ sub aspectum cadunt, contemplatio; est eorum quæ videntur, per ea quæ sub aspectum non cadunt, spiritalis scientia & intelligentia. Oportet enim ea quæ se inuicem significant, habere omninò veras & claras sui inuicem, demonstrationes; & eam quæ est in ipsis relationem seu habitudinem, nulla ex parte lædi posse.

Ecclesie, duæ partes

Sacrarium consecratur ad finem diuini mysterij.

Excc. 1. 10.

Rom. 1.

Et rursus

Et rursus solius Mundi per sese sensibilis, symbolum ac signum esse sanctam dixit Ecclesiam; vt quæ cælum quidem habeat diuinum Sacrarium; Terram autem, quæ templi decorem teneat. Similiter autem & Mundum esse Ecclesiam; qui cælum quidem habeat Sacrarium simile; templum autem, cum qui in terra est ornatum.

Rursus etiam alio modo contemplationis; dixit esse hominem, sanctam Dei Ecclesiam; quæ animam quidem habeat, Sacrarium; & mentem diuinam, altare; & corpus, templum; vt quæ sit imago, & similitudo eius qui ad Dei similitudinem & imaginem homo factus est. Et per templum quidem tanquam per corpus; moralem præ se fert Philosophiam; per Sacrarium autem, tanquam per animam, naturalem contemplationem spiritaliter exponit; & per diuinum altare, tanquã per mentem, mysticã Theologiam ostendit, Et contra; Ecclesiã mysticam, hominem; vt qui per corpus quidem (tanquam per templum) actiuam animæ potestatem in mandatis exequendis, per moralem philosophiam ex virtute exhiberet; per animæ autem velut Sacrarium; quæ ex sensu ducuntur rationes, purè in spiritu à materia circumscissas; ex naturali contemplatione per sermonem Deo offerat; & tanquam per Mentis altare, id quod est in Adytis decãtissimũ, obscuræ & ignotæ diuinitatis magniloquentiã silentium, per aliud loquax & vocalissimum silentiũ prouocat; & quoad eius ab homine fieri potest, cū ea per mysticam Theologiam vnà versatur; & talis sit, qualem eum esse consentaneum est qui Dei aduentu dignatus est, & longè clarissimis eius splendoribus signatus.

Et non solius quidem hominis qui ex anima & corpore componitur & constituitur, solũ esse posse imaginem docuit sanctam Ecclesiam; sed etiã ipsius animæ quæ (ratione) per se consideratur. Quando quidem ex intelligenti & animali seu vitali facultate dixit esse animam; vt summam diceret compositam; dum intelliges quidem, liberè ex voluntate mouetur; animalis autem secundum naturam citra vllam electionem vt se habet, remanet. Et rursus intelligentis quidem esse, & cõtemplantem & agentem facultatem. Et contemplantem quidem dixit appellari mentem; agentem verò rationem. Et intelligendi quidem facultatem à mente moueri; animalis autem curam gerere, rationem. Et illam quidem esse & dici sapientiam (dico autem mentem) quãdo mortis qui ad Deum feruntur, omninò sibi ipsi immutabiles conseruauerit. Similiter autem rationem & esse & vocari prudẽtiam; quando animalem (quæ ab ipsa per prouidentiam regitur) facultatem, operationibus prudenter mēti cõiungens; eam ipsi citra vllum discrimen esse & eandem & similem, per virtutem diuinitatis vim euidenter gerentem ostenderit; quam etiam & menti & rationi dixit naturaliter distribui; sicut magis esse & principaliter constitutam ostendi animam ex mente & ratione, vt quæ sit intelligentia & ratione prædita; animalis facultate, ex æquo, in vtraque mēte scilicet & ratione cõsiderata. Neutrum enim eorum, fas est, expers vitæ cogitare; quæ etiã ab vtrisque comprehenditur. Per quem Mens quidem (quam etiam diximus vocari sapientiam) per con-

Quomodo & quãnam ratione hominẽ symbolicè effingit & repræsentat Sancta Dei Ecclesia, & ipsa, tanquam homo, ab ipso effingitur. Cap. v.

Quomodo & quãnam rursus ratione, anima quæ per seipsã intelligitur, imago est & typus sancta Dei Ecclesia, Cap. vi.

Animæ, duplex facultas. Intelligens animæ facultas duplex.

templatiuum habitum ex arcano silentio & cognitione simplex effecta, ad veritatem per cognitionem quæ obliuioni dari non potest nec vnquam definit, ducitur. Ratio autem quam vocauimus prudentiam, actiuo habitu conseruatiuè ex virtute in bonum, per fidem definit. Ex quibus vtrisque, vera diuinarum & humanarum rerum cõstat scientia quæ est verè cognitio quæ minimè falli potest; & totius diuinissimæ Christianorum Philosophiæ finis. Et (vt de his dicam apertius) animæ quidem alteram partem dixit esse contemplatiuam, alterã verò actiuam; & contemplatiuam quidem, mentem vocauit; actiuam verò, rationem; vt quæ sint scilicet primæ facultates animæ. Et rursus mentẽ, sapientiam; rationem verò, prudentiam; vt quæ sint primæ operationes. Rursus rem persequendo, dixit: Intelligendi quidem animi facultatem esse mentem, sapientiam, contemplationem, cognitionem; quæ obliuioni dari non potest cognitionem; eorum autem finem esse veritatem. In ratiocinandi autem facultate esse rationem, prudentiam, actionem, virtutem, fidem: finem autem eorum, esse bonum; Veritatem autem & Bonum, dixit Deum significare. Sed veritatem quidem; quando ex substantia videatur significari quod est diuinum (res enim simplex & sola, & vna & eadem, & quæ nec in partes diuidi nec mutari potest, & est impatibilis veritas, & obliuioni dari nequit, nec vllis omninò interuallis aut dimensionibus seiungi.) Bonũ autem; quando ex operatione: Bonum enim benefacit; & omnium quæ ex ipso sunt, curam gerit atque conseruat & custodit: & eò quòd valde sit, vel statuatur, vel currat; *θεος* dictus (vt ij opinantur, qui veram verborũ rationem inquirunt) quod omnibus quæ sunt, vt sint & permaneãt & moueantur, largitur. Quinque ergo coniugationes quæ de anima intelliguntur, dixi versari in vna coniugatione quæ quod diuinum est significat. Cõiugationes autem nunc dico, mentem & rationem, sapientiam & prudentiam, contemplationem & actionẽ, cognitionem & virtutem; quæ obliuioni dari nequit, cogitatione & fidem: Eam autẽ, quæ id quod diuinũ est, significat, veritatẽ & bonum. Quibus per progressum mora anima, vniuersorũ Deo vnitur; eius substantiæ & operationis immutabilitatem & beneficentiam per firmum & stabilem & qui dimoueri nequeat, in bono ex electione & instituto, habitum imitans. Et vt his paruam aliquam conducibilem contemplationem adiungam; hæc fortassè est diuina chordarum Decas, eius quod in anima intelligentia cõprehendi potest Psalterij; quæ habet rationem Spiritu resonantem per aliam beatã præceptorum Decadem; perfectòsque, cõsonantes & numerosos intelligentia apprehendendos sonos efficit, per quos Deus laudatur; vt discam quãnã sit eius quæ canit & eius quæ canitur Decadis ratio, & quomodo Decadi Decas mysticè vnitur & cõiungitur. Vt meum quidem Deum & Seruatorẽ cõpletum per me seruatum ad se adducat, qui est semper plenissimus, & supra omnem modum plenissimus, & à seipso nunquam potest excedere. Me autem hominem, mirabiliter mihi ipsi restituit vel Deo potius; cui, quod sum, acceptum fero; & ad

Summa Christianæ Philosophiæ, cõstat prudentia & sapientia.

Animæ pars sic facultas duplex.

Primæ operationes Animæ. Veritas, est finis operationum intellectus.

Deus, sub veritatis aut Boni ratione apprehenditur

Deus, vnde dicitur Græcis θεός.

Animæ cõiugationes

Animæ Psalterium decachordum. Ps. 32. & 111.

quem, eminus festino, ut bene sim accipere desiderans. Quod qui cognoscere potuerit ex eo quod ei quæ dicuntur, euenierint; sciet omnino propriam dignitatem: experientia euidenter cognoscens quomodo reddatur imagini id quod est secundum imaginem; & quomodo honoratur exemplar, & quæ est nostræ salutis mysterij potestas, & pro quo Christus mortuus est; & quomodo rursus in ipso manere possumus, & ipse in nobis, sicut dixit; & quomodo *rectum est Verbum Domini & omnia opera eius in fide*. Sed ad orationis seriem, orationem reducamus; hæc de iis dixisse, contenti. Dixit mentem motam per sapientiam, venire ad contemplationem; per contemplationem autem, ad cognitionem; per cognitionem autem, ad cognitionem quæ nunquam datur obliuioni; per cognitionem autem quæ nunquam datur obliuioni, ad veritatem in qua mens terminum motus suscipit; ei circumscripita substantia, facultate, & habitu, & operatione. Dicebat enim sapientiam esse mentis facultatem seu potentiam, & ipsam mentem, esse potestate sapientiam; contemplationem verò, habitum; cognitionem autem, operationem. Quæ obliuioni autem dari nequit, cognitionem sapientia & contemplationis, cognitionis seu facultatis & habitus & operationis, cum qui est circa id quod cognosci potest, quod est supra omnem cognitionem, & definire non potest, & in habitu est, motum perpetuum: cuius finis est, rei quæ cognosci, obliuioni autem mandari non potest, veritas. Quod etiam iure est admirandum, quomodo quod obliuioni dari nescit, circumscriptum definit? Anne clarum est, quod Deo veritate definitur? Deus enim est veritas; circa quem mens quæ nunquam desinens & citra ullam obliuionem mouetur, nunquam potest à motu desinere cum non inueniat finem, ubi non est interuallis sciuncta dimensio. Admirabilis enim diuinæ infinitatis magnitudo, est expers quæritatis; nec diuidi potest, & nullam habet quæ eam seiungat dimensionem, nec ullam habet comprehensionem quæ ad hoc ut res quælibet quæ est in substantia cognoscatur, eam præuenit. Quod autem non habet dimensionem, vel vlla in re comprehensionem; nulla re definiri potest. Rationem similiter quæ per prudentiam mouetur, tendere ad actionem; per actionem autem, ad virtutem; per virtutem autem, ad fidem; quæ, verè firma, & quæ labi non potest, est rerum diuinarum probatio. Quam primam habens potestate, per prudentiam, ratio; actu postea per virtutem ostendit, eam operibus manifestando. Fides enim *sine operibus mortua est*, ut scriptum est: quicquid autem est mortuum & non operatur; nemo vnquam qui sapuerit, inter ea quæ bona sunt, esse annumerandum dicere ausus fuerit. Per fidem autem ad bonum, in quo finem accipit ratio, à suis cessans operationibus; ei circumscripita potestate & habitu & operatione. Rationem enim dicebat esse, potestate, prudentiam; & ipsam rationem, esse potestate prudentiam; habitum autem, actionem; operationem verò, virtutem. Fidem autem, prudentiam & actionis & virtutis; siue potestatis, habitusque, & operationis immobilem & immutabilem concretionem sine coagmentatione; cuius finis, bonum est. In quo desinens ratio, cessat à motu. Deus enim

Animæ profectus in cognitione veritatis

Diuina magnitudo, expers est quæritatis.

Infinitum definiti non potest.

Iac. 2.

Fides quid sit.

est bonum; in quo, quæuis & cuiusuis rationis facultas, suapte natura finem accipit. Quomodo autem & quam ratione vnūquodque eorum rectè efficitur & in actum deducitur, & quænam vniciuque eorum repugnat vel coniuncta sunt, & quatenus diuidere & dicere non est præsentis instituti, præterquam ut tantum cognoscamus quod omnis anima, quando per sancti Spiritus gratiam & suum studium & diligentiam, hæc inter se inuicem coniungere & contexere potuerit; rationem (inquam) menti, & sapientiam, prudentiam; & contemplationi, actionem; & cognitioni, virtutem; & cognitioni quæ obliuioni dari nescit, fidem: ita ut nulli ex his alteri collatum, vel minus sit vel superabundet; rescissa omni eius exuperatione & defectu, & (ut paucis complectar) vnitatem suam Decadem fecerit. Tunc ipsa quoque Deo vero & bono & vni soli vnictur; pulchra & magnifica, & ipsi (quoad eius fieri potest) similis, generalium virtutum complementum; quæ diuinam quidem quæ est in anima Decadem significant, continent autem aliam beatam Præceptorum Decadem. Quaternio enim, Decas est, potentia: ab vnitate, serie per progressionem, composita. Et rursus idem est vnitas per progressionem, bonum monadicè continens; & quod diuinæ operationis simplex est & diuidi non potest, insecabiliter in seipsa ostendens. Quibus proprium quidem bonum ab alio non inuadendum, anima strenuè & constanter conseruauit, alienum autem fortiter ut malum profligauit & repulit, utque mentem habeat recta ratione præditam, & prudentiam sapientiam, & contemplationem quæ in actione verifatur, & cognitionem virtute præditam; & quæ eas consequitur, cognitionem quæ dari non potest obliuioni, quæ simul est & fidelissima, & excidere non potest obliuioni quæ simul est fidelissima & excidere non potest, & ut quæ cum causis effecta & operationes cum facultatibus prudenter coniunctas Deo obtulerit, accipiat diuinitatem, quæ est effectrix eorum simplicitatis. Est enim operatio & manifestatio, mentis quidem ratio, ut affectu causæ & sapientia prudentia & contemplationis actio, & virtus cognitionis, & eius quæ obliuioni non datur cognitionis, fides. Ex quibus qui erga bonum & veritatem, Deum inquam, internè afficitur, habitus fabricatur, quem dicebat esse diuinam scientiam, & quæ labi & falli non potest, cognitionem & dilectionem & pacem, in quibus & per quas afficitur diuinitas seu deificatio: Illam quidem, ut quæ sit complementum totius eius quam homines de Deo & diuinis assequi possunt, cognitionis & virtutum comprehensionis. Hanc verò, ut quæ germanè ad veritatem ascendat, & sufficientem diuinitatis præbeat experientiam. Et illam quidem, ut quæ totius Dei ex tota affectione delectationis sit particeps: hanc verò, ut cui eadem cum Deo vsu veniatur, & ut iis qui eam habere digni fuerint eueniant, præparat. Si enim, quod diuinum est, est omnino immobile, ut quod non habeat, quod ei vlla ex parte molestiam exhibeat: quid enim illius circumspectionem præuenierit? Pax autem est, quæ labefactari & moueri non potest, stabilitas, & præterea letitia, quæ molestia affici & vexari non potest. An non cuius quoque animæ diuina vsu venerint, quæ ut diuinam partem

partem acciperet, digna habita fuerit, ut quæ non solum vitij & ignorantia, falli & mali, quæ sunt vitia virtuti & cognitioni, veritati, & bono repugnantia, quæ motibus animæ qui sunt præter naturam affistunt, sed iam etiam ipsius virtutis & cognitionis, veritatis rursus & bonitatis, qui à nobis discreti & distincti fuerunt, fines, si fas est dicere transgressa & supra omnem modum verissimo & optimo Dei cubili, verissimum & sanctissimum cubile possit peruenire, rouerendum illud eius quæ est supra mentem & rationem, vnitatis peragit mysterium. Per quod vna caro & vnus spiritus sit Deus erga Ecclesiam animam, & erga Deum animam. Quomodo te Christe propter tuam bonitatem admirabor? Neque enim me laudaturum audebo dicere, qui nec satis quidem te possum admirari pro dignitate. Erunt enim duo in carne vna: Mysterium autem hoc magnum est, ego autem dico in Christo & Ecclesia, inquit diuinus Apostolus. Et rursus; Qui adhæret Domino, est vnus spiritus. Ita ergo vniformem effectam animam & in se & in Deum coactam, non erit amplius ratio quæ eam in multa per cogitationem diuidat, ut quæ caput habet coronatum primæ & vni soli rationi & Deo, in quo per vnam quæ mente comprehendi non potest, vnitatem, omnes eorum quæ sunt, rationes vniformiter & sunt & subsistunt, ut pote eorum quæ sunt opifice & effectore. In quem fixis oculis respiciens, cum extra eam non sit, sed totus in tota, simplici applicatione, sciet ipsa quoque eorum quæ sunt rationes & causas, per quas fortè priusquam desponsata esset verbo & Deo, via & ratione diuisionis inducebatur: & conseruatiue numero sequæ ac concinnè ad eum ferebatur, qui omnem rationem & causam & continet & efficit. Quia ergo hæc sunt animæ, quæ (ut diximus) in mente habet potestate sapientiam, ex sapientia autem contemplationem, ex ea autem cognitionem, ex cognitione autem eam quæ obliuioni mandari nequit, cognitionem, per quam ad veritatem, ut quæ sit finis & extremum bonorum, quæ sunt in mente ducitur. In ratione autem habet prudentiam: ex ea verò actionem; ex actione autem virtutem, ex ea verò fidem, per quam in bono, ut pote earum quæ ex ratione fiunt, operatione beato sine desinit. Per quæ rerum diuinarum scientia ex congressu vnionis horum qui sit inuicem colligitur: ad hæc omnia apertè quadrabit, animæ per contemplationem assimilata sancta Dei Ecclesia, omnia quidem quæ esse in mente; & ex mente per processionem existere ostensa sunt per sacrarium significans, quæ autem esse in ratione & ex ratione per distinctionem existere ostensum est, per templum ostendens, & omnia ad id quod in diuino altari peragitur, mysterium congregans. In quo qui per ea quæ in Ecclesia celebrantur, potuerit prudenter & sapienter mysterijs initiari: verè Dei & diuinam suam animam reddiderit. Propter quam fortasse & huius quæ manu facta est Ecclesie sapienter per varietatem eorum que in ea sunt, diuinorum

symbolicè exemplar existens, ut nos ad id quod est melius deduceret, data est. Quomodo & quam ratione sancta quæ que scriptura homo dicitur. Cap. v. 11.

Quemadmodum autem Anagogica, & que mentem sursum euahit, contemplatione dixit Ecclesiam esse hominem spiritalem; hominem autem mysticam Ecclesiam: ita etiam vniuersam simul comprehendens scripturam, eam hominem esse dixit. Nempe quod vetus quidem Testamentum habeat corpus, Nouum verò animam, spiritum & mentem. Et rursus, quod totius sacre scripturæ, veteris, inquam, & nouæ historica quidem litera corpus: Mens autem & scopus eorum quæ scripta sunt, animam. Quod ego quidem cum audissem, perfectam & accuratam similitudinem valde sum admiratus, & eum qui pro dignitate vniciuque dona largitur, pro viribus, ut par fuit, laudauit. Quemadmodum enim homo qui in nobis, quod ad id quidem quod videtur attingit, est mortalis; quod verò ad id, quod non videtur, immortalis; ita etiam Sancta scriptura, habens quidè literam quæ exhibet id quod videtur, spiritum verò qui in litera celatur, qui que nunquam esse desinit, veram contemplationis rationem constituit. Et quemadmodum homo qui est in nobis cupiditate atque appetitione imperio suo regens & continens, ut caro marcescat & flaccescat, efficit: ita etiam sancta scriptura spiritualiter intellecta, literam suam circuncidit. Dicit enim magnus Apostolus. Quantum noster homo corrumpitur, tantum internus renouatur de die in diem. Hoc etiam intelligatur & dicatur in Sacra Scriptura, quæ homo esse tropicè seu figuratè intelligitur. Quod enim magis cedit eius litera, eò magis abundat & plura possidet spiritus: & quantum eius quæ ad tempus introducta est, adorationis vmbra prætereunt: tantum quæ omni ex parte clara est, illustris & vmbra penitus carens, fidei veritas ingreditur. Ex qua & per quam principaliter & est, & scripta est, & dicitur scriptura, quæ in mente per spiritalem gratiam imprimatur. Quemadmodum etiam homo qui in nobis est, per animam mente & ratione præditam principaliter homo maximè & est & dicitur: ex qua & per quæ est imago & similitudo Dei qui eum fecit, & à reliquis animalibus se iungit, ut qui eius quæ ad ea referatur, facultatis nullum omnino euidens signum habeat. Quomodo mundus homo dicitur, & quam ratione etiam homo mundus. Cap. viii.

Per eadem rursus similitudinem apertè, & ad imitandum appositè vniuersum etiam mundum, qui ex iis quæ sub aspectum cadunt, & quæ non cadunt, constituitur, hominem esse subiecit: & mundum rursus hominem qui constat ex anima & corpore. Dicebat enim ea, quæ intelligentia percipiuntur, obtinere rationem animæ; sicut etiam anima eorum que percipiuntur intelligentia. Et corporis locum tenere sensilia, sicut etiam corpus sensiliū. Et sensilium quidem esse animam ea quæ sola intelligentia apprehenditur, eorum verò quæ intelligentia apprehenduntur, corpus: sensilia. Et ut animam quæ inest corpori, sensili mundo esse eum qui sola mente percipitur. Ei autem qui mente intelligitur; sensilem, ut corpus, cum anima commixtum est & temperatum, & vnum ex vtrisque esse mundum, quemadmodum ex anima & corpore vnum hominem, neutro eorum sibi inuicem per

Quomodo & quam ratione sancta quæ que scriptura homo dicitur. Cap. v. 11.

Quomodo mundus homo dicitur, & quam ratione etiam homo mundus. Cap. viii.

vnionem coniunctorum & coalescentium, alterū negante & deiciente propter legem eius qui colligauit, per quam vnificæ potestatis ratio inspersa est, quæ non permittit vt propter naturalem diuersitatem ignorentur esse eadem substantia in vnione nec vt pronuncietur proprietatem, quæ vnūquodque eorum sibi circumscribit, ad diuisionem & seiuinctionem plus posse quàm eam quæ mysticè eis in vnione indita est amicam cognationem. Per quā qui in vniuersum & vnus est modus eius quæ est in vniuersis obscuræ & ignotæ præscientiæ eius quæ omnia continet causæ, qui variè inest in omnibus, & per se, & inter se inuicem omnia inconfusa & indiuidua constituit: & vt suauiter inter se inuicem potius, quàm sua sint separatim per vnificam habitudinem efficit, donec ei qui colligauit, soluere visum fuerit, maioris & magis mysticæ dispensationis gratia tempore generalis quæ speratur consummationis, quo & mundus, & homo in eo quod videretur, morietur: & rursus nouus ex senio confecto confurget per eam quæ protinus expectatur Resurrectionem. Quando etiam qui in nobis est homo, vt pars cum toto, paruus cum magno vnà resurget, accepta facultate vt amplius corrumpi nequeat. Quando & animæ corpus, & iis quæ mente intelliguntur, sensilia decorè & gloria similia effecta fuerint, vna vniuersis euidèti & efficaci præsentia, pro vniuscuiusque modo & proportione diuina potestare apparente & per seipsam vnionis vinculum in infinita secula non dissoluendum conseruante.

Si quis ergo vult vitam & rationem piam & Deo gratiam habere trium horum hominū, mundi, inquam, & sanctæ scripturæ & eius qui in nobis est hominis, ea quæ sunt meliora & præstatiora pluri mi faciat. Et animæ quidem pro viribus curam gerat, quæ est immortalis & diuina, & ex virtutibus Deus est efficienda. Et carnem negligat quæ interitui & morti est obnoxia, & neglectā animæ dignitatem potest commaculare. Corruptibile enim, inquit, corpus aggrauat animam, & deprimit terrenū tabernaculum mentem multū sollicitam. Et rursus, Caro concupiscit aduersus spiritū, spiritus autem aduersus carnē, & rursus. Qui seminat in carne sua, de carne metet corruptionē. Dum in corporeis autem & intelligentibus potestatibus mēte per cognitionem certamē moueat, relictiis iis quæ sunt præsentia & quæ videntur. Quæ enim videntur, inquit, sunt temporalia: quæ autem non videntur, æterna. In quibus propter habitus, qui ex pace est, multitudinem, Deus quiescit, & ad sanctum Spiritum per prudentem sanctæ scripturæ meditationē. Literam transiliens, sapienter se conferat. In quo est plenitudo omnium bonorum, & thesauri sapientiæ & cognitionis absconditi, intra quos si quis esse dignus visus fuerit, Deum ipsum inueniet in tabulis cordis inscriptum, per gratiam quæ est in spiritu, reuelata facie Dei gloriam aspiciens, ablato literæ velamine.

Quorum nam sunt Signa, primus sanctæ Synaxis introitus, & quæ post eum peraguntur. Cap. ix.

Ost breuem earum quæ à beato Sene de sancta Ecclesia dictæ sunt cōtemplationum expositionem, restat nunc vt quàm breuissimè fieri poterit, dicamus de sancta Synaxi. Primū ergo pontificis in Ecclesiam ad sanctam Synaxin introitus, primi filij Dei & seruatoris nostri Christi per carnem in

hunc mundum aduentus typum & imaginē ferre docuit, per quem cum humanam naturam ab interitu mancipatam, & à seipsa morti peccatorum venundatam, & diaboli tyrannide oppressam liberasset & redemisset, & omne pro ea debitum tanquam reus debendi exoluisset, qui nulli debito, nec peccato erat obnoxius, ad regni gratiam quæ erat ab initio reduxit, dans seipsum precium, pœonium medicamentum & toti mundo salutare, post quem aduentum eius in cœlos, & in thronum supercœlestem ascensus & restitutio, symbolicè figuratur per ingressum sacerdotis in sacrarium & ascensum in thronum sacerdotalem.

Quidnam significat etiam Populi in Sanctam Dei Ecclesiam introitus. Cap. x.

Populi autē vnā cum pontifice seu Sacerdote in Ecclesiam ingressus, infidelium ab infidelitate ad fidem, & ab ignorantia & errore ad Dei cognitionem, infidelium conuersionem, & fidelium a vitio & inscitia ad virtutem & cognitionem, translationem significat. Non solum enim infidelium ad verū & solum Deum conuersionē, in Ecclesiam introitus significat, sed etiam vniuscuiusque nostrū, qui credimus quidē, sed Domini præcepta per turpem & intemperantem vitam infirmamus & transgredimur, per pœnitentiam & correctionē. Omnis enim homo siue homicida, siue adulter, siue fur, siue superbus, siue arrogans vel insolens, ac cōtume liosus vel detractor, vel qui odiū ac inimicitias gerit vel iracundus vel conuiciator, vel calumniator, vel susurro, vel ad inuidiam propensus, vel ebriosus, vel vt semel dicam, ne omnia vitij genera conueras sim prolixior: quicumque à quouis vitio tenebatur, postquam eo amplius sua sponte & cōsulto teneri, & ex proposito operari cessauerit, & vitā in melius mutauerit, pro vitio virtutem eligens, is propriè & verè cum Christo Deo & pontifice, intelligatur & dicatur introire ad virtutem quæ tropicè dicitur Ecclesia.

Quorum nam sunt Symbola diuinae lectiones. Cap. xi.

Diuinas autem sacrorum librorum lectiones diuinas & beatas sanctissimi Dei voluntates & consilia dicebat significare magister. Per quæ corū, quæ sunt agenda, admonitiones vnusquisque nostrorum pro ea quæ inest ei, facultate conuenienter accipimus, & diuinarum ac beatorum certaminum leges discimus. Quibus conuenienter legitimè certantes, quæ victoribus iure dantur, regni Christi coronis digni habebimur.

Quorum nam sunt Signa diuina cantica. Cap. xxi.

Spiritualem autem diuinorum canticorum deletionem, dicebat significare voluptatē diuina bona significantem, quæ animas ad sincerū & beatum Dei amorem commouet, ad vitij autem odiū magis incitat. Per pacis autem acclamationes quæ intus ex factio, eas quæ per sanctos Angelos deferuntur, diuinas susceptiones significari dicebat sapiens senex. Per quas Deus desinit eorum certamina qui legitimè pro veritate contra aduersas potestates decertant, quæ sub aspectum non cadunt, & congressiones dissoluens, & pacem dans in exinanitione corporis & pro susceptis pro virtute laboribus, sanctos impatibilitatis gratia remunerans. Vt cum pugnare cessauerint, ad spiritualem agricuturam seu virtutum operationem, animæ potestates transferant, per quas malorum spirituum

Quid significat pacis acclamationes. Cap. xlii.

Cuiusnam inuocatio, que proprie signum est, sancti Evangelij lectio, & mystica, quæ eam consequuntur. Cap. xlii.

rituum cateruas dissolunt, eos Christo ducente, difficilēque & inuitabiles Diaboli machinas dissipante.

Vnde statim post eas, diuinā Sancti Evangelij lectionem sacra sanctæ Ecclesiæ cōstitutio fieri iussit, propriè quidem eam quæ ab bonis pro verbo suscipitur, afflictionem introducens, postquam Pontifex, è cælo ad eos adueniens verbū, eis carnis prudentiam, tanquam sensibilem Mundum perficit, rationes quæ deorsum adhuc in terram spectant, tanquam initiatas, ab eis repellens, & ad eorū quæ mente intelliguntur, considerationem, per portarum claustrum & sanctorū mysteriorum introitū, eos deducēs. Et cum rationū & actionum iam sensus clauerint & extra carnem & mundum fuerint: eos arcana docet iam antè ad seipsos & ad eum per salutationē introductos, & pro multis in ipsos beneficiis, solam pro sua salute gratiarū auctricē confessionem grato animo referentes, quam diuinum significat tibi Fidei Symbolū. Deinde cum eos per sanctum in Angelorum numerum reuerit, & eandem quam eis sanctificantis Theologiæ gratiā concesserit, ad Deū & patrem adducit adoptatos spiritu, per orationem per quam digni habitus sunt qui patrē Deum vocarent: & deinde rursus: tanquā qui iam scitè ac sponte omnes, quæ sunt, in ijs quæ funtrationes perfecerint, incognitè ad incognitam, per hoc quod est, Vnus Sanctus, & ea quæ deinceps sequuntur deducit vnitatem, gratia deos effectos, & per eius solam, in quod potestate non cadit diuisio, participationem similes affectos.

Cuiusnam est signum, ex eo quod generaliter significatur diuina sancti Evangelij lectio. Cap. xv.

Generaliter autem mundi huius consummationem significat. Post diuinam enim sancti Euangelij lectionem, quando pontifex descendit de se, & Catechumenorum & reliquorū qui diuina ostendendorum sacramentorum contemplatione indigni sunt, fit per sacros ministros dimissio & eiectio, quæ per se veritatem significat & præfiguratur, cuius imago est & typus inter eos quodammodo clamat, quod postquam Euangelium regni fuerit prædicatum in vniuerso mundo, vt scriptum est. In testimonium omnibus gentibus, tunc veniet finis, adueniente in secundo eius aduentu ex cœlis, cum magna scilicet potentia, magno Deo & Seruatore nostro Iesu Christo, (ipse enim Dominus in voce Archangeli & in sono tubæ descendet de cælo, inquit diuinus Apostolus) & aduersarios vlciscente & per sanctos Angelos, fideles ab infidelibus segregante, & à iustis iniustus, à sanctis scelestos, & vt semel dicam, ab iis qui in Dei spiritu ambulauerunt, eos qui post carnem iuerunt, & infinitis & nunquam finiendis seculis, vt dicit diuinorum eloquiorum veritas, pro eorum quæ in vita egerint dignitate iustam reddente retributionem.

Cuiusnam signum est, quod sanctæ Ecclesiæ fores claudantur post sancti Evangelij. Cap. xvi.

Quod autem post sacram sancti Euangelij lectionem, & Catechumenorum eiectionem, sanctæ Ecclesiæ fores claudantur, significat & rerum materialium transitum, & eum qui post terribilem illam segregationem, & terribiliorem sententiam, in mundum, qui mente tantum intelligitur, seu in sponsi Christi thalamum futurus est, dignorum ingressum & eius quæ per fraudem fit in sensibus, operationis perfectam eiectionem.

Sanctorum autem & venerabilium mysteriorū ingressus, est initium & proemium, vt magnus ille dicebat senex, nouæ doctrinæ quæ in cœlis futura est, de Dei erga nos dispensatione, & reuelationis nostræ salutis, quod est in diuinæ occultationis adytis. Non bibam enim (inquit suis discipulis Deus & verbum) deinceps de genimine vitis vsque ad diem illū, quando ipsum bibam nouū vobiscum in regno patris mei.

Quid significat sanctorum sacramentorum introitus. Cap. xvii.

Spiritalis autem quæ omnibus acclamatur saluatio, omnium quæ inter se inuicem futura est in tempore reuelationis bonorum ineffabilem, consensum & concordiam, & rationalem (vt ita dicam) identitatem per fidem & dilectionem, per quam cū ratione seu verbo & Deo familiaritatem & coniunctionem digni suscipiunt; describit & præfiguratur. Rationis signum est os, per quam omnes maximè, qui rationis, vt pote ratione præditi, fuerunt participes, etiā primæ & soli rationi, ac verbo omnifque rationis ac orationis auctori coniunguntur.

Cuius est symbolum diuina saluatio. Cap. xviii.

Diuini autem fidei symboli quæ fit ab omnibus confessio, eam quæ propter admirabiles sapientissimæ in nos Dei prouidentia modos & rationes, in futuro sæculo faciendā est, gratiarum actionem præsignificat, per quam se propter diuinā beneficia gratos qui digni sunt, constituunt, cū præter eā, pro innumerabilibus diuinis quæ acceperunt, bonis, aliquid aliud omnino referre nequeant.

Quid significat diuinum fidei symbolum. Cap. xix.

Terina autem, quæ fit diuinæ laudis sanctitatis exclamatio à toto populo fideli, eam quæ cū in corporis & intelligentibus potestatibus in futuro est apparitura, vnionem & æqualitatem significat, per quam conuenienter supernis potestatibus, (propterea quod immutabilis & perpetuus in Deum motus eius idem fit) tribus sanctificationibus vnā diuinitatem, quæ tres habet personas siue hypostases, laudare, & sanctificare humana natura docebitur.

Quid significat ter sancti glorificationis symbolum. Cap. xx.

Sanctissima autem & in primis veneranda magni & beati Dei & Patris, inuocatio est eius quæ gratia & spiritus sancti gratia, danda est, existentis & subsistentis adoptionis symbolum, perquam omni superata & tecta humana proprietate, aduētū, gratiæ filij Dei appellabuntur: & erunt omnes sancti qui per virtutes hic se diuina bonitatis pulchritudine splendide & gloriose exornarūt, speciososque reddiderunt.

Cuius est symbolum sancta præcatio. Pater noster. Cap. xxi.

Quæ autem in mystici sacrificij sine à toto fit populo scilicet, Vnus sanctus, & eorum quæ sequuntur, confessio: eam quæ supra rationem & mentem erga vnum diuinæ simplicitatis arcanum, futura est eorum qui mysticè & sapienter in Dei mysterijs initiati sunt, in eorū quæ sola intelligentia percipiuntur, ab interitu alieno sæculo coniunctionē & vnionē significat. In quo eius quæ non apparet & est supra omnem modum ineffabilis, gloriæ lucē aspicientes, ad beatam puritatem cum supernis potestatibus suscipiendam, fiunt idonei. Postquam fit tanquam finis omnium. Sacramenti cōmunicatio quæ in seipsum transformatur: & bono per causam similes ex gratia & participatione, efficit eos qui dignè sunt participes, quibus nihil deest, quātum homini contingit & datur, quo minus ipsi sint & vocentur adoptione Dij, per gratiam, propter totum

Quid significat mystici sacrificij finis, dum exclamantur hymni, videlicet, vnus sanctus, & quæ sequuntur. Cap. xxii.

quomodo
& quam
ratione, a-
nima quo-
que, per se
intellectu
in vnoquo
que seorsu
Deum effi-
ciens & per
pacta
confidera-
tur consti-
tutio.
Cap. xxii.

Cuiusmodi
ex animae
virtutibus
signum est,
primus san-
ctae synaxis
introitus.
Cap.
xx. ii. ii.

Deum, qui eos totos seipso impleuit, & nihil ex eis A reliquit sua praesentia vacuum.

Ages vero via & ordine par eadem proceden-
ma consideremus: & parumper pro viribus ratione
ad altiore contemplationem pie ascendere, & co-
siderare, & intelligentia consequi, quomodo diui-
ni sanctae Ecclesiae ritus animam ad suam perfectio-
nem per veram, & efficacem cognitionem dedu-
cunt, mentem quae id vult & desiderat, Deo, si vi-
detur, deducente, minimè prohibeamus,

Respice ergo quisquis es beatae Dei sapientiae ve-
rus & sincerus amator, mentis oculis in primo
sanctae synaxis ingressu, ab aeterno materialium er-
rore & perturbatione, sicut scriptum est. Mulieres
venientes à spectatione, venite: ea, inquam, quae sit,
in forma & figura per aspectum, errore sensilium.
Neque enim verum est eam dicere contemplationem,
quemadmodum dicunt insipientes Graecorum
sapientes (Sapientes enim à nobis nunquam dicen-
tur, qui Deum per eius effecta cognoscere non po-
tuerunt, aut noluerunt) per quam est sensibus per-
petuum inter se bellum, mutuum sibi interitum affe-
rentibus, & in se inuicem intereuntibus, & hoc so-
lum firmum & stabile habentibus, quod sint instabi-
lia, & corrumpantur, & in concordia ac perseue-
rantia à pugna, & seditione aliena, nunquam pos-
sint conuenire. Respice, inquam, ab his venientem
& quam citissime fugientem animam, & tanquam
ad Ecclesiam, asylum, & pacis templum, ad natu-
ralem in spiritu contemplationem, quae est à pugna
& omni perturbatione libera cum ratione, & à ratio-
ne seu verbo magno, & vero nostro Deo, & Pontifi-
ce ingredientem, & quae per diuinas lectiones,
tanquam per signa, & eorum quae sunt, rationes
magnum & admirabile diuinæ, quae in legibus &
Prophetis significatur, prouidentiae docetur myste-
rium, & in vnoquoque pro pulchra eius disciplina,
per sanctas potestates, cum ea per mentem & intel-
ligentiam loquentes, pacis datrix significationes
cum confirmante & conseruante delectatione di-
uini & ardentis ex Deo desiderij, per diuinorum
canticorum, quae intelligentia percipitur, volupta-
tem mystice cantatam accipit. Rursus eam aspice
ab his transeuntem, & ad vnum & solum has ratio-
nes vnice comprehendentem vertice se conferen-
tem, dico autem sanctum Euangelium in quo om-
nes & prouidentiae; & eorum quae sunt rationes,
per vnam comprehendendi facultatem vniformiter
praextiterunt. Post quod, diuino sensu rursus
fas est piis imperturbatis mentis oculis videre Ver-
bum & Deum de caelis ad eam descendentem, sicut
Pontificis à Sede sacerdotali descensus significat, &
instar Catechumenorum perfecte discernentem
rationes, quae in sensu & eius quod in eo diui-
di potest, visione versantur. Deinceps rursus eam,
cum extra sensilia fuerit, vt sanctae Dei Ecclesiae
portarum obseratio intelligendam suggerit, ad eam
quae per ineffabilium mysteriorum introitum signi-
ficatur, materiae experte & simplicem, & immuta-
bilem, & deiformem, & ab omni forma & figura li-
beram, eorum, quae intelligentia percipiuntur, scientiam
deducente. Per quam cum rursus ad seipsum
proprias facultates collegerit, rationi autè seipsam

in mente per intelligentem salutationem, seu com-
plexu, vnierit eas quae in ipsa sunt, salutis rationes
& modos, per fidei symbolum, grato & memori ani-
mo confiteri docentem. Post haec autem rursus, vt
quae iam deinceps per simplicem, & quae diuidi non
potest, facultatem, & sensilium, & eorum quae me-
te percipiuntur, rationes, per disciplinam cognitio-
ne comprehenderit, ad sublimis & illustris Theolo-
giae cognitionem, postquam omnia peruaferit dedu-
centem, & Angelis aequalem, quantum assequi co-
tingit, praebentem ei intelligentiam, & moderatè
eam tanquam docentem, vt sciat Deum vnum, vna
substantiam, tres personas, seu hypostases, ter sub-
sistentem substantiae vnitatem, & eiusdem cum hy-
postase seu personis substantiae trinitatem, vnitatem
in trinitate, & trinitatem in vnitatem, non aliam &
aliam, neque aliam praeter aliam, neque aliam per
aliam, neque aliam in alia, neque ex alia aliam: sed
eamdem in seipsa, & per se sub seipsa, sibi ipsi idem,
& vnitatem & trinitatem, in compositam & incon-
fusam vniionem habentem, & discretionem, quae
nec diuidi nec in partes scindi potest. Vnitatem qui-
dem, & substantiae, seu quatenus est, ratione, sed
non ex substantiae compositione, vel contractione,
vel cuiusmodi cum confusione. Trinitatem verò,
ex modi existendi & subsistendi ratione, sed non
per diuisionem, vel alienationem, vel cuiusmodi-
cumque partionem. Neque enim vnitatis hypostase seu
personis diuisa est: neque reuelatur vnus est, & in eis
consideratur. Neque in vnitatem compositae sunt perso-
nae, vel eam expleat contractione, sed eadem sibi ipsi
idem, sed tamen aliter & aliter. Est enim sancta Tri-
nitas personarum vnitatis cuiusmodi, vt substantia, &
simplici, quae in ipsa est ratione, confundi non pos-
sit: & est trinitas, personis & existendi modo, sancta
vinitas. Eandem totam hoc & illud diuersè, alio &
alio modo, vt dictum est, intellectam, vnam, & solam,
& quae nec diuidi, nec confundi potest, & simplicem,
& cui nihil potest detrahi, & quae mutari nequit
diuinitatem, vnitatem in tota substantia existentem,
& totam trinitatem eandem cum personis, &
vnum vnus trine apparentis luminis radium, vnifor-
miter resplendentem. In quo etiam animam,
cum aequè ac sancti angeli apparentes, & quas
creatura assequi potest, de diuinitate rationem sus-
ceperit, & eodem cum eis concentu, absque silen-
tio, vnam diuinitatem trine celebrare didicerit, ad
adoptionem per gratiam, per conuenientem simi-
litudinem euehi, per quam in precibus Deum pa-
trem, & mysticum gratia, & solum habent ad id
quod vnum est eius occultationis, per omnium ex-
tensionem contrahetur, & hoc ei potius eueniet,
quae vt diuina cognoscat, quatenus nec sui ipsius ef-
fescit, nec ipsa ex seipsa vel seipsa, vel alio aliquo co-
gnosci possit, quam solo eo qui totam benignè & vt
bonum decet, eam suscepit, toto Deo, & ei toti, vt
Deum decet, magnificè, & impatibiliter seipsum im-
miserit, & totum Deum efficit, & in seipsum immu-
tabiliter transformauit. Vt sit sicut dicit sanctissi-
mus Dionysius Areopagita, imago & manifestatio
obscuri luminis, speculum purum, maximè per-
spicuum, illa sum, impollutum, immaculatum, to-
tam in se suscipiens, si fas est dicere, boni exéplaris
diuinæ formae speciei, & citra diminutionem, in seipso
(quod ad

Quid nam
operetur &
efficiat, my-
steriorum
per ea quae
in sancta
synaxi per-
aguntur,
ritus in fi-
delibus &
iis quifide-
liter cogre-
gantur, ad
Ecclesiam
accedens
spiritus
sancti gra-
tia.
Cap. xxv.

(quoad eius fieri potest) bonitatem silentij, quod est A in adytis, illuminans.

Xristum itaque beatus senex, nec adhortari
cessabat oportere omnem christianum sanctae
Ecclesiae vatare, & nunquam abesse à sancta com-
munionem quae in ea peragitur, propter sanctos An-
gelos qui in ea permanent, & eos qui ingrediuntur,
semper describunt, & Deo aperiant, & pro eis ora-
tiones faciunt. Et propter sancti spiritus gratiam
quae inuisibiliter quidem semper permanet, maxi-
mè autem & propria ratione tempore sanctae Synaxis
& vnumquemque eorum qui inueniuntur, trans-
mutat & transformat, & vt verè dicamus pro modo
& proportionem ipsorum, ad id quod est diuini,
traducit & effingit, & ad id quod significatur per
mysteria quae peraguntur, deducit, & si ipse non
sentiat, si est ex iis qui sunt in Christo paruuli, & in
profundum eorum quae sunt, nequit intueri: & pro-
pter eam quae significatur per vnumquodque eorum
quae peraguntur, diuinorum signorum salutis in ipso
operantem gratiam, per ordinem & seriem ab his
quae cohaerent usque ad omnium finem proceden-
tem. Et in primo quidem introitu, efficienter infi-
delitatis eiectionem, fidei incrementum, vitij di-
minutionem, virtutis augmentum, ignorantiae de-
lectionem, cognitionis additamentum. Per diui-
norum autem verborum auditionem, eorum quae
dicta sunt, fidei inquam, & virtutis & cognitionis
solidos & immobiles habitus & affectiones. Per ea
autem quae illa consequuntur, diuina cantica, vo-
luntariu animae virtutibus assensum, & quae pro-
pter eas in ipsa inest in mente versantem voluptate
& delectationem. Per sacram autem lectionem sacri
Euangelij, terrenae cogitationes & prudentiam, tan-
quam mundi sensilis consummationem. Per portarum
autem quae postea sunt, obserationem quae est affectio
ne ab hoc mundo interitu & corruptioni obnoxio,
ad mundum qui intelligentia percipitur, fit animae
transitum & traductionem, per quam cum sensus
instar portarum mysterijs initiauerit, eos ab imagi-
nibus quae sunt in peccato puros efficit. Per sancto-
rum autem mysteriorum ingressum, perfectionem &
magis mysticam & nouam de Dei in nos dispensa-
tione doctrinam & cognitionem. Per diuinam autem
salutationem, omnium in omnes, & vnuscu-
iusque prius in seipsum, & Deum concordiam & co-
sensionis & dilectionis (si dicere liceat) identita-
tem. Per symbolum autem confessionis fidei, propter
admirabiles & opinione maiores salutis nostrae mo-
dos vtilè gratiarum actionem. Per Ter sanctum autè,
cum sanctis Angelis vniionem & honoris & qualita-
tem, & non cessaturam sanctificantis Dei glorifica-
tionis modularam consonantiam. Per orationem ve-
rò, per quam patrem Deum vocare digni habemur,
verissimam sancti spiritus quae sit in gratia adoptio-
nem. Per hoc autem quod canitur, Vnus sanctus, &
quae sequuntur gratiam & coniunctionem quae cum
Deo vnus efficit. Per sanctam autem immaculatarum
& viuificorum sacramentorum participationem, eam
quam cum ipso esse contigit, ex participatione pre-
similitudinem, communicationem, & (vt eodem ver-
bo rursus vtar) identitatem, per quam ex homine
Deus fieri homo dignus habetur. Quorum enim hic
in praesenti vita per gratiam in fide credimus esse

donorum sancti spiritus participes, eorum in futuro
seculo verè, & vt re ipsa ita sit, per spem fidei nostrae
quae non excidit, & eius qui est pollicitus, firmam &
stabilem, & quae transiliri non potest, promissionem,
cum precepta pro viribus seruauerimus, credimus
nos futuros participes, transentes à gratia quae est
in fide, in gratiam quae est in forma, Deo scilicet &
seruatore nostro Iesu Christo, per oblationem eo-
rum quae in nobis corruptionem & interitum signifi-
ficant, in seipsum transformante & transmutante, &
quae per signa sensilia hic ostensa sunt, archetypo
& primitiua largiente sacramenta. Vt autè memoriae
facilius mandentur eorum quae dicta sunt, vnum (si
videtur) breuiter percurrentes, ita in summum
redigamus. Est ergo sancta Ecclesia typus, vt dictum
est, & imago Dei, quoniam quam infinita sua po-
testate & sapientia, in diuersis eorum quae sunt sub-
stantiis inconfusam vniionem, tanquam opifex in
summo sibi coniungens & continens: ea quoque
per fidei gratiam, eam efficit, omnes quidem in
vna fidei & gratia & vocatione, fideles inter se inui-
cem vniformiter coniungens: eos autem qui in rerum
actione, & in virtute versantur, per mentem quae
est vna & eadem: eos autem qui se contemplationi
& rerum cognitioni dederunt, vltra haec etiam per
concordiam quae frangi & diuidi non potest. Mundi
autem tam eius qui intelligentia percipitur,
quam sensilis typus est: vt quae eius qui cadit in in-
telligentiam, signum habeat sacrarium: sensilis verò
templum. Hominis autem rursus est imago, vt quae
animam per sacrarium imitetur: corpus autem, per
templum representat. Ipsi autem animae per se
intellectae typus est & imago, vtque contem-
plantis facultatis gloriam ferat per sacrarium,
agentis verò decorem & honestatem per tem-
plum habeat. Sanctae autem, quae in ea peragitur,
synaxis, primus quidè ingressus, generaliter quidè
significat primum Christi Dei nostri aduentum: se-
paratim verò, quae per ipsum, & cum ipso, eorum qui
ab infidelitate ad fidem, & à vitio ad virtutem, & ab
ignorantia ad cognitionem introducuntur, con-
uersionem.

Quae autem post eam sunt, lectiones, generaliter
quidem diuinam voluntatem, qui conuenienter o-
portet omnes erudiri & vitam suam instituere, signifi-
cat: priuatim verò ac separatim eam quae est ex fide
doctrinam, & eorum qui crediderunt, profectum,
& agentium firmam ac stabilem ex virtute effectio-
nem, per quam in diuina lege preceptorum ingre-
dientes fortiter ac constanter diaboli insidijs resi-
stunt, & quae eis aduersantur opera, ratione effugiunt
& eorum qui se cognitioni dedunt, habitum qui ver-
satur in contemplatione. Per quam sensilium, & eius
quae in eis est prouidentiae, spirituales pro viribus ra-
tiones colligentes, citra errorem feruntur ad verita-
tem. Diuinæ autem canticorum modulationes, diui-
nam voluptatem ac delectationem quae omnium
mentibus ingeneratur, per quam mystice confirma-
ti, praeteritorum quidem virtutis laborum obliuif-
cuntur, ad eorum autem quae restant, diuinorum &
à corruptione alienorum bonorum vehemens in-
tensumque desiderium iuuenes recentisque reddun-
tur ac renouantur. Sanctum autem Euangelium, est
quidem generaliter huius mundi consummationis

fignum: seorsum verò ac peculiariter significat eorum quidè qui crediderunt perfectam & omni ex parte absolutam antiqui erroris deletionem. Eorū autem qui in actione versantur mortificationem, & legis secundum carnem & insipientiæ consummationem. Eorum verò qui cognitioni se dedunt, multarum ac diuersarum rationum, ad eam quæ maxime continet, contractionem & relationem, naturali contemplatione, quæ maiori traiectione vitur & est magis varia, eis consummata ac finita. Antistitis autem de sede descensus, & Catechumenorum eiectione generaliter quidem significat, secundum magni Dei & seruatoris nostri Iesu Christi de cælis aduentum, & peccatorum à sanctis segregationem, & iustam prouisionem cuiusque meritis retributionem: seorsum verò ac seorsum, perfectam in fide corū qui crediderunt confirmationem, & comprobationem, quam Deus & verbum eis accedens, facit, cum tamen sub eorum aspectum non cadat, per quā quilibet adhuc in fide vlla ex parte claudicans ratio, more Catechumeni, ab eis eiicitur. Eorum autem qui in actione versantur, perfectam imparitabilitatem, per quam quælibet affectionibus obnoxia & non illustrata ratiocinatio, ab anima recedit. Eorum autem qui se cognitioni dederunt, ea quæ cognita sunt continentem scientiam, per quam omnes materialium imagines ab anima expelluntur. Portarū autem obseratio & sanctorum mysteriorū ingressus, & diuina salutatio, & symboli fidei exclamatio generaliter quidem significant sensuum transitū, & rerum quæ in intelligentiam tantum cadunt, manifestationem & nouam diuini quod est in nobis mysterij doctrinam & omnium in omnes, in se ipsos & Deum futuram concordiam & consensionem, dilectionem, & (si dici possit) identitatem, & quæ pro iis fit, propter quos seruati sumus, modis, gratiarum actionem; separatim autem ac proprie, fidelium quidem, qui fit ex simplici fide ad dogmatum doctrinam, imitationem, consensionem & pietatem, profectum. Primum enim ex his significat portarum obseratio; secundum autem sanctorū introitus. Tertium verò salutatio, & quarum symboli exclamatio. Eorum autem, qui in actione versantur, ab actione ad contemplationem, cum sensus compresserint & extra carnem & mundum fuerint eiectionis, quæ ex eis fiunt operationibus translationem: & à modo præceptorum ad eorum rationem ascensionem & ipsorum præceptorum, ex propriis rationibus cum animæ facultatibus coniunctionem & intelligentiam, & ad Theologicam gratiarum actionem, aptum & commodatum habitum. Eorum autem qui se cognitioni tradiderunt, à naturali contemplatione ad eorum quæ cadunt in intelligentiam simplicem mentis considerationem. Per quam nequaquam per sensum, vel aliquid eorum quæ videtur, diuinam & ineffabilem rationem persequitur, & cum anima suarum ipsius facultatum vnionem, & quæ in mente, diuinæ prouidentiae rationem vniformiter comprehendit, simplicitatem. Quæ autem nunquam cessat, sanctificans sanctorum Angelorum Ter sancti glorificatio, generaliter quidem significat eam quæ simul & eodem tempore futura est in futuro tempore, cælestium & terrenarū potestatum æqualem vitæ rationem, & Dei gloria afficiendi con-

sentationem, vt pote cum corpore per resurrectionem hominibus immortalitate effectum, & corruptio non amplius grauet animam, nec grauetur, sed per immutationem ad alienationem à corruptione & interitum, ad Dei suscipiendam præsentiam, & potestatem, aptitudinem acceperit. Separatim autem & proprie, fidelium quidem cum Angelis theologiam in fide contentionem. Eorum autem qui in actione versantur, Angelis æqualem, quoad eius fieri potest hominibus in vita splendorem, & Dei decantanti intensum studium & vehementiam. Eorū vero qui cognitioni se dedunt, Angelis æquales, quantum hominibus datum est, diuinitatis mente comprehensiones laudationes & perpetuos motus. Beata autem magni Dei & Patris inuocatio & vnus sanctus, & eorum quæ sequuntur acclamatio, & sanctorum & viuificorum mysteriorū participatio, eam quæ in omnibus dignis futura est, per Dei nostri bonitatem in filios adoptionem, vnionem & coniunctionem & diuinam similitudinem & deificationem significat. Per quam erit omnia in omnibus qui seruantur, ipse Deus similibus. Vt lux primaria, seu lucis exemplar quæ in eis resplendet, qui per virtutem & cognitionem ex gratia similitur resplendent. Fideles autem & virtutis studiosos & cognitioni deditos vocauit eos qui introducuntur, & eos qui proficiunt, & eos qui sunt perfecti, seruos scilicet & mercenarios, & filios tres ordines eorū qui seruantur. Serui enim sūt fideles, qui metu eorum quæ comminatur est Domini madata exequuntur, & non propter amorem & beneuolentiam eorum quibus crediderunt.

Mercenarij autem, qui promissorum bonorum desiderio, pondus & æstum dei toleranter ferunt, hoc est, quæ præsentis vitæ ingenerata & cõiuncta est à primi parentis condemnatione afflictionem, & quæ in ea pro virtute suscipiuntur tentationes, & præsentis vitæ, vitam futuram, libera & spontanea sententia sapienter commutant. Filij autem, qui nec minarum metu, nec promissorū desiderio, sed qui more & habitu inclinationis & affectionis animæ, quæ ad id quod honestū est, fertur, à Deo nonnūquā sperantur, conuenienter illi sententiæ, quæ dictum est, Fili, tu semper mecū es, & omnia mea tua sunt: vt quibus per adoptionem in gratia hoc esse contingat, quod ex natura & causa Deus est creditur. Ne ergo à sancta Dei Ecclesia recedamus, quæ tot in sancta corū quæ peraguntur, diuinorum signorum ordinatione, nostræ salutis mysteria continet: per quæ vnūquemque nostrum, maximè qui vitæ rectè instituit, pro modo & proportione sua, sicut Christus fabricans, quod datum est per sanctū Baptismū in spiritu sancto adoptionis donum, in manifestationem deducit, Christo conuenienter peractū, sed omni facultate & studio exhibeamus nos ipsos dignos diuinis donis, per bona opera Deo gratias agentes, non conuersantes sicut gentes quæ Deum non norunt, in passione desiderij: sed quemadmodum dicit sanctus Apostolus, mortificantes membra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, passionem, desiderium malum, & auaritiā, quæ est cultus idolorum, propter quæ venit ira in filios dissidentiae, & iram omnem & indignationem & turpiloquium, & mendacium, & (vt semel dicā) omnem

omnem veterem hominem, qui corrumpitur secularium desideria deceptionis cum actionibus eius & desiderijs, deponentes, Deo dignè ambulemus, qui nos in regnum suum & gloriam vocauit, induentes viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, mansuetudinem, longanimitatem, in dilectione se inuicem sustinentes & sibi inuicem condonantes. Si quis aduersus aliquem querelam habeat: sicut & Christus condonauit nobis: & in omnibus vinculum perfectionis, charitatem & pacem, in quā vocati sumus in vno corpore. Et, vt in summa dicam, nouum hominem qui renouatur ad cognitionem ad imaginem eius qui creauit ipsum. Ita enim viuentes, poterimus ad finem diuinarum promissionum cum bona spe venire, & implere agnitionem voluntatis eius, in omni sapientia & prudentia spiritali, fructificantes & crescentes in agnitione Domini, in omni potestate confirmati, secundum potentiam gloriæ ipsius, in omnem edificationem & longanimitatem, cum gaudio gratias agentes Patri, qui nos fecit sufficientes in partem sortis sanctorum in lumine. Huius autem gratiæ clara est demonstratio, voluntaria, ac spontanea in id quod est cognatum, vna cum eo affectio. Cuius opus est, vt homini, qui vlla in re nostro auxilio indiget, pro viribus, sicut Deus, necessitudine & familiaritate iungamur, & non sinamus vt curæ & prouidentiae sit expertus, sed conuenienti studio, re ipsa factisque ostendamus viam esse, quæ in nobis est, in Deum & proximum affectionem. Ex facto enim demonstratur affectio. Nihil enim est nec tam ad iustitiam facile, nec ad hoc, vt Dij (vt ita dicam) reddamur, & ad Deum quam proximè accedamus, aptum est, vt misericordia, quæ ab anima in indigentes lubenter & hilariter offertur. Si enim Deus verbum, eum qui vt beneficium afficiatur, indiget, seipsum esse ostendit: Quoties enim, inquit, vni ex his minimis fecistis, mihi fecistis: Deus est autem, qui dixit multo magis eum qui benefacere potest & facit, verè per gratiam & participationem Deum esse ostendit, vt qui eis beneficentiæ operationem & proprietatem aptè imitando, assumpserit. Et si pauper Deus est, propterea quod Deus pro nobis pauper factus, se ad nostram imbecillitatem demiserit, & vnusquisque affectiones misericorditer in seipsum suscipiat, & vsque ad sæculi consummationem, pro modo & proportione vnusquisque passionis, semper propter bonitatem, mysticè patiat: multo magis probabiliter Deus est, qui ad Dei imitationem, eorum qui patiuntur affectiones per seipsum diuinè medicatur, & eandem cum Deo, per proportionem, conseruantis prouidentiae in affectione potestatem se habere indicat. Quis est ergo ad virtutem adeo tardus, & motu difficilis, vt diuinitatem non desideret, quæ tam facile emi, parari & possideri potest: Eorum autem secunda est, vt quæ fures & prædones non timeat, custodia, & facilis est via ad salutem, sine qua (vt puto) nihil verè ab eo qui possidet, sine damno conseruatur. Hæc est, quæ per se & à se proprie exercetur actio, per quam ea quæ sunt in nobis ipsis solis considerare & perspicere discunt ne ab aliis inaniter damnum accipiamus, liberamur. Si enim nos ipsos solos inueniri & examinare didicerimus, nunquam ea quæ

sunt aliorū, cuiusmodicumque fuerint inuademus: scientes vnū esse solum iudicem sapientem & iustum Deum, qui sapiet & iustè omnia quæ sunt, ex ea ratione ex qua facta sunt, iudicat, nō ex ea, ex qua manifestata sunt, quam fortasse possint etiam homines iudicare, ad id quod apparet obscure respicientes. In quo tamen non est omnino veritas, nec eorum quæ sunt, ratio. Deus autem & animæ motum qui sub aspectum non cadit, & appetitionem quæ videri non potest, & ipsam rationem qua impulsā est anima, & rationis scopum & institutum, hoc est totius rei, qui in mente prius erat, finem respiciens, iustè (vt dixi) omnia iudicabit quæ sunt ab hominibus. Quod si rectè gerere studuerimus, & nos ipsos nobis ipsis circumscribemus, non iis quæ exterius accedunt, nec videre, nec audire, nec loqui, oclum, vel aurem, vel linguam ea quæ sunt aliorum sinemus, si maximè quidem fieri potest, omnino: sin minus, ex misericordia potius quàm ex animi perturbatione, eis agere, & non ad lucrum nostrum videre & audire & loqui permittentem, & solum tantum quantum diuinæ rationi, quæ ea, vt auriga currum, regit, videtur. Nihil enim est his instrumentis ad peccatum pronius, si ratione non reprimatur & castigetur. Et nihil est rursus eis ad salutem promptius, si ea ordinet & componat ratio, & ad quæ oportet & vult deducat. Ne ergo neglexerimus, Deo pro viribus, parere vocanti nos ad vitam æternam & beatam finem per diuinorum & salutarium suorum & mandatorum executionem. Vt accipiamus misericordiam & inueniamus gratiam in auxilio opportuno: quod est, inquit diuinus Apostolus, cum omnibus qui amant Dominum nostrum Iesum Christum in incorruptione: hoc est, qui in virtutis incorruptione & sinceritate, & cum vitæ pura & non dissimulata honestate, amant Dominum: vel (vt dicam apertius) qui amant Dominum in facienda eius voluntate & diuinorum eius iussorum nihil corrumpunt.

Hæc ego de his, propter mercedem obedientiæ, pro viribus, vt doctus sum, exposui, ea quæ sunt magis mystica & altiora, attingere non ausus. Quæ si quis studiosus cupit cognoscere, ea legat quæ à sancto Dionysio Areopagita diuinè elaborata sunt, & reuera inueniet ineffabilium mysteriorum reuelationem, per diuinam eius mentem & linguam hominum generi donatam propter eos qui salutis heredes futuri sunt. Et si non longè quidem à vestro desiderio aberrarunt, Deo gratias qui quæ bona & honesta sunt, suppeditat: & vobis qui vt ea dicerentur, coëgistis. Sin autem à vestra spe & expectatione longè abfuerunt, quid agam, vel quomodo afficiatur, cui in dicendo vires non suppetierunt? Imbecillitati enim venia danda, non autem puniendae est. Et suscipiendum est potius quàm reprehendendum, si quod dari potest datur & maximè à vobis qui propter Deum amare proposuistis, Deo certè grarum & acceptum est, quicquid pro viribus purè & sincerè ex animo datur, etiam si cum magnis colatum videatur exiguum. Qui nec viduam quidem, cum duo minuta obtulisset, repulit. Quæcumque esset hæc vidua & duo eius minuta, siue anima vitio viduata, & quæ veterem quidem legem, tantum coniugem, amiserit, summa autem cum ratione,

feu verbo, & Deo coniunctione nondum digna est. Et tamen, arre instar, offert tanquam minuta, incommoeratam vitam & rationem vel fidem & bonam conscientiam: vel habitum & operationem quae in honesto versatur, vel eis copuientem contemplationem & actionem: vel quae cum eis habet proportionem, cognitionem & virtutem, vel quae sunt his paulo superiores.

Dico autem quae sunt in naturali & scripta lege, rationes quas anima possidens, pro earum, tanquam totius vitae intensio, & remissione, soli verbo & Deo coniungi volens, offert & violentis moribus & ritibus qui sunt ex lege & natura, tanquam maritis, viduarius suscipit. Siue aliquid aliud magis spirituale & quod ab iis solis considerari potest, qui mente puri sunt per impletam in historia literam, ratio significat. Quaeunque enim in hominibus ex virtute magna esse videntur, si cum cõemplante in Theologia ratione conferantur, parua sunt, praequam quod etiam si parua sint & ex vili & non preciosa materia: aequè tamen ac aurea numismata, quae sunt ex omniū preciosissima materia, offeruntur autem ditionibus, regalem ferunt characterem, & plus for-

tasse habent, nempe offerentis ex tota affectione propositum. Hanc ego quoque viduam imitans, Deo & vobis, ò dilecti, parua hæc & vilia & ex vili & paupere mente & lingua oblata, cogitata & verba tanquam minuta, ea de quibus iustitias, obtuli, rogans benedictam vestram & sanctam animam, primùm quidem, vt nihil eorum quae me dicuntur scriptis mādari amplius petatis, duabus de causis: Vna quidem quod timorem Domini purum & immaculatum ac permanentem nondum parauit, nec solum virtutis habitum, nec veræ iustitiæ firmitatem ac stabilitatem: quae de eorum quae scribuntur firmitate, maximum ferunt testimonium.

Altera autem, quod multi perturbationum vndis sequi instar maris, adhuc agitatatis & à Diuino impatibilitatis portu longè remotus, & vitæ finem nesciens nolo praeferat ea quae feci, ea etiam quae scripti, me accusare. Deinde vt suscepta, si par est, obedientiae gratia, me CHRISTO magno & soli Deo, & nostrarum animarum seruatori commendat, cui gloria & potentia, cum patre & Spiritu sancto, in saecula saeculorum. Amen.

NICOLAI CABASILÆ, DE DIVINO ALTARIS SACRIFICIO, GENTIANO HERVETO AVRELIO INTERP. AD LECTOREM ADMONITIO.

Cabasilam vt summatim & seriatim in se de prolatione spiritus sancti tractare legere potest.

H plurimis de religione nostra controversiis, quae a cacodemone capitali humani generis hoste, nostris temporibus excitatae sunt, nulla maior, nulla Christiana reipublice perniciosior esse videtur ea quae in iis quae ad sanctissimi Domini nostri corporis & sanguinis mysterium pertinent, à receptissimam omnium fidelium persuasionem aliena inuehit. Cum enim praecipua atque adeo tota salutis nostrae spes, quae ut est certissima, ita neminem confundit, ex hoc pendat, si Christi corpori, tanquam membra capiti, uniamur: & verbum quod ex eius passione percipitur, fructum decerpamus, qui alterutri aliquid detrahatur, aut de eo male sentiat, vt summo crimini est affinis, ita etiã exito sit proximus, nisi respiciatur, necesse est. Atque eorum quidem, qui hodiernis temporibus à perpetuo & unico Ecclesiae cõsensu se seauerunt, de hac re sententia in duas se partes diuiserunt. O Ecolampadiani enim seu Zuingliani, aut, vt vulgò per auriptias dicuntur, Sacramentarii, quod sacramentorum dignitati quantum possunt detrahunt, idque sibi laudi esse ducunt, inquam, O Ecolampadiani veterem Berengarii errorem renocantes, in Eucharistiae sacramento esse tantum corporis & sanguinis signum non autem verum corpus & sanguinem asserunt: quod autem fiat illud in altari sacrificio, nullo modo admittunt. Lutherani autè, cum in hoc cum orthodoxis sentiant, quod in hoc sacramento sit verum corpus & sanguis Christi, & quod in altari peragatur sacrificium, in eo vniuerso toto, vt aiunt, caelo aberrant, quod panem & vinum simul cum Christi corpore remanere existimant, cum constet post consecrationem, quae panem & vinum in corpus & sanguinem conuertit, symbolorum seu signorum solas remanere species conuersa iam & mutata eorum substantia. Deinde quod solum laudis & gratiarum actionis sacrificium esse putant, cum praeter laudem & gratiarum actionem, sit etiam verum & expiatorium pro peccatis sacrificium. Accedit, quod nec sanctorum in eo memoriam fieri, nec pro defunctis orari nec pro illo homine priuatim preces in eo fundi velint, & ideo sanctissimum Missae canonem, tanquam rem impiam & execrandam detestantur, quod offerendi vocabulo utatur, sanctorum in eo memoria agatur, pro defunctis & separatim pro viuus aliquibus, & iis maxime pro quibus orari iubet Paulus, oratur. Ad eorum autem confutandos errores, alij alia, & vnicuique eorum magis expedire visum est, via ingressi sunt: alij enim productis sacrae scripturae testimoniis: alij efficacibus argumentis solidisque rationibus: alij antiquissimorum quoque & probatissimorum doctorum auctoritatibus aduersus eos decertarunt. Maxima certe laude omnes digni sunt, qui nostris aduersariis (quid ni enim aduersarios vocem, qui cuiusmodicumque sint eorum praestrationes, sua certè relicta statione nobiscum amplius non stant?) qui nostris inquam, aduersariis ostenderunt, se non modo eis vlla ex parte cedere, sed veritate & ratione esse eis etiam longè superiores. Mihi ad eorum reprimendam & frangendam audaciam, summamque perneciam penitus infirmam, & ad populum in fide & officio continendum, nihil melius & validius esse videtur, quam si vnicuique & perpetuum omnium gentium, quae Christo nomen dederunt, hac in re consensum nobiscum facere ostendatur. Quamuis enim ad probandum quid in iis quae de fide & religione exoriuntur controversiis sequendum, sic iure debeat sufficere sanctae Romanae ecclesiae auctoritas, quae quod à Diuo Petro Apostolorum principe Christique vicario est traditum, perpetua tot pontificum serie vno & eodem tenore semper seruauit, & à qua, tanquam à sanctissimo totius orbis oraculo, de rebus ad fidem pertinentibus si vlla exorta esset dubitatio, responsa in hodiernum usque diem data sunt: tamen quoniam harum sectarum auctores, suatum demum decreta firma & stabilia fore existimantes, si petram suo loco mouissent, eam frustra quidem, sed magno tamen conatus labefectare conati sunt, externa etiam euocare auxilia non fuerit alienum, non quod non satis per se possit petra super petram, hoc est,

hoc est supra Christum fundata, omnium haereticorum quantiscumque copiis, duce Christo, qui eam fundauit, resistere: sed vt cum vniuerso mundo planum factum fuerit, omnes qui Christi vbiq; terrarum susceperunt, rectè nobiscum sentire, & haeretici suae recordia morbum agnoscere, donec adhuc est medicinae locus, ad optimum medicum, nempe Christum reuertantur, & qui primo quidem aspectu probabilibus, sed non minus venenatis quam futilibus, si rectè ponderentur eorum argumens, is adducti, aliquam eis fidem habuerunt, eos deinceps, vt deploratos & immedicabili peste affectos fugiant & auerfentur: reliqui vero, hoc accepto veluti antidoto: si eos omnino vitare non possint, quod esset consultiusimum, de sua certè salute & cautiore & securiores euadant. Hoc itaque primum statuendum est, quod id quod ab omnibus gentibus & nationibus quae Christum colunt, vbiq; citra vllum discrimen seruatur, id non possit non esse à Christo & Apostolis traditum: quod autem à Christo & Apostolis traditum est, id non esse cum omni veneratione amplectendum, suscipiendum & retinendum, est plene impium & nefarium dicere. Cum itaque apud omnes Christianas nationes, Sacerdotes diuinum sacrum facientes, post consecrationem, per quam verum effici Christi corpus & sanguinem, exterioribus tantum signis remanentibus, apud omnes in confesso est, statim dicant, Tui mandati memores (nempe eius quod dixit Christus, Hoc facite in mei recordationem) tibi offerimus, omnino necesse est hoc esse sacrificium à Christo institutum, & per manus ab Apostolis ad nostra usque tempora traditum. Porro autem cum id & in remissionem peccatorum vbiq; offeratur, & in eo de sanctis memoria agatur, & pro viuus ac defunctis tam generaliter quam pro aliquibus nominatim oratur, non est dubium altaris sacrificium, quod Hebraeo vocabulo ab Apostolis relicto Missam dicimus, & peccata expiare, & tam viuus quam defunctis, & tam generaliter quam priuatim aliquibus applicare ac prodisse, idque velint nolint Lutherani, à tempore Apostolorum ad nos usque peruenisse. Quo fit vt canon Missae, quem ij tantè perè execrantur, apud alios omnes fideles iure sacrosanctus, vt est, dicatur & habeatur. Rogentur omnes omnium nationum sacerdotes, & omnes vno ore respondebunt, hac quae dixi omnia ita habere. Rogentur Aethiopes, qui Chaldaea lingua utuntur, & ij hæc ita esse non inficiabuntur. Rogentur Armenij, qui licet fortasse in nonnullis aliis aliquando à nobis differant, in his quidem certè nobiscum semper optimè conuertere. Rogentur Graeci, & ij ea ita esse affirmabunt vt interim mirentur illos esse omnino Christianos qui audeant aliter sentire. Quamquam quid eos rogare opus est, cum Venetijs haud ita pridem sic editum eorum euχολόγιον seu sacerdotale Graecum, ex quo poterit eorum sacrificandi ritum quilibet studiosus cognoscere. Sed quoniam pulcherrimam eorum linguam non cuius scire datum est, hanc recip. Christiana nauauit opera, vt Diui Chrysostomi, & Diui Basilij λειτουργία, hoc est, sacrificij seu missae ritum ordinationem, ex eorum sacerdotali, in linguam Latinam verterem. Quae vt facilius intelligeretur, Nicolai quoque Cabasilae, viri in primis pij, & docti compendiosam in eam interpretationem illi adunxi: & vt qui sublimium rerum contemplatione delectantur, per hoc sanctum, & mysticum sacrificium, ad ea quae sunt ab omni materia remota, mente versanda deducantur, & Deo, quoad eius fieri poterit, uniantur, Maximi Monachi optimi Dionysii interpretis, de Mystagogia Ecclesiastica, hoc est, de introductione ad sacra Ecclesiae mysteria, opusculum adieci.

Ex quibus omnibus non dubito studiose lector, quin si ea diligenter perlegeris, non leuem sis ex eis utilitatem accepturus: nempe, vt non omni vento doctrinae circumactus, à Cynosura, hoc est à Christi Ecclesia, optima fidelium duce, oculos minime dimoueas. Hoc autem onus eo lubentius suscipi, quod cum Lutherani, vt suam causam vulgò probabiliorum & plausibiliorum efficiant, & Graecos pro se facere iactant, & eo nomine pulcherrimam linguam apud bonos quidem, sed plus satis simplices, in inuidiam vocent: ij his quidem certè perlectis facile intelligant, quam longè lateque Graeci ab eis differant, & pro parte orthodoxorum vna cum ceteris Christianis nationibus faciant.

Es tamen admonendus studiose lector, vt 29. & 30. caput libri Cabasilae caute legas, ex quo imprudens fortasse quispiam posset facile colligere aliud sentire Graecos de verbis consecrationis, quam Latina Ecclesia sentiat, cum res tamen aliter habeat. Vt autem ad ea legenda tutius accedas, operæ precium fortasse fuerit te paucis praemunire. Primum itaque oportet intelligas Graecos Latinorum sententiam, sepe numero non satis intellexisse: vbi autem fuisset exposita, facile consensisse. Quod vsu venit in consilio Florentino, cum de spiritus sancti processione ageretur.

Cum enim existimarent Latinos duo principia statuere, & ideo ab eis dissentirent, vbi rem aliter habere intellexerunt facile acquieuerunt. Similiter hic nos ter Cabasilae videtur existimasse Latinos credere se per solam verborum Christi narrationem Christi corpus & sanguinem consecrare, cum tamen nemo Latinorum dubitet non sufficere formam consecrationis, nisi ad sit consecrantis sacerdotis institutum ac propositum. Quo accedente, forma verborum in persona Christi prolata, dicitur esse efficax, & habere conuertendi potestatem, virtute ipsius Christi summi sacerdotis. Item etiam falso arbitratur Latinos contemnere orationes, quae fiunt à Sacerdote super dona, post verba Christi recitata, & ex ritu consecrandi pronuntiata. Id enim falsum esse liquet ex canone Ecclesiae Latinae, in quo ponuntur tres ad minus orationes post consecrationem super diuina munera: Prima est Super quae propitio, &c. Secunda: Vnde & memores. Tertia: Haec omnia semper bona creas, sanctificas, & benedicens. Quamquam secundam quoque orationem aliter interpretantur, quam Latini intelligant, vt statim dicetur.

Quod autem videtur esse in hac opinione, vt existimet post verba consecrationis adhuc remanere panis & vini substantiam, nec nisi post sacerdotis orationes & benedictiones fieri conuersionem, id esse falsum vel ex ipsius Basilij & Chrysostomi sacrificandi ritum facile potest perspicere.

Nam post verba consecrationis super panem & vinum prolata, sacerdos & Diaconus ea vtrique ostendunt vt adorentur. Quin ipse etiam ad mensam ter adorant: quod non fieret, nisi re ipsa facta esset conuersio. Deinde si per benedictiones & orationes, quae consequuntur & dicuntur à sacerdote fieret conuersio, non fieret conuersio panis ante conuersionem vini. Nam post vtriusque benedictionem & orationem, tandem dicit sacerdos, Mutans spiritu tuo sancto, & tamen si vera sunt quae dicit, per orationem sacerdotis fieri mutatio tam panis quam vini in suo ordine. Eius itaque expositio nec sc̄cum satis constaret, neque Christi ritum & ordini consecratio Graecorum, si ea esset eiusmodi, responderet, qui prius suum corpus verè consecrasset, deinde sanguinem, non vtraque simul. Dicendum est ergo Latinorum & Graecorum esse mentem, vt eodem veritate consecrationis referant, alioqui sermo Christi non esset opifex, vt ait Chrysostomus, quem quidem adducit Cabasilae tanquam suae opinionioni contrarium, nec eius tamen auctoritatem diluendo satisfacit. Nam quod attinet ad vim verborum, Crescite & multiplicamini, quibus vt alia addantur, requiritur, nempe matrimonium, alimentum, & cetera: id in causa est, quod ea ad futurum referantur, & quae requirebantur includerent. Hic autem, Christus veram & re ipsa substantiam sui corporis praesentiam significauit, & ita vt ipse fecit fieri iussit, vt sermo eius esset efficax & operans eo ipso momento quo dicitur, non quando

iam transit, ut videtur sentire Cabasila. Nec obstat quod in missa Chrysostomi & Basilij, post prolationem verborum Christi dicit sacerdos: Fiat corpus, Fiat sanguis &c. Non est enim intelligendum tunc primum fieri conversionem, quæ iam paulo ante facta est: sed ut ostendatur quod licet sermo Christi in voce transierit, tamen remanet effectus potentia eius sub symbolis seu speciebus panis & vini. Similis modus loquendi inuenitur Marci quinto, de muliere profusio sanguinis laborante, quæ posteaquam à Christo sanata est fide, & eius simbrie vestimenti contactu, à Christo nihilo minus audit, Esto sana à plaga tua, quæ tamen iam sanata fuerat. Sed hoc dicere voluit Christus, ut licet tactus simbrie transfuseret effectus tamen inde consecutus persisteret. Cum itaque Cabasila interpretatur locum illum Canonis Ecclesie Latinae, ita ut suo sensui congruat, id disiderat ab intelligentia Latinorum qui id aliter accipiunt. Nam perferri, siue sursum ferri, interpretatur mutari. Latini autem intelligunt offerri per manus sancti Angeli, Christi scilicet, qui est magni consilij Angelus, Vel etiam Angeli, seu Angelorum, qui orationes & vota nostra Deo offerunt, ut legitur in libro Tobiae, & Actu. x. Postremo, quod dicit post sermonem Christi, dona altaris, panem & vinum adhuc vocari, id quidem verum est, de vino autem non itidem inuenio, calix enim vocatur in missa Chrysostomi, & Basilij. Quamvis autem id verum esset, nihil tamen obstat, cum res in quas alia conuertuntur soleant retinere nomina carum quæ conuersa sunt: ut patet in virga Moysi: & aqua in vinum conuersa. Ioan. 2. Immo verò etiam Latini interdum vocant vinum sanguinem Christi. At enim sanctus Cyprianus. Lib. II. Ephes. III. Quomodo autem creatura de creatura, vitis nouum vinum cum Christo in regno patris bibemus, si in sacrificio Dei patris vinum non offerimus. Et Hieronymus. q. II. ad Hedibiam: Panis qui de caelo descendit, corpus est Domini, & vinum quod discipulis dedit, sanguis illius est noui testamenti. Hæc autem quæ à nobis dicta sunt, confirmat consilium Florentinum, quod Armeniis dedit formam & ritum consecrandi Ecclesie Latinae, quem quidem receperunt, ipsi Græcis nequaquam reclamantibus. Hæc, visum est admonere, ne quis existimaret Græcorum sensum, quod ad corporis & sanguinis Domini consecrationem attinet, à Latinorum sententia, hoc est ab Ecclesie veritate disiderare. Quod posset fortasse quispiam ex his duobus capitibus colligere. Cætera autem quæ sunt in hoc libello, sunt eiusmodi, ut nihil magis pius nec magis Christianum dici aut fingi possit. Ea itaque studiose lector faciat, & equi boni consulas, & si quid spiritualis commodi ex eis percipias, Deo omnis boni auctori & datori age gratias. Vale & fruere.

NICOLAI CABASILAE VIRI IN PRIMIS III, ET LONGE
COMPENDIOSA INTERPRETATIO
in diuinum Sacrificium.

CAPVT PRIMVM.

Quid sibi
vult in su-
ma vniuer-
sum sacri-
ficium.

Ante facrorum mysteriorum celebra-
tionis opus & effectus quidem est, do-
norum in diuinum corpus & sangui-
nem mutatio. Finis autem, ut fideles
per ipsa sanctificentur, peccatorum remissione,
& regni celorum hæreditate simul accepta. Præ-
paratio autem & quæ ad opus, & hunc finem con-
ferunt preces, Psalmodiæ & sacrarum literarum
lectiones, & ut semel dicam, omnia quæ ante do-
norum sanctificationem, & post sanctificationem
sacro sancte dicuntur, & fiunt. Et si enim gratis
dat nobis Deus sancta omnia, & ad ipsum nihil
afferimus, sed sunt reuera gratiæ, ut tamen ad ea re-
cipienda & conseruanda apti simus, à nobis neces-
sario postulat, nec sanctificationem impertierit,
nisi iis qui ita affecti & dispositi fuerint. Ita bapti-
zat, ita vngit, ita conuiuio excipit, & sacra mensa
impertit. Hoc autem significauit in parabola se-
minis.

Exiit enim, inquit, qui seminat, non ut terram
aret, sed vt feminet, nempe quod oratio & omnis
præparatio à nobis afferri debet. Quoniam ergo ad
assequenda sacramenta ita erat necessarium, vt qui
rectè haberent, & parati essent accederent: oportebat
hoc inesse in sancti sacrificij constitutione, &
inest. Hanc enim in nobis habent potestatem preces
psalmi, & siquid sacrosanctè in ea fit & dicitur. Nos
enim sanctificant & disponunt, partim quidem vt
rectè suscipiamus, partim autem vt sanctificatio-
nem conseruemus & retinere pergamus. Duplici-
ter autem sanctificant. Vno quidem modo, quo ab
ipsis precibus iuuamur, & psalmis, & lectionibus.
Preces enim ad Deum conuertunt, & peccatorum

remissionem conciliant, & psalmodiæ similiter eum
nobis efficiunt propitium, & quod illinc dependet
momentum attrahunt. Sacrificia enim, inquit, Deo
sacrificiū laudis, & liberabo te, & glorificabis me.
Sacrarum autem scripturarum lectiones, Dei beni-
gnitatem, & humanitatem annunciantes, & rursus
iustitiam, & iudicium, & eius merum in animas no-
stras immittunt, & dilectionem in eum accendunt,
& ita ad eius seruanda mandata multam prompti-
tudinem, & animi alacritatem afferunt.

Hæc autem omnia, & Sacerdoti & populo pul-
chriorem & diuiniorem animam efficientia, utro-
que ad susceptionem & conseruationem aptos red-
dunt, qui est finis sacrificij: priuatim autem ac seor-
sum Sacerdotem, vt non indignè ad sacrificiū per-
agendum accedat, preparant, quod quidem est my-
sterij celebrandi opus, vt dictum est. Hoc ipsum au-
tem etiam in multis precum locis situm est, & pre-
catur Sacerdos ne videatur indignus proposito, sed
puris manibus, & anima, & lingua, & mysterio ser-
uiat, & sic ab ipsa verborum, quæ dicuntur, & can-
untur, potestate, ad sacrum celebrandum adiuua-
mur. Alio autem modo ab his, & præterea omnibus
quæ in sacrificio peraguntur, sanctificamur, quate-
nus in eis videmus Christum figuratum, & ea quæ
pro nobis fecit & passus est. Etenim in Psalmis & le-
ctionibus, & omnibus quæ à Sacerdote per totā sa-
cri celebrationem sūt Seruatoris nostri humanæ na-
turæ susceptionis œconomia significatur, quæ eius
quidē prima sunt, iis quæ in sacrificio sunt prima,
significantiibus: quæ verò secundo loco, secunda:
quæ autem postremo loco, ea quæ consequuntur,
& licet iis qui hæc vident, omnia habere ante oculos. Do-

Ios. Donorum enim sanctificatio, ipsum sacrifi-
cium, eius mortem annuntiat, & resurrectionem,
& assumptionem, quoniam preciosa hæc dona in
ipsum corpus dominicum mutantur, quod hæc
omnia suscepit, quod crucifixum est, resurrexit &
in caelos ascendit.

Quæ autem ante sacrificium dicuntur & fiunt,
ea quæ ante mortem fuerunt, aduentum, ostensionem,
& perfectam manifestationem. Quæ autem
post sacrificium, patris promissionem, vt ipse dicit,
sancti spiritus ad Apostolos descensum, gentium ad
Deum per illos conuersionem & communionem,
& est vniuersa mysterij celebratio, veluti vna qua-
dam imago vnius corporis reipublicæ Seruatoris, B
omnes eius partes ab initio ad finem, per ordinem,
& inter se conuenientiam sub aspectum deducens.
Vnde psalmi quidem, vt qui canuntur in processibus,
& adhuc ante eos quæ in donorum propositione
& fiunt & dicuntur, primum tempus Christi Œ-
conomia significant.

Quæ autem post psalmos, sacrarum litterarum
lectiones, & alia, id quod sequitur. Nam & si
dicatur alius esse vsus lectionum & Psalmodia-
rum, ea enim adsumpta esse, vt scilicet ad virtu-
tem nos vngant, & vt Deum propitium reddant,
nihil tamen prohibet quominus & hoc & illud
possint, & eadem, & fideles ad virtutem inducant,
& Christi œconomiam & dispensationem in car-
ne significant. Quemadmodum enim vestes, in-
dumenti quidem vsum implent, & corpus tegunt:
eo autem quod tales vel tales sunt, nonnunquam
& artificium, & vitam & dignitatem eorum qui
induti sunt significant, ita etiam se habet in his.
Quia enim diuinæ scripturæ, & verba diuinitus
inspirata, & hymnos Dei comprehendunt, & ad
virtutem adhortantur, eos qui legunt & canunt
sanctificant. Quia autem talia electa sunt, & ita
sunt ordinata, & aliam habent potestatem, & suffi-
ciunt ad significandam Christi peregrinationem,
& eius institutionem. Neque enim ea solum quæ
coluntur & leguntur, sed ea etiam, quæ in cele-
brando peraguntur, eodem modo se habent: Fit
enim vnumquodque, præsentis vsus gratia: signi-
ficat autem etiam aliquid ex operibus vel actioni-
bus, vel passionibus Christi.

Quemadmodum oblatio Euangelij ad altare,
oblatio preciorum donorum. Fit enim vtrum-
que vt vsus postulat, illa quidem, vt legatur Euan-
gelium, hæc verò vt sacrificium peragatur: signifi-
cant autem vtraque, seruatoris ostensionem & ma-
nifestationem, illa quidem, incipientes manifesta-
ri, obscuram & adhuc imperfectam: hæc verò per-
fectissimam & vltimam. Sunt autem etiam eorum
quæ fiunt, nonnulla quæ nullum vsum implent,
sed alicuius tantum rei gratia significandæ sunt,
sicut panis punctio, & quæ in ipso fit crucis inscri-
ptio, & quod ferriculum, quod ipsum pungit, est
ad formam lanceæ factum, & postremum, aquæ in
sancta immisio. Porro autem in aliis etiam sacra-
mentis multa talia inuenieris, quemadmodum in
baptismo, eos qui sunt baptizandi, & calceos & ves-
tes oportet exuere, & ad occidentem respicien-
tes, manus extendere, & insufflare. Sed hæc qui-
dem illic docent, quantum maligni odium in no-

bis esse oportet, & quomodo necesse est eum se ge-
rere, qui est verus Christianus futurus, & si quid
aliud huiusmodi in sacramentis: aliam habeat si-
gnificationem. Quæ autem fiunt in mysterij do-
norum celebratione, ad Seruatoris susceptæ carnis
œconomiam omnia referuntur, vt eius contemplatio
nostris oculis subiecta, animas sanctificet, & sic
apti efficiamur ad sacrorum donorum susceptionem.
Sicut enim tunc cum fuit, orbem terræ erexit,
ita semper considerata, pulchriorem iis qui ipsam
contemplantur, & diuiniorem animam efficit, im-
mo quod magis est, ne tunc quidem quicquam iu-
uisset, nisi cōsiderata & credita fuisset, & ea de cau-
sa fuit prædicata, & vt crederetur, Deus innumera-
bilia machinatus est, nempe quod non posset quod
suum est facere, & homines seruare, si eos qui ab ip-
sa seruandi sunt, eā fuisset lateret. Sed nunc quidem
prædicata, reuerentiam in Christum, fidemque &
dilectionem ingrati animi hominibus, cum antea
non essent, fabricabatur. Nunc autem ab iis qui iam
crediderunt diligenter considerata, beatas has affec-
tiones eis quidem non inferit, sed infinitas conser-
uat, & renouat, & auget, & in fide quidem firmio-
res, in pietate autem & charitate ipsos feruentiores
efficit, quæ enim cū non essent, vt fierent effecit, ea
multo facilius seruare, & custodire, & renouare
poterit. Hæc autem sunt, cum quibus ad sacra acce-
dere necesse est, & sine quibus vel eo aspicere est
omnino nefarium, religio, fides, dilectio in Deum
valde vehemens. Propterea oportebat contempla-
tionem, quæ in nobis hæc posset inferere, in sacrifi-
cij constitutione significari, vt non mente solum,
sed etiam quodammodo oculis, videremus mul-
tam diuitis paupertatem, eius peregrinationem qui
omnem locum obtinet, probra eius qui est benedi-
ctus, passionem eius qui est impatibilis, quantum
odio habitus, quantum dilexit, quātus quum esset,
quantum seipsum humiliavit, & quid passus, &
quanam re à se facta, hanc coram nobis mensam
parauit: & ita salutis nouitatem admirantes, & pro-
pter misericordiarum multitudinem stupore per-
culsi, reuereamur eum qui sic misertus est eum, qui
sic seruauit, eique credamus animas, & vitam com-
mēdemus, & corda accendamus igne suæ dilectio-
nis: & quum tales fuerimus, poterimus, & securè &
familiariter in mysteriorum igne versari. Nō enim
sufficit ad hoc vt tunc tales simus, ea quæ Christi
sunt aliquando didicisse: & ea scire, sed necesse
est etiam tunc mentis oculum illic figere, & ea
actu contemplari, omni alia eiecta cogitatione,
siquidem ad sanctificationem illam, aptam, &
accommodatam, vt dixi, sumus animam reddituri.
Si enim tenemus quidem rationem pietatis, E
adeo, vt de ea rogati rectè respondeamus, quando
autem oportet mysteriis imbui, non rectè omnia
consideramus, nec mentem adhibemus, nulla est
nobis illius cognitionis utilitas: non enim potest
nobis vllam earum quæ dictæ sunt affectionum
immittere, ex iis enim quæ tunc nos detinent, cogi-
tationibus afficimur, & tales habemus affectio-
nes, quales illæ possunt efficere: Propterea ta-
lis excogitata est figura, partim quidem non verbis
solum significans, sed omnia etiam sub aspectum
deducens, partim autem quæ toto sacrificij tem-

pore appareat. Vt per illam quidem, agat in animas facilius, & non sola contemplatio, sed etiam affectio & passio in animis insideat, utpote euidentibus nobis per oculos impressa imaginatione: per illam autem non det locum obliuioni, neque sinat cogitationem ad aliquid aliud conuertere, donec ad ipsam mensuram deduxerit, & ita illis cogitationibus refertur, & vigentem memoriam habentes, sumus sacrorum mysteriorum participes, sanctificationi sanctificationem inducentes, contemplationum sanctificationi, sanctificationem mysterij, & transformati à gloria in gloriam, in eam quæ est omnium maxima, ab ea quæ minor est. Et hoc quidem sibi vult totum, ut summam dicam, sacrificium, deinceps autem vnumquodque ab initio, eius fieri poterit, sigillatim considerandum est. Primum quidem preces quæ sunt in initiis, & sacræ benedictiones, & sacra cantica, & lecti nes: postea ipsum sacrum opus, ipsum sacrificium: post hoc autem sanctificatio, qua per ipsum sanctificantur animæ Christianorum, & viuorum & mortuorum. Præterea autem & quæ ea consequuntur, populi & sacerdotis ad Deum cantica & preces, siquid eorum consideratione & contemplatione indiget: ante omnia autem, & in omnibus, quæ per totam mysterij celebrationem apparet Seruatoris susceptæ carnis œconomia, quid eorum, quæ ad illam pertinent, per quodnam eorum quæ in Sacri celebratione fiunt, significatur.

Cap. 2.

Initium autem ducamus ab eorum, quæ in propositione fiunt & dicuntur, contemplatione, & ipsa eorum allatione, donorumque oblatione. Cur enim non statim ad altare ducuntur & sacrificantur, sed primum tanquam dona Deo dedicantur? Quia offerebantur quidem Deo sacrificia ab antiquis, ratione carentium animalium cædes, & sanguis: offerebantur autem etiam dona, quemadmodum vasa aurea vel argentea. Corpus autem Christi etiam vtraque habere videtur. Etenim sacrificium quidem posterius extitit, quando pro gloria patris est interfectus, dedicatus autem erat & oblatus Deo ab initio & donum erat ipsi preciosum, & tanquam adsumptum ut nostri generis primitiæ, & propter legem, quod erat primogenitus. Ea de causa, quæ nunc offeruntur, per quæ corpus illud significatur, non statim ad altare ducuntur & sacrificantur, sed hoc quidem fit postea, prius autem Deo dedicantur, & dona preciosa Deo, & fiunt, & vocantur. Ita fecit Christus. Quando enim panem & vinum manibus acceptum ostendit Deo & patri, tanquam dona, ea Deo offerens & dedicans, ostendit. Et vndenam hoc constat? Ex eo quod Ecclesia hoc facit, & ea dona vocat.

Non enim id faceret, nisi Christum hoc fecisse sciret. Audiuit enim ipsum iubentem, Hoc facite & non dissimiliter eum esset imitata.

Cap. 3. Quid hæc dona Deo offeruntur, siquam vitæ humanæ primitiæ.

Sed quænam est figura donorum? Fructuum primitias offerebant antiqui, vel pecorum, vel armentorum, vel aliarum possessionum. Nos autem, tanquam vitæ nostræ primitias, hæc dona Deo consecramus; ut quæ sunt humanum nutrimentum, per quod corporea vita constat: & non constat solum per nutrimentum vita sed etiam per ip-

sum significatur. Vnà enim cum eo comedimus & bibimus, post resurrectionem dicebant de Christo Apostoli, ut ostenderent, quod viuentem ipsum viderent, & Christum, quem excitauit, mortuo iussit dari quod comederet, ut nutrimento vitam ostenderet. Quamobrem est satis probabile eum qui nutrimento vesci incipit, videri ipsam vitam inchoare. Sed dixerit fortasse quispiam, quod etiam omnia ferè quæ ab antiquis Deo offerebantur, poterant hominem alere: erant enim fructus, pro quibus agricolæ terram colunt, & animalia esculentia. Quid ergo illanc omnia erant vitæ humanæ primitiæ? Nequaquam, nihil enim illorum est propriè nutrimentum humanum: commune est enim aliorum animalium: hæc quidem, volucrum & eorum quæ herba vescuntur: illa verò ferarum, quæ carnem deuorant. Humanum enim illud dicimus, quod ad solum hominem pertinet, confessione autem panis opus habere ut comedat, & vinum conficere, ut bibat, est solius hominis proprium. Et hæc quidem est forma donorum oblationis.

Cap. 4. Cur cõsentaneum ut vitæ humanæ primitiæ essent hæc dona.

Quæ est autem causa, & quæ ratio, quamobrem oporteat nos primitias vitæ Deo hæc dona offerre? Quod Deus vitam nobis pro his muneribus remuneratur: & par erat munus à remuneratione non omnino discrepare, sed aliquid cognatum habere, & illius existentis vitæ ipsum quoque esse quodammodo vitam, & maxime, quoniam ipse est & doni legislator, & remunerationis supplicator, qui iuste iudicat, & omnia lance & statere ponderat. Ipse iussit panem & vinum offerre. Ipse pro eis retribuit panem viuentem, & calicem vitæ æternæ. Vnde quemadmodum Apostolis pro piscatione piscationem reddidit, pro piscatione piscium, piscationem hominibus: & diuiti, qui de regno interrogauerat, pro terrenis diuitiis cœlestes diuitias pollicitus est: ait cõtra hic, quibus vitam æternam erat daturus, dico autem viuificum suum corpus & sanguinem, eis offerre iussit ea quæ breuis & momentaneæ vitæ causæ sunt, ut pro vita, vitam reciperemus: pro temporali, æternam, & gratia, gloriæ fit retributio & nostri misericordia, habeat etiam aliquid iustitiæ, & impleatur illud eloquium: Põnam misericordiam meam in statere. Et hoc non solum, fit in hoc sacramento, sed etiam in baptismo, & vitam vita commutamus: & illam quidem prodigimus, hanc verò pro illa accipimus.

Sed vitæ quidem profusio, mors est in quadam imagine & pictura, resurrectio autem est vera vita. Quia enim Seruator, qui & mortuus erat & resurrexerat, nouam suam vitam nobis quoque voluit impertiri: iussit nos etiam ex hoc magno dono ipsi aliquid offerre. Et quid hoc est? imitari eius mortem. Et quomodo? cum corpus in aqua, tanquam in sepulchro, absconderimus, & hoc ter ostendimus, tanquam iam mortis & sepulchri nos socios acceperit, noua sua vita dignatur. Et hæc quidem ita habent.

Cap. 5. Cur nõ totus panis offeratur, sed pars que scissa est.

Porrò autem illud etiam notandum est, quænam ob causam, nõ panes simpliciter, sed quem ipse Sacerdos ex eis abscindit, hoc est donum facit, & Deo offert, & ad altare allatum consecrat. Et hoc est proprium oblationis. Alia enim dona, ij qui possidebant,

debant, ea ab iis quæ erant eiusdem generis separabant & in templum afferbant: & in manibus sacerdotum ponebant: Sacerdotes autem suscipiebant & offerebant, vel sacrificabant, vel quicquid aliud fieri oportebat, ex iis quæ oblata erant.

Corpus autem Domini ab eo ipso Sacerdote, & ab iis quæ erant eiusdem generis, separatum, & ablatum, & assumptum, & Deo dedicatum, & postremo sacrificatum est. Ipse enim seipsum à nostra massa separans, separauit Dei filius. Ipse autem donum Deo dedit, ponens id in sinu patris, utpote ab illo sinu ipse nunquam separatus, sed illi etiam hoc acquirens & apponens, ut simul ac formatum esset, Deo quoque esset datum: postremo autem ipse quoque in cruce in egit & sacrificauit, propterea panem mutandum in ipsum corpus, ipse Sacerdos & ab iis quæ sunt eiusdem generis & naturæ abscindit, & Deo offert, ponens in sacra tabula, & postea ad altare allatum sacrificat.

Cap. 6. Cur in pane effingit Sacerdos passionem Christi.

Abscissus ergo panis, donec in propositione situs est, panis purus & simplex, qui nihil aliud accepit, nisi quod Deo est dedicatus, & donum effectus, quando etiam significat Christum in illa ætate ex qua donum factus est.

Factus est autem ab ipsa natiuitate, quemadmodum prius dictum est, quod etiam propter natiuitatem donum erat secundum legem, quia erat primogenitus. Qui autem, quæ postea factæ sunt in illo corpore passiones propter salutem nostram, crux & mors, antiquis prius figuratæ sunt: ea de causa etiam Sacerdos hic priusquam panem ad altare afferat, & sacrificet, illos typos & figuras prius in ipso conatur ostendere. Et quomodo interea dū ipsum à panibus integris auferens, facit donum Domini passionem & mortem in eo scribit, veluti in tabula & omnia quæcumque facit, partim quidem ad vsum pertinentia, partim verò de industria facta, ad hanc significationem deducuntur, & sunt ea quæ tunc sunt, salutarium passionum & mortis ætæ narratio. Hic erat autem mos antiquus, & ætæ nonnunquam & narrabant, & suadebant & prædicebant: Etenim Propheta cum vellet ostendere Hebræorum captiuitatem, seipsum ligauit: & Agabus postea hoc ipsum fecit, significans Pauli vincula. Dicunt etiam quendam ex diuinis patribus, rogatum quid est Monachus, nihil quidem respondisse, sed qua indutus erat vestem exutam conculcasse. Porro autem ipsam Domini mortem, & à Christo susceptæ carnis œconomiam, veteres non solum verbis, sed etiam factis & ipsi significabant: & à Deo discebant. Cuiusmodi erat mare, quod virga scindebatur, & rubus, qui in flamma ardebat: & Isaac, qui à patre ad cædem ducebatur, & alia per quæ ab initio significabatur mysterium. Sacerdos etiam ea videtur facere, quæ de illo nouit sacrificio, & verbis narrans, & factis ostendens, quoad eius fieri potest, ut in ea materia ostendatur: propemodum dicens, Ita venit ad passionem Domini, ita mortuus est, ita in latere punctus est, ita à puncto latere sanguis & aqua tunc illa effusa est. Et hæc facit, primum quidem, ut ostendat, sicut dixi, quod huius veritatis & rerum typi, & scripturæ quædam ante præcellerunt, & præsignificauerunt hominibus, quemadmodum ipse priusquam panem

ad altare afferat & sacrificet, ea quæ ad sacrificium pertinent in ipso describit.

Deinde ostendens quod hic panis festinat mutari in illum verum panem crucifixum, sacrificatum: præter hæc autem omnia, quoniam mortem Domini oportet annunciare: ut nullum modum annunciationis & narrationis prætermittat, ad quam innumerabilia ora non sufficerent, eam, & verbis & factis recenset.

Cap. 7. Quid est Domini recordatio.

Et Primum pane accepto, à quo oportet sacrum epanem abscindere, dicit, In recordationem Domini & Dei & seruatoris nostri Iesu Christi, ex illo lius præcepto. Hoc enim, inquit, facite in meam recordationem. Et non de pane illo hoc solum dicit, sed de vniuerso quod celebratur mysterio, ut qui hinc sacrum operari incipiat. Nam etiam dominus postquam vniuersum mysterium peregit, hoc dictum subiunxit, Hoc facite in meam recordationem. Sed quænam est hæc recordatio? & quomodo in rei sacræ celebratione Domini meminimus, quid agentis, quomodo se habentis: Dico autem, qui de ipso reputates, quid narrantes: an quod mortuos suscitauit, & cæcis visum dedit, & ventos increpauit, & ex paucis panibus ad satietatem milia aliquot nutriuit, quæ eum & Deum esse, & omnia posse ostenderunt? Nequaquam: sed ea potius quæ videntur significare imbecillitatem, crucem, passionem, mortem, in his nos iussit facere eius commemorationem. Et vndenam hoc scire possumus? Ita intellexit Paulus qui quæ eius sunt, optimè nouit.

Ad Corinthios enim scribens de mysterio cum narraffet Dominum dixisse, Hoc facite in meam recordationem, subiunxit: Quoties enim panem hunc comederitis, & de calice biberitis, mortem Domini annuntiabitis. Hoc ipse etiam Dominus ostendit in traditione sacramenti. Cum enim dixisset, hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus, non adiecit eis miracula, dicens, quod mortuos suscitauit, quod leprosos mundauit. Sed quid? Passionem solum & mortem: Quod pro vobis frangitur. Qui pro vobis effunditur. Et quænam est ratio, quod non miraculorum, sed passionum meminit? Quoniam hæ sunt illis tanto magis necessariæ, quod hæ quidem sunt nostræ salutis efficientes, & sine his minimè possit homo resurgere; passiones, inquam, illa autem tantum demonstrant. Fiebant enim miracula, ut crederetur Dominus esse verè Seruator.

Cap. 8. De iis quæ in pane fiunt.

Quoniam ergo oportet hoc modo facere Domini commemorationem, propterea cum dixit sacerdos, in recordationem Domini, subiungit ea quæ significant crucem, & mortem: Panem enim abscindens, veterem de salutaris passionis refert Prophetiam: Sicut ovis ad cædem ductus est, & cætera, & verba, & facta, quantum ipse potest, narrans. Nā cum panem ad huc vsum fecerit, ut donum eximat, hoc ipsum etiam facit exemplum propositi: ad significandum recessum Domini à mundo in viam quæ est ad patrem per mortem, eam captiuam abducentis, sicut ipse dixit.

Relinquo mundum, & vado ad patrem, & quia sæpè figens ferrum, deinde scindit panem, in tot partes diuidit sermonem Propheticum, vnaquam-

que partem sermonis accommodans unicuique partem sectionis, ut ostenderet sermonis munus esse narrationem, quia sicut hic panis, ad hoc ut Deo offeratur & consecratur, ab eo quod est eiusdem generis & naturæ, separatus est, ita etiam Christus ab hominibus secessit, quorum naturæ per suam humanitatem fuit particeps, & tanquam ovis ad cædem ductus est, & eo modo sublata est de terra vita eius, & adiectis iis quæ sequuntur in Prophetia, cum panem in sacra tabula statuit, ille facit & dicit, per quæ ipsum sacrificium, & mors Domini annuntiat. Sacrificatur, inquit agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Hæc dicit & facit quæ declarant modum mortis. Crucem enim in pane imprimi, & ita indicat quomodo sacrificium factum est, nempe per crucem. Post hoc etiam ad dexteram partem panem pungit, illius lateris idem narrans per percussione panis. Propterea enim etiam ferriculum quod percussit, vocat lanceam, & ipse habet factum instar lanceæ, ut illam lanceam in memoriam reuocet, & ita facta ea narrans, etiam historia verba legit. Et vnus militum, inquit, lancea latus eius pupugit. Similiter etiam sanguinem & aquam quæ illinc fluxit, & verbo narrat, & facta ostendit. Infundens quidem in sacrum calicem vinum & aquam, subiungens autem illud: Et statim exiit sanguis & aqua. Et hæc quidem, recordatio Domini, & mortis eius narratio.

Cap. 6. Cur Dominus hoc iussit facere in sui recordationem.

Ad quam de causa hæc iussit, & ad aliquid respiciens, hanc recordationem à nobis exegit: Ne ingrati & immemores essemus. Est enim benefactoribus ab iis qui beneficio affecti sunt, quædam gratiæ relatio, eorum meminisse & eorum per quæ beneficio affecti sunt. Huius autem conservandæ memoriæ homines multas rationes excogitarunt, sepulchra, statuas, columnas, dies festos & celebres, certamina, quorum omnium vnus est institutum, non finire ut viri præclari & præstanti virtute, obliuioni mandentur. Tale est etiam quod dicit seruatur. Alij quidem alia obliuionis quærunt remedia, ut recordentur eorum qui ipsos beneficio affecerunt: vos autem in meam recordationem hoc facite & quemadmodum ciuitates, fortium viorum per quos victoriam assecutæ sunt, vel qui eis salutem attulerunt, aut res earum rectè gesserunt, columnis inscribunt: ita etiam in his donis nos mortem Domini adscribimus, in qua vniuersa sita fuit aduersus malignum victoria. Et per statuas quidem, ciuitates solum habent figuram corporis benefactorum: nos autem ab hac oblatione non habemus figuram corporis, sed ipsum corpus eius qui segescit fortissimè. Hoc ipsum etiam antiquis constituit, ut in figura facerent, id quod nunc est in rerum veritate. Id enim erat pascha, & agni occisio, in memoriam reuocat cædis illius ovis & sanguinis qui seruauit Hebræis in Ægypto primogenita. Et hæc quidem est ratio recordationis.

Cap. 10. Quam post commemorationem in oblatione dicitur, & quod donorum oblatio, ea

Sacerdos autem adhuc facit oblationem, & vniuersi cuiusque panis ex iis qui offeruntur partem auferens, facit sacrum donum, non eadem dicens & faciens quæ ab initio, per quæ mors Domini significabatur, quia quæ semel dicta sunt, de vniuerso mysterio dicta esse intelliguntur. Omnis enim donorum oblatio fit in recordatione Domini, & per

id vniuersum, mors eius annuntiat. Quænam enim sunt quæ recitantur? In gloriam sanctissimæ Dei matris, ad honorem huius vel illius sancti: in peccatorum animarum remissionem vel viuorum, vel mortuorum. Et quid hæc sibi volunt? Gratiarum apud Deum actionem, supplicationis materiam & occasionem, causa donorum oblationis. Ita enim habet: Nullum donum frustra datur, siue Deum colere, siue hominibus gratificari oportet, sed alicuius boni gratia, quod vel factum est, vel speratur. Vel enim pro iis quæ accepimus, benefactori donis gratiam referimus: vel si nulla adhuc fuerint, eum qui dare potest, ut assequamur, colimus & obseruamus. Hæc autem dona, propter vtrumque Deo offerri videntur, & quia accepimus & ut accipiamus, & Deo gratias agentes & ei supplicantes. Gratias agentes, pro beneficiis quæ accipimus: supplicantes, ut accipiamus. Dona itaque, & in gratiarum actione, & in supplicatione versantur. Sed quænam sunt quæ iam nobis data sunt: quæ verò quæruntur? Eadem omnino, remissio peccatorum, regni hæreditas, hæc enim ipse iussit peti ante omnia. Ea sunt quæ iam accepit Ecclesia, ea sunt & quibus supplicat. Et quis est modus, quo hæc bona iam assecuta est, & quis, quomodo assecuta est, & ut assequatur orat? Primum quidem assecuta est, & ad ea potestatem accepit. Etenim accepit potestatem ut filij Dei fieret, & hoc est solum commune donum, quod Christianis omnibus per mortem seruatoris datum est. Hoc est enim diuinum baptisma, & alia sacramenta, per quæ à Deo adoptamur, & regni cælorum hæredes efficiuntur. Deinde ipsius quoque regni actus fuit hæres, in innumerabilibus, qui sunt ex suo choro, quos in cæli misit coloniam, quos primogenitorum in cælis descriptorum Ecclesiam vocauit beatus Paulus. Ita ergo Ecclesia hæc magna bona est consecuta. Propter suos autem filios, qui adhuc currunt ad brauium, & ut semel dicam, eos qui in hac vita adhuc viuunt, quorum est finis incertus, & eos qui exceperunt non cum bona firmaque, & stabili spe, regnum nondum est assecuta, ea de causa meminit quidem mortis Domini. Meminit autem sanctorum, quibus plena sua obigit perfectio, meminit & eorum qui nondum perfecti sunt: pro illis quidem agens gratias, pro his verò supplicans. Quare primæ quidem oblationis partes, & etiam secundæ versantur in agendis gratiis, quæ autem consequuntur, in supplicatione, in recordatione domini, in gloria beatæ suæ matris, in intercessione sanctorum.

dem & gratias agit, & simplex petit.

Gratias, inquit, agimus quod morte tua vitæ portas nobis aperuisti, quod matrem lex nobis accepisti, quod tantam gloriam homo est assecutus, quod habemus intercessores qui sunt eiusdem gentis, & iis qui sunt eiusdem nobiscum generis tantam libertatem impertiisti. Illud enim, in gloriam & intercessionem idem est, quod pro gloria & pro intercessione, quemadmodum & illud, In remissionem peccatorum, idem est quod pro remissione peccatorum. Illud autem, Pro aliquo, habet duplicem significationem. Vel enim pro præsentibus, vel pro eo quod speratur. Beatæ autem virginis gloriam, & sanctorum intercessionem & libertatem, quis nescit esse bona præsentia? Pro præsentibus autem

bonis

bonis dona offerre, nihil aliud est quàm manifesta gratiarum actio. Præterea autem & illud, In recordationem Domini, per ea quæ prius dicta sunt, euasit manifestum significare quandam erga ipsum pro morte sua retributionem & gratiarum actionem. Propterea enim ante omnia in donorum oblatione hæc verba dicuntur, quod mors illa nobis causa fuit omnium bonorum. Vltimo autem loco facit supplicationem, petens remissionem peccatorum, & requiem animarum, & alia huiusmodi. Hoc est enim grati animi, non quid opus sit statim dicere, nec quod deest postulare: sed potius ea quæ iam accepimus primum memoria reperentes, pro eis illi gratias agere, & illum gloria afficere, & sic iis quæ sunt nobis necessaria, Dei gloriam præferre.

Cap. 11. Cur dona cooperitur, & de iis quæ acciuntur.

Via autem, quæ in pane dicta & facta sunt, per quæ mors domini significabatur, nihil aliud sunt quàm typus & figura: panis autem adhuc panis mansit, neque quidquam aliud accepit quàm ut Deo donum esset, & ideo fere typum Dominici corporis in prima ætate, quoniam illud quoque ab initio donum fuit, ut ante dictum est: ea de causa miracula quæ in illo facta sunt, cum recenter esset natus, & adhuc in præsepi positus, sacerdos in pane recitat & ostendit. Super eum enim imponens Asteriscum qui dicitur, seu stellulam: Et ecce, inquit, stella veniens stetit supra, vbi erat puer. Deinde & quæ multis ante seculis de ipso à prophetis dicta Deo conuenientia ne propter carnem, & id quod apparet, homines de ea parua & diuinitate indigna existimarent. Verbo domini cæli firmati sunt. Dominus regnauit, decorem indutus est. Operuit cælos virtus eius, & sapientia eius plena est terra. Et hæc dicit, & tegit panem, & calicem preciosis pepellis & vndique suffumigat. etenim tunc tegebatur quidem Dei incarnati potentia vsque ad tempus miraculorum, & testimonium de cælo, Sed qui hæc de eo loqui sciebant, Dominus regnauit, decorem indutus est, & omnia quæ dicta sunt Deum decencia: & ipsum agnoscebant, & ut Deum colebant, & quod in eo erat in tegumentum quærabant. Et hæc tacite significans Sacerdos, rectis donis, dicit. Terge nos in tegumento alarum tuarum, & suffumigat vndique. Hæc cum sic dixit, & fecit & orauit ut omnia huius quod peragitur sacri, sibi ritè & ex instituto succedant, venit ad altare, & stans ante sacram mensam incipit sacrificium.

Cap. 12. De glorificatione in principio.

Sacrificium autem incipit à glorificatione. Benedictum est regnum Patris & Filij & Spiritus sancti. Quæ ad Deum fit allocutio, est gratiarum actio, glorificatio, confessio, petitio. Prima autem omnium est glorificatio, maxime quidem, quod peccatorum grati animi est, ad Dominum accedentes non sua statim in medium adducere, sed quæ solius Domini purè sunt. Tale quid autem est glorificatio. Qui enim, petit, sua volens pulchriora facere, seipsum prædicat: & qui gratias agit, clarum est quod propriis bonis gaudens ei qui illa suppeditat gratias agit. Qui autem glorificat, seipso dimisso & suis omnibus, ipsum propter ipsum, & ipsius Domini potentiam & gloriam glorificat. Præterea, ipsa etiam natura & rei probabilitas, hic primam glorificationem exigit. Protinus enim ad Deum accedentes

accessibilem eius gloriam, & potentiam & magnitudinem mente cogitamus, quod quidem, admiratio & obtupefactio, & quæ sunt eiusmodi consequuntur, hoc autem glorificatio necessario sequitur. Procedentes autem, eius benignitatem & humanitatem discimus quod consequitur gratiarum actio. Post hoc, insignem eius benignitatem & humanitatis diuitias consideramus, nostram improbitatem illius sufficiens esse signum ducentes quod cum tales simus nos beneficiis afficere nunquam cesset. Hoc enim signum, etiam ante alia, nos docet quàm est benignus & humanus Deus, quod in nobis, quod ante ipsos oculos. Nostrorum autem malorum apud Deum meminisse, hoc est quod nominatur confessio. Quartum autem petitio. Consentaneum enim est confidere, quod illa quorum egemus petentes ea consequemur, post eas considerationes, in quibus Dei in nos benignitatem & humanitatem edificamus. Qui enim iis qui mali adhuc erant bonus fuit quidnam erit mutatis & quod primi peccata dixerint iustificatis, conuenienter ei quod à propheta dictum est: Dic primus peccata tua, ut iustificeris. In compellendo ergo Deo, primum locum habet glorificatio. Quapropter ante omnes preces & omne sacrificium sacerdos glorificat Deum. Cur ergo te Deum glorificans effatur, & non singulariter? Non enim benedictus Deus, vel benedictum Dei regnum, sed diuinum per personas: Benedictum Dei regnum, Patris & Filij & Spiritus sancti. Quia per primam Christi incarnationem didicerunt homines, quod tres personæ Deus est. Huius autem Domini incarnationis mysterium sunt sacra quæ celebrantur. Vnde inde eorum exordiis oportebat trinitatem resplendere, & prædicari. Post glorificationem autem, introducit petitionem dicens: In pace Dominum oremus, Illud enim, Quid oremus ut oportet nescimus: & ne multa & superuacanea loquamur, docens nos quæ oratione facienda sunt & primò docet modum, nempe quod in pace orare oportet. Quid ergo post glorificationem statim iussit petere eos, qui neque prius confessi sunt, neque Deo gratias egerunt? Quia dum pacem dixit, illa etiam comprehendit, si quis velit exactè considerare. Neque enim qui non est contentus iis, quæ sibi in vita eueniunt, potest in se pacem habere, sed qui est gratus & in omnibus agit gratias, ut præscribit lex beati Pauli: nec qui non habet puram conscientiam, fieri autem non potest ut sit pura conscientia sine confessione. Qui ergo orat cum pace, gratias agentem & confitentem prius habuit animam. Ad hæc autem etiam petitio quam faciunt, eos & gratias agentes & confitentes ostendit. Quid enim petit? misericordiam. Hæc autem est petitio eorum qui rei aguntur, qui quando omni sui defendendi ratione ablata, nihil possunt dicere quo se iustificent, & causam suam tueantur: hanc vocem postremò, ad iudicem emittunt, non iure, sed ex eius clementia ea quibus indigent assequi aspectantes. hoc autem est eorum qui multam quidem iudicis esse benignitatem, & clementiam, magnam autem esse suam improbitatem vitiumque testatur. Quorum hoc quidem est confessio, illud verò gratiarum actionis. Hortatur autem sacerdos ab initio popu-

lum ad orationem, ut qui talis sit qui ad orandum est ordinatus, & ideo si populi propositus intercessor & mediator, ut eius operans oratio multum valeat, sicut dixit Iacobus Apostolus. Operatur enim oratio iusti, quando illi etiam omnino pro quibus preces sunt ex se omnia contulerint, morum bonitatem, preces, lenitatem, & æquitatem, & quocumque alio sciunt Deum delectari. Quæ est autem eorum prima protinus petitio? Pro superna pace, & salute animarum nostrarum. Cum prius docuisset quomodo se habentes orare oportet, nunc etiam docet quid sit primum petendum, superna scilicet pax, & animarum salus. Ita enim iussit Christus petere primum regnum Dei, & iustitiam. Regnum enim salus animarum: superna autem pax, Dei iustitiæ significat. De qua dixit Paulus: Pax Dei quæ supereminet omnem mentem, quam Dominus reliquit discipulis, ascendens ad Patrem. Pacem, dicens, relinquo vobis, pacem meam do vobis. Sicut enim illic nomen iustitiæ, non significat solum eius quod æquum est, distributionem, sed absolute omne genus virtutis: ita hic etiam nomen pacis est quod vniuersale, est enim omnium simul virtutum & vniuersarum philosophiæ fructus. Neque enim fieri potest ut pacem perfecte habeat, cui vel vna aliqua virtus deficit: sed necesse est, ut qui pacatus est futurus, per omnes veniat. oportet ergo seipsum primum exercere ad pacem quæ potest haberi ab hominibus: deinde à Deo petere suam pacem, sicut se habet etiam in vnaquaque virtute. est enim temperantia, quæ paratur per exercitationem: & est temperantia, quæ à Deo datur animæ, & charitas, & oratio, & sapientia, & in aliis eodem modo. Propterea etiam sacerdos de pace illa primum loquitur quæ est in nostra potestate, & à nobis recte geri & administrari potest: & cum ea iubet ad Deum facere orationes, deinde de ea quæ à Deo datur, & pro ea hortatur Deum orare. Oremus, dicens, pro superna pace. Pacem autem dicit, non eam solam quæ est inter inuicem quando nulli male volumus, nec vilius sumus iniuriæ memores: sed eam etiam quæ est erga nos ipsos, quando cor nostrum non condemnat nos. Magna est autem pacis utilitas, vel potius ea est omnino necessaria. Ut perturbata enim mens cum Deo conueniat, minimè fieri potest: primum quidem, propter ipsam perturbationis naturam. Quemadmodum enim pax multos vnum reddit. ita etiam perturbatio vnum multa efficit. Quomodo ergo adaptari & conuenire poterit vni & simplici Deo? Propterea quod neque recte orare, neque aliquid boni ex oratione consequi potest, qui orat, sine pace. Siue enim ira hominem perturbat, & acceptæ iniuriæ memoria pacem ex anima eiecit, nec peccatorum quidem veniam inueniet ex oratione, tantum abest ut vllam aliam gratiam assequatur. Si quis peccatorum suorum causâ à conscientia pungitur, & habet cor quod eum accusat, & ea perturbatione agitur, omni apud Deum libertate priuatus est, ut ait diuinum eloquium, & quando orat, sine libertate loquitur, hoc est, sine fide. Qui autem sine fide orat, frustra orat, nec vllam ex eo sentit utilitatem. Propterea iubemur etiam cum pace Deum orare, & ante omnia supernam pacem petere: postea autem etiam pro aliis libera-

liter preces fundere, non solum Ecclesia, & imperio, & vtriusque præfectis, vel iis qui sunt in periculis, & rebus aduersis opprimuntur, sed pro omnibus omnino hominibus vniuersæ terræ. Pro pace enim, inquit, vniuersi mundi, maximè quidem quia sciunt suum Dominum esse communem omnium dominum, & quod omnia ei curæ sunt tanquam sua opera, & si quis eorum curam gerat, magis eum colit, quam si ei sacrificet. Præterea autem, ut sentit beatus Paulus, ut nos sub eorum tranquillitate quietam vitam agamus, in omni pietate, & honestate. Et non solum pro iis quæ ad animam conferunt, sed etiam pro bonis corporalibus necessariis oramus, bona aeris temperie, & fructuum terræ fertilitate. Ut sciamus esse omnium autorem & suppeditatorem Deum, & ad illum solum respiciamus, quoniam etiam panem ab ipso petere quotidianum cum aliis iussit ipse Christus.

Illud quoque quærendum est, quam ob causam Sacerdos quidem iubet orare pro multis & diuersis, circumstantes autem fideles rogant solum misericordiam, & eam solum omnino vocem ad Deum emittunt. Primum quidem vox eiusinodi, ut dictum est, gratiarum actionem & confessionem continet. Deinde à Deo petere misericordiam, est eius regnum petere, quod se petentibus daturum Christus est pollicitus, & alia etiam quibus opus habemus se adieciturum: & propterea eis hæc sufficit precatio, utpote quæ omnia simul possit. Et vndenam sciri potest, quod misericordia Dei eius regnum significat? Ex eo quod Christus præmium misericordiam narrans, & quam ab eo accipient benignitatis remunerationem, nunc quidē illos misericordiam assecuturos, nunc verò regnum dicit: perinde ac idem sit, & ab ipso misericordiam assequi, & regnum accipere. Beati enim inquit, misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Deinde alibi veluti seipsum interpretans, & quid sit misericordiam consequi significans, Dicit, inquit, Rex iis qui sunt à dextris, dicens ad misericordes: Venite benedicti Patris mei, hæredes esse parati vobis regni. & alioqui si quis ex iis quæ faciunt homines misericordes, voluerit diuinæ misericordiam opus perspicere, ea nihil aliud inueniet valere, quam ipsum regnum. Quid ergo misericordes? Esurij, inquit, & dedistis mihi comedere: sitiui & potum dedistis mihi. Ergo & Christus quorum miseretur, eis suam mensam impertit. Quænam est autem illa: Ut comedatis, inquit, & bibatis in mensa mea in regno meo. Et ut scias illius mensæ splendorem, & quod non est seruatorum, sed Regum, scias ministrum esse ipsum omnium Dominum. Accingitur enim, inquit, & eos faciet accumbere, & accedens ministrabit ipsis. Qui etiam vestiet eum cuius miserus fuerit, quum sit nudus. Dabit ergo vestem regalem: è domo enim, & ex suis eum induet. nihil est autem apud eum seruire, cum sit Rex, sicut nihil est apud nos è domo regale, quum serui simus. hoc est autem indumentum nuptiale: Quo qui induti sunt, necesse est eos regni esse. Nihil enim habet Rex, quod cum in eis reprehenderit, ex nuptialibus ædibus eiiciat. Quid præterea? domum eis suam aperiet, & introductos faciet quiescere. Hospes enim eram, & me collegistis.

Cap. 13.
Quid sibi
vult miseri-
cordiam
vbi que pe-
tuo.

collegistis. Sed qui hac gratia dignati sunt, non amplius serui Dei, sed filij. Seruus enim, inquit, non manet in domo in æternum. Filij autem etiam hæredes, non regni solum, sed etiam eius qui regnum complectitur. Hæredes enim, inquit, Dei, cohæredes autem Christi. Ita à Deo petere misericordiam, & petere, ut regnum sibi liceat assequi.

Cap. 14.
De com-
médatione
seu depo-
sitione.

Postquam autem orauerit pro omnibus, iubet eos Deo seipsum commendare, dicens: Sanctissimæ, intemeratæ, superbenedictæ, gloriose domine nostræ Deiparæ, & semper virginis Mariæ cum omnibus sanctis memoriam facientes, nos ipsos, & nos inuicem, & omnem vitam nostram Christo Domino commendemus, & custodiendos deponamus, non est omnium Deo seipsum commendare, & custodiendos tradere. Non sufficit enim dicere, sed oportet etiam Dei consensum habere. Hoc autem omnino indiget libertate: libertatem autem facit pura conscientia, quando cor nostrum nos non condemnat, quando quæ sunt eius, curamus: quando ut eorum quæ sunt eius, curam gerimus, nostra negligimus. Tunc enim & ipsi verè à cura nostri recedimus, & eò eam securè committimus, quando firmam & stabilem fidem habemus quod depositum nostrum suscipiet, & seruabit. Quia autem res tanta consideratione & studio indiget, propterea nunc quidem sanctissimæ Dei matris, & omnium sanctorum ceteris inuocato auxilio, ita commendationem seu depositionem facimus: hoc enim sibi vult illud, commemorare, vocare, orare. Nunc autem fidei vnitate, & sancti Spiritus prius petita communionem, deinde nos ipsos & omnem vitam nostram Deo commendamus, & custodiendam tradimus. Quid est autem vnitas fidei? Homo, inquit, duplici corde, est instabilis in vis suis, duplici corde, hominè vocans et qui est dubius & minime firmus & stabilis. Qui enim talis est, is in vtranque partem declinans, in neutra parte firmiter ingreditur. Huius autem cõtrarium per vnitate significatur, id quod scilicet est firmum, illius gratiam significat. dicitur autem communio constans & stabile. Qui enim constanter credit, vnum quidpiam de re credit, vel esse, vel non esse. Qui autem est dubius, eum ad vtrique declinare vel ex ipso vocabulo manifestum est. Hoc ergo, fidei scilicet vnitas, est id quod est immobile, & ab omni dubitatione liberum. Sancti autem Spiritus communio, quia quum Dominus per Crucem, interiectam sepius maceriam, quæ inter nos & Deum erat, diruisset, quoniam eos qui tunc disiuncti erant, nullo modo posse conuenire, & communicare cognouerat: deinceps sancti Spiritus Apostolos aduentus hoc efficit. Hinc enim sanctum baptisma, & omnis fons diuinarum gratiarum, hominibus apertus est. Et ut dicit beatus Petrus, diuinæ naturæ socij facti sumus participes.

Opus est ergo & fide firma & Spiritus auxilio ei qui seipsum Deo est commendaturus, & se ei custodiendum daturus. Neque verò vnusquisque se ipsum solum, sed etiam nos inuicem commendamus. Oportet enim non tantum querere quod suum est, sed etiam aliorum, propter legem charitatis. **I**nterea autem dum petitiones prærit Diaconus, & sacer orat populus, Sacerdos intus orat per se submissa voce, prostantibus, & pro hac sancta do-

Cap. 15.
De anti-
phonis que
dicuntur, &

mo, ut eis diuites effundantur misericordiæ & misericordiones à Deo, & adicit causam propter quam & ipse hæc petit, & Deus quæ petiuit iuste præbuerit, non quod digni sunt, qui sunt accepturi, non quod ea iure accipere mereamur, sed quia tibi conuenit omnis gloria, honor & adoratio. Propter tuam gloriam, inquit, hæc te rogo. Benignum enim & munificum esse in nos qui sumus indigni, ad tuam gloriam pertinet: hoc autem, scilicet glorificari, tibi conuenit, ut est illud B. David: Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Propterea cum perfecit orationem, hanc causam allationem, quia & est in extrema parte, & est glorificatio, legit omnibus audientibus, ut omnes hymni participes accipiat, & Deus ab omni Ecclesia laudetur. Audientes ergo, sunt hymni cum illo participes. postquam enim ille dixit, & glorificauit, fideles omnes Amen dicunt, & cum hoc verbo acclamarunt, omnes illius voces ut proprias sibi assumunt. Deinde sacras Psalmias incipit quidem Sacerdos, implent autem vniuersum ij qui circumstant, diuinitus inspirata sacrorum Prophetarum verba canentes: Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo altissime. Principio conueniēs statim verbum, quia de ipso dicit hymno, quod est bonum, quod oportet omnino scire ante omnem hymnum, appellans Confiteri gratias agere, hymnos canere. His autem & iis quæ sequuntur cantatis, Diaconus fideles ad orationem adhortatur. Interea autem dum peragebantur psalmodie, & fideles orabant, Sacerdos postquam intus ad Deum fecit orationem, & generaliter pro toto corpore Ecclesiæ, & seorsum pro iis qui sanctam domum eius ornant, & eam vndiquaque splendidam reddere desiderant, ut & ipsi ab ipso glorificentur: causam adiecit in primis opportunam & conuenientem. Quia tua est potentia, tuum est regnum. Apud Reges, inquit, est gloria, & posse splendidos efficere quos voluerint. Tu autem Rex æternus, & tua est potentia, & tuum est regnum. Et cum hanc causam redditionem, utpote quæ sit glorificatio, omnium fidelium auribus inclamauit, & nos hymni ad Dei participes effecit, sicut & prius: rursus incipit psalmodias, & fideles eas complent. Deinde petunt à Deo petitiones, quas prærit Diaconus, ut antè dictum est. Sacerdos autem rursus facta oratione pro iis qui vnâ cum eo precantur fidelibus, ut quæ vnusquisque priuatim petit à Deo consequatur, prout ei vtile fuerit: & præterea vitam æternam in futuro, adiecit causam, ipsius bonitatem & clementiam. Quam utpote vltimam, postquam omnibus audientibus dixit, incipit tertiam psalmodiam: Quæ dum canitur, Euangelium introducit stipatum lampadibus, omnibus iis deducuntibus qui sunt ministri altaris, Diacono ipsum afferente, vel si non adsit, Sacerdote. Sacerdos autem, quando est ad altare ingressurus, stans paruo interiecto spatio ante fores, donec completa fuerit psalmodia, orat Deum, ut sancti Angeli vnâ cum eo ingrediantur, intrante ad altare, & sacrificium contrectent, & sint cum ipso glorificationis participes, & adiecit causam: Quia & ab hominibus & ab Angelis conuenit ipsum glorificari & adorari. Hoc enim sibi vult illud: Omnis gloria, honor, & adoratio ab omnibus qui

precibus
quæ in ip-
sa sunt.

Deum glorificare, honorare, & adorare sciunt. Et hæc precatus, ingreditur ad altare, & ponit super

Cap. 16. Significatio sacrificij in tumma.

Necessè est autem ab alto sigillatim persequi verba psalmodiarum, si prius illud dixerimus, quòd mysterium incarnationis Christi significatur quidem per ipsum sacrificium: significatur autem etiam per ea quæ præcedunt sacrificium, & per ea quæ post sacrificium & fiunt & dicuntur. Sacrificium enim mortem ipsius annunciat, & resurrectionem, & assumptionem, quoniam preciosa dona in ipsum dominicum corpus mutantur, quod resurrexit, quod in caelos ascendit. Quæ autem ante sacrificium fiunt, ea quæ ante mortem fuerunt, aduentum, ostensionem, perfectam manifestationem. Quæ verò post sacrificium, patris promissionem, ut ipse dixit, Spiritus ad Apostolos descensum, gentium illos ad Deum conuersionem & communionem. Et est vniuersa mysterij celebratio, veluti vnum quoddam corpus historię, ab initio vsque ad finem conuenientiam & integritatem conseruans, adeò ut vnumquodque eorum quæ fiunt vel dicuntur, separatim aliquid ad vniuersi cõfectionem conferat. Vnde psalmi ut qui in diuini mysterij celebrationis exordio canuntur, primum tempus Christi incarnationis significant. Quæ autem ea consequuntur, nempe sacrarum scripturarum lectiones, & reliqua, id quod deinceps sequitur. At qui alia esse causa dicta est scripturarum & psalmodiarum, quòd sint scilicet præpurgationes & præparationes ad sacra mysteria. Sed nihil prohibet ea & hoc, & illud posse, & eadem & fideles sanctificare, & incarnationis mysterij œconomiam significare. Quemadmodum enim velles implēt quidem vsum amictus, & corpus tegunt, eò autem quòd tales sunt, vel tales, & studium vitæ quæ exercitium significant, & dignitatem eorum qui induti sunt: ita etiam se habet in his. Quòd enim sunt omnino diuinæ scripturæ, & verba diuinitus inspirata quæ canuntur & leguntur: eos qui legunt & canit sanctificant. Quòd autem talia electa sunt, & sic ordinata, etiam aliam habent potestatem: & sufficiunt ad significandum Christi aduentum, & eius institutionem. Non solum enim ea quæ canuntur & dicuntur, sed etiam quæ sunt, eodem modo se habent, & fit vnumquodque propter vsum præsentem: significat autem etiam aliquid ex operibus, vel actionibus, vel passionibus Christi. Sicut est Euangelij ad altare allatio, preciosorum donorum importatio. Fit enim vtrumque quidem ad vsum, illa quidem vt Euangelium tegatur, hæc verò vt peragatur sacrificium. Significant autem vtræque Domini ostensionem & manifestationem, illa quidem eius incipientis manifestari, adhuc obscuram exilēmque & imperfectam: illa autem perfectissimam & vltimam. Sunt autem etiam eorum quæ in mystica celebratione fiunt, quæ nullum vsum implēt, significandi autem gratia tantum fiunt, vt lancea & panis punctio, & Crucis inscriptio, & postremò aquæ calidæ in sancta iniectio. Quinetiam in aliis sacramentis multa eiusmodi inueneris: quemadmodum in Baptismo eos qui sint tingēdi, se & calcis & vestibus exuere oportet, & ad occidentem aspicientes, manus tendere, & insufflare. Hęc enim

& alia eiusmodi nullum quidem vsum ad sacramentum inducunt: sed docēt eum qui initiatur, odium, & inimicitias, quas aduersus malignum gerere necesse est, & quomodo oportet malignum auerfari, eum qui verus Christianus futurus est. His ita se habentibus, contemplerur sigillatim vniuersum sacrificium, quatenus seruatoris incarnationis fert imaginem & primum psalmodias. Prima ergo est adhortatio ad glorificationem, incipientibus conueniens. Bonum, inquit, confiteri domino. Hymnus ad Deum & patrem, & de vnigenito: Bonum est confiteri domino, & canere nomini tuo altissime, altissimum patrem dicens, dominum vnigenitum. Bonum laudare filium, & patrem. Et quid hæc sibi volunt? Ad ea quæ sunt deinceps dicenda exordium ducit. Est enim vtrisque communem hymnum dicturus. Quomodo? Clamabit ea quæ sunt filij: per quæ pater quoque glorificatus est. Quanam est enim laudationis occasio? Filij exinanitio & paupertas, in carne opera & passiones: ea enim vocat misericordiam, & veritatem. Misericordiam quidem, quòd omnium miserimè affectos, cum eius essemus inimici & hostes, propter multam suam benignitatem & clementiam non despexit: & non solum nostræ calamitatis miserus est, sed ipsorum etiam malorum fuit socius & particeps, interitus & mortis: & non solum nos erexit à graui illo casu, sed regno etiam & maximis bonis dignatus est. Quocirca Paulus quoque, Quando, inquit, benignitas & humanitas apparuit seruatoris nostri, Dei, vt quæ tunc primum ostensa, & manifestata est quanta sit. Et Dominus, Sic Deus dilexit mundum, in signem dilectionem hoc verbo ostendens. Misericordiam ergo his de causis vocat susceptæ carnis œconomiam. Veritatem autem, quia vult vmbra & figuræ vetera omnia ad eam respiciebant. Propterea de ea loquens propheta, Iurauit, inquit, Dominus Dauid veritatem. Quæ sunt enim quæ iurata sunt? Domini per carnem peregrinatio, & recta vita institutio. De fructu, inquit, vetricis tui ponam super sedem tuam, ipsum seruatorem significat. Et videntem hoc sciri potest? Gabriel docuit in iis in quibus arcanū partum significans, & quātus sit qui nasciturus est dicens, Dabit ei, inquit, Dominus Deus sedem Dauid patris sui, & regnabit super domum Iacob in secula, & regni eius non erit finis. Sed ipsa veritas est & iudicium & iustitia. Quonam modo? Quia seruator in ea eiecto peccato, & diabolo interfecto, non insigni aliquo robore, nec quod potentia vinceret hoc fecit, sed iudicia & iustitia, sicut dictum est: Iustitia & iudicium præparatio sedis tue: sicut, & nos in iudiciis aduersarios sententia iudicium vincimus. Propterea, Nunc est, inquit, iudicium mundi huius, nunc princeps mundi huius eicitur foras. Hęc sciens beatus Dionysius, diuinæ bonitatis maximè infinitam dicit benignitatem, defectricis multitudinis, Dæmonum scilicet, potentiam aduersus nos dissoluere, non per potentiam, tanquam exuperantem, sed vt mysticè dicit traditum eloquium, in iudicio, & iustitia. Quia ergo quod laudatur, non solum est misericordia & veritas, sed etiam iustitia & iudicium, propterea subiunxit Psalmographus: Quoniam rectus Dominus noster,

Cap. 17. Interpretatio principis que canuntur propheta.

noster, & non est iniquitas in eo. Bonum annunciare, inquit, mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Diu & noctu, inquit, oportet Deum laudare. Hoc enim est illud, Mane & per noctem. Et hæc quidem prima psalmodia.

Cap. 18. Quid significat in principis sacrificij que canuntur propheta.

Secunda autem psalmodia ipsum regnum laudat, & decorem, & potetiam filij Dei, quæ ex inanitione & paupertate ei accessit. Sed quis est hic vsus horum verborum propheticoꝝ, & quidnam significant seruatoris susceptæ carnis œconomia? Principia eius præsentia, quando aderat quidem, sed non cognoscebatur à multis, quando in mundo erat, & mundus ipsum non cognouit, tempus quod fuit ante Ioannem, prius quàm accensa esset lampas. Tunc enim ei adhuc opus erat dictis prophetis. Postea autem apparuit ipse qui predicabatur, & non erat amplius ipsi prophetis opus, sed præsentem ipsum ostendit Ioannes, & ante Ioannem ipse pater. Propterea, Omnes, inquit, prophetæ prophetarunt vsque ad Ioannē. Hoc ergo tempus, quod fuit ante Ioannem, significant prophetica quæ canuntur, quando etiam preciosa dona, per quæ Christus significatur, nondum in medium adducuntur, sed seorsum cooperta reposita sunt. Et hæc quidem sic. Ipsa autem psalmi verba confideremus. Dominus regnauit, decorem indutus est. Cognitionem qua ipsum cognorunt homines, & dei subiecti fuerunt, regnum appellauit, quando & decorum, & pulchrum & potentem eum cognouerunt, vt nosse oportebat. Hoc est illud seruatoris, data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra, quia cum iis qui sunt in caelo, etiam ij qui sunt in terra, verum dominum agnouerunt. Nam & si quis ea quæ deinceps sequuntur percurrat, eadem omnia inueniet. Regni itaque & potestatis modum narrans propheta, dicit: Et enim firmavit orbem terræ qui non commouebitur, firmamentum fidem dicens. Stare fecit eos qui errore commouebantur, & sibi colligauit. Talis est enim: qui erat, minimè stare potest. Dominus autem, Euntes inquit, docete omnes gentes, baptizantes ipsos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, quod est doctrina fidei. Sed non sufficit hoc regnum, fides: neque perfectè subiectæ fuerint gentes hoc modo. Propterea cum eo etiam mandatorum obseruationem oporteret adiciere: propheta quidem, Testimonia, inquit, tua credibilia facta sunt valde. Dominus autem, ei quod de baptismo dixit, de mandatis quoque sermonem adiecit, dicens: Docentes eos seruare quæcunque mandauit vobis. Quæ enim seruator mandata, propheta vocat testimonia. Et hæc vbique in scriptura inuenies, testimonia Dei leges appellante. Post hæc, Domum decet sanctificatio domine. Sanctificationem vocans sacrificia: dona, omnem cultum qui Deo debetur, qui dicens decere domum Dei, ostendit non esse vacuum domum Dei neque Deo destitutam, sed ipsum in seipsa habere domum Dominum. Si enim ea Deo esset vacua, non decerent eam illa quæ soli Deo conueniunt. Hoc autem etiam Dominus iis quæ dicta sunt adiecit, pollicitus se semper futurum cum ecclesia. Ecclesiam autem, domum Dei viuientis vocat Paulus. Dicit enim, vt scias quomodo oportet in domo Dei versari, quæ est

A Ecclesia Dei viuentis. Ecce ego vobiscum sum. Et quod ille, In longitudinem dierum dixit, Dominus dicit, Omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. Et hæc quidem psalmodia est adeò exacta propheta eorum, quæ per Crucem & mortem à seruatore gesta sunt.

Quæ autem sequitur, videtur esse quidam occupatus, tanquam domino iam accedente & appropinquante: & ideo in ingressu euangelij & ostensione ponitur & canitur, per quam Christus significatur. Quòd autem Christi apparitionem ante oculos animæ habens propheta, hanc cecinit psalmodiam, maximè quidem ostenditur ex gaudio & læticia, qua ea de causa ipse plenus videretur, & alios omnes vocat ad societatem: Venite exultemus domino. Non poterat enim homo gaudere, nisi dominus cum eis versaretur, quia solus Christus nobis gaudium attulit: & si quis antequam ille in terram veniret, gauisus est, in iis quæ ad illum pertinent, initiatus, gauisus est. Sicut Abraam exultauit, inquit, vt videret diem meum, & vidit, & gauisus est. Et ipse Dauid, Redde mihi læticiam salutatis tue. Quam enim habebat læticiam in Christo antequam peccaret, eam per peccatum amissam vt reciperet Deum orauit. Quemadmodum ergo si dixisset, Venite & illuminemus, lucis præsentiam significasset: ita cum dixit, Venite exultemus domino, ostendimus eum apparuisse qui affert læticiam. Deinde etiam seruatorem hunc dominum appellat. Seruatorem autem, & salutem, & salutare Christum vocat scriptura, & ex diuinis personis solus filius fuit nostræ salutis opifex, & per seipsum vniuersum effecit, quemadmodum dixit Paulus. Per seipsum purgationem faciens peccatorum nostrorum. Quòd etiam ipse ostendit exemplo boni pastoris, qui non misit qui ouem perditam quærent, sed ipse quæsiuit, & inuenit, & sustulit, & in humeris gestauit. Propterea etiam cognomen sortitus est, quod rei conueniret, appellatus Iesus, pre-occupemus faciem eius in confessione, faciem apparitionem eius dicens: ne expectemus eum videre cum domi fuerit, obuiam eamus in confessione, scilicet glorificatione. Et in psalmis iubilemus ei. Deo conuenientem ei reddamus honorē. Ipse quidem in serui forma esse elegit, nos autē dominum ne ignoremus, & carne offendamus, ne eo abducamur, vt vilia & abiecta de excelso, animo concipiamus, propter id quod apparet. Quia Deus magnus Dominus, & Rex magnus super omnē terram, qui in hac carne tegitur. Et quæ deinceps sequuntur omnia Deo conuenientia adiecit. Et sunt etiam quidam quædam Prophetica, & opportuna canuntur.

Cap. 19. Interpretatio tertie Antiphonæ.

Hi autem peractis, Sacerdos stans super altare, in altum tollit Euangelium, & ostendit Domini ostensionē significans quando cepit multis apparere. Per Euangelium enim Christus significatur, quemadmodum & Prophetica libri dicuntur. Prophetæ, quemadmodum diuiti ab Abraham dictum est: Habent Moſen & Prophetas, dicebant autem libros. Quia autem eo qui prædicatur ostensio, & per seipsum apparente, verbis Prophetarum nemo vult attendere, propterea ostensio Euangelio cessant prophetica. Canimus autē si quid est noui testamenti. Vel enim sanctissimam Dei matrem, vel

Cap. 20. De ostensione Euangelij, & de hymno veteris sancti.

alios sanctos laudamus vel ipsum Christum cantici celebramus, propterea quod nobiscum versatus est, vel ob ea quae dum nobiscum versaretur passus est vel fecit. Propter quae Ecclesia die festum semper celebrat. Deinde etiam ipsum ut trinitatem Deum decantamus, qualem ipsum esse nos docuit servatoris apparitio. Hic autem hymnus, ab Angelis quidem dictus est, acceptus est autem ex libro Psalmorum sanctorum Prophetarum. Collectus est autem à Christi ecclesia, & Trinitati dedicatus: Hoc enim, Sanctus, quod ter canitur, est Angelorum: illud verò, Deus & fortis & immortalis, & beati David, ubi dicit, Sitit anima mea ad Deum fontem vivum. Hæc autem suscepisse & illis coniunxisse, & supplicationem adiecisse, dico autem illud Misere nostri, est ecclesiae eorum qui trinitatem unum Deum & sciunt & prædicant: partim ut ostendatur veteris testamenti cum novo conveniētia: partim autem, ut Angeli, & homines fiant una ecclesia & chorus unus, per Christi adventum qui est supercaelestis & terrenus. Propterea, postquam est dictus & allatum Evangelium, hunc hymnum canimus, propemodum clamantes, quod is nobiscum versatus, nos statuit cum Angelis, & in illo choro posuit. Et hæc quidem hoc modo.

Cap. 21. De oratione in hymno, & de facris acclamationibus.

Sacerdos autem ante hanc laudationem, Deo supplicat ut hymnum suscipiat, & laudatoribus gratiam retribuat. Et quamnam gratiam? hymno convenientem, ut sanctificet ipsorum animas & corpora, data peccatorum venia, ut eum in sanctitate colant omnibus diebus. Et causam adiicit: Quia sanctus es, & in sanctis requiescis. Verè enim sancti est delectari sanctis & sanctificare. Et cum hoc exclamavit, & glorificationem adiecit, cantandi hymni ter sancti sacro populo hoc veluti signum proponit: & cum ipsi, ut mos est, glorificationi Amen subiecerint, hymnum incipiunt. Post hymnum autem, Sacerdos iubet omnes non socorditer & negligenter stare, sed ea quae fiunt & canuntur attendere. *ἄποχρησθῆναι* enim, quo vocabulo utuntur, idem est quod, Mentem adhibeamus. Deinde precatur pacem omnibus, & sapientiam in memoriam reuocat, cum qua oportet ad mysteria accedere & mentem adhibere. Quamnam est autem sapientia? Cogitationes mysterio convenientes, cum quibus oportet audire & videre ea quae fiunt & dicuntur eos qui fide pleni sunt, qui nihil habent humani. Hoc est enim Christianorum sapientia, & hoc sibi vult Sapientia, quae in multis locis sacrificij fidelibus acclamatur à Sacerdote, harum scilicet cogitationum recordatio. Ita enim nos inuicem admonemus & in memoriam reuocamus, integram cogitationem vno verbo in auditorum animis renouantes. Quid autem hac in mentem reuocatione opus est? Magna est obliuionis tyrānis & nulla humana affectio tam frequenter & tam facile hominem subuertit, ut hæc affectio. Quia autem cum convenientibus cogitationibus necesse est stare & mysterij esse participes, & sacrarum eius auditionum & contemplationum, nisi eis frustra sumus in æterfuturi & tempus cōsumpturi, hoc autem non est facile: propterea opus est quidem ipsos à nobis ipsis excitari & esse sobrios: opus est autem externa admonitione, ut nostram mentem ab obliuione af-

fiduè surreptam, & ad varias curas attractam, possimus recipere. Hoc etiam sibi vult canticum quod canitur, dum preciosa dona ad altare afferuntur. Omnem, inquit, de vultu sollicitudinē deponamus. Et hæc quidem hoc verbum significat. Hæc quoque acclamatio, Recti, habet adhortationem. Quae est autem adhortatio? Vult nos esse certamini intentos, qui ad Deum & diuina mysteria accedimus & non socorditer, sed cum studio & diligentia, omnique reuerentia in eis versari, siue videre, siue dicere, siue audire aliquod ex facris oportebit: & hoc primum signum ostendere huius studij & reuerentiae, corporis erectionem, ut non sedentes, sed recti hoc agamus. Talis est enim habitus & figura supplicum, talis habitus seruatorum, qui ad nuntium Dominorum omnem mentem erectam habent, ut statim ad ministerium, postquam iussu arripuerint, recta currant: nos autem sumus Deo de maximis supplices & omni seruituti genere serui. Et horum quidem verborum hæc est ratio.

Cap. 22. De lectio- ne scripturarum & ordine carum, & significatione.

Post ter sanctum hymnum, legitur liber Apostolicus; Deinde Euāgelium, hymno prius Deo ab ecclesia cantato. Cur autem ante lectiones sacrarum scripturarum, Deum laudamus? Quod in omnibus oportet hoc facere, quibus ille nos perpetuo donat, maxime autem propter assentionem magni alicuius boni, quale est diuinorum eloquiorum auditio. Sed in Apostolo quidem, hymnus cum supplicatione. Additur enim illud. Miserere. In Euāgelio autem puram à supplicatione facimus hymnodiam, ut sciamus quod Christus per Euāgelium significatur, quem qui inuenierint, iis omne quod quaeritur est in manibus. Etenim intus est sponsum, & non opus est eis de villa re supplicare, cum omnia habeant. Sicut nec consentaneum ieiunare filios sponsi quando est cum eis sponsum, sed eum tantum venerari & laudare; quandoquidem & Angelorum hymnus, qualem ipsum Prophetæ docent, propter eandem rationem, solum hymnus est ab omni supplicatione liber. Sed quid sibi vult hic sacrarum literarum lectio? Si vis quidem vsum scire, dictum est. Nos enim preparant & præpurgant ante magnam mysteriorum sanctificationem. Sin autem quaeris significationem, Domini manifestationem significant, qua manifestatus est paulatim post ostensionem. Primum enim ostenditur complicatum Euāgelium, quod Domini apparitionem significat, per quam ipsum tacentem Pater ostendit, quando ille nihil loquens prædicatoris voce opus habuit. Hæc autem perfectiorem manifestationem significant: per quam publicè cum omnibus conuersabatur, & seipsum docebat, non solum ex iis quae ipse dicebat, sed etiam ex iis quae docuit Apostolos dicere, Mittens eos ad oues quae perierant domus Israël. Propterea leguntur quidem literæ Apostolicæ, legitur autem ipsum quoque Euāgelium, Cur non ergo primum Euāgelium? quia perfectioris manifestationis signa sunt, quae per ipsum Dominum, quam quae per Apostolos dicuntur. Quia autem non repente, & vno simul tempore apparuit hominibus Dominus, quanto erat robore, & quanta bonitate: hoc enim est secundum eius aduentus: sed via procedens, ab eo quod est minus apertum, ad id quod est manifestius proficit

Cap. 23. De petitionibus post Euāgelium.

cessit. Ea de causa eos qui eius ostensionem paulatim fuisse factam vult ostendere, Apostolica legere ante Euāgelia est consentaneum. Propterea enim etiam quae perfectam eius ostensionem significant vltima seruantur, ut manifestum erit in iis, quae consequuntur.

Postquam autem lectum est Euāgelium, iubet Diaconus populum orare. Orat autem intus ipse Sacerdos per se, ut preces illorum à Deo suscipiantur. Deinde cum Deum magna voce glorificauit, ipsos quoque socios & participes glorificationis accipit. Quamnam autem orationem ab omnibus fieri maxime conuenit post Euāgelium, nisi pro iis qui seruant Euāgelium, qui imitati sunt benignitatem & humanitatem Christi, qui per Euāgelium significantur? Et qui sunt hi? Praesules ecclesiae, populorum pastores, qui rempublicam ordinant. Hi enim, si seruant quod professi sunt, quae illic scripta sunt pulchre seruant & docent, & quod deest Christo, ut censet apostolus, adimplent post illum, illius gregem illi conuenienter pascentes. Præterea autem etiam sacrarum domorum extructores & curatores & virtutis doctores, & si vlli quomodocumque communi ecclesiae & sacris sunt viles, ad eum numerum referuntur, & communes preces assequi digni sunt. Ad sacrificiū autem iam processurus, cui nefas est interesse eos, qui non sunt mysteriis initiati quos nos catechumenos adhuc vocamus, quod ad auditionem vsque & quantum doctrina solum licuit, Christianismum susceperunt, eos ei ex choro fidelium, lecta prius pro eis oratione. Oratio autem est, ut ipsi perficiantur, tempus baptismi assecuti. Causa autem orationis, est Dei gloria. Ut & ipsi, inquit, nobiscum glorificent omni ex parte venerandum & magnificum nomen tuum. Quam postquam etiam tanquam glorificationem inclamauit & fidelium populum glorificationis participem accepit, aliam facit orationem, in qua primum quidem Deo agit gratias, quod dignus omnino habitus sit coram eo stare, & manus ad eum tollere pro se & aliis, præterea orat, ut dignus semper habeatur hoc facere cum pura conscientia. Causa autem huius quoque orationis est Dei gloria, Quoniam te decet, inquit, omnis gloria: & ita postquam pro more cum populo glorificauit, rursus apud se orat pro seipso & populum, ut seipsum quidem sanctae mensae non condemnandum exhibeat, purum ab inquinamento carnis & spiritus: eos autem qui vnà precantur, fideles, ut esse mysteriorum participes digni habeantur, absque reatu & condemnatione, & præterea caelorum regno digni habeantur. Et orationis rursus causa est Dei gloria, in quam omnia facere iubet Paulus, dicens: Omnia in gloriam Dei facite. Hic sit, inquit, nobis semper scopus, Deum glorificare. Agricolarum laborum sibi finem proponunt, fructuum productionem, propter quos lubenter laborant: mercatores autem lucrum, & alij aliud. Vos autem in omnibus quae facitis, gloriam Dei quaerite. Serui enim sumus, hoc Domino debentes ministerium, ut qui pro ipso & ab initio conditi sumus, & postea empti: propterea inuenies ecclesiam, Dei gloriae vbiq; curam gerere, & hoc verbum usque deque clamare, & eam per omnia laudare, & eam omnia existimare,

& ad ea omnia facere, orationes, preces, mysteriorum seu sacramentorum celebrationes, adhortationes, quicquid sacrum. Et hæc quidem hoc modo.

Sacerdos autem, postquam cum clamore Deum glorificauit, venit ad dona & cum ea in caput valde honestè & reuerenter sustulit, egreditur: & sic caferens, ducit ad altare, de industria circumducens in templo propter populum, quietè & pederetim. Ipsi autem canunt, & genua cum omni reuerentia & religione inflectunt, rogantes ut eorum sit memor in donorum oblatione. Ipse autem procedit comitatus lampadibus & suffitibus, & ita se habens, altare ingreditur. Hæc autem fiunt quidem ad vsum, oportebat enim afferri & in altari reponi dona quae sunt sacrificanda, idque cum quam maximo fieri potest honore & reuerentia. Ita enim intro ducebantur dona Dei, quando quidem & Reges, cum oporteret ipsos dona offerre, rem non aliis committerebant, sed ipsi per seipsos ferentes, ea coronati intro ducebant.

Possumt autem hæc etiam habere significationem vltimæ Christi ostensionis, per quam maxime Hebraeorum inuidiam accendit, quando etiam profectus est via quae ducit à patria in Hierusalē, in qua oportebat eum sacrificari, quando & in asino vectus, urbem ingressus est, à multis deductus, & canticis celebratus. Oportet autem etiam tunc ad sacerdotis genua procidere, & orare ut illis orationibus nostri meminerit. Neque enim est alius modus supplicationis qui tantum possit, & qui magis firmam & stabilem nobis spem præbeat, quam qui fit per hoc venerandum sacrificium, quod impietates & iniquitates mundi gratis purgavit. Si qui autem eorum qui Sacerdote cum donis ingrediēte humi procumbunt, tanquam corpus & sanguinē Christi, dona quae defertunt adorant & alloquuntur, ab ingressu præsanctificatorum donorum decepti sunt, ignorantes differentiam huius & illius sacrificij. Hoc enim in ipso ingressu non sacrificata habet dona, & nondum perfecta: illud autem perfecta & sanctificata, & corpus & sanguinem Christi. Et hæc quidem sic habent.

Sacerdos autem dona quidem ponit super mensam: Ipse autem, ut qui iam versetur in mysterij celebratione, & venerandam sit hostiam contrectaturus, adhuc seipsum componit, & per preces purgat, & ad sacrificium præparat, & non solum seipsum, sed circumstantem etiam multitudinem præparat, & disponit ad gratiam oratione, & inter se inuicem dilectione, & fidei confessione. In his autem consistit vniuersa præparatio, quam Dominus iussit, dicens: Estote parati. Hic enim fides & opera: fides quidem quae apparet per confessionem: opera autem per charitatem, quae finis omnis boni operis, & summa omnis virtutis. Sed hæc quidem paulo post. Ante hæc autem fideles qui circūstant orare iubet pro iis pro quibus tunc orare oportet. Pro propositis, inquit, donis orate Dominum. Pro eo quod est propositum Deo supplicemus, ut dona sanctificentur, & ad finem perducat, quae fuit ab initio propositio. Deinde cum alia etiam adiecit pro quibus oportet Deum orare, & tandem cum seipso, & inter se inuicem, & totam suam vitam iussit Deo commendare: deinde cum ipse quoque vltimam orationis partem, quam apud se ad Deum fecit, audientibus omni-

Cap. 24. In Introductione Sacrorum donorum ad altare.

Cap. 25. De precibus post preciosis donorum introductionem, & præceptis sacerdotis ad populum.

bus ut mos est, alta voce clamavit, & glorificavit, & ipsos glorificationis participes accepit, postea pacem omnibus inter se inuicem precatur, & suadet.

Postquam enim dixit, Pax omnibus, subiungit, Diligamus inuicem. Quoniam autem pro se inuicem precari, est præceptum apostolicum, propter ea populus quoque ei ipsam pacem precatur, dicens: Et cum spiritu tuo. Quia autem nostram inter nos inuicem dilectionem, etiam amor Dei, Dei autem dilectionem, fides in eum perfecta & viua consequitur, propterea qui dixit dilectionem, & se inuicem diligere hortatus est, statim introduxit confessionem fidei: Vt in concordia, inquit, confiteamur. Et fideles clamant quomodo confiteri oportet, Deum, sanctam Trinitatem.

Cap. 26. De confessione fidei, & de his que post ipsam sacerdos fidelibus suadet & precatur & de his que illi ipsi respondunt.

Deinde Sacerdos adhuc iubet omnes dicere que de Deo didicerunt, & credunt, veram sapientiam de qua dicit Apostolus. Sapientiam autem loquimur inter perfectos, quam sapientiam mundus non cognouit, scilicet mundi sapientes, & qui sensibilibus cognitione nihil maius nec altius norunt, neque omnino esse credunt. In hac sapientia iubet omnes portas aperire, ora nostra, aures nostras. In hac, inquit, aperite sapientia, eadem assidue & dicentes, & audientes, & hoc non socorditer, sed diligenter facite, & attendentes vobis ipsis. Ipsi autem omnem exclamant confessionem fidei symbolum. Gratias facerem, stemus, recte, stemus cum timore. In hac, inquit, confessione stemus, nec propter apum ad persuadendum Hereticorum sermonem moueamur. Stemus cum timore: quia magnum est periculum iis qui dubitationem aliquam de hac fide in anima susceperunt. Ita firmiter in fide stantibus, inquit, etiam donorum nostrorum ad Deum oblatio secundum rationem fiat? Quid autem secundum rationem. In pace attedamus, inquit, sanctam oblationem in pace offerre: Recordemini enim verborum Domini: Si offeras munus tuum, & recordatus fueris quod habet quispiam aliquid aduersus te, primum reconciliare, deinde accedens offer munus tuum. Fideles autem respondent: Offertimus non solum cum pace, sed etiam ipsam pacem loco muneris & alius sacrificij. Misericordiam offerimus ei qui dixit: Misericordiam volo, & non sacrificium. Misericordia autem est fetus firmæ & puræ pacis. Quando enim animam nulla perturbat affectio, nihil vtracque minus ea sit plena misericordia, & sacrificio laudis. Hac autem postquam dixerunt, precatur sacerdos quæ sunt omnium diuinissima & maxima. Gratia Domini nostri Iesu Christi, & dilectio Dei & Patris, & communicatio sancti Spiritus, sit cum vobis omnibus? Et ipsi etiam eadem pro Sacerdote orantes: Et cum Spiritu tuo, ad eum respondent, conuenienter præcepto quod iubet pro se inuicem orare. Hæc autem oratio sumpta quidem est a pistoris B. Pauli. Postulat autem nobis à Sancta Trinitate bona, omne donum perfectum: & hæc ab vnaquaque ex beatis personis proprio quodam nomine appellat. A filio quidem gratiam à patre verò, dilectionem: à sancto autem Spiritu communicationem. Quia enim filius iis qui nihil contulerant, sed etiam adhuc debendi reuerant, seipsum nobis scribatorem præbuit: etenim

cum impij adhuc essemus, inquit, pro nobis mortuus est, eius nostri cura, gratia est. Quia autem pater per passionem filij humano generi reconciliatus est, & dilexit inimicos, propterea ea quæ ille in nos fecit, appellatur dilectio. Quia autem amicis ex inimicis effectis oportebat cum qui diues est in misericordia, propria bona communicare, hoc facit Spiritus sanctus qui venit ad Apostolos. Propterea illius in homines benignitas communicatio dicitur. Sed dixerit quispiam, hæc omnia bona, cum aduenit Seruator, hominibus data esse: quid est ergo adhuc opus oratione pro bonis quæ iam data sunt? Clarum est, quod ne ea accepta amittamus, sed ea perpetuo habeamus: & ideo non dixit: Dentur vobis omnibus, ut ea quæ iam data erant, sed sint cum vobis omnibus. Non recedat, inquit, à vobis gratia quæ data est. Postquam autem eos eiusmodi oratione dignatus est, & sic animas crexit, cogitationes eorum à terra extollit, & dicit: Sursum corda habeamus. Quæ supra sunt cogitemus, non quæ in terra. Illi autem consentiunt, & dicunt se illic corda habere, ubi est thesaurus noster, ubi est Christus in dextra patris sedens. Habemus ad Dominum.

Cap. 27. De sanctificatione donorum, & quæ præcedit gratiarum actionem.

Vi autem pulcherrimè & sanctissimè sic affectus est, quid restat, nisi ut ad gratias agendas conuertatur Deo, qui bona omnia suppeditat: maxime primum sacerdotem imitans, Deo & patri gratias agentem, antequam daret sacramentum communionis. Ipse etiam ante orationem mysterij, per quam sancta consecrat, hanc gratiarum actionem fundit ad Deum & patrem Domini nostri Iesu Christi. Gratias agamus Domino, & cum omnes consenserint, & dignum & iustum est, dixerint, ipse Deo offert gratiarum actionem: & postquam ipsum glorificauit, & cum Angelis laudauit, & gratias pro bonis omnibus egit quæ ab æterno in nos contulit, & postremo arcanis eius, & quæ omnem sermonem & rationem excedit incarnationis meminit, deinde preciosa dona consecrat, & totum sacrificium peragitur. Et quomodo: Cum venerandam illam cenam narrauit, & quomodo ipsam ante passionem dedit sanctis suis discipulis, & quod accepit calicem, & quod accepit panem, & actis gratis sanctificauit, & quod dixit ea, per quæ significauit mysterium, & cum ea ipsa verba dixit, deinde procidit, & orat, & supplicat, diuinis illas voces ipsius vnigeniti Seruatoris nostri etiam in donis propositis applicans, ut suscepto eius sanctissimo & omnipotente Spiritu, conuertatur quidem panis in ipsum preciosum & sanctum eius sanguinem. Hæc quæ orauit, & dixit, vniuersum sacrificium peractum & perfectum est, & dona sunt sanctificata, & hostia integra, & perfecta effecta est, & magna hostia & victima, quæ pro mundo macata est, supra sacra mensam sita cernitur: panis enim non amplius figura Domini corporis, neque donum ferens imaginem veri doni, neque ferens aliquam descriptionem ipsius Seruatoris passionum tanquam in tabula: sed ipsum verum donum, ipsum sanctissimum corpus Domini, quod omnia illa verè suscepit, probra, contumelias, vibices: quod crucifixum, quod interfectum, quod sub Pontio Pilato pulchrum tectum, quod colapsis appetitum, contumeliis

Cap. 28. Vnde nam Sacramentum firmiter & securè credim?

contumeliis affectum, spura passum est, & fel gustauit. Similiter & vinum, ipse sanguis qui exiliit oculo corpore, hoc corpus, & sanguis qui ex Spiritu sancto constitutus est, natus ex Maria virgine, qui sepultus est, qui resurrexit tertio die, qui ascendit in caelos, & sedet ad dexteram patris.

Et quamnam est fides? Ipse dixit: Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus. Ipse etiam iussit Apostolis, & per illos vniuersæ Ecclesiæ, hoc facere. Hoc enim, inquit, facite in meam recordationem. Non iussisset autem facere, nisi esset potestatem daturus, ut possent hoc facere. Et quamnam est potestas? Spiritus sanctus, qui ex alto Apostolos armauit, sicut à Domino ipsis dictum est: Sedete in ciuitate Hierusalem, donec induamini virtute ex alto. Hoc est opus illius descensus. Non enim semel descendit, deinde nos reliquit, sed est & erit semper nobiscum. Propterea enim eum misit Seruator, ut nobiscum maneat in æternum. Et alium, inquit, aduocatum mittam vobis, ut maneat vobiscum in æternum spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt ipsum, nec cognoscit ipsum: vos autem cognoscitis ipsum, quia apud vos manet, & est in vobis. Is per manum & linguam sacerdotum mysterium peragit. Neque verò spiritum solum misit ad nos Dominus, ut maneat nobiscum, sed ipse etiam pollicitus est, se nobiscum mansurum vsque ad consummationem seculi: sed paracletus quidem adest inuisibiliter, quia ipse corpus non gestauit. Dominus autem videtur & contrectatur per veneranda & sacra mysteria, ut qui nostram naturam & suscepit, & ferat in æternum. Hæc est sacerdotij potestas, hic est sacerdos. Etenim qui se ipsum semel obrulit & sacrificauit, à sacerdotio non cessauit, sed perpetuum hoc sacrificij munus nobis obit, per quod etiam est aduocatus pro nobis ad Deum in æternum. Qua de causa ei dictum est, Tu es sacerdos in æternum. Propterea nulla est fidelibus de donorum sanctificatione dubitatio, nec de alijs mysterijs, si secundum propositum & sacerdotum preces peragantur. Et hæc quidem hæc tenemus.

Cap. 29. De iis qui non accipiunt panem & vinum, sed ad seipsum respiciunt de salutis.

Hic autem Latini quidam nostra reprehendunt. Dicunt enim post verbum Domini, Accipite, comedite, & quæ sequuntur, ad hoc ut sanctificetur dona, nulla amplius opus habere ratione, ut quæ à verbo Domini perfecta sunt: propterea qui postquam hæc verba dixerint, panem & vinum nominant, & tanquam nondum sanctificatis precantur sanctificationem, præter id quod infidelitate laborant, inquit, vanam quandam rem seruatiuam faciunt. Quod autem hoc verbum quod dona perficit, beatus, inquit, Chrysostomus testatur, dicens, quod quemadmodum opifex sermo, hic scilicet, Crescite & multiplicamini, semel quidem à Deo dictus est, semper autem operatur: ita etiam hoc verbum semel à Seruatore dictum, perpetuo operatur. Qui ergo sine orationi magis confidunt, quam verbo Domini, primum quidem eum accedunt imbecillitatis. Deinde sibi ipsis magis videntur confidere: & tertio, rem rãtam, nempe sacramentum, à re dubia videlicet humana ratione, volunt pendere, & quod oportet firmissimè credere, efficiunt pleni dubitatione. Non

A enim necesse est eum qui orat, exaudire, etiam si sit virtute Paulus. Hæc autem omnia non est solvere difficile, & primum ab ipsis verbis dñi Ioãnis quibus nituntur. Si enim hoc verbum id potest quod sermo opifex, illud consideremus. Dixit Deus, Crescite & multiplicamini. Quid ergo? Post illum sermonem nullo adhuc egemus, & nullo nobis alio opus est ad generis incrementum: an etiam matrimonio & coniunctione, & alia cura opus est, & sine his fieri non potest, ut genus cõstet & propagetur? Ergo sicut illic ad liberorum procreationem matrimonium necessarium ducimus, & post matrimonium pro eo ipso rursus oramus, nec videmur opifex sermonem habere despiciat, sed etiam ipsum quidē esse causam generationis, sed hoc modo per matrimonium, per nutrimentum, per alia: ita etiam credimus ipsum esse quod operatur mysterium, Domini scilicet verbum, sed sic per Sacerdotem, per eius interpellationem & orationem. Nō enim per omnia simpliciter operatur, neque quomodoconque: sed multa sunt quæ requiruntur, sine quibus non faciet quæ sua sunt. De morte autē Christi, quis nescit ea esse solā, quæ peccatorum remissionem in mundum introduxit? Sed illud etiam scimus, quod post mortem illam etiam fide & poenitentia & confessione opus est, & Sacerdotum oratione, nec potest homo solus à peccatis, nisi hæc præcesserint: Quid igitur mortem illam despiciamus, & eam impotentiae condemnemus, quod existimamus non sufficere quæ eius sunt, nisi etiam nostra ipsorum afferamus? Nequaquā. Neque ergo merito accusandi sunt qui orant ut dona perficiantur. Quando quidem nec orationi confidentes sibi ipsis confidunt, sed Deo, qui se daturū est pollicitus. Contrariū enim postulat orationis ratio. Hoc est enim quod orationis causa est iis qui orant, quod sibi ipsis non fidant de his que petuntur, sed credant se à Deo solo ea inuenturos. Et hoc clamatis qui orat, dū seipso relicto ad Deū confugit, quod suā condemnauit potentia, & propterea vniuersum Deo permittit. Non est, inquit, hoc meum; neque mearū virtū, sed te indiget & tibi vniuersum cõmitto; & maxime quando quæ sunt super naturā & omnem vincunt rationē, oramus, & quæ sunt mysteriorū. Tunc enim soli Deo confidere orantes omnino necesse est. Hæc enim neque potuisset homo cogitare, nisi Deus docuisset: nec desiderare, nisi ille suauis: neque expectasset accipere, nisi qui à mendacio est alienus, eā spe dedisset. Quare nec pro iis quidem orare ausus esset aliquis, nisi ipse certè ostēdidisset, quod ea vult peti & supplicare iis qui ea proptē petunt. Propterea nec dubia est oratio, nec sine habet incertū, quum ipse Dominus per omnia ostenderit se velle dare. Propterea mysteriorū sanctificatione orationi Sacerdotis credimus, non tanquā alicui humana; sed tanquā Deo potentia fidentes. Non enim propter orationem nominem, sed propter Deum exaudietem, neque quod ille rogauit, sed quod veritas se esse daturū est pollicita. Quod autē Christus ostendit se hanc semper velle nobis gratia dare, nec dicere quidē opus est. Propterea enim in terram venit & sacrificatus est & mortuus, & propterea altaria & Sacerdotes & omnis purgatio, & omnia præcepta & doctrinæ & adhortationes, ut hanc nobis mensam apponant. Pro-

preera illud etiam Pascha se donderare dicebat, quod hoc verum Pascha erat discipulis traditurus: propterea iussit, Hoc facite in meam recordationem, quod vult semper a nobis sacramentum fieri. Quæ ergo fuerit orantibus dubitatio de eo quod perierit, si accepturi sunt? quod hi quidem orant ut accipiant, qui autem dare potest, dare cupit. Ita qui sanctificationi donorum per orationem confidunt, nec Seruatoris voces despiciunt, nec à re dubia, humana scilicet oratione, mysterium dependere oportere statuunt, ut Latini nos frustra criminantur. Nam etiam sanctissimum vnguentum, quod eiusdem esse ordinis cum diuina communione dicit Beatus, oratione peragitur, & sanctificatur. Quod autem operando Sacramento deserviat & sanctificet, nulla est piis dubitatio, & Sacerdotis & Pontificis ordinatio simili modo per orationem peragitur. Oremus enim, inquit, pro ipso, ut veniat in ipsum gratia sanctissimi Spiritus: post impositionem manus, is qui ordinat ad clerum clamat, & in ea qua sit Latinarum ecclesia Pontificis ordinatione, postquam infudit, vnguentum in caput eius qui ordinatur, qui ordinat, optat locum Spiritus gratiam in eum descendere. Peccatorum quoque remissio penitentibus datur per orationem Sacerdotum, & vltimum olei sacramentum similiter perficit Sacerdotum oratio, quod etiam corporalis morbi medelam & peccatorum remissionem dat eis quibus peragitur, ut habet Apostolica traditio. Infirmitas enim aliquis in vobis, inquit, accersat Presbyteros ecclesie, & orent pro ipso, vngentes eum oleo, & oratio fidei seruabit laborantem, & suscitabit eum Dominus: & si peccata fecerit, remittentur ei. Qui ergo orationem in sacramentis reprobandam, ad hæc quid dixerit? Si enim est incertum quod sit à precibus, ut ipsi dicunt, incertum quidem est an id sit Sacerdos quod esse dicitur: incertum autem an vnguentum possit sanctificare, & ita nec sacramentum quidem constare potest sacre communionis, cum neque sit verè Sacerdos, nec altare. Neque enim verbum domini ab illius priuata persona dictum, efficiendi sacramenti vim ipsi habere dixerint, neque sine altari. Altare enim supra quod panis ponendus est, vnguento sanctificatur, quod quidem vnguentum precibus conficitur. Præterea autem peccatorum remissionem quis Sacerdos nobis certo dabit, si de eorum oratione dubitetur? Et nihil omnino aliud restat, quam ut omnem Christianismum de medio tollant, qui eorum notitias sequuntur. Videtur ergo quod illius potius, si ita censent, in dubio virtus sita est, resque in magno periculo versatur iis qui à paternis traditionibus & quæ in his est securitate, aliena excogitant. Quod enim orationibus Deus annuit, & dat Spiritum sanctum iis qui ipsum petunt & nihil sit impossibile iis qui cum fide ipsum rogant, ipse dixit Deus: nec vlla ratione fieri potest quin hæc vera sint. Quod autem tale quid euenerit iis qui quidam ex cloquiis narrant, nusquam dicitur. Ex oratione quidem sacramenta peragere, tradiderunt patres, qui ab Apostolis & qui eis successerunt, acceperunt, & alia sicut dixi, & sacram Eucharistiam, post multos alios & magnus Basilius & Ioannes Chrysostronus magni ecclesie doctores, quibus

qui contradicant, eorum nullam rationem dicere oportet eos qui pij esse volunt. Quod autem sermo Domini, qui de mysteriis in forma narrationis dicitur, sufficiat ad donorum sanctificationem, nullus neque Apostolus, nec doctor dixisse conuenit. Sed quod semel à Domino dictus, eo ipso quod ab illo dictus sit, sicut opifex serpio, semper operatur, & dicit etiam beatus Ioannes. Quod autem nunc dictus à Sacerdote, eo quod ab ipso dicatur, hoc possit, nullo ex loco fieri potest, quoad quidem nec ipse sermo opifex operatur, quod in vnoquoque eorum quæ fiunt, ab aliquo homine dicatur, sed quod semel à Deo dictus sit.

Quod autem os eis omnino obstruit, est quod etiam Latinarum ecclesia, ad quam se referre videtur, post verbum Domini, pro donis orare non recusat. Ij autem ideo falluntur, quod Latini non statim post Domini prolatum sermonem orant, & quod non aperte petunt sanctificationem & mutationem in corpus Dominicum, sed alii vtuntur nominibus eo ferentibus, & quæ tantumdem valent. Quæ est autem oratio iube sursum ferri dona hæc in manu Angeli ad supercelestem tuum altare. Dicat enim quid hoc est, Sursum dona deferri. Vel enim, localem eis translationem precatur à terra & inferioribus locis in cœlum, vel dignam aliquam & ab humilioribus ad altiora mutationem. Sed si primum quidem, quid hac nobis oratione opus est, ut à nobis tollantur sancta, quæ apud nos esse & in nobis manere & oramus & credimus: tæquam hoc sit, esse Christum nobiscum usque ad consummationem seculi. Quomodo autem non credunt, si hoc Christi corpus & cognoscunt, quod & in nobis est, & est supercelestis, & sedet ad dexteram patris, quo ipse nouit modo quomodo autem fuerit quod nondum est supercelestis, & sedet ad dexteram patris? quo ipse nouit modo quomodo autem fuerit quod nondum est supercelestis ipsum corpus Christi, quod est supercelestis? Quomodo autem etiam sursum ferretur in manu Angeli, quod super omnem principatum & potestatem & virtutem & omne nomen quod nominatur? Sin autem digna aliquam & in melius mutatione orant, non vdeo quomodo non sint insigni impietate futuri, si etiã ipsum esse Christi corpus cognoscunt, & ad melius quid & sanctius id venturum esse credunt. Vnde manifestum est eos omnino scire ea adhuc esse panem & vinum quæ sanctificationem nondum susceperunt, & propterea pro ipsis quidem orant, ut quæ oratione adhuc indigent. Orant autem vta sursum ferantur, ut quæ adhuc inferius sita sint & ad altare, ut quæ nondum sine sacrificio, ut illic posita sacrificentur. Opus autem habent manu Angeli, nempe quod se de humana Hierarchie, ut vult diuinus Dionysius, à prima Angelorum Hierarchie auxilium feratur. Hæc oratio nihil aliud confert donis quam mutationem in corpus & sanguinem Domini. Non enim locus super cœlos Deo separatus, in quo oportet sacrificare, altare illud existimandum est. Ea enim ratione non multum differemus ab iis qui in morte Sathariz dicit esse locum ubi oportet ad orare, vel Hierosolymis: sed quoniam, ut ait B. Paulus, Vnus Deus, vnus etiã intercessor Dei & hominum Iesus Christus, omnia quæ intercedendi vim habent, & sanctificationem nobis

Cap. 30. Quod etiam in Latinarum Ecclesia, eodem quo apud nos modo, seruum celebratur mysterium.

nobis prebent, solus est ipse Seruator. Quænam ergo iungunt quæ intercedendi vim habent & sanctificant? Sacerdos, hostia, altare. Etenim & altare sanctificat, ut vult sermo Domini. Altare enim, inquit, quod donum sanctificat. Ergo quoniam solus ipse est qui sanctificat, solus fuerit sacerdos & hostia & altare. Et quod Sacerdos quidem & hostia, ipse dixit. Pro ipsis enim inquit, ego sanctifico me ipsum. Quod autem etiam altare, sanctissimus testatur Dionysius, dicens in libro de vnguentis. Si enim sit diuinitus nostrum altare Iesus, diuina diuinarum mentium consecratio, in quo, ut vult eloquium, consecrati & mystice tanquam holocaustum sacrificati oblationem habentur, super mundanis oculis aspiciamus ipsum diuinitus in altare. Ad hoc supercelesti altare orat Sacerdos dona sursum ferri, quod est sanctificari in ipsum supercelestem Christi corpus mutari, non locum mutantia, & à terra trãslatam in cœlum, quoniam videmus ipsa adhuc apud nos esse, & post orationem nihilo scilicet. Quoniam enim altare sanctificat dona eius superimposita, idem est orare ut dona sanctificentur & in altari posita esse. Quæ est autem sanctificatio, quæ altare sanctificat dona imposita & quo ipse Sacerdos se ipsum sanctificat? Oblata esse Deo dona & sacrificata. Quoniam enim idem est & Sacerdos, & altare, & hostia, idem est ab illo Sacerdote sacrificatum esse, & in hostiam illam mutatum esse, & in illo supercelesti altari posita & dedicata esse. Propter ea si cum aliquo horum trium receperit oves, vniuersum bras, habes quod petis, perfecisti sacrificium. Vt si quidem Sacerdos, tanquam hostiam Christum aspicientes, orant ut dona in illo ponantur, verbis diuersis & sermonibus vnã & eandem rem orantes. Et ideo nostri Sacerdotes, postquam orauerint ut dona in diuinum corpus & sanguinem mutentur, recordantes supercelestis altaris, non amplius orant ut dona ad ipsum sursum ferantur, sed tanquam iis iam sursum laeis & susceptis, orant ut nobis dimittatur gratia & donum sancti Spiritus. Oremus, inquit, pro sanctificatione donis. Ut sanctificentur? Minime. Sunt enim sanctificata, sed vt nos sanctificent, vt Deus qui ea sanctificauit, nos quoque per eam sanctificet. Clarum est ergo, quod contemnebat orationem pro donis post sermonem Domini, ne Latinarum quidem omnino est ecclesia, sed paucorum quorundam & rectorum, qui ei quoque in aliis detrimentum afferunt, ut quæ ad nihil aliud se tam opportunè gerunt quam ad aliquid nouum dicendum & audiendum. Et hæc quidem de oratione.

autem quando Crucem erat ascensus, volens significare duas voluntates, diuinam scilicet, & humanam, suæ quidem diuinitatis voluntatem patri attribuit, humanitatis autem voluntatem suam esse dixit. Non sicut ego volo, inquit, sed sicut vis, & non mea voluntas, sed tua fiat. Quod enim ipse etiã hanc habuit voluntatem, quam patri impleuit, ex his ipsis etiam verbis manifestum est, in quibus videtur separare voluntatem suam à voluntate patris. Hoc enim, Non voluntas mea sed tua fiat, est eius qui assentitur & vult eadem. Id etiam ostendit, quando Petrum increpauit, qui Crucem eius & mortem deprecabatur: & præterea quando dixit, Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam ego pariar. Pascha, inquit, ante passionem desideravi: propemodum dicens, Desiderio desideravi ipsa passionis videre vestibula. Et hæc quidem hæc tenus.

De ipso autem sacrificio operæ precium est illud quærere. Quia enim non figura sacrificij, neque sanguinis imago, sed verè est mactatio & sacrificium quæramus quid est sacrificatur, panis an corpus Domini, videlicet quando dona sacrificantur, prius quam sunt sanctificata, an postea. Et si panis quidem est quod sacrificatur, primum quidem quodnam fuerit panis sacrificium. Deinde non est hoc nobis mysterium, videre panem mactatum, sed agnum Dei qui sua morte tollit peccata mundi. Sin autem ipsum dominicum corpus sacrificatur, hoc certè ne fieri quidem potest. Non enim amplius occidi vel percuri potest, cum iam ab interitu & corruptione alienum & immortale effectum sit. Quod si fieri posset ut adhuc aliquid tale pateretur, oportet esse & qui crucifigerent, & omnia alia conuenire quæ illud sacrificium effecerunt, siquidem non figura mactationis, sed vera mactatio esse ponitur. Deinde quomodo Christus semel est mortuus, & suscitatus, non amplius moritur: & semel passus est in consummatione seculi: & semel dicitur oblatum, vt multorum peccata offerret? Si enim in vnaquaque mysterij celebratione ipse sacrificatur, quotidie moritur. Quid ad hæc ergo dicendum est? Sacrificium neque antequam panis sanctificetur, neque postquam est sanctificatus, peragitur, sed eo ipso tempore quo sanctificatur. Sic enim necesse est omnia quæ deo creduntur conseruari, & nihil omnino excidere. Quænam autem ea sunt? Sacrificium hoc non esse imaginem & figuram sacrificij, sed verum sacrificium, non esse panem id quod sacrificatur, sed ipsum Christi corpus, & præterea vnum esse agni sacrificium, & quod semel factum est. Et primum videamus, an non figura, sed re ipsa sacrificium sit mysterij celebratio. Quod enim est omnis sacrificium quæ ab eo quod non est omnino occisum, in occisum sit mutatio, hoc etiam hic fit. Panis enim qui est in sacrificatus, mutatur tunc in id quod est sacrificatum. Mutatur enim à pane non mactato in ipsum corpus Christi quod verè mactatum est. Vnde quemadmodum in oue mutatio, verè sacrificij operatur: ita iam hic propter hanc mutationem id quod peragitur, verum est sacrificium, mutatur enim non in figuram, sed in rem mactationis, in ipsum corpus Christi quod sacrificatum est. Sed si panis quidem manens fuisset sacrificatus,

Cap. 11. Quænam de causa Sacerdos ad donorum sanctificationem non filium, sed patrem inuocat.

Cap. 32. De sacrificio ipso, & quid est quod sacrificium sit, scilicet.

panis esset qui mactationem suscepit, & fuisset mactatio tunc panis sacrificium. Quoniam autem utraque mutata sunt, & in sacrificium & panis: & factus est pro infacrificato quidem sacrificatus, pro pane autem corpus Christi: propterea mactatio illa non in pane, sed tanquam in subiecto considerata, corpore Christi non panis sed agni Dei sacrificiū, & est, & dicitur. Clarum est autē quod his positis, nihil necesse est multas, fieri oblationes corporis Domini. Quia enim fit hoc sacrificium agno non tunc occiso, sed pane mutato in agnum occisum, clarum est quod fit quidem mutatio, sed non tunc fit occisio, & sic id quod mutatur quidem, multa, & mutatio sape: id autem in quod mutatur, nihil prohibet vnum & idem esse, sicut vnum corpus, ita etiam occisionem corporis vnam. Et hæc quidem de his.

Cap. 33. De orationibus post sacrificiū, & quoniam est oratio, propter quam hic meminit sanctorū, & præcipue sanctissimæ.

Sacerdos autem, peracto sacrificio, & pignus Dei benignitatis videns, agnum eius propositum, tanquam iam intercessore accepto, & secum habens aduocatum, notas facit suas ad Deum petitiones: effundit preces cum bona, iam & firma spe: & quorum panes proponens meminit, & pro quibus preces in celebrandi mysterij preparatione fecit, & dona obtulit, & ut ea susciperentur, supplicauit, ea his iam susceptis, ut in opus exeat orat. Quanam autem sunt hæc: Communia, & viuis, & iis qui excesserunt. Ut pro donis gratia demittatur à Deo qui illa suscepit: separatim autem defunctis quidem, animarum requiem, & regni hereditatem cum sanctis consummatis: Viuis autem, ut sint sanctæ mensæ participes, & sanctificentur, & nemo sit eius in iudicium vel cōdemnationem particeps: remissionem peccatorum, pacem, fertilitatē, rerum necessariorū suppeditationem, & postremò ut regno digni apud Deum appareant. Quia autem oblatio sacrificij, non solum versatur in supplicatione, sed etiam gratiarum actione, quemadmodum in procemio celebrationis mysterij, quando sacerdos tanquam dona Deo dedicat quæ offeruntur, & gratiarum actionem ostendit, & supplicatione: ita etiam nunc sacrificat & perfectis donis, & per ea Deo gratias agit & offert supplicationem, & ponit quidem gratiarum agendarum causas, adiicit autem etiam supplicationis materiam. Et quoniam sunt causæ agendi gratias: Sancti, sicut prius dictum est. In iis enim ecclesia inuenit quod petebat, & quod orabat assecuta est, nempe regnum cœlorum. Quæ est autem materia supplicationis: Qui nondum sunt consummati, qui opus habent oratione. Et de sanctis quidem, Præterea offerimus tibi, inquit, rationabilem hunc cultum, pro iis qui in fide prius requiescerunt, auis, Patribus, Patriarchis, Apostolis, Prophetis, Euangelistis, Martyribus, Confessoribus, continentibus, & quolibet spiritu in pace consummato, præcipue autem sanctissima intemerata Domina nostra Deipara & semper virgine Maria, & deinceps enumerat omnem sanctorum cœtum. Hi sunt ecclesiæ agendarum Deo gratiarum causæ. Pro iis offert rationabilem hunc cultum, tanquam Deo gratiarum actionem, & præ cæteris omnibus pro beata Dei matre, ut quæ omnem sanctitatem excedat. Propterea nihil pro eis orat sacerdos, sed potius eos orat, ut ab eis in orationibus adiuuetur.

A Quia non ad supplicationem, sed ad gratiarum actionem, ut dictum est, facit pro ipsis donorum oblationem. Post hæc affert etiam supplicationem, & enumerat ea pro quibus supplicat & precatur omnibus salutem, & si quod bonum est unicuique congruens & conueniens.

In quibus hæc etiam dicit, Præterea offerimus tibi rationabilem hunc cultum, pro orbe terrarum, pro sancta Catholica & Apostolica ecclesia pro iis qui in veneranda reipublicæ administratione versantur, pro fidelissimis & Christi amatissimis Imperatoribus nostris. Et hæc orat. Et ita quidem beatus Ioannes duplicem sacri huius cultus habitum esse significans, gratiarum actionis & supplicationis seorsum quidem ponit eos pro quibus agit gratias, seorsum autem pro quibus supplicat. Diuinus autem Basiliius admittet supplicationi gratiarum actionem. Et ita facit vbi que in sacri mysterij celebratione, & omnes ferè eius orationes inueniunt, quæ utranque vim habent. Meminit autem etiam sanctorum, quorum & Diuus Ioannes etiam in eodem loco sacrificij, sed non eodē modo. Postquam enim orauit ut omnes digni habeantur communionem sacramentorum, non in iudicium, vel in cōdemnationem, subiungit. Sed vt inueniamus gratiam cum omnibus sanctis qui tibi à seculo placuerunt, maioribus nostris, auis, Patribus, Patriarchis, & quæ sequuntur: deinde præcipue sanctissima. Sed hæc quidem verba habent supplicationem: ostendunt autem etiam gratiarum actionem, & Deum generis benefactorem prædicant, vbi meminit eorum hominum qui ab ipso sanctificati sunt, & consummati, propemodum dicens. Ut des nobis gratiam, quam sanctis prius dedisti: ut nos sanctifices, sicut & alios prius sanctificasti, qui sunt eiusdem generis nobiscum. Et de iis quidem hæc sufficiunt.

Sacerdos autem postquam omnibus ea quæ par est orauerit, etiam pro se orat ut à donis sanctificetur. Quanam sanctificatione: Ut accipiat remissionem peccatorum, Hoc enim est donorum principale officium. Et vnde nam potest hoc fieri: Ex iis quæ Dominus dixit, Apostolis panem ostendens: Hoc est corpus meum quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum. Et in calice similiter, Memento, inquit, Domine etiam meæ indignitatis, & condona mihi omne delictum voluntarium & inuoluntarium. Et ne propter mea peccata prohibeas gratiā sancti Spiritus à donis propositis. Remissionem peccatorum dat sanctus Spiritus iis qui sunt donorum participes. Hæc, inquit, gratia in me ne prohibeatur ex donis propter mea peccata. Duplīciter enim dicitur gratia operari in preciosis donis.

Vno quidem modo, per quem ipsa sanctificantur. Alio per quem gratia nos per ipsa sanctificat. Primo ergo modo, in donis gratiam operari nullum potest humanum malum verare. Sed quemadmodum eorum sanctificatio, non est humanæ virtutis opus: ita nec fieri potest ut eam hominum vitium prohibeat. Secundus autem nostrò, etiam studio & diligentia indiget. Nos enim gratia per dona sanctificat, si nos ad sanctificationem aptos & accomodatatos ceperit. Sin autem in nos imparatos incidit, nec vllam utilitatem attulerit, & plurimum etiam detrimentum damnūque dederit hæc gratiam,

Cap. 34. De eis quæ sacerdos pro se orat pro facis donis, & de iis quæ iubet fideles orare.

riam, siue est scilicet remissio peccatorum, siue cum illa etiam aliud donum datur, iis qui cum pura cōscientia sacram hanc Cœnam sumunt, orat sacerdos ne à donis prohibeatur, ut quæ possit prohiberi per humanum vitium. Hæc facit orationem etiam paulò post cum vniuersa communiter multitudine, postquam enim omnibus concordiam precatus est, ut vno ore & corde Deum glorificent, sic quoque disponit annuncians misericordiam facere omnium sanctorum, est inuocare, orare. Et quid dicit: Oremus Dominum pro donis sanctificatis: non ut ea sanctificationem suscipiant (propterea enim dixit ea sanctificata, ne tu hoc putares) sed ut ipsum nobis impertiant, hoc enim est, benignum & clementem Deum, qui ea suscepit, gratiam nobis vicissim remittere. Oremus, inquit, pro donis, ut in nos operentur, ne ad hanc gratiā non sit potens: sicut quando cum hominibus versabatur hoc omnipotens corpus, in nonnullis ciuitatibus non poterat signa facere, propter eorum incredulitatem. Cum autem hæc ad populum sic clamauit, deinde ipse quoque per se submisit orat de iisdem Deum precans, ut sint venerabilium mysteriorum participes cum bona conscientia, fruuantur autem sacra mensa, peccatorum remissione, Spiritus sancti participatione regni hereditate, & non in iudicium vel in cōdemnationem. Deinde postquam precatus est omnibus Dei auxilium, & custodiam, iubet etiam eos orare, ut totum diem, perfectum, sanctum, pacificum, & sine vllò peccato transigant, habentes custodem Angelum pacis, fidelem, propter Angelum mendacij, cui non est tutum sua credere. Oramus autem pro bono Angelo, non ut tunc nobis detur, datus est enim ab initio unicuique fidelium Angelus: sed ut operetur, & suo officio fungatur & custodiat, & nos ad viam diuinam deducat, & non abscedat succensens propter nostra peccata, ad hæc remissionem peccatorum, & omnia quæ sunt bona & vtilia nostris animabus, & mundo pacem, & præterea in futurum securitatem, in pace & penitentia transacto reliquo vitæ tempore, ut sit Christianis finis qui eis conuenit, deinde ut seipfos & inter se inuicem Deo commendent, & per totam eorum vitam vnitatem fidei & sancti spiritus communicationem petetes. Quid autem sibi vult fidei vnitatis, & sancti spiritus communicatio, & quam ob causam iis indigemus, prolixè ante dictum est.

Cap. 35. De oratione à Deo tradita, & inclinatione capinum & gratiarum postea actione ad Deum, & glorificatione.

Sed cum sic ipse edificauit, & ad bonum omni ex parte instituit, & comparauit, tanquam iam perfectos, & diuina adoptione dignos. Deum, ut digni habeantur orationem illam cum ipso liberè facere, in qua audemus ipsum patrem vocare. Postquam autem omnes illam cum eo dixerint, ipse quum vltimam eius partem ad Dei glorificationem exclamauit, orationem concludit. Post hoc pacem precatur omnibus. Quum autem eorum nobilitatem sic in mentem reuocauit, & patrem Deum vocauit, deinde etiam tanquam Dominum iubet agnoscere, & quæ sunt seruorum in ipsum ostendere, & ei capita inclinare, & eo habitu seruitutem confi-

teri: & inclinant non solum tanquam natura Domino, & opifici & Deo, sed etiam serui empti, ei qui cunctis precioso sanguine vnigeniti, pro quo etiam duplices seruos nos acquisiuit, & filios suos fecit: etenim & seruitutem auxit & maiorem reddidit, & adoptionem effecit vnus & idem sanguis. Omnibus autem capita inclinantibus, sacerdos apud se Deo gratias agens pro eorum quæ sunt creatione, precatur ea quæ sunt vtilia omnibus, mentionem faciens apud eum, & nominis vnigeniti, & gratiæ eius & benignitatis, tanquam sic petita accepturus, ut ipse Seruator professus est. Omnia enim inquit, quæcunque petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Deinde adiecta glorificatione, audiente circumstante multitudine, laudat sanctissimam trinitatem, & cum eos glorificationis participes accipit, deinde rursus ad seipsum conuertitur, & submissa voce per se precatur. Orans autem vocat ipsum Christum victimam, sacerdotem, panem ut ipse per se eum seruis communicet.

Et ad mensam & ipsa accessurus, & alios vocaturus, quoniam non absolutè omnibus sacramentorum communio est licita, ipse quoque non omnes vocat: sed viuifico pane accepto, & ostenso, eos qui dignè sunt ipsius participes futuri, vocat. Sancta, inquit, sanctis, propemodum dicens: Ecce panis vitæ quem videris. Accurrite ergo participes futuri, sed non omnes sed si quis sanctus. Sancta enim sanctis solis permittuntur. Sanctos autem hic non dicit virtute perfectos, sed quicūque ad illam quidem tendunt perfectionem, sed nondum sunt assecuti, etenim eos nihil prohibet sanctorum effectos mysteriorum participes, sanctificari, & hanc partem esse sanctam, sicut & vniuersa Ecclesia sancta esse dicitur, & beatus Apostolus scribens ad vniuersum populum, Fratres sancti, inquit, vocationis supercœlestis participes. Sancti enim vocantur, propter sanctum cuius sunt participes, & quo corpori & sanguini communicant. Membra enim illius corporis existentes, carnes ex carnibus eius, & ossa ossibus eius, donec ei coniuncti sumus aptamque compagem & connexionem seruamus, viuimus, vitam & sanctificationem per sacramenta ab illo capite & corde trahentes. Postquam autem abscissi fuerimus, & à sanctissimi corporis integritate exciderimus, frustra sacra mysteria gustamus: nec enim transmittetur vita ad membra mortua & abscissa. Quid autem quod membra abscindit ab illo sancto corpore: Peccata vestra, inquit, diuidunt inter me & vos. Quid igitur? Omne peccatum facit hominem mortuum? Nequaquam, sed id solum quod est ad mortem: & ideo ad mortem dicitur. Est enim peccatum non ad mortem, ut vult beatus Ioannes, & ideo eos qui sunt mysterijs initiati, si non eiusmodi peccata peccant, quæ à Christo separant, & mortem afferunt, nihil prohibet mysterijs communicantes, sanctificationis esse participes, & propter rem nomen, ut quæ sint adhuc viua membra, & capiti coniuncti sint. Et ideo cum clamauit sacerdos, sancta sanctis, fideles contra exclamant: Vnus sanctus, vnus Dominus Iesus Christus in gloriam Dei patris. Nemo enim ex se habet sanctificationem, nec est humanæ virtutis opus, sed ex illo omnes, & per illum, & quemadmodum si multa spe

Cap. 16. De iis quæ sacerdos clamat ad populum sancta eleuatis, & de iis quæ illi vicissim ad eum clamant.

cula sub sole posueris, omnia quidem replendent, & radios emittunt, & videberis multos soles videre; verè autem est vnus sol, qui fulget in omnibus: ita etiam vnus sanctus, nihilo secus. In gloriam patris. Deum nemo glorificauit ea quæ ipsi conuenit gloria. Vnde Iudæis exprobrans dicebat: Si Deus ego sum, vbi est gloria mea? Sed solus vnigenitus dedit ei gloriam quæ debetur. Quamobrem etiam cum esset in passione, dixit patri: Ego te glorificauit in terra. Quomodo enim glorificauit? Non alia ratione, quam illius sanctificatione hominibus ostensa, sanctus apparens, sicut ipse est sanctus pater. Siue enim tãquam huius sancti patrem, Deum intellexerimus, filij splendor est gloria patris: siue tanquam Deum propter humanitatem, est omnino gloria opificis, opificij dignitas vel virtus.

Cap. 37. Quid significat aqua calida in mysterio iniecta, & vna quæ...

ITA autem conuocatis ad sacram cenam fidelibus ipse primum est eius particeps, & quotquot sunt eiusdem ordinis, & quicumque sunt ministri altaris, aqua calida prius in calicè iniecta, ad significandum sancti spiritus ad Ecclesiam descensum. Descendit enim tunc, vniuersa in carnationis Dominicæ peracta œconomia: nunc autem oblato sacrificio, & consummatis donis, versatur cum iis qui dignè fuerunt eorum participes. Vniuersa enim humana à Christo susceptæ naturæ œconomia, in sacro Eucharistiæ mysterio, in pane, tanquam in tabula inscripto (nam & infantem ipsum, tanquam in figura contemplamur: & ad mortem ductum, & crucifixum, & in latere punctum: deinde etiam ipsum panem, in illud sanctissimū corpus, quod hæc verè sustinuit, & resurrexit, & assumptum est, & sedet ad dexteram patris, mutatum) oportebat etiam horum omnium finem post hæc significari, vt esset integra mysterij celebratio, vniuerso negotio, & incarnationis dispensationi sine affectuque adiecto. Quod est enim opus, & quis effectus Christi passionum & operum & dictorum? Si quis ea, quod ad nos attinet, considerat, nihil aliud sunt quam sancti Spiritus in Ecclesiam aduentus. Oportebat ergo eum post illa significari. Atque is quidem significatur aqua calida in mysteria infusa. Hæc enim aqua, cum & aqua sit, & ignis sit particeps, significat sanctum spiritum, qui etiam aqua dicitur, & tanquam ignis apparuit in Christi discipulos dilapsus, hoc autem tempus illud tempus significat, tunc enim descendit, postquã omnia quæ ad Christum spectabant peracta erant. Nunc autem perfectis & consummatis donis hæc aqua immittitur. Per mysteria autem significatur Ecclesia, quæ est corpus Christi, & membra ex parte, quæ & tunc accepit spiritum sanctum, & postquam Christus in cœlos assumptus est, etiam nunc accepit donum spiritus, susceptis donis in altari supercœlesti, id nobis contra remittente Deo, qui illa accepit, vt antea dictum est, quod idem est intercessor & tunc, & nunc, & idem spiritus.

Cap. 38. Quam rationem mysteria significant Ecclesiam.

Significatur autem Ecclesia in mysteriis, non tãquam in signis, sed tanquam in corde membra, & in arboris radice ramus, & sicut dixit Dominus, tanquam in vite palmites. Non enim est hic solum nominis communio, vel analogiæ similitudo, sed res eadem. Etenim corpus Christi & sanguis mysteria: sed Ecclesiæ hæc sunt cibus & verus potus:

A & eorum particeps effecta, non ea mutat in corpus humanum veluti aliquem alium cibum: sed ipsa in illa mutatur vincentibus iis quæ sunt præstantiora. Nam etiam ferrum cum igne habeas consuetudinem, fit ignis: non autem dat igni vt sit ferrum: & quemadmodum ferrum inflammatum, nõ ferrum, sed ignem apertè videmus, ferri proprietatibus omnino ab igne deletis: ita etiam Christi Ecclesiam si quis videre potuerit, eo ipso quod ei vnita est, & est eius carnis particeps, nihil aliud videbit quam ipsum corpus Domini. Propter hanc rationem, Vos estis corpus Christi, inquit Paulus, & membra, ex parte. Non enim Christi in nos curam & providentiam, instructionem quæ & admonitionem, & nostram in eum subiectionem significare volens, illum quidem caput, nos autem membra appellauit, sicut & nos cognatorum vel amicorum membra vocamus, hyperbole vtentes: sed illud ipsum significans quod dicebat, fideles scilicet iam per hunc sanguinem viuentes in Christo vitam & verè ab illo capite dependentes, & hoc corpore indutos. Propterea non est à ratione alienum hanc Ecclesiam per mysteria significari.

Cap. 39. De vocatione fidelium ad communionem, & que ostenduntur de deo.

Sacerdos autem, postquam particeps fuit sanctificatorum, ad populum conuertitur: & ostentis sanctis, vocat eos qui participare voluerint, & iubet accedere cum timore Dei & fide, neque contemnentis, propter id quod apparet, neque dubitantes, quod sit supra rationem id quod creditur, sed eorum dignitatem agnoscentes, & quod sunt vitæ æternæ causæ iis qui illorum sunt participes, credentes accedere. Ipsi autem pietatem ostendentes & fidem, & adorant & benedicunt, & Iesum qui in eis intelligitur, vt Deum celebrant: & vt sit splendida glorificatio, ex verbis Propheticeam faciunt: Benedictus qui venit in nomine Domini. Deus Dominus, & apparuit nobis. Ego veni, inquit, in nomine patris, & non accipitis me. Si quis venerit in nomine proprio, illum accipietis. Hoc germani Domini, hoc vnigeniti, patrem laudibus efficere. Illud autem, est serui fugitiui arrogantiæ & defectio. Hæc quum sciuisset Propheta, & intellexisset, quidnam distinguit bonum pastorem à lupo, eminus benedixit venientem in nomine Domini, Dominum patrem dicens, & eum qui apparuit eundem Deum esse dicit. Iisdem ipsi quoque verbis vtentes, tanquam nunc ad eos venientem & apparentem Christum benedicunt.

Cap. 40. De Sacerdotis oratione, quæ effatur ipsi post communionem.

Deinde iis qui fuerunt participes mysteriorum precatur Sacerdos à Deo salutem & benedictionem, Et quæ est oratio? Serua Deus populum tuum, & benedic hereditati tuæ. Et hoc est verbum Propheticum, quemadmodum ipse etiam Propheta alibi dicit: Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam fines terræ, tanquam à patre dictum filio. Quod enim tanquam Deus habuit ab initio, eius postea tanquam homo hæres factus est.

Cur ergo, cum idem etiam nobis est opifex, non dicit, Benedic opera tua, quorum tu es effector, sed hereditatem tuam? Vt maiorem eis reuerentiam exhiberet, paupertatem quam pro nobis sustinuit, ei in mentè reuocans. Pro eo, inquit, te oro, quod ipse

ipse sustinuisti te esse cum seruis, & mandatum accipere, & stare cum iis qui accipiunt, cum omnia habeas: & appellari hæres, cui nihil est acquisitum, maxime cum perfectioris meminisse nostræ cum Christo necessitudinis, magis ipsum mouet ad misericordiam. Est autem hæreditas, multò creatione perfectior necessitudo. Multo enim amplius & melius nos possedit hæres effectus, quam prius habet cum est fabricatus. Ex creatione enim, humanae solummodo naturæ dominium obtinuit. Ex hæreditate autem, rationis & voluntatis Dominus constitutus est, quod est verè hominibus imperare. Illud enim est commune & iis quæ carent ratione, & iis quæ sunt inanimata. Omnia enim natura Deo subiiciuntur, vt quæ sint eius opera. Sed quomodo per hæreditatem, rationis & voluntatis constitutus est Dominus? Quia cum in terram descendit, & crucifixus est, & resurrexit, ei nostram rationem subiecimus & voluntatem. Rationem quidem, quod eum Deum verum cognouimus & vniuersæ creature Dominum. Voluntatem autem, quia eum dileximus & eius dominium, & iugum eius cum gaudio humeris sustulimus. Ita Deus homines perfectè accepit, ita verè possedit. Hanc possessionem Esaias Propheta longè ante desiderans, dicebat, Domine Deus noster posside nos. Hæc est possessio & hæreditas, quam dicitur vnigenitus à patre accipere. Et talis quidem est oratio.

Cap. 41. De gratiarum actione & glorificatione quæ fit potestica.

Hic autem vniuersum complectur sacrificium, & diuinæ Eucharistiæ mysterium finem accipit. Nam & dona sunt sanctificata & sacerdotem sanctificauerunt, & omnem qui eum circumstiterat, & per ipsos reliquum Ecclesiæ cœterum perfectè sanctificauit. Propterea in Dei gratiarum actionem & glorificationem & ipse Sacerdos definit, & qui eum circumstiterat fideles. Et ille quidem, Benedictus Deus, inquit, nunc & semper & in sæcula sæculorum.

Populus autem canit procemium cantici acceptum ex dictis Propheticeis: Impleaturos nostrum laude Domine, vt celebremus gloriam tuam. Non sumus, inquit, sufficientes, Domine, ne hymnum quidem & laudem tibi offerre, pro bonis quibus nos dignatus es. Sed tu hoc quoque nobis dona. Quonã modo? Implens os nostrum laude: & quemadmodum das orationem orantibus, vt sciamus quænam oportet & quomodo petere: ita etiam ad laudem tuam, da ori facultatem. Deinde orant, vt quam acceperunt sanctificationem habentes permaneant & gratiam non perdant, nec donum amittant, ab eius manu adiuti, Conserua nos in sanctificatione. Quid agentes? Etenim iis quoque quæ à nobis proficiuntur opus est. Toro die meditates iustitiam tuam. Iustitiam dicentes, quæ in mysteriis consideratur, Dei sapientiam & benignitatem quemadmodum Paulus accepit. Non enim erubescit, inquit, Euangelium Christi. Iustitia enim Dei in ipso reuelatur in omnes & super omnes credentes. Huius iustitiæ meditatio potest in nobis sanctificationem cõseruare. Nam & fidem in Deum augeat & charitatem accendit, & nihil mali animam subire permittit. Non ergo frustra ante diximus, quod sine cogitationibus quæ conueniunt mysteriis, fieri non potest vt in nobis constet & per

maneat sanctificatio. **H**oc quoque præter ea quæ dicta sunt, necesse est examinare, Duobus enim modis sanctificare cernitur diuinum hoc & sacrum mysterium. Vno quidem modo, intercessione, oblata enim dona, eo ipso quod offeruntur, eos qui offerunt, sanctificant, & eos pro quibus offerunt, & Deum eis propitium efficiunt. Alio autem modo, participatione, quia fit nobis verus cibus & potus, vt dicit Dominus. Horum modorum, primus quidem est communis viuus & mortuus, etenim pro vtrisque offertur sacrificium. Secundus autem modus solis viuentibus permittitur, mortui enim non possunt amplius comedere nec bibere. Quid igitur? Propterea nec sanctificantur hac sanctificatione quæ prouenit ex participatione, & deteriori sunt hac in parte conditione mortui quàm viuentes? Minimè. Nam & Christus ipsis seipsum communicat, eo modo quo ipse nouit. Et vt id fiat apertum, consideremus causas sanctificationis, an non etiam animæ mortuorum se habent, sicut & viuentium. Quænam sunt autem causæ sanctificationis? nunquid corpus habere, pedibus ad mensam currere, manibus sancta accipere, ore sumere, comedere, bibere? Nequaquam: Ad multos enim qui hæc fecerunt, & ita ad mysteria accesserunt, nulla rediit vtilitas, & pluribus malis obnoxij recesserunt. Sed quædam sunt causæ sanctificationis iis qui sanctificantur, & quæ sunt quæ Christus à nobis exigit? Animæ purgatio, in Deum dilectio, fides, desiderium mysterij, alacritas ad participationem, feruens appetitio, sitientes currere.

Cap. 42. De iis qui dormierunt an sanctificentur à mensa, sicut & ij qui viuunt.

Hæc sunt quæ hanc sanctificationem attrahunt, & cum quibus necesse est eos qui accedunt esse Christi participes & sine quibus fieri non potest. Sed hæc omnia non sunt corporalia, sed dependet à sola anima. Nihil ergo prohibet etiam animas hoc posse mortuorum, sicut & viuorum. Si ergo animæ quidem ad suscipiendum mysterium sunt paratæ & promptæ: is autem in cuius est potestate sanctificare & perficere, vult semper sanctificare, & seipsum semper impertiri desiderat: quid est prohibiturum hanc participationem? Nihil omnino. Ergo dixerit quispiam. Si quis etiam viuorum, bona quidem quæ dicta sunt in anima habeat ad mysteria autem non accedat, habebit illine nihilo fecius sanctificationem? Non qui libet, sed si quis non potest corporaliter accedere, sicut defunctorum animæ quales fuerunt ij qui in desertis errabant montibus se speluncis & foraminibus terræ, qui altare ad sacerdotem nullo modo videre poterant. Eos enim Christus ipse hac sanctificatione inuisibiliter sanctificabat, Vnde nam potest scire? Quod vitam in se habebant, non habitari nisi huius essent sacramenti participes. Ipse enim Christus dixit, Nisi comederitis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Et vt hoc significaret, multis horum sanctorum misit Angelos dona ferentes. Si quis autem cum posset, ad mensam non accesserit, fieri non potest vt quæ ex eis prouenit, sanctificationem assequatur: non quod non accessit solummodo, sed quod cum posset, non accessit, & propterea clarum est, quod bonis quæ debentur sacramentis, vacuam habet animam.

Quæ est enim ad mensam adendam alacritas, & quod desiderium in eo qui cum facile potest ad eam accedere, non vult? Quænam est autem fides in Deum apud eum qui non timet minas quæ in Domini verbis sita sunt, aduersus eos qui hanc cœnam contemnunt. Quomodo autem amare creditur, cui cum liceat accipere, non accipit? Propterea non est nouum, si animis à corporibus liberatis, quæ nullius huiusmodi vitij insulari possunt, hanc mensam Christus impertit. Illud enim nouum est & admirabile, quod homo qui in corruptione & interitu versatur, ab interitu alienum corpus comedat. Quod autem anima, quæ est immortalis substantia, sit eius quod est immortale particeps, modo sibi conueniente, quid mirum? Si autem hoc nouum & admirabile, per ineffabilem humanitatem & arcanam sapientiam, inuenit quomodo perficeret: id quod est probabile & consentaneum quomodo non facere creditur.

Cap. 43. Quod anima eius qui comunicat, sit principaliter significatio.

Quoniam autem iis etiam qui adhuc viuunt cum corpore, datur quidem donum per corpus, sed primum peruadit in animæ substantiam, & per animam in corpus transmittitur. Et hoc significans beatus Paulus. Qui adheret, inquit, Domino, vnus est spiritus, utpote quod in anima primo & principaliter hæc vnio & coniunctio consistat.

Illuc enim proprie Dominus. Illic etiam sanctificatio quæ proficitur ex virtutibus & humano studio, & illud quod peccat. Corpori autem omnia sunt ex anima: & quemadmodum à malis cogitationibus quæ ex corde exeunt, inquinatur: ita etiam illinc est ei sanctificatio, sicut quæ à virtute: ita etiam quæ à sacramentis. Nonnulli autem morbi etiam corporales, quorum causa fuit animæ improbitas. Quod volens significare seruator, in liberanda à morbo anima, quod est eam liberare à peccatis, à corpore infirmitatem depulit. Si ergo nec ad sanctificationem quidem susceptionem, habet anima opus corpore, sed illud ea potius, cur sunt magis mysterij participes animæ quæ corpus habent, quam quæ ab eo sunt libera: Quod sacerdotem vident, & ab eo dona sumant? Atqui illæ etiam habent æternū sacerdotem, qui omnia ei factus est, qui etiam iis qui ex viuis verè sumunt, impertit. Non enim omnes quibus dat sacerdos, verè sumunt, sed illi omnino soli quibus dat ipse Christus. Sacerdos enim omnibus, ut semel dicā, qui accedunt, Christus autem dat iis solum qui participes esse digni sunt.

Vnde clarum est, quod qui animas sacramento perficit & sanctificat & viuos & mortuos, solus est ipse seruator. Ex dictis utique omnibus sit illud manifestum, quod quæcunque ad sacri mysterij celebrationem pertinet, sunt communia & viuis & mortuis. Causæ enim sanctificationis, cum ad animam pertineat, etiam vtriusque insunt, & id quod primo ac principaliter & proprie sanctificationem suscipit, idem & sacerdos qui sanctificat, idem quod solum adest iis qui viuunt in corpore, non est in iis qui è viuis excefferunt: ut etiam qui mysterijs indigni sunt, videantur sanctificari, quoniam dona ore sumunt. Illic enim nec accedere quidem potest quisquam, si sit imparatus sed solis iis qui digni sunt datur participatio, hoc autem non tribuit viuis sanctificationem, sed contra, habet vltimum suppli-

cium, & propterea multū abest, ut viuorum genus sit eis hac in re superius. Præterea autem etiam propter illam rationem clarum est, quod non solum licet, & quod nihil vetat, sed etiam quod illas animas necessario consequitur sanctorum donorum participatio. Si enim esset aliquid aliud, quod illic animis & delectationem & quietem præberet, esset illud præmium iis quæ puræ sunt & mundæ, & non eis hac mensa necessario opus esset: nunc autem id quod omnem voluptatem & beatitudinem iis qui illic sunt efficit, siue dicas paradysum siue sinus Abrahamæ, siue ab omni dolore & tristitia pura & lucida & viridia & refrigerantia loca, siue ipsum regnū, nihil est aliud quam hic calix & hic panis. Hæc enim sunt intercessor, qui pro nobis in sancta fuit præcursor, qui solus ducit ad patrem, qui solus sol animarū, qui nunc quidem apparet & participatur, & ipse voluit vinctis carnis: tunc autem videbitur & participabitur sine velis, quando videbimus ipsum sicut est, quādo ad cadauer cōuocabit aquilas, quādo succingetur, & eos faciet discumbere, & accedens ministrabit ipsis, quādo fulgebit in nubibus, & per eum iusti resplendebunt ut sol, ut ei coniuncti, ut nouit mensa coniungere, quietem assequantur, vel aliquid boni illic percipiant vel paruum vel magnum, absque eo fieri omnino non potest.

Cap. 44. De Christi intercessio, ne.

Est enim intercessor, per quem omnia assecuti sumus bona, quæ à Deo nobis data sunt, vel potius semper datur. Non enim postquam semel fuit intercessor, & omnia nobis tradidit pro quibus intercesserat, recessit, sed semper intercedit, non verbis quibusdam & precibus, sicut solent legati: sed re ipsa. Quænam autem ea res est? Sibi coniungere & proprias per se gratias impertiri, pro vnuscuusque dignitate & modo purgationis: & quemadmodum lux quæ per se visum præbet videntibus, quibus defecerit, iis quoque visus defuerit: ita etiam cum Christo consuetudinem esse perpetuam animis necesse est, si sint omnino victuræ & quieturæ. Neque enim sine luce potest videre oculus: neque fieri potest ut sine Christo vera vita & pax insit inanimis, quoniam est qui solus Deo reconciliat, qui eam pacem facit, sine qua nulla spes est, ut qui Dei sunt inimici, sint eius bonorū participes. Siue ergo ab initio quis Christo coniunctus non est, siue coniunctus non mansit, est inimicus, & à diuinis bonis alienus. Quid est enim quod humanæ naturæ Deū reconciliauit? Omnino quod hominem vidit filium suum dilectum. Ita etiam vniciuique homini reconciliatur, si quis gerat formam vnigeniti, & illius ferat corpus, & apparet vnus cum eo spiritus. Sine his autem, vnusquisque ipse per se est homo verus, qui Deo est inuisus, qui cum eo nihil habet commune. Si ergo credendum est animis requiem procedere ex oratione Sacerdotū & oblatione sacrorum donorum, antea credendum est hoc quoque eo modo fieri, quo solo fieri potest, ut homo quietat. Quis sit autem modus, dictum est: eo scilicet quod Deo sunt reconciliati & non sunt inimici. Hoc autem quomodo? Quod sunt contemperati, & vnus facti sunt spiritus cum dilecto, in quo solo pater complacuit. Sed hoc est sacræ mensæ opus, quod commune ostensum est per ea quæ dicta sunt viuis similiter & mortuis.

Nudę

Cap. 45. Quod iis qui dormierunt perfectior sit sanctificatio.

Nvdæ autem corporibus animæ plus habent Commodi ad sanctificationem, quàm ea quæ viuunt in corporibus. Purgantur enim & peccatorum remissionem accipiunt per orationes Sacerdotis, & donorum intercessionem, nihilominus quàm eorum qui viuunt.

Sed non peccant amplius, nec noua veteribus crimina adiiciunt, ut faciunt ut plurimum viuentium animæ, sed tantummodo vel nulli sunt rationi reddendæ obnoxia, vel semper utique de criminibus detrahunt: & ita ad Seruatoris participationem propius & melius se habent pluribus in corpore viuentibus, atque adeo etiam seipsis si essent cum corpore. Quinetiam hoc ipsum solum, quod scilicet sunt nudæ corpore, efficit ut sint multo aptiores ad participationem mysteriorum, quàm fieri posset si essent tectæ corpore. Cū enim sint illic multæ & diuersæ mansiones, ut omnis virtutis modus honoretur, & nihil sit non remuneratum apud iustum & clementem iudicem: quemadmodū qui vni maximis digni præmiis & perfecti, perfectæque beatitudinis heredes, Paulus, & si quis est eiusmodi, ea purius fruuntur dissoluti, quàm cum in hac vita aderant: ita qui mediocres in hac quiete collocati, eos consentaneum est melius se habere cū hinc recesserint, quā dum viuunt cum corpore. Ostensum est autem quod omnis quies animarum & omne præmiū virtutis, siue paruum, siue magnū, non est aliud quàm hic panis & hic calix quæ ab vtriusque, viuis inquam & mortuis, conuenienter participantur. Propterea enim Christus quoque sanctorum in futuro fruitionem, cœnam vocauit, ut ostenderet nihil illic esse præter quæmensam, ita etiā pro defunctis, sicut & pro viuis, est diuinum Eucharistia sacrificiū & cū dupliciter ut dictū est sanctificantur, ipsi quoque duobus modis sanctificantur: & neutro modo sunt ij qui migrarunt, deteriori conditione iis qui viuunt, sed aliquo modo etiā meliori.

Cap. 46. Quomodo eadem semper dona à deo suscipi possunt.

Illud autem deinceps cōsideremus: Quod enim lex sacro mysterio omnes sacrificatur fideles, clarum est ex iis quæ dicta sunt. An autem etiam semper, operæ precium est quærere. Quoniam enim donorum est oblatio sacrificiū, dona autem non semper à Deo suscipiuntur, sed sunt nonnulla, quæ propter eorum qui offerunt improbitatem, & odio habentur, & repudiatur: & multæ sunt huius rei & apud veteres, & apud eos qui viuunt in gratia, probationes: quæramus nunquid hæc quod dona nonnulla non sint accepta, ut sacrum proficetur mysterium, ut quæ non semper à viuis bonis, sed nonnunquam etiam à malis offerantur. Quod enim Deus etiam hæc dona auersatur, quādo fuerit sceleratus is qui offert, clarū est ex eo quod facit Ecclesia. Quando enim nouit qui mortalia peccant, non sinit eos hæc dona offerre, & si ausi fuerint, non suscipit, sed eunt à donis repellit. Sed quoniam omnes tales rectè non nouit Ecclesia, sed plures latent, & eorū dona sacra mensa suscipit: quid de illis donis oportet statuerè, an Deo non esse accepta, & omni esse sanctificatione destituta? & si hoc datum fuerit, incertum quando sancta, cum de moribus eorum qui offerunt, vel ut plurimum dubitetur, vel ij omnino ignorentur: & ita hæsitantes, & sine fide ad sacramenta acceden-

tes, necesse est fideles nihil ab eis iuari. Quid ad hæc ergo dicendū est. Quod cum sit duplex donorum oblatio, prima quidem eius qui ea dono defert in manus sacerdotum: secunda autem, Ecclesiæ ad Deum: prima quidē oblatio, quando est improbus qui offert, est inanis & nihil confert offerenti, quoniam ipse est malus. Non enim ea quæ offeruntur, ipsa per se sunt Deo execranda. Omnis enim Deo creatura bona est. Secunda autem quæ fit à bonis viuis, & pro Dei gloria & sanctorum, & totius orbis salute, & omni, ut semel dicā, iusta petitione, nihil vetat quominus sit accepta. Nulla .n. donis inquinatio allata est à manibus eius qui ab initio obtulit, sed pura manentia, etiam sanctis oblata & sanctificantur, & sanctificant eos qui accedunt. In nullo enim rationis expertium animantium, vel inanimatorum, potest insidere aliqua peccati macula. Peccatum enim est morbus voluntatis, & solum est eorum quæ sunt ratione prædita, peccato inquinari. Cur ergo, si semper pura sunt dona quæ à malis offeruntur, ea lex Ecclesiæ non suscipit? Ut eos qui offerunt admoneat ut cognoscant maximam Dei iram quam ipse ostendit, qui etiā creaturas suas quibus non habet quod quicquam corporis obiciat, propter ipsos auersatur & habet odio, & cū hæc intellexerint, timeant, & vitam corrigant: ipsa autem dona nullius vitij condemnat. Propterea nihil prohibet quominus ea sint accepta & sanctificentur, cū secundam oblationem faciant boni viri. Sed dixerit quispiam: Atqui non omnes qui offerunt sunt viri boni, sed nonnulli etiā laborant extremo vitij morbo. Vnde ad eandem dubitationem nostra rediit oratio. Quādo enim vtroque oblatores Deo esse inuiosos contigerit (contingit enim) vndēna donis accedat, ut Deo grata sint & accepta, & sancta & sanctificantia? Nusquam, sed tunc quidem verè accepta non sunt. Sunt autem dubia, eò quod de moribus eorum qui offerunt & sacrificant dubitatur.

Nemo enim, inquit, certò nouit quæ sunt hominis, nisi spiritus qui est in ipso: & ita multa est circa sacrum mysterium infidelitas & dubitatio, certitudo autem nusquam, & sanctorū participatio nihil proderit fidelibus, qui sine fide participat. Hæc dixerit & dubitauerit, si quis putat ipsum Sacerdotem esse Dominum horum donorum oblationis, sed non est. Sed quod eorum quidem oblationem proprie efficit, est gratia sanctificans. Hoc enim est oblatum esse, esse sanctificatum. Qui autem quotidie sacrificat, est illius minister.

Nihil enim domo affert, neque aliquid audet facere vel dicere ex suo iudicio vel ratione: sed illa solum quæ illinc accepit, siue res est, siue sermo, siue factum, eo quo iustus est modo offerens, Deo reddit: & ita dona quæ prout ei placet, Deo sepe offerunt, necesse est semper ei esse accepta. Quid tūc enim, si is qui offert, in iis quæ ad se pertinet malus est? Illius enim improbitas donis nihil adiicit, neque reddit oblationem deteriozem, sicut nec medicamentum salutare esse prohibetur, quod simplex & idiora, & qui artem nihil callet, hoc composuit, si modo iubente medico, & eam compositionem tradente id composuit. Fuerit enim non propter eius qui inseruit imperitiam, vanum, sed propter artem eius qui tradidit, salutare. A ministris .n. inscitia re-



hil accepit; ab arte autem medici omnem suscepit compositionem. Ita hic etiam gratia vniuersorum efficit. Sacerdos autem solum est minister, nec ipsum quidem ministerium domo prolatum habens. Nam id etiam habet à gratia. Hoc est enim sacerdotium, potestas quædam ministratrix sacrorum. Sed quod fideles quidem sanctificant omnia dona & semper, vt quæ Deo semper accepta sint, clarum est ex iis quæ dicta sunt.

Cap. 47. Quatenus sunt accepta.

Sequitur vt etiam consideremus quatenus sunt accepta. Quid enim hoc sibi vult, Esse donum acceptum, etiam apud homines: Quidnam facientes, dicitur ea dona suscipere? An quod manibus sumimus & ea in sinum ponimus: Nequaquam. Multa enim sunt quæ nec qui accipiunt ferre, nec suscipere possunt, quemadmodum si sit ager quod datur, vel domus, vel quid tale. Sed quidnam fuerit accipere, in omnibus donis? In propriis statuere, propria & domestica efficere & ea ratione ea accepta esse dicuntur. Deus autem hæc dona ita propria & familiaria efficit, vt ea faciat esse corpus & sanguinem vniuersi. Sic ergo huic familiaritati nihil potest simile excogitari; nec quatenus sunt accepta potest modus inueniri. Præterea autem, etiam ex remuneratione facile sciri potest quam acceptum fuerit ei qui accipit, id quod daturum est. Quæ est ergo hic remuneratio: Ipsū rursus Christi corpus & sanguis. Accipiens enim à nobis panem & vinum Deus ipsum reddit filium. Et vndenam, inquit, sciemus quod hæc dona nobis pro iis quæ offeruntur à deo dantur? Ex his quæ is qui illis rebus est, dicit nobis dicens, Accipite. Ita enim ostenditur donum. Hac voce & qui donat & qui accipit, & quod donatur, significatur. Potest etiam alias aliquid accipi, tanquam depositum, quo non fas est vti eos qui acceperunt. Tu autem ne hoc existimes, sed scias esse tuum, quo te etiam vti iussit, dicens, Comedite. Ita sunt dona Deo accepta & tam insigniter, propterea semper sanctificant omnes Christianorum animas, & viuorum & mortuorum, quæ sunt adhuc imperfectæ & egent sanctificatione. Sancti enim perfecti ac consummati, stantes cum Angelis, in cælestem hierarchiam iam adoptati, non egent amplius hierarchia terrestri.

Cap. 48. Quatenus ratio, pro pietate quam etiam sanctos his donis venerantur & colimus.

Hic autem consequens est illud querere: Si enim hæc sancta, deo quidem donantur, eos autem sanctificant qui sanctificatione indigent: quam nam ob causam etiam iam sanctificatos & omni ex parte perfectos, hac donorum oblatione coli credimus, & quando eos aliquid orantes, in auxilium vocauerimus, horum donorum ministerium pollicemur, tanquam vel ipsis ea donatur, vel pro ipsis, vt fiant meliores? Quod quidem est etiam alius modus donorum oblationis quam prius dixi, per quæ hæc dona sunt etiam sanctorum, quando Deo tanquam pro gratiarum actione offeruntur, quod eis perfectionem & consummationem dederit, Sunt enim Dei dona, vt quæ ei donantur. Sunt & fidelium, vt pote iis qui auxilio indigent, vt auxilia: sunt etiam sanctorum, quod eorum gratia Deo donatur. Quod enim mea gratia datum est, ego accipio, quicunque is sit qui accipit. Non enim omnia quæ nobis vndeunque donantur, nostris manibus accipimus, sed etiam amicorum & familiarium, & vt semel dicam, omnium quibus donator donat, vt nobis rem

gratiam faciat. Propterea etiam Dominus, pauperibus accipientibus, quia qui eis suppeditat, eius gratia hoc faciunt, ipse se dicit accipere. Ita etiam sancti hæc dona accipiunt, quod eorum gratia deo donantur. Quemadmodum enim propter dilectionem sanctorum illud fit, ita hoc etiam propter dilectionem sanctorum. Quia enim valde eos diligimus, eadem bona nostra esse ducimus, & eis de felicitate gratulamur tanquam ipsi bonorum participes. Ita etiam gaudentes donis ipsis à Domino datis, gratias agamus ei qui dedit, & pro gratiarum actione dona offerimus. Non propter hoc autem solum id dona accipiunt, quod propter eorum dilectionem fit donorum oblatio, sed quod hoc etiam est eis iucundissimum & longè gratissimum, dico autem quod Deus per ipsos gratias accipit, & glorificatur. Quemadmodum enim est maximum peccatum malorum hominum, quod blasphematur nomen Dei per ipsos, ita sanctis est magnum beneficium, & magno studio appetendum, quod per ipsos Deus glorificatur. Hoc & cum corpore viuentibus erat perpetuum certamen, postquam in cælum migrarunt, cõtinuum est opus, & voluptas, & illius beatitudinis caput. Si enim quando bona eis in spe solum erant, deo gratias perpetuo agebant, & omnia ad eius gloriam faciebant, cuiusmodi oportet eos in talibus existimare, quando multo maior quidem est ei gratitudo & beneficij recordatio, cum omni iam virtute perfecti sint, bona autem non sperant amplius, sed ipsa experientia discunt Domini benignitatem: quando vident quales ex qualibus facti sunt, pro terrenis soles, pro seruis cõtempis honorati filij, & regni cælestis heredes, pro reis, potentes vel alios de reis eximere, per eam quam habent apud Iudicem dicendi libertatem. Propter ea nulla est, inquam, eis Deum laudandi satietas. Vnde nec existimant se ipsos solos sufficere ad agendas gratias.

Vnde volunt etiam omnes Angelos & homines ad eius laudem celebrandam habere adiutores. Vt eorum debitum gratiarum scilicet Deo actio, eò propius pro dignitate soluantur, multiplicata per laudatorum additamentum. Et hoc testantur sancti Azariæ filij, qui cum ignem vicissent, & eam tunc gratiam à Deo accepissent, quando quidem oportebat ipsos propter hanc admirabilem & inopinatam salutem Deo gratias agere, qui eos seruauerat, & eum laudare, non satis habuerunt, si ipsi soli laudarent, nec suum auxilium sufficere existimarunt, sed etiam Angelos cõuocarunt, & omnia hominum genera, & cælum ipsum, & solem, & astra, & terram, & mōtes, & omnia rationis & animæ expertia, & omnem, vt semel dicam, creaturam. Tantum est Deum laudandi apud sanctos desiderium, etiam adhuc cum corpore viuentes, & multo magis postquam à corpore discesserint.

Vnde si quis eorum recordatus, eorumque honoris beatitudinis & gloriæ, Deum qui eos coronauit, laudauerit, tribuit eis gratiam omnium gratiarum præstantissimam, & maximè quando non solis vocibus laudem celebrat, sed etiam donorum pro gratiis agendis oblatione, & donorum Deo ad eum acceptorum & preciosorum supremo honore. Tunc enim, quemadmodum ipse Seruator propitiis ipsa suscipiens, & super omnem cultum legalem, suum corpus &

Cap. XLIX. Aduersus eos qui dicunt sanctos quæ sit in sacro mysterio, memoriæ esse sacerdotis pro eis ad Deum supplicationem.

pus & sanguinem retribuit: ita etiam ipsi eis gaudentes, vt nullo Angelorum, quibus ipsos colere videmur, totos se ipsos nobis præbent ad ferendum auxilium in omni re quæ nobis conducit. Dominum enim suum omni ex parte imitantur.

Sed hic nonnulli decepti sunt, non gratiarum actionem, sed pro sanctis ad Deum supplicationem, eorum memoriam esse putantes, nescio vndenam accepta hac cogitandi occasione. Neque enim ex ipsis rebus est hæc credere consentaneum, nec ex ipsis verbis sacrificij. Et quod rerum quidem verisimilitudo multum abest vt hæc cõcedat, hinc apertum est. Si enim pro sanctis orat Ecclesia, illa omnino orauerit, quæ semper orare consuevit. Quænam autem sunt quæ orantur iis qui dormierunt? Remissio peccatorum, regni hæreditas. Qui es in sinu Abraham cum consummatis sanctis. Hæc sunt oratio Ecclesiæ. Præter hæc nihil eam orantem inuenis iis qui emigrarunt. In his definita est nostra ad Deum supplicatio. Nō enim quicquid desiderauerit quispiam, id etiam fas est orare. Sed hic quoque lex est & terminus quæ nō licet transgredi.

Quid enim orabimus, vt oportet, nescimus, inquit, sed ipse spiritus interpellat pro nobis: hoc est, quæ orare oportet nos docet, ita enim Ecclesiæ doctores acceperunt. Considera ergo, si præter ea quæ dicta sunt, in omnibus sacrorum mysteriorum celebrationibus inueniri possit orans Ecclesia, & non inuenies. Ergo orabant quidem iis qui rei non sunt, remissionem peccatorum, tanquam adhuc reis & obligatis. Orabant autem sanctis, tanquam non sanctificatis, cum sanctis requiem. Orabant perfectis consummationem, tanquam nondum consummatis, & sic necesse est eos alterutrum peccare. Vel enim contentes beatitudinem & perfectionem sanctorum, lubentes volunt apud Deum nugari, & inanem pro eis orationem contexere, quod est virorum diuina ludibrio habentium, potius quam sacerdotum, vel scribæ facientes orationes, tanquam existimantes se sanctos per eas iuuare, eorum gloriam inficiantur, quod est blasphemare non ipsos tantum, sed etiam Deum ipsum, vt qui promissa non seruauerit quæ promisit, se eos glorificaturum, & regnum impertiturum: vel potius vtrumque est manifesta blasphemia: hoc quidem tanquam omnino negantium sanctorum beatitudinem: illud autem, tanquam facientium ea quæ faciunt qui negant. Quos enim beatos esse credunt, vt qui in filiorum ordinem relati sunt, & ipsius regni hæredes eos nullo esse munere affectos & inhonoratos & reos, eo ipso quo pro eis talia precantur, testantur. Ita ergo harum rerum gratia absurdum esse videtur, si quis existimet Ecclesiæ pro sanctis ad Deum oblationem esse supplicatorem. Videamus autem etiam ipsa verba. Præterea offerimus tibi rationabilem hunc cultum pro iis qui in fide requieuerunt, maioribus patribus patriarchis, Prophetis, Apostolis, prædicatoribus, Euangelistis, martyribus, confessoribus, continētibus, & omni spiritu in fide consummato, præcipue sanctissima, intemerata, gloriosa Domina nostra, Deipara & semper virgine Maria, sancto Propheta præcurfore & Baptista Ioāne, Sanctis & Benedictis Apostolis: & omnibus Sanctis: quorum precibus respici-

ce nos Deus, & memento omnium qui dormierunt in spe resurrectionis & vitæ æternæ, & fac illos qui esse vbi respicit lumen vultus tui. Hæc sunt verba in quibus nulla cõtinetur pro sanctis ad Deum supplicatio, nec eis sacerdos quicquam consuetum precatur. Sed aliorum quidem fidelium qui dormierunt, faciens memoriam statim adiicit pro eis orationem: Face eos, inquit, requiescere, vbi respicit lumen vultus tui, In sanctis autem totum est contrarium. Non enim pro eis facit intercessionem, sed ipsos potius intercessores statuit. Quum enim dixisset, & sanctos annumerasset, adiicit. Quorum intercessionibus visita nos Deus. Quod autem maximè ostendit non orationem aliquam & supplicationem, sed pro sanctis gratiarum actionem esse hæc verba, est quod etiā Dei mater in eo catalogo ponitur. Neque enim poneretur, si is chorus aliqua intercessione egeret, vt quæ est vltra omnem intercessionem, non solum humanæ hierarchiæ, sed etiam Angelorum, quæ sit ipsis etiam sanctissimis mentibus incomparabiliter sanctior. Atqui Christus est, inquit, qui hoc peragit sacrificium. Quid ergo mirum: si etiam pro sanctis & matre intercesserit? Sed hoc nullam habet rationem. Non est enim hic modus intercessionis Christi. Fuit enim intercessor Dei hominum, sed non verbis quibusdam & precibus, sed seipso, nempe quod cum Deus & homo esset, Deum hominibus coniunxit cõmunem terminum, seipsum vtriusque naturis iniiciens. Existimare autem ipsum, per preces quæ sunt in sacrificio, semper intercedere, est omni blasphemiam & absurditatem plenum.

Et si enim ipse est qui peragit sacrificium, non tamè omnia quæ illic dicuntur & fiunt, ei atribuemus. Mysterij enim opus & finem, sanctificari scilicet, & sanctificari fideles, ipse est solus qui peragit. De his autem preces sunt orationes, & supplicationes sacerdotis. Illa enim sunt Domini: hæc verò serui, & hic quidem precatur: ille verò preces perficit, & Seruator quidem donat: sacerdos verò pro iis quæ data sunt, agit gratias, & sacerdos quidem offert: Dominus verò dona accipit. Offert enim etiā Dominus, sed seipsum patri, & dona hæc quædo ipsa facta fuerint, quando in eius corpus & sanguinem conuersa & mutata. Quia enim seipsum offert, ideo dicitur idem esse & qui offert, & qui offertur & suscipit. Offerens quidem & suscipiens vt Deus, oblatus autem vt homo: Panem autem & vinum, dum adhuc dona sunt, offert quidem sacerdos, suscipit autem Dominus, & quid agens dona suscipit: Ea sanctificans, in suum corpus & sanguinem mutans. Hoc enim est suscipere proprium, & familiare efficere, vt dictum est. Hic est modus quo Christus hoc sacrificium celebrat. Hæc sunt quæ ei sacerdotium cõstituerunt. Si autem præter ea quæ dicta sunt, etiam orationes quæ fiunt in mysterij celebratione, vel omnes, vel aliquas Christi voces esse dixerit, nihil hac in re ab impiis differet, qui ei gloriæ detrahere ausi sūt. Lege omnes orationes, & scies verba illa omnia esse seruorum verba. Lege etiam eam in qua sanctorum meminit, quæ audent Christo tribuere, & inuenies nihil illis conuenire filio, qui est patri honore æqualis: omnia autem seruorum. Primum enim non in vna persona sed communis est generis gratiarum actio, vt qui peccarunt, & non sunt despecti à Dei misericordia &

clementia, agunt gratias: & gratiarum actio, non ad patrem solum, sed etiam ad filium eius & sanctum spiritum: & Dei matris tamquam Dominæ serui meminere, & eius & sanctorum intercessionibus, ut à Deo visitentur, & eorum cura habeatur, petunt. Hæc autem quidam commune habent cum vno Domino vnigenito Dei filio, peccato nõ obnoxio, omnium domino: Gratias agimus, inquit, tibi, & filio tuo vnigenito. Christus ergo gratias agit filio Dei vnigenito, & ecce, duo erunt filij, ut voluit infantia Nestorij, adeo est impiũ & stultum existimare Christum pro sanctis intercedere, eiusmodique legationis & intercessionis munus ei tribuere. Ostensum est autem hæc ne esse quidem sacerdotũ. Restat ergo hæc, verba non esse supplicationem, sed gratiarum actionem. Certè, inquit, sed non permittit dictio, quæ aperte supplicationem indicat. Pro enim præpositio hoc vult significari, non omnino, nõ semper enim cum qui rogat, ostendit, non enim solum quando supplicamus, sed etiam quando gratias agimus, hæc dictione vrimur. Et hoc ex multis sciri potest, & ab ipsa etiam proposita oratione. Pro his omnibus, inquit, tibi gratias agimus & vnigenito tuo filio & spiritui sancto, pro omnibus quæ scimus & quæ nescimus, tibi gratias agimus. Agimus tibi gratias etiã pro hoc sacrificio, quod ex nostris manibus suscipere dignatus es. Videmus hanc dictionem Proponi etiam in gratiarũ actione. Ad hunc itaque errorem nulla relinquitur excusatio. Ita ergo fieri non potest ut sit supplicatio sanctorum commemoratio, eam autem versari in gratiarum actione, hoc ipsum ostendit, quod non est supplicatio. Duorum enim alterum necesse est ea vel supplicari, vel gratias agi.

Et hic duobus modis apud Deum commemorationem facimus bonorum quæ nobis à Deo fiunt, vel ut ea accipiamus, vel quod ea iam acceperimus. Et est illud quidè supplicatio, hoc verò gratiarum actio. Ostendit autem hoc etiam, quod Dei in homines donorum sit longè maximum, sanctorum consummatio, & ideo non ipsi Ecclesiam hoc nomine gratias agere esset nefarium. Et quid dico esse donorum maximum, sanctorum consummationem? Hæc certè est vniuersum Dei donum.

Omnium enim bonorum quæ in nostrum fecit genus, hic est finis, hic fructus, chori sanctorũ, & hæc de causa cælum nobis est frabricatũ, terra, & quicquid videtur: propterea Paradisus, propterea Prophetæ, propterea ipse Deus in carne, & Dei sermones & opera, & passionis, & mors, ut à terra, in cælum migrent homines, & regni quod illic est, fiant hæredes. Si est ergo omnino gratiarũ actio in sacro mysterio, & hæc dona tam in gratiarũ actione quam in supplicatione versantur, omnino necesse est gratiarum agendarum & summam & causam esse, ipsos sanctos consummatos.

Omnino autem quid in nobis causa est gratiarum actionis; an non quod acceperimus quod petimus? Cuius hoc clarum est. Ergo idem est propter quod gratias agimus, & quod petimus. Quid ergo petit à Deo Ecclesia? Quod ab ipso petere iusta est. Eius regnum, videlicet ut fideles eius sint hæredes: ut fiant sancti, sicut is qui eos vocauit, sanctus est. Si hæc autem à Deo rogat & postulat, clarum est quod pro iis

ipsis quoque agit gratias. Orat ut fideles in sanctitate perficiantur, & propterea pro sanctis iam perfectis & consummatis, ei qui perfecit, gratias agere est necessarium consentaneum. Propter hanc pro sanctis gratiarum actionem, hoc sacrum mysteriũ Eucharistia dicitur. Et si enim aliorum quoque multorum hic mentionem faciat, sancti tamen sunt finis omnium, & pro quibus illa petuntur. Vnde quãdo pro illis agit gratias agit gratias pro sanctorum perfectione. Quemadmodum enim quæcunque fecit Dominus, ea fecit ut chorũ sanctorum statueret, ita etiam Ecclesia, ubi illum laudat pro omnibus, ad sanctorum chorum respiciens hoc agit. Ea de causa quando tradidit seruatur sacramentũ, patri gratias agens tradidit, quod per ipsum nobis cælum esset aperturus, & hunc primogenitorum cœtũ illic congregaturus. Eum imitans Ecclesia, non solum supplicantem sed etiam gratias agentem facit donorum oblationem. Et hoc quidem aliunde ostendit, maxime autem ex oratione, in qua totius sacrificij scopus continetur. Cum enim recensuisset omnia quæ nobis à Deo data sunt, & gratias egisset pro omnibus: & postremò addidisset Domini in carne aduētum, & huius sacramenti traditionem, & quod nobis quoque hoc iussit facere, subiunxit, Recordantes ergo salutaris huius præcepti, & omnium quæ pro nobis facta sunt, crucis, &c. & enumeratis deinceps omnibus quæ crucem consecuta sunt, deinde dicit, Tua ex tuis tibi offerimus: de omnibus, & per omnia, te laudamus, te benedicimus, tibi gratias agimus Domine, & oramus te Deus noster. Vides? Beneficiorum, inquit, recordantes, hanc tibi donorum oblationem facimus, hoc autem est gratias agere, pro bonis iam nobis donatis, donis benefactorem honorare. Deinde etiã aperius ostendens gratiarum actionem, ait, Offerentes oblationem hæc, te laudamus, te benedicimus, tibi gratias agimus Domine, & rogamus te, Deus noster.

Hoc ergo est institutum donorum oblationis, laudare, gratias agere, supplicare, ut à principio diximus, ut eadẽ & in supplicatione & in gratiarũ actione versetur, Et hæc facimus, inquit, duorum recordantes, & præcepti quod nobis dedit, dicens: Hoc facite in meã recordationem: & omnium quæ pro nobis facta sunt. Beneficiorum enim, ut semel dicam, recordatio nos ad retributionem adhortatur, & ad aliquid omnino offerendum ei qui nos prior innumerabilibus beneficiis sic affecit. Præcepti autem memoria, & ipsa forma retributionis nos docet, quãnam ipsi dona offerre oporteat. Illam ipsam oblationem admittimus, quam ipse vnigenitus tibi ostendit Deo & patri, & gratias agimus, quia ipse etiam eã ostendens egit gratias. Propterea ad hanc donorum oblationem nihil dono offerimus. Neque enim dona sunt nostra opera sed tua omnium opificis. Nec nostrum est inuentum hæc colendi forma, sed neque nostra sponte hoc voluimus: neque dono & ex nobis ipsis ad eam impulsus sumus: sed ipse docuisti, ipse adhortatus es per vnigenitum. Et ideo quæ tibi offerimus, ex tuis quæ nobis dedisti, tua sunt in omnibus & per omnia. Ita etiam pro ipsa qua aguntur gratiarum oblatione, aliã rursus gratiarũ actionem Deo debemus, quia nihil eius nostrũ est, sed tota est illius donũ, & hoc ipsum quod id volumus & operamur,

mur, idem est qui in nobis operatur, ut ait diuinus Apostolus. Propterea hoc quoque in orationibus dicitur, Gratias agimus tibi pro sacrificio, quod è nostris manibus suscipere dignatus es. Quæ ergo docent, sanctorum in sacrificio commemorationem non esse ad Deum pro ipsis supplicationem, sed gratiarum actionem, hæc sunt.

Cap. 30.
Quot modis fit in sacrificio sanctorum commemoratio, & quæ differentia.

Videamus autem quoties & in quo sacrificio loco fit hæc commemoratio. Fit enim bis: primũ quidem in eius principio, quando dona offeruntur: secundo autem, quando sacrificantur.

Quia enim duplex est oblatio, hæc quidem tantum solummodo donorum, & munerum, ut antea dictum est: illa autem tanquã sacrificij, necesse est etiam eos pro quibus offeruntur & primã & secundã oblationis meminisse. Itaque quemadmodum in prima, In recordationem, inquit, Domini & Dei Seruatoris nostri Iesu Christi, ita etiam in secunda, Recordantes ergo eorum quæ pro nobis facta sunt, crucis & aliorũ quæ Christus pro nobis substinuit. Quæ enim hic sibi vult crucis memoria & aliorum quæ crucem consecuta sunt, hoc illic est Domini commemoratio. Non enim, ut miracula facientes Seruatoris, sed ut crucifixi & morientis, tunc Sacerdos meminit, ut in illo loco per multa ostensum est. Et rursus sicut in prima, Ad gloriam sanctissimã, ad intercessionem sanctorum dicit, ita etiam in secunda, pro sanctis omnibus, præcipue sanctissima. Sicut enim illic excellentiam ostendit, eam aliis omnibus præferens, ita hic quoniam post aliquos alios eius meminit, illud præcipue adiicit: & quemadmodum in prima, post sanctos, eorum qui agebant misericordia meminit: & pro quibus supplicat, viuorum & mortuorum: ita etiam in secunda. Est autem differentia: in secunda enim narrat oblationem, dicit enim. Offerimus tibi hunc cultum rationalem & simul etiam ponit causas oblationis, vel prius dicens, vel subiungens memoriam passionis Seruatoris, memoriam sanctorũ.

In prima autem ponit solas causas oblationis: In memoriam Domini, in gloriam sanctissimã, & quæ sequuntur. In quibus meminit & eorum pro quibus agit gratias, & eorum pro quibus supplicat. Quæ est ergo ratio, quod in hac quidẽ factò se offerre ostendit? De pane enim detrahens, id Deo offert: & ideo non opus fuit verbis quæ hoc significarent: in secunda autem oblatione nihil facere cernitur, sed fit quidẽ oblatio, fit autem inuisibiliter. Gratia enim sacrificiũ latenter operatur per sacramentales orationes sacerdotis, Opus ergo fuit verbis, quæ prædicarent eam, quæ non apparebat oblationem.

Cap. 31.
Cui sacerdos vocat sacrificiũ, cultum rationalem.

Ea de causa eum etiam vocat cultum rationalem aut verbalem, quod nullum inducit factum, sed solis vtens verbis sacramentalibus, hæc offert oblationem. Prima enim oblatio, est factum quod fieri potest ab homine, & ideo quum fiat ab homine, actiuis cultus fuerit. Secunda autem, mutatio donorum in diuinum corpus & sanguinẽ, quæ est sacrificium, cum sit supra vires humanas: operatur enim gratia, orat autem solum Sacerdos. Vnde & si vera opus est & factum sacrificium: sed tamen quia ipse nihil agit, sed tantum dicit, meritò non actiuum, sed rationale aut verbalem cultum se offerre dicit.

Tom. 6.

Illud quoque est operæ precium querere. Quoniam enim sacrum mysterium in gratiarũ actione & supplicatione versatur, cur non etiam verumque, sed Eucharistia, hoc est gratiarum actio tantũ dicitur? Ab eo quod est amplius, plures enim sunt cause gratiarum actionis quam supplicationis: plura enim accepimus, quàm ea sunt quibus adhuc opus habemus. Hæc enim pars, illa verò totum.

Quæ enim rogamus accipere, pars sunt eorum quæ accepimus.

Omnia enim accepimus, quod ad Deum attinet, & nihil prætermisit quod non dederit, sed hæc quidem assequendi nõdum tempus habemus, sicut est corporũ incorruptibilitas & immortalitas & regnũ in cœlis: illa verò accepta nõ retinemus, sicut est remissio peccatorum & alia dona, quæ per sacramenta nobis suppeditantur, alia autem perdidimus, quia malè vsi sumus, ne reddamur deteriores, sicut consolationem & sanitatem & diuitias, quibus tanquã deliciarum & nequitia instrumentis vsi, non ad lucrum maius, ut Iob, præsentibus bonis priuamur. Vnde clarum est quod supplicationis nullum locũ reliquit Deus: agendarum autem gratiarum occasionem omnem suppeditauit, sed nos nobis ipsis inopiam propter socordiam parantes, egemus supplicatione. Videam⁹ enim de quibus supplicamus. De remissione peccatorum? sed eam copiosam accepimus absque vilo nostro certamine & contentione, per sacrum baptismũ, cur ergo eam rursus petimus? Quia rursus peccatis obnoxij facti sumus. Sed quæ nam causa est quod obnoxij sumus? Nos ipsi. Ergo nos etiam supplicationis causa sumus. Præterea de regno, ut eius hæredes simus, supplicamus? atqui data est nobis hæc hæreditas. Et enim filij Dei facti sumus, qui regno indutus est. Quis enim hæres, nisi filius? Quid autem rerũ paternarum hæredem effugit? Nihil. Quomodo ergo petimus id quod iã datum est? Aliena à filiorum adoptione perpetravimus, postquam ex Deo nati sumus & ad eum honorem peruenimus: pro filiis mali serui facti sumus, & propterea tanquam de re aliena & quæ nihil ad nos pertinet, supplicamus.

Ergo nos quoque huius supplicationis nobis causa sumus. De bonis autem corporalibus iussit Dominus, Petite primum regnum Dei & iustitiam, & hæc omnia adiciuntur vobis, & Ne sitis solliciti de nutrimento, & de indumentis, & pater vester cœlestis quicquid opus fuerit suppeditabit. Nos autem quando eis egemus, vel propter socordiam & infelicitatem nostrã hoc patimur, & quod de eis præceptum non seruamus: & tunc egestas nostrã est opus, & quæ propter eam fit supplicatio. Vel propter Dei prouidentiam & benignitatem, sicut Iob, ut maiora & præstantiora bona consequamur. Et tunc illa egestas Dei opus est: non præbet autem orationis aut supplicationis, sed glorificationis & gratiarum actionis materiam.

Quemadmodum Iob dicebat: Sit nomen Domini benedictũ in seculum seculi. Vides quod omnia quæ à deo in nos proficiscuntur, nos ad glorificationem & gratiarum actionem tantũ deducunt, orationum autem & supplicationũ nos causa sumus. Propterea omnium bonorũ & corporis & animæ, in nostris ad Deum interpellationibus memoriam

L iij

Cap. 32.
Quare Eucharistia solum vocatur mysterium.

facientes, ad gratiarum actionem omnium cōme- A morationem facimus, siue ea nobis ad suum siue non ad sint. Ille enim semel dedit omnia, & apud se nihil reliquit.

Et hoc sciens Beatus Paulus iussit pro omnibus gratias agere, scribens, Semper gaudete, in omnibus gratias agite. Hac de causa perfectissimam & exactissimam nostram cum Deo collocationem, mysterij cōmunionis celebrationē, in quo mentionem facimus, non huius vel illius gratiæ sed omnium, vt semel dicam, Dei bonorum & quæ actu nobis sunt & futura sunt, Eucharistiam, hoc est gratiarum actionem, nominare erat consentaneū, non ex iis, quæ in miseria versantes, & tam implorantes rogamus, sed ex iis quæ Deus in nos confert beneficiis; nec ex nostra paupertate, sed ex diuitiis illius benignitatis, Quia enim in ea Deo supplicamus, & gratias agimus: sed gratiarum quidem actio, Dei opus est, vt dictum est: supplicatio vero humanæ imbecillitatis: & gratiarum quidem actio, propter plura: supplicatio verò, pro paucioribus. Illa enim propter omnia, vt semel dicam, bona: hæc verò, in nonnullis: propterea oportebat ex melioribus & pluribus ei nomine imposto, appellare Eucharistiam. Ita enim etiā homo dicitur animal ratione præditum, licet sit alicuius particeps quod carer ratione, vt qui à meliori & maiori parte vocetur, & maxime quia primus qui id ostendit, Dominus noster IESVS CHRIVS, non supplicans, sed solum patri agens gratias, hoc mysteriū peregit & tradidit: & ea de causa, quod illud esse accepit, hoc vocat, Eucharistiam nominans. Et hæc quidem hæcenus.

De cōmuni propter sacramentorum cōmunionem gratiarum actione, & vltima oratione. Cap. lxxx.

Sacerdos autem eos qui sunt sacramentorum participes, pro participatione iubet agere gratias Deo qui impertit, idque non ociose, neque obiter & focorditer, sed attentè & diligenter. Hoc enim sibi vult illud, Recti, non iacentes, nec sedentes, sed animam & corpus ad ipsam intendentes. Deinde cum alia quoque quæ consueuerūt, Deum orare suafit, egreditur ab altari & stans ante fores, legit quæ sit pro omnibus orationem. Hic autem illud notandum est quomodo post sacrificium, & quæ sit propter ipsum glorificationem, tanquam omnibus quæ Deo debebantur peractis, cum Deo conuersationem, & illam altitudinem veluti relinques,

ad hominum allocutionem videtur paulatim descendere, idque sanctè, & vt decet Sacerdotem. Et enim orans hoc facit, & modus orationis & locus ostendit eum descendere.

Prius enim ad altare, & apud se, & nullo audiente, & ad Deum intentus, orat, nunc autem ab altari egressus, & in medio populi existens, omnibus audientibus, pro Ecclesia & omnibus fidelibus communem facit orationem.

Deinde etiam oblatum panem, ex quo sacrum panem abscondit, in multa diuisum tradit fidelibus, vt qui sanctus sit, eo quod templo fuerit dedicatus & oblatus: illi autem cum omni reuerentia suscipiunt & dexteram deosculantur, vt quæ sanctissimum seruatoris corpus recenter tetigerit, & quæ ex eo procedit sanctificationem & susceperit, & iis qui attingunt impertiri credatur. Interea autem cum quoque qui illis horum bonorum auctor est & supplicator, glorificans, & glorificatio scripturæ, Sit nomen Domini benedictum, & quæ sequuntur. Et cum hoc sæpè clamauerint, Psalmum postea legunt, plenum glorificatione & gratiarum actione, Quis est autem Psalmus: Benedicam Dominum in omni tempore. Pane autem distributo, & psalmo peracto, precatur Sacerdos populo vltimam precationem, non solum ab altari disunctus, & omnibus audientibus, sed etiam ad ipsam multitudinem dirigens verba orationis, maiorem nunc quam antè ostendens cum multis consuetudinem.

Quæ est autem oratio? Vt misericordiam assecuti seruemur, vt qui in domo nihil asferre possumus quod sit dignum salute, sed ad solam respicientes eius qui seruare potest benignitatem & clementiā. Propterea enim hic etiam multorum meminit intercessorum, qui ad hoc nobis latari sunt auxilium, & ante omnes, sanctissimæ Dei matris, per quam & ab initio misericordiam sumus consecuti, Proccium autè orationis, Christus verus Deus noster. Non ex adulterinis & iis qui falso nomine appellantur, quos multos aliquando coluimus, sed quem postea vix inuenimus, Verus Deus noster: propterea etiam illi conuenit, tanquā Deo omnis gloria, soli honor & adoratio, qui cū patre eius principio carente, & sanctissimo & bono & viuifico eius spiritu, nunc & semper & in sæcula sæculorum: Amen.

ORDO INSTITVENDI DIACONVM, VIDELICET QVOMODO MINISTRAT DIACONVS CVM SACERDOTE

IN MAGNO VESPERTINO ET DILVCVLO ET LITVRGIA,

compositus & expressus à sanctissimo & communico Patriarcha,

Philotheo, Episcopo Constantinopolitano

CAPVT PRIMVM.

Sciendum quod nusquam aliàs induitur in vespertino & diluculo, nisi in vespertinis Sabbathorum & diluculis dierum Dominicalium totius anni. Similiter in vespertinis & diluculis festorum Dominicalium & Dei Matris. Pariter induitur in vespertinis & sanctissimis diebus Sanctæ & magnæ Quadragesimæ & in Dei festo Annunciationis & in vigilia sanctæ Passionis, & prorsus in omnibus vesperti-

nis habentibus introitum. Pariter est, & in diluculis in quibus cantatur magna doxologia. In omnibus verò liturgiis totius anni si vult ministrare & adueniente tempore abit sacerdos cum Diacono, & ambo tres penitentias faciunt coram imagine Domini nostri Iesu Christi, omnibus sedentibus fratribus faciunt, quintenam penitentias tres corā imagine deiparæ virginis, in medio templi vnā, & in choro vnā, & postea ingrediuntur Sacrarium. Et accepto

Et accepto Diaconus stæchario, & horario ter versus Orientem adoratione facta accedit ad sacerdotem, & dicit: *Benedic, Domine, stæcharium & horarium.* Et sacerdos benedicit ipsum, dicens: *Benedictus Dominus noster nunc & semper & in sæcula.* Deinde induit vterque suas stolas. Hoc nūc nō sic fit: Verū sacerdos solus adorat & solus incendit tantū superhumerali indutus, lectore facē tenete & *Iubete* exclamāte. Diaconus verò induitur circa tertiā antiphonā Psalterij, & dicit paruum collectā. Quod si non est versusum repetitio, Induit se postquam primus Psalmus dictus est, & dicit magnam collectam: & præeunte Diacono cū cereo, sacerdos sacris ianuis egressus solito more totum templum incendit, Diacono ante sanctas valuas exclamante, *Iubete*, omnibus erectis dicente. At postquā totum suffumigauerit templum sacerdos, egreditur & in vestiarium se confert, vbi illic incendens, ingreditur per speciosas portas: & cum cantu exclamatur, *Domine miserere*: rursusque sanctis imaginibus Thure aspersis, ingreditur per sanctas portas, & incenso supra sanctam mensam effuso, exclamatur: *Gloria sanctæ & consubstantiali ac viuificæ, atque indiuiduæ Trinitati, assidue nunc & semper & in sæcula sæculorum.* Et post *Amen*, monachus ad hoc ordinatus cantat Primum Psalmum, Verum sacerdos sacris ianuis clausis stat intra sanctum Tribunal. At cum incipiunt cantare illud, Te manum tuam aperiente exit cum canonum Magistro, & faciunt penitentiam. In medio vnā, & sic reuertitur Sacerdos ad proprium locum. Et tunc canonum magister dicit versus in medio templi stans. Verum cum cantant illud, Omnia in sapientia fecisti, discedit sacerdos, & dicit preces Lucernarij, stans ante sanctas valuas, idq; inconspicuus, & postquam omnia compleuit, dicit magnam collectam. Hæc quidem ita sunt disposita dum vigilia est: quod si non est vigilia, nihil tale fit, neque penitentias agunt, neque ante sacerdos incendit, neque sanctæ valuæ aperiuntur, sed ante ipsas sanctas portas inconspicuus stans, solo ceruicali indutus, exclamatur illud, *Benedictus Deus noster, assidue nunc & semper & in sæcula sæculorū.* Et monachus ad hoc destinatus incipit primum Psalmū, Infusionem, Et dicit sacerdos preces Lucernarij. Et post completorium, dicit sacerdos vel Diaconus stans in loco assueti, magnam collectam, In pace Dominum oremus, & reliqua.

Sciendum quod sanctæ portæ nunquam aperiuntur nisi in initio magnarum vesperrarum, cum solus incendit sacerdos in omnibus introitibus scilicet vesperrarum & Liturgiæ sancti Evangelij: Similiter aperiuntur dum dicitur, *Accedite, vsque ad complementum diuinæ Liturgiæ seu Missæ.*

Sciendum præterea quod si nō gestauerit Diaconus in initio vesperrarum, si est stichologia, id est, versusum repetitio, induitur cum cantatur tertia Antiphona Psalterij: sin minus, induitur cum cantatur primus Psalmus, vt dictum est, sic autem induit se: facit penitentiam adstanti, & per obliquum, ingreditur in sanctum suggestum, vbi inuenit sacerdotem stantem: Nam ipse prius ingreditur, & accipiens stæchoriam eius Diaconus, accedit ad sacerdotem & dicit: *Benedic, Domine, stæchorion eius.* Diaconus accedit ad sacerdotem & dicit: *benedic,*

Domine stæchoriam cum horario. Et sacerdos benedicit, dicens: *Benedictus Deus noster nunc & semper & in sæcula sæculorum, Amen,* & sic ipso indutus Diaconus finita stichologia, exit, & in consueto loco stat, & paruum collectam dicit: Iterum atque iterum in pace Dominum oremus, & reliqua. Et tunc exclamatur sacerdos, *Enim tua est potentia, & cum est regnū, & virtus & gloria Patris & filij & spiritus Sancti, nūc & semper & in sæcula sæculorum.* Et sic cantatur Psal. ille: *Domine clamaui.* Et versus solito more. Quibus ad finem perductis & decantatis, accipiens Diaconus thuribulum & thus in ipso coniciens, accedit ad sacerdotem qui est in sancto suggestu, & dicit. *Benedic Domine:* & respondet sacerdos: *Benedictus Dominus noster nunc & semper & in sæcula sæculorum.* Et tunc incendit Diaconus sacrarium, & totum templum: Et conuertens se deponit thuribulum hic expectans. Cum verò cantauerit gloria & tunc ingreditur sacerdos & induit Peritrachelium & fascidam & casulam, & fit introitus. Accipiens enim Diaconus Thuribulum & Thus immittens, petita, vt diximus, a sacerdote benedictione, exit cū ipso sacerdote per portam quæ tendit versus austrum, sanctis ianuis apertis & prætereuntibus lectoribus duobus cū facibus ac Diacono cum ipsis tenente incensum. Egreditur etiam retro sacerdos demissam portans casulam: & sic a- beunt in assuetum locum. Vbi lectores manualia deponunt in medio templi hinc inde. Verū sacerdos stat è regione sanctarum valuarum: stat etiam & diaconus à dextris sacerdotis parum obliquè & aliquantum se inclinās tribus digitis dextræ manus horarium tenens dicit secreterè, itavt solus audiat sacerdos, *Dominum oremus.* Tunc sacerdos secreterè hanc orationem dicit *vespere & mane & meridie:* Quæ finita surgentes, Diaconus sacerdoti dicit, ostendens simul versus Orientem cum horario quod tribus digitis dextris tener: *Benedic Domine sanctū introitum:* & benedicit sacerdos versus, *Benedictus introitus sanctorum tuorum Domine.* Deinde Diaconus discedit: & sanctæ imagini, quæ est in statione proxima, incensum dat etiam proximè, rursusque in loco in quo prius stabat, stat, expectans finem versus, quo completo, ingreditur Diaconus & stat in medio: & Cruce cum Thuribulo facta, exclamatur, *sapientia relecta & subito Monachus ad hoc destinatus cantat, lux iucunda.* Lectores verò iterum faces, quas tenent, tollentes præcedunt vsque ad sanctas valuas. At Diaconus ingressus suggestum sanctum subsellij graduum sancta mensam incedit: & sacerdos adorans ante sanctas valuas: ipsis salutatis ingreditur, & tunc sanctæ valuæ clauduntur. Postquam verò lumen incensum ad finem perductum, est, dicit Diaconus, *Attendamus:* & sacerdos, *Pax omnibus.* Et iterum, Diaconus, *Cum sapientia attendamus,* & cantat lector quod pertinet ad diem, quo completo Diaconus egreditur, & collocatus in solito loco, dicit, *Dicamus omnes ex tota anima, & ex tota mente nostra, dicamus, & reliqua.* Et post exclamationem dicit sacerdos, *Pax omnibus:* Diaconus, *Capita nostra domino inclinemus.* Et dicit orationem: *Domine Deus noster qui inclinasti cælos:* & exclamatur, *si potentia regni tui benedicta.* Et post exclamationem cantantur versus orationis: Quibus decantatis in-

grediens Diaconus accepto thuribulo & thure in illud proiecto, benedictione solito more à sacerdote petita, egreditur vnà cum sacerdote per Australem portam, clausis ante sanctis Ianuis, & præcuntibus facibus. Deinde trāscentes per speciosas portas cum omnibus fratribus, stant in amboe, Et psallentibus fratribus, Diaconus solito more incendit. Deinde post complementum versuum stans in consueto loco, dicit: *serua, Domine, populum tuum & benedic hereditatem*. Et cantatur, *Domine miserere*, quadraginta vicibus. Postea rursus dicit Diaconus, *Iteum oremus pro piissimis, & à Deo custoditis Regibus*: & cantatur. *Domine miserere* per 30. vices: Et rursus dicit: *Iteum oremus pro remissione peccatorum huius seculi Dei, sancti monachi, ac pro omni in Christo nostra fraternitate, & reliquis postulationes*. Deinde hoc pacto dicit sacerdos: *Pax omnibus*, Diaconus, *Capita nostra domino inclinemus*. Et sacerdos conuersus ad occiduum: stante Diacono à dextris ipsius & tribus dextræ manus digitis horarium tenente; dicit orationem hanc alta voce: *Domine multum misericors Iesu Christe Domine noster, & cantatis de ordine versibus, præcuntibus etiam cereis, Ingrediuntur omnes templum, & manualia ponuntur super vtrumque præparatum tetrapodium, in quo iacet cum frumento discus, & quinque panibus, prout mos est offerre in ecclesia. In vtriusque vero partibus disci, vasa duo sunt plena, vnum quidem vino, alterum verò oleo. Ac vinum ponitur ad sinistram, oleum autem ad dextrâ, sacerdos verò vnà cū Diacono stat intra speciosas portas, & completis serie versibus, dicitur illud, *Nunc dimittis*, & Trifagion, id est, ter sanctus hymnus. Et post *Pater noster*, exclamat sacerdos, *Quoniam tuum est regnum*. Et cantatur dimissorium diei. Quod si est Dominicus dies, cantatur illud, *Deipara Virgo*. si verò magni alicuius Sancti recordatio, troparium sancti secundo iteratur &, *Deipara Virgo femel*. Quod si festum Dominicale est, aut Dei matris, quod ad festum spectat, ter dicitur. At postquam vltimum dimissorium cantatum est, elata voce & tamen lente Diaconus benedictione à sacerdote superincenso petita in gyrum ac in modum Crucis panem incendit. deinde eum ducit: & rursus panes ante separatim. Verum cum appropinquat sacerdos, stat ad dextrum eius latus, Diaconus tribus dextræ manus digitis horarium tenens. Et postquam absolutum est troparium cum horario, quinque panes ostendit, dicit, *Domine oremus*: & sacerdos orationem incipit: *Domine Iesu Christe Deus noster qui benedixisti quinque panes*: & postquam cantatum est, & dictum à fratribus, *Benedicam Dominum*. Ingreditur Sacerdos vnà cum Diacono sanctum suggestum. At fratres Psalmum dicunt, vsque ad, *non minuentur omni bono*. Verum sacerdos intra sanctum suggestum exclamat, *Benedictio Domini super nos sit ipsius gratia & benignitate nunc & semper & in secula seculorum*: & sic exuunt sacras stolas & exeunt, & absoluta lectione, dicit sacerdos versum, *Sanctis precibus Patrum nostrorum*. Quod si non fuit vigilia, post absolutionem ex serie versuum, secreto ingreditur sanctum suggestum, Et post trifagion exclamat, *Quoniam tuum est regnum & potestas & gloria, & cantatur dimissorium*. Verum Diaconus extra stans, post tropariū exclamat,*

*mat, Benedic, & sacerdos intus, Quies Benedictus Dominus Deus noster nunc & semper & in secula seculorum, & cantant illud, Confirma Domine Reges, & sacerdos dicit voce lenta, sanctissima deipara salua nos, & fratres cantant venerationem: & rursus sacerdos lente. Gloria tibi Deus spes nostra, tibi gloria: & dicunt fratres, Gloria & nunc, Domine Benedic: & sacerdos aperit sanctas portas demissum Phelonium gestans, Diacono extra ipsas à dextris stante & solito more horarium tenente, hanc dimissionem dicit: *Christe verè Deus noster, intercessionibus intaminatæ tuæ matris, sanctorum & venerabilium Apostolorum miserere nostri & serua nos tanquam bonus & benignus & misericors Deus*. Quod si Dominicale festum est, facit dimissionem pariter ac in festo: quod si magni alicuius Sancti sit metio, exclamat dum dimittit populum nomē ipsius sancti. Quod si est festum simplex, post dimissionem accipiens Diaconus incensum, egreditur vnà cum sacerdote præcuntibus cereis, & fit nihil in magno vespertino, si non est Dominica, nihil horum dicitur sed post dimissionem in media nocte factam incedit sacerdos solito more. diluculo si est vigilia, post finem lectionis statim ad hoc ordinatus Monachus dicit sextum Psalmum. Quod si non est vigilia, verum dominica, cantatur modicus canō & ad hanc dicitur illud, *verè dignum est*. Sciendū quod in Mesonyctico, id est, quod dicitur media nocte extra magnas portas fit magna exultatio, id est, extensio, & sacerdos stans ante sanctas portas facit magnam exultationem pro custodia ciuitatis huius, & catur, *Domine miserere*, quadragies, & fit dimissio. sacerdos verò sanctum suggestum ingressus & superhumera le accipiens solo velothyro aperto, exclamat, *Benedictus Dominus noster nunc & semper*. & cantatur Trifagion cum consuētis Psalmis & rursus Trifagion. At sacerdos dum cantat, incendit totum templum egrediens ab Australi parte & omnes etiam fratres & exclamat inter duo trifagia cum *Pater noster*, Etiam illud: *Quoniam tuum est regnum*. Debent autem diligentiam adhibere cantores & qui incendit, vt cū exclamat sacerdos, statim ante Iesu Christi imaginem prostent. Postquam autem super omnem populum incensum dedit & absoluta sunt, quæ solito more cantantur troparia, in sancto suggestu exclamat sacerdos & dicit: *Gloria sanctæ, & consubstantiali & vniuersæ & indiuiduæ Trinitati*. Et statim monachus ad hoc ordinatus incipit. 6. Psalmum. Cū verò inceperit dicere, *Domine Deus salutis meæ*, discedit sacerdos & stat ante sanctas portas incōspicuis & dicit secreto matutinas preces. Verum post absolutum. 6. Psalmum dicit magnam collectam, & sic cantatur illud, *Dominus Deus, & reliqua sequentia, vt moris est*. In completionem verò vniuersiuiusque sessionis facit sacerdos paruam collectam & exclamat in prima quidem sessione: *Quoniam tuum est robur & tuum est regnum & potestas*. In 2. verò, *quoniam bonus & benignus Deus existis. Quoniam benedictum est & glorificatum, venerandum & magnificentum nomen tuum*. At postquam cantata sunt ea quæ cantari solent dum ascendunt fratres. Vbi dicitur Euangelium ingreditur sacerdos vnà cum Diacono sanctum suggestum, & postquam benedixit stetharium, Induit illud Diaconus solito more quemadmodum & induit sacerdos superhumera le & Pheloniū. Et postquam*

quam

quam absoluta est antiphona, catur hymnus diei A festi aut dominicalis. Et postea dicit Diaconus, *Domine Deus noster, & tibi gloriam damus*. Postea cantatur illud, *omnis spiritus*, Deinde Diaconus dicit, *sapientia recta audiamus euangelium Dei*. sacerdos, *Pax omnibus*. Et statim profert lectionem Euangelij huius diei. Populo post eius absolutionem dicente, *Gloria tibi Domine gloria tibi Diacono, Attendamus*. Et legit sacerdos Euangelium: Quo perlecto cantant fratres, *Christi resurrectionem intunt, &c*. Idque si est dominicus dies & quinquagesimum Psal. cum cantu. At sacerdos demissum Phelonium gestans & Euangelij ante pectus portans, exit & stat in medio templi, Diacono ad dextram eius existente cum cereo ardente. Et tūc fit salutatio Euangelij à sanctis fratribus consueto more. Aliis autē diebus non saluatur Euangelium, nisi saltem in dominicis, quo absoluto cantantur consueta troparia: & egressus Diaconus statim solito loco & alta voce dicit, *serua Deus populum tuum & benedic hereditatem tuam, Respice populum tuum in misericordia & miseratione. Exalta cornu Christianorum & mitte super nos benedictiones tuas abundantes, idque intercessione intaminatæ & matris & semperque virginis Mariae, virtute venerandæ & vniuersæ Crucis tuæ ac intercessionibus sanctarum celestium virtutum incorporearum*. Deinde cantatur illud, *Domine miserere* duodecies, sicque exclamat sacerdos, *Misericordia & commiseratione atque humanitate*. Postquam verò canones decantati sunt, sacerdos quidem exit & stat in assueto loco versus partem chori dextram. Et diaconus prius benedictione ab ipso accepta, initio sacrarum omne incendit. Deinde exit per australem portam & signum Crucis facit ante sanctas portas: deinde incedit, primum quidem omnes imagines quæ stant in dextra parte templi, & vadit ad Signum mansionis, vbi signo Crucis facto conuertit se versus occiduum, & in medio templi stans signum Crucis facit. Deinde discedit, incendens primum quidem imaginem quæ est in statione proxima, postea vicinum suum & deinceps fratres qui sunt in dextra parte chori. At postquam incensum omnibus dedit, stat in medio chori, & versus austrum spectans signum Crucis facit, incensum quidem fratribus dans, à quibus subinde saluatur, ipsi & paululū resalutatis. Post verò Crucis signum factum in dextera chori parte, & sanctis imaginibus, quæ illic sunt, incensis, fratribus iterum incensum dat desursum ab imaginibus veniens & tanquam paululum fratres resalutans. Cum autem chori partem absoluit, rursus in medio stat versus vrsam spectans & signum Crucis faciens, exit vbi est populus, cui cum incensum dedit, ingreditur per speciosas portas & versus Orientem signo Crucis facto sibi proximum incendit. Rursusque in medio Crucem facit, & sanctas imagines incendens ingreditur & thuribulum deponit. Et ingressu, paulum capite demisso vicinum à longè salutat & stat in loco. Verum post finem tertij can-

tici dicit Diaconus, iterum atque iterum dominum oremus: *Auxiliare, salua & miserere nostri intercessione intaminatæ & super benedictæ virginis Mariae* Et exclamat sacerdos: *Quoniam tu es Dominus noster & tibi gloriam referimus*. At post sextum canticū facit sacerdos paruam extensionem stans ante sanctas portas inconspicuis. Et exclamat. *Tu es noster Rex pacis, & tibi gloriam referimus*. Ad octauum verò canticum facit sacerdos cum Diacono ad latus dextrum penitentiam proximo sibi, & ambo ingrediuntur sanctum suggestum, sacerdote postquam Psalmus octauus absolutus est, alta voce dicente: *Deiparam matrem luminis in canticis magnificemus, & cantat initium ordinis octauis festi diei, & sic egrediens stat in consueto loco. At Diaconus solito more incensum dat, & conuersus sedit in suo loco. Post verò nonum canticum, facit Diaconus paruam collectam: Et exclamat sacerdos. Quoniam laudant te omnes virtutes caelorum & tibi gloriam referunt*. Postquam autem doxologia inceperit, ingreditur sacerdos sanctum suggestum & Diaconus hac absoluta dicit, *Cōpleamus matutinas preces nostras Domino, & reliqua, subito & subiungit sacerdos. Pax omnibus*. Diaconus, *Capita nostra Domino inclinemus*. Et sacerdos orationem secretè dicit: *Domine quin altis habitas*: & exclamat: *Tuum enim est miserere & seruare*: Diaconus, *sapientia*. sacerdos *Christe Deus qui semper benedictus es*. Et cantatur illud: *Confirma Deus Leges*. sacerdos, *sanctissima deipara saluifica nos*. Deinde rursus dicit, *Gloria tibi Deus spes nostra, gloria tibi, & fit dimissio*. Quod si sit Dominicus dies, dicitur illud. *Qui resurrexisti à mortuis, intercessionibus intaminatæ matris, sanctorum illustrium & gloriosorum Apostolorum & omnium sanctorum miserere nostri & salua nos Deus propter tuam bonitatem*. Si vero est festum Dominicale, aut memoria alicuius magni sancti, datur sanctum oleum sic: omnibus congregatis prope imaginem adorationis, & psallentibus, Diaconus in gyrum incendit à proximo incipiens, Posteaquam tamen sanctæ imagini incensum dedit. Sacerdos verò stans obliquè versus imaginem vnguentarium tenens, aduenientes in fronte vngit & benedicit. Verum quando omnes vncti sunt, exclamat. *Exaudi nos Deus saluator omnium finium terra & eorum quæ sunt in mari longè & propitius sis peccatis nostris & miserere nostri*. Deinde altius profert: *miserere enim & benignus existis & tibi gloriam referimus Patri & filio & Spiritui sancto, nunc & semper & in secula seculorum: amen. pax omnibus*: Diaconus, *Capita nostra Domino inclinemus*. Et Diacono horarium tenente, vt moris est, dicit sacerdos, orationem demissum Phelonium gestans, *Domine Iesu Christe Deus noster, intercessionibus super benedictæ gloriosæ Domine nostræ deiparæ semperque virginis Mariae* In die festo Euangelij Ramorum & Dominica Paschæ fiunt hæc extra mansionem, fiunt & sanctificationes cereorum vesperi & manè, & prima mensis Augusti, vbi Diaconus Crucem portans exit, sacerdote consequente & incendit Diaconus & in orationibus solum dicit, *Dominum oremus*. sacerdos verò omnia facit prout cōsuetudo est & scriptum inuenitur in libris.

ORATIONES MISSALES DEVOTISS. EX VETVSTISSIMO MANUSCRIPTO GOTTICO MISSALI.

ORDO MISSAE IN COENA DOMINI. A Oratio super Oblata.

ACROSANCTAM, fratres dilectissimi, hodierna die inchoanda Paschae solennitatem, ac salutiferam Dominicam immolationis effigiem in sacrificio spiritali Christo offerente transfusam, non iam in amaritudinem azimi, neque in fermento veteris malitiae celebrantes: sed in novam & sinceram conspersionem immaculatas facris altaribus hostias offerentes: omnipotentem Deum per unigenitum Filium suum Dominum nostrum Iesum Christum deprecemur, qui haec in sacri corporis & sanguinis sui oblatione, benedicere & sanctificare dignatus est: ita offerentium famulorum suorum munera oblata benedicat, & per illustrationem Spiritus sancti deferentibus nuntiis, odor suavitatis ascendat. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium. &c.

Corpus & Sanguis Christi.

Collectio sequitur.

DEVS sanctificationum & Dominus caelestium virtutum, exaudi preces nostras, & benedictam hanc plebem Domini nostri Iesu Christi redemptam sanguine, de sede sancta inaccessibilis claritatis, exaudi, Per eundem Dominum &c.

Post nomina.

DIVERSIS oblationibus facris altaribus, una tamen fidei deuotione collatis, mutuae inuicem sollicitudinis vota promamus, a Domini pietate poscentes vt corda omnium offerentium, ad hostiam rationabilis & complacitae sibi sanctificationis emundet, & quiescentium animas in sinu Abrahae collocare dignetur, & in partem primae resurrectionis admittat. Per Dominum nostrum. &c.

Pro quiescentibus.

Collectio ad pacem.

DEVS, qui assumptum hominem euecturus ad caelos, inter praecipua mandatorum tuorum, patribus nostris Apostolis reliquisti: tribue nobis famulis tuis sectatoribus eorundem: per exteri hominis osculum interioris hominis pacem. Quod ipse.

Deest quidpiam

Immolatione Missae.

Dignetur per Iesum Christum Filium tuum Dominum nostrum, qui suorum pedes discipulorum linteo praecinctus abluit, & humilitatis exemplum transfusus, eisdem, de mundo reliquit: magister quippe verissimis factis informabat quos monitis salutaribus frequenter instruxerat. Sed quid enim mirum si praecinxit se linteo, qui formam serui accipiens habitu est inuentus: aut quid mirum, si misit aquam in peluim, vt lauaret pedes discipulorum, qui in terra sanguinem fudit, vt immunditiam dilueret peccatorum? Ille itaque linteo quo erat praecinctus, pedes quos lauerat, terxit, qui carne qua erat indutus Euangelistarum vestigia confirmavit. Lauit ergo pedes Discipulorum Dominus: quorum autem pedes extrinsecus ablueret, ipsorum animas indulgentiae hyfopo intrinsecus expiabat. O admirabile sacramentum, grande mysterium. Turbatur Petrus cernens exemplum tantae humilitatis, in Rege tantae maiestatis tremiscit pauens humanitas,

quia ad eius vestigia sese inclinare dignatur diuinitas. Sed nisi Deus ad hominem humiliatis inclinaretur, ad Deum homo erectus nunquam leuaretur. Ex tunc enim homo viuentium terras cepit adpetere, ex quo Deus in regione mortalium, humanitatis est dignatus lumen ostendere.

Post Sanctus.

VERE Sanctus & iustus es Domine, vere magnus & pius es, qui Filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum nobis lumen ad terras ex summa caeli arce misisti captiuorum corporum Redemptorem. Ipse enim qui f.

Cetera desunt.

Post Secreta.

AGNVS Dei qui tollis peccata mundi, respice in nos & miserere nobis, factus nobis ipse hostia, qui Sacerdos ipse praemium qui redemptor a malis omnibus quos redemisti, custodi.

Ante Orationem Dominicam.

VITIPANIS alimenta, & facri sanguinis dona sumpturi, Dominica prece mentes & corda firmemus. Agnoscat altissimus Filij sui voces, & verba Christi ad aures paternas concordis populi clamor attollat, & dicat. Pater, &c.

Post Orationem Dominicam.

LIBERA Domine, libera nos ab omni malo, & fortissimis aduersariis, Diabolo & morte: ea quae cunctis fortior est, virtutis & dexterae tuae protectione defende.

Post Communionem.

CONCEDE nobis omnipotens Deus, vt sicut temporali coena tuae passionis reficimur, ita satiari mereamur aeterna.

Incipiunt Orationes.

Da nobis Domine perpetuae benedictionis munus accipere, pro quibus Unigenitus tuus spiritus illitus palmas accepit & colaphos: qui tecum, &c.

Oratio nunc ad Sextam.

RESPICE Domine super hanc familiam tuam propitius, pro qua Dominus noster Iesus Christus non dubitauit manibus tradi nocentium, & crucis subire tormentum per eundem, &c.

Oratio nunc ad Nonam.

DEVS qui pro redemptione nostra accepisti sanguinem Iesu Christi, solue operam diaboli, & omnes laqueos disrumpe peccati, vt creaturam regenerationis nulla polluant contagia vetustatis per, &c.

Oratio sequitur.

DEVS a quo & Iudas reatus sui proditor poenam, & confessionis suae, Latro praemium sumpsit, concede nobis pie petitionis effectum, vt sicut in passione sua Dominus noster Iesus Christus diuersa vtrisque intulit stipendia meritorum: ita a nobis ablato vetustatis errore, resurrectionis suae gratiam largiatur per Dominum nostrum, &c.

Orationes in die Sabbati Paschae.

DEVM omnipotentem patrem & filium & spiritum Sanctum vniuersitatis vnum creatorem in hac magna magni Matutina Sabbati Domini scilicet corporis requiei, fratres charissimi, suppliciter deprecemur, vt qui Adam de profundis infernalis limi

lis limi misericorditer eripuit, nos de luto facis humani cui inhaesimus sola misericordia tantum clamante seruet. Clamamus namque, & oramus ne vrgeat super nos inferni puteus os suum, eruti de luto peccati ne infigamur, per Dominum, &c.

Collatio sequitur.

DOMINE Christe Iesu, Deus pie, exaudi nos & praesta, precamur, quae corde rogamus. Et hoc rogamus, vt tibi placeamus, tibi haereamus sine fine, vt semper tibi gratias agamus, quia Domine redemisti nos in aeternam vitam de aeterna morte, qui descendisti in lacum, vt ex inferis victos educeres: descende nunc quoque, precamur, visceribus tuae pietatis, vt ex vinculis peccatorum quibus vnusquisque constringitur, nos absoluas.

Praefatio in Vespera Paschae.

Per Domini gratiam (aquam & Spiritum renati) & per multiplicem paterna dilectionis prouisionem, innumeris laqueis abstracti: huius diuinae dignationis auctorem Dominum, incensu, vespertinae precis sacrificio, & in caelesti patria per Spiritum erecto, & igne illo quem ipse in nobis accendi desiderat solenniter afflato: precum affectibus (Fratres charissimi) deprecemur, vt totius vitae crimina, & quotidiani erroris maculas, & humanae fragilitatis debita, donari septimanae dierum quadraginta ac sepulti corporis sui sabbato nobis concedat. Nos quoque in numero veri Israelis, Aegypto egredi faciat, & inimicis percussis in vnam Ecclesiae Catholicae domum pacem Domini, celebrantes Agni immaculati sanguine corporum nostrorum postibus aspersis, in istius noctis venerabilis solennitate, a vastatura mundum morte defendat, orantibus nobis per Dominum, &c.

Oratio sequitur.

Christe Iesu in vespera mundi vespertino sacrificio per crucem effecto, dignare nos noua corpori tuo facere sepulchra, Amen.

Praefatio ad noctem sanctam Paschae.

Ductorem lucis, principem luminis, inspectorem cordis, credentium redemptorem, fratres dilectissimi, cunctis confessionibus veneremur, vt vergente die vocis rugitus exaudiat, & superuenientem caliginem, luminis sui splendore illustret ne sit in nobis vlla tentandi vexandique occasio tenebrarum. Sit noster defensor qui est verae lucis indultor, vt semper simus in lumine eius, qui Christum Dominum nostrum gloriamur auctorem. Per, &c.

Oratio sequitur.

Rege nos Domine per alternas temporum vices, & conserua nos per disparas dierum ac noctium successiones, vt adiuti sanctorum tuorum precibus, qui diem hunc per munus misericordiae tuae duximus, noctem quoque istam placitam tibi animarum & corporum puritatem ducamus per resurrectionem a mortuis Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

BENEDICTIO CEREI, BEATI AUGUSTINI Episcopi, quam adhuc diaconus cum esset, edidit & coecinit.

Exultet iam Angelica turba caelorum, exultent diuina mysteria, & pro tanti regis victoria tu-

ba intonet salutaris. Gaudeat se tantis illius irradiata fulgoribus, & aeterni regni splendore illustrata totius orbis se sentiat amississe caliginem. Laetetur & mater Ecclesiae tanti luminis adornata fulgore: & magnis populorum vocibus haec aula resulset. Qua propter adstantibus vobis fratres charissimi ad tam miram sancti huius luminis claritatem, vna mecum quaeso Dei omnipotentis misericordiam inuocate, vt qui me non meis meritis intra sacerdotum numerum dignatus est adgregare, luminis sui gratia infundente cerei huius laudem implere praecipiat. Per Dominum, &c.

Consecratio cerei.

Dignum & iustum est, vere quia dignum & iustum est, inuisibilem Deum omnipotentem Patrem, Filiumque eius unigenitum Dominum nostrum Iesum Christum toto cordis ac mentis affectu & vocis ministerio personare: qui pro nobis aeterno patri Adae debitum soluit, & veteris piaculi cautionem, pio cruore deterfit. Haec sunt enim festa Paschalia, in quibus verus ille agnus occiditur, eiusque sanguis postibus consecratur. In qua primum patres nostros filios Israel educens de Aegypto, rubrum mare sicco vestigio transire fecisti. Haec igitur nox est quae peccatorum tenebras columnae illuminatione purgavit. Haec nox est quae hodie per vniuersum mundum in Christo credentes a vitis seculi segregatos & caligine peccatorum reddit, & gratiae sociat sanctitate. Haec nox est in qua destructis vinculis mortis, Christus ab inferis victor ascendit. Nihil enim nasci profuit, nisi redimi profuisset. O mira circa nos tuae pietatis dignatio! O inestimabilis dilectio charitatis! vt seruum redimeres, filium tradidisti! O certe necessarium Adae peccatum, quod Christi morte deletum est! O felix culpa quae talem ac tantum meruit habere redemptorem! O beata nox quae sola meruit scire tempus & horam in qua Christus ab inferis resurrexit. Haec nox est de qua scriptum est, & nox vt dies illuminabitur, & nox illuminatio mea in deliciis meis. Huius igitur sanctificatio noctis fugat scelera, culpas leuat, reddit innocentiam lapsis, & mortis latitiam. Fugat odia, concordiam parat, & curuat imperia. In huius igitur noctis gratia suscipe sancte Pater, incensu huius sacrificii vespertinum, quod tibi in hac cerei oblatione solenni, per ministrorum tuorum manus de operibus apum sacrosancta reddit Ecclesia. Sed iam eolumba huius praecordia nobis, quam in honore Dei, rutilans ignis accendit, qui licet diuisus in partes, mutuari luminis derrimenta non nouit. Alitur liquantibus cereis, quae in substantia preciosa huius lampadis apis mater eduxit. Apis caeteris quae subiecta sunt homini, animantibus antecedit. Cum sit minima corporis paruitate, ingentes animos angusto versat in pectore: vitibus imbecilla, sed fortis ingenio. Haec explorat temporum vicem, cum canicem pruinosam hiberna posuerint, & glaciale senio verni temporis moderata deterferit, statim prodeundi ad laborem cura succedit, dispersaque per agros libratim paululum paruis cruribus suspensis incedunt, par ore legere flosculos & oneratis victualibus suis ad castra remeant. Ibi que alia

Laus Ap. 11301

in æstimabili arte cellulas tenaciglutino instrunt: alia liquencia mella stipant: alia vertunt flores in cæra: alia ornatus fingunt. Alia collectis de foliis nectar includunt. O verè beata & mirabilis apiscius nec sexum masculi violant, foetus non quasi, nec filij destrunt castitatè. Sicut sancta concepit virgo Maria, virgo peperit, & virgo permansit. O verè beata nox quæ expoliavit Agyptios, dirauit Hebræos. Nox in qua terrenis cælestia iunguntur. Oramus te Domine vt cæreus iste in honorem nominis tui consecratus, ad noctis huius caliginem destruendam deficiens perseveret in odore suauitatis acceptus, supernis luminaribus miscatur. Flammas eius Lucifer matutinus inueniat, ille inquam Lucifer qui nescit occasum: ille qui regressus ab inferis humano generi serenus illuxit. Precamur ergo Domine, vt nos famulos & famulas tuas, omnem clerum & deuotissimum populum, vnà cum patre nostro beatissimo viro. N. quiete temporum concessa, in his Paschalibus gaudiis conseruare digneris, Per resurgentem à mortuis Dominum nostrum.

Maria semper virgo.

Collatio post benedictionem cæra.

SANCTE Domine omnipotens Deus, qui ad nostrarum contemplationem in tenebrarum hæc in mundi huius obscuro luminaria emicare iussisti, præsta, vt dum ad illum æternitatis Diem & vnigeniti tui properamus occursum ad hanc interim, quam tenebris præparasti lucernam dum nox ista transeurritur, sine peccatorum offendiculo ambulemus, Per resurgentem, &c.

Collatio post hymnum cæra.

DEVS templum ignis æterni, Deus veræ lucis habitaculum, Deus sedis perpetuæ claritatis vota tibi Domine solennia diei consummationis, & noctis inchoationis celebrantes, ac luminibus altaris tui mensis temporarium lumen offerentes, vt famulis & famulabus tuis verum ac perenne lumen largiaris oramus, Per resurrectionem.

Ecclesie luminaria cælestia patriâ splendore nitentia & eternitate versati in lumine diuos significat. Mant. Gratiarum actio.

Oratio Paschalis duodecim cum totidem collectionibus.

EXPECTATVM, fratres charissimi, & desideratum nobis Paschæ diem adepti, gratias agamus omnipotenti Deo Patri, quod nos in hanc eandem diem per Filium suum Dominum nostrum Iesum Christum, quem pro nobis hostiam dedit, in salutem æternam vocauit. Ob hoc fideli gratiarum actione laudemus, benedicamus, honorificemus benedictum & beatum nomen Dei Patris in Filio, filijque in Patre & Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio. Sequitur.

SANCTE Domine omnipotens Pater, exaudi, tueri, ac sanctifica plebem tuam præmunitam signo Crucis, Baptismate purificatam, chrismate delibutam, quos ad celebrandam præsentis solennitatis beatitudinem congregasti, vniuersique noticiam, tui participationem sancti Spiritus propitiis infunde, Per Dominum, &c.

Crucis signum.

Orationis pro exulibus, præfatio.

VNANIMES, & vnus corporis in Spiritu Dei patris omnipotentis Domini misericordiam deprecemur pro fratribus & sororibus nostris captiuitati-

Pro afflicto & captiuis oratio.

bus elongatis, carceribus detentis, metallis deputatis, vt eis Dominus adiutor, protector & consolator existat, neque deesse sibi reputet eos qui fideli in se innocentia perseverant.

Oratio sequitur.

TRIBE Domine relegatis patriam, vindictis absolutionem, captiuis libertatem, vt plebs tua & in hoc seculo, & in futuro misericordiam tuam munere liberetur: Per Dominum, &c.

Orationis pro sacerdotibus, præfatio.

IN Sanctorum sancta admitti, & altaris cælestis sacerdotij æterni participes effecti, Dei patris omnipotentis misericordiam deprecemur, vt sacerdotes suos ac ministros donis repleat spiritalium gratiarum

Oratio pro sacerdotibus.

Oratio sequitur.

DOMINE Deus virtutum, iustifica & sanctifica pastores & præpositos ouium tuarum, vt aduersarius noster diabolus fide eorum & sanctitate superatus, contingere Dominicum gregem ac violare non audeat, Per resurgentem, &c.

Oratio pro virginibus, præfatio.

INCORRUPTA æternitatis Deum, & inuolabilis naturæ Dominum vnanimiter deprecemur, orantes pro fratribus nostris, qui gloriosam virginitatem corpore ac mente vouerunt, vt eos vsque ad consummationem propositi sui misericordiam Spiritus prosequatur, Per Dominum, &c.

Pro virginibus.

Oratio sequitur.

RESPICE Domine virgines sacras, & spadones voluntarios: id est preciosas ecclesiæ margaritas, vt corpora eorum ac Spiritum illa castitatis conscientia, pari existimatione custodiant. Per Iesum Christum, &c.

Orationis pro elemosynas parientibus, præfatio.

SANCTVM ac benedictum retributionis Deum vnanimis fratres dilectissimi, oratione deprecemur, obsecrantes pro fratribus & sororibus nostris, quorum ministerio atque sumptu inopiam non sentiunt qui in ecclesia sunt indigentes, vt iisdem Dominus Spiritales diuitias comunicet, qui fidelium animarum inopiæ secularis substantiæ participant facultatem, Per Dominum, &c.

Pro elemosynas facientibus.

Oratio sequitur.

PIIS seruorum tuorum precibus annue misericors Domine, vt quicumque præceptorum cælestium memores, pauperibus tuis quæ sunt necessaria subministrant, incorruptibili & cælesti gloria misericordiam tuam & misericordiam coronentur. Per Dominum.

Orationis pro peregrinantibus, præfatio.

CÆLESTIVM & terrestrium & infernorum Dominum Deum Patrem omnipotentem, fratres dilectissimi, deprecemur obsecrantes vt fratres nostros ac sorores quicumque peregrinationum necessitatibus subiacent, omnipotens Deus auxilio suo comes adiutor reducat ac protegat. Per Dominum nostrum, &c.

Pro peregrinantibus oratio.

Oratio sequitur.

RESTITVE Domine peregrinis desideratum patriæ solum, vt contemplationem misericordiam tuam dum ad præsens agunt, beneficiis tuis gratias, ciues esse sanctorum, ac tui domestici concupiscant, Præsta, Per Dominum, &c.

Orationis pro infirmis, præfatio.

VNIVERSÆ salutis Deum, & vniuersæ virtutis Dominum

Pro infirmis.

Dominum deprecemur pro fratribus & sororibus nostris, qui secundum carnem diuersis ægritudinum generibus insultantur, vt his Dominus cælestis medicinæ suæ munus indulgeat. Per Dominum, &c.

Oratio sequitur.

Domine cui viuificare mortuos facile est, restitue ægrotantibus pristinam sanitatem, ne terreni medicaminis remedia desiderent quicumque medelam cælestis misericordiam tuam deprecantur. Per resurgen.

Oratio pro parientibus.

Confitentes bonitatis ac misericordiam Deum qui peccatorum maualt penitentiam quam mortem, & comunicatis precibus ac fleatibus pro fratribus ac sororibus nostris, Domini misericordiam deprecemur, vt eos peccati sui crimina confitentes, a bonitatis suæ venia non repellat. Per Dominum, &c.

Oratio sequitur.

Rex gloriæ, qui non vis mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat, da nobis peccatorum labe polluti penitentiam simul, vt flere cum flentibus & dolentibus, & cum gaudentibus gaudere possimus. Per resurgen.

Orationis pro vnitatem, præfatio.

Vnum Deum patrem, ex quo omnia sunt, & vnum Dominum nostrum Iesum Christum, per quem omnia, fratres charissimi deprecemur, vt vnitatem Ecclesiæ suæ concordis congregationis nostræ voluntatem confirmet. Per resurgen. filium tuum.

Collectio sequitur.

Omnipotens Domine, qui es Deus bonitatis & totius consolationis, te supplices deprecamur, vt hæreticos & infideles à perpetuis gehennæ ignibus manifestatione tuæ veritatis eripias, quoniam vis omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Per Dominum, &c.

Orationis pro pace Regum, præfatio.

Dominum dominantium, & regem regnantium, fratres charissimi, oratione vnanimis deprecemur, vt nobis populo suo pacem regum tribuere dignetur, vt mitigatis eorum mentibus, requies nobis congregationis istius perseveret. Per Dominum, &c.

Collectio sequitur.

Carnis Spirituum totius fator, cunctorumque regnorum mundalium indultor, da regum culmine religionis prosperitatem & pacis, vt nobis regno tuo cælesti in terris adhuc positus liberius liceat deferuire. Per resurgen.

Orationis pro Spiritibus paupantium, præfatio.

Deum iudicem vniuersitatis, Deum cælestium & terrestrium & infernorum, fratres dilectissimi, deprecemur pro Spiritibus charorum nostrorum, qui nos in Dominica pace præcesserunt, vt eos Dominus in requiem collocare, & in parte primæ resurrectionis resuscitet. Per Dominum, &c.

Oratio pro defunctis.

Oratio sequitur.

Iesu Christe, vita & resurrectio nostra, dona cōsacerdotibus & charis nostris, qui in tua pace requierunt exoptatæ mansionis refrigerium. Et si qui ex his dæmonum fraude decepti errorum se multis maculis polluerunt, tu Domine qui solus potes es, peccata eorum concede, vt quos damnationis suæ participes diabolus gloriabatur, effectos esse per

misericordiam tuam socios tuæ beatitudinis ingemiscat. Per Dominum, &c.

Orationis pro Cathecumenis, præfatio.

Preccem spei fratrum nostrorum charissimi vnanimis adiuuemus, vt Dominus omnipotens ad fontem eos beatæ regenerationis suæ euntes omnis misericordiam suæ auxilio Spiritus prosequatur.

Collectio sequitur.

Creator omnium Domine, & fons aquæ viuæ, per lauacrum baptismi peccata eorum dele, quibus iam donasti resurrectionis fidem, vt mortem huius seculi non timeant, reple eos Spiritu sancto, vt formari in illis Christum ac viuere glorientur. Per Dominum, &c.

Ad Christianum faciendum.

Domine dignare benedicere eius infantiam famulo tuo. N. quoniã nec conditione quicquã nec ætate depellitur dicente dilectissimo filio tuo Domino nostro, Nolite prohibere infantes venire ad me. Hic enim Domine antequam bonum aut malum sciant, Crucis tuæ sigillo signentur & qua indigent pietatem ad sacri nominis tui baptismum percipere mereantur, Per Dominum, &c.

Crucis sigillo baptizandos signati.

Item collectio.

Accipe signaculum Christi, suscipe verba diuina, illuminare verbo Domini, qui hodie confessus es à Christo. Per Dominum, &c.

Item collectio.

Signo te in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, vt sis Christianus, oculos vt videas claritatem Dei: aures vt audias vocem Domini: nares vt odores suauitatem Christi, Os vt confitearis patrem & filium & Spiritum sanctum. Cor vt credas trinitatem inseparabilem, pax tecum per Iesum Christum Dominum, Qui viuat, &c.

Collectio ad fontes benedicendos.

Stantes, fratres charissimi, super ripam victricis fontis nouos homines adhuc eis de terra litori mergentes sua commercia singuli nauigantes pulsent mare nouo, non virga, sed Cruce, non tactu, sed sensu, non baculo, sed sacramento locus quidem paruus, sed gratia plenus, Bene gubernat Spiritus sanctus. Oremus ergo Dominum & Deum nostrum, vt sanctificet hunc fontem, vt omnes qui descenderint in hunc fontem, faciat eis lauacrum beatissimæ regenerationis in remissionem omnium peccatorum. Per Dominum, &c.

Collectio sequitur.

Deus qui Iordanis fontem pro animatum salute sanctificasti, descendat super aquas hæc Angelus benedictionis tuæ, vt quibus perfusi famuli tui accipiant remissionem peccatorum, ac renati ex aqua & Spiritu sancto, deuoti tibi seruiant in æternum. Per Dominum, &c.

Benedictio fontium.

Conestian.

Dignum & iustum est, Domine sancte, pater omnipotens, æterne Deus, iniiciatur sancto- rum chrismatum pater & noui per vnicum filium tuum Dominum & Deum nostrum indetur sacramenti qui portantibus ignis Spiritum tuum sanctum antè diuitis mundi largiris, qui Bethsaldas aquas Angelo medicante procuras, qui Iordanis alueum Christo filio tuo dignante sanctificas. Respice Domine super has aquas, quæ præparatæ

Christiana.

vt Christum non dandum, sed datum nobis in veritate mōstremus. Nec adhuc occidendum pro nostris iniquitatibus, sed occisum, nec redimendos nos illo sanguine, sed redemptos, Bene utique ammonenti sacerdoti & dicenti Gratias agamus domino Deo nostro.

Dignum & iustum est.

Quid enim magis potest esse Deo dignum, aut quid potest iustius à nobis rependi, quam vt tantæ misericordiæ Dei cui vicem referre non possumus, debitas gratias reddamus. Qui proprio filio nō pepercit; sed pro nobis tradidit eum, & dedit vt efficiamur genus electum, Regale sacerdotium, qui etiam nos vocauit in ammirabile lumen suum. Hanc ergo Ecclesiæ responsonem confirmat sacerdos proclamando & dicit.

Verè dignum & iustum est, æquum & salutare, Nos tibi semper & vbiq; gratias agere.

Quod est iustum, hoc est & æquum, sed repetitio sermonis confirmatio est veritatis: Nam & iustitia & æquitas vna res est. Iudicabit orbem terrarum in iustitia & populos in æquitate. Salutare autem dicitur, quod est salubre, eo quod salutem conferat: verè ergo vt incessanter gratias agamus dignum est pro tantis beneficiis, iustū nobis obsequiis, & quū ipso pondere rationis, salutare manifesto fructu salutis. Gratias autem agere debemus semper & vbiq; id est, in omni tempore, & in omni loco, vt impleatur in nobis quod cantamus in Psalmo: Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Subiungit itaque ad quem dirigat orationem dicendo.

Domine sancte, Pater omnipotens, Aeternus Deus per Christum Dominum nostrum.

Quod ergo dicit Domine, refertur ad creaturæ subiectionem, de qua in Psalmo canitur, Quoniam omnia seruiunt ei, Ideo verus est Dominus qui seruo non indiget, & quo seruus indiget: Quod vero adiungit sancte Pater, refertur vel specialiter ad vniuersi filij generationem in qua coæternus & coequalis est Patri, vel generaliter ad omnium filiorum Dei adoptionem, cuius tanta est gratia, vt cum haberet vnicum, noluerit illum esse vnum, sed vt fratres haberet, adoptauit illi qui cum illo possiderent vitam æternam. Qui vero omnipotens & æternus est Deus, omnipotens videlicet, qui ita omnia condidit, vt nunquam suæ rationis instituta conuellerat. Ipsi etiam est vera æternitas, cui quod est, esse perpetuū est, qui initio caret, & nullo fine cōcluditur. Tota autē oratio & gratiarū actio quam semper & vbiq; debemus, dirigitur & offertur Deo patri per Christum Dominū nostrum, tanquam per mediatorem Dei & hominū, de quo Apostolus ait, vnus est Deus, vnus & mediator Dei & hominum homo Christus Iesus qui dedit semetipsum redemptionē pro omnibus. Orat itaque sacerdos pro ecclesia, orat ecclesia pro sacerdote: Et quia omnia pro inuicem membra orāt, caput pro omnibus interpellat. Interpellat igitur pro nobis Dominus, nō voce sed miseratione qui quoniam hoc quod moriendo in

sepulchro posuit, resurgendo super Angelos cleuauit. Rectè sacerdos adiungit & dicit.

Per quem maiestatem tuam laudant Angeli, adorant dominationes, tremunt potestates.

Per eundem enim mediatorem laudat, adorat & contremiscit maiestatem Dei Patris, non solum ecclesia hominum in terris, sed etiam ecclesia Angelorum in caelis: Ipse est enim totius caput ciuitatis Hierusalem omnibus innumeratis fidelibus ab initio vsque in finem, adiunctis etiam legionibus & exercitibus Angelorum, vt fiat illa vna ciuitas sub vno Rege, & vna prouincia sub vno Imperatore, scilicet in perpetua pace ac salute, laudans Deum sine beato fine. Istorum verò trium ordinum superiorum Spirituum, id est, Angelorum, dominationum, potestatum qui diuinam maiestatem laudare, adorare & tremere dicuntur, talis est differentia. A' *ἄγγελοι* Græcè Latine nuntij dicuntur, quia videlicet à Deo missi, voluntatem eius hominibus nuntiant, Sicut legimus in veteri Testamento missos Angelos ad Abraham, ad Loth, ad Iacob, ad Moysen, ad Iosue, ad Danicel & Tobiam: & in nouo frequenter iuxta Psalmitam, Qui facit Angelos suos spiritus, ac si aperte dicat, Qui eos quos semper habet spiritus, etiā cum voluerit, Angelos, id est, nuntios facit. Dominationes vocantur ea Angelorum agmina, quibus cætera ad obediendum subiecta sunt: Potestates etiam vocantur hi, quorum potestate refrænantur aduersæ virtutes, ne corda hominum tantum tentare præualeant, quantum volunt. Hi ergo tam beati Spiritus, per Christum dominum nostrum maiestatem Dei laudant, sicut ad eos dicitur in Psalmo, Laudate eum omnes virtutes eius, Adorant quoque sicut in hymno Esdræ ad ipsum dicitur, Et exercitus cæli te adorant: Tremunt etiam sicut in libro Iob dicitur, columnæ cæli contremiscunt & pauent ad nutum eius: Sed iisdem tremor necis pœnalis sit non timoris sed administrationis est. Sequitur sacerdos in Dei laudibus, & dicit.

Cæli calorūque virtutes ac beata Seraphin, sociæ exultatione concelebrant.

Subauditur, maiestatem tuam. Concelebrant, id est, in commune celebrant, & concordī deuotione laudant: Nam celebritas est conuentus populi in laudem, & bene maiestatem Dei sociæ, id est iuncta exultatione concelebrant. Et quia longum fuit in ista gratiarum actione, totos Angelorum ordines qui in scripturis nouem inueniuntur, sigillatim ponere, post cælos ponuntur virtutes, quo nomine omnes cælestes spiritus appellari solent, vt est illud in Psalmo, Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ: Tamen propriè in ordinibus Angelorum virtutes illi Spiritus vocantur per quos signa & miracula frequentius fiunt. Ad vltimum ponuntur Seraphin qui ardentes siue incendentes interpretantur, Quoniam quanto subtilius claritatem diuinitatis aspiciunt, eo validius in eius amorem flammescunt. Sequitur sacerdos & dicit.

Cum

Cum quibus & nostras voces vt admitti iubeas deprecatur, supplicii confessione dicentes.

Voces ergo nostras in conspectu Dei Angelicis laudibus deprecamur admitti, id est, assumi vel intronitari, vt possimus dicere, Intret oratio mea in conspectu tuo. Et quia superna illa ciuitas, ex Angelis & hominibus constat, ad quam tantum credimus hominum genus ascendere, quantos illic contigit electos Angelos remansisse. Meritò sancta Ecclesia quæ illis socianda est in cælo, iam nunc ipsis vocibus Deum laudat in terris, quibuscum sancti Angeli laudant in caelis, & hoc non superba præsumptione, sed supplicii confessione, Sic desiderans maiestatem Dei credere & confiteri in mundo, sicut ab Angelis videtur & laudatur in caelis: Socia igitur exultatione, id est, vna laude & gratiarum actione iam nunc homines cum Angelis sociantur dicentes.

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus sabaoth, pleni sunt cæli & terra gloria tua.

Hunc hymnum gloriæ Dei Esaias Propheta se audisse testatur, quando gloriam domini vidit, & Seraphin istis vocibus eum collaudantia audiuit: Et clamabat, inquit, alter ad alterum & dicebat, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus sabaoth, Plena est omnis terra gloria eius. In Apocalypsi verò Ioannis de quatuor animalibus sic legitur, sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus omnipotens qui est, & qui erat & qui venturus est: Nam in Esaiâ dominus sabaoth tantum legitur. In Apocalypsi dominus Deus omnipotens: Et ideo non humano arbitrio, sed vtriusque scripturæ auctoritate coniuncta dicimus, Dominus Deus; Sabaoth autem vnū est de decem nominibus Dei apud Hebræos, & Latine interpretatur exercituum siue virtutum, sicut in Prophetis sæpè positum est. Hæc dicit dominus exercituum: Et in Psalmo, Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ: Qui ideo Dominus exercituum & dominus virtutum verè dicitur, quia omnis militia cælestis exercitus, omnes supernæ virtutes atque Angelicæ potestates, eius imperio subiacent, eius seruiunt voluntati. Angelicos enim spiritus, rectè militiam dicimus, quia decertare eos cōtra potestates aëreas non labore sed imperio nouimus: vt igitur ostenderet vnā esse deitatem, cum tertio dixisset sanctus, sanctus, sanctus, addidit singulariter Dominus Deus sabaoth. Adiunguntur autem huic hymno sumpta ex Euangelio verba laudantium dominum Hierosolymis atque decantum.

Osanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini, Osanna in excelsis.

Osanna quod Latine interpretatur salus: siue saluifica in excelsis: Apertè docet aduentum domini in carne, non solum humani generis in terra, sed & Angelorum in caelis esse salutem. Post has laudes & gratiarum actiones, incipit sacerdos orationem fundere, qua ipsum mysterium dominici corporis & sanguinis consecratur, & dicit.

Te igitur clementissime Pater, &c.

Dirigitur ergo hæc oratio sicut reliquæ orationes iuxta regulam fidei & morem Ecclesiæ ad clementissimum patrem: cuius erga nos peccatores tanta extat clementia & misericordia quantum Aposto-

Tom. 6.

lus commendat, dicens, Deus autem qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, per hanc gratiam spiritum adoptionis accepimus. Secundum hæc ergo dicitur, supplices oramus & petimus, & hoc per Iesum Christum filium tuum dominum nostrum, per quem omnis supplicatio & petitio nostra ad Deum dirigi debet, tanquam per verum mediatorem & æternum sacerdotem. Ideo autem Deo patri dicit sacerdos, rogamus & petimus, vt ea quæ ipsi offeruntur dona, munera, sancta sacrificia, accepta, id est, beneplacita habeat & benedicat. Sacerdotū est enim offerre, & maiestatem Dei inuocare: Dei autem dignanter suscipere, & ea quæ offeruntur benedicere. Vti accepta habeas & benedicas, ac si suppliciter dicatur, Petimus vt hæc spiritu tuo sanctifices atque ore benedicas, vt quod nostræ humilitatis geritur ministerio, tuæ virtutis impleatur effectu. Quod autē subiungitur, Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata, non aliud atque aliud dicitur, sed res vna pro sui magnitudine, diuersa appellatione commendatur: Quæ enim diuinis offeruntur altaribus & munera appellantur, sicut in Euangelio, Si offers munus tuum ad altare: & dona vel sacrificia dicuntur, vt Apostolus, Omnis namque sacerdos ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Hæc sunt quippe sancta & illibata, id est, Inuiolata & incontaminata sacrificia, quæ in ministerio dominici corporis offeruntur: Sequitur sacerdos & dicit.

Imprimis quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta Catholica, &c.

Sic omnino dignum fuit vt inciperet sancta oblatio, videlicet pro Ecclesia Dei sancta Catholica toto orbe terrarum diffusa. Ipsa est enim vniuersitas, sanguine domini redempta, Ipsa est hæreditas à patre ei data, sicut ipse pater loquitur, Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ: Hoc templum Dei, vbi rogatur & exaudit, hic ecclesia Græcè dicitur quod in Latinū vertitur, conuocans, eo quod omnes ad se cōuocet. Et Catholica appellatur, id est, vniuersalis, pro hac namque præmium in illa oblatione postulat, vt eā dominus toto orbe terrarū pacificare dignetur, videlicet ne per hæreses & schismata, eius vnitas dilanietur, aut aduersitate persecutionum, eius tranquillitas perturbetur. Postulatur etiam omnipotens Deus, vt eam custodire, adunare & regere dignetur. Id ipsum autem videtur adunare quod pacificare, id ipsum custodire quod & regere, quia Ecclesiam suam Deus, & pacificando adunat, & adunando pacificat, & custodiendo regit, & regendo custodit. Pacificando namque adunat, cum omnium fidelium mentes, per vnitatem fidei & spei & charitatis, vnus efficit voluntatis. Custodiendo eam regit, cū inter omnia pericula, clementer gubernat & dirigit. Postea verò adiungitur vnā cum famulo tuo Papā nostro, Quia diuinæ religionis cultum, vt beatus Leo scribit in beatissimo Petro Apostolorum summo principaliter Christi gratia collocavit, vt exortē se mysterij intelligeret esse diuini, qui ausus fuisset à Petri soliditate rece-

M iij

dere: vnde constat sicut beatus Papa Pelagius docet, ab vniuersi orbis communione separatos esse, qui qualibet diffensione inter sacra mysteria Apostolici Pontificis memoriam, secundum consuetudinem non frequentant. Sequitur in mysterio.

Sicut enim vniuersalis ecclesie commemoratio propter vnitatem societatis & pacis coniungitur commemorationi Apostolici Pontificis, ita dignum & religiosum est, ut singulae Ecclesie commemorationem subiungant suorum antistitum. Probantes se per illam orationem Dominice oblationis, seruire cum eis vnitatem spiritus in vinculo pacis. *ὁπθὶς δὲ τοῖς* autem graece Latine recte glorie dicuntur eò quòd nullo haeretico deprauati, recte fidei confessione Deum glorificent. Idem ipsi ergo sunt Catholicae & Apostolicae fidei cultores: Catholicae id est, vniuersalis quam vniuersa ubique seruat Ecclesia, eiusdemque & Apostolicae quam in toto mundo Apostolorum doctrina fundauit. Completa hac oratione adiungitur in conclusione more solito, per Christum dominum nostrum: Per ipsum nostra ad Deum vota ascendunt, per ipsum diuina ad nos dona descendunt. Sequitur in mysterio.

Memento Domine famulorum, &c.

In quibus verbis cum primum dicitur, memento Domine famulorum famularumque tuarum, & sic deinde subiungitur, & omnium circumstantium, manifestum est quod quasi quidam locus sit ubi aliquibus specialiter nominatis, etiam caeterorum qui assistunt in Ecclesia commemoratio adiungatur: In quo itaque loco aut liberum est sacerdoti quos desiderauerit peculiariter nominare, & nominatum Deo commendare, Aut certe illud ab antiquis obseruatum est, ut ibi offerentium nomina recitentur. Fit ergo haec oratio ad Deum patrem, ut memor esse dignetur famulorum famularumque suarum, vtriusque videlicet sexus sibi seruentium, non solum eorum qui nominantur, sed & omnium circumstantium. Ac de omnibus & pro omnibus simul dicitur Deo, Quorum tibi fides cognita est, & nora deuotio id est, quam recte credant, quam deuote te diligant, tu solus vides in conscientis singulorum: Tu es enim scrutans corda & renes Deus. Sequitur in mysterio.

Qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, &c.

In quibus verbis fideliter considerandum est, quod tota ecclesia offerat Deo illud sacrificium laudis: Et quia de omni multitudine circumstantium fidelium dicitur quae tibi offerunt. Quod enim adimpletur proprie ministerio sacerdotum, hoc generaliter agitur fide & deuotione cunctorum. Offerunt ergo sacerdotes ecclesiae, offert per ipsos & in ipsis tota ecclesia Deo sacrificium laudis, quod à cultoribus suis sibi offerri ipse praecipit, dicens, Immo la Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Hoc sacrificium offert deuotio fidelium pro se suffrague omnibus id est, ad se vel genere vel familiaritate, vel qualibet alia conditione, sub eiusdem fidei professione pertinentibus, tam viuentibus videlicet quam mortuis: Et hoc qua spe fideles faciant subiungitur, quae non pro aliquo temporali lucro, sed solummodo pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis & incolumitatis suae, pro spe videlicet

eternae salutis: Spe enim salui facti sumus. Nec solum pro salute aeterna, sed etiam pro temporali incolumitate id est corporali sanitate: Incolumitas enim dicitur sanitatis integritas: vtraque enim salus & animae scilicet & corporis, ab illo est, de quo in Psalmo canitur, Domini est salus. Tibi inquit reddunt vota sua eterno Deo viuo & vero, iuxta quod in Psalmo dicitur, Et redde altissimo vota tua, vota videlicet fidei, & pia deuotionis, per quam nosmetipsos Deo vouimus & reddimus: quisquis enim bene cogitat quod Deo voueat, & quae vota persoluat, hoc exigitur, hoc debetur, ut seipsum voueat & reddat. Sed sicut videndum est quid offerat, ita etiam considerandum est ubi offerat, quia veri sacrificij extra Catholicam Ecclesiam locus non est. Vnde multum consequenter adiungitur in mysterio.

Communicantes & memoriam venerantes in primis, &c.

Quos dicit communicantes & memoriam venerantes beatam genitricem Dei & apostolorum ac martyrum & omnium sanctorum, nisi & seipsum sacerdos qui offert, & omnes circumstantes qui simul offerunt vnum sacrificium laudis. Quod ut Deo offerat esse acceptum & beneplacitum, non alibi hoc offerunt & sacerdotes & Ecclesia cum sacerdotibus, nisi communione & societate sanctorum. In quibus voluit idem omnipotens Deus Ecclesiam suam constare fundamentum, sicut Apostolus dicit, Estis ciues sanctorum & domestici Dei, superaedificati super fundamentum apostolorum & prophetarum: *Ἀπόστολοι*, namque Graece Latine missi dicuntur, dicente domino ad ipsos, Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos: *Μάρτυρες* vero testes appellantur, dicente ipso, Eritis mihi testes in Hierusalem. Quid est enim communicans, nisi communionem & societatem tenentes? Et quid est eorum memoriam venerari, nisi cum pietate & humilitate eorum vestigia sequi? In eorum ergo communione & memoriae ueneratione, tanquam in vero templo Dei offert deuotio fidelium Deo via & munera sua. In hac denique venerabili communione sanctorum, beata virgo Maria prima ponitur, per quam & illi & nos meruimus auctorem vitae suscipere: Et ei coniungitur communicatio beatorum Apostolorum & martyrum, non solum qui hic nominati exprimuntur, sed & omnium quorum nec numerum nec nomina scire possumus. Et tamen si istis paucis nominatis pie adhaeremus etiam illis quos nosse non possumus, in horum communione copulati sumus. Sequitur in mysterio.

Quorum meritis, &c.

Propter merita namque & intercessionem sublimium iustorum, quos intercessores & Patronos quaerimus nostrae infirmitati, Dominus miseretur & propiciatur, ut in omnibus siue aduersis siue prosperis, ne vel in illis deficiamus, vel in istis decipiamur protectionis eius muniamur auxilio. Nec dubitandum est fidelium petitiones à spiritibus iustorum sciri, quia qui intus omnipotenti dei claritatem vident, nullo modo credendum est, quia sit foris aliquid quod ignorent. Postulat ergo Ecclesia suffragia sanctorum martyrum, nec tamen erigit altaria in quibus sacrificet martyribus, sed vni deo & martyrum & nostrum. Sequitur in mysterio.

Hanc

Hanc igitur oblationem seruitutis nostrae, &c.

Hanc est seruitus quae nulli alij debetur, nec sanctis Angelis, nec sanctis animabus, nisi vni Deo viuo & vero, de quo nobis praecipitur, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias, Et in his verbis vnitatis Ecclesiae offerentis ostenditur, quando in illa sacrosancta oblatione, communis seruitus exhibetur Deo tam à sacerdotibus quam à sancta familia domus Dei. Oratur itaque Deus, ut hanc oblationem, quam illi soli debita seruitute defert Ecclesia, placatus accipiat. Hanc est vera oblatio in qua filius offertur, pater reconciliatur. Et vitali oblatione placatus, dies nostros in sua pace disponat, ut & si in mundo pressuram habemus, in illo pacem habeamus: finito autem huius mortalitatis cursu, ab aeterna damnatione creptos, in electorum suorum grege, nos adnumerare dignetur. Sequitur in mysterio.

Quam oblationem tu Deus in omnibus, &c.

Oratur omnipotens Deus ut oblationem suis facris altaribus impositam & tantis precibus commendatam, ipse per virtutem spiritus descendens, ita legitimam & perfectam Eucharistiam efficiat, ut in omnibus sit ascripta. Id est, numerum placitorum sibi numeretur recepta, sit etiam rata. Immobile firmitate perpetua: Hoc namque dicitur ratum, quod est immobili ratione firmum & inconuulsum: Sic quoque eiusdem spiritus sancti operante virtute rationalis & per hanc omnia singulariter Deo grata & acceptabilis, ut quiuis de simplicibus terrae frugibus sumpta diuina benedictionis ineffabili potentia efficiatur fidelibus corpus & sanguis vniuersi filij Dei, sicut ipse testatur, Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Hanc est rationabilis hostia, plena videlicet rationis, plena mysterij. Hoc corpus & hic sanguis non in spicis & in famentis colligitur, sed certa consecratione mysticus fit: nobis non nascitur. Cum panis & vini creatura in sacramentum carnis & sanguinis eius effabili spiritus sanctificatione transferatur, manducatur Christus: Per partes enim manducatur in sacramento, & manet integer totus in calice, manet integer totus in corde tuo. Sequitur in mysterio.

Qui pridie quam pateretur, &c.

In his verbis sine quibus nulla lingua, nulla regio, nulla ciuitas, i. nulla pars Ecclesiae catholicae, conficere, id est, consecrare sacramentum corporis & sanguinis Domini ipse Dominus tradidit Apostolis, vnde vniuersalis Ecclesia iugem memoriam sui redemptoris celebret & Apostoli generaliter omni Ecclesiae. Christi ergo virtute & verbis, iste panis & calix ab initio consecratus est. Christi virtute & verbis semper consecratur, & consecrabitur: Illius sermo est qui caelestia sacramenta sanctificat. Ille in suis sacerdotibus quotidie loquitur.

Quod autem de pane ait, Accipite & manducate ex hoc omnes, similiter autem & de calice, Accipite & bibite ex eo omnes, commendatio est vnitatis & pacis, ut per hoc mysterium Christo participantes vnum omnes simus in illo: Vnde ecclesia ex traditione his verbis consecrans mysterium faceri corporis & sanguinis Domini, designanter dicit dominum dixisse Apostolis, Accipite & man-

Tom. 6.

A ducate ex hoc omnes: hoc est enim corpus meum, simili modo posteaquam coenatum est accipiens & hunc calicem praclarum, Attendat fidelis quisque, quid est quid dicat hunc, videlicet quod calix quem sacerdos catholicus sacrificat, non est alius nisi ipse quem Dominus Apostolis tradidit: Sicut ergo de sanguine, sic quoque de corpore sentendum & tenendum est: Quod autem praclarum calicem dicit, manifestè de Psalmo sumptum est, Et calix tuus inebrians quam praclarus est, & verè praclarus, quo sanguis offertur immaculatus, nulla peccati nebula tectus. Et ideo sanguis ille verè noui & aeterni est testamenti, quia quos à veritate innouat, ad aeternam haereditatem perducit. Totum ergo quod in hac oblatione dominici corporis & sanguinis agitur, mysterium est: Aliud enim videtur, aliud intelligitur, quod videtur speciem habet corporalem, quod intelligitur fructum habet spirituale. Sciendum verò quod eundem calicem Dominici sanguinis iuxta obseruantiam ecclesiae catholicae ab Apostolis traditum, nisi mixtam aqua offerri non licet, quia vinum fuit redemptionis nostrae mysterium, cum ait. Non biba à modo de hoc genimine vitis, & de latere eius quod lancea transfixum est, aquaque cum sanguine egressa, vinum de vera carnis eius vitæ cum aqua expressum ostendit, haec sunt enim sacramenta Ecclesiae sine quibus ad vitam, quae verè vita est non intratur: Ille sanguis in remissionem fusus est peccatorum, aqua illa salutare temperat poculum: Haec & lauacrum praestat & potum: hoc totum dominice oblationis mysterium quanta pietate & amore agendum & accipiendum sit, commendat nobis ipse Dominus dicendo, Haec quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis, quod exponens apostolus ait. Quoties enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis donec veniat. Illius ergo panis & calicis oblatio: mortis Christi est commemoratio & annunciatio: mortis enim Christi commemoratio, est charitatis eius commendatio, quia tantum dilexit nos ut moreretur propter nos. Sequitur in mysterio.

Vnde & memores sumus domine nos tui serui, &c.

Et quia in participatione corporis & sanguinis sui viuificam suam mortem nos annunciare voluit dominus & salubre est, ut haec veneranda mysteria frequentando memores sint sacerdotes & populus, vniuersa videlicet ecclesia beatae passionis eius. Et verè beatae quae sine peccato suscepta, totius mundi peccata deleuit, & quia non solum ut apostolus ait, mortuus est propter delicta nostra, sed etiam resurrexit propter iustificationem nostram, memores sumus resurrectionis quoque eius ab inferis, & quoniam resurgens à mortuis & assumptus in caelum, sedet à dextris Dei, sumus memores etiam gloriose ascensionis eius: Haec est enim tota salus nostra & vita, si incessanter memores sumus: memores igitur dominice passionis, resurrectionis & ascensionis tam sacerdotes quam plebs fidelis offerunt praclaræ. i. praecellenti & gloriose maiestati Dei non de suo sed de eius donis ac datis, iuxta quod scriptum est. Et quae de manu tua accepimus, dedimus tibi, in mysterio dominici corporis & sanguinis, verè ho-

M iij

ftiam puram, hostiam, sanctam hostiam immaculatam, Quæ trina repetitio tanti mysterij est laudatio, Hæc namque hostia, quam hostiam puram, sanctam & immaculatam. i. panem sanctum vitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ sumentibus, vita æterna est, dicente Domino. Qui manducatur hunc panem, viuet in æternum. Sequitur in mysterio.

Supra quæ propitio ac sereno vultu respice digneris, &c.

Oratur Itaque omnipotens Deus vt placabilis & propitiis factus, sereno vultu. i. declarata bonitatis & pietatis suæ præsentia, respiciat dignanter ecclesiæ suæ munera: Et accepta ac beneplacita habeat, sicut munera pueri sui iusti Abel, cuius fides & iustitia, & oblationis acceptio & in lege veteri commendatur, vbi scriptum est, Et respexit Deus ad Abel & ad munera eius: Et in Euangelio. A sanguine Abel iusti: Et in Apostolo vbi scribit, fide plurimam hostiam Abel quam Cain obtulit Deo, per quam testimonium consecutus est esse iustus. Qui non ætate sed simplicitate & puritate puer Dei appellatur: Sicut etiam de David qui mortuus est senex in Euangelio dicitur. In domo David pueri sui. Et sicut sacrificium, inquit, patriarchæ non Abraham. Vtique quod sacrificium in oblationem vnigeniti filij sui Isaac, offeres cum Deo holocaustum, quod ita acceptum fuit, vt mereretur audire. Per mem-

ipsum iuravi dicit Dominus. Quia fecisti rem hæc & non pepercisti vnigenito tuo propter me, benedicam tibi & cætera. Qui quidem patriarcha non tantum est Israëliticæ plebis secundum carnem, sed etiam nostræ secundum fidem. Adiungitur adhuc. Et quod tibi obrulit summus sacerdos tuus Melchisedech de quo manifestè scriptum dicit, Et Melchisedech Rex salem prouoluit panes & vinum, erat enim sacerdos Dei altissimi, & benedixit Abraham, cuius sacerdotium & sacrificium tantum magnificatur, vt dicat de eo Apostolus, primū quidem Melchisedech qui interpretatur Rex iustitiæ, deinde Rex salem quod est Rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum neque finem habens, assimilatus per omnia filio Dei qui manet sacerdos in æternum. Quod verò post hæc omnia subiungitur, Sanctum sacrificium immaculatam hostiam, ad superiora referendum esse videtur, vbi dictum est. Super quæ propitio ac sereno vultu respicere digneris, vt ad complendam petitionem subiunctum sit. Sequitur in mysterio.

Supplices te rogamus omnipotens in hæc fieri, &c.

Hæc verba mysterij tam profunda tam mira & stupenda sunt, vt magis veneranda sint & pauenda quam discutienda: Quis enim, inquit beatus Gregorius, fidelium habere dubium possit, in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem caelos aperiri, In illo Iesu Christi mysterio angelorum choros adesse: Beatus quoque Augustinus dicit. Est enim quoddam altare Dei inuisibile ad quod non accedit iniustus. Ille solus accedit qui ad istud securus accedit: Illic inueniet vitam suam, qui iusto discernit causam suam: Quale ibi sacrificium est? Ipse qui intra assumitur in holocaustū. Item alibi. Si enim, inquit in domo illa æternum sacrificium laudis, & sacerdos sempiternus est, altare sempiternum pacta mens ipsa iustorum. Hæc de sublimi altari Dei in conspectu diuinæ maiestatis eius necessario po-

stita, ne quis carnaliter cogitans, æstimet in caelis esse altare corporeum, sed potius intelligamus sublimè altare Dei rationale ac intelligibile esse in electa & rationali creatura, angelica videlicet & humana: Non enim dubitamus, secundum Ambrosium existere angelum, quando Christus assistit, Christus immolatur. Sequitur, Vt omnes quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum filij tui corpus & sanguinem sumpserimus, omni benedictione cælesti & gratia repleamur. Ista enim munera, ista sunt dona super omnem gloriam constituta. Per hæc omnipotens Deus corda fidelium omni benedictione cælesti replet & gratia viuificat. Christus Ecclesiæ est cibus, Christus est potus, caro Dei cibus, & Dei sanguis est potus, Christus nobis quotidie ministratur. Cibus iste non corpus impinguat, sed confirmat cor hominis: Hic est panis vitæ, qui ergo vitam manducat, mori non potest: Accedite ad eum & faciamini, quia panis est. Accedite ad eum & potate, quia fons est, Accedite ad eum & absolui mini, quia remissio peccatorum est. Cum hospitium tuum viderit aduersarius occupatum cælestis fulgore penitentia, intelliget locum tempore testamentis suis interclusum esse per Christum. Sequitur in mysterio.

Memento etiam domine famulorum, &c.

Orat pia mater Ecclesia etiam pro defunctis suis, & eos sacræ oblationis intercessionem commendat, certissimè credens, quia sanguis ille preciosus qui pro multis effusus est in remissionem peccatorum, non solum ad salutem viuentium, sed etiam ad absolutionem valeat defunctorum, qui præcedunt cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis: Cum signo fidei, quia ex aqua & spiritu sancto renati, quia Christi cruce & passione signati: Dormiunt autem tanquam verè in resurrectione suscitandi: Dormiunt ergo in somno pacis, quia ab vnitate & societate Christi & Ecclesiæ, nec per hæreses, nec per schismata, nec per mortalia crimina separati sunt. In quibus & si aliquando fuerunt, tamen per penitentiam sanati, & per orationem ecclesiæ reconciliati, & remissionis mysterio sociati, vti que in pace obierunt. Nam luce clarius constat quia perfectorum iustorum animæ, mox vt huius claustra carnis exeunt, in cælestibus sedibus recipiuntur. Verum hoc de Apostolis, martyribus, confessoribus, cæterisque perfectioris vitæ viris fieri notandum est. Nam sunt quorundam iustorum animæ quæ, cælesti regno, licet in beata requie, quibusdam adhuc mansionibus differuntur. In quod dilationis damno ostenditur, quod de perfecta iustitia aliquid minus habuerunt: At verò nonnulli propter bona fidei opera ad electorum fortem præordinati, sed propter mala aliqua quibus de corpore exierunt post mortem sereno castigandi recipiuntur flammis ignis purgatorij. Et vel vsque ad diem iudicij longa examinatione, à vitiorum sordibus mundantur, vel certè prius amicorum fidelium precibus, elemosynis, ieiuniis, fletibus & hostiæ salutaris oblationibus, poenis absoluti, & ipsi ad beatorum perueniunt requiem: Illis ergo eorum sacræ victimæ mortuus profunt, qui hic viuendo obtinuerunt, vt eos etiam post mortem bona adiuuent quæ hic pro ipsis ab aliis fiunt. Inter hæc autem

tem pensandum est, quod tutior via sit, vt bonum quod quisque post mortem suam sperat agi per alios, agat dum viuunt ipse pro se. Beatius quippe est liberum exire, quam post vincula libertatem quaerere. Propter illa ergo verba quibus dicitur, qui nos præcesserunt cum signo fidei & dormiunt in somno pacis, vsus fuit antiquorum, sicut etiam Romana agit ecclesia, vt statim recitarentur ex dipteryis. i. tabulis nomina defunctorum, atque ita post lectionem nominum, subiungerentur verba sequentia. Ipsi & omnibus in Christo quiescentibus, locum refrigerij, lucis & pacis vt indulgeas deprecamur. Ipsi videlicet quorum nomina memorantur, & cæteris omnibus in Christo quiescentibus locum refrigerij, vbi non sentiunt ardore peccatorum. Et lucis, de qua Psalmista, vt placeam coram Deo in lumine viuentium. Et pacis, de qua iustus Simeon. Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace. Sequitur in mysterio.

Nobis quoque peccatoribus famulis tuis de multitudine, &c.

Commendatio pro spiritibus defunctorum per oblationem pietatis, vt in beatis electorum sedibus mereantur obtinere locum refrigerij, lucis & pacis, consequenter oratur omnipotens Deus, vt etiam cæteros fideles qui superstitis sunt & viuunt. i. sacerdotes & populum, per virtutem & gratiam eius, Deus venerabilis sacramenti auxilio ad eandem beatitudinem perducat: Totius namque ecclesiæ vox est. i. sacerdotum & plebium, cum humilitate & contritione cordis dicentium Deo, Nobis quoque peccatoribus famulis tuis, quia sicut scriptum est. Et si peccauerimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam. Non de vllis nostris meritis, sed de multitudine miserationum tuarum sperantibus corde in Psalmo cantamus. Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Oratur itaque omnipotens Deus, vt non solum defunctis quorum supra commemoratio facta est, sed etiam nobis peccatoribus de multitudine miserationum suarum sperantibus, partem aliquam & societatem donare dignetur cum suis sanctis Apostolis & martyribus & omnibus sanctis, vt pro modulo nostro quibus nunc sociamur per communionem fidei, cum ipsis etiam societatem vitæ & beatitudinis æternæ in futuro accipiamus. Intra quorum consortium vt nos Dei pietas introducat petimus, vt nobis non nostri meriti æstimator, sed veniæ sit largitor, vt quia sanctorum societati per meritum iungi non possumus, per indulgentiam coniungamur: Si enim æstimeretur & diuino iudicio ponderemur, nullus ad apostolorum & martyrum societatem assurgeret. In fine autem huius orationis, sicut & in cæteris præcedentibus subiungitur, per Christum Dominum nostrum, & statim conclusio totius consecrationis sequitur, dicendo.

Per quem hæc omnia Domine semper bona creas, &c.

Per ipsum enim omnipotens Deus hæc bona omnia quæ sacris altaribus consecratur, non solum in exordio mundi creauit condendo quod non erat per eundem vnigenitum verbum suum dixit & factum est. Germinet terra herbam virentem & asferentem semen, lignumque pomiferum faciens

fructum. In qua creatione vti que & herba frumeti & lignum vini exortum est, sed etiam semper eadem bona creat propagando & reparando vt per annos singulos & nouæ segetes & noua vina nascantur.

Per ipsum ergo, vt dictum est, Deus parer hæc omnia bona sanctificando & viuificando ineffabiliter benedicit, quia ea omni benedictione cælesti & gratia accumulatur & præparatur nobis. Per ipsum & cum ipso & in ipso est Deo patri omnipotenti in vnitate spiritus sancti omnis honor & gloria, per ipsum scilicet, tanquam per verum mediatorē Dei & hominum, cum ipso tanquam coæquali. In ipso tanquam verè consubstantiali. Omnis verò honor & gloria est Deo patri per filium, & cum filio, & in filio in vnitate spiritus sancti, qui ex patre filioque procedens, vnitatem deitatis possidet. Insinuatur itaque in patre authoritas, in filio natiuitas, in spiritu sancto patris filiique communitas. In tribus æqualitas per omnia sæcula sæculorū. Hoc est quod beatus Iudas Apostolus in fine epistolæ suæ velut distincte designanter exponit dicens. Soli Deo saluatori nostro per dominum nostrum Iesum Christum gloria, magnificentia, Imperium & potestas ante omne sæculum & nunc & in omnia sæcula sæculorum. Accipienda sunt autem sæcula sæculorum, vel vt consequentia præcedentium vel continuata sibi commixtione copulentur, quæ appellatur sæcula sæculorum, donec totum potens sæculum quod ex diuersorum temporum sæculis conreuerunt, perueniat ad finem & succedat futurum sæculum quod non habet finem, vbi Deus videbitur & laudabitur sine fine. Amen autem quod ab omni ecclesia respondetur, interpretatur verum, non vbi cunque & quomodocunque, sed mystica religione. Hoc ergo ad tanti mysterij consecrationem sicut & in omni legitima oratione respondēt fideles, & respondendo subscribunt. Adiungit autem adhuc sacerdos, & dicit. Oremus.

Præceptis salutaribus moniti, &c.

Dignum profectò fuit, vt tota hæc tam sacrosancta actio, Dominica oratione concluderetur, & petitiones fidelium quas vel propter futuram vel propter præsentem vitam nos Dominus docuit, per eandem passionis eius commemorationem efficacius commendarerentur. Ammonetur ergo tota Ecclesia, & dicitur à sacerdote, Oremus, & orat ecclesia cum sacerdote, non vocè sed corde: Labia clausa sunt, sed patet conscientia, silentium est & clamar pectus, sed in auribus ille audit qui miseretur. Nam & Susanna cum damnaretur ab iniustis iudicibus tacebat & orabat: os eius non audivit ab hominibus, cor eius clamabat ad Deum: Nihil quia vox eius ore corporis non processit, propterea exaudiri non meruit. Exaudita est illa, sed quando orauit nemo hominum sciauit; Orat ergo sacerdos simul cum Ecclesia conuersus ad dominum & dicit.

Præceptis salutaribus moniti, &c.

Hoc itaque nobis super omnia salutare est, quod nobis tantam gratiam per vnigenitum suum contulit Deus pater, vt tantam bonitatem eogitantes & amantes, sic agamus vt iam non filij sæculi, sed filij Dei simus. Præceptis ergo salutaribus iusti diui-

na institutione formati, non præsumptionis temeritate, sed obedientiæ pietate præsumimus dicere Deo patri.

Pater noster qui es in cælis, &c.

Orationem dicimus dominicâ ad nostram proficientem salutem, qua nos vnigenitus filius per lacrum regenerationis, & spiritû adoptionis, Dei filios esse dicere monuit, dicere iussit, & non humana, sed diuina institutione ipse nobis orâdi formam tribuit. Et vt Deo audeamus dicere.

Pater noster, ipse nos sua iussione monuit, dicens. Sic ergo vos orabitis, Pater noster &c. Et ante omnia pacis doctor atque vnitatis magister noluit precem fieri, vt quis cum precatur, non pro se tantum precetur. Nô enim dicimus, Pater meus qui in cælis es, sed communis est nobis oratio: Et quando oramus, non pro nobis solis, sed pro populo toto oramus, quia totus populus vnum sumus. In qua oratione septem petitiones continentur, quarum in tribus æterna in sequentibus, quatuor temporalia poscuntur, tres videlicet primæ ad contemplatiuam, quatuor ad actiuam pertinent vitam. Nos ergo non naturaliter filij sumus sed per adoptionem, qua nos verus filius adoptare voluit in fratres carnem assumens, & perducens gratia sua & supernæ hereditatis secum societatem, vt filij patris esse valeamus. Sanctificetur nomen tuum. Non quod optemus Deo vt sanctificetur orationibus nostris, sed quod petamus à Deo vt nomen eius sanctificetur in nobis. Ceterum à quo Deus sanctificatur qui ipse sanctificat, sed quia ipse dicit, Sancti estote quia ego sanctus sum, hoc petimus & rogamus vt qui in baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse cœpiimus perseueremus. Ammonemur etiam desiderare, vt nomen eius quod semper sanctum est, etiam apud homines sanctum habeatur, hoc est non contemnatur, quod non Deo sed hominibus prodest. Adueniat regnum tuum. Hac petitione desiderium nostrum ad futurum regnum excitamus, vt nobis veniat atque in eo regnare mereamur. i. vt veniat & nobis quod esse venturum non dubitamus omnibus sanctis. i. vt regnum eius mereamur agnoscere. Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra. Non vt Deus faciat quod nô vult, sed vt nos facere possimus quod Deus vult, vt sicut angeli sancti, ita & nos faciamus voluntatem eius. Possimus etiam per cælum & terram intelligere spiritû & carnem, quoniam spiritus è cælo, caro è terra esse cognoscitur: Sed spiritus cælestia quærit, caro terrena concupiscit, & ideo petimus vt voluntatem Dei his duobus concordantibus faciamus. Potes & sic intelligi, vt pro infidelibus qui sunt adhuc terra orare intelligantur fideles, qui fidei dono cæli nuncupantur, vt circa illos voluntas Dei fiat, ad ipsum conuertendo, vt terra imitetur cælum, & homo angelum, infidelis fidelem. Ac per hoc oramus & petimus vt precem pro omnium salute faciamus.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Quæ petitione nostra, sufficientiam quotidiani victus petimus, nomine panis totum significantes, quoniam panis Græcè, Latinè dicitur totum id sacramentum fidelium quod in hoc quoque tempore, necessarium est, non tamen ad huius temporis, sed ad illam æternam felicitatem assequendam: Nam

panis vitæ Christus est, quem dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus, & eucharistiam quotidie fumimus, intercedente aliquo grauiori delicto, à Christi corpore separemur ipso dicente. Ego sum panis viuus qui de cælo descendi, si quis ex hoc pane ediderit, viuet in æternum: Sicut ergo manifestum est eos viuere qui corpus eius verè ac dignè accipiunt, ita contra timendum est ne dum qui separentur à Christi corpore, perpetua pereant morte, criminante Christo, Nisi comederitis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Et ideo panem nostrum. i. Christum quotidie nobis dari petimus, vt qui in eo manemus & viuimus, à sanctificatione eius & corpore non recedamus, sine quo viuere in æternum non valeamus.

Et dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Hic ammonemur & quid petamus, & quid faciamus vt accipere mereamur: Post subsidium cibi petitur & venia delicti, vt qui à Deo pascitur in Deo viuat: Ammonemur enim quod peccatores sumus, quia pro peccatis nostris rogare compellimur, ne quis sibi quasi innocens placeat. Instruitur & docetur peccare se quotidie, dum quotidie pro peccatis iubetur orare. Addidit planè Deus legem, certa nos conditione & sponcione constringens, vt sic nobis dimitti debita postulemus, secundum quod ipsi debitoribus nostris dimittimus, scientes impetrare non posse veniam quam pro peccatis nostris petimus, nisi & ipsi circa debitores nostros paria fecerimus, dicente Euangelio. In qua mensura mensi fueritis, eadem remittetur vobis. Et alio loco, cum stas ad orationem, remittite si quid habetis aduersus aliquem, vt & pater vester qui in cælis est, remittat vobis peccata vestra: Excusatio denique tibi in die iudicii nulla superest, cum secundum tuam sententiam iudicaris: Et quod feceris aliis, hoc & ipse patieris. Similiter quod facimus cæteris, faciet nobis, dicens in Euangelio. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, & pater vester cælestis dimittet vobis peccata vestra, si non remiseritis, nec Deus dimittet vobis delicta vestra.

Et ne nos inducas in tentationem, &c.

Petimus ne deserti eius adiutorio, alicui prauæ tentationi vel consentiamus decepti, vel cedamus afflicti, qua in parte ostenditur nihil contra nos aduersarium posse, nisi Deus ante permiserit & idcirco postulamus, vt eius adiutorio fulti, ita maneamus victi, vt ab hoste maligno non subiiciamur tentanti.

Sed libera nos à malo, &c.

Hic ammonemur cogitare, nondum nos esse in eo bono in quo nullum patiamur malum, Quæ petitio ita latè pater, vt homo Christianus in qualibet tentatione & tribulatione constitutus, in hoc gemitus edat, in hoc lachrymas fundat: Et quando dicimus, Libera nos à malo, nihil remanet quod vltra adhuc debeamus postulare, quando semel protectionem Dei aduersus mala petimus. Amen, Signaculum dominicæ orationis, quod interpretatur verè, siue fideliter, attestatio est veritatis, quod ex Apostoli traditione etiam ad cæteras orationes consuetè responderet Ecclesia, sicut Aposto-

lus

lus ad Corinthios scribit, dicens. Si benedixeris A spiritu, Quis supplet locum idiotæ, Quomodo dicit Amen super tuam benedictionem, quoniam quidem nescit quid dicas? En quo ostenditur non posse ideo tam respondere verum esse quod dicitur, nisi ante intellexerit. Post orationem Dominicam quam ad completionem perfecti mysterij tota ad Deum fundit ecclesia, sequitur in conclusione eius demorationis sacerdos & dicit.

Libera nos quæsumus domine ab omnibus malis, &c.

In quibus verbis mala præterita à quibus petimus liberari, peccata nostra transacta intelligenda sunt, quorum & si actio iam cessauit in nobis, tamen reatus manet, nisi diuina indulgentia deleatur. Vnde ammonet scriptura, dicens, si peccasti, ne adicias iterum, sed & de præteritis deprecare vt tibi dimittantur: Mala verò præsentia quia quotidie peccamus, quotidie necesse habemus dicere. Dimitte nobis debita nostra, possunt & quotidiana peccata nostra in animo & accidentes sæpè diuersis languores & afflictiones in corpore extrinsecus irruentes, innumeræ calamitates, vt fames, pestilentia, gladius & cætera huiusmodi pericula. Quæ omnia quotiescunque patimur, eius debemus implorare auxilium, qui solus sua pietate & animas curat & corpora. Et nouit quando filiis suis quos ad æternam hereditatem præparat & flagellatum correptionis, & dulcedinem consolationis adhibeat: futura etiam mala quid aliud intelligenda, nisi quæcunque nobis accidere possunt, salutis & paci contraria: siue per tentationes diaboli, siue per aduersitates & miseras sæculi. Et maxime illa pro quibus effugiendis præcipue orare debemus, vt liberemur à ventura damnatione æterna, quæ sine dubio malis constat esse futura. Orat ergo hæc sacerdos, immo tota ecclesia cum sacerdote, vt quod in fine orationis dominicæ dictum est, sed libera nos à malo, ita nobis per Dei misericordiam præstetur: vt liberemur ab omnibus malis. i. quæ nobis vel in præterito acciderunt, vel in præsentia accidunt, vel in futuro accidere posse formidantur: Vnde & Dominus sciens fragilitatem nostram in tantis periculis constitutam, misericorditer admonet, dicens, Vigilate & orate ne intretis in tentationem: Et iterum, Vigilate itaque omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante filium hominis. Sequitur sacerdos & dicit.

Et intercedente pro nobis beata & gloriosa, &c.

Præcepit Dominus populo Israelitico, cum detineretur in Babylonica seruitute captiuus, dicens E inter alia per Hieremiam prophetam. Et orate pro pace ciuitatis ad quam transmigrare vos feci, quia in pace ipse erit pax vobis. Similiter & Apostolus populum Ecclesiæ exhortatur dicens. Volo igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & his qui in sublimitate sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate. Iuxta hanc ergo formam & prophetam & Apostolum diuinitus constitutam, populus fidelium in huius sæculi peregrinatione, tanquam in Babylone captiuus & supernæ patriæ suspiciens, orat etiam pro pace temporali, ne impediatur à pace spirituali

& æterna, vt remotis per Dei pietatem persecutionibus, seditionibus, hostilitatibus, quietam & tranquillam vitam agat Ecclesia in omni pietate. Et hoc orat generali obseruantia sine intermissione in omni dominica oblatione. In qua iuxta præceptum apostolicum obsecrationes suas & orationes & postulationes & gratiarum actiones offert Deo: Hoc autem paucissimis sed eminentissimis sanctis nominatis à Deo exorat videlicet, vt intercedere in primis Dei genitrice, per quam humano generi salus exorta est, & beatis Apostolis Petro & Paulo atque Andrea impetrare mereatur. In qua postulatione non cæterorum sanctorum intercessio prætermittitur, sed in istorum côm memoracione omnium suffragia expetuntur, Quia omnes ita sibi in Deo sociati, in Deo & vniti existunt, ita omnes vnum desiderant & rogant pro salute hominum, vt & in vno omnes pariter habeantur. Et in vno omnes pariter negligantur: Non enim amant sancti suos electores, si suorum sociorum eos inuenerint desertores, magisque offensus est quisquis ita agendum putat eos ad quos se contulerit, quam eos à quibus abstulerit. Vnitatem enim gaudent, & in Christo vniti sunt. Quod ergo dicit Ecclesiæ. Da propitius pacem in diebus nostris, manifestè iuxta exemplum quod in Esaia legitur hoc facit: Cum enim prædixisset idem propheta Ezechia regi iusto venturam captiuitatis mala, compunctus respondit. Bonum verbum Domini quod locutus est, fiat tantum pax & veritas in diebus meis, videlicet futura humiliter Dei Iudicio reseruans, de præsentibus verò quod ad suam & populi sui salutem pertinebat deprecans, fiat, inquit, pax & veritas in diebus meis: pax ne regni tranquillitas ab hostibus turbaretur, veritas verò vt in ipsa pace, Dei cultus & religionis veritas seruetur. Vnde & Apostolus vbi hæc orari præcepit, vtrunque simul posuit. Vt qui etiam inquit, & tranquillam vitam agamus in omni pietate: Nam & quies & tranquillitas pertinet ad pacem, pietas ad diuini cultus religionem. Ita ergo & Ecclesia deprecatur pacem fieri in diebus nostris, quod & post nos alij, & post ipsos alij vsque ad consummationem sæculi vtrique similiter orabunt. Cur autem ipsam pacem postulet subiungit, videlicet vt ope. i. auxilio & protectione misericordiæ Dei adniti, quantum ad interiorem religionis deuotionem pertinet, simus semper à peccato liberi, quantum verò ad interiorem pacem, simus etiam ab omni perturbatione securi: Nam pax in qua nô diuinæ religioni, sed mundanæ cupiditati seruitur, non est iustorum sed iniuorum, de qualibus Psalmista ait. Quia zelauit in peccatoribus pacem peccatorum videns. Sequitur quod & in ista & in omnibus ferè orationibus Ecclesiasticis in conclusione subiungi solet.

Per Dominum nostrum Iesum Christum filium, &c.

Quod vtrique certa ratione vt sæpè dictum est catholica concelebrat Ecclesia, propter illud vtrique sacramentum, quod mediator Dei & hominum factus est homo Christus Iesus sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, qui per proprium sanguinem semel introiit in sancta, non vtrique manu facta, sed in ipsum cælum vbi est in dextra Dei, & interpellat pro nobis. Per ipsum ergo hostiam laudis atque orationis offerimus, qui per

eius mortem reconciliati sumus, cum inimici essemus: Christus namque in forma permanens, vni-
genitus Deus cui cum patre hostias offerimus, formam serui accipiens, sacerdos factus est, per quam
hostiam viam, sanctam, Deo placentem offerre
possimus: nec tamen hostia à nobis offerri potuisset,
si Christus pro nobis factus hostia non fuisset.
Cum verò dicimus filium tuum, & adiicimus qui
tecum viuuit & regnat Deus in vnitatem spiritus sancti.
Illam vtrique vnitatem commemoramus quam
naturaliter habet pater & filius & spiritus sanctus.
Vbi ostenditur quod idem ipse Christus pro nobis
sacerdotali est functus officio, cui naturalis est vni-
tas cum patre & spiritu sancto: Cum verò in vni-
tatem spiritus sancti dicimus, vnam naturam spiritus
sancti cum patre filioque monstramus. Vnitatem
naturæ, quid aliud quam trinitatem vnum
Deum? & ex hoc vnum ostendit & regnum, vbi
autem regni naturalis est vnitatem, vna regnandi
permanet & potestas. Viuit ergo & regnat Christus
Dominus noster cum patre in vnitatem spiritus sancti
per omnia sæcula sæculorum, sicut ipse in Apo-
calypsi loquitur, dicens. Ego sum primus & nouis-
simus, & viuus & fui mortuus, & ecce sum viuens
in sæcula sæculorum: Ipsi namque dicitur in Psal-
mo, Thronus tuus Deus in sæculum sæculi. Et iterum.
Regnum tuum regnum omnium sæculorum.
De quo & in Euangelio ad beatam Mariam ange-
gelus dicit. Et regni eius non erit finis. Hac
oratione expleta commissens sacerdos dominicam ob-
lationem, vt calix Domini totam plenitudinem
contineat sacramenti, tanquam per eandem my-
sterij copulationem, imprecatur Ecclesie pacem
dicens.

Pax Domini sit semper vobiscum.

Cui tantum bonum etiam ecclesia imprecatur
respondens. Et cum spiritu tuo. Quid est autem pax
Domini, nisi pax Christi, pax autem Christi finem
temporis non habet. Et ipsa est omnis pax actionis
intentionisque perfectio. Propter hanc pacem in
eum credimus & speramus, & amore ipsius quan-
tum donat, accendimur, propter hanc denique om-
nem tribulationem fortiter toleramus, vt in ea
feliciter sine tribulatione regnemus. Vera enim
pax vnitatem facit, quoniam qui adhæret Domi-
no, vnus spiritus est. Imprecata igitur pace, inci-
piens à sacerdote dat sibi mutuo omnis ecclesia of-
fsculum pacis, vt omnibus vera pace vnitis, fiat in
eis locus Dei, sicut dicitur in Psalmo. Et factus est
in pace locus eius, & impletur in ecclesia quod a-

libi Psalmista dicit. Deus in loco sancto suo, Deus
inhabitare facit vnanimes in domo: Et hoc vtrique
ex traditione apostolorum seruat ecclesia, cui fre-
quenter ab eiusdem apostolis dicitur, Salutate in-
uicem in osculo sancto. i. osculo vero osculo paci-
fico, osculo columbino non ficto & subdolo, qua-
lis vsus est Ioab ad occidendum Amasam, quali Iu-
das ad tradendum saluatorem, quali vtuntur hi qui
loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem
in cordibus eorum. Illi ergo osculo sancto salutant
inuicem qui non diligunt verbis nec lingua, sed o-
perere & veritate. Inter hæc omnia cantatur ab om-
nibus, & cantando oratur dicentibus.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, &c.

Nullus enim tollit peccata, nisi ille de quo di-
ctum est. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata
mundi, cui nullum bonum hominis impossibile;
nullum malum est insanabile. Quomodo autem ap-
ostolus Petrus ostendit qui ait, Non corruptibilibus
argento vel auro redempti estis de vana vestra
conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sangui-
ne quasi agni incontaminati & immaculati Chri-
sti. Et in Apocalypsi Ioannes apostolus. Qui dile-
xit nos inquit, & lauit nos à peccatis nostris in san-
guine suo, quando sanguinem suum dedit pro no-
bis in cruce vel quando quisque nostrum in myste-
rio sacrosanctæ passionis illius baptismi aquis ablu-
tus est, verum etiam tollit peccata mundi, lauâtque
nos à peccatis nostris quotidianis in sanguine suo,
cum eiusdem beatæ passionis ad altare memoria
replacatur. Post hæc ergo sumpta eucharistia. i. bo-
na gratia: Gratia enim Dei pro omnibus gustauit
mortem, & celebrata gratiarum actione, responde-
tur ab omnibus, Amē. Hæc est enim clara vox san-
guinis Christi, quam sanguis ipse exprimit ex ore
fidelium eodem sanguine redemptorum. Finitis
verò omnibus, adstanti & obseruanti populo ab-
solutio datur inclamante Diacono.

Ite Missa est.

Missæ ergo nihil aliud intelligitur, quàm dimissio.
i. absolutio, quam celebratis omnibus tunc dia-
conus esse pronúciat, cum populus à solenni obserua-
tione dimittitur. Vnde & missam cathecumenorū
canones dicunt, quando post Euangelij lectionem
incipiunt celebrari sacra mysteria, quibus nullum
nisi baptismi fonte regeneratū interesse licet: Tunc
enim clamante diacono, iidem cathecumeni mittebā-
tur. i. dimittebantur foras. Missa ergo cathecume-
norum fiebat ante actionem sacramentorum, missa
fidelium fit post confectionem & participationem.

est, Tres spirituales, & Quatuor temporales.

Hanc orationem primitus docuit Dominus di-
scipulos & Apostolos suos. De qua dicit Propheta:
Quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus
erit. Septem sunt igitur numero petitiones: pro
septem donis Spiritus sancti, vel pro septem gradi-
bus ecclesie.

Cur quotidie iteratur ista [oratio vel] oblatio,
cum Christus saluarit mundū per vnam passionem
suam,

suam, & mors illi vltra non dominetur? Respon-
sio: Pro multis causis.

Prima, eo quod peccamus quotidie. Secunda,
eo quod corpus Christi penitentibus post peccata
offerri iubeatur, vt salutem per corpus Christi Do-
mini inueniant, atque excant post penitentiam.
Tertia, vt magnum beneficium passionis Domini
obliuioni non tradatur. Quarta, vt similiter in ec-
clesia diem iudicij, in quo iusti ab iniustis separa-
buntur.

Introitus Missæ cui conuenit? Responso. Patri-
archarum Prophetarumque præconiis. Vnde ex-
ortus est? Responso. A choro Prophetarum, qui o-
rantes annunciauerunt Christum venturum in
mundum, & per quorum orationes Prophetias
que intrauit in eum. Exiens enim de secreto cæli,
velut episcopus aut Presbyter de secretario [tem-
pli,] venit ad altare: orante & Prophetante interim
Choro Clericorum.

Versus, qui cantatur ad recipiendum Introitum,
priorem Christi aduentum significat prophetarum.
Postquam enim episcopus cum suis Diaconis seu
presbyteris de secretario veniens, ingreditur ad al-
tare, post osculum sibi inuicem datum: inuenit e-
piscopo siue Diacono, Gloria, à cuncto Clero de-
cantatur, Patri & filio & spiritui sancto.

Quia pax à Christo in cælo & in terra iam facta
est, quam Chorus prophetarum, id est, clericorum,
ante prophetabat. Quod autem dicente clero; Si-
cut erat in principio & nunc & semper, diaconi
procedunt ad altare, & illud osculantur ante epi-
scopum, significat sanctos ante aduentum Christi,
pro eius amore multas tribulationes perpessos:
Quia corpus Christi vnum est, à sanctis viris con-
nexum, qui ante fuerunt in veteri testamento, &
qui nunc sunt in nouo. Septem diaconi procedunt,
propter eos, qui ante natiuitatem Christi mortifi-
catione in corpore suo portauerunt. Quinque pro-
cedunt, si septem non habentur, propter quinque
libros Moysis. Si quinque non assunt, Tres proce-
dunt, propter fidem, spem & charitatem. Vnus pro-
cedit, propter vnitatem ecclesie. Postea, osculato
altari, reuertuntur ad episcopum, stantes erecti:
Propter quod dicitur in euangelio: Scio vnde veni,
& quò vado. Diaconi retrò adstant, quia choro
Martyrum aptantur. Ipsi enim diaconi ad altare
præcesserunt, quia in veteri Testamento Martyres
ante Christi aduentum extiterunt. Et modò retrò
stant, quia post Domini natiuitatem, multo plures
martyrio coronantur. Ex ipsis autem Diaconis stat
quidam ad dexteram, sed plures alij quidam ad si-
nistram, veruntamen pauciores: Quia per contem-
platiuam vitam, quæ in dextera intelligitur, plures
in æterno coronantur regno, quàm per actiuam, quæ
accipitur in sinistra. Et contemplatiuam vitam du-
centes, maiore virtute viget, quam in actiuam adhuc
vita manentes. Sufficit enim tibi exemplum duarum
sororum, Marthæ scilicet & Mariæ: Quarum vna
circa plurima ministrans, turbata agnoscitur: Et al-
tera, verbis Domini solummodo intendens, & in
spe cælesti requiescens legitur. Tunc ergo Kyrie e-
leison celebratur, & de Acolythorum manibus can-
delæ dimituntur, quia Christus episcopus, super
omnem fulgens lucem & illuminans, aduenit.

Tom. 6.

N

Quod ad eos Prophetas respicit, qui circa Domi-
ni aduentum fuerunt. Ex quibus est Zacharias, e-
iusque filius Ioannes. Pertinet autem Kyrie eleison
ad diuinam patris excellentiam: Ad humanitatis
verò formam Iesu Christi, pertinet Christe ele-
ison. Et est sensus Kyrie eleison, Comoda mihi
Pater misericordissimam aurem tuam, & miserere
mei: Interpretatur enim, Domine miserere. Est au-
tem intellectus Christe eleison: Christe ne permit-
tas humanum genus terrena desiderare, sed ad cæ-
lestia anhelare. Vel pertinet ad eos Kyrie eleison,
qui ante natiuitatem fuerunt Christi: Christe ele-
ison verò ad eos, qui post passionem Domini suc-
cesserunt. Postea episcopus solus, Gloria in excel-
sis Deo, inchoat: quia solus angelus posterioribus
annuntiauit Domini natiuitatem, per quam gloria
Domini declarata est. Deinde verò totus Chorus
respondet: Quomodo cum angelo incipiente facta
est subito cælestis multitudo militiæ angelorum,
laudantium Deum & dicentium, Gloria in excel-
sis Deo: & in terra pax hominibus bonæ volunta-
tis. Prima collecta respicit ad hoc, quod Dominus
agebat circa duodecimum humanitatis suæ an-
num, quando ascendit Hierosolymam, & sedit in
medio doctorum, audiens & interrogans illos. Hæc
eadem, nunc oratio, nunc collecta dicitur. Oratio
autem ideò dicitur, quia bona orantur cælestia ve-
nire populo, Collecta verò idcirco nuncupatur,
quia incipit se populus in vnum colligere. Missæ
autem officium totum in Quatuor diuiditur spe-
cies, id est, in Precationes, Orationes, Postulationes
& gratiarum actiones. Quicquid enim agitur
in officio Missæ, antequam oblatæ ponantur super
altare, Præcones nominantur: quia præcatur bona
populo. Et quicquid ab hora fit, qua Sanctus canit-
tur vsque ad Agnus Dei, Oratio vocatur. Que post
Agnus Dei dicitur, Postulatio appellatur. Quod
autem in fine Missæ à populo respõdetur, Deo gra-
tias, gratiarum actio nuncupatur. Inter deprecationem
autem & precationem hoc interest, quod pre-
catio fit, quando optantur cælestia animarum præ-
mia populo: Deprecatio autem est, quando Ponti-
fex orat, vt declinet in hæc vita populus à malo, &
faciat bonum. Epistola autem ad prædicationem Io-
annis Baptistæ pertinet: Quia sicut Ioannes fuit præ-
cursor Christi, ita nunc Epistola præconatur Euan-
gelium, quod est Christus. Epistola quippe Latine
supermissa dicitur, eo quod sit missa ab Apostolis
super legem Moysis, Psalmos & prophetas. Signifi-
cat autem Ioannis prophetiam, qui Christum pro-
pè nunciabat adesse. Post primam autem datam or-
ationem, Pontifex sedet tribus horis versus ad po-
pulum: Et presbyteri cū eo, ad nutum eius: Et dia-
coni stant ante Pontificem: Subdiaconi autem as-
cendunt ad altare, stantes se ad dexteram siue
sinistram. Sedet autem tribus horis quia Christus,
cū esset annorum xij. sedit in templo in medio do-
ctorum tribus diebus. Sedens autem, vertit faciem
ad populum, vt ostendatur potestas ei data à Deo,
vt possit superintendere & super speculari, quis hu-
militer, quis vè superbe stet in ecclesia, quia episco-
po commissæ sunt animæ pro quibus ratione Deo
redditurus est. Subdiaconus verò, qui lecturus est,
mox vt vidcrit post pontificem presbyteros resi-

EXPOSITIO MISSÆ TRANSCRIPTA EX

VENERANDÆ VETVSTATIS CODICIBVS.



Missa pro multis causis celebratur. Prima, vt
sepe rogemus Deum. Secunda, vt sus-
cipiat Deus preces & oblationes.
Tertia pro offerentibus & defunctis.
Quarta, pro osculo pacis. Quinta, vt
sanctificata sit oblatio. Sexta, vt con-
firmetur per Spiritum sanctum oblatio corporis &
sanguinis Christi. Septima, vt canteretur Pater noster:
In qua oratione continentur Septem petitiones, id

Roma. 11.

sti corpus, maxime Christi crucem, hoc est, cruciatum, patientur. Senarius enim numerus, partibus suis computatus, primus perfectus est sine altero. Quinque ordines crucum, qui sunt ante sextum, quando cum oblata calix tangitur, quinque sunt seculi ætates, vsque ad Christi aduentum. Sextus verò ordo, sexta est ætas, à Christi aduentu vsque in sæculi finem.

Ioan. 19.

Quod autem diaconus calicem tenens exaltatū, coram pontifice ponit in altare, significat Ioseph, Christi corpus de cruce deponentem, & in monumento suo recondentem. Cæterum, quod corpus Christi in altari permanet, donec tres compleantur orationes. i. Præceptis moniti, & ipsa oratio Dominica, Pater noster, & Libera nos quæsumus Domine: significat corpus tribus diebus in sepulchro quiescisse. Post tres autem orationes, corpus Christi aufertur de altari, quod pro sepulchro in hac significatione accipitur, quia post tres dies corpus Christi de sepulchro surrexit. Quod autem acolytus tenet patenam in sindone paratam, Nicodemus conuenit, qui ferens mixturam myrrhæ & aloës, quasi libras centum, accepit cum Ioseph corpus Christi, & vnxit illud. Ideo autem paratam tenet acolytus patenam, vt quacunque hora, iuxta ordinem voluerit diaconus de altari Domini corpus offerre, parata habeat vasa. Quid est autem, quod subdiaconus corpus suscipiens Christi, à diacono, & ab angelo qui verba Christi annunciat, discipulis primum, i. presbyteris, defert ad frangendum, postea verò populo ad communicandum: nisi quod mulieres in subdiacono significata, ab angelis suscipientes resurrectionem Christi, discipulis detulerunt? Quod autem subdiaconus quiescit, dū oratio dominica canitur, significat mulieres, quæ sabbato siluerunt, Sabbatum autem septima dies est, sic & septem petitiones in oratione Dominica complentur. Quarum prima est, Pater noster qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum: In qua petimus sapientiam celestem. Secunda est. Adueniat regnum tuum: Vbi petimus intellectum credulitatis: quia per credulitatem venimus ad intellectum, qui in regno plenius dabitur futuro, quando non iam per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem videbimus & intelligemus. Tertia petitio est, Fiat voluntas tua, sicut in caelo & in terra: Tertiū quippe donum petimus, i. consilium: vt velut Dei prouidentia in celestibus omnia per consilium reguntur, ita nostræ mentes ab eius consilio in terra corporis degentes, mereantur dirigi. Quarta petitio est. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. In hac verò fortitudinem petimus, cui panis conuenit. Vnde canitur, Panis viuus qui de caelo descendit, cor hominis confirmat. Quinta est, Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. In hac verò post fortitudinem petimus scientiam. Merito huic petitioni scientia obuiat: Quia quisquis scientia perfruitur, scit quod iustitia puniat, & misericordia dimittat. Sexta est, Et ne nos inducas in tentationem: Sextum namque petimus donum, i. Pietatem: vt quando trahimur à nostra fragilitate vsque ad immundam cogitationem, ne nos dimittat diuina pietas induci vsq; ad peiorem voluntatem & pessimam operationem, siue à fug-

1. Cor. 13.

Ioan. 6. Psal. 103.

gestione vsque ad delectationem & consensum. Septima demum petitio est, Sed libera nos à malo: Quæ verò Dei timori congruit. Timeamus ergo, fratres dilectissimi, Dominum velut serui, & diligamus ceu filij patrem: non præsumentes eius voluntatem præterire, Et ipse liberabit nos à timore nocturno & ab omni malo, scilicet carnis delicto, vel diabolico incurfu, seu ab homine prauo. Panis autem cum cruce in vinum mittitur, dicente sacerdote, Pax Domini sit semper vobiscum, vt ostendatur, Christi animam ad eius corpus redeuntem, & pacificata esse non solum quæ in caelo sunt, sed etiam quæ in terra. Quare homines sibi inuicem osculum dant, quod est pacis signum vt ostendant, se coniunctos in corpore Christi, per quem pax facta est in caelo & in terra. Quare autē panis frangitur in patena: vt rememoretur panis viuus esse fractus nobis, qui de caelo descendit per vnitatem personæ. Agnus Dei quare cantatur: Vt oremus Christum nunquam desistere misereri nostri, qui nos miseratus est in passione. Denique orantes cantant post communionem cantores, vt ostendant Christum in populo eius corpore & sanguine corroborato, manere. Exhinc à sacerdote postulaturo populo æterna benedictio, quia Christus coram discipulis manducans & bibens, cum resurrexisset à mortuis, reliquias eis dedit, eleuatique manibus, ipsis benedixit. His enim discipulis data benedictio intelligitur perennis. Episcopus autem his ita gestis, ad propria redit: Quia Christus omnibus ex ordine completis, ad caelos ascendit. Tunc demum à Diacono dicitur: Ite missa est, id est, Ite cum pace in domos vestras, quia transmissa est pro vobis oratio ad Dominum. Et per angelos, qui nuncij dicuntur, allata est in diuinæ conspectu maiestatis. Respondens autem populus, Deo gratias, dicit: Quia Apostoli post ascensionem adorantes Iesum, regressi sunt in Hierusalem cum magno gaudio, & erant semper in templo, laudantes Deū & benedicentes Dominum.

D

In nostris exemplaribus, eorum loco quæ superius hoc signo *** notata sunt, legebantur sequentia.

Post cantatum autem angelicum hymnum, Subdiaconi post altare ante Episcopum vultu suam inclinato, donec corpus & sanguis Domini consecretur, & audiant, Nobis quoque Peccatoribus. Tunc eleuantes capita, pergunt parare vasa, à quibus corpus suscipientes sacramentum, teneant post Diaconos stantes, donec ex eo populus vita sumat confortationem æternæ, quia, vt dictum est, Subdiaconi Iesu notos significant, qui conspicientes à longè, sed perseverantes in passione, tam diu steterunt, quam diu Christi corpus sacramentum & passum sentirent. Inde quidam parare aromata perrexerunt, vt venientesingerent Iesum. Diaconi autem, vt certum est, Apostolos significant, qui quanquam ad tempus recessissent, vnde post episcopum stant, tamen supplices orant, quæ in septem Dominicis orationibus impleantur, quia post resurrectionem promissum patris expectauerunt, donec septem hebdomada, à pascha scilicet vsque ad Pentecosten, completerentur. Consecrato autem corpore & sanguine Domini, post diaconos Subdiaconi stant, quia Apostolorum doctrinam & exempla notj eius, qui in consecratione corporis in cruce perseverant, post conversionem secuti sunt. Cur Angelicus hymnus cantatur ante canticum speciale?

cidale: Quia moris scripturarum & sanctorum patrum est, primum gloriam laudare, deinde Deo referre, deinde orationibus insistere. Sex autem sunt crucium, &c.

Pro iis quæ superius notantur signo hoc, in exemplaribus nostris erant ea quæ subiecta sunt hic.

His ergo septem petitionibus septem diaconi conueniunt, Quare pares Diaconi altari non ministrant? Quia impar numerus diuidi non potest.

Deus enim diuisionem ecclesie non vult, sed vnitatem in diuinitate. Vnus enim Diaconus altari ministrat, quia discipulus vnus adolescens quidam, id est, Ioannes amictus sindone super nudo, cæteris fugientibus, sequebatur Christum. Tres autem ministrant: Quia Christus ascendens in montem ad transfigurandum, tres secum duxit, Petrum scilicet, Iacobum & Ioannem. Quinque sufficiunt, propter quinque quos secum Dominus duxit, quando resurrexit, ait puellam, tres præfatos & patrem & matrem puellæ. Septem demum obsequuntur, ob illos septem quibus Dominus post resurrectionem piscantibus se manifestauit.

Quot autem sunt Diaconi, tot debent esse subdiaconi, ne obsequio sacerdotis vice Christi fungentur, ministrorum numerus varietur. Acolythi ministri sunt luminis. Quod panis in vinum mittitur dicendo, Pax Domini sit semper vobiscum, ostendit animam Christi, pacificatis cunctis in caelo & in terra, ad eius corpus rediisse. Quæ verò postea celebrantur, i. osculatio significans pacem cum saluationibus, & laudes cleri populi que dicentis. Qui resurrexisti agnus Dei consecratus & viuificatus, qui tollis peccata mundi, mouens & resurgens in corpore tuo, miserere nobis, significat illa saluationis & pacis verba, quæ Christus fecit discipulis suis postquam resurrexit. Et fractio oblatarum, fractionem significat illam, quam Dominus in Emaus duobus fecit. Denique orantes, &c.

HIC INCIPIT, QUALITER QVÆDAM ORATIONES ET CRUCES in Te igitur, agenda sint.

TE igitur clementissime pater, vsque, habes & benedicas: hic signat oblationem & calicem tribus vicibus, non tamē sub vna cruce, sed separatim singulis singulas faciens cruces.

Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata, vsque, Memento Domine. Hic nomina viuorum memorentur, si volueris. Sed non Dominico die, nisi cæteris diebus.

Et omnium circumstantium, vsque, Cosmæ & Damiani: Si fuerit natalis sanctorū, hic dicat: Sed & natalitij illorum beatorum, aut beati illius: Et omnium sanctorum, vsque, per Christum Dominū nostrū. Hic inclinatur se vsque ad altare, dicens: Hanc igitur oblationem, vsque, iubeas grege numerari per Christum Dominum nostrum. Hic erigit se sursum. Oblatam solam hic benedicat: Quam oblationem tu Deus in omnibus, quæsumus, benedictam, ascriptam, ratam, rationabilemque facere digneris. Hic ambo signat, id est, oblatam & calicem.

Tom. 6.

cem, vsque, omnipotentem, tibi gratias agens, benedixit, fregit, dedit discipulis suis, dicens vsque, item tibi gratias agens, benedixit. Hic quatuor vicibus solam oblatam signat, in quinta vice super calicem solum Crucem faciens, hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, panem sanctum vitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ, vsque immaculatam hostiam: Hic inclinatur se iterum iuxta altare, ita dicens: Supplices te rogamus, omnipotens Deus. Hic orat apud se quod voluerit. Deinde dicat: Iube hæc perferri per manus vsque in conspectum. Hic se erigit, hæc verba dicens: vt quotquot ex hac altaris participatione, vsque, per Christum. Hæ orationes duæ dicuntur, vna super dypticos, altera post lectionem nominum, & hoc quotidianis vel in agendis tantummodo diebus: Memento etiam Domine & eorum nomina, qui nos præcesserunt cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis. Et recitantur nomina: Deinde postquam recitata fuerint, dicat, Ipsi Domine, & omnibus in Christo quiescentibus, locum refrigerij, lucis & pacis vt indulgeas, deprecamur, per Christū. Nobis quoque peccatoribus, vsque, Sed venia, quæsumus largitor admite, per Christum. Hic Archidiaconus erigens se veniet, & inuoluens calicem mappula, leuat illum * ante dominum Papā.

al. * cetera.

Per quem hæc omnia semper bona. Hic ambo signat, id est, oblatam & calicem tribus vicibus, singulis singulas faciens Cruces, Sanctificas, viuificas, benedicas, & præstas nobis. Hic leuat dominus Papa oblatas duas vsque ad oram calicis, & tangens eum de oblationibus, tenente illum Archidiacono, Per ipsum, & cum ipso, & in ipso est tibi Deo patri omnipotenti in vnitate Spiritus sancti honor & gloria. Tunc dicit in altum, Per omnia secula seculorum. Resp. Amen. Tunc reponit oblatas in altare, & dicit in altum, Oremus: deinde dicit, Præceptis salutaribus moniti, vsque, Sed libera nos à malo. Tunc dicit dominus Papa, interueniente nullo sono, hanc orationem: Libera nos quæsumus Domine, vsque, Petro & Paulo atque Andrea. Hic nominatim quos voluerit sanctos vel quantos, commemorat, deinde infert, cum omnibus sanctis da propitius pacem, vsque, per omnia secula seculorum, Resp. Amen. Deinde dicit, Pax Domini sit semper vobiscum. Resp. & cum spiritu tuo. Deinde dat pacem altari vel patenæ, & sic populus dat sibi pacem. Dum verò dominus Papa dicit, Pax Domini sit semper vobiscum, non mittit partem de sancta in calicem, sicut cæteris sacerdotibus mos est, dum confringunt. Interim verò dicitur Agnus Dei, & expleta contractione, quādo communicat dominus Apostolicus, partem sibi mordet, & reliquam in calicem mittit, faciens Crucem de ea tribus vicibus, nihil dicens: Et sic confirmatur de calice, tenente eum Archidiacono. Quādo verò dominus Apostolicus descendit ab altari, & incipit communicare populo, dicitur Antiphona ad communionem, & expleta Communionem & Antiphona, surgit dominus Papa: & veniens ad altare, salutatur, alius dicens, Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo. Deinde dicit orationem: Quod ore sumpsimus Domine, mente capiamus, & de munere temporalis fiat nobis remedium sempiternum, Per Dominum.

N iij

PASCHASII RATBERTI ABBATIS CORBEIENSIS VITA EX TRITEMII LIBRO DE SCRIPTORIBVS ECCLESIASTICIS.

Claruit tēporibus Caroli Cralli Imperatoris, Anno Domini. 880.

Paschasius Ratbertus Abbas Corbeiensis ordinis sancti Benedicti: vir in diuinis scripturis valde eruditus, & secularium literarum non ignarus, Græco & Latino nobiliter instructus eloquio, ingenio acutus, sermone compositus, Scripsit metro & prosa non pauca opuscula, De quibus ego tantum reperi subiecta:

- Ad Placidum Abbatem nostri ordinis, Opus in signo, De Sacramento altaris. Lib. I.
Quisquis cathol. &c. Lib. I.
Vitam sancti Adelhardi Episcopi, Lib. I. In Trenos Hieremie Prophetæ. Lib. I.
De Græco etiam nonnulla transtulit in Latinum, & alia multa composuit.

CARMEN DOMINI PASCHASII IN SVVM DE CORPORE ET SANGVINE DOMINI, LIBRVM.

L'egis adire sacra qui vis solemnia Mensæ, Almiscum Christi Corpus contingere vois, Deliciis vesci, roseam potare cruorem. Bacchica nostra velim, puero quæ misimus olim, Et niueos casto condas in pectore flores. Rustica forte animo sordent, si d mella meabunt. Hic tantum calamus Christi de fonte ministrat, Vnde strim possis flammâsq̄e extinguere mortis,

Si libeat dignè sectari iussa Tonantis, Libertas etenim fidei, nunquam abnegat ulli Eximios vitæ fructus, de cespite Carnis. Vita, salus, pax, lux, sapientia demique cunctis. Inde meat per eum, cæli sub cardine quadro. Tu quoque muneribus si dignus vixeris istis, Accipies palmam Regni, virtute beatus.

PASCHASII RATBERTI ABBATIS, CORBEIENSIS DE CORPORE ET SANGVINE DOMINI IN EVCHARISTIA, Liber ad Placidum Abbatem.

CAPVT I.



Vera fides nihil anxio de verbo Domini dubitat, August.

VISQVIS Catholicorum rectè Deum cuncta creasse de nihilo, corde credit ad iustitiam, & ore confitetur ad salutem: nunquam dubitare poterit ex aliquo aliquid rursus fieri posse, quasi contra naturam aliud, imò iure naturæ quod necdum erat. Nam natura omnium creaturarum non ex se est, neque ex sese creat rursus omnia quæ nascuntur naturalia rerum nascentia: sed voluntate Dei, omnium rerum natura condita est. Propterea si rectè quisque sapit, non naturam causam dicit esse rerum: sed omnium naturarum & ex natura sui generis, nascentium voluntatem Dei esse confitetur. Porro voluntas Dei tam efficax est & omnipotens, vt eius velle solum, fieri sit: ac per hoc, voluisse illum, fecisse est. Vnde nimirum omnium rerum & naturarum causa, sola voluntas Dei rectè creditur. Ideoque quotienslibet in seculo videtur quasi contra naturam aliquid euenire, quodammodo non contra naturam est, quia potissimum rerum natura creaturarum hoc habet eximium, vt à quo est, semper eius obtemperet iussis: vt sicut velle Dei eius profectò est esse, ita quoque quicquid eam rursus Dei virtus esse decreuerit, iure aut crescendo augeatur, aut nascendo, licet pro nostris offensis diminuat, aut mutando in a-

Aliud omnino quod non erat, prætermisso naturæ ordine conuertatur, rectissime confitemur. Hinc ergo pulchrè à quodam Poëtarum nostrorum dictum est,

Imperii natura tuis vitæque soluro, Transiit in aduersas, iussu dominante figuræ.

Quoniam extra potentiam Dei nihil est, idcirco omnia potest.

Neque enim sic condidit omnium artifex Deus, rerum naturas, vt suum velle ab eis auferret: quia omnium creaturarum substantia in eadem Dei voluntate subsistit & virtute: à qua causam habet non solum vt subsistat quicquid est, sed etiam vt sic sit sicut ipsa Dei voluntas decreuerit, quæ causa est omnium creaturarum. Alioquin nec subsisteret vlla creaturarum existentia, nisi in eius voluntate à quò totius eius esse manat. Et ideo natura creaturæ quotiens mutatur, aut augetur, vel subtrahitur, nõ ab illo esse diuertitur in quo est: quia sic est, & sic fit, vt ille decernit in quo est. Patet igitur quòd nihil extra vel contra Dei velle potest, sed cedunt illi omnino omnia. Et ideo nullus moueatur de hoc Corpore Christi & Sanguine, quòd in mysterio vera sit Caro, & verus sit Sanguis: dum sic ille voluit quia creauit.

Omnia enim quæcunque voluit Dominus fecit, in cælo & in terra. Et quia voluit, licet figura panis & vini hic sit, omnino nihil aliud quam Caro Christi & Sanguis post consecrationem credenda sunt,

sunt. Vnde ipsa Veritas ad discipulos. Hæc inquit, A Caro mea est, pro mundi vita. Et vt mirabilius loquar, non alia planè, quam quæ nata est de Maria, & passâ in Cruce, & resurrexit de sepulchro. Hæc inquam ipsa est, & ideo Christi Caro est, quæ pro mundi vita adhuc hodie offertur. Et cum dignè percipitur, vita vtiq̄e in nobis æterna reparatur. Quod si minus alicui, quod dicimus, credibile videtur: attendat vniuersa veteris ac noui Testamenti miracula, quæ cõtra naturæ ordinem ob fidei firmitatem à Deo gesta sunt: & videbit luce clarius, quòd Deo nihil impossibile sit, dum omnium esse, Dei voluntas est, & quicquid voluerit Deus, hoc B singula fiunt.

At verò si quis ista non credit, si vidisset Christum in Cruce in specie serui, quomodo Deum illum intelligeret, nisi per fidem prius credidisset: Ita & in hoc Corpore, vbi species alia mōstratur, quomodo Carnem Christi videat, nisi per fidem veracius credat? Cogitet ergo si mare rubrum olim habuit in natura diuidèdi se, vt populus per medium sicco vestigio transiret: aut si habuit omnis illa Ægyptiorum aqua ex se, licet per Moysen, vim conuertendi se in Sanguinem, &c. An in voluntate Dei fuit, vt impios permulceret ad fidem, & monstraret in specie coloris eius, quòd omnis eorum doctrina & morum aspersio versa esset in Sanguinem. Deinde in Euangelio, si aqua perhausta de fonte, habuit potentiam se demutandi in vini saporem. Et vt de innumeris pauca commemorem, Habuit ignis ille Babylonius, vbi tres pueri missi sunt, per naturam ne caleret: An in voluntate Dei fuit, vt fieret tanquam Spiritus rotis stãtis, vt refrigerium magis quam incendium præstaret sanctis? Cogitet ergo quisque, panes illi in eremo quinque aut septem si habuerunt substantialiter ex se, vt tor homines fatiarent, deinde tot sportas replerent, an in gratia fuit, quòd factum est, creatoris? Minuendo enim multiplicabantur.

Necnon & Maria virgo habuit, vt virgo pareret sine coitu Deum, an in virtute Dei: Et vt apertius dicam, caro nostra vel animalium, nunquid non terra: Imò terra, quia dictum est, Terra es, & in terram ibis. Quamuis ergo terra, vera caro est, licet corruptibilis: quæ si seruauerit iura legis & mandatorum Dei præcepta, vestietur adhuc immortalitate, per ista quæ exponimus, & quamuis caro, tamen incorruptibilis erit. Quæ velim diligenter attendas o homo, & per omnia quæcunque naturaliter videntur esse, vel quæ contra naturam facta leguntur ab initio creaturæ, enucleatius obsecro cõsidera, vtrum ex sese, in sua natura fiant singula: vel quæ demutantur in aliud quod non erãt, vtrum per ordinem sui iuris vt sint mirabilia, aut certè quod magis fatebere, & illa quæ sunt quasi naturalia & ista quæ quasi contra naturam veniunt, prorsus omnia in voluntate Dei esse, & in sapietia singula pro vtilitate rationabilium procreari. Et ideo causam omnium existentium, voluntatem Dei rectè fatemur. Nec immerito, quoniam voluisse eius, fecisse fuit. Vnde quotiescunque aliquid fit ex aliquo, virtute voluntatis fit: & in sapietia eius qualiter fiat, præparatur. Neque igitur voluntas sine virtute, neque virtus sine sapietia quippiam efficit. Quia ergo vo-

Ambros.

Ioan. 2.

Math. 14. Mar. 6. & 8. Luc. 9.

Genes. 3.

Sola ratio non fides miratur aliquid fieri contra naturam.

luntas Dei, virtus & sapientia est, ideo quicquid vult, ita fit vt vult, & in nullo fallitur: quia in sapientia sua omnia vult, imò ipsa sapientia, eius voluntas est: & propterea nihil mali, nihil quod non possit vult.

Vnde quia sic voluit, vt caro eius esset & Sanguis hoc mysterium, in nullo dubites, si Deum credis: sed vera fide habeas in animo, quòd hæc est caro illa quæ oblata est pro mundi vita. Quam qui dignè comederit, mortem non videbit in æternum. Nihil enim Christus Ecclesiæ suæ maius aliquid in mysterio reliquit, quam hoc, Baptismique Sacramentum, necnon & scripturas Sanctas: in quibus omnibus Spiritus Sanctus, qui pignus totius Ecclesiæ est, interius mystica salutis nostræ ad immortalitatem operatur. Sed in his denique nihil incredulis mirabile: credentibus verò nihil melius, nihil mirabilius, nihilque locupletius in hoc seculo præbetur. Nõ vt mirabilia visui pateant oculorum, sed in fide & intellectu diuinis redoleant mysteriis, & in eis æternitas mortalibus, & participatio Christi in vnitate corporis concedatur. Hac igitur de causa, longè ab omnibus quæ facta sunt à seculo miraculis, distat hoc mysterium: quia illa omnia ideo facta sunt vt hoc vnum credatur, quòd Christus est veritas, veritas autem Deus est. Et si Deus veritas est, quicquid Christus promisit in hoc mysterio, vtiq̄e verum est: & ideo vera est Christi caro & Sanguis, quam qui māducat dignè, habet vitam æternam in se manentem. Sed visu corporeo & gustu propterea non demutantur, quatenus fides exerceatur ad iustitiam: & ob meritum fidei, merces iustitiæ consequatur. Alia nanque Christi miracula, hoc vnum passionis confirmat Sacramentum. Et ideo non ob miraculum ista mutantur exterius in speciem, sed interius, vt fides comprobetur in Spiritu: verissimè confitemur, vt quia iustus ex fide viuuit, habeat iustitiam fidei in mysterio, & per fidem vitam in se suscipiat manentem, qua securior adhuc mortalis, immortalitate partus, quanto citius ad immortalia festinet, vbi non pedibus, sed fide cum bonis operibus peruenitur: Constat igitur modis omnibus, quòd sicut in Paradiso lignum vitæ fuit, ex quo iugis subsisteret status hominis si mandata Dei seruasset & immortalitas: ita prouisum est in Ecclesiâ hoc mysterium salutis, nõ quòd eidem ligno hoc esset in natura, sed re visibili, virtus inuisibilis intrinsecus operabatur. Ita siquidem & in isto communionis Sacramento visibili, diuina virtus ad immortalitatem sua inuisibili potentia, quasi ex fructu ligni paradisi, nos & gustu sapientia sustentat & virtute: quatenus per hoc immortales in Anima, quamdiu ex hoc dignè sumimus, demum in melius transpositi, ad immortalia feramur. Ad hoc ergo Verbum caro factum est & habitauit in nobis: vt per Deum Verbum, carnem factam, caro proficeret in Deum Verbum: Quæ nimirum caro Verbi, fit esca in hoc mysterio cibique fidelium, dum verè creditur esse Caro pro mundi vita, neque aliud aliquid quam Caro Corporis Christi, ex qua Christus manet in nobis: vt & nos per eam transformemur in illo, qui nihil aliud factus est quam Deus Caro dignatione sua vt habitaret in nobis. Si ergo habitat in nobis, & nos mem-

Ambros.

Pignus Ecclesiæ Spiritus Sanctus.

Vis huius Sacramenti.

Elegans collatio.

Ioan. 1. Hilarius.

Ratio in re Sacramenti caeca.

bra Corporis eius manemus in illo iustum est, quia A in illo sumus, ut ex eo viuamus, & ideo Carne verbi pascimur, & potamur Sanguine. Hæc est, inquam, firmitas fidei nostræ, hæc vnitas & vitæ cōmunicatio. Vbi si naturæ ordo requiritur, succumbit ratio, & tamen manet extra humanam rationem facti veritas, ita ut in ratione fidei, vis deitatis & potestas efficax modis omnibus credatur: quia dubietas mentis, licet bonæ vitæ sit, qui accipit, excludit ne ad huius Sacramenti intelligentiam pertingat.

Quod hoc mysterium Christi, nullus fidelium debeat ignorare. CAP. 2.

Preciositas Sacramenti.

Sacramentum itaque Dominici Corporis & Sanguinis, quod quotidie in Ecclesia celebratur, nemo fidelium ignorare debet, nemo nescire quid ad fidem, quidve ad scientiam in eo pertineat: quia nec fides in mysterio sine scientia rectè defenditur, nec scientia sine fide, quæ quia necdum capit, quandoque ut percipiat, enutritur. Ac per hoc tanti Sacramenti virtus inuestiganda est, & disciplina Christi fides erudienda: ne forte ob hoc censeamur indigni, si non satis discernimus illud, nec intelligimus, mysticum Christi Corpus & Sanguis, quanta polleat dignitate, quantaque præmineat virtute: & discernatur à corporeo gustu, ut sit præstantius omni sacrificio veteris Testamenti. Hoc sanè si quis ignorat, non discernit: & idèò timendū, ne per ignorantiam, quod nobis prouisum est ad medelam, fiat accipientibus in ruinam.

Leuit. 22.

Vnde Dominus in Leuitico, Qui comederit de sanctificatis, per ignorantiam, inquit, addet quintam partem cum eo quod comedit, & dabit Sacerdoti in sanctuario, nec contaminabunt sanctificata filiorum Israël quæ offeruntur Domino, ne forte sustineant iniquitatem delicti sui, cum sanctificata comederint. Et addidit: Ego Dominus qui sanctifico eos. Ac deinde, Sancta sanctorum sunt. Vbi profecto mysterium Corporis Christi & Sanguinis designatur, ex quo non habet potestatem edendi, non solum omnis alienigena, inquilinus, & mercenarius: verum nec qui per ignorantiam tanti mysterij obsecatur. Per ignorantiam autem illud recipit: qui virtutem eius & dignitatem, arque circumstantiam ipsius Sacramenti penitus ignorat, qui nescit verè, quod Corpus & Sanguis sit Domini secundum veritatem, licet in Sacramento accipiatur per fidem. Hic quidem mysterium accipit, sed nescit mysterij virtutem. Vnde Salomon, imò per eum Spiritus diuinus iubet, Cum sederis ad mensam potentis, ut comedas cum principe, diligenter adtende quæ apponuntur coram te, quoniam talia te oportet præparare: id est, mortificationem Christi in Corpore circumferendo quotidie prædicare. Diligenter ergo intelligere, & spiritalia Sacramenta palato mentis & gustu fidei dignè percipere, quasi legaliter, quintam partem ad ea quæ prius per ignorantiam comederat, superaddere est: dum diuina intelligibiliter interior homo noster per Christi gratiam excipit, & per ea virtute fidei Christo concorporatur. Alioqui quomodo lex iuberet ad ea quæ comederat aliquis per igno-

Sola fides discernit naturam huius Sacramenti.

Eccles. 31.

rantiam, quintam superaddere partem: cum iam non superessent, quibus ulterius addi quippiam posset? Non enim superadditur illi rei quæ iam non est, sed ei vtrique quæ hæcenus est. Vnde bene Septuaginta, super ipsum addi quintam partem iubent. Quinta igitur pars illius tunc rectè à nobis superadditur ei quod prius per ignorantiam accipiebatur, si quinque sensus corporis intus ad intelligibilia spiritalia conuertantur. Quia si rectè sapimus vel rectè percipimus, diuinus Spiritus qui in nobis est, etiam & per eandem gratiam ampliatur, eosdemque sensus nostros ad ea percipienda instruit & componit: ita sanè, ut non solum gustum interius ad mystica perducatur, verum & visum atque auditum, necnon odoratum & tactum, ita quodammodo illustrat, ut nihil in eis nisi diuina sentiantur, nihilque nisi cælestia. Terribile satis est quod communicatur. Vnde quam bene dicitur, Addat quintam eius partem super eum, vel sicut alij codices habent, cum eo: & dabit Sacerdoti, qui aduertat omnem sanctificationem mystici sacrificij, & efficaciam, quomodo sensibilis res intelligibiliter virtute Dei per verbum Christi, in Carnem ipsius ac Sanguinem diuinitus transferatur, vel qualiter per hoc communicantes ad spiritalia nutriuntur: siquidem Christo qui verus & summus Sacerdos est, catholicis totum tribuere oportet, totumque eius virtuti atque ipsius potentie designari, nempe quia ipse liberat ab omni ignorantia, & remouet nos à carnalibus huius vitæ illecebris. Neque itaque sinit terrenum aliquid aut vile ibidem suspicari, sed mystica & spiritalia in his sapere, ita ut nostri corporis sensus ad ea interius sanctificandi auidius trāsferantur: si quo modo dicere possit præeminetior pars hominis, Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Rectè igitur in Deum viuum totus homo exultat: quia licet ab omnibus Christi caro & Sanguis quotidie comedatur, ipse tamen Agnus viuus & integer permanet. Non enim moritur, mors ei ultra non dominabitur, sed tamen in mysterio quotidie veraciter immolatur in ablutionem delictorum comeditur. Vnde illico in eadem legis sententia inferitur: Ego Dominus qui sanctifico eos. Sanctificat autem eos qui per hæc competet ad Deum sanctificantem tendunt, & cum deuotione, modo quo oportet ea percipiunt: quia sanctificationis causa, & non contaminationis, renatis in Christo ista proposuit. Alioquin portabit iniquitatem delicti sui, ut Lex ait, qui sanctificata contaminari comedens per ignorantiam, vel indignè appetens ea ex contemptu. Hinc ergo erudiri oportet eos, qui percipiunt vitæ Sacramenta: ne forte si quis per desidiā salutaria ignorat fidei rudimenta, & ipse à Domino penitus ignoretur.

Septuaginta interpretes.

Huius Sacramenti gustu, totus emendatur homo.

Psal. quomodo Christi corpus manducetur, & non absumatur Rom. 6.

Immolatus.

Quid sint Sacramenta, vel quare dicantur. CAP. 3.

Sacramentum igitur est, quicquid in aliqua celebratione diuina nobis quasi pignus salutis traditur, cum res gesta visibilis, longè aliud inuisibile intus operatur, quod sanctè accipiendum sit. Vnde & Sacramenta dicuntur, aut à secreto, eo quod in re visi-

Sacramentum quid.

Vnde dicantur Sacramenta.

1. Cor. 5.

Tota Deum mouet.

1. Tim. 3.

Rom. 8.

re visibili, Diuinitas intus aliquid ultra secretius efficit per speciem corporalem: aut à Consecratione sanctificationis, quia Spiritus sanctus manens in corpore Christi, latenter hæc omnia Sacramentorum mystica, sub tegumento visibilium pro salute fidelium operatur. Magis igitur vis diuina ex hoc mentes credentium ad inuisibilia instruit, quam si visibiliter ea monstraret, quæ interius præstat ad effectum salutis: Per fidem enim ambulamus, & non per speciem. Sunt autem Sacramenta Christi in Ecclesia, Baptismus & Christina, Corpus quoque Domini & Sanguis: Quæ ob hoc Sacramenta vocantur, quia sub eorum specie visibili qua videntur secretius, virtute diuina caro consecratur, ut hoc sint interius in veritate, quod exterius creduntur virtute fidei. Est & Sacramentum iuris, in quo post electionem partium iurat vnusquisque quod suo pacto decreuerit. Vnde & Sacramentum dicitur, quod secretis fides inuisibilis, per Consecrationem inuocationis Dei, vel alicuius sacri teneatur, ex eo quod foris visu vel auditu vox iurantis sentitur. Fit ergo & Christi natiuitas, atque omnis illa humanitatis dispensatio, magnum quoddam Sacramentum: quia in homine visibili diuina maiestas intus ob consecrationem nostram, ea quæ fiebant, secretius potestate sua inuisibiliter operatur, Vnde mysterium vel Sacramentum, quod Deus homo factus est, iure dicitur. Sed mysterium Græcum est, eo quod secretam & reconditam in se habeat dispositionem. Est autem & Sacramentum in scripturis diuinis vbique quod sacer spiritus in eisdem interius aliquid efficaciter loquedo operatur. Sed Sacramento scripturarum erudiendo diuinitus introrsus pascimur, & pascendo ad operationem & disciplinam Christi erudimur. Sacramentum verò natiuitatis & humanitatis eius & nos redimimur ad veniam, & scripturæ aperiantur ad intelligentiam & via per eum nobis monstratur, & potestas largitur, ut in adoptionem filiorum ex seruitute transeamus. Porro Baptismi Sacramento intrandi ad eandem adoptionem ostium credentibus panditur: ut deinceps in membris Christi per eandem renascantur liberati à malo, vnum corpus efficiamur. In quo nimirum Baptismo, & deinceps Spiritus Sanctus in animam renascentis diffunditur, ut vniuersa Christi Ecclesia, vno Spiritu percepto viuificetur, & vnum corpus efficiatur, quia sicut omnia corporis nostri membra, vna viuificantur & reguntur anima, ut ex compage membrorum vnum corpus fiat: ita totius Ecclesiæ membra, vno sancto reguntur & viuificantur Spiritu, uti vnum corpus Christi efficiant, quia si quis Spiritum Christi non habet, hic non est eius.

minis membra, licet concepta sint ex delicto. Quæ de re fit non dubium nobis argumentū quod Deus scrutator omnium & præstabilis, semper proficuā dispense gratiam, ne quod disposuit immutetur. Si inter paterna interdum supra, & materni criminis flagitia, ex libidine facta viuificat membra hominis, quanto magis vbique præfens Spiritus sanctus, quia replet orbem terrarum, offert, ut omnibus per fidem renascentibus se promptus ingerat, quatenus per eum membra Christi vnum sentiant, & ex omnibus vnum fiat corpus: Cæterum Sacramento corporis & Sanguinis tantundem pascimur in via & potamur, ut ex eo nutriti, vni efficiamur. Quo nimirum vegetari gustu, ad immortalia & æterna præparemur: quatenus spiritaliter iam Angelica gratia saginati, in eo viuificemur. Operatur autem nobis in his omnibus Sacramentis Spiritus diuinus. Siquidem in scripturis sanctis corda nostra illustrat, quia neque qui plantat, neque qui rigat est aliquid, sed qui incrementū dat, Deus. Hinc sanè Ezechiel ait, Quia Spiritus vitæ orat in rotis. Et Ioannes, Qui habet, inquit, aures audiendi, audiatur, quid Spiritus dicat Ecclesiis. Cæterū in Christo idem cooperabatur Spiritus, quia conceptus creditur de ipso & Maria virgine. Simili quoque modo & in Baptismo per aquam ex illo omnes regeneramur, deinde virtute ipsius Christi corpore quotidie pascimur, & potamur Sanguine. Vnde nec nimirum, si Spiritus Sanctus, qui hominem Christum in vtero virginis sine semine creauit, etiā ipse panis ac vini substantiam, carnem Christi & Sanguinem inuisibili quotidie potentia, per Sacramenti sui sanctificationem operatur, quamuis nec visu exterius, nec gustu saporis comprehendatur, Sed quia spiritalia sunt, fide & intellectu pro certo sicut Veritas prædixit, plenissimè sumuntur.

1. Cor. 3.

Ezech. 3. Apoc. 2.

Vtrum sub figura, an in veritate hoc mysterium vera caro & verus Sanguis Christi fiat. CAP. IIII.

Quod in veritate Corpus & Sanguis fiat consecratione mysterij: nemo, qui verbis diuinis credit, dubitat. Vnde veritas ait, caro enim mea verè est cibus, & Sanguis meus verè est potus. Et ut discipulis non rectè intelligentibus claresceret, de qua dicebat carne, vel de quo Sanguine, manifestans insinuat: Qui manducat meam carnem, inquit, & bibit meum Sanguinem: in me manet, & ego in illo. Ergo si verè est cibus, & vera caro: & si verè est potus, vtrique & verus Sanguis. Alioquin quomodo verum erit quod dicit, Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita, nisi vera sit caro? Vtrique & panis qui de cælo descendit, verus panis. Sed quia Christum vorari fas dentibus non est, voluit in mysterio hunc panem & vinum verè carnem suam & Sanguinem consecratione Spiritus sancti potentialiter creari: creando verò quotidie pro mundi vita mysticè immolari, ut sicut de Virgine per Spiritum vera caro sine coitu creatur: ita per eundem ex substantia panis ac vini mysticè idem Christi corpus & Sanguis consecratur. De qua videlicet carne ac Sanguine, Amen, amen, inquit, dico vobis, nisi manducaueritis Carnem filij

Verum in hoc Sacramento esse corpus, vera fides non habet Augustin.

Caute lege

Quod hoc mysterium & veritas & figura dicitur.

† Immolatus Agnum.

Hebr. r.

Hebr. r.

hominis, & biberitis eius Sanguinem, non habebitis vitam eternam in vobis. Vbi profectò non aliam, quam veram Carnem dicit, & verum Sanguinem, licet mysticè. Vnde quia mysticum est Sacramentum, nec figuram illud negare possumus. Sed si figura est, quærendum quomodo veritas esse possit: Omnis enim figura alicuius rei figura est, & semper ad eam refertur, vt sit res vera, cuius figura est. Nam figuras veteris testamenti umbras fuisse, nemo qui sacras litteras legit, ambigit. Hoc verò mysterium aut veritas est, aut figura, ac per hoc umbra est, aut certè quærendum est hoc totum, vtrum veritas dici queat, sine falsitatis umbra, quamuis mysterium huiuscemodi res appellari debeat. Sed figura esse videtur, dum frangitur, dum in specie visibili aliud intelligitur, quam quod visu carnis & gustu sentitur, dumque Sanguis in Calice simul cum aqua misceatur. Porro illud fidei Sacramentum, iurè veritas appellatur. Veritas ergo corpus Christi & Sanguis virtute Spiritus in verbo ipsius ex panis vini que substantia efficitur: Figura verò, dum sacerdos quasi aliud exterius gerens, ob recordationem sacræ passionis ad aram venit, & quod semel gestum est, quotidie † immolatur agnus.

Sed si veraciter inspicimus, iurè simul veritas & figura dicitur: vt sit figura vel character veritatis quod exterius sentitur: veritas verò quicquid de hoc mysterio interius rectè intelligitur aut creditur. Non enim omnis figura, umbra vel falsitas. Vnde Paulus de vnico Dei filio ad Hebræos loquens ait, Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansque omnia verbo virtutis suæ purgationem peccatorum faciès. Quibus profectò verbis, duas in Christo substantias declarat, & verasque veras. Nam cum dicit, Qui cū sit splendor gloriæ, diuinitatis consubstantialitatem prædicat: Cùm verò figura vel character substantiæ eius humanitatis designat naturam, vbi corporaliter plenitudo inhabitat diuinitatis: & tamè in vtroque vnus & verus Christus Deus, Catholicè commendatur. Vnde vnam rem sumit ad demonstratiõnem duarum substantiarum, quam, figuram substantiæ & characterem nominauit. Quia sicut per characteres vel figuras litterarum, infantia nostra prius gradatim pertingit ad lectiõnem, deinde ad spirituales scripturarum sensus & intelligentiam: sic ex humanitate Christi, ad diuinitatè patris pertinetur, & ideo iure figura vel character substantiæ illius vocatur. Quid enim aliud sunt figuræ litterarum, quam characteres earundem, vt per eas vis & potestas ac spiritus prolatio oculis demonstraretur? Sic itaque formatur Verbum caro, vt per carnem nostra infantia ad diuinitatis intelligentiam nutriatur. Veruntamen neque characteres litterarum, falsitas, neque aliud quam litterarum: neque Christus homo, falsitas dici potest, neque aliud quam Deus, licet figura, vel character substantiæ diuinitatis iure dicatur, quia nostram infantiam per se ad spiritualia interius intelligenda prouehit, & sensibus nostris, vt ea quæ in illo sunt capiamus, visibilem se ostendit. Sed quia illum secundum carnem cælos oportuit penetrare, vt per fidem illuc in illo renati, confidentius sequi appetent: reliquit nobis hoc

† Sacramentum visibilem figuram & characterem carnis & sanguinis, vt per hæc mens nostra & caro nostra ad inuisibilia & spiritualia capellenda, per fidem vberius nutriatur. Est autem figura vel character hoc quod exterius sentitur, sed totum veritas & nulla adumbratio, quod intrinsecus percipitur: ac per hoc nihil aliud hinc inde quam veritas & Sacramentum ipsius carnis aperitur. Vera vti que caro Christi, quæ erucifixæ est, & sepulta, † vere illius carnis Sacramentum, quod per Sacerdotem super altare in verbo Christi per Spiritum sanctum diuinitus consecratur. Vnde ipse Dominus clamat, Hoc est corpus meum. Et ne mireris, ò homo, neque requiras naturæ ordinem. Si carnem illam verè credis de Maria virgine in vero sine semine, potestate Spiritus sancti creatam, vt Verbum caro fieret: vere crede, & hoc quod conficitur in verbo Christi per Spiritum sanctum, Corpus ipsius esse ex Virgine. Vbi si rationem quæris, quis explicare poterit, aut verbis comprehendere? Imò scias quæso, quia ratio in virtute Christi est, scientia in fide, causa in potestate, effectus verò in voluntate: quod potentia diuinitatis contra naturam, vltra nostræ rationis capacitatem efficaciter operatur. Idcirco habeatur scientia in doctrina salutaris, teneatur fides in mysterio veritatis: quoniam in his omnibus per fidem ambulamus, & non per speciem.

Quid intersit inter immolationes veterum figuræque legalium, & inter Sacramentum dominici corporis & Sanguinis.
C A P. 5.

† Immolationem illam Agni figuram fuisse passionis Christi & nostræ Communionis, rectè nullus fidelium ignorat. Sed quatum sit inter illud & hoc Sacramentum, seu inter cibum qui de cælo descendit, necnon & aquam quæ de petra fluxit, atque inter illud spirituale ac diuinum commercium, quærendum arbitror, præsertim cum beatus Apostolus clamat, quod omnes Patres nostri eandem escam spirituales manducauerunt, & omnes eundem potum spirituales biberunt. Vbi si eandem perceperant escam, & eundem potum, quid necessè fuit immutari quod ipsum erat: aut dari quasi aliud, si nihil amplius est? Ex quo fatendum, sic eandem fuisse, quam nunc percipimus, escam eundemque potum sicut eandem fuisse petram de qua manarunt aquæ, vbi Christus, Apostolo teste, prædicatur. Eadem quippe fuit esca, quia manna spiritualiter percipientibus, typus fuit escæ corporis Christi & aqua illa quæ de petra fluxerat, potus & figura Sanguinis. Siquidem in præfiguratione idem, sed non idem in adimplentiõne veritatis: quia quod tunc adumbrabatur in designatione futurorù, imago veritatis, & umbra corporis atque exemplaria erant, nunc autem mysterium impletæ veritatis & facta est Eucharistia ex resurrectione caro Christi, quæ per agnum, vel per eandem è cælis escam figurabatur credentibus ad futura. De hoc verò pane, Dauid cecinit in prouerbis, Panem angelorum manducauit homo. Alioquin esca illa, licet de cælo venerit, & potus, quia corporeus erat, Angelis

† al. Sacramentum visibile figuram, &c.

† al. verum

Matth. 26. Ambros. 4.

Ioan. 1.

Ratio nunquam penetrat ad sensum huius Sacramenti.

2. Cor. 5.

Exod. 17.

Num. 20. 1. Cor. 10.

Patres quoque hoc Sacramento pastos, atque nos.

Nota de typo manar.

psalm. 77

Sacrificiū legale, huius Sacramenti ty- lus.

Patres quidem sub figura corporis Christi estant: nos vero re vera ipso corpore & Sanguine Christi cibamur. Ioan. 6.

† al. spirituale. Ioan. 6.

patres quomodo hoc Sacramentum communicarunt. Petra erat simul figura & res ipsa figurata.

Augustin.

gelis non congruebat, sed ille vti que panis & potus qui per hæc præfigurabatur. Christus ergo cibus est Angelorum, & Sacramentum hoc, verè caro ipsius & Sanguis, quam spiritualiter manducat & bibit homo: ac per hoc vnde viuunt Angeli, viuunt & homo, quia totum spirituale est & diuinum in eo quod percipit homo. Patet igitur quod & agnus ille legalis & manna, & omnia huiusmodi, quæ figuram gesserunt carnis ac sanguinis Christi quod passus semel in Pascha, & quotidie super altare, manè ac vespere immolatur, non nisi figuram istius habuerit mysterij: & si qua in his virtus sacrædi lamit, totum ex ista gratia fidei qua fruimur, præfulsit. Quam profectò illi per hæc quali promissam suspirantes participabantur tantidem per fidem, & de figuris Sacramentum veritatis intelligebant. Nos verò longè hanc Patribus gratiam repromissam iam suscepimus, & susceptam veneramur: venerantes autem ex ipsa paschimur & potamur: Non figuris quidem legalium ænigmatum adumbratam, sed his defectis & euacuatis, sola Veritate fruimur, & veram carnem Christi, & Sanguinem in mysterio sumimus. Vnde Saluator, caro, inquit, mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus: hæc qui manducat carnem, & hunc qui bibit sanguinem, habet vitam eternam. Ceterum, Dominus ad Iudæos, Patres vestri, inquit, manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Nunquid & nos qui ista comedimus, temporaliter non moriemur sicut & illi? Moriemur sanè, sed non sicut illi in anima, quia illi carnalia manducantes, mortui sunt in æternum. Nos autem dum nihil carnale in eo sapimus, imò † spirituales totum spiritualiter intelligentes, in Christo manemus. Idcirco de his qui rectè percipiunt, clamat ipse: Qui manducat hunc panem, viuunt in æternum. Non enim à nobis propter hanc vitam, ne moriamur temporaliter, sed propter æternam, caro Christi & sanguis sumitur spiritualiter. Ad quam nimirum vitam, nec illi sunt ingressi, qui prius dignè in figura ista percipiebant: donec veniret gratia nobis & illis pariter repromissa. Vnde patet quia multum interest, quamuis eadem esca, idemque potus ab Apostolo prædicetur, quia idem nec dum in re, sed in spe ac figura vbi promissio veritatis inerat. De qua spiritualis intelligentia atque fidei Sacramenta illis licet futura impertiebantur, ita vt nec illis deesset in Spiritu, quod iam spe potarent, nec nobis quod de ipsis recolendo ad fidei firmitatem & vitam percipiendam, copiosius proficiat. Nos tamen & illos spiritualis perceptio viuificat: quia bibebant illi de spiritali consequente eos petra significans quod Christus post eos venturus esset. Bibimus quoque & nos spiritualiter, ac comedimus spirituales Christi carnem in qua vita æterna esse creditur. Alioquin sapere secundum carnem, mors est: & tamen veram Christi carnem spiritualiter percipere, vita æterna est.

Qualiter nos in Christo & Christus in nobis maneat: & quid sit ad vitam percipere Corpus Christi.
C A P. 6.

Hoc sanè Christus exponit, Qui manducat, inquit, meam carnem, & bibit meum sangui-

nem: in me manet & ego in illo. Hoc est ergo manducare illius Carnem & Sanguinem bibere: si in Christo maneat, & Christus in illo qui percipit dignè, manere possit. Ille igitur in Christo manet, qui renatus ex aqua & Spiritu, nullo mortali crimine reus tenetur. Et Christus in eo vti que qui aperuit illi ianuam fidei in Spiritu sancto consecratus, & membrum est in eius corpore, & templum Spiritus sancti, quia si quis Spiritum Christi non habet, hic non est eius. Qui autem eius non est, verè nec in illo, nec in corpore eius esse potest: & qui non manet, neque vita Spiritus viuunt in corpore, in illo vti que nec Christus est, neque in Christo potest esse, quia omnino Christus vita est: hic autem mortali crimine reus, à vita longe alienatur. Hinc quoque est quod ait, Qui manducat meam Carnem, & bibit meum Sanguinem, in me manet, & ego in illo. Alioquin nisi prius in me maneat, & ego in illo: Carnem meam manducare non potest, neque Sanguinem bibere. Et quid est quod manducant homines? Ecce omnes indifferenter quam sæpe Sacramenta altaris percipiunt? Percipiunt planè: sed alius Carnem Christi spiritualiter manducat & Sanguinem bibit: alius verò, non quamuis buccellam de manu Sacerdotis videatur percipere. Et quid accipit cum vna sit consecratio, si corpus & Sanguinem Christi non accipit? Verè, quia reus accipit indigne, sicut Apostolus Paulus ait, iudicium sibi manducat & bibit non probans se prius, nec diiudicans Corpus Domini. Ecce quid manducat peccator & quid bibit. Non vti que sibi carnem vtiliter & Sanguinem: sed iudicium, licet videatur cum ceteris Sacramentum altaris percipere. Et quare? Quia non se probat, nec diiudicat Corpus Domini. Cogitat enim infidelis, quod digna & Sancta indignus possit accipere, non aliud quidem attendens nisi quod videt, neque intelligens: nisi quod ore sentitur. Nequaquam igitur credit aut intelligit, quale vel quatum iudicium sumit. Nempe quia simul omnes ex vno edero visibiliter tenent, nec si aliqua sit vltra virtus in eo satis ex hie sapit. Propter quod illi virtus Sacramenti subtrahitur, & in eodem ob præsumptionem iudicium reatus duplicatur. Vnde Apost. Prober se homo prius, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Quibus duobus seruatis videat vtrum dignè accipere possit: videlicet, vt diiudicet corpus Domini, quid est, quantumve Sacramentum, qualisque virtus Sacramenti, quia diuinum ac spirituale est. Deinde semetipsum prober, vtrum ipse in corpore Christi, vel si Christus in eo maneat. Alioquin nisi & illud spiritualiter iudicet, & semetipsum ad percipiendum idoneum probet iudicium sibi manducat, quia bono male vtitur: vnde non illud ad vitam, sed in eo iudicium ad pœnam sumit.

Quod tribus modis Corpus Christi appellatur.
C A P. 7.

Tribus sanè modis in Scripturis sacris, Corpus Christi appellatur: profectò quia generalis Ecclesia, corpus eius est vbi Christus caput, & omnes electi membra dicuntur, Ex quibus vnum colligitur quotidie corpus in vitam perf-

Quomodo homo maneat in Christo.

Rom. 8.

Ioan. 6.

Accedentes indigne hoc Sacramentum, mortè non vitam sibi manducant. 1. Cor. 11.

Sumptiui eucharistie Sacramentum, quomodo probare se debeant.

1. Cor. 11.

Eccle. 11.

Hoc Sacramēto coalescere Christi & Ecclesia in vnum corpus

Sacramenti huius fructus.

4. Reg. 17. Lignū vite.

Nota de immortalitate Spiritus.

atum, & mensuram plenitudinis Christi. Corpus autem Christi, sponsa videlicet Dei, Ecclesia iure dicitur: iuxta illud quod Apostolus ait: Et erunt duo in carne vna. Hoc, inquit, Sacramentum magnum est in Christo & in Ecclesia. Quod si Christus & Ecclesia in carne vna sunt: utique vnum Corpus, vbi sponus caput, singuli autem electi, alter alterius membra. Ex quibus videlicet quisquis tollit membrum Christi & facit membrum meretricis, aut certe per quodlibet graue delictum, membrum diaboli: hic profecto iam non est in corpore Christi, quia factus est alterius membrum. Idcirco ei iure non licet edere de hoc mystico corpore Christi. Quod sanè corpus, vt vera caro Christi sit, pro mundi vita quotidie per Spiritum sanctum consecratur, ex qua non habent potestatem edere, qui ex aduerso sunt. Vescuntur autem ea condignè, qui sunt in corpore illius, vt solum corpus Christi, dum est in via, ipsius carne reficiatur, & discat nihil aliud escire, quàm Christum, nihil sitire, nisi Christum, nihil aliud sapere quàm Christum, non aliunde viuere non aliud esse, quàm corpus Christi. Cæterum illud corpus quod natum est de Maria Virgine, in quod illud transfertur, quod pendit in cruce, sepultum est in sepulchro, resurrexit à mortuis, penetrauit coelos, & nunc Pontifex factus in æternum, quotidie interpellat pro nobis. Ad quem, si rectè communicamus, mentem dirigimus, vt ex ipso, & ab ipso nos corpus eius, carnem ipsius, illo manente integro sumamus. Quæ nimirum caro ipsa est, & fructus ipsius carnis, vt idem semper maneat, & vniuersos qui sunt in corpore pascat.

Si enim hydria farinæ vel Iechytus olei, seu panes secundo crescunt, & non minuuntur dum faciant, quid putas caro Christi? Arbor quidem ligni vitæ, Christus nunc in Ecclesia est, cuius imago in paradiso arbor illa fuit. Idcirco scire conuenit, quod veritas hinc completur quam prius figura præmisit. Nam si homini ex illa semper, Dei seruatis mandatis, edere licuisset: nunquam mori potuisset. Sic itaque ex hoc ligno corporis quicumque spiritualiter comedunt, si mandata obseruauerint: nunquam in Spiritu mortales erunt. Alioquin præcidenti sunt vt melius reinferantur. Vnde & lignum vitæ iure dicitur: quia sicut illud immortalitatem corporis sumptum præstitisset, ita istud, imò solidius vitam præstat, cum obseruatione mandatorum Dei æternam. De quo in laude sapientie. Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam. Et in Apocalypsi Ioannes: Qui vicerit dabo ei edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei: quia profecto non aliis largitur, etiam in mysterio, quam viuentibus. Sed quoniam de tribus vocabulis corporis Christi diximus: restat etiam intelligere scripturas sanctas, doctrinamque Christi quam sæpe typice corpus Christi interpretari debere, vt vnum corpus ex omnibus perficiatur, quia hæc sunt dotalia, hæc mystica vt Christus & Ecclesia vnū corpus solidius confirmetur. Alioquin quomodo auderet Apostolus asserere Christi Ecclesiam de carne & de ossibus eius constare? Vtique hoc Sacramentum velint nolint inimici, magnum est in Christo & in Ecclesia, quod erunt duo in car-

ne vna. Et si vna caro Christus & Ecclesia: iam vnitas naturæ amborum plenius commendatur. Quapropter illo integro Agni carnes, nostra vt tollat peccata, mundi accipiamus: quatenus per hoc Christus in nobis maneat, & nos in ipso renati, vnum efficiamur.

Quod in hac communionem, aut iudicium, aut præmium percipiatur.

C A P. 8.

Nihil in præsentiarum periculosius, quam latenter peccare, & à Christi corpore coram interni iudicis oculis decidere. Deinde nihil damnabilius, antequam quis corrigatur, propter perfidiam humanam, cum Iuda à mysterio sanctæ cõmunionis pedem non retraheret. Vnde à primordio huius celebritatis iudicium male accipientibus manatur, dum continuo post buccellam de manu Domini perceptam, Iudam Diabolus peruasit. Vbi mox ostenditur futurum in Ecclesia iudicium, quia Sancta sanctorum sunt. Si quis ergo elapsus de corpore Christi factus membrum meretricis vel diaboli præsumperit: non dubium quin iudicium excipiat, & cum Iuda culpæ societur obnoxius, tam quia conruit, quàm quia in conscientia damnatus, ausus est sine penitentia & correctionis venia, sancta mysteria temerare. Nec præsentiam igitur diuinæ maiestatis veritus dum cogitat nihil amplius, quàm quæ videntur, nec intelligit miser, quod nunquam caro Christi, nisi de manu eius & sublimi ara vbi Christus Pontifex futurorum bonorum pro omnibus assistit, iure accipitur.

Vnde Sacerdos cum hæc incipit immolare, inter cætera, Iube, inquit, hæc perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum in conspectum diuinæ maiestatis tuæ. Et cogitas ô homo aliunde illud accipere quàm de altari, vbi sublimius transpositum consecratur? Sed fortassis ad hæc cæca cogitatio dicit, Et quomodo in cælum ante conspectum diuinæ Maiestatis tam subito offertur, cum hic aut panis aut caro licet videatur in manu Sacerdotis visibiliter semper teneatur? Hoc quippe est infelix, homo, quod Sacramentum vel mysterium vocatur. Si enim totum visibile fieret, nullum in eo mysterium vel secretum esset, nulla fides, nulla vis spiritualis, nulla alia res, quàm quæ oculis & gustui subiaceret. Nunc autem longe aliter virtus diuina interius operatur, quia per fidem ambulamus, & non per speciem. Habet enim fides præmium meritum: vt quicquid per fidem tibi sapuerit, hoc interius totum præbeat. Vnde scriptum legimus, Dedisti eis Domine panem de cælo habentem omne delectamentum, & omnem saporem. Alioquin, nisi per fidem & intelligentiam, quid præter panem & vinum in eis gustantibus sapit? Et ideo populus ille carnalis manna fastidiuit, quia inibi non nisi carnalia quæsiuit. Cæterum quibus omnem saporem & omne delectamentum præbuit, eandem de cælo escam, quam nunc percipimus spiritualement, etiam typica illa perceptio in ore sapuit. Hinc Apostolus patres nostros eandem comedisse escam spiritualement testatur, sed non in pluribus eorum beneplacitum

dicatur.

nota quod Christus ministrat corpus suum.

August.

beneficium fuisse Deo profecto quia fastidienter spiritualia, carnaliter sapiebant. Non quidem patres nostri spiritualia prægustantes, sed infideles planè patres Phariseorum de quibus Dominus dicebat, quod mortui sunt in deserto. Illi utique mortui sunt, in quibus beneplacitum non fuit Deo: Isti verò mori non potuerunt spiritualiter comedentes, quia eis escam illam cælestis, saporem & delectamentum immortalitatis præbuit. Simili itaque modo nunc in Ecclesia cibus iste, quibusdam vita est, quibusdam verò pena & supplicium peccati. Porro illis vita est, quibus Christus est vita: illis verò mors, qui per carnem, & ignorantiam membra sunt diaboli. Vnde ô homo disce aliud gustare, quàm quod ore carnis sentitur: aliud videre, quàm quod oculis istis carnis monstratur. Disce quia Deus spiritus illocaliter vbi que est, intellige quia spiritualia hæc, sicut nec localiter, sic utique nec carnaliter ante conspectum diuinæ maiestatis in sublime feruntur. Cogita igitur si quidpiam corporeum potest esse sublimius, cum substantia panis & vini in Christi Carnem & Sanguinem efficaciter interius commutatur, ita vt deinceps post consecrationem iam vera Christi Caro & Sanguis veraciter credatur, & non aliud quam Christus panis de cælo à credentibus æstimeretur. Putasne aliud esse Altare vbi Christus pontifex assistit, quàm Corpus suum, per quod & in quo Deo Patri vota fidelium & fides creditur? Quod si veraciter Corpus Christi Altare illud cælestis creditur: iam non aliunde Carnem & Sanguinem quàm de ipso Christi corpore sumere puta.

De Angelorum præsentia.

Æterum de Angelorum præsentia, dubitare omnino non debes, quia ad hoc secundum Apostolum Paulum administratorij Spiritus positi sunt in ministerio, propter eos qui hæreditatem accipiunt salutis. Idcirco inter Angelorum frequentiam, quàm terribile sit indignè ad communionem accedere debet quisque cogitare, imò quàm terribile sit ipsum Corporis ac Sanguinis Sacramentum, vbi plenissime virtus Christi accipitur, & neque ab alio quàm ab ipso Christo Pontifice porrigitur, licet visibilis Sacerdos assistere, & singulis tribuere videatur. Quia quod iste per ignorantiam omnino indifferenter tribuit, Christus virtute maiestatis suæ interius, cui ad remedium, cuique ad iudicium tribuatur diuinitus discernit. Quis enim Carnem ipsius & Sanguinem, nisi ab ipso, iure percipit, cuius est Caro? Et ideo alius accipit mysterium ad iudicium damnationis, alius verò ad virtutem mysterij ad salutem. Nam is qui cum Iuda contemptu suo & vitio criminis reus tenetur, cum Iuda utique condemnatur, & qui cum Petro ac cum cæteris fideliter ac deuotè participatur, cum Petro quoque & cum cæteris Apostolis in corpore consecratur. Hoc ergo iudicium in natali calicis mox excipitur, vt doceatur, quid contemptoribus imminet, si damnati à conscientia, pedem de mensa Domini non retraxerint. Vnde Dominus in Leuitico ad Moysen, Loquere ad Aaron & ad filios eius, vt

cauant ab his quæ consecrata sunt filiorum Israel, & non contaminent nomen sanctificationis, Ego Dominus. Dic ad eos, inquit, & ad posteros eorum: Omnis homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea quæ consecrata sunt, quæ obrulerunt filij Israel Domino, in quo est immunditia: peribit coram Domino: Ego sum, inquit, Dominus. Vbi non solum Sacerdotes tangit & Ministros Altaris: verum etiam omnem de stirpe veræ fidei, licet vltimus in Ecclesia habeatur, vt hanc legis sanctionem in commune custodiant. Alius quippe Israel carnalis nomine tenus appellatur: alius verò vir videns Deum: De cuius nimirum stirpe nemo immundus debet accedere ad ea quæ consecrata sunt filiorum Israel: quia nemo nisi mundus à lætali crimine, dignè potest ea sumere. Si quis autem sumit indignè, id est, in cuius anima est immunditia peccati, peribit coram Domino. Hunc igitur, vt Septuaginta Interpretes ediderunt, Deus auersatur, & ab omni repellit communionem spiritus, Vnde postea si Domini resuscitante gratia & misericordia in corpore Christi talis quilibet forte reinserus fuerit, & per penitentiam viuificatus: debeat non minus de contemptu, quàm de prioris culpæ reatu, quia salutaria vitæ mysteria sumpsit ad iudicium, medullitus corde ingemiscere, & ad vberiore amoris gratiam, eo quod euaserit inardescere.

Hæc igitur quæ consecrata sunt Domino, non aliorum est cibus, nisi qui sunt in Domino, quia ij soli visuri sunt Dominum, vnde illorum iure consecrata, id est, filiorum Israel dicuntur. Nec pures Legislatores Deum, de his tantum quæ in lege sacramentum, ista sanxisset, præsertim cum illa nihil aliud fuerint, quàm vmbra futurorū. Vnde terribilius est ad ea immundum accedere, vbi Sacerdos est ille, qui potestatem habet corpus & animam perdere in gehennam. Ex quo in fine concluditur, Ego Dominus, Ac si patenter dicat, Ego sum scrutans corda & renes, ego sum sanctificans dignè accipientes, ego qui solus potestatem habeo animam perdere male accipientium. Et quisquis male accedit, hunc attende, & hunc time Pontificem, non eum quem fallere te putas, sed illum cui cuncta patent: & timeas percipere non virtutem Spiritus sancti, sed iudicium Sacramenti.

Iudicium autem Sacramenti est, si habeat reus prioris culpæ delictum, deinde contemptus sui, peccatum superbiæ vel sacrilegij contra Deum: quia ausus est sancta contingere, quod non licet nisi iudicis. Hinc igitur patet, quod grauius est, quod talis, quilibet excipit facinoris, quam quod prius admisserat. Nam Iudas donec buccellam acciperet, quam uis mente faucius, interdum tamen à Domini bonitate leniter crebroque nunc cum aliis, nunc solus monetur. Sed postquam indignus mystica præsumpsit, inuasit cum diabolus: & qui prius nutabat, cum accepit, continuo foras exiuit. Hinc quoque in libro Samuelis, cum de peccato sacrificij, filios suos Heli moneret, dictum legimus. Non est enim bona fama filij, quam audio de vobis, Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus: Si autem peccauerit in Deum, quis orabit pro eo? id est, quæ aptud

Len. 22.

De execratione hic loquitur peritiam Ecclesie, quæ etiam non sita oprimam quæ huc fuit salubris.

Legalia sacrificia futurorum vmbra. Matth. 10. Luc. 12.

Christus est summus Pontifex, huius Sacramenti distributor.

Ioan. 13.

1. Reg. 2.

Deum pro se interuenientem inueniet, qui Deum A totius creaturæ contemnens, in eius iniuriam, ad sanctificata, immò nunc ad Corpus & Sanguinem ipsius indignè accedit? Talis profectò, nec Dei veretur presentiam, nec frequentiam formidat Angelorum: sed sic se ingerit, quasi nullus sit qui eius conscientiam videat. Propter quod Dominus cum peccata Hierusalem & abominaciones quæ fiebant in templo, per visionem ostenderet: inter cætera dicitur sex viri de via portæ superioris aduenisse: & ecce vnusquisque eorum in manu sua ferebat vas interfectionis, vbi septuaginta securim attulisse dixerit. De qua Dominus, Ecce securis ad radices arborum, videlicet, ad cogitationes singulorum posita est. In quorum medio vir vnus vestitus lineis, & atramentarium habebat scriptoris ad renes suos.

Ezech. 9.

Securis ad radicem arboris.

Qui profectò ingressi, steterunt iuxta altare aneum, quod erat in atrio templi: per quod nimirum, præfens altare quo cibum vitæ & stipendium militiæ nostræ sumimus, manifestissimè designatur quia illud aliud interius intra Sancta Sanctorum, aureum fuisse legimus, ex quo illud intelligibile demonstratur altare, vbi orationes omnium & vota offeruntur singulorum, à summo Pontifice Christo Domino. Et ideo ad illud mundo corde pettingere, ad istud verò mente simul & corpore, absque vlla immunditia debemus: quia Sacramentorum vota in illo pro nobis offeruntur altari, quoniam nimirum Christus concordiam videt omnium, fidem conuenit singulorum, illucque Deo patri hæc precantur per manus Angeli gloriosius deferri & ex illo coram nobis in isto visibili quia necdum ad illum corporeo ingressu possumus introire, verissima Caro Christi & Sanguis quotidie ministratur. Idcirco signanter iuxta illud aneum quod erat in atrio, stetit dicuntur: quia ad illud interius qui semel intrauerint, nunquam ulterius mortem patientur. Ad istud verò, quod in atrio est, id est, in præfenti seculo, si quis indignè accesserit: iudicium damnationis excipit. Ad hoc ergo vnusquisque illorum in manu sua vas interfectionis tulisse scribitur. Vnde & gloria Domini, quæ assumpta fuerat de Cherub, stetit ad limen domus, vt ingredienti plenius dignosceret, & clamauit ad virum, qui indutus erat lineis, & atramentarium scriptoris habebat in lumbis suis. Quem profectò virum Christum intelligimus, vestitum in habitu Pontificis, de quo scriptum est, Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Et habet atramentarium scriptoris ad renes suos, vt omnium peccata describat, & sanctorum à peccatoribus numerum segreget, maximè dum ad Altare veniunt. Et ideo bene iuxta illud stare perhibetur: vt milites ad stipendia vitæ percipienda accedentes diuinitus discernat. Cui cum in medio candelabrorum aureorum assistere dictum est, transit per mediam Hierusalem & signat Thau super frontes gementium & dolentium, super cunctas abominaciones, quæ fiunt in medio eius. Hinc quoque alibi de se ipso, & ambulabo, inquit, inter eos, & ero illorum Dominus, Quorum? Illorum vtique, super quos signatum est signum Thau, id est, signum crucis, mortificationem scilicet Iesu in corpore suo cir-

D. Hiero.

D. Hiero.

Psalm. 109.]

Stipendia vitæ Christi Sacramenta. Signum Thau.

cumferentes, qui non solum sua, sed aliorum quoque delicta lugent, vt possint dicere cum Propheta, Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Cæterum ad eos, in quorum manibus vasa interfectionis erant, fit illico vox, Propheta audiente, Transite post eum per ciuitatem & percutite, non parcat oculus vester, neque misereamini senem, adolescentulum, & virginem, paruulum, & mulieres interficite vsque ad internicionem. Omnem, inquit, super quem videritis Thau, ne occidatis: & à sanctuario meo incipite, siue, vt Septuaginta, à sanctis meis, id est, à Sacerdotibus & ministris Altaris, non quod sancti sint, sed quia pro ministerio sancti vocentur in populo, vt qui sunt causa peccati, in plebe, primi excipiant supplicium: quia tempus est, vt iudicium à domo domini incipiat. Sed ne putares sine causa iuxta Altare stetit, fiat ad eos vox diuina, quæ vtinam in nobis ne compleatur: Contaminate domum & implete atria interfectis, quia nulla est religio, vbi offensio peccati offerentes contaminat. Et ideo iure vnde peccatum, inde iudicium incipit: quia peccato mortuus, cõtaminat prius atria templi, profanat sancta dum immundus ea contingit. Neque fit error iudicij, vbi iudex est, descriptor suorum militum. Verbum Dei Patris Christus Iesus, Penetrabilior omni gladio ancipiti, discretorque cogitationum & medullarum, pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus. Vnde Apostolus de his qui indignè sumunt, non diiudicantes corpus Domini, Propterea, inquit, imbecilles sunt, & dormiunt multi. Dormiunt ergo inde multi, non somno pacis, sed somno mortis: quia ministerio eorum, qui ad hoc positi sunt Angelorum, perimuntur. Imbecilles verò fiebant, quia variis languoribus, id est cruciabantur quidam, vt corrigentur: quidam verò vt iam inciperent torqueri, vt metu eorum cæteri sanarentur. Alioquin plagæ & infirmitates nunquam in populo Christi tantum crebrescerent, præsertim cum de his, qui ex Ægypto in figura sanctæ Dei Ecclesiæ egrediebantur, lectum sit, nullum fuisse infirmum.

Verbi diuinitas.

1. Cor. 11.

Ob Sacramenti istius irreuerentiam imbecilles qui, quomodo & quare.

Lignum vitæ quid & vnde dicitur. Accipientes hoc Sacramentum indignè cur non aperit puniantur.

Nota de confessione infirmorum & extrema vnctione.

est inuenta, & altra non sunt munda cora eo, quanto magis homo immundus probatur, nisi confessio ne & bonis operibus quotidie purgetur? Veruntamen quia sæpe grauius peccantibus, diuina patientia, licet præsumant indignè parcat ad tempus & expectat ad penitentiam: non ideo securitas subrepat, quia thesaurizat sibi contemptor iram in die iræ, & peccata in Deum magis accumulatur. Certus sit enim quia vltiores Angeli, nec semel indignè cõmunicanti parcerent, nisi bonitas Christi in cuius iudicio pendet omnia, & cui commissum est, vt signum ponat suorum in frontibus, gladium suspenderet, & remoueret interdum momentaneam mortem. Vnde postea respicientibus, duplex in penitentia debet esse luctus: vel quia male gessit, vel demum ad iudicium male præsumpsit. Quod sanè delictum, nullo alio, nisi Christo interueniente, donabitur. Vnde in lege ob hoc quia in sanctificatis deliquit, aries, per quem intelligitur Christus, offerri iubetur, vt apud Deum patrem, Deus homo Pontifex in æternum interpellare per fidem credatur, atque ipsum pro se moribus & vita, quotidie reindutum per fidem offerat. Alioquin qui in Deum peccauit quis orabit pro eo, nisi Deus? qui nostras infirmitates ideo adsumpsit, vt compatiatur nobis, & per eum donet veniam ex delictis, etiam in Deum admissis. Veruntamen nec hoc dicimus, vt idoneus aliquis pro nobis iniustus non debeat interuenire: sed Christo rotum debemus adscribere, qui suas etiam iniurias, libenter remittit, & pro delinquentibus in se, sicut prius in Cruce fecerat etiam se Patri offerendo, idoneus exorator interuenit.

Christi bonitate & intercessio nescit, quod nõ euestigio in corpore domini iniuri puniantur.

Christus nostras infirmitates ideo assumpit, vt nobis compatiatur.

Cur Christus qui semel passus est in cruce, adhuc hodie immolatur in Altari. Cap. 9.

Iteratur autem quotidie hæc oblatio, licet Christus semel passus in carne, per vnã eandemque mortis passionem semel saluauerit mundum, ex qua mortè idè resurgens ad vitam, mors ei vltra non dominabitur: quia profectò sapientia Dei Patris, necessarium pro multis causis hoc prouidit. Primò siquidem, quia quotidie peccamus, saltem peccatis sine quibus mortalis infirmitas viuere non potest, quia licet omnia peccata cõdonata sunt in Baptismo, infirmitas tamen peccati adhuc in carne manet. Vnde Psalmista, Benedic anima mea Domino, qui sanat omnes infirmitates tuas. Et ideo quia quotidie labimur, quotidie pro nobis Christus mysticè immolatur & passio Christi in mysterio traditur: vt qui semel moriendo mortem vicerat, quotidie recidiua delictorum, per hæc Sacramenta corporis & sanguinis peccata relaxet. Vnde oramus, Dimitte nobis debita nostra. Quia si dixerimus quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas non est in nobis. Secundo igitur, vt sicut fuit arbor vitæ in Paradiso, ita sancta Dei Ecclesia, quæ Paradisus deliciarum in Canticis appellatur, habeat in se mysterium vitæ, quod in eodem ligno figurabatur, ex quo qui edunt seruantes mandata vitæ, nequaquam possunt mori in æternum. Quod si veluti Adam inobedientes à diabolo rur-

Math. 6. 1. Ioan. 1.

2. Ecclesia Paradisus.

sus peccator mortis perempti fuerint, sicut ille de Paradiso, remouentur à sanctis Altaribus, & à ligno vitæ, scilicet à Corpore & Sanguine Christi, qui est verum Paradisi lignum; cuius folium non defluet, & omnia quæcunque faciet, prosperabuntur. Remouentur autem, ne fumant de ligno vitæ, & malè viuant, vt moriantur: imò, & respiscant à malis suis, & per penitentiam reconciliati, Christi per hunc cibum rursus reinserantur visceribus, & feliciter deinceps viuant in æternum. Hoc quippe agunt Sacerdotes Christi in Ecclesia, & monstrant quod futurum est in illo vltimo examine, quando separabuntur iusti ab iniustus. Sed hic sicuti Adam expulso, spes mansit redeundi ad vitam per penitentiam: ita præcis à ligno vitæ, patet facultas, si velint redire ad veniam. Vbi cum poenitentia intercesserit, certa spes percipitur: quia iam vitæ admixtus, mori non poterit, si reconciliatus maneat in Christo. Tertio, vt quicumque dignè hanc vitam sumunt, renati vnũ efficiantur, vt sicut iam per Baptismum Christum induunt, ita Christus in eis per hoc sacramentum corporaliter maneat: vt sint credentes vnũ in Christo, & Christus in eis maneat, quatenus illud compleatur, quod ipse ad Patrem orat, Non pro his autem, inquit, rogo tantum, sed pro his qui credituri sunt per verbum eorum in me: vt omnes vnũ sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi vnũ sint in nobis. Hæc itaque vnitas, non sicut hæretici volunt, sola voluntate inter Patrem & Filium prædicatur, & sicut laborant ex eo quod ait, Ego & Pater vnũ sumus, tentant igitur ad vnauitatis illud conferre consensum, vt vnitas voluntatis in his sit, non naturæ, sicut multitudinis credentium in Hierusalem dicitur cor vnũ, & anima vna fuisse. Sed nos parum vestigia sequentes, credere oportet quod Deus ex Deo substantialiter genitus, naturaliter hoc est quod Pater, ac per hoc vnitate naturæ, Pater & Filius vnũ esse probantur.

Vbi. Eucharistia.

Ioan. 17.

Act. 3.

Hilarius libro. 8. de Trinitate.

Christus vnus deus & homo.

Ioan. 6.

Necnon & Christus hodie in nobis non solum per concordiam voluntatis, sed etiam per naturam in nobis, sicut & nos in illo, rectè manere dicitur. Nam si Verbum caro factum est, & nos verè Verbum carnè in cibo dominico sumimus: quomodo Christus in nobis manere naturaliter iure nõ estimatur, qui & naturam carnis nostræ inseparabilem sibi homo natus Deus assumpsit, & naturam carnis suæ ad naturam æternitatis, sub sacramento hoc nobis communicandæ carnis admiscuit, & ideo per hoc omnes in Deo Patre & Filio, ac Spiritu sancto vnũ sumus: quia Pater in Christo, & Christus in nobis esse probatur? Hinc igitur est quod & nos in Christo naturaliter vnũ corpus efficiamur, & si quis Patrem in Christo naturaliter confiteatur, confiteatur se naturaliter, quia Verbum caro factum est, vnũ esse in illo, vt naturalis vnitas, per Sacramentum appareat veritatis. Hinc ergo dicit, Qui mādūcat carnem meam, & bibit Sanguinem meum: in me manet, & ego in eo. Verè igitur, sicut per naturam deitatis, Deus Pater in Filio est: ita Filius Deus homo per humanitatem carnis in nobis esse iure dicitur, ac per hoc mediator Dei & hominum prædicatur: quia per eum communionem vnitatis habet.

mus ad Deum, dum ipse in Patre manens, & in nobis quoque manere dicitur: Quia de causa, vnum nos esse in ipsis superioribus Patrem a Filio secundum humanitatem exoratur. Ecce duo ista Sacramenta quid efficiunt. Per Baptismum ergo renascimur in Christo: & per Sacramentum Corporis & Sanguinis Christus in nobis non solum fide, sed etiam unitate carnis & Sanguinis manere probatur, & ideo iam membra Christi eius carne vescimur, ut nihil aliud quam corpus eius vnde viuimus & Sanguis inueniamur.

Ioan. 3.

Hinc igitur est, quod nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit: quia cum illo per haec mysteria vnum sumus. Iteratur autem hoc mysterium, & ob commemorationem passionis Christi, sicut ipse ait, Haec quotiescunque agitis, in meam commemorationem facite. Quotiescunque ergo hunc panem sumitis, & bibitis hunc calicem, merito Domini annuntiatis donec veniat. Non itaque sic accipiendum donec mors Christi veniat, quia iam ultra non moritur: sed donec ipse Dominus ad iudicium veniat. Interim autem semper mors Christi pro saeculi vita posteris est nuncianda: ut discant, qua charitate Deus suos dilexit, qui pro eis morti dignatus est: cui omnes vicem debemus rependere charitatis, quia ad hoc nos prior dilexit, cum effemus gehennae filij, ut diligeremus eum a morte iam liberati. Dicunt etiam quidam quod & ideo quotidie celebratur, ut qui de Iudaeis credidissent, haberent per hanc gratiam afflicti diebus singulis domino hostias immolare, quo possent suae religionis vota celebriter offerre, & omnium veterum sacrificiorum atque holocaustorum legitimum, huius mysterij praeferre veritatem. Sed licet ita videatur, tamen plenior & perfectior sententia est quam praemisimus: quia non minus pro nobis, quam pro illis in Ecclesia hoc mysterium celebratur. Haec quippe figura praecessit in Melchisedech, sicuti fides in Abraham: sed quia lex quasi medius paries sese iniecit, potius in omnibus legum sacrificiis, veritas huius mysterij adumbratur. Quibus profecto remotis, quod praedictum erat secundum ordinem Melchisedech, Christus verè pontifex successit, sacerdotium habens in aeternum. Hoc itaque Abraham in Melchisedech fide conspexerat, & ideo decimas ei obtulisse legitur, atque benedictionem ab ipso percepisse. Vnde rex ille Melchisedech, Rex iustitiae vel Salem & sacerdos dicitur: ut per eum Christus, cuius typum ille gessit, euidenter Rex & Sacerdos monstraretur. Alioquin quis mortalium Rex iustitiae iure queat vocari, cum nullus, nisi iustitia fidei saltem iustus inueniatur? Idcirco teneamus nos ad istum pontificem & sacerdotem Christum, & in illo maneamus: quia per hoc quod ille in nobis est, & nos in illo, etiam & ipsi omnes sacerdotes dicimur & sumus. * Fecit enim regnum nostrum sacerdotes Deo, & ideo gens sancta, sacerdotium regale, populus acquisitionis ab Apostolo praedicamur. Hoc igitur notum, quia nos in ipso, & ille in nobis, per hanc gratiam concorporatur, transfigurans nos in corpore claritatis suae: ut cum ipso, & in ipso sit nobis regnum pacis. Hoc quippe, Salem, interpretatur & sacerdotium aeternum.

Luc. 22. 1. Cor. 11.

Gen. 14.

Heb. 7.

* Fecit nos regnum & sacerdotes Deo. 1. Pet. 2.

num. Hinc quoque Propheta canit, Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion: qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiati te. De quo nimirum frumento, caelestis illa Hierusalem faginatur. Et notandum, quod hoc frumentum, Corpus videlicet Christi, adipem habeat, & non solum adipem, sed & omnes delicias, ita & potus Sanguinis. Vnde quod de petra typice manauit nunc mel, nunc oleum, nunc aqua, nunc quoque potus dicitur: quia quicquid praegustare spiritualiter potueris, hoc totum ibidem inuenies.

Psal. 147.

Caelestis Hierusalem id est, eorum turba, hoc sacramento pascitur.

Et hinc est quod tradunt Iudaei, quod Manna quando comedeant carnaliter, secundum voluntatem vniuscuiusque sic sapiebat vnicuique in ore. Verbi causa, Si pirum, si mala, si uiam, si panem, si carnes desiderasset, seu alia quaecunque: omnia Manna sapiebat in ore desiderantis. Haec illi carnalia semper quaerentes: nos verò fatemur, fide quod spiritualia & aeterna potius, non solum ista, sed & illa in cordibus fidelium praestabant. Vnde per haec confidenter oportet credere, si quis dignè perceperit: quod vitam percipiat immortalitatis, & delictis fruatur cum omni delectamento, in se positus aeternorum.

Quod hoc mysterium vtrumque & Caro & Panis esse dicitur: & de vino quod de malis liquatur uisus. Cap. 10.

igitur in pane ideo celebratur, quia Christus est panis, qui de caelo descendit. Sed sicut ille panis longè aliud ab isto pane intelligitur: Ita longè aliud Caro à mortali iam nostra carne fecerit. Caro itaque per passionem, & vera caro redemptionem suae conditionis explet: panis verò victum ad aeternitatem, renatis, immortalitatis praebet, atque ideo nec mirum si Caro Christi panis dicitur, dum & Caro sub specie panis visibili, nihil aliud, quam caro porrigitur. Sed caro quia in eadem Carne passus in veritate creditur: Panis verò, quia granum frumenti cadens in terram, & nos ex ipso nihil aliud quam frumentum per fidem genuit. Vnde per hoc seipsum suis membris esse natis, vitam praebuit, & praestando nihil nobis aliud, quam panis aeternus fuit. Nihil enim ad figuram manifestius, nihil ad mysterium euidentius. Granum quippe frumeti Christus in terram cecidit, sed multa grana de se genuit. Quae nimirum grana nihil sunt aliud quam frumeti quod in horreum coaceruatur. Vnde mira in ipso nostrae naturae unitas praedicatur. Nam omnes nouimus, quod panis vnus ex multis naturaliter granis efficitur, ex quo nostrum in Christo commendatur unitas, & figura veritatis in mysterio approbatur. Ad hoc quippe illud vnum mortuum est in terra, ut ex eius adipe & pinguedine nos fecundaremur, quia ut ipse ait, nisi mortuum fuerit, ipsum solum maneret. Nunc verò quia mortuus resurrexit, multum iam fructum adfert in se credentibus. De quo nimirum fructu vnus panis efficitur: quia Christus & Ecclesia vnum corpus esse probatur, vnde dictum est: Erunt duo in carne vna. Rectè ergo hoc mysterium in pane celebratur: quatenus per hoc altius designetur, quod in eo generatur. Simili modo & in vino, quod ex multis liquatur uisus & de multis in vnum

Christi caro longe alia, quam nostra.

Vera Christi Caro, ut est passus & crucifixus, sub figura panis porrigitur.

Ioan. 12.

Christi Corpus quaedam dicitur panis.

† Gerant.

Ioan. 15. Christus vitis vera vinum quod bibimus in caelestis ueritas sanguis vitis. Num. 11. 1. Cor. 9.

in vnum confluit granis. Quae nimirum grana virtutum, ex illa creuerunt vite, quae dixerat. Ego vitis vera, vos autem palmites. Non potest ergo palmetes esse seipso, nisi in vite manserit, facere fructum. Idcirco vinum quod bibimus, Sanguis est eiusdem vitis, qui de latere eius fluxit. Nam vitis & palmetes vnum corpus sunt, & ideo vnum ferre videntur fructum, quia vna quam palmetes adfert, de radice profudit vitis. Hinc quoque & Christus vna dicitur, quam viri exploratores, Apostolorum scilicet, & Prophetarum chorus, suis ad nos humeris fortiter gestantes detulere. Vnde Paulus egregius praedicator, Precio, inquit, empti estis: portate Deum in corpore vestro. De qua denique vna dicitur: precatur passio, Sanguis effluxit salutis. Hinc Moyses canit in Cantico, quod constituerit populum suum Deus super excelsum terram ut comederet fructus agrorum, & sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo, & sanguinem vna biberet meracissimum. De quo nimirum Sanguine, inebriatur omnis Christi Ecclesia, & ideo speciem vini iure tenet in sensu, dum spiritualiter Sanguis potatur in mysterio: quia hinc laetificamur spirituali laetitia ad gaudium, hinc verò redimimur de morte ad vitam, & precio salutis nostrae interiori faginamur. De quibus duobus David cecinerat in mysterio, quod panis confirmat cor hominis, & vinum laetificat, vtrique laetitia spirituali. Propter quod in eadem substantia iure celebratur hoc mysterium salutis: quia Christus est panis, qui de caelo descendit, & vinum, quo laetificat corda credentium.

Deut. 32.

Gen. 43.

Credentes Christi vinea & vindemia. Cant. 5.

† precium Ioan. 6.

De quo nimirum Ioseph meridiè, qua hora Christus passus est, mysticè cum fratribus suis legitur inebriatus. Vnde & nos, si adhuc aquam tantum non sapimus, intus inebriamur & gaudemus de bonis Domini super frumento, vino & oleo, quo perfusi sumus laetitia aeterna, & gaudio exultationis in Domino. Nos enim non solum vinea Domini, sed & vindemia eius sumus. De qua nimirum vinea, Christus in Cantico, Vindemiaui, inquit, myrrham cum vnguentis meis: manducaui panem meum cum melle meo, & bibi vinum cum lacte meo. Sed prius panis comeditur, quam myrrha in nobis mortificationis tingescat, & vnguentum boni odoris naribus respergatur. Tunc itaque panem cum melle, quod de petra, quae Christus est, fluxit, comedimus: tunc itaque vinum suauitatis cum lacte bibimus. Propter quod quia in istis duobus haec mystica tegebantur, relictum fuit ut in his diuinum fieret Sacramentum: quatenus totum spiritualiter intelligere mens satageret, vbi nihil carnale sentire licet. Vnde idem panis Christus qui de caelo descendit, in hoc mysterio accipitur: sicut & Caro quae in cruce pependit, cum integer deinceps Christus perseueret, licet ab omnibus quotidie edatur, & sit panis quidem ad vitam & firmitatem animi, Caro verò ad unitatem naturae nostrae redemptionis praemium. Vnde ipse ait, Caro mea est pro mundi vita, & Sanguis verè qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum. Hinc est sanè quod sapientia Dei Patris maluit hoc mysterium in specie panis ac vini permanere, quam in colore ac sapore Carnis & Sanguinis.

guinis demutari: quia nec hoc est iam quod videtur, nec fieret illud amplius ut esset Caro & Sanguis, quam ut percipitur. Nos enim in eo, illum panem qui de caelo descendit, comedimus, & ideo dicitur, Comedi panem cum melle meo: quoniam in illo diuinitatis dulcedo, & humanitas praedicatur. Idcirco sicut in isto saporem panis aut colorem non attendimus, ita namque si mutaretur in carnem, nihil amplius Christi caro esset, quam est: quia totum spirituale est, quod comedimus, imò durius esset contra consuetudinem humanam, licet carnem salutis, tamen carnem hominis Christi in speciem & colorem ipsius mutatam, & vinum in cruorem conuersum, accipere. Inde & illi adhuc rudes discipuli carnaliter sapientes, dicebant durus est hic sermo cum diceret, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius Sanguinem, non habebitis vitam in vobis manentem: Et non poterant sustinere, vtrique quia carnaliter ea intelligebant. Sic itaque & ille carnaliter sapit, qui ideo non credit carnem Christi esse & Sanguinem: quia speciem & colorem exterius non mutauit. Vnde orandum, ut ipse per se Christus veniat, & comedat panem cum melle suo in nobis, & vinum cum lacte bibat: quia nisi Christus Deus & homo verè intelligatur, & vinum sanguis eius cum lacte doctrinae admisceatur: non potest infirma mens capere lucem veritatis, & mysterium vel quod diuinum est agnoscere. Vbi mira unitas in hoc, sicuti in aliis quibuslibet locis Christi & Ecclesiae declaratur, dum quod nos in illo gerimus, & ille in nobis se agere monstrat. Nam dum nos rectè panem cum melle comedimus, & vinum calicis cum lacte potamus: tunc & ipse ea se in nobis sumere constat, quia per haec nos in suum corpus traiecit, & vnum in illo efficitur. Pro talibus igitur & huiusmodi negotiis, fili charissime, prouide sanè in pane & vino, sine vlla decoloratione substantiae, hoc mysterium interiori vi & potestate diuina peragitur: ut & virtus fidei eniteat in intellectu, & doctrina fluat hinc inde in operatione Sacramenti, & veritas resplendat de praefiguratione mysterij.

Can. 6.

Ioan. 6.

Sacramentum hoc in vnum corpus traiecitur.

Melchisedech figura.

Panis in scripturis.

Reg. 19.

Nam Melchisedech prius in figura ista obrulerat panem & vinum, ideo necesse fuit, ut verus rex patris & pontifex noster, secundum ordinem illius eadem offerret: quatenus per hoc figuratum veritas claresceret, & qui esuriunt iustitiam & sitiunt, duobus istis in via interdum fatiantur: siquidem panem, qui pro omni cibo quam saepe in scripturis ponitur, & cum omnibus esca congruere videtur, esturicus temperaretur, potu verò Sanguinis, sitis quasi caelesti rore madesceret, & per hoc, amplius homo ad iustitiam refectus, in fortitudine cibi caelestis constantius desudaret.

Hoc quippe potu ac cibo, Helias de manu Angelum pastus, quadraginta diebus, per quos praesens saeculum designatur, in fortitudine usque ad montem Dei dicitur peruenisse: Ex quo patenter innuitur, quod cibis iste manibus Angelicis defertur, & refertur, per quem nostra infirmitas diuinitatis releuatur. Qui non nisi solis amicis & fratribus porrigitur: Vnde sponsus adhortatur in Cantico, Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi: quia pro-

Cant. 7.

Neminem nisi Spiritu sancto ebrium, hanc eicā digne sumere. Psal. 22. Act. 2.

* ad accipiendum.

Pascha Christianorum.

i. dum primum calix instituitur.

Ioan. 19.

† Totum.

Libro 1. Epist. 3.

fecto talis esca & potus nunquam dignè sine ebrietate Spiritus sancti degustatur. Hinc quoque Dauid ebrius gratè in persona nostra canit, Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me, Impinguasti in oleo caput meum, & calix meus inebrians quàm præclarus est: Præclarus utique; quia omni veritate & fulgore clarius resplendet, & luce sancti Spiritus illustratur, ac per hoc fidelium inebriat mentes. Quo nimirum haustu, illi ebrij erant hora diei tertia, super quos se idem Spiritus sanctus plenius distuderat. Idcirco & nostra * accipientium præparanda sunt corda, vt tali epulo refecti, ad altiora in fortitudine transeamus. Nemo igitur dignè accipit, nisi qui transit. Vnde & Pascha transitus appellatur. Pascha autem nostrum immolatus est Christus. Ad quod qui vult venire & videre hanc visionem, transeat & ipse cum Moyses, sicut & Christus transiit de hoc sæculo, vt totus iam spiritualis, spiritualia ista condignè percipiat.

Vt quid aqua cum vino miscetur, dum in cena Domini factum non legitur? Cap. 11.

Planè aqua in Sanguine quare miscetur, dum in natali calicis factum fuisse à Christo nō legitur, illa permaxima causa est, quia de latere Christi, vbi passio completur, sanguis pariter & aqua manauit. Quod rectè mysterium Apostoli plenè intelligentes, faciendum in calice censuerunt: vt nihil deesset nobis in hoc Sacramento ad commemorationem passionis, quod tunc extitit in cruce in consummatione nostræ redemptionis. Nam postquam emisit spiritum, veniens vnus militum accepit Lanceam & aperuit latus eius: vnde quasi de vno fonte, manauit Sanguis & aqua. Et hic est verus calix, quia veraciter passus pro salute nostra, non minus sanguinem precij, quàm vnam Baptismi fudit: & quod tunc de carne fluxit, hoc nunc credentes in calice bibunt. Caro quidem datur in cibum; Sanguis & aqua verè in potum: vt quod simul de latere manauit, hoc † tantum noster homo his duobus renouatus bibat, vt si quam peccati maculam post fontem traxit, habeat in hoc vnam veniā qua diluatur, & precium suæ redemptionis quo vnusquisque redemptus, de die in diem rursus renouetur. Sed & plures dixerunt, aquam ideo admisceri debere, vt simul in Christi Sanguine, Baptismus & precium salutis fluat: vt non iam duæ, sed vna sanguinis substantia videlicet fiat. Nam & sanguis in corpore vt crescat, his duobus pascitur. Ex quo patet, quod satis prouidè ob dispensationem salutis nostræ, diuina sapientia hoc simul de suo latere produxit, vt vnde mulier quæ deceperat priorem Adam, creata est, inde rursus Ecclesia formetur, cuius Christus in cruce peccata tulit. Quo constat, quia omnes in se lauauit, dum causas omnium in cruce pertulit. Idcirco Ecclesia quæ in illo simul fuit, iure de latere dicitur manasse, quæ bene per aquam sicut Cyprianus sanctissimus ait, designatur. vnde & in Apocalypsi: Angelus aquas populos esse interpretatur. Et ideo rectè prouisum est, quia simul cum sanguine fluxit, vt hoc in mysterio veri sanguinis admisceatur, quatenus & nos in illo sumus, vt per hoc salutis Sacramentum, diuinis obtutibus ilico vniri, mysticè offeramur. Nam si vi-

num sine aqua offeratur, Sanguis Christi incipit esse sine nobis. Si autem aqua sola, iam plebs videtur esse sine Christo. Quando autem vtrunque miscetur & coniungitur, tunc rectè mysterium Ecclesie spiritualiter perficitur. Nulli igitur liquores sic se coniungunt quomodo vinum & aqua: profectò, quia illud ex aqua per vitè, sicut Christus ex carne per Mariam nascitur. Sed longè excellentius vinum quàm aqua. Quas denique aquas, Dominum idcirco commutasse legimus, vt insipientia nostra euacuata, vinum iucunditatis in nobis exuberaret.

Hinc sponsa in Canticis, Introduxit me rex in cellam vinariam ordinauit in me charitatem. Ac deinde: Exultabimus & lætaborum in te, memores vberum tuorum, Exultant ergo fideles, dum se intelligunt ad tantam vnitatem Christi societatis per gratiam & ad tantam flagrantiam charitatis prouectos. Et ideo quàm benè in hoc mysterio nostra figura per aquam admittitur: vt vnusquisque in illo Christi sanguine susceptum se intelligat, & in melius transmutatum. Vnde licet prius mysticè vinum & aqua commisceatur, post consecrationem tamen non nisi sanguis bibitur, quia in illo prius ex aqua Baptismatis, suscepti rursus eum esuriendo & sitiendo quotidie potamus. Nec dubium, quin sub hoc mysterio illam bibamus aquam, de qua Dominus: Qui biberit aquam, inquit, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam: Propterea non inconuenienter etiam ob hoc ibidem aqua consecratur, non quod aqua permaneat, sed vertatur in Sanguinem: vt significet quid fides percipiat. Nam tria sunt quæ testimoniū dant quod Christus est veritas, spiritus, sanguis & aqua. Nimirum, quia postquam emisit spiritum, de fonte peccatoris sui contra naturam manauit felix vnda Baptismi, & sanguis redemptionis. Quibus non nisi vnum salutis opus mysticè consecratur, vt corpus nostrum & anima ac spiritus integer ad vitam in Christo seruetur. Vbi nemo dubitet, quod & caro nostra ex hoc reparatur ad vitam, & quæ totis homo redimitur. Caro quidem carne pascitur spiritualiter, quia verbum Caro factum est, Anima verò, Christi Sanguine reparatur. Omnis itaque anima, teste Scriptura, in sanguine est, vt vbi habet in corpore sedem & per quæ ipsa, vt aiunt, viuificat corpus, inde à Christo & ipsa habeat vitam æternam in se manentem. Sed quia spiritus noster atque anima, vna substantia est, licet spiritus aut mens dicatur ea pars quæ præminet in homine, ex qua spiritualis interdum appellatur, dum præoccupauerit suis legibus totum hominem, & viuificatur à Deo, anima verò inferior eius portio qua corpus animatur, & homo animalis dicitur: animalis autem homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei. Hac de causa, in hoc Sacramento forsitan aqua admittitur: vt tria hæc tribus istis sacrentur mysticè rebus. Constat igitur, quia & si tria prius ponuntur, non nisi Caro & Sanguis postea rectè creditur: dans indicium, quod animalis homo totus debeat transire in spiritum, & spiritualis fieri. Omnis nanque anima in sanguine est. Quod typicè dictum accipimus, quia omnis vita eius vt beatè viuatur, in Christi Sanguine reparatur. Quam benè ergo in sanguine: quia per quem habet cognationem

Can. 1.

Ioan. 4.

1. Ioan. 5.

† quia.

Leuit. 17.

1. Cor. 1.

Leuit. 17.

Psal. 62.

cognationem ad carnem, iustum erat, vt per eum haberet regressum ad vitam. Et ideo in via duobus istis duntaxat pascimur & potamur: vt totus homo noster qui duabus constat substantiis, integrè reparetur. Hinc quoque Dauid: Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea. Sitiuit ergo totus homo, vt de carne & anima transiret ad spiritum: quatenus spiritualis totus in Deo esset. Propter quod licet dixerim sanguinem ad animam pertinere, quodammodo simul caro & anima rectè sicut, & potantur Sanguine, sicuti & pascuntur simul Carne Christi, quia non carnaliter ista percipiuntur, sed spiritualiter. Sicut igitur anima talibus refrigerari, sicut & corpus: comedit anima, comedit autem & corpus: quia talis esca non minus pertinet ad animam, quàm & ad corpus. Quibus vsque ad finem vegetati, anima immortalis ad vitam transit, caro verò propter sententiam primi hominis ad terram redit. Sed quia Christo concorporata per lauacrum, & per immortalitatis alimoniam enutrita, semina verè percipit, nunquam post finem seculi in morte detineri poterit, imò quod in capite præcessit, membris præstabitur.

Quod non in merito sacerdotis hoc mysterium consecratur, & nullus magis, vel minus percipit sacerdote qui ministrat. CAP. 12.

Vere credere, & indubitanter scire debemus, intra catholicam Ecclesiam vbi catholica fide hoc mysterium celebratur, quod nihil à bono maius, nihilque à malo minus percipiatur sacerdote, nihilque aliud quàm Caro Christi & Sanguis dum catholicè celebratur, consecratur, quia non in merito consecrantis, sed in verbo efficitur creatoris, & virtute Spiritus sancti, vt Caro Christi & Sanguis, non alia quàm quæ de Spiritu Sancto creata est, vera fide credatur, & spirituali intelligentia degustetur. Si enim in merito esset sacerdotis, non ad Christum pertineret. Nunc autem sicut ipse est qui baptizat, ita ipse est, qui per Spiritum sanctum hanc suam efficit carnem, & transfundit in sanguinem. Quis enim alius in vtero creare potuit, vt Verbum caro fieret? Sic itaque in hoc mysterio credendum est, quod eadem virtute Spiritus sancti, per verbum Christi, Caro ipsius & Sanguis efficitur inuisibili operatione. Vnde & sacerdos: Tute, inquit, hæc perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum, in conspectu diuinæ maiestatis tuæ. Vt quid perferenda illuc ea deponit, nisi vt intelligatur, quod in eius sacerdotio ista fiunt? Ipse enim factus est Pontifex in æternum, secundum ordinem Melchizedech, teste Apostolo, ad interpellandum pro nobis, offerens semetipsum Deo patri. Ad hoc quippe semel introiuit in Sancta, non in sanguine alieno, sed proprio Sanguine. Vnde non ab alio rectè percipitur quod proprium eius est, sed ab ipso summo Pontifice. Neque ab alio Caro eius creatur & Sanguis, nisi à quo creata est in vtero virginis, vt Verbum caro fieret. Verbo enim Patris dictum est: Crescite & multiplicamini, & ecce adhuc hodie ex eo cuncta creantur animalia, non noua, sed ex eodem semine. Ita & Caro Christi eodem verbo fit Caro, quo Verbum

Christus est qui baptizat & qui consecrat per Spiritu sancti.

Verba sacri Canonis.

Can. 1.

caro factum est, & habitauit in nobis. Vnde si ex illa benedictione tanta manat multitudo, quid putas ex Carne Christi? Nunquid inefficax est ex se, qui tanta fecit ex nihilo? Et sicut panes auxit ex nihilo quantitate substantiæ, quam natura non dederat: nunquid impotens est, facere ex aliquo, quod, sine semine in vtero creauerat? Pullulat ergo illa vberitas carnis Christi, & manet integer Christus: quia natura manente integrè, etiam in creaturis ad iustum eius cuncta exuberant. Propterea licet semel dixerit, Germinet terra herbam virentem adhuc hodie ex eo quæ per singulos nascuntur annos omnia creatur: Sic utique & in eo quod semel voluit, & deinceps Carnem & Sanguinem in hac commemoratione iussit esse, fit quod iubetur. Quæ si quis non credit, impio deterior est, quia ille quod non didicit, approbare non potest: iste quod in multis cognouit contra naturam fieri, etiam in carne Christi non credit. Propter quod, homo, si attendis sacerdotem, attende Christum Verbum Patris quod caro est, & quod semel factum est, quotidie fieri non dubites, dum per hoc Caro & Sanguis, cibus noster efficitur, ad hoc quippe, vt & nos eius corpus simus.

Vnde sacerdos non ex se dicit, quod ipse creator Corporis & Sanguinis esse possit: quia si hoc posset, quod absurdum est, creator creatoris fieret. Sed obsecrans per filium, patrem, per quem ad eum accessum habemus: Rogamus hanc oblationem, inquit, benedictam, per quam nos benedicimus: adscriptam, per quam nos omnes in celo conscribamur: Ratam, per quam in visceribus Christi censamur: Rationabilem, per quam à bestiali sensu exuamur: Acceptabilemque facere dignetur: quatenus & nos per hoc quod in nobis displicuimus, acceptabiles in eius vnico filio simus. Vt nobis, inquit, fiat Corpus & Sanguis dilectissimi filij tui, Domini nostri Iesu Christi. Ecce quid fides instituit. Ecce quid Christus indulsit, vt nobis sit corpus & Sanguis: quatenus per hoc nos in corpus Christi quotidie transferamur. Prius autem quam corpus consecratione fiat, oblatio sacerdotis est, sicut ipse confiteretur, vel cunctæ familiæ offerentis eam: sed in verbo & virtute spiritus sancti, noua fit creatura in corpore creatoris ad nostræ reparationis salutem. Vnde iuxta sublimis aram altaris semper adstiterit scriptura teste probatur: vt ex eius immolatione corpus & Sanguinem percipiamus.

Cæterum sacerdos, quia vices Christi visibili specie inter Deum & populum agere videtur: inferret per manus Angeli, vota populi ad Deum, & referret. Vota quidem offert & munera, refert autem impetrata per Corpus & Sanguinem, & distribuit singulis: non quantum visus exterior præbet: sed quantum fides capit.

Vbi licet sacerdos conscientia malus esse conuincatur, non suum est quod offert, sed omnium precès & vota per omnem Canonis textum commendat. Nam & finis orationis cunctorum vocibus confirmatur: vbi omnes, Amen, voce consona dicunt. Idcirco non vnus est, quod pro multis offertur, & multorum precibus confirmatur. Nam & dominus ait, Quod pro multis effunderetur in remissionem.

Gen. 1.

Quod si sacerdos non sit creator huius sacramenti, sed ipse Christus. Verba n. Canonis.

Mat. 26.

Sacerdotij gradus.

1. Cor. 6.

Luc. 9. Matt. 9. Ioan. 9.

Ezech. 16.

tionem peccatorum. Si enim pro se tantum esset, A
 eius merita Deus forsitan non attenderet. Nunc autem
 licet leprosus sit qui offert, munda sunt quae hau-
 riuntur. quia Caro & Sanguis Saluatoris, nullius im-
 munditia sordidantur. Ex officio ergo Sacerdotis
 ista, & non ex merito praestantur: idcirco licet reus
 sit, officium ministerij sacrum est, & gradus sacer-
 dotij a summo Pontifice Christo compenatur, vt
 nihil minus carnis & sanguinis habeat hoc myste-
 rium a quouis indigno, quam ab Apostolica pro-
 pagine consecrata exhibeatur, quia non ex eo, sed
 ex eius officio, a summo pontifice gratia quam ip-
 sa veritas repromisit, impletur, vt in nullo sacer-
 dotium eius & Pontificatus officium, alicuius me-
 rito minoratur. Virtus enim consecrandi est in eo
 quod habet is qui ordinatur. Et ideo reuertentes,
 qui baptisati sunt prius, sicut non rebaptisantur: ita uti-
 que qui prius ordinati sunt, rursus non reordinan-
 tur ad vnitatem catholicam, si recesserint redeun-
 tes. Sed aut ministrant, si hoc Ecclesiae utilitas po-
 stulet, aut si non, sacramentum tamen ordinationis
 suae gerunt. Et ideo eis manus inter laicos non im-
 ponitur. Manet igitur in eis Sacramenti virtus sibi
 inutiliter, etiam rei dum consecrant, satis tamen uti-
 lis potestas & ordinatio consecrandi, illis qui gra-
 tiam percepta benedictionis & administrationis, fi-
 de, spe, & charitate communicant. Neque per-
 uerso ad salutem proficiunt haec vitae Sacramenta de
 caelesti fonte manantia: quoniam nulla participa-
 tio iustitiae cum iniquitate, sicut nec luci cum tene-
 bris. Tamen tales licet oderint, adulteri sunt & homi-
 cidarum, & ex parte diaboli plura admiserint, dum
 falce Evangelica nec dum praecisi sacrificant, non
 cogitandum qui & quales sint, sed quid dent, vel
 quid accipiat is qui cum fide communicatur, ne-
 que quis habeat virtutem consecrandi, sed quid
 habeat. Nam sicut nomine Christi, ipso teste, etiam
 a membris diaboli daemonia pelluntur, & virtu-
 tes ab eis plurimae operantur: ita eiusdem virtute in
 Sacramento a malis Corpus & Sanguis conficitur,
 licet dictum sit, quod Deus peccatores non audiat,
 quia & super aquam Baptismi & super oleum, &
 super Eucharistiam & super capita eorum quibus
 manus imponitur in sacramento, haec omnia cele-
 brantur & sunt, idcirco valent etiam & per homi-
 cidas eo quod & si non habeant Spiritum sanctum,
 Deus est qui dat per ministerium eorum eundem
 Spiritum sanctum, & consecrat ex officio munus
 suae largitatis. Alioqui angustior est gratiae Christi,
 quam fraus, & calliditas diaboli. Si enim hortus il-
 le deliciarum clausus, potuit habere spinas aduer-
 sarij, multo magis extra, & in eos qui membra non
 sunt Christi, profecto emanat fons ipsius gratiae.

Non igitur euacuatur quod ubique pollet, neque
 alterius esse potest quod proprium Dei est. Quia &
 si sunt qui dicant haec sui meriti esse, & fornicantur
 a Deo, nequaquam illa ex honoranda sunt diuini iuris
 Sacramenta, vt eorum illa esse putentur, cum Domi-
 nus sub specie meretricis Synagogae, Prorulistae, in-
 quit, de auro meo, & argento meo, & fecisti tibi
 imagines masculinas, & fornicata es in eis. Deinde
 ait, Accepisti vestimenta mea versicoloria, & operu-
 isti idola tua, Oleum quoque meum & incensum
 meum posuisti ante faciem idolorum. Nam & panes meos

quos dedi tibi, & similitudinem postquam melle & oleo
 cibavi te. Profecto quia licet carnalis anima conuer-
 tatur ad imaginem fantasmatum suorum, omnia
 Sacramenta & verba sacri eloquij: tamen non sua
 haec sunt, neque amatorum suorum, sed Dei, licet
 habeat fornicationem suam seducta vel seducens.
 Vnde & Dominus sua haec esse protestatur: & ideo
 non debemus ipsis tribuere quae Dei sunt, neque
 quasi non agnita reprobare, imo quamuis apud
 fornicariam mulierem, dona viri legitimi recognos-
 cere, & verbo veritatis illam fornicationem corri-
 gere si valeamus, quae propria est impudicae mulieris
 non illa dona culpae quae propria sunt Domini
 miserentis. Quia & si sacramentum gratiae dat Deus
 etiam per malos, ipsam verum gratiam non nisi per
 seipsum in qua est remissio peccatorum, quam tri-
 buit etiam interdum per sanctos suos. Vnde nihil
 maius aut minus est a quolibet in ministerio, & si
 adhuc in tenebris sit, dum & Sacramentum praestatur
 ex officio, & gratia ex participatione & vnitare
 columbae, in qua fuit fons vitae, & manat remissio
 peccatorum. Cuius sacerdos Christus & pontifex
 in aeternum, expiat & offert seipsum pro nobis
 quotidie, ante conspectum diuinae Maiestatis.

C Tamen si nihil eiusmodi oculis carnalibus appareat, virtute
 tamen fidei haec veraciter sumi. CAP. 13.

Quod verum colorem aut saporem carnis mini-
 me praebet, virtus tamen fidei & intelligentiae
 quae nihil de Christo dubitat, totum illud spiritua-
 liter sapit & degustat: quia vt dixi, qui verbo cuncta
 creauit, haec Verbo vna cum Spiritu sancto coope-
 ratur, & ideo nihil dubitandum vbi Deus Trinitas
 iure opifex creditur. Nihil enim in eodem est du-
 bium, vbi efficax virtus eiusdem rei sentitur, vbi plena
 similitudo exterius, & vera virtus Agni, atque Caro
 eius immaculata, interius voratur. Nihil enim ra-
 tionabilius, vt quia iam nos similitudinem mor-
 tis eius in Baptismo accepimus, similitudinem quo-
 que Carnis eius sumamus, & similitudine preciosi
 Sanguinis potemur: ita vt & veritas non desit in
 Sacramento, & ridiculum nullum fiat Paganis, quod
 cruorem occisi hominis bibamus. Auidius enim re-
 quiritur quod latet, & preciosius est, quod cum fide
 quaeritur. Ideo quoque sic debuit hoc mysterium
 temperari, vt & arcana secretorum caelarentur in-
 fidis, & meritum cresceret de virtute fidei, & ni-
 hil deesset interius vere credentibus promissae veri-
 tatis. Insuper & quod maius est, per haec secretius
 praestita, ad illam tenderent speciem fatieratis, vbi
 iam non pro peccatis nostris quotidie Christus im-
 molabitur, sed fatierate manifestationis eius sine
 vlla corruptione omnes sine fine fruemur. Alioqui
 quomodo ferrent haec adhuc increduli, si iam discipu-
 li olim ista sono vocis audientes, ferre nequierunt?

Nam cum Saluator diceret, Qui manducat Car-
 nem meam & bibit Sanguinem meum, in me ma-
 net &c. tum inquit, Durus est hic sermo, & quis
 poterit sustinere eum? quanto magis adhuc inficij &
 perfidii ista durius ferrent, & culparent Christianos
 fore immundissimos, quod carnem hominis come-
 derent, & potarent sanguinem, ac per hoc fieret exe-
 crabile, quod per fidem debemus credere esse desi-
 derabile,

Christi car-
 nem veram
 & immac-
 ulatam hoc
 in Sacra-
 mento
 sumi.

non ratio,
 sed fides
 corpus
 Christi ve-
 raciter su-
 mit.

derabile, & iam per intelligentiam non carnaliter, A
 sed spiritualiter gustare? Per fidem enim ambulamus
 & non per speciem. Quod si carnis species in his vi-
 sibilis appareret, iam non fides esset aut mysterium,
 sed fieret miraculum, quo aut fides nobis daretur,
 aut a perfidis execratio communicantibus impor-
 tunior grassaretur: Haec igitur credentibus & iam
 fidelibus data sunt: signa verum & miracula, vt fidem
 percipiant, non credentibus. Vnde oportuit ista
 non permutari, & credentibus de his nihil saltem ad
 modicum dubitari.

Quod saepe haec visibili specie apparuerunt.

Cap. 14.

Nemo qui sanctorum vitas & exempla legerit, B
 potest ignorare, quod saepe haec mystica Cor-
 poris & Sanguinis sacramenta, aut propter dubios,
 aut certe propter ardentius amantes Christum, vi-
 sibili specie in agni forma, aut in carnis & sangui-
 nis colore monstrata sint: quatenus de se Christus
 clementer adhuc credentibus fidem faceret: ita
 vt dum oblata frangitur, vel offertur hostia, vide-
 retur agnus in manibus & cruore in calice, quasi ex
 immolatione profluere: vt quod latebat in myste-
 rio, patesceret adhuc dubitantibus in miraculo.
 Fecit enim hoc pietas diuina quibusdam iam cre-
 dentibus & tamen adhuc dubitantibus: vt & ipsi
 fiduciam de veritate perciperent, & alij de miracu-
 lo ad fidem solidarentur & de Christi gratia per
 eandem fidem vberius participarent. Nam quae veri-
 tatis repromisit, sine aspectu credenda sunt. Sed
 quia duri corde sumus, voluit diuina mansuetudo, in
 quibusdam, omnibus satisfacere, vt vterius de his
 iam nemo dubitet. Porro quod si nec ostensa cre-
 dentur, nec ea, quae veritas testatur, ex fide com-
 municante, quaerit quilibet ob satisfactionem sui,
 quid expectet, quoniam nihil extra veritatem est,
 quicquid veritas habet, hoc ostensio per speciem,
 quando placuerit, repraesentat. Vnde credere oportet
 quod & haec opportunissime ostensa sint, & ni-
 hil dubitare de ijs quae veritas repromittit: quia quis-
 quis extra veritatem aliquid quaerit, non nisi falsi-
 tatem inuenit, & semetipsum (sic quae a Christo
 dicta sunt non receperit) extra veritatem secludit.
 Quod autem dixi, saepe quibusdam ardentius Chri-
 stum amantibus haec praemonstrata fuisse, vnum e
 pluribus pandam.

Exempli.

Nam quidam presbyter fuit religiosus valde,
 Plegils nomine, frequenter Missarum solennia ce-
 lebrans ad corpus sancti Nini, Episcopi, & con-
 fessoris. Qui cum digno moderamine sanctam
 Christo propitio duceret vitam: coepit omnipo-
 tentem Deum pijs pulsare precibus, vt sibi mon-
 straret naturam Corporis Christi atque Sanguinis.
 Itaque non ex infidelitate, vt assolent, sed ex
 pietate mentis ista petiuit. Fuerat enim a puero di-
 uinis legibus imbutus, & propter amorem superni
 Regis olim patriae fines, & dulcissima liquerat arua, vt
 Christi mysteria exul sedule disceret. Idcirco eius
 amore magis succensus quotidie preciosa munera
 offerens poscebat sibi praemonstrari, quae foret spe-
 cies latitans sub forma panis & vini. Non quia
 de Corpore Christi dubius esset: sed quia vel sic
 Christum cernere vellet, quem nemo mortalium
 iam super astra leuatum, in terris passum, conspi-

cere potest: Venerat ergo dies, & idem celebrans
 pie solennia Missarum more solito procubuit ge-
 nibus. Te deprecor, inquit, omnipotens, pande
 mihi exiguo in hoc mysterio naturam Corporis
 Christi: vt mihi liceat eum prospicere praesentem
 corporeo visu, & formam pueri, quem olim sinus
 matris tulit vagientem, nunc manibus contrectare.
 Qui dum talia precaretur, Angelus de caelo ad-
 ueniens affatur, Surge, inquit, propterea, & si Chri-
 stum videre placet, adest praesens corporeo vesti-
 tus amictu, quem sacra puerpera, gessit. Tum ve-
 nerabilis presbyter pavidus, ab imo vultum erigens
 vidit super aram Patris filium puerum quem Si-
 meon infantem portare suis vlnis promeruerat.
 Cui Angelus inquit, quia Christum videre pla-
 cuit, quem prius sub specie panis verbis mysticis
 facere solebas, nunc oculis conspice, manibus atre-
 cta. Tum sacerdos caelesti munere fretus, quod di-
 ctu mirum est, vlnis tremebundis puerum accepit,
 & pectus proprium Christi pectori iunxit. Deinde
 profusus in amplexum dat oscula Deo, & suis labiis
 presit pia labia Christi. Quibus ita exactis, praecela-
 ra Dei membra restituit in verticem altaris, & reple-
 uit caelesti pabulo Christi mensam. Tunc rursus
 homo prostratus, deprecatus est Deum, vt dignaretur
 ipse iterum verti in pristinam speciem. Qui ex-
 pleta oratione surgens a terra inuenit Corpus Chri-
 sti in formam remeasse priorem, vt deprecatus fue-
 rat. Et mira omnipotentis Dei dispensatio, qui ob
 vnius desiderium ita se praebere dignatus est visi-
 bilem, non in figura Agni, vt aliis quibusdam sub
 hoc mysterio, sed in forma pueri: quatenus & veri-
 tatis patesceret in ostensio, & sacerdotis desiderium
 impleteretur ex miraculo, non straque fides firmaretur
 ex relatu. Veruntamen non prius idem communi-
 casse pueri Corpus & Sanguinem legitur, quam re-
 dierit in prioris formae speciem: ne absurdum vi-
 deretur quod praesumerat & fides vberius requi-
 ratur interius in eodem quod exterius visu conspe-
 xerat. Hoc interim dixisse sufficiat de ostensione
 carnis Christi pro adfessione veritatis. Caterum si
 quis ex eo non credit illud quod in Euangelio praed-
 icatur, prioribus, inquam illis deterior videtur,
 qui sub vnius speciei gustu, omnem saporem & om-
 ne delectamentum fide perceperant. Nec tamen il-
 lud tunc aliud monstratum, licet quicquid saporis
 & delectamenti est interius, sub vno eodemque co-
 lore, totum manna praestiterit. Porro quippe vir-
 tus rerum est, quam species & fucatus color.
 Idcirco virtus magis consideranda est, quam co-
 lor seu sapor exterius: quia qui vniuersis virtutem
 naturae dedit, hic huic Sacramento diuinitus
 indulsit vt sit caro & Sanguis ipse, vt quod
 Caro & Sanguis Christi Ecclesiae contulit, hoc
 totum Sacramentum huius mysterij compleat, &
 ad immortalitatem suos immaculatos elementer
 perducat: carnales quoque & corruptibiles, ad
 spiritualia & incorruptibilia perficit. Propte-
 rea ergo debuit spiritualiter celebrari: qua-
 tenus per hoc de visibilibus ad inuisibilia fe-
 ramur, & quod adhuc latet, fide instantius requi-
 ramus. Nihilque dubitandum de specie, dum virtus
 Christi interius totum praestit ex mysterio, quicquid
 Euangelium repromittit ex diuinitatis oraculo.

Presbyter
 religiosus
 videt Chri-
 stum in
 Altari.

Dei virtu-
 tis potius
 quam co-
 lor haberi
 da ratio.

† Veritatis

Quod hoc mysterium nullius meritis consecratur, nisi illius cuius nutu omnia reguntur & sunt.

Cap. 15.

† Tertio.

Mar. vii.

Ambros.

Luc. 22.

Verba fa. Canonis.

N Vlli dubium, quod sicut quando in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & ter mergimur in fonte, tunc vtiq; baptizamur: non in virtute illius & potestate qui hæc dicit, sed in virtute Christi, qui hoc præcepit, Itæ, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti sic vtiq; & hoc Sacramentum non meritis, non verbis humanis, sed proculdubio diuinis efficitur & consecratur mandatis. Creatur enim ex aliquo ibidem, non qualiscunq; sed noua salutis creatura, Caro & Sanguis Christi: veluti in baptismo homines, noua efficiuntur creatura, & corpus Christi. Idcirco non æstimandum est, quod alterius verbis, quod vilius meritis, quod potestate alicuius ista fiant: sed verbo creatoris, quo cuncta creata sunt: visibilia & inuisibilia. Cuius ergo potentia creata sunt prius, eius vtiq; verbo ad melius recreantur: quia nemo creator alicuius rei, aut recreator, nisi vnus Deus catholicè prædicatur. Propterea veniendum ad verba Christi, & credendum, quod in eiusdem verbis ista conficiantur. Reliqua omnia quæ sacerdos dicit aut clerus canit, nihil aliud, quàm laudes & gratiarum actiones sunt, aut certè obsecrationes fidelium, postulationes, petitiones. Verba autem Christi, sicut diuina sunt, ita efficacia: vt nihil aliud proueniat, quam quod iubent quia æterna sunt. Cælum, inquit & terra transibunt, verba autem mea non transibunt, sed facient omnia, ad quæ missa sunt, quia Patris non nisi vnum & substantium & consubstantiale sempiternum est verbū. Vnde sacerdos prius inter cætera etiam verba Euangelistarum assumens, ait: Qui pridie, quàm pateretur, accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas, & eleuatis oculis in cælum, ad te Deum patrem suum omnipotentem, gratias tibi agens, benedixit, fregit, & dedit discipulis suis. Ecce vtiq; ad istum locum verba sunt Euangelistarum. Porro deinceps verba sunt Dei, potestate & omnipotentia plena, Accipite & manducate ex hoc omnes, Hoc est enim Corpus meum. Sed ne fortè putares, quod de illo vno tantum pane, & in illa vna hora hoc eum esse iusserit, secutus, adiunxit & ait, Hoc facite in meam commemorationem, Vnde fatendum est, quod quicquid tunc illud fuit, quod Apostoli ab eo perceperunt, hoc totum est istud, quia idipsum est. Et si velis audire quid est, Hoc est, inquit, Corpus meum quod pro vobis tradetur. In hoc ergo verbo creatur illud Corpus: quia diuinum verbum est, & omnipotentia plenum, vbiq; præsens, vbiq; omnia complens. Et quod dicit, Hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur: crede o fili, quia ita est, quoniam ipse dixit, & factum dubitare non potes. ipse mandauit & creatum est. Præceptum ergo posuit, dicens, In meam commemorationem hoc facite. Et idè quotienscunq; fit catholicè, verè hoc fit, quod dictum est, Hoc est Corpus meum.

Simili modo postea quam cœnatum est, refert sacerdos verba Euangelistæ, accipiens hunc præclarum calicem. Et notandum quod hunc, quem offerimus, non alium in sanctas, ac venerabiles

A manus suas, item tibi gratias agens benedixit, & dedit discipulis suis dicens. Audis ne vbiq; quod ipse gratias egerit, quod benedixerit? Et idè licet nos gratias agamus Deo, ille est, qui pro nobis gratias agit per se, & nos tamen per illum. Et quia per illum eius gratiarum actio iure dicitur, sic itaque licet sacerdos benedicat: ipse est, qui benedicit ac frangit. Alioqui nisi eius esset benedictio, nulla sanctitas in eo esset. Vnde in Exodo ad Aaron & filios eius ait, Inuocabitis ergo nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eos, Sacerdos ergo inuocat, sed ipse benedicit & frangit: quia nisi ille frangeret hunc panem, paruuli omnes ieiuni remanerent. Hinc quoque Propheta suspirans quia nec dum venerat Christus, aiebat in Lamentationibus suis, Paruuli petierunt panem, nec erat qui frangeret eis. Et ideo hic solus est qui frangit hunc panem, & per manus ministrorum distribuit credentibus, dicens, Accipite & bibite ex hoc omnes, tam ministri, quam & reliqui credentes, Hic est calix Sanguinis mei noui & æterni testamenti. In hoc quippe verbo Sanguis efficitur quod antea vinum & aqua fuerat. Efficitur ergo Sanguis, sed ille vtiq; quem discipulis tradidit. Sanguis planè noui & æterni Testamenti, quod Testamentum nunquam immutabitur, quia æternum est: nunquam veterasceret, nunquam irritum erit. Et hoc est testamentum hereditatis nostræ, per quod nobis diuina & cælestia traduntur. Hoc igitur est mysterium fidei. De huius nimirum Sanguinis figura populus sanctificatus est veteris testamenti. Sed in illo sanguine vmbra erat, hic est autem veritas. Qui pro vobis, inquit, effundetur & pro multis in remissionem peccatorum. Nam vbi Lucas dixit, pro vobis; ibi Matthæus, pro multis, posuit. Vnde credendum, quod Christus vtrumque dixerit quia hic sanguis & pro Apostolis, & pro multis qui credituri erant per verbum eorum, effusus est. Hic itaque & non alius, neque alterius alicuius, sed Sanguis Iesu Christi, in hoc verbo efficitur. Viger autem hoc verbum, & manet. Hic est enim calix Sanguinis mei, qui pro vobis effundetur & pro multis. Quapropter o homo quotienscunq; bibis hunc calicem, aut manducas hunc panem, non alium sanguinem te putes bibere, quam qui pro te, & pro omnibus effusus est in remissionem peccatorum.

Neque aliam carnem, quam quæ pro te, & pro omnibus tradita est, & pependit in cruce, quia sic veritas testatur, Hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur, Et de calice, Hic est enim Sanguis meus, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum. Vnde sicut in remissionem fufus est peccatorum, & traditus: ita adhuc hodie in remissionem comeditur & potatur delictorum: vt quia in terris sine quotidianis leuibuscque delictis viuere non possumus, vt præmissi, tali esca & potu refecti, sine macula & ruga inueniamur, & non solum hoc, sed etiam omni benedictione cælesti, quæ in illis est, repleamur, ac per hoc vnum corpus cum illo & in illo maneamus vbi Christus caput, & nos omnes membra censeamur.

Quod

Psalm. 22. Psalm. 109.

Exod. 16. 2. Cor. 8.

Luc. 8.

Matt. 23.

† Illius. In Christo omnis plenitudo corporalis. Ioan. 1.

Quod quantitas in hoc mysterio non sit consideranda, sed meritum & virtus. Cap. 16

Q Vod panis etiam, quæuis vera caro sit, hoc mysterium possit nominari, probat Apostolus, vbi dicit, Probet se homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat: quia Christi Caro, & vera Caro, & tamen panis viuus qui de cælo descendit, iure catholicè prædicatur. Caro quidem secundum gratiam, panis verò secundum efficientiam, quia sicut hic panis terrenus vitam subministrat temporalem: ita ille cælestis, vitam præstat æternam & cælestem quia vita est sempiterna. Denique & Sanguis hic secundum efficientiam, simili modo vinum typicè potest vocari: quia sicut vinum lætificat cor hominū, sobriè potatum: ita longè locupletius hoc vinum Sanguinis, lætificat cor hominis interioris, & inebriat mentē amore spirituali. Vnde dictum est, Calix meus inebrians, quàm præclarus est. Et vinū lætificat cor hominis. De quo nimirum vino, sponsa in Canticis exultat, quod Christus in ea, suam ordinauerit charitatem. Cæterum, secundum præmissam doctrinæ veritatem, nihil aliud quàm Caro Christi & Sanguis iure creditur: quæ nõ sapore carnis, sed spirituali dulcedine degustantur, & fidei ratione intelliguntur.

Vim & rationem huius Sacramenti Corporis & Sanguinis Domini, prorsum & rationis sensu esse reconditam. Cap. 17.

S I enim figura istius Sacramenti, in manna illo cælesti præcessit: verè & huius rei ratio exinde aperte monstratur quod dicitur, Qui plus collegerat, non habuit amplius, neque qui minus parauerat inuenit minus. Non est omnino quantitas visibilis, in hoc æstimanda mysterio: sed virtus Sacramenti spiritualis, sicut nec quantitas hominis Christi metienda in corpore, sed virtus in eo, & diuinitas consideranda. Nam plus retulit mulier illa in Euangelio, quæ fimbriam vestimenti eius tetigit, quam turba, quæ totum corpus pressit: quia plus eum mente concepit & fide credidit. Idcirco cogitandum à nobis est, non quantum dente premit, sed quantum fide & dilectione capitur. Non enim rectè Caro Christi sine diuinitate sumitur, nec diuinitas sine Carne præstat. Vnde in Euangelio, regnum cælorum simile dicitur thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, vadit & vendit omnia, & emit agrum illum: quia nec ager Corpus videlicet Christi, sine thesauro, id est, diuinitate, nec thesaurus diuinitatis sine agro carnis iure comparatur. Qui quàm bene in agro thesaurus absconditus dicitur: quia in Carne Christi diuinitas corporaliter inhabitans etiam in hoc mysterio ab aspectu oculorum, ne Caro videatur, subtrahitur, vt fide audius queratur, quæ sita verius inueniatur, inuenta verò charius habeatur & habita desiderabilius fruatur, quia in Christo omnis plenitudo corporaliter inhabitat sine dubio diuinitatis. Idcirco necesse est, qui Corpus eius comederit, de plenitudine diuinitatis illud fide percipiat. Vnde sanctus Euangelista, Et omnes nos, inquit, de plenitudine eius accepimus. Alioquin, nisi prius de plenitudine eius accipias, nec ad modicū carnis peruenire possis, quia thesaurus non emitur propter agrum, sed

ager propter thesaurum, nam thesaurus de plenitudine diuinitatis cum eo & in eo credentibus traditur. Et ideo fili, hoc mysterium dum communicas, dilata sinum mentis tuæ, emunda conscientiam & percipe, non quantum mica exhibet, sed quantum fides capit: quia in Christo plenitudo diuinitatis manet, in te autem de plenitudine, non quantum est, sed quantum idoneus fueris, præstat.

Quare ante passionem Corpus suum discipulis dedit. Cap. 18.

A Nte passionem autem hoc Sacramentum ideo celebratum est: vt de legali Pascha continuo quia vmbra remouenda erat, veritas claresceret. Nunquam igitur vmbra potest desistere, nisi radiante luce. † Alium verò Christus nõ uerat, quod & boni dignè & mali indignè hoc mysterium, licet præsumptiue, accepturi essent, voluit formam dare cunctis communicantibus, quid boni, quidue mali percipiant. Et ideo Iudas in figura omnium malorum ad percipiendum admittitur. Nam si post resurrectionem fieret, iam Iudas, cum sanctis Apostolis communicare non posset, quia iudicio æterno iam damnatus erat. Nam per hoc mysteriū, passio domini & mors prædicanda erat, ideo magis congruit in ipso passionis articulo hoc tradere, quæ post resurrectionem: quia ad hoc immolatus est agnus, vt nos eius Carnē comedamus. Vnde Paulus, Pascha nostrum, immolatus est Christus, itaque epulemur. Cæterum ipse transiturus iam de hoc sæculo ad Patrem, id est, de hac mortalitate ad immortalitatē, fecit ad huc mortalis, quod nos post eum, & in illo facturi eramus simili modo mortales: quatenus tali nos refecti pabulo, & inebriati poculo, faciamus nos pro illo securi de immortalitate, quod ille pro nobis prior fecit † mortalibus. Ad hoc quippe immortalitatis præstitit alimoniam: vt mortem non timeamus. At verò quod vltimū est, si post resurrectionem hoc dedisset, dicturi essent heretici, quod incorruptibilis iam Christus, & in cælo positus non posset in terris eius Caro à fidelibus vorari. Nunc verò quod integer & incorruptibilis manet, dicimus contra eos, quod in morte eius ista percipimus, vt vsque ad finem seculi omnes inde pascamur: & tamen quod seminatum est resurgens incorruptum permaneat. Ob hoc ergo granum frumenti cecidit, vt multum fructū adferret. Si enim hoc ille concessit seminibus, multo magis id sibi præstitit: vt & ipsum maneat incorruptum, & deinceps multam alimoniam immortalitatis præbeat ex sua fructificatione credentibus. Vnde qualis ille resurrexit, talia sunt & hæc semina immortalitatis: quæ immortales faciant dignè percipientes. Et ideo quotiens ista comedimus, mortem domini annunciamus: quia de morte ista immortalia meruimus, donec veniat viuus & mortalis vt cum eo etiam & nos tali longè diuque refecti immortalitatis cibo per eum immortales regnemus.

Corporis simul & Sanguinis domini perceptionem, nobis ad salutem esse necessariam. Cap. 19.

P Atet sensus, quod iam Caro frangitur, quia sanguis est in calice, qui de latere manauit, & ideo quàm rectè Caro Sanguini sociatur, quia ne Caro

Vide quæ carnè hoc sacramenti portigat.

Huius Sacramenti utilitas.

sine Sanguine: utique nec Sanguis sine Carne iure communicatur. Totus enim homo, qui ex duabus constat substantiis, redimitur, & ideo Carne simul Christi & Sanguine faginatur. Denique non sicut quidam volunt, anima sola hoc mysterio pascitur, quia non sola redimitur morte Christi & saluatur: verumetiam & caro nostra per hoc ad immortalitatem & incorruptionem reparatur. Carni quidem caro spiritualiter conuiscerata, transformatur, ut & Christi substantia in nostra carne inueniatur, sicut & ipsa nostram in suam constat adsumpsisse deitatem. Vnde orantes ad Deum cum Propheta dicimus, Memorare meam substantiam, numquid enim vanè constituissti omnes filios hominum? Quæ igitur maior securitas hominis, quam ad suam substantiam orare, & eam in Deo venerari, atque per unitatem personæ fidenter dicere, O Deus mea substantia, qui me constituisti & creasti, nunquid vanè me creasti? Non utique, licet vanitati subiiciatur omnis homo viuens, quia Deus creator & Verbum Patris, factus est homo. Vnde constat per hoc, quod & nos in illo, & ille utique est in nobis: dū in carne spiritualiter se refudit, ut nos per hoc in incorruptionem transformemur. Porro Sanguis eius, ut dixi, potatur, quatenus anima, quæ in sanguine peccati est, renouetur: quia & Christi anima, non in sanguine peccati, sed in sanguine carnis etiam uti natura est hominis, carnem humanam, quam Christus suscepit, viuificauit. Idcirco non rectè caro sine sanguine communicatur, sed ut caro habeat relationem ad animam quæ in sanguine Christi est, & anima viuificatrix carnis per sanguinem relationem habeat ad Deum, atque ita totus homo sanetur. Hinc quoque Dominus cum dixisset, Qui manducat Carnem meam, & bibit Sanguinem meum, habet vitam æternam, continuo subiicit: Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Habet, nanque ideo dixit, quia mox anima carne soluta, intrat in vitæ promptuarium, ubi sanctorum animæ requiescunt. Deinde quod ad corpus pertinet, addidit, Ego resuscitabo eum in nouissimo die, ut sicut integrè creatus est homo, ita quoque redemptus integrè prædicetur, ac deinde in nouissimo ad integrum reparandus credatur. Interim tamen iustum & pernecessarium est, ut redemptus alatur ad incorruptionem, & potetur ad vitam. Propterea mox Saluator intulit, Caro enim mea verè est cibus & Sanguis meus verè est potus, ac si diceret: Quia generaliter homines, & vinum conuertatur in appetunt, ut non esuriant, neque sitiant & ne moriantur: hoc utique cõmunis iste non præstat cibus & potus, sed Caro mea & Sanguis, qui immortales & incorruptibiles facit, ideo verè cibus & potus nominantur. Constat igitur & liquet omnibus, quod in hac mortali vita sine cibo & potu non viuunt. Sic itaque ad illam æternam non peruenitur, nisi duobus istis ad immortalitatem spiritualiter nutriatur. Et ideo bene in calice simul redduntur, quia de calice vno passionis Christi hæc duo nobis ad vitam manarunt.

Phil. 2.

Ioan. 6.

Aug. in Ioan. ca. 6.

In fellicem esse qui non credit ea quæ in hoc sacramento latent.

res restituar: quid sentiendum de hoc immortali Cibo & Potu, in quo vita æterna præstatur, & immortalitas regnat? Veritas enim Deus est, & Christus Veritas est, quia utique Deus est. Propterea ò homo, si veritas est crede, quia Caro Christi & Sanguis vita est: & ideo Veritas protestatur, Qui manducat meam Carnem & bibit Sanguinem meum, habet vitam æternam in se manentem utique, & non labentem, quia in hac vita nemo viuunt, nisi viuendo labatur in mortem: in illa verò semper in eodem statu manendo sine defectu viuunt. Igitur si quis sequitur vitam, tenet veritatem, & qui veritatem tenuerit, iam vitam habet in se manentem: quia Christus est via, veritas & vita. Vnde hoc mysterium nonnuncquam viaticum appellatur, quia si quis illo fruatur in via, peruenit ad vitam quam iam in se habet, & falsitate nulla fallitur, quia veritate Dominici Corporis & Sanguinis, ad vitam illustratur & vegetatur.

Ioan. 6.

Viaticum cur dicitur sacramentum corporis Christi.

Quare coenatis Corpus suum dederit, cum nos ieiuniamus. Cap. 20.

Sacramentum * verò fuit, quod Dominus post * Ergo. Scenam Apostolis hoc tradidit. Sic enim illud oportebat impleri circa finem diei ad vesperam: ut hora ipsa sacrificij, ostenderet iam finem sæculi aduenisse, Vnde Ioannes, Filioli mei, iam nouissima hora est. Porro Apostoli ideo ieiunij iam non erant, quia necesse fuit, ut Pascha illud typicū prius compleretur, deinde ad verum Paschæ Sacramentum transferent. Hoc enim in mysterio tunc factum est, ut & umbra finem acciperet veritate ostensa, & ipsi deinde ad veram mox transfirent nouitatem. Ex quo factum est, ut ieiunij Corpus & Sanguinem primitus non perciperent: Cæterum vniuersaliter in Ecclesia omnes cum summa religione ieiunij communicare consueverunt. Sic enim placuit Spiritui sancto, per Apostolos ordinare, ut in honore tanti mysterij, primitus Corpus Christi & Sanguis sobriè acciperetur, quam cæteri cibi: & ideo per omnem Ecclesiam Christi mos iste satis decenter ac prouidè inoleuit. Neque obseruandum, sicut Apochryphorum monumenta decernunt, donec ea digerantur in corpore, ne communis cibus accipiatur. Sed satis inuigilandum, ut antea quisque se præparet, & post acceptam gratiam nullus indignum se reddat. Spiritualiter enim hæc sunt accipienda, & nõ carnaliter. Licet igitur panis in carnem, & vinum conuertatur in sanguinem, veluti à natura probatur, tamen altius consideranda sunt hæc, ubi non modo Caro aut Sanguis Christi in nostram conuertuntur carnem aut sanguinem, verum nos à carnalibus eleuant, & spirituales efficiunt. Hoc sane in nobis nutriunt, quod ex Deo natum est, & non quod ex carne & sanguine. Dedit namque Christus nobis potestatem filios Dei fieri: verumtamen non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nascimur. Illa ergo natiuitas nostra, quæ ex Deo est, utique spiritualis est, quia Deus spiritus est. Et ideo hæc mysteria non carnalia, licet Caro & Sanguis sint: sed spiritualia iure intelliguntur. Vnde longè inferius vita ista temporalis, corporeo isto communialitur cibo & potu: longè verò excelsius ac præminentius

Aug. in epist. 118. ca. 6.

Quæ hæc sacramentum spirituales effici. Ioan. 1.

minentius vita illa quæ absconsa est cum Deo, qua conformes illi & configurati sumus, illo faginatur cibo & potu, quem in scripturis & de Altari accipimus, & transficit nos ad spiritualia, ut ibi exinde viuamus, ubi vita nostra seruatur æterna. Et qui dignè illud acceperit, habet vitam æternam in se manentem. Frituolum est ergo, sicuti in eodem Apocrypho libro legitur, in hoc mysterio cogitare de stercore, ne commisceatur in alterius cibi digestionem. Denique ubi spiritualis esca & potus sumitur, & Spiritus sanctus per eum in hominem operatur, ut si quid in nobis carnale adhuc est, trāsferatur in spiritum, & fiat homo spiritualis esca: quid commixtionis habere poterit?

Quantum igitur distat vita illa æterna ab ista mortali vita, tantum & iste cibus omnino præminet ab illo communi, quo simul nobiscum etiam animalia viuunt. Et ideo communis appellatur, quia omnium est, bonorum scilicet, & malorum, necnon & animalium. At verò iste non nisi filiorum Dei est cibus, ut inde alantur vnde viuunt. Christo enim viuimus, cuius & membra sumus. Dispenfatiuè satis prouidum est, ut ex illo interdum pascamur, quatenus per hoc cum illo, & in illo vnum corpus inueniamur. Veruntamen, quod ieiunij communicamus, satis prouidè, ut dum sobrietas flagrat in corpore, dum omnis feruor carnis conquiescit, & omnis animi sensus, intelligentia & discernendi ratione fortius vigent, illo prius cibo interior noster homo inebrietur, quatenus deinceps quod præminet in nobis vegetatum cœlesti dulcedine, illud regat & gubernet, quod inferius est, ne ad noxia & superflua se relaxet. Dignum igitur fuit, ut quod sublimius est, maiore honore potiretur, deinde quod inferius est, tamen necessarium, indulgentia istius vitæ perciperet, prius tamen ad cœlestia & æterna felicitatis inuitatum. Hæc est namque vera & noua conspersio synceritatis & veritatis, ut sumus azymi, sine fermento malitiæ & nequitiae. Nam in Calice nihil aliud bibimus quam Christi Sanguinem, ubi & nos per aquam admixti, cõniti sumus. In pane verò, nihil præter Corpus, ubi nos per Christi consperionem, eius iam membra sumus. Quæ nimirum conspersio, per aquam Spiritus sancti, fit de qua Dominus in Euangelio, Qui credit, inquit, in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuae. Et continuo Euangelista. Hoc autem dicebat de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Hæc igitur conspersio, de multis grans fecit vnum Corpus, Corpus inquam synceritatis & veritatis, si tamen sumus azymi, id est, absque fermento malitiæ & nequitiae, ut dignè hunc panem de hac aqua conspersum accipere possimus. O mira Dei omnipotentis dispensatio: quantis instruiamur disciplinis & fruimur exemplis, si non sit mens ingrata de tantis beneficiis, & dubia de tam immensis promissis. Idcirco, ò homo serua consperionem gratiæ, quia licet triticum sis, nisi doctrina & virtute Spiritus sancti, ad hanc unitatem & consperionem fueris bene in farinam attenuatus, deinde conspersus gratia, & igne charitatis excoctus, nõ poteris ad soliditatem fidei firmari. Propterea sit tibi semper mola interior timoris, & superior perfectæ charitatis: quibus bene at-

Quantum interit in ter cibum commune & hoc Sacramentum.

1. Cor. 11.

Ioan. 4.

1. Cor. 11.

tenuatus possis Spiritus sancti gratia, in Christi corpore vniri. Patet igitur fili, quod hæc mystica sunt, & ideo sic ista debes cogitare, quasi cœlestia: sic cõtingere, quasi diuina: sic accipere, ut salutaria in quibus vita æterna repromittitur, sic credere, ut dicuntur: deinde sic viuere, ut in Christo semper veritate & synceritate conspersus, membrum eius inueniaris.

Matth. 26. Marc. 14.

Quomodo illud intelligendum Christi, Non bibam à modo de hoc genimine vitis, donec illud bibam nouum in regno Patris mei.

C A P. 21.

EX hoc ergo loco, quidam mille annorum fabulam astruunt, quod Christus corporaliter sit regnator, quando noua corporaliter debeat comedere vel potare, quæ usque ad cõsummationem sæculi non se facturum, ut aiunt, denunciauit. Nos autem Catholicè sensum ipsius Domini requirentes, non hæreticorum nãnas sequamur: sed eius qui ait, Accipite & comedite ex hoc omnes. Hoc est enim Corpus meum. Et calicem illum esse dicamus, de quo idem, Hic est calix meus noui Testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. De quo nimirum calice, i Propheta ait, Calicem salutaris accipiam, & nomẽ Domini inuocabo. Per hunc itaque, passio Domini designatur, vnde idem ad Patrem, Pater, inquit, transfer à me Calicem istum scilicet mortis passionem, ne per manus Iudæorum fiat. Ac deinde, Pater, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Propter quod & mos benè inoleuit, ut Sanguis Christi nunquam in catino, nunquam in cratere, neque in alio vase, quam in calice consecratur. Sed neque alio nomine, ut fieri solet in aliis quibusque vas, nisi semper iuxta proprietatem linguarum calix vocatur, ut exinde omnibus calix passionis Christi ad memoriam reducatur. Ex quo nimirum calice, id est, ex eadem morte, Sanguis, & per Sanguinẽ vita hauritur æterna: quem cum bibimus, quid aliud, quam mortem Domini annunciamus? Idcirco necesse est, ut vnusquisque prius moriatur huic sæculo, quia sicut nemo nisi sepultus, mortem nunciat, ita nemo exinde vitam sumit, nisi resurgens in nouitate vitæ ambulet, & iam in Christo maneat. Vnde si volumus ea cum Christo percipere, sursum in cœnaculum vitæ ascendamus. Vtique in cœnaculum magnum & stratum, quia nisi magnum sit, non omnes capit. Ascendamus autem sursum, quia qui deorsum iacent, non musta cum Christo, sed fel draconum infelicitè cum Iuda, ut sint in felle amaritudinis, bibunt. Hinc quoque Paulus ait: Quæ sursum sunt, sapite, nõ quæ super terram. Non enim alicubi hic calix noui Testamenti, quàm sursum accipitur, Et quia noui Testamenti est, nõ nisi ab innouatis, qui sunt sine vetustate peccati, communicatur. Noui autem Testamenti ob distinctionem veteris dicit. De quo Moyses cum affugeret populum de Sanguine holocaustorum, medium eius in crateras, & medium effudit super altare, & ait: Hic est Sanguis Testamenti, quod mandauit Dominus. Sanguis Testamenti, quia figura

Fabula mille annorum.

Psalm. 115.

Matth. 26. Marc. 14.

Per mortem ingredi-mur vitæ.

Luc. 22.

Colos. 3.

Exod. 14.

Sanguis Testamenti in lege, huius Sacramenti figura.

Proverb. 9.

† coniungatur.

Comunia & conuiuium Cæcilis.

Christus quotidie in suis patitur, etur & fit.

1. Cor. 5.

erat, & umbra huius mysterij, per quod testatus est Dominus daturum se nobis. Cuius nimirum Sanguine populus aspersus est Christianus, & medium eius passim per crateras refunditur, quia mysticum est & morale ex scripturis, quod in eo percipimus: deinde medium eius super altare propter multorum exhaurienda commissa. Vnde nunc salutarum sumimus, quoniam & sapientiam doctrinæ ex illo habemus, & redemptionis precium, inde pro nobis offerimus. Ergo quod tunc ille pro nobis semel fecisse legitur, hoc nos, ipso iubente, quotidie facimus. Necnon & in Salomone legimus, quod sapientia miscuerit in crateras vinum suum, quod sanè vinum, illa moralis intelligentia est, de qua inebriantur animæ fideles, & illud quod refunditur ad altare, quâdo dicitur: iube hæc perferri per manus Angelici tui, in sublime altare tuum in conspectu diuinæ maiestatis tuæ. Ideò fit, vt Sanguis Christi inde pro nostris exhauriendis quotidie delictis, rursus in precium sumatur redemptionis, & interior homo noster per hoc plenius innouetur, & † coniungatur Christo: non modò moribus & vita, verù etiam & vnitate naturæ per Corpus, vt hinc inde in illius forma inueniamur.

Neque enim hic Sanguis integrè percipitur, nisi & moraliter inebriet mentem, & spiritualiter de altari Corporis Christi ob renouationem nos refundat, vbi profectò Christus conuiuium & conuiuia noster simul esse voluit. Per hoc ego quod nos Corpus eius sumus, de carne & ossibus eius, ille nobiscum illud bibit nouum in regno Patris, quia Sanguis est noui Testamenti: Nos verò, quia corpus eius sumus, & ille in nobis vt caput regnat, regnum Patris iure vocatur. In quo nimirum Christus iam illud bibit nouum, quotiens fideles intra Ecclesiam dignè istud percipiunt. Sicut enim patitur in suis, & esurit, & sitit, & vestitur, ac suscipitur: sic quoque bibit illud nouum in regno Patris, id est, in Ecclesia. Quotiens eum dignè sui aut comedimus, aut potamus. Nam de vinea illa quæ fecit labruscas, felle amaritudinis potatur, quod est calix passionis. Caterum in regno adoptionis, de gemmine vitis nouæ bibit, & vinea Sorech, quæ interpretatur electa. Rubentia enim musta, in eo prelo Crucis eliquantur, dum quotidie Christi Sanguinem de altari sumimus. Idcirco quoties nouum ex hoc vinum bibimus in regno Dei, Christus illud se bibere fateretur, cuius nos membra sumus & qui bibimus. Hinc ergo conuiuium nostrum dicitur, quia Pascha nostrum immolatus est Christus. Conuiuæ verò, eo quod cum illo epulamur transformati in nouitatem, quia Corpus eius sumus, ex quo se in regno Patris illud nouum bibere restatur. Alioqui eum in illò regno futuro, huc potum corporeo gustu & hanc escam non bibiturum, nec percipiendum credimus, sed sicut ipse sacerdos & auctor salutis instituit. Ex quo enim renouati sunt sancti Apostoli, per aduentum sancti Spiritus de cælis & inebriari musto charitatis: ex eo sane credimus hunc calicem in Ecclesia consecratum, quoniam ille Spiritus veritatis, in quo renouati sunt ex vetustate, induxerat eos in omnem veritatem, & confirmauerat in plenitudinem doctrinæ. Profectò vbi iam sicuti à Christo, ita sanè ab eis, &

deinceps in nouitate Spiritus sancti consecratur. Aliter autem, Meus cibus est, inquit, vt faciam voluntatem eius qui in cælis est, qui misit me, & impleam opus eius. Ergo dum facimus voluntatem Patris, & impletur opus charitatis, Christus vti que nobiscum bibit in regno Ecclesiæ suæ Sanguinem suum, quia ille caput, & nos membra sumus.

Hunc itaque cibum, Iacob Patriarcha esuribat, dicens: Si fuerit Dominus mecum, & dederit mihi panem ad edendum, & vestimentum ad induendum.

Quotquot ergo in Christo Baptizantur, Christum induunt & panem Angelorum comedunt. In quo nimirum mysterio, benedixit Isaac eundem Iacob filium suum, quasi nulla esset alia benedictio, quàm frumenti & vini, scilicet in pane Carnis Christi, & in potu Sanguinis, quæ de agro, corporis nobis quotidie per officium Sacerdotis maturefunt, & comedimus. Hinc quoque idem ait: Det tibi Deus de rore cæli & de pinguedine terræ abundantiam frumenti & vini. In rore quidem cæli, quia hæc mysteria, diuinitatis ope conficiuntur: In pinguedine verò terræ, quia hæc Caro Christi de virgine orta creditur, vbi proculdubio Christianorum plenissima præstatur abundantia panis & vini, in quibus sine dubio vita fruitur Angelorum. Non igitur charissime fili, ista parvipendas, vbi vitæ tanta redolent Sacramenta. Habes quam à longè tantus Patriarcha sensit in filio fragrantiam huius mysterij: ait enim: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus: quia profectò in isto agro corporis Christi, thesaurus absconditus vernat floribus immarcescibilibus, & redolet suauitate odoris. Quem qui inuenit homo, vadit & vendit omnia quæ habet, & emit agrum istum, vbi thesauri omnes sapientiæ atque scientiæ contemplantur. De quo sanè agro, panis vitæ, id est, Carnis, & potus Sanguinis, credentibus quotidie exuberat, & à fidelibus mensuitur. In quo vti que Iacob verus benedicitur, & Dominus fratrum suorum constituitur: quia nimirum sine isto, nulla rerum alia proficit benedictio. Vnde beatus Isaac, cum ferus venator Esau ad benedicendum tardius occurrisset, benedictione hac iam fratri indulta, ait: Venit germanus tuus fraudulentè, ac deinde: Frumento & vino stabiliui. Quod est apertè dicere, Firmavi eum pane Corporis Christi, & vino Sanguinis, in quibus illi æterna maneat abundantia: tibi autem, fili, vltra quid faciam? Quid igitur? tantus & talis Dei cultor si nihil inuenit filio vltra quod præbeat, nisi eadem illi votis imploret: putas ne quod abât, si fueris indignus tanta gratia, vllis quod polleas bonis vltra quam nihil amplius in hac vita præstatur? Aut fortè ideo parvipendes, quia in ore non tibi sapit, quod in Spiritu ille longè præsentèrat in eo & frui desiderabat? Sed hoc licet in spe resectus olim Abraham fuerat, ideo benedictus Deo excelsò dictus est: qua denique benedictione, post eum Deus Isaac perfuderat. Propterea & ipse filium suum Iacob eisdem ditabat donis & Prophetali eloquio implorabat, quod omnibus erat repromissum.

Genef. 28.

Genef. 27.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Zach. 9.

paratur, vbi & Christus est coniuua deliciarum & conuiuium. De hoc quippe bono, Zacharias olim repromisso admirans, ait: Et quid bonum eius est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? Vbi notandum, quod non nisi electorum est cibus, ex quo bonum salutis Ecclesiæ, & pulchritudo decoris præstatur: quia & si quotidie fordescit, exinde reparatur, vt sponsa Christi sine macula & ruga, talibus inueniatur resperfa muneribus. Alioqui dum quotidie peccamus, licet in minimis, quomodo sine macula esse possumus? Non est ergo immaculata, quam næui obscenitas dedecorat. Sed quia per hæc purgatur iugiter, pulchrum eius est hoc Corpus, ex quo iam speciosæ per lauachrum amplius pulchrefcit, vt candore lilij, & robore Sanguinis in hoc mysterio decoretur. Bonum quippe, vt ad vitam æternam proficiamus: pulchrum verò, dum immortalitatis gloria vestimur: vt & interius fruamur vitæ dulcedine, & exterius fulgeamus nitidius de tanti beneficij gratia. Et vinum, inquit, germinans virgines. Felix fructus vbertatis, ex quo virginitas germinatur, nam in hoc nostri germinis vino, castitas corrumpitur, ab isto verò virgines procreantur.

Et ideò iure omnis Ecclesia Christi virgo nominatur, quia isto repleta vino, nullum præter Christum amare nouit, nullum esurire alium, nullumque sitire, quoniam summum eius bonum Christus est, & summa pulchritudo, vestis illa contexta desuper ex vellere agni, quæ nuptialis alibi appellatur. Sed & charitatis vino inebriata, iure omnis anima, quæ Christi potatur Sanguine, virgo dicitur. Habes, charissime, sanctorum vitæ bonum quod nullum est aliud, habes pulchrum venustatis, quo tuas infantæ abluas feditates. Exerce te in castitate: quoniam hic Sanguis nihil magis diligit, quàm in Christo virgines. Virgines inquam, sed prudentes & pudicas, quia sunt & fatuæ intus in animo, non habentes oleum secum Spiritus sancti. Quem profectò si quis non habuerit, hic non est Christi, nam neque frumentum carnis sine vino sufficit Sanguinis, neque caro aut Sanguis sine oleo Spiritus sancti prodest nobis, imò magis officit. Ideò quisquis rectè vult communicare sic viuat necesse est, vt templum Spiritus sancti semper esse queat: quia si quis templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Hinc Paulus ait, Nolite contristare Spiritum sanctum, in quo signati estis profectò, quia sine illo nulla Christi gratia habetur. Propterea & Iohel, cum penitentibus veniam promitteret, Respondit, Dominus, inquit, & dixit populo suo, Ecce ego mitto vobis frumentum, vinum, & oleum & replebimini in eo. In eo vti que replebimini, licet tria promiserit: quia Caro & Sanguis per eundem Spiritum sanctum consecratur: alioqui malo nec Caro est nec Sanguis, sed iudicium quod percipit, quia sine donante Spiritu, nullum malè præsumentibus donum ex Deo præstatur, nam idem Spiritus donum dicitur. Et si septem ipsius dona dicantur, quibus Christus & Ecclesia repletur, sed & ille ad plenum hæc omnia donorum possidet, Ecclesia verò per partes indiuiduè, sicut eidem placuerit, qui se diuidit in singulis, & impartitur omnibus, In eo tamen diuinitus adimpletur, quia sine illo, anima cuiusque vacua inuenitur. Ideò hunc semper oremus, hunc desideremus iugiter, vt eius repleatur bonis desiderium nostrum, & semper ab illo renouetur, ac si aquilæ, iuuentus nostra. Liqueat ergo quod sine illo, nihil est, quod habetur, nihil quod percipitur: eo quod omnia dona virtutum hoc vno claudantur. Idcirco si volumus cælestibus ditari donis, donum Patris ac Filij, qui ab eis consubstantialis procedit & coæternus, ardenti animo petamus: vt per eum charitas in cordibus refundatur nostris, atque in ipso renascentes quotidie ad vitam sanctificemur, quia quoscunque sanctificauerit sui roris asperusione, eos profectò Patrem & Filium inhabitare credimus. Hinc idem filius ait, Ego & Pater ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Non quasi prætermissio Spiritu sancto, sed signanter insinuans, quod ad eos tantum Pater & ipse veniat, quos idem suæ præuentu aspirationis sanctificauerit Spiritus, licet in omnibus sibi semper cooperatrix sit tota Trinitas.

Iohel. 2.

Iohel. 2.

Iohel. 2.

Iohel. 2.

Iohel. 2.

Iohel. 2.

Iohel. 2.

Iohel. 2.

Iohel. 2.

Iohel. 2.

Iohel. 2.

Iohel. 2.

Iohel. 2.

Iohel. 2.

Iohel. 2.

Iohel. 2.

Iohel. 2.

Iohel. 2.

Iohel. 2.

Iohel. 2.

Iohel. 2.

Iohel. 2.

Qua de causa, sicut nihil in hac vita felicius bono Christiano: ita nihil illo periculosius, si desertus à tanta gratia, fiat membrum meretricis. Et ideò, charissime, castum te custodi, quia hoc munus, quo virgines generatur, nimirum non modo carnis luxuriam, verumetiam mentis execratur desidiæ, & omne quod est, vnde noster interior homo possit maculari. Quo velim, quia ordinante Deo iam factis adistis altaribus laua inter innocentes non cum Pilato manus: quia nulla excusatio prodest, vbi testis est conscientia iudex. Et cum probaueris te purum, tum de pane illo ede, & de calice securus bibe. Sin autem da honorem Deo, & corripere quantocius plenitudine cordis, maculam erroris, si quo modo valcas, demum Christi altaria circumdare piis amplexibus, & ad Sancta Sanctorum, mente pura deuotior introire. Alioqui grauius est in sordibus adhuc fordescere & ad illicita Dei mysteria contempto Deo, imprudenter accedere. Hæc igitur obcautelam tui dixerim: dilectissimi fili: quia noui plerisque, veluti sues immundæ, qui sub obtentu penitentia, redeunt ad volutabra vitiorum tanto procliuus, quanto facilius ad hæc sine præiudicio reatus sui accedunt ista pedibus calcare, nec quia semel eos Dei patientia sustinuit, dum indigni vitæ mysteria præsumerent, vltierus ea quæ dicimus vera malunt credere. Verentur enim coram humanis obtutibus suam portare verecundiam, quam coram maiestate diuina, & omnium superiorum spirituum præsentia, temeritatis incurere offensam. Quibus profectò cordis induratio, cum nec se corrigunt, nec Dei visitantur peccatis verbere, iam peña peccati est, & contemptus superbiæ. Sed Dominus, quia eos continuò non punit, vt prætulimus, nunquid non curat, aut suas iniurias itatenus inultas obliuiscitur? Nequaquam hoc dixerim, præsertim cum idem videat, & ad iracundiam exinde amplius concitetur, eo quod prouocent eum filij sui ac filia in iram, quos Angelorum gratia sociauerat ad mensam. Hinc quoque est quod sequitur, Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum: Propter quod & saepe hi tales

Bono christiano: ita nihil illo periculosius, si desertus à tanta gratia, fiat membrum meretricis. Et ideò, charissime, castum te custodi, quia hoc munus, quo virgines generatur, nimirum non modo carnis luxuriam, verumetiam mentis execratur desidiæ, & omne quod est, vnde noster interior homo possit maculari. Quo velim, quia ordinante Deo iam factis adistis altaribus laua inter innocentes non cum Pilato manus: quia nulla excusatio prodest, vbi testis est conscientia iudex. Et cum probaueris te purum, tum de pane illo ede, & de calice securus bibe. Sin autem da honorem Deo, & corripere quantocius plenitudine cordis, maculam erroris, si quo modo valcas, demum Christi altaria circumdare piis amplexibus, & ad Sancta Sanctorum, mente pura deuotior introire. Alioqui grauius est in sordibus adhuc fordescere & ad illicita Dei mysteria contempto Deo, imprudenter accedere. Hæc igitur obcautelam tui dixerim: dilectissimi fili: quia noui plerisque, veluti sues immundæ, qui sub obtentu penitentia, redeunt ad volutabra vitiorum tanto procliuus, quanto facilius ad hæc sine præiudicio reatus sui accedunt ista pedibus calcare, nec quia semel eos Dei patientia sustinuit, dum indigni vitæ mysteria præsumerent, vltierus ea quæ dicimus vera malunt credere. Verentur enim coram humanis obtutibus suam portare verecundiam, quam coram maiestate diuina, & omnium superiorum spirituum præsentia, temeritatis incurere offensam. Quibus profectò cordis induratio, cum nec se corrigunt, nec Dei visitantur peccatis verbere, iam peña peccati est, & contemptus superbiæ. Sed Dominus, quia eos continuò non punit, vt prætulimus, nunquid non curat, aut suas iniurias itatenus inultas obliuiscitur? Nequaquam hoc dixerim, præsertim cum idem videat, & ad iracundiam exinde amplius concitetur, eo quod prouocent eum filij sui ac filia in iram, quos Angelorum gratia sociauerat ad mensam. Hinc quoque est quod sequitur, Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum: Propter quod & saepe hi tales

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Christi altaria amplexi.

Deus ubi- que prae- sens om- nia videt.

interdum proponunt ad horam in melius conucti, cum summa deliberatione mentis, sed iterum tationis impetu peius ruunt. Idcirco tu si vis saluari, & his ad vitam frui: velim sic te agas, vt Deum praesentem semper vbique intelligas, & sic coram ipso verberis, vt in nullo maiestatis eius oculos offendas: quia si quis se putat ab eo vspiam delitescere, nouerit cum omnino quod offensum non effugiet, qui vbique virtute poller, sed apud eum omnia recondita quae gessit, & signata in thesauris eius inuenit.

An aliqua differentia sit in hoc mysterio inflo & poenitenti reconciliato.

C A P. 22.

Exod. 12.

Patet igitur ex lege diuina, licet Christus immoletur Agnus in Ecclesia: quod pro differentia meritorum, haec & praemia tribuantur. Vnde Dominus in Exodo cum de Pascha loqueretur, decima die mensis huius, tollat vnusquisque agnum per familias & domos suas. Erit autem, inquit, agnus absque macula, masculus, anniculus, iuxta quem ritum tolletis & haedum. Vbi Septuaginta, Erit vobis, agnus immaculatus de agnis inquit, & haedis sumeris eum. Ex quo profecto liquet, quia ob differentiam meritorum ista praecipuntur: si forte quis agnum non potuerit pro paupertate vitae assequi, id est, vitam immaculatam offerre: saltem haedum habeat, qui semper in sacrificiis pro poenitentibus maectatur. De quo diuinæ legis interpret beatus Hieronymus ait, quod Christus in domo Ecclesiae dupliciter immolatur, si iusti sumus, inquit, de agni carnibus vescimur: si peccatores & poenitentiam agimus nobis haedus occiditur. Non quod Christus haedus sit, quos à sinistris stare docuit, sed pro diuersitate meritorum, vnicique aut agnus aut haedus sit. Alioqui ex lege, cur haedum simul cum agno iuberet tolli, nisi ob meritorum distinctionem? Vbi mox, Et seruabitis eum, inquit, vsque ad quartam decimam diem mensis huius, immolabitque eum vnioersa multitudo filiorum Israél ad vesperam. Nec tamen aperte insinuat, si de solo agno accipiendum est, quod de haedo iubeat: sed ex hoc, vti moris est, in scripturis diuinis latenter ostendit, quod aliud est quod profecto perfectioribus mandauit: aliud verò, quod lapsis & torpentibus ad indulgentiam prouidit. Idcirco de solo agno quid agendum sit aperte instituit: de haedo verò quasi nolens + edicere pressius reticuit, Quonia aliud est quod ipse vbique vult perfectus, aliud autem interdum quod indulget. Vnde & alio loco de Pascha praecipitur, vt qui primo mense Pascha facere non potuerit, secundo faciat: id est, si cum perfectis in primo mense, quasi in prima gratia sine mortis reatu, agnum edere non potuerit, saltem secundo mense, id est, in poenitentia reatus sui, haedum indulgentiarum percipiat. Ait enim ita, Homo qui fuerit immundus super animam, siue in via procul in gente vestra, faciat Phasc Dominum, mense secundo. Aliter autem, Si autem immundus in anima non fuerit, aut procul pro torpore vitae à templo Spiritum sancti non recesserit, & Phasc Domino non fecerit: exterminabitur anima illa de

Ibidem.

+ edificare.

Num. 9.

A populis suis, quia omnino nisi manducauerit Carnem filij hominis, vitam nequibit aeternam habere, quoniam sacrificium Domino non obtulit in tempore suo. Et ne putares quod de his forte diceret qui sunt extra Christum addidit, in gente vestra. Quia omnes Christiani, quasi sub vna generatione reputantur. Humilius est sanè cum poenitentibus haedum, quam cum perfectioribus & sanctis Christum Agnum comedere. Quod bene intelligens senior ille filius de agro reuersus, sed male contra dulcissimum patrem, inuidia permotus, obiurgat dicens, Tor annis seruis tibi, nunquam mandatum tuum praeteriens, & non dedisti mihi haedum saltem, vt cum amicis meis epularer. Et quàm iuste, quia profecto caecatus mente, noluit intrare intus, nec corde poenitere. Idcirco profusus ex omnibus bonis paternis nec haedum indulgentiarum meruit acquirere, dum vitulus, poenitentii filio iuniori, tenerimus immolatur. Et quod grauius est contumaci animo in patrem refert iniurias, quas ille ex sua carnalitate impoenitens sibi in corpore contraxerat. Quapropter naufragium, quae secunda tabula est, feruenti animo, poenitentiam agamus. Nimirum quia melius est, saltem haedum mystice intra conuiuium Christi, vbi Agnus immolatur Christus, cum fratribus epulari, duntaxat, quia fumus rei & noxij: quam cum iurgio contra patrem insolescere & ob inuidiam dedignari, ne ad ineffabile patris gaudium saltem rogati veniamus. Nec dubium quin diuinitus reconciliati, quantocius per hanc humilitatis viam, vsque ad pios paternos amplexus reascendentes in hoc caelesti conuiuio, pro nobis non solum haedus indulgentiarum Christus immolatur: verum sua benignitate agnus seu vitulus, verbi diuinitate saginatus, pro gaudio nostrae salutis, mystice maectabitur. Alioquin quomodo inter agnos, quos à dextris locabit, peccator venia recepta, ovis centesima restituetur, nisi gratiae Christi vnitus, iam in eo, vnum corpus inueniatur? Veruntamen nec mirum, si in hoc mysterio Christus pro peccatoribus quasi haedus accipitur, qui in lege quam saepe sub figura, hircus immolatur. Vnde quia duabus constat substantiis, duo ex lege hirci simul in loco iubentur offerri: quorum vnus pro peccatis forte Domino maectatur: alter verò viuens assumitur, quem emissarium lex vocat, & super caput eius omnes iniquitates filiorum Israél confitendo vnioersa delicta atque peccata eorum imprecantur, & sic ad eremum mittebant portantem omnia peccata filiorum Israél in terram solitudinis. Ex quo profecto liquet, quod Christus in similitudine Carnis peccati occubuit pro nobis, & omnia maledicta legis & peccata nostra super se tulit, & ad eremum vbi nonaginta & nouem oves in deserto reliquerat, festinus reuolauit. Non quod illic hircus, aut hic haedus iure credatur: sed quia pro nobis figuram carnis peccati adsumpsit, & de peccato damnauit in carne peccatum, vt qui erant haedi, à sinistris iure locandi, sint oves in dextris clementer restituti. Sic quoque & post lauachrum idem agnus est iustus, sit & peccatoribus haedus: quatenus per hoc & ipsi iusti constituentur, vt nemo à Carne Christi & Sanguine extraneus deputetur,

Luc. 15.

retur, nisi qui seipsum culpis exigentibus abscederit. Ecce qualis est ordo.

Nam qui non manducat Carnem Christi: neque bibit eius Sanguinem: proculdubio nec vitam habet in se manentem. Et quicumque indignè comederit, non virtutem carnis, sed iudicium sibi sumit. Porro si quis peccator est & iam peccare desit, licet haedus ei sit, tamen caro Christi Sacramentum efficitur, vt per hoc & ipse ad veram innocentiam redeat, & inter agnos à dextris connumeretur. Illi verò qui semper deinceps post lauachrum protegente Deo in corpore Christi manserunt, nullis obuoluti criminibus, dignè accipiunt agni carnes, & potantur Sanguine. Veruntamen etiam ita loquimur, non aestimandum est, quod hic aut ille aliud accipiat, quam Christi carnem & Sanguinem. Quia sicut nec haedus dicitur, nisi dispenatiue ob mysticam significationem, ita nec agnus, nisi vt ille intelligatur verus aduenisse agnus qui ex lege multoties praefigurabatur & vera mentis innocentia per eum cunctis patefecer. Caeterum quamuis haedus dicitur mihi pro qualitate meriti & obfuscatione delicti, tanti est omnino precij pro mundi vita, quanti est & caro Christi, nimirum quia nihil aliud est mihi, quam caro Christi. Sed idèo rursus haedus sit poenitenti pro mysterio vt maledicta facinorum & peccata expiet, sicuti & agnus leuiora quaeque. Hinc & prius canitur, Agnus Dei, quam comedatur: quatenus per hoc fides incalcescat, quia ipse est caro immolata pro nobis, vt tollat rursus peccata mundi. Implet autem hoc Sacramentum ad expiationem pro peccatis nostris ea quae demum contraximus, si nos cessemus ab his, & ita comedimus vt iubemur, in vna scilicet domo, quae est sancta Dei viui Ecclesia, extra quam nulli fas est edere Agni carnes. Neque crudum quid ex his aut coctum aqua: sed affas tantum igni, passionem Christi cum lactucis agrestibus absque fermento, id est, in azymis sinceritatis & veritatis cas comedamus absque fermento corruptionis. Deinde probet se vnusquisque, & vt praecipitur, sic agat. Renes vestros, inquit, accingetis, quia haec sunt vitae femina, quibus virgines generantur. Vnde constat, quod nulli periculosius ea contingunt, quam luxuriosi & incesti. Propterea primum hoc loco & lex castitatis in renibus, quorum scrutator est Deus, per seipsum adfigitur. Nam si quis vxoribus debitum reddat in lege, non possunt ad Deum, neque ad panes propositionum, neque ad illa legis consecrata, nisi prius saltem triduo, vel eo amplius sanctificentur, accedere: quanto magis, si volumus panem illum qui de caelo descendit, & agni Dei carnes dignè comedere, necesse est ab omnibus peccati operibus vacare, purificationemque mentis ad Deum dirigere? Et calcementa, inquit, habebitis in pedibus, ne dum sumus in via istius saeculi, à serpente mordeamur, & baculum in manibus, de quo legitur in Psalm. Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Quibus ita praemissis, sic ait: Comedetis illum festinantes. Est enim Phasc, id est, transitus Domini. Alioquin desidia torpentes, & hic in saeculi actibus remorantes, non dignè comedunt Pascha, videlicet Carnes Agni, & idèo satis timendum, talibus ne

Exod. 12.

Psalm. 22.

cum Aegyptiis nocte perimantur, dum sopore peccati premuntur. Vastantur enim ab Angelo, quorum mentes Agni Sanguine non sunt resperatae tam exterius in Carne, quam & intus in conscientia. Saluantur verò lumbis succincti, & calceati pedibus, baculoque Christi sustentati, ad patriam, hinc quantocius summo mentis ardore vel desiderio festinantes. Est enim Phasc, id est, transitus Domini. Putas ergo charissime, quod lateat Deum vllius conscientia, non dico si criminibus est obuoluta: verum ignauia si torpeat? Patet igitur, quod nisi desiderio caelestis patriae ad superna, vbi Christus est in dextera patris, fide plenissima & spe certa, necnon charitate non ficta, festinus transeat: de agni carnibus iure non comedit, quia legem in hoc iubentis violat. Propterea quoties eam percipimus, attollamus mentes in desiderium, & per ardorem fidei festinemus ad tantam satietatem visionis: quia nimirum hic gustus est, illic autem satisfactio, Satiabor, inquit Propheta, dum manifestabitur gloria tua. Transit ergo Christus in nobis de hoc saeculo ad Patrem: transeamus & nos in illo, quia cum illo simul omnes si eius membra connumeramur, vna persona & vnum Corpus sumus. Qui autem adhuc resident per desidiam super olas carnis & negligentiam, non cum illo transeant, neque festinant ad patriam. Idcirco nunquam Pascha rite celebrant: quia Pascha à transitu nominatur. Vnde votorum filii, transeamus hinc festinantes succinctis mentibus, & calceatis in preparationem Euangelij pacis, pedibus: vt ad illa resurrectionis gaudia quantocius venire valeamus.

D. PASCHASII EPISTOLA DE CORPORE ET SANGVINE DOMINI.

Dilectissimo fratri & commilitoni Erudegardo, Paschasius senex tuus, & monachorum omnium Perisfema, plurimum & sempiternam salutem.

RELECTIS litteris tuis, charissime, cum occuparer quorundam hospitem negotiis, minimè potui adimplere quae mandasti. Interdum tamen tuo repletus amore, & litterarum tuarum dulcedine, cogitare non distuli, quia librorum nulla nobiscum pars est, in quibus inuenirem quod requiris, vt responderem cui negare non possum, quae exis, etiam si adimplere nequeo quae iniungis. Quatenus de re ex qua multi dubitant, quam si forte ad plenum non intelligunt, vsique credere debuerant verba Saluatoris, qui non mentitur verax Deus, eum ait: Nisi manducaueritis Carnem filij hominis, & biberitis eius Sanguinem, non habebitis vitam in vobis manentem. Caro enim mea verè est cibus, & Sanguis meus verè est potus. Et ad discipulos cum panem porrigeret: Accipite, ait, hoc est Corpus meum quod pro vobis tradetur. Similiter & de Calice, Bibite ex hoc omnes, quia hic est Sanguis meus noui Testamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Ergo cum ait: hoc est Corpus meum vel Caro

Psalm. 16.

Muli dubitant de Christi corpore.

Ioan. 6.

mea, seu hic est Sanguis meus, non aliam puto in-
 sinuasse quam propriam & quæ nata est de Maria
 Virgine, & pependit in Cruce, neque Sanguinem
 alium quam qui profusus est in Cruce, & tunc erat
 in proprio corpore. Nemo igitur qui sanè sapit,
 credit Iesum aliam Carnem aut Sanguinem habuisse
 quam quæ nata est de Maria Virgine, & passã est
 in Cruce. Ipsa namque eademque caro quocun-
 que modo sentienda est vt credo, cum ait, hoc est
 Corpus meum quod tradetur pro multis, vel hic
 est Sanguis meus. Et ne putares quia in Sacramen-
 to loquebatur, quod de alio diceret quam de pro-
 prio in eodem mysterio, demonstratiuè dixit, hoc
 est Corpus meum. Nam cum ait, meum, & hoc est:
 non qualecunque vult intelligi Corpus, sed illud
 quod tradendum erat, vt ipse mox adiecit, & non
 alium Sanguinem, quam qui fundendus erat in
 proprio corpore in remissionem peccatorum. Aliàs
 autem qualitercunque intelligitur si alius esset Sã-
 guis & alia esset caro in hoc mysterio: non in eo
 esset remissio peccatorum. Et si in eo vita non es-
 set, nequaquam funderet vitam. Alioquin non
 qualiscunque cibus nisi de viuo Domino & ater-
 no vitam præstaret æternam accipientibus se in sa-
 lutem. Quoniam vt ipse ait: Qui non manducat
 hanc carnem, neque bibit hunc Sanguinem, non
 habet vitam æternam in se manentem. Et ideo Sa-
 cramentum quod vitam tribuit, in se habet quod
 tribuit dignè accipientibus se, & vita in eo est
 caro verè viuens, & Sanguis in quo verè vita æterna
 est. Quod dicis te sic antea credidisse, & in libello
 meo quem de Sacramentis edidi ita legisse, sed
 profiteris postea te in libro tertio de Doctrina
 Christiana beati Augustini legisse, quod tropica
 loquutio sit, vt corpus Christi & Sanguis esse di-
 catur. Quod si figurata locutio est, & schema po-
 tius quam veritas, nescio, inquis, qualiter illud
 fumere debeam. Deinde addis, Et si credam ipsum
 esse quod assumpsit ex Maria Virgine genitrice
 sua, e contrario etiam ipse egregius Doctõr hoc
 magnum facinus esse proclamat. Quod sanè di-
 ctum, horrorem percipientibus nimium videtur
 incutere, si non credant illud esse in Sacramento,
 quod veritas esse testatur in aperto. Et si credide-
 rint hoc ita esse vt quidam credunt, nihilominus
 illud incurrant facinus, eo quod falsò credunt,
 quia sic dictum est vt fas sit eum dentibus vorari.
 Vnde facinus esse sic credat quis, sicut illi tunc
 crediderunt quibus dicebat, Nisi manducaueritis
 Carnem filij hominis: & non potuerunt ferre,
 quia malè sapuerunt. Et ideo si quis dicit hanc Car-
 nem & hunc Sanguinem sic ipsa esse absque my-
 sterio & Sacramento, nec in figura ex parte su-
 mendam, vt illi tunc carnales carnaliter sapientes
 senserunt, totum dissipat. Et ideo fortè beatus Au-
 gustinus hoc ita sapere, magnum facinus esse di-
 cit. Alioquin quomodo ipse idemque doctõr tam
 egregius contra se diceret, vt recolo in sermõni-
 bus ad Neophytos: Hoc accipite, inquit, in pe-
 ne, quod pependit in ligno: Et de Calice, Hoc ac-
 cipite, ait, in Calice, quod manauit ex Christi la-
 tere. Non credo quod aliud pependit in Cruce,
 quam caro, neque aliud proflexerit de latere Chri-
 sti, quam Sanguis & aqua. Et si hoc ita est, hoc ac-

Paschasi
 Liber de
 Sacramen-
 tis.

cipiunt credentes; id est, carnem & Sanguinem
 cui admiscetur aqua, in quibus renati sunt Sacra-
 mentis, & ideo hæc duo miscentur in Calice. Aqua
 in qua renati, Sanguis quoque in quo redempti
 sunt fideles. Et sicut sanctus testatur Cyprianus,
 nec aqua in Calice sine Sanguine esse debet, nec
 Sanguis sine aqua: quia per aquam populus ablu-
 ritus vnda Baptismatis significatur: & per Sangui-
 nem, Christus qui ex eo nos redemit, ac per hoc
 intelligitur & formatur Christus & Ecclesia vnum
 corpus. Itaque nec Christus sine Ecclesia pontifex
 in æternum, nec Ecclesia sine Christo Deo patri
 offertur. Hæc quippe mystica sunt in quibus veri-
 tas Carnis est & Sanguinis, non alterius quam Chri-
 sti, in mysterio tamen & figura. Nec igitur mirum
 si figura hoc mysterium est, & huius mysterij ver-
 ba tropica locutio appellatur: cum ipse Christus
 ab Apostolo Paulo character vel figura dicitur,
 quamuis ipse sit veritas. Ait namque, Nouissimè
 locutus est nobis, scilicet Deus Pater, in filio suo,
 qui cum sit splendor gloriæ & figura vel charac-
 ter (sicut alij codices habent) substantiæ eius. Ec-
 ce vt audis, summa veritas ipse Christus, character
 appellatur & figura, tamen in eo nihil fictum fuit,
 nihil vacuum à veritate, sicut nec characteres vel
 figuras vacuas esse dicimus litterarum à vi & po-
 testate earum, cum easdem figuras tropicè litte-
 ras vocemus. De quo sanè intellectu in eodem li-
 bello meo quem te legisse testaris proprium Ca-
 pitulum edidi, vt hoc mysterium & veritas intel-
 ligatur, nec tamen figura esse negetur. Quia in-
 præsentiarum sicut ex parte scimus, quicquid sci-
 mus de futuro & de celesti regno: ita ex parte
 prægustamus non palato oris, sed palato cordis,
 & per fidem Christi Corpus & Sanguinem esse
 credimus: quatenus ex eo viuamus, & in eo à quo,
 & in quo, & per quem redempti sumus & renati,
 necessarium est in nouam creaturam transforma-
 ti & innouati, vt ex hac noua creatura viuamus.
 Dicit enim B. Augustinus (cuius te commoueri
 sententia dixisti) de hac re ad Bonifacium Episco-
 pum in Epistola sua. Sicut & nos, inquit, solemus
 dicere de die passionis Christi per singulas solen-
 nitates Pascha: hodie, inquit, resurrectio Chri-
 sti est, quæ ante plures annos semel facta est, licet
 per tot curricula annorum ipsa eademque reuolu-
 ta esse dicatur, vt & esse ipsa credatur, & non nisi
 semel facta intelligatur. Et ideo verè non mentitur
 qui dicit, hodie Christi resurrectio est, quia ipsa
 eademque est quodammodo propter reuolutionè
 temporis. Deinde addidit præfatus doctõr vt mo-
 dum loquendi intelligeremus, non quod sibi con-
 trarius esse credatur, aut præmissam sententiam
 suam ad Neophytos velit referre, sed vt intellige-
 re possemus, quod alibi tropicè dictum esse mon-
 strauerat. Neque mentitur, inquit, qui interrogat-
 us fuerit, si eum, id est, Christum hodie respon-
 derit immolari, quia ex ipsa similitudine rerum ea-
 rum quorum Sacramenta sunt, accipiunt nomi-
 na. Aliàs autem nisi aliquam similitudinem habe-
 ret eiusdem rei cuius sunt Sacramenta, Sacra-
 menta non essent. Ergo dum immolatur ille qui iam
 non moritur, neque mors ei vltra dominabitur, in
 Sacramento

Hebr. 1.

Cap. quar-
 tum. sup.
 1. Cor. 13.

Epist. 23.

Rom. 6.

Sacramento sit. Vnde ait idem doctõr: Secundum
 quendam modum sicut Sacramentum Corporis
 Christi, corpus est Christi: sic Sacramentum Sanguinis
 Christi, Sanguis est Christi. Ecce ipse in hoc
 contrarius sibi non est, vt quidam putant, neque
 beato Ambrosio, cuius sententia hæc plenissima
 inquam & verissima in eo est libro quo ait quia ip-
 sa est Caro Christi in Sacramento quæ in Cruce pe-
 pendit, & quæ de Maria Virgine sumpta est, & Sanguis
 qui fluxit ex latere. Ita & beatus Cyprianus
 confirmat in eo opere ad populũ vbi de Sacramen-
 to Corporis Christi & Sanguinis loquitur. Quos
 sequitur subtilissimus disputator præfatus Pater
 Augustinus, vt dixi, hoc accipite, inquit, in pane
 quod pependit in ligno, & hoc accipite in calice
 quod manauit ex Christi latere. Et alibi de Iudæis:
 hoc, inquit, postea biberunt in calice credentes,
 quod fuderunt in cruce sanguines. Hinc quoque
 Eusebius Emisenus: Recedat ergo, inquit, omne
 infidelitatis ambiguum, quando quidem qui autor
 est muneris, ipse etiam testis est veritatis. Nam in-
 uisibilis Sacerdos, visibiles creaturas in substantiam
 Corporis & Sanguinis sui verbo suo secreta po-
 testate conuertit, ita dicens: Accipite & edite,
 hoc est enim Corpus meum. Et sanctificatione re-
 petita, Accipite & bibite, hic est Sanguis meus. Er-
 go sicut, inquit, ad nutum præcipientis Domini re-
 pente ex nihilo subtererunt excelsa cœlorum, pro-
 funda fluctuum, vasta terrarum: pari potetia in Spi-
 ritualibus Sacramentis, vbi præcipit virtus, rei fer-
 uit effectus. Et post pauca: Sacrum Domini tui cor-
 pus & Sanguinem fide respice, mente continge,
 honora, mirare, cordis manu suscipe, & maxime
 haustu interiori assume. Ac deinde, Nec dubitet
 quisquam primarias creaturas nutu potentia, præ-
 sentia maiestatis, in dominici corporis transire posse
 naturam: cum ipsum hominem videat artificio cœ-
 lestis misericordia, Christi corpus effectum. Hæc
 sanctorum fides, charissime, quamuis multi ex hoc
 dubitent, quomodo ille integer manet, & hoc cor-
 pus Christi & sanguis esse possit. Qui non crede-
 rent, si vidissent duodecim tophinos fragmento-
 rum, & septem sportas, quinque aut septem panes
 esse. Non enim aliud in fragmentis erat, quam ipsi
 panes & aliud in esu comedentium. Nam ex ipsa
 Christi benedictione manauit tanta vberitas, & nõ
 aliud fuit quod comestum est, & quod sublatum,
 nisi ipsi quinque panes aut septem. Quanto ergo
 magis, quia verbum caro factum est, pullulat verbi
 caro, & manet in Sacramento vberitas Christi &
 Sanguinis: Et non alia quam caro Christi est, & ta-
 men manet integer Christus. Nihil ergo dissentit
 in his omnibus, vt opinor, beatus Augustinus à re-
 liquis sanctis patribus qui in quàm plurimis hoc ita
 esse, vt Saluator ait, senserunt, & credunt quod cre-
 dit sancta Dei Ecclesia. Quia sic est, inquit idem e-
 gregius Pater ad præfatum Bonifacium, corpus
 Christi & Sanguis, sicut Sacramentum fidei fides
 est. Nihil enim est aliud credere, ait, quam fidem
 habere propter fidei Sacramentum, quia & ipsa res-
 ponsio quando interrogati confitemur Christum
 quotidie in mysterio immolari, ad celebrationem
 pertinet Sacramenti, quod semel factum est quan-
 do immolatus est pro salute mudi in seipso. Ac per

D. Cypri-
 anus.

Eusebius
 Emisenus.

Matt. 14.
 Luc. 9.
 Ioan. 6.

Ioan. 1.

Tom. 6.

hoc quia sic credimus spiritualiter fieri, nec istud
 est sine ipso quod tunc gestum est Sacramento: nec
 illud reiteratur in facto vt moriatur Christus, sed
 immolatur pro nobis quotidie in mysterio, vt per-
 cipiamus in pane quod pependit in Cruce, & biba-
 mus in Calice quod manauit ex Christi latere. Per
 fidem enim ambulamus & nõ per speciem, Et ideo
 in Spiritu spiritualiter ista credere debemus, & nõ
 carnaliter, ne facinus incurramus. Quia sicut ipse
 doctõr dicit Sacramentum fidei fides est: sic Cor-
 pus Christi & Sanguis in hoc Sacramento vera Ca-
 ro & Sanguis est. Nihil est autem aliud, inquit, cre-
 dere, quam fidem habere propter fidei Sacramen-
 tum, quia & ipsa responsio ad celebrationem per-
 tinet Sacramenti. Ex quo datur intelligi, quia non
 omnes qui beatum Augustinũ legunt, intelligunt.
 Cuius rei Sacramenta beatus Gregorius in Dialo-
 gorum libro quarto ita confirmat dicens: Debemus
 itaque præfens seculum vel quia conspiciamus de-
 fluxisse, tota mente contemere, quotidiana Deo
 lachrymarum sacrificia, quotidianas Carnis eius &
 Sanguinis hostias immolare. Hæc namque singu-
 lariter victima, ab æterno interitu animam saluat,
 quæ illam nobis mortem vnigeniti, per mysterium
 reparat. Qui licet surgens à mortuis iam non mori-
 tur, & mors ei vltra non dominabitur: tamen in se-
 ipso immortaliter atque incorruptibiliter viuens,
 pro nobis iterum in hoc mysterio sacræ oblationis
 immolatur. Eius quippe ibi Corpus sumitur, eius
 Caro in populi salutem partitur. Eius Sanguis non
 iam in manus infidelium, sed in ora fidelium fun-
 ditur. Hinc ergo pensemus quale sit pro nobis Sa-
 crificium, quod pro absolutione nostra, passionem
 vnigeniti filij semper imitatur. Quis enim fidelium
 habere dubium possit, in ipsa immolationis hora
 ad Sacerdotis vocè cœlos aperiri, in illo Iesu Chri-
 sti mysterio Angelorũ choros adesse: summis ima-
 sociari, terrena cœlestibus iungi, vnum ex visibili-
 bus atque inuisibilibus fieri? Sed & de hoc Sacra-
 mento sanctissimus Cyrillus cum ceterum quinquaginta
 qui in Epheso sunt congregati, inter cetera
 fidei documenta: Necessariè, inquit, & hoc ad-
 iicimus, Annunciantes enim, secundum carnem
 mortè vnigeniti filij Dei, id est, Christi Iesu, & re-
 surrectionem eius, & in cœlos ascensionem pariter
 confitentem, incruentam celebramus Sacrificij in
 Ecclesiis seruitutem. Sic etiam ad mysticas bene-
 dictiones accedimus & sanctificamur participes
 sancti Corporis & preciosi Sanguinis Christi om-
 nium nostrum Redemptoris effecti. Non vt com-
 mune carnem percipientes, quod ab sit, nec vt vi-
 ri sanctificati & verbo coniuncti secundum digni-
 tatis vnitatem, aut sicut diuinam possidentis habi-
 tationem, sed verè viuificatricem & ipsius Verbi
 propriam factã. Vita enim naturaliter vt Deus exi-
 stens, quia propriæ Carni vnitus est, viuificatricem
 eam esse professus est. Et ideo quãuis dicat ad nos,
 Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem
 filij hominis & biberitis eius Sanguinem: non ta-
 men eam vt hominis vnus ex nobis existimare de-
 bemus. Quomodo enim iuxta naturam suam viuifi-
 catrix esse Caro hominis poterit? Sed vt verè pro-
 priam eius factam, qui propter nos filius hominis
 & factus est & vocatus. Quapropter charissime nõ
 P iij

1. Cor. 1.

Gregorius
 Cap. 38.

Roma. 6.

Cyrrillus.

Ioan. 6.

recte sapiunt quicunque carnaliter de hoc mysterio sapiunt sanè quia spiritalia sunt in eo Sacramenta, à quibus animalis quisque homo ieiunat, eo quòd intellectu spiritali nò capit, neque vult credere quæ non intelligit. Habes ad presens dilectiss. quæ occurrere potuerunt, quoniã pars animæ meæ es mihi: calare non debui, quæ loqui vt oportuit minimè potui. Tu autè velim relegas libellum nostrum de hoc opère, quem olim te legisse dicis: & si quid in eo reprehenderis aut dubitaueris, relegere non pigeat. Quia etsi nil in eo legentibus dignum scripsi quem cuiuslibet puero dedicaui, tamen ad intelligentiam huius mysterij plures vt audio commouit, quia dictum est quòd Caro nihil prodest, vt sciant & intelligant dignè cogitare de Christo, cuius dum Corpus non corrumpitur quia spirituale est, & totum spirituale est quod celebratur in hoc Sacramento, quia spiritus est qui viuificat & operatur in eo credentibus & dignè percipientibus vitam: non credentibus verò & indignè illud manducantibus, verè iudicium damnationis. Facit enim hoc Corpus & Sanguis, quod ipsum fecisse Christum in cruce legimus, dum vni eorum qui erant cum eo in patibulo, confitenti, Paradisi præstitit regnum, alteri verò scilicet blasphemanti, mortis iudicium determinauit. Addidi autem huic responsioni nostræ Expositum quod de cæna ex hoc mysterio in Matthæum exposueram, vt ex ipso considerare queas, quid intelligibilis credendum sit, vel quid in me reprehendendum cum charitate. Veruntamen quid horum censeas quæso hanc Epistolam & hoc Expositum in eodem libello adiungas: quatenus ex hoc, lectori amplius augeatur sensus, & confirmetur Patrum autoritas.

EXPOSITVM D. PASCHASII
RATBERTI, ABBATIS
Corbeiensis,

Mat. 26.

In illud Matthæi, Cœnãtibus autem eis, accepit Iesus panem, benedixit ac fregit, deditque discipulis suis & ait, Accipite & comedite: Hoc est corpus meum, & c.



OEnantibus autem eis accepit Iesus panem, benedixit ac fregit, deditque discipulis suis, & ait: Accipite & comedite, hoc est Corpus meum, & c. Audiant qui volunt extenuare hoc verbum Corporis, quod non sit vera Caro Christi quæ nunc in Sacramento celebratur in Ecclesia Christi, neque verus Sanguis eius. Nescio quid volentes plaudere aut fingere quasi quædam virtus sit carnis & Sanguinis in eo ÷ admodum Sacramento, vt Dominus mentiatur, & non sit vera Caro eius neque verus Sanguis, in quibus vera mors Christi annunciat, cum ipsa veritas dicat: Hoc est Corpus meum, Similiter & de calice: Bibite ex hoc omnes: Hic est enim Sanguis meus, noui Testamenti, non qualiscunque, sed qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum. Nec itaque dixit cum fregit & dedit eis panem: hæc est, vel in hoc mysterio est quædam virtus vel figura Corporis mei: sed ait non fictè, Hoc est Corpus meum. Et

† tantum modo.

Adeo hoc est quod dixit, & non quod quisque fingit. Vbi Lucas addidit, Quod pro vobis tradetur, vel sicut alij Codices habent, datur. Sed & Ioannes ex persona Domini: Panis, inquit, quem ego dabo, Caro mea est, non alia quam dabo pro mundi vita. Ac deinde, Qui manducat Carnem meam, & bibit Sanguinem meum, in me manet & ego in eo. Vnde miror quid velint nunc quidam dicere non in re esse veritatem Carnis Christi vel Sanguinis: sed in Sacramento virtutem quandam carnis & non carnem: virtutem fore Sanguinis, & non Sanguinem: figuram, & non veritatem: vmbra, & non Corpus: Cùm hic species accipit veritatem, & figura veterum hostiarum, Corpus. Vnde veritas ait, cùm porrigeret discipulis panem: Hoc est Corpus meum, & non aliud quam quod pro vobis tradetur. Et cùm calicem: Hic est calix noui Testamenti, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum. Necdum itaque erat fusus, & tamen ipse porrigitur in Calice Sanguis qui effundendus erat. Erat quidem iam in calice, qui adhuc tamen fundendus erat in precium. Et ideo idem ipseque Sanguis iam erat in calice, qui & in corpore, sicut & Carvel Corpus in pane. Erat autem integer Christus, & Corpus Christi coram oculis omnium positum, necnon & Sanguis in corpore fuit, sicut & adhuc hodie integerrimum est & manet, qui verè dabatur eis ad comedendum, & ad bibendum in remissionem peccatorum. Dicitur similiter aliquis, si in alio aliquo remissio est peccatorum, quam in Christo. Constat ergo quia non est, & quia in hoc Corpore ac Sanguine remissio est peccatorum, verè Christi Caro est & Sanguis. Vnde qui dignè manducant & bibunt, verè vitam æternam manducant & bibunt, & integra manet vita. Et tunc erit vnicuique Corpus Christi & Sanguis vita: si quod in Sacramento sumitur, in ipsa veritate, sicut aliquando dixisse me memini, spiritaliter manducetur & spiritaliter bibatur. Quia, sicut dicit Apostolis, caro nihil prodest, quanto magis panis sine Spiritu qui cernitur: Sed Spiritus est qui viuificat. Hæc idcirco prolixius dixerim & expressius, quia audiui quosdam me reprehendere, quasi ego in eo libro quem de Sacramentis Christi edideram aliquid his dictis plus tribuere voluerim, aut aliud quam ipsa veritas repromittit, tinentes fortè hoc quod ipsi tunc timuerunt quibus loquebatur, quod partes facere voluerim, & eius per singulos membra diuidere concisa vel dispersa, sicut tunc illi putarunt qui scandalizati dicuntur & abierunt retrorsum. Quibus Saluator ait, Hoc vos scandalizat? Si videritis filium hominis ascendere vbi erat prius? Ac si diceret: Si hoc intelligere possitis, sciretis vti que quòd qui integer ascendere potest vbi erat prius, vnus idemque Christus, consumi non potest dentibus, nec diuidi per partes. Hoc quippe videre multum est, quia in Spiritu est. Hoc cognoscere vel credere, quomodo vnus Christus ascenderit filius hominis vbi erat prius, quis hoc sensu explicet: & quod descendit de celo filius hominis qui est in celo, quæ hoc ratio capit? Necnon & quod Verbum Caro factum est, quæ hoc verba eloquuntur, & quod incommutabile est, factum dicatur: vel quomodo qui homo erat filius hominis in terra

Luc. 22. Ioan. 6.

Mat. 26. Mar. 14.

Aug. ser. 2. de verbis Domini.

Ioan. 6.

coram oculis eorum positus, in celis esse dicatur. Quomodo ergo de Cælo venit vnde nunquam abfuit? Ascendit descendens, quia in nullo resoluitur Christus. Est qui erat, & quod est non erat. In omnibus ergo istis & in aliis quàm plurimis locis excedit humanas mentes diuina potestas, nec subiacer humanis sensibus, ratio & celestis & diuina. Quia natura inferior causam & rationem naturæ potioris & immentæ non capit nec intelligit. Et ideo de talibus rebus quæ diuina virtus operatur, dubietas auferenda est & cunctatio remouenda: quia scientia earum in fide est, ratio in virtute: effectus in rebus ex potestate est, causa in voluntate, ita vt nihil habeat homo quòd conqueratur de singulis quæ Deus dixit & voluit, quoniam ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt vt voluit. Sublimia quidem sunt & diuina in huiusmodi rebus Sacramenta quæ pro salute humani generis aguntur, & quotidie mysticè in hoc mysterio, vt tradita sunt Apostolis, celebrantur. Et ideo in cœnaculo hoc Pascha agitur: quia nisi qui ascendere, ista non capiunt vt comedant & bibant quod effusum est in remissionem peccatorum, & tamen integrum manet. Hinc quoque ipsa veritas, Bibite, inquit, quia hic est Sanguis meus, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Quod si effusus est, iam quomodo nunc rursus effunditur? & si Caro consumpta est, quomodo adhuc manet integra & comeditur? Ecce quod bibitur quotidie & effunditur, & quod semel immolatum est, adhuc quotidie immolatur. Non ergo immolatur nisi quod vnus est. Bibitur quidem in remissionem peccatorum & effunditur. Si autem quæris quomodo effunditur vt maneat quod effusum est: intellige quomodo charitas Dei diffusa est in cordibus nostris & manet integra Charitas, scilicet Spiritus sanctus, sic fortè cognoscere poteris quod est ineffabile quicquid Spiritus sanctus operatur. Et si charitas Dei in nobis diffusa est in se manens, verè Sanguis noui Testamenti Dei diffunditur admodum in cordibus in remissionem peccatorum. Quo effuso remittuntur in eo omnia peccata nostra, quoniam ipse pontifex Christus est qui porrigit nobis hunc panem, suum videlicet Corpus, & effundit hunc calicem, Non enim discedit ab officio suo. Et si manet in nobis, bibit cum etiam ipse nobiscum nouum, eo quod est in toto corpore suo, & in omnibus nobis: quia sine eo sumere non possumus, neque de pane illo manducare vel de Calice bibere. Nec mireris frater qui fortè ista non credis, quia non nostra sunt quæ dicimus, omnipotens enim est Dei verbum, & efficax ad omnia quæ vult secundum multitudinem virtutum suarum, cùm sit ipse vnus omnium virtutum virtus. Cuius verba non alicuius quam vnus verbi, quod ipse est, sunt verba, & ideo plena sunt veritate, quia Spiritus & vita sunt, nec habent aliud in se præter quod ipsa per se proficitur veritas. Accipite, inquit, Hoc est Corpus meum, & de Calice, Hic est Sanguis meus. Poterant enim Apostoli tunc, si non crederet verba vitæ & veritatis, respondere vel querere quomodo panis ille vel calix vini Corpus & Sanguis esset Christi, cùm ipse integer Christus in corpore suo coram oculis eorum erat. Sed quia crediderunt

Phil. 32. & 143.

Rom. 5.

quod dixerat, silentio confitentur, & accipiunt quæ nobis postea tradiderunt. Tradiderunt autem non aliam quam ipsam eandemque cœnam quam ipsi tunc manducauerunt & biberunt. Vnde volo perpendat fidelis animus quid intersit inter illud typicum Pascha quo Agnus immolatus est & in eadem cœna comestus, & istud quod secundum ordinem Melchisedech in pane & vino continuo celebratur. De quo sanè Paschate dixit eadem hora omnibus suis, Desiderio desideravi manducare hoc Pascha vobiscum, antequam patiar. Quod si nihil amplius habet hoc mysterium præter figuram Corporis & Sanguinis Christi, & non hoc est quod ipse dixit: quid necesse fuit iterare in facto, quia hoc totum præfiguratum erat in agno? Vnde & Lucas duos calices datos esse discipulis in eadem cœna commemorat. Vnū prius post Agni comestionem antequam panem acciperet, alium verò postquam benedixit ipsum panem ac fregit & dedit discipulis suis. Similiter, inquit, postquam cœnauit dicens: hic calix nouum Testamentum est in meo Sanguine qui pro vobis effundetur. Vbi datur intelligi, quod Agnus ille legalis cum suo Calice in figura præcessit passionis Christi. Deinde Corpus & Sanguis in calice ad expletionem factum est veritatis, vt quod in Melchisedech præcesserat, totum compleretur in Christo. Nam quòd calix passionem Christi demonstrat, nemo qui hoc Euangelium legit, ambigit. Et ideo aliquos mouet vtrumne duos calices Lucas voluerit significare Iesum accepisse an vnum eundemque, quia anticipauerat de eo dicere rursus recapitulando bis eum commemoret. Ita quidem nonnulli sentiunt non duos esse calices, sed vnum qui & ante diuidendus & postea bibendus commemoratur datum esse discipulis. Sed alij melius, vt præmissi, duos porrectos affirmant discipulis, vt in vno eorum, id est, in primo, passionem suam voluerit exprimere, in alio verò fidelium suorum passionem præfigurare. Rursus alij contendunt in vtroque calice illud ostendere quod in vereri Testamento præceptum est, vt qui Pascha non primo mense Agnum comedendo ageret, in secundo mense in hædi comestione perageret, ac propterea duos calices discipulis dominum tradidisse. Et astruunt verè in vtroque calice quod vtrunque debeat intelligi Testamentum, ac per hoc vnus eorum pertineat ad Agnum, alius verò ad mysteriū Corporis. Sed siue hoc siue illud quisque sentiat, nullus tamen eorum à vera fide inuenitur extraneus, tantum vt intelligat in hoc facto quod de figura & vmbra veritatis benignissimus Iesus accipiens panem & calicem ad verum transeat Paschæ Sacramentum, ne apex Iotæ detruncaretur à lege, imò quia lapis angularis est, vtriusque tenens & adimplens leges, ac si verus Melchisedech panem offerret & vinum, quod erat Sacramentum sui Corporis præfiguratum ac Sanguinis. Et notandum est quod ait Benedixit & fregit, in qua nimirum benedictione ac fractione noua creatura efficitur, vt panis in commemoratione mortis Christi Deo fide oblat, Caro eius iure credatur. Similiter & Sanguis in eadè gratiarum actione quam Deo Patri egit, creatur, vt verè Sanguis credatur qui effusus est pro multis in remissionem peccatorum.

Apostoli tradiderunt nobis quod à Christo acceptum.

Luc. 22.

Luc. 22.

1. Calices porrecti discipulis à Christo.

Exo. 12.

D. Ambrosius de Trinitate.

Eph. 2.

Pari modo obedientiam filio obicere solent Arianii, quia scriptum est, Et specie inuentus ut homo, humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem. Et hominem praeiussit, & usque ad mortem dixit, ut intelligeremus obedientiam mortis, non diuinitatis fuisse sed humanitatis, in qua officia nostra suscepit & nomina. Dicimus itaque vna esse potentiam Trinitatis, quam nos in ipsa atque post ipsam docuit passionem. Filius enim patitur per corporis Sacramentum, a postolis Spiritus sanctus infunditur, in manus Patris commendatur Spiritus Deus quoque Pater maxima voce signatur. Haec beati Ambrosij posui, ut cognoscas fili charissime, quia non solum passio Domini, mysterium est & Sacramentum salutis: verum etiam Christi natiuitas & incarnatio, quia verbum Caro factum est, & habitauit in nobis. Haec omnia, inquam, quae gefit Deus homo, Sacramenta sunt diuini muneris & mysterium fidei: nec tamen aliud sunt quam veritas, quia Sacramenta dicuntur. Idcirco Sacramentum Corporis Christi & Sanguinis quamuis Sacramentum dicatur: non est aliud quam veritas, & quod ipsa veritas re promittit. Vnde beatus Augustinus: Sacramentum, inquit, fidei, fides est, ac deinde: sic & Corpus Christi atque Sanguis in hoc Sacramento, vera Caro & Sanguis est. Nihil est aliud, inquit, credere quam fidem habere propter fidei Sacramentum. Et ideo quisquis de hoc dubitat, fidem se habere denegat, quia in fide Christi nihil aliud quam veritas esse potest. Et sicut Leo testatur Apostolicus, hoc verè ore sumitur quod fide creditur, & ideo ait, sic communicare debetis, ut nihil prorsus de veritate Corporis Christi & Sanguinis ambigatis. Quod autem propria sit Christi Caro & Sanguis testatur omnes Catholici, testatur & Cyrillus cum suis ceterum & quinquaginta Coepiscopis in Epheso congregatis. Testatur inter cetera viuificatricem carnem esse & ipsius verbi propriam factam, quae vita naturaliter ut Deus existit, quia propriae carni vnitas est. Ergo vbi haec vnitas naturaliter, nulla est diuisio. Et propria si est, & vna Christi Caro, vti que ipsa est quae nata est de Maria, quia Verbum caro factum est, & quae pependit in Cruce. Hoc itaque credere in Sacramento fides est, & Sacramentum fidei vera Caro & Sanguis est. Ac per hoc Apostolo teste sicut nemo dicit Dominum Iesum, nisi in spiritu sancto: ita nemo credit hoc ita esse nisi per Spiritum sanctum per quem haec fides data est & per quem hoc efficitur. Sacramentum, ut vera sit Caro, atque ipsa & non aliud quam ipsa Caro. Alias autem sine Spiritu sancto sicut nec Caro Christi prodest quicquam: ita nec hoc Sacramentum Carnis prodesse potest. Quia in his omnibus vnus est opifex Spiritus sanctus, vnus & Christus qui conceptus de Spiritu sancto ex Maria Virgine, vnus & Creator atque Sanctificator Corporis & Sanguinis ipse Spiritus. Sine quo nemo dicit Dominum Iesum in Sacramento, nemo rectè credit eadem ipsa Sacramenta, nemo eandem confiteatur esse Carnem quae passa est & propria facta atque vna, ex quo fidei Sacramento fides est, & si fides vera est, vera est & Caro atque Sanguis, ut sit fides quae per Apostolum praedicatur: Fides est, in-

Sacramentum corporis Christi est veritas.

1. Cor. 12.

Heb. 11.

A quit, sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium, & tamen vera substantia, quamuis dicatur argumentum. Et ideo non videtur haec Caro neque vita aeterna quae speratur, quia Verbi Caro propria est. In fide substantia est quae iam credit & communicatur, & adhuc tamen hodie speratur. Et ideo rerum non apparentium argumentum, hoc est, quia sperandarum substantia est. Quae omnino iam per haec in fide est, quinimò ipsa fides est. Et ideo verè qui manducat dignè hanc Carnem, & bibit hunc Sanguinem, iam vitam aeternam manducat & bibit, & Christus in eo manet per veram Carnem verbi & per suum Sanguinem, sicut & nos in illo per verum quem assumpsit hominem. Quod si verè Deus homo est ut credimus, vera & Caro Christi in hoc fidei Sacramento est, vera & in nobis per hoc praestatur vnitas, & in Corpore Christi vera adoptio, atque per hoc quamuis quisque manducet & bibat hanc vitam, tamen integer manet & viuunt Christus, qui est via, veritas & vita.

Sed quidam loquacissimi magis quam docti dum haec credere refugunt, quaeque possunt, ne credant quae veritas re promittit, opponunt, & dicunt nullum Corpus esse quod non sit palpabile & visibile. Haec autem iniquum, quia mysteria sunt, videri nequeunt nec palpari, & ideo Corpus non sunt: etsi Corpus non sunt, in figura Carnis & Sanguinis haec dicuntur, & non in proprietate naturae Carnis Christi & Sanguinis, quae Caro passa est in Cruce & nata de Maria Virgine. Ecce quam bene disputant contra fidem sine fide, ne credant, quia fides non eorum est, teste Apostolo, quae videntur, sed quae non videntur. Vnde quia non videtur, mysteria sunt & Sacramenta. Et ideo in fide hoc sunt quod dicuntur, ut veritas testatur. Propterea quia sperandorum sunt, non aliud iurè quam Caro & Sanguis Christi creduntur. Alioquin praefata sancta synodus Ephesina cui contradicere nulli fas est, plus quam Euangelio, quicquid in ea sancitum est, nunquam auferet abnegare quod abnegat, nisi ex Euangelio, & affirmare verè viuificatricem Carnem Christi in hoc Sacramento & ipsius verbi propriam factam. Vita enim naturaliter ut Deus existens, quia propriae Carni vnitas est. Vnde si apertius de his dici possit nescio, aut si manifestius vbi totum quod est Christus praedicatur, non in figura, sed in re & in proprietate atque in natura quae vita naturaliter ut Deus existit, & ideo non virtus tantum, sed proprietate naturae iure creditur. Ac per hoc isti qui negant hoc visibile esse mysterium atque palpabile, non ob aliud, nisi ne credant & ne sit quod veritas ait, Hoc est Corpus meum, & hic est Sanguis meus. Ascendant ergo hi vbi Christus est in dextera Dei Patris & inuentus visibilem & palpabilem ipsum, eundemque Christum quem requirunt. Nos autem quia per fidem ambulamus & non per speciem, credimus & communicamus interdum quod latet, & quod est verum in mysterio, quia omnino si non lateret, fides & mysterium non esset. Vnde sit visibile & palpabile in Christo quod accipimus, & visibile in mysterio, & in fide Caro Verbi in Spiritu sancto propria facta & vna eademque quae passa est & non alia. Similiter & Sanguis ad salutem quibus fruimur in vita, quia mediator

Heb. 11.

Synod. Ephesinae Evangelio credendum.

interim.

diator Dei & hominum est Christus, ut per hoc cum illo & in illo vnum inueniamur.

Ecce habes amantissime in calce libelli huius, sententias Catholicorum patrum breuitatis compendio adnotatas, ex quibus addiscere possis, non me temeritatis afflatu, talia olim puerum vidisse, sed autoritate diuina & sanctorum Patrum, ea petentibus proposuisse. Nunc autem exinde quia claruit quod non omnium est fides, discant quae cum talibus credere, si adhuc nequeunt intelligere quod Deo nihil est impossibile, discant & verbis diuinis in omnibus acquiescere, & in nullo de his dubitare. Quia usque ad praesens nemo deerrasse legitur, nisi qui & de Christo errauerunt: quamuis plurimi dubitauerint vel ignorauerint tanti mysterij Sacramenta. Quin potius admiremur profundissimum Dei consilium quod magni consilij Angelus instituit, qui vult omnes saluos fieri homines. Admiremur & laudemus atque intelligamus in his quod B. Hila. intellexit, quo artificio ut ita loquar, nos Christus in se collegit, vel quo mysterio vnum in se nos esse naturaliter voluit, non per concordiam solummodo voluntatis, sed per naturam Carnis suae & Sanguinis. Ait enim: Quomodo non naturaliter manere Christus in nobis existimandus est, qui naturam Carnis nostrae iam inseparabilem sibi homo factus assumpsit, & naturam Carnis suae ad naturam aeternitatis sub Sacramento nobis communicandae Carnis admiscuit. Itaque, inquit, omnes vnum sumus, quia & in Christo Pater est, & Christus in nobis est &c. Similiter quoque & Augustinus testatur & reliqui quod eo modo ille in nobis est, & nos per assumptum hominem in illo: & si quis hoc destruere velit, totum destruat necessè est, sibi ad perniciem, quod homo Deus fieri dignatus est, in Sacramento ad salutem. Ideo verum est quod Ambrosius ait sanctissimus, quia ipsa eademque Caro est & Sanguis quem accipimus, & communicamus, quae nata est de Maria Virgine, & quae pro nobis pependit in Cruce. Hoc & beatus martyr Cyprianus testatur. Vnde si quis hoc negat ita esse, quia Sacramentum vocatur, erit ei, sicut sanctus Augustinus testatur, mors, non vita, qui mendacem putauerit vitam. Hinc & Leo Apostolicus ait: Hoc ergo ore sumitur, quod fide creditur. Et frustra ab illis Amen respondetur, à quibus contra id quod accipitur, disputatur.

Hila. li. 8. de Trinit.

Verf. Canonis ante consecrationem.

(etsi oculis carnis non videmus quod credimus) dubitare in aliquo. Audiuimus etiam quid Gregorius Papa de hoc sentiat, Audiuimus quid & sanctus Cyrillus cum vniuersis coepiscopis in Epheso congregatis, quid Gracia cum eisdem, quid Aegyptus & quid sanctus Hieronymus Presbyter qui & ipsas sanctorum Patrum vitas Latino edidit sermone. Et ideo quamuis ex hoc quidam de ignorantia errent, nemo tamè est adhuc in aperto, qui hoc ita esse contradicat quod totus orbis credit & confiteatur. Quoniam ex magno Dei consilio, ut dixi, hoc ita esse sancitum est à Deo in cena, ut Saluator quia eximium est, dicat discipulis: Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar. Alias autem nisi esset in eo euidentis Sacramentum, nequaquam diceret: Desiderio desideravi. Quoniam maius est dicere, Desiderio desideravi, quam si diceret simpliciter, desideravi: quamuis & hoc esset magnum. Nam hoc genus locutionis in scripturis diuinis, nunquam nisi pro magno intellectu cum tali additamento ponitur, sicut est: Vita viuet & non morietur, & de amico sponsi. Qui star & audit vocem sponsi, gaudio gaudet, & alia huiusmodi. Et ideo non puto sine aliquo magno iudicio ita dici debere, quanquam nemo rectè se desiderare dicat, nisi ex desiderio. Tamen quia nec vnus apex iota in scripturis sacris superfluum esse creditur: rectè talis exaggeratio plus aliquid innuit, quam si diceret, desideravi. Non enim de solo Agno illo legali hoc dictum credere debemus, quia & illum iam retro cum eisdem more Iudaico commederat: sed de veritate tanti mysterij. Quoniam in illa vmbra futurorum, & Prophecia erat in Corpore & Sanguine verè Christi, imò in ipso veritas Christo. Ipse namque erat Agnus quem Abel primus obtulit, quem Moyses dudum manè & vespere offerri Deo in sacrificio praecipit. Erat autem in eadem cena Agnus ille typicus, erat & veritas: oportebat autem de vmbra transire ad veritatem. Et ideo gaudio gaudet, gratias agens Deo Patri, quia iam implebatur quod cum desiderio diu desiderauerat. Assumpserat enim hominem in Deum, quando Verbum Caro factum est, ut per eum essemus in illo: sed necdum ille admiscuerat se per Carnem & Sanguinem suum nobis, ut singuli membra in illo vnum essemus Corpus. Quia etsi Caro nihil prodest per se, Spiritus sanctus est qui viuificat Corpus, ut in nobis omnibus vnus sit Christus. In vno eodemque viuificatur Spiritu, & manemus in illo per hominem quem assumpsit, sicut & ipse per hoc mysterium Corporis & Sanguinis sui in nobis. Et ideo nostrae salutis summa, quia in isto consistit Sacramento, desiderio diu desideravi adimpleuit, ut cum suis antequam pateretur hoc verum manducaret Pascha: quatenus per hoc antequam se daret in precium, nos in illo & ipse, in nobis vnum essemus Corpus. Et ideo in Cruce nos cum illo simul Crucifixi sumus, in baptismo simul consepulti, & in resurrectione simul conresuscitati. Vnde ait Apostolus: Si cõsurrexistis cum Christo, quae sursum sunt sapite. Quapropter charissime, nihil in hoc dubites mysterio, quod veritas Christus de se largitus est nobis, quia etsi sedet in dextera Patris in caelis, non dedignatur sub Sacramento quotidie

Luc. 22.

Ioan. 6.

Genes. 4. Exo. 29. Num. 28.

Col. 3.

Rom. 6.

per manus Sacerdotis ac si vera hostia, non infideliter, sed fideliter immolari.

Ioan. 6.

Qui etsi non moritur, neque mors iam ei ultra dominabitur: tamen in Sacramento verè communicatur, ut in nobis maneat naturaliter, sicut & nos in illo. Hinc est quod ait, Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, ipse viuat propter me. Ille autem viuat propter Patrem, qui natus est vnigenitus ex Patre: & nos propter ipsum, quia manducamus ipsum. Et ideo dilectissime summopere cauendum, ut nullus Christianorum hinc sine viatico exeat, id est, sine Corpore Christi & Sanguine, ut Christum in se habeat sicut in fide, ita & in cibo Carnis & Sanguinis, quia beati mortui qui in Domino moriuntur. Tunc autem in Domino morimur, si nos in illo, & ille in nobis per hoc mysterium maneamus. Interim verò prouidendum, ne propter incuriam & mentis ignauiam, nobis proueniant hæc (quod absit) ad perniciem & ad damnationis cumulum, quæ tradita sunt in reparationem cum tanto desiderio æternæ salutis. Ad vltimum quæro ne sequaris ineptias de tripartito Christi Corpore, non salem aut mel in eo admisceas, quod quidam voluerunt, nec aliud adicias nec subtrahas, sed totum ut Christus instituit, ita esse credas & intelligas: quatenus per hoc ille in nobis incorporatus maneat, sicut & nos in illo per hominem Deum quem assumpsit, cui iurauit Deus Pater: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech: & non secundum de-liramenta quorundam. Idcirco Apostolorum sequenda est traditio, ne vnusquisque nostrum suam præsumat cenam ad manducandum. Eorum itaque fides, eorum instituta sunt seruanda. Quia ab omnibus verè communicantibus vna exigitur fides, studium & sollicitudo consideratur, facta quæ-runtur, ut semper hinc nos festini sequentes per charitatem, & per desiderium æternæ vitæ, transeamus ad æternam & perpetuam vitam. Vale charissime, & diligentem te dilige.

Psal. 107. Heb. 6. 7.

1. Cor. 11.

Qui etsi non moritur, neque mors iam ei ultra dominabitur: tamen in Sacramento verè communicatur, ut in nobis maneat naturaliter, sicut & nos in illo. Hinc est quod ait, Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, ipse viuat propter me. Ille autem viuat propter Patrem, qui natus est vnigenitus ex Patre: & nos propter ipsum, quia manducamus ipsum. Et ideo dilectissime summopere cauendum, ut nullus Christianorum hinc sine viatico exeat, id est, sine Corpore Christi & Sanguine, ut Christum in se habeat sicut in fide, ita & in cibo Carnis & Sanguinis, quia beati mortui qui in Domino moriuntur. Tunc autem in Domino morimur, si nos in illo, & ille in nobis per hoc mysterium maneamus. Interim verò prouidendum, ne propter incuriam & mentis ignauiam, nobis proueniant hæc (quod absit) ad perniciem & ad damnationis cumulum, quæ tradita sunt in reparationem cum tanto desiderio æternæ salutis. Ad vltimum quæro ne sequaris ineptias de tripartito Christi Corpore, non salem aut mel in eo admisceas, quod quidam voluerunt, nec aliud adicias nec subtrahas, sed totum ut Christus instituit, ita esse credas & intelligas: quatenus per hoc ille in nobis incorporatus maneat, sicut & nos in illo per hominem Deum quem assumpsit, cui iurauit Deus Pater: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech: & non secundum de-liramenta quorundam. Idcirco Apostolorum sequenda est traditio, ne vnusquisque nostrum suam præsumat cenam ad manducandum. Eorum itaque fides, eorum instituta sunt seruanda. Quia ab omnibus verè communicantibus vna exigitur fides, studium & sollicitudo consideratur, facta quæ-runtur, ut semper hinc nos festini sequentes per charitatem, & per desiderium æternæ vitæ, transeamus ad æternam & perpetuam vitam. Vale charissime, & diligentem te dilige.

D. PASCHASII RABERTI ABBATIS CORBEIENSIS VITA EX TRITHEMII LIBRO DE SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS.

Claruit temporibus Caroli Causi Imp. anno domini 880.

PASCHASIVS Rabertus Abbas Corbeicensis ordinis sancti Benedicti: vir in diuinis scripturis valde eruditus, & secularium literarum non ignarus, Græco & Latino nobiliter instructus eloquio, ingenio acutus, sermone compositus, scripsit metro & prosa non pauca opuscula de quibus ego tantum reperi subiecta:

Ad Placidum Abbatem nostri ordinis opus insigne, de Sacramento altaris lib. 1. Quisquis Catholicus. &c. vitam S. Adhardi Episcopi lib. 1. In Threnos Hieremias Prophetæ lib. 1. De Græco etiam nonnulla transtulit in Latinum & alia multa composuit.

Carmen domini Paschasi in suum de corpore & sanguine domini librum.

Regis.

Epis adire sacra qui vis solennia mente, Almsicium Christi corpus contingere votis,

* Delicias. Delicias vesci, roscum potare cruorem, Bacchica nostra velim, puero qua misimus olim. Et nives casto condas in pectore flores. Rustica forte animo sordent, sed mella meabunt. Hic tantum calamus Christi de fonte ministrat. Vnde sum possis flammisque extinguere mortis, si libeat dignè se etari iussa Tonantis. Libertas etenim fidei, nunquam abnegat illi Eximias vitæ fructus, de cespite carnis. Vita, salus, pax, lux, sapientia denique, cunctis Inde meat per eum, cæli sub cardine quadro. Tu quoque muneribus si dignus vixeris istis Accipies palmam Regni, virtute beatus.

ORATIO PASCHASII QUÆ CVM PROLOGO LIBRI NUNC PRIMÛ TYPIS EDITUR EX M. S. BIBLIOTHECÆ PATRUM SOCIETATIS IESU AD D. LADONICI. Vnde etiam multe excerptæ sunt varia lectioes per totius libri marginem sparse.

DOMINE Iesu Christe, qui ex voluntate, patris cooperante sancto Spiritu, formam serui accepisti, & per crucem, & passionem tuam secundum carnem moriendo centesimam, quæ perierat, ouem denicta morte resurgens, ad vitæ pascua reportasti, munda me tua misericordia, quem huius tanti mysterij, non electione meriti, sed dono gratiæ tuæ, ministrum effecisti, ab omni sorde vitiorum: quatenus ad salutem animæ mundus percipiam sacrosanctum corpus, & sanguinem tuum, quo viuificatus in die iudicij partem beatæ resurrectionis obtineam, & tibi cum sanctis gloriam in æterna læticia sine fine decantem. Amen.

Mandatum nouum: charitas Testamentum nouum: promissio regni cælorum.

Pignus hæreditatis. Sacramentum communionis, participatio Sacramenti multorum est: paucorum communio: charitatis. Qui Deum & proximum pure diligit, bene ad sacramentum Christianæ communionis accedit.

Sacramentum quidem transitorium: virtus vero quæ per ipsum operatur, & gratia, quæ insinuat, æterna.

INCIPIT PROLOGVS.

RABERTO PLACIDO SVO SALVTEM.

PASCHASIVS Monachorum omnium peripissima dilectissimo filio & vice Christi presidenti, magistro monasticæ disciplinæ alternis successibus, veritatis discipulo. Nouit igitur, nec ambigo, tua experimento disciplinarum solertia, quod Arsenius noster quem nostra nunc nobis secula Hieremiam tulerunt, olim in fidei te mihi commiserit ratione. Propter quod à primæuo indefessus curauit te rapere de inter vndas. Sed fateor tibi magis melotam patris supra verticem profuissè: qua denique subuectus tui te congratulor euassisse. mei quoque iocundor non inuacuum cucurrisse. Quia non es secutus iuuenilia ut assolèr desideria, qui diutinis premuntur inuicti disciplinarum compedibus:

pedibus: sed radicans fide Christi, vltroque moribus & vita quotidie ad meliora iuuante domino proficis. Neque, ut frequenter tibi obieceram, super glaciem scribens ad solem posui, sed in soliditate fidei, & charitate Christi interius solidante femina vitæ seui. Vnde, vtorum fili, censura fidei, & dilectionis gratia etiam inter mundi turbines, præsertim dum noster suis discordiarum anfractibus pene labitur orbis, effusa super magnates contentione imperij, diuino arbitrio, quorum lite multum diuque concussus, tandem patent occulta, quæ à principio per partes hinc inde concreuerant delictorum habenis vbique concupiscentiarum refusis. Iam sua summos feriunt fulgura montes: ita ut nihil nostras nisi confusio vndique per singula horarum spatia repercutiat aures: tamen non superferdi te vnicum ac specialem quin diuinis duntaxat quamuis clausus in custodia curam cluere votis, & ad immortalia æternorum licet sermone inclinato pulsum à lacte, annuis angoribus, ut gliscas felicis, inuitarem. Quod ideo placuit communi stilo temperari subulco, & ea quæ de sacramento sanguinis, & corporis tibi erigis necessaria quæ tui prætexantur amore ita tenus perstringere, ut cæteri, quos necdum vnde liberalium attingerat literarum, vitæ pabulum, & salutis haustum planius tecum caperent ad medellam, & nobis operis præstantior exuberaret fructus mercedis pro sudore. Quia pecunia verbi, sicuti plenius nosti, quantos repleuerit suis sumptibus auditores: tantis copiosus in sese amplificatur meritorum opibus. Ideo velim, ut non puerili animo ista perlegas, verborum ad alia preciosorum amore ductus: sed sic sedas ad hanc mensulam paupertatis, ac si ad ferculum Salomonis. Ambient ergo eum electorum sexaginta fortes ex fortissimis supernorum: Vbi si quis superciliosus, aut inuidus, vel indignus acceperit, & vsquam eorum tutus loquor: præsidio ista, non absque periculo contemni. Quoniam vniuersiuisque entis super femur vibrat tam ut talium retundant audaciam, quam ut regis excubias custodiant contra hostes. Quia etsi minus est in eloquio, nihil præstantius in materia, qua digne credentibus vita præstatur incorruptibilis, & æterna. Hinc ergo ne putes me tibi fili fabulam de alaronis saltura contexere. Immo crede post lac infantia nihil magis cauendum, ne in his offendas, nihilque felicis si dignè

ad ea gustu intelligibili pertingas. Vbi, si recte fapio, quotiens libet recumbis, inter angelorum frequentiam, & sanctorum omnium epulas, quia conuiuium est regis æterni, admisceris. Vbi sponsus & sponsa dulcibus deliciarum fruuntur muneribus, & rex totius creaturæ quotidie ingreditur, ut videat discumbentes. Si vestem, in qua renati sunt, habeant nuptialem. Vnde quia commune periculosus est talia præsumere, opeque deliciarum Christi fœdare vitæ criminibus, & quæ sancta sunt impudenter attingere: velim caueas ad hæc vna cum iniqua gerentibus introire. Immo laua inter innocentes manus, quia iam sacris officiis es mancipatus: ut sine periculo possis accedere ad commissa, & cum fiducia contingere vitæ pascua. Quibus sanè refectus, & vsque ad finem vitæ digne nutritus, valeas peruenire ad locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei in voce exultationis & confessionis vbi sonus est epulantis. Noli ergo parui pendere tantam gratiam, sed de hoc exiguo lectionis intellige, quanta sit virtus vitam æternam in præsentiarum accipere & angelicis escis quotidie saginari. Quoniam etsi Deo plena sunt omnia, nos quoque coram oculis diuinæ maiestatis semper vrsamur: & perfidis vbique nullus tutus est locus: tamen plurimum coram sanctis altaribus frequentiam angelorum, vultumque Dei contemplantem diuina obsequia obseruare oportet & vereri. Hæc autem ut securius tua perlegat infantia, placuit & me catholicos ecclesiæ doctores in principio adnotare. Ex quibus pauca de pluribus quasi lac teneritudinis eliquauerimus. Cyprianum scilicet, Ambrosium, Hylarium, Augustinum, Ioannem, Hieronymum, Gregorium, Isidorum, Isichium & Bedam, quorum doctrina, & fide imbutus melius possis ad altiora proficere nostro quidem stilo nunc sensum eorum commendans, nunc vero eorum propriis verbis vtens, quæ apterant meo studio temperaui. Interdum autem quæ manifesta non dubium videbantur, vera ratione firmari: Et contra quæque in eiusdem libri margine litteras doctorum, quos præmissi ex initio nominis è regione figere curauit. Propter quod lege securus & perfice, quæ monui deuotus.

EXPLICIT PROLOGVS.

CAPVT I. Quisquis catholicorum, &c.

LANFRANCI PRIMVM CADOMENSIS IN NORMANNIA ABBATIS, DEINDE CANTVARIENSIS ARCHIEPISCOPI VITA, EX TRITHEMII LIBRO DE SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS.

LANFRANCUS Archiepiscopus Cantuariensis Ecclesiæ in Anglia, ex Abbate Cadomensis cenobij, ordinis sancti Benedicti, natione Italus, ex civitate Papiensi, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis, maxime in Dialectica, suo tempore omnium opinione doctissimus, & non minus sanctitate quam scientia clarus, reliquit ingenij sui monumenta egregia, de quibus ego reperi duntaxat subiecta: Opus insigne in Epistolas Pauli Apostoli omnes lib. 14. In Psalterium, Commentariorum lib. 1. Aduersus Berengarium lib. 1. Cuius initium est: Lanfrancus misericordia, &c. Gestæ Guilielmi comitis lib. 1. De cæteris nihil reperi. Claruit sub Henrico Imperatore tertio, Anno Domini 1066.

Tom. 6.



ANFRANCVS misericordia Dei Catholicus, Berengario Catholica Ecclesie aduersario. Si diuina pietas cordi tuo inspirare dignaretur, quatenus respectu eius atque animæ tuæ mecum loqui velles, locumque opportunum in quo id competenter posset fieri, salubri deliberatione eligeres: multum fortasse tibi, proculdubio autem plurimum iis consuleres quos decipis, deceptos verò ac morte præuentos, in pœnas æternas transmittis. Et enim cooperante Spiritu qui vbi vult spirat, & quem vult aspirat, eueniret è duobus alterutrum, videlicet vt aut tu ipse deposito superbiæ fastu (quo plenus contra orbem terrarum sentire cœpisti) authoritati totius S. Ecclesie rectisque sanctarum scripturarum expositionibus acquiesceres: & sic te ac sequaces tuos de tenebris erroris, ac profundo iniquitatis erueres: aut te in tua pertinacia persistente, ipsi auditis rationibus miserante Deo respicerent, & ad veram fidem, quam sancta Ecclesia prædicare non cessat, consilio meliore redirent. Sed quia elegisti prauitatem, quam semel imbibisti, clandestinis disputationibus apud imperitos tueri, palam autem atque in audientia sancti Concilij orthodoxam fidem non amore veritatis, sed timore mortis confiteri: propterea refugis me, refugis religiosas personas quæ de verbis tuis ac meis possint ferre sententiam. In quarum præsentia de nulla re te audire, tecumque conferre libentius vellem: quàm quòd sententias tuis sententiis commodas plectenda temeritate confingis, eaque seu studio nocendi, seu ignorantia veri sacris Doctoribus attribuis, dicens: hoc vel hoc in illo seu illo opere testatur Augustinus, Gregorius, Hieronymus, vel quilibet eorum quos in arce authoritatis posuit Ecclesia Christi insigniter veneratur. Ibi enim conquiesceret omnis verba tergiversatio, cum sacerdotibus te audiente legerentur, vel tibi ad legendum in manus traderentur: caelestique lampade splendidius eniteret, quadam quæ de scripturis sanctis te sumere nonnunquam dicis, aut penitus esse falsa, aut aliqua ex parte, prout ratio tui negotij postulat, deprauata. Per quæ, diabolica fallacia, ignaras diuini mysterij mentes tibi que credulas inuadis; decipis, subruis, tanto iniquior, quanto in malo proposito ad eorum qui tibi in Christo fratres sunt subuersionem & scandalum pertinacior, parui ponderans verba Domini comminantis ei qui de pusillis suis aliquem scandalizat, nec satis tremens increpationem Apostoli ad superbam Corinthiorum gentem scribentis & dicentis, Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam: in Christum peccatis. Quo peccato plurimum detineris, subuertens eos qui nescientes tibi resistere, contemplantur ea quæ videntur, non ea quæ non videntur. Sed firmum Dei fundamentum stat immobile, habens signaculum quo discedit ab iniquitate, qui inuocat nomen Domini: nequaquam sine

Matt. 18.

1. Cor. 5.

a. Tim. 2.

gravi scandalo ferens, quòd non es contentus vt peruersus peruersa dicas; nisi etiam praua scripta per prauos discipulos tuos in diuersas regiones transmittas. Et cetera quidem à beatæ memoriæ Nicolao totius Christiani nominis summo Pontifice, & à centum tredecim Episcopis Romæ audita, examinata atque damnata sunt. Tu quoque inclinato corpore, sed non humiliato corde ignem accendisti, librosque peruersi dogmatis in medio sancti Concilij in eum coniecisti: iurans per id quod rebus omnibus incomparabiliter maius est, fidem à Patribus qui præsentem erant traditam, inuiolabiliter te seruaturum, veteremque doctrinam tuam de Corpore & Sanguine Domini ab illa die aliis non prædicaturum. Huius propositi sacrilegus violator, contra præfatam Synodum, contra catholicam veritatem, contra omnium ecclesiarum opinionem, Scriptum postea condidisti: cui in hoc opusculo, confusus de Christi misericordia, confusus disposuisti. Et vt euidentius appareat quid tu dicas, quid ego respondeam: alterutras sententias vicaria nostrorum nominum positione distinguiam. Nec ad omnia responsurus sum: quia spinis rosas interferis, & albis atque nigris coloribus phantasma tuum depingis. Quædam etiam dicis quæ nihil pertinent ad propositum questionis. Compendio autem in quantum potero operam dabo. In talibus enim naniis nollem vitam deterrere: si populum Dei, antiquam permittentes pacem habere. BERENGARIVS. Scriptum Humberti Burgundi, quem fecerant Romæ Episcopum Cardinalem, quod scripsit contra catholicam veritatem, quòd inferius patebit, vt cogere tur ex illo. Berengarius quasi profiteri errorem ineptissimi Burgundi. LANFR. Humbertum virum fuisse religiosum, fide Christiana & sanctissimis operibus perseueratissimè decoratum, scientia diuinarum ac secularium literarum apprime eruditum, testantur omnes qui vel propria experientia cum nouerunt, vel ab aliis qui ipsum experti sunt, eius cognitionem acceperunt. Hunc non de Burgundia, sed de Lotharingia sanctus Leo Romanus traduxit: & ad prædicandum Siculis verbum Dei Archiepiscopum ordinauit. Postea verò sancta Romana Ecclesia Præsulem sibi Cardinalem constituit. Quo in loco positus taliter vixit, taliter docuit: vt de fide vel doctrina eius, nec saltem sinistra suspitionis fama aliquando exorta sit. Huius rei testis est tota ferè Latinitas: quæ pro excellentia Apostolica sedis, cuius Conciliis & consiliis semper aderat & præerat, cum ignorare non potuit, Quæ etiam si Burgundus esset, insipienter tamen arrogantia tua nomen suæ gentis pro infamia sibi adscriberet: cum Spiritus Domini vbi vult spirat, & quem vult adspiret, & Domini sit terra, & vniuersi qui habitant in ea: & princeps Apostolorum dicat. In veritate comperi, quoniam non est personarum acceptor Deus: sed in omni gente qui timet eum & operatur iustitiam acceptus est illi. Item

Berengarius a 113. Episcopis Romæ datus.

Humbertus Lotharingus.

Ioan. 3. Psa. 23. Act. 10.

Gal. 3.

Hæreticus est qui ab Ecclesia Romana discedit.

Palinodia Berengarii Diaconi Andegauensis.

Papa Nicolaus.

li. Item Doctor Gentium ad Galatas: Deus personam hominum non accipit. Quem dum contra catholicam veritatem scripsisse asseris, non ipsum solum, sed & Romanos Pontifices, Romanam Ecclesiam, multosque sanctos Patres redarguis: incurrisque in illud quod beati Doctores si non eisdem verbis, eisdem tamen sententiis multis in locis concorditer astruxerunt, hæreticum esse omnem hominem, qui à Romana & vniuersali Ecclesia in fidei doctrina discordat. Euenitque tibi iusto Dei iudicio, vt qui alios esse hæreticos astruere conaris: tu ipse in hæresim deuolutus hæreticus esse conuincaris. BERENG. Anathematizo omnem hæresim præcipuè eam quæ astruere conatur, panem & vinum quæ in altari ponuntur, post consecrationem solummodo Sacramenta esse, & non verum Corpus Christi & Sanguinem. LANFR. Principium huius tui iurisdictionis propterea, vt opinor, hic non inseruisti, vt lectores tui putarent hæc verba non esse tua, sed venerabilis Humberti Episcopi. Nec id iniuria. Nam quia hæretica esse pertinaciter contendis: si manifestè tua diceres, manifestè te ipsum hæreticum comprobares. Sed ne quis nescius Romani Concilij indiscretam de negotio ferat sententiam: principium eius, medium atque finem simul hic apponam. Ego Berengarius indignus Diaconus Ecclesie sancti Mauritij Andegauensis, cognosces veram catholicam & Apostolicam fidem, Anathematizo omnem hæresim, præcipuè eam de qua hætenus infamatus sum: quæ astruere conatur, panem & vinum quæ in altari ponuntur, post consecrationem solummodo Sacramentum & non verum Corpus & Sanguinem Domini nostri Iesu Christi esse: nec posse sensualiter nisi in solo Sacramento manibus Sacerdotum tractari, vel frangi, aut fidelium dentibus atteri. Consentio autem sanctæ Romanæ Ecclesie & Apostolicæ sedi, & ore & corde profiteor de Sacramentis Domini mensæ, eam fidem me tenere, quam Dominus & venerabilis Papa Nicolaus, & hæc sancta synodus auctoritate Euangelica & Apostolica tenendam tradidit, mihi que firmavit: scilicet panem & vinum quæ in altari ponuntur, post consecrationem non solum sacramentum, sed etiam verum corpus & Sanguinem Domini nostri Iesu Christi esse, & sensualiter non solum Sacramento, sed in veritate manibus sacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri, iurans per sanctam & homouisionem Trinitatem, & per hæc sacrosancta Christi Euangelia. Eos verò qui contra hanc fidem venerint, cum dogmatibus & sectatoribus suis æterno anathemate dignos esse pronuncio. Quòd si ego ipse aliquando aliquid contra hæc sentire ac prædicare presumpsero: subiaceam Canonum seueritati. Lecto & perlecto sponte subscripsi.

dum tibi tradidit. Tu verò acquiescens accepisti, legisti, confessus es, te ita credere iure iurando confirmasti, tandem manu propria subscripsisti. Nicolaus Papa gaudens de conuersione tua, iuramentum scriptum misit per vrbes Italiae, Galliae, Germaniae, & ad quæcunque loca fama tuæ prauitatis antea potuit peruenire: vt sicut Ecclesie scandalizatae prius dolebant de te auerso atque aduerso: ita postea gauderent, gratiasque Deo agerent de reuerso atque conuerso. Cur ergo scriptum hoc magis scribis Humberto Episcopo quàm tibi: quàm Nicolao Pontifici: quàm eius concilio: quàm denique omnibus Ecclesiis quæ id cum debita reuerentia susceperunt, & pro conuersione tua Deo gratias retulerunt? Cur inquam, nisi quia facilius persuades imperitis potuisse vnum hominem errare, quàm tot personas, tot Ecclesias? Tibi verò si ascripsisses, cum ipsum destruere moliaris: periculum te esse videreris astruere. Sed iam qualiter redarguis, videamus. BERENGARIVS. Apparet quia lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehendunt. LANFRAN. Hoc rectissime in te retorqueri potest. Lucet namque lux fidei in tenebris huius mundi, quantum per speculum & ænigma, reuelante Deo possumus contueri. Verum hanc lucem tenebrosa mens tua nequit comprehendere, despectis cæteris putans se solum sapientem esse, euanescentes in cogitationibus suis stulta facta apud Deum. BERENG. Quia veritatis inimicus velis nolite veritatem asserit. LANFR. Parum videris attendere quid dicas, tantum vt seruum Dei illatis opprobriis in contemptum adducas. Assertorem veritatis tam volentem quàm nolentem, inimicum pariter constituis veritatis. Quisquis autem veritatem asserit, aut volens, aut nolens id agit, Nihil enim medijs poterit repetiri. Omnis igitur assertor veritatis, te auctore inimicus est veritatis. Sed absit. Ipsa namque veritas assertores suos plurimum distanti nomine in euangelio vocat, dicens, Iam non dicam vos seruos sed amicos meos. Et alibi: Vos amici mei estis. Falsum est ergo assertorem veritatis tam volentem quàm nolentem, inimicum constituere veritatis. BERENG. Quia sicut Goliath proprio Burgundus ense deperit. LANFRAN. Tui moris est alios deprimere, te efferre, & te iactare, de te magna sentire. Te quidem Dauid, Humbertum verò Goliath appellas. Equidem rectius te nominasses Goliath: quia homo arrogantissimus es, & ea sentis, scribis, & loqueris, quibus tu ipse velut ense proprio iuguleris: illum verò Dauid, qui humiliter vixit, humiliter docuit, membrum Ecclesie pugnantem pro Ecclesia, assumens scutum fidei, & gladium spiritus, quod est verbum Dei. BERENG. Erat autem Burgundus in sententia, imò discordia vulgi, Paschasij atque Lanfranci: minime superesse in altari post consecrationem, substantiam panis & vini. LANFRAN. Tempore sancti Leonis Papæ delata est hæresis tua ad Apostolicam sedem: Qui cum Synodo præsideret, ac resideret secum non parua multitudo Episcoporum, Abbatum, diuersique ordinis à diuersis regionibus religiosarum personarum: iussu est in omnium audientia recitari quas mihi de Corpore & Sanguine Domini literas transmissisti.

Ioan. 17.

Ioan. 15. Ibidem.

Ephes. 6.

Portitor quippe earum legatus tuus me in Normannia non reperto, tradidit eas quibusdam Clericis. Quas cum legissent, & contra vitatissimam Ecclesie fidem scriptas animaduertissent: zelo Dei accensi, quibusdam ad legendum eas porrexerunt, plurimis earum sententias verbis exposuerunt. Itaque factum est, vt non deterior de te quam de me fuerit orta suspitio, ad quem videlicet tales literas destinaueris: patantibus multis me fouere ac fauere quae te dicerentur, vel gratia qua te diligerem, vel fide qua reuera ita esse indubitanter tenerem. Igitur cum à quodam Remensi Clerico Romam perlatis recitator legeret, intellecto quòd Ioànem Scotum extolleret, Paschasium damnaret, communi de Eucharistia fidei aduersa sententia: promulgata est in te damnationis sententia, priuans te communionem sanctae Ecclesiae, quam tu priuare sancta eius communione satagebas. Post hæc præcepit Papa vt ego surgerem, prauis rumoribus à me maculam abstergerem, fidem meam exponerem, expositam plus sacris autoritatibus quam argumentis probarem. Itaque surrexi, quod sensi dixi, quod dixi probaui, quod probaui omnibus placuit, nulli displicuit. Dehinc declarata est synodus Vercellensis, quae tunc proximo Septembri eodem praesidente Pontifice est celebrata Vercellis: Ad quam vocatus non venisti. Ego verò præcepto ac precibus praefati Pontificis vsque ad ipsam Synodum secum remansi. In qua in audientia omnium qui de diuersis huius mundi partibus illuc conuenerant, Ioannis Scoti liber de Eucharistia lectus est, ac damnatus, sententia tua exposita ac damnata: fides sanctae Ecclesiae, quam ego teneo ac tenendam astruo, audita, & concordia omnium assensu confirmata. Duo Clerici qui legatos tuos se esse dixerunt, volentes te defendere, in primo statim aditu defecerunt & capti sunt. Ab hac sententia nunquam discessit S. Leo in omnibus suis Conciliis, seu quibus ipse praesentiam suam exhibuit, seu quae per legatos suos in diuersis prouinciis congregari instituit. Quae sententia non effugit successorem quoque suum felicis memoriae Papam Victorem. Sed quicquam de hac re seu ceteris ipse statuit, statuisse præcepit: hoc etiam iste sua atque omnium Conciliorum suorum autoritate firmavit. Denique in concilio Turonensi, cui ipse interfuere ac praesidere Legati, data est tibi optio defendendi partem tuam. Quam cum defendendam suscipere non auderes: confusus coram omnibus communem Ecclesiae fidem, iurasti te ab illa hora ita crediturum, sicut in Romano Concilio te iurasse est superius comprehensum. Porro quid de hac re tempore Nicolai gestum sit, breuiter supra referaui. Digrediendo autem hæc ideo dixi, quia dixisti: Erat autem Burgundus in sententia vulgi, Paschasij atque Lanfranci. Nam cum catholica Ecclesia diuidatur in clericalem ordinem, atque laicalem: clericalem verò ordo consistat in Episcopis, ac reliquis Christi sacerdotibus, aliisque diuersarum dignitatum Ecclesiasticis personis, hos autem omnes præter paucissimos schismaticos hanc fidem tenere manifestissimum sit: rectius dixisses, Erat autem Burgundus in sententia Catholicae Ecclesiae, sed non in mea meorumque sequacium: qui maluimus nos ab ea superbe separare, &

Ioannes Scotus.

Synodus Vercellensis.

In Ecclesia Catholica duo sunt hominum Ordines.

contra eam ad nostram perniciem schisma facere, quam humiliter membra eius esse, & communem cum ea fidem salubriter retinere. Hoc reuera dixisses, si amator veritatis & seruator iustitiae extitisses: si abiecto inanis gloriae appetitu, peccata tua confiteri quam tueri maluisses. Quòd verò sententiam, qua panem in veram Christi carnem, & vinum in verum Christi sanguinem conuertere credimus, vacordiam nominas: de hac re oportunius tunc tibi respondebo, cum fidem hanc auctore Deo diuinis autoritatibus & manifestis rationibus veram esse monstrauero. Porro autem quod dicis: Erat autem Burgundus in sententia vulgi, Paschasij, atque Lanfranci: me etiam cum vulgo deputas? Certissimum habeto tu, indubitanterque credant amici mei, atque Ecclesia Christi: quia si etiam deesset mihi autoritas atque ratio, quibus fidem meam tueri possem, mallet tamen cum vulgo esse rusticus & idiota catholicus: quam tecum existeret curialis atque facetus haereticus. Sed si dominus Deus te atque me in audientia sancti Concilij dignaretur coniungere: de pietate eius confido, quia mutares verba, mutares sententiam. BERENGARIVS. Quam sententiam superioribus tuis verbis ille ipse deiecit, nec attendit. LANFRANC. Dum insatiabili odio illum insequeris, te ipsum turpiter infamare minime erubescis. Quisquis enim contraria iurat, necesse est in alterutro perurij crimen incurrat. Ergo cum verba ad iurandum tibi tradita inter se contraria esse astruas: manifesta voce perurum te esse impudenter proclamas. O infelix homo, o miserrima anima: cur te credere iurabas quae tantopere inter se dissidere intelligebas? Nonne praestabat, si veram fidem te habere putabas, vitam honesta morte finire: quam perurium facere, perfidiam iurare, fidem abiurare? Sed absit vt scriptura sancti concilij aliqua inter se contrarietatis oppositione dissideat: si remoto calumniandi studio diligens lector ad intelligendum curam impendat. Et hoc posterius patebit. BERENGAR. Qui enim dicit, panis & vinum altaris solummodo sunt sacramenta, vel panis & vinum altaris solummodo sunt verum corpus Christi & sanguis: modis omnibus panem & vinum superesse constituit. LANFRANC. Nihil horum Romana Synodus credendum esse decreuit: nec Humbertus Episcopus ad consistendum vel iurandum, horum tibi aliquid tradidit. Prior quidem sententia per quam dicitur, panis & vinum altaris solummodo sacramenta sunt: tua est, tuorumque sequacium. Posterior verò quae enunciat, panis & vinum altaris solummodo sunt verum Christi corpus & sanguis: nullius hominum est. Nam & tu veritatem carnis & sanguinis negas, & Ecclesia Christi sic panem in carnem, vinum credit conuertere in sanguinem: vt tamen salubriter credat, & veraciter recognoscat Sacramentum esse dominicae passionis, diuinae propitiationis, concordiae & vnitatis, postremo assumptae de virgine carnis & sanguinis, singula suis distinctisque modis, de quibus suo loco ac tempore euidentius differetur. In praesentia tantum suscepi ostendere verba Romani Concilij, quae te seruaturum iureiurando firmasti, nulla à se

Panis quomodo in Corpore mutatur.

à se inuicem contrarietate differre. Argumentibus enim te amicis ac necessariis tuis, quòd aut non seruanda iurare non debuisses, aut iurata seruare: infamare soles Nicolaum Pontificem, reliquosque patres Romani Concilij, videlicet quod doctores ac scribentes contraria, tui fuerint causa perurij. Id quoque in hoc opusculo, quod destruendum suscepi, vbique ferè laboras efficere. Propterea conferenda sunt verba tua verbis eorum. Nicolaus Papa comperiens te docere panem vinumque altaris post consecrationem sine materiali mutatione in pristinis essentis remanere: concessa tibi, sicut superius dictum est, respondendi licentia, cum non auderes pro tuae partis defensione, aliquid respondere: pietate motus ad preces tuas praecipit tradi scripturam tibi, quam superius posui. Eius principium hoc erat: Ego Berengarius anathematizo eam haeresim de qua hactenus infamatus sum, quae astruere conatur panem & vinum quae in altari ponuntur, post consecrationem solummodo Sacramentum, & non verum corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi esse. Rectissime id quidem & ipse praecipit, & Synodus assensit, & tu executus es, si non labio doloso in corde & corde locutus fuisses: si ad pristinum vomitum, & ad volutabrum luti infeliciter periurus postea non rediisses. Sacrorum namque Canonum autoritate instrui mur, vt nemo ab haeresi reuertens, Ecclesiasticae communionis particeps esse permittatur, quoad usque peruersum dogma vinculo anathematis danare compellatur. Verum in his verbis nec verba tua superius posita, nec eorum sententias quisquam poterit inuenire. Vnde apparet peruersorem ac subuersorem te esse diuinarum literarum: & ex deprauatis fictisque sententiis erroris nebulas spargere imperitis: falsumque esse quod ex falso principio constituit emanare. BERENG. Sicut enim qui dicit, Christus est summus angularis lapis, Christum non auferit, sed Christum esse omnino constituit: ita qui dicit, panis altaris solummodo est sacramentum: vel panis altaris solummodo est verum corpus Christi, panem in altari esse non negat, panem & vinum esse confirmat in mensa Domini. LANFR. Verum annecteres, si ignarus veritatis priorem propositionis partem quisquam statueret, nisi forte figurato locutionis modo verbum illud proferret. Solum enim aliquas res, illarum rerum ex quibus efficiuntur, nominibus appellare: quamuis in aliam naturam translatae iam non possent esse illud quod sunt res illae ex quibus probantur effectae, sicut B. Augustinus in extremo Psalmorum explanationis opere, crystallum vocat niuem multorum annorum duratam tempore & serie seculorum: cum nix sit liquida & humida, crystalli verò natura existat dura & sicca. Ac per hoc cum tam diuersae naturae sint in vtrisque, non rectè quis crystallum niuem vocauerit: nisi eo locutionis modo quo res effecta, materiali solet nomine appellari. Et creator ex terra creato primo homini in Genesi dicit: Terra es, & in terram ibis. Quasi diceret, Quia factus es ex terra: quandoque fies terra, & reuerteris in terram. Veruntamen vt dixi, has sententias nemo catholicus recipit, Christiana eas religio non admittit. Nam priorem tuam esse tantum, tuae

Haeretici quando recipiantur in eodem nomem.

Berengarij primum argumentum. Ita. 18. Ephes. 2.

In Psal. 147.

Genes. 3. d.

que sectae, nemo est qui ambigat: Posteriores verò neque tu recipis, qui carnis & sanguinis negator existis: neque nos qui sic vtrumque fatemur, vt tamen multarum & excelzarum rerum figuram, ac sacramentum esse minime abnegemus. Porro similitudo quam de domino Iesu Christo & lapide angulari posuisti, te impedit, nos expedit. Sicut enim qui dicit, Christus est lapis angularis, non reuera Christum lapidem esse constituit, sed propter aliquam similitudinem quam ad se inuicem gerunt, tale ei nomen imponit: eodem modo cum diuina pagina corpus Domini panem vocat, sacra ac mystica locutione id agit, seu quoniam ex pane conficitur, eiusque nonnullas retinet qualitates, seu quia animam incomprehensibiliter pascendo satiat, eique aeternae vitae substantiam subministrat: vel quòd corpus est filij Dei, qui est panis angelorum, & in quem, sicut ait princeps Apostolorum, desiderant angeli prospicere: seu aliquo alio modo, qui à doctoribus comprehendi potest, à nobis non potest. BERENGARIVS. Non enim constare poterit affirmatio omnis, parte subruta, & hoc sicut dicit Beatus Augustinus in libro de doctrina Christiana, in ipsa aeternitatis veritate quae Deus est, indissolubiler constant. LANFRANC. Relictis sacris autoritatibus ad dialecticam confugium facis. Et quidem de mysterio fidei auditurus ac responsurus quae ad rem debeant pertinere: mallet audire ac respondere sacras autoritates, quam dialecticas rationes. Verum contra hæc quoque nostri erit studij respondere: ne ipsius artis inopia, me putes in hac tibi parte deesse, Fortasse iactantia quibusdam videbitur, & ostentationi magis quam necessitati deputabitur. Sed testis mihi Deus est, & conscientia mea, quia in tractatu diuinarum literarum nec proponere, nec ad proposita respondere cuperem dialecticas quaestiones, vel earum solutiones. Et si quando materia disputandi talis est, vt huius artis regulis valeat enucleatius explicari: in quantum possum per aequipollentias propositionum tego artem, ne videar magis artem quam veritate, sanctorumque Patrum autoritate confidere. Quamuis Beatus Augustinus in quibusdam suis scriptis, & maxime in libro de Doctrina Christiana hanc disciplinam amplissime laudet: & ad omnia quae in sacris literis vestigantur, plurimum valere confirmet. Denique contra Felicianum haereticum Arrianum contendens, ita hac arte eum conclusit, vt ipse haereticus non valens ferre locorum ac syllogismorum implicitas atque implicantes connexiones, publica voce exclamaret, dicens: Aristotelica mecum subtilitate contendis, & omnia quae à me dicuntur torrentis more praecipitas. Igitur superius volens astruere, panem vinumque altaris inter sacrandum, essentialiter non mutari, duo quidem pro argumentorum locis assumpsi: quorum vnum tantummodo esse tuum, alterum nullius hominum manifestis rationibus approbaui. In qua re magno vitio rem praedictam effecisti. Nā quod tuum erat, quaestio erat. Ex eo quippe quærimus: id opprimere atque euertere omni argumentorum mole atque impulsu satagimus. Porro nulla quaestio locus esse

Pet. 1.

Author inuitus Dialectice discipular.

Dialectice vltus.

Feliciani vox.

Quæstio nequit esse locas sangu- menti.

Ex puris particulis concluditur.

poterit argumenti. Argumenti quippe locum necesse est aut per se esse certum, aut certis rationibus approbatum. Quod ergo tantummodo tuum erat, ad probandam rem dubiam assumi minimè oportebat. Reliquum verò quòd nullius hominum esse constitit, ne id quidem dubiæ rei fidem facere aliqua ratione oportuit. Quis enim certum esse, aut certum fieri posse arbitretur? quod omnes negant, nullus confiteretur? Igitur ne id quidem ad argumētum sumi, rationis fuit. Male ergo vtrunque posuisti. His duobus vitiosis principis totam argumentationem tuam identidem repetēdo ad finem vsque contexis: ac propterea necesse est vitiosum, nec concedendum esse quicquid ex vitiosis nec concessis principis confiterit emanare. Adhuc alio argumento probare contendis, panem vinumque post consecrationem in principalibus permanere essentiis, dicens: Non enim constare poterit affirmatio omnis, parte subruta. Ad cuius rei probationem non oportuit inferri particularem negationem, qua de præfenti quæstione nihil colligitur: sed vniuersalem potius per quam enuntiat, nulla affirmatio cōstare poterit parte subruta. Age ergo, sit particularis negatio tua: Nō omnis affirmatio cōstare poterit parte subruta. Rursus assumptio tua: Panis & vinum altaris solummodo sunt sacramentum: vel panis & vinum altaris solummodo sunt verum Christi corpus & sanguis, vtrumque affirmatio est. His duabus particularibus præcedentibus, poteritne regulariter concludere parte subruta ea non posse constare? Absit. In nulla quippe sylogismorum figura, præcedentibus duabus particularibus consequenter inferitur conclusio vlla. Male igitur eam collocaisti. Illud verò perfunctoriè non est prætereundum, quòd præfata præpositio- nis tuæ veritatem in ipsa æternitatis veritate quæ Deus est, indissolubiliter constare perhibuisti: id- que beati Augustini de Doctrina Christiana, au- thoritate firmasti. Et quidem propositio ipsa veræ- que propositionis in suo loco posita vim obtineret: sed tu malè & inefficaciter eam posuisti. Nec eius magis quam omnium tam rerum, quam aliarum propositionum veritas apud veritatem omnia sci- entis ac præscientis Dei æternaliter constat, qui & res ipsas in principalibus ac secundis essentiis con- didit, easque tam verarum, quam falsarum propo- sitionum causas esse disposuit. Verumtamen in o- pere de Doctrina Christiana, nec huius propo- sitionis, nec alicuius eius similis beatus Augustinus aliquo in loco mentionem facit: quòd facile qui- us scire poterit, si curet ipsum librum legere si nun- quam legit: vel relegere si fortasse iam legit. In qua re vehementer miror siue errorem, siue stultitiam tuam. Errorem quidem, si prolata testimonia in sa- cris codicibus aut aliter esse, aut penitus non esse ignoras. Stultitiam verò, si ita cæteros vacordes æ- stimas, vt dictis tuis contra antiquam Ecclesiæ fi- dem protinus credant, eaque velut sacrosancta in- discutula prætereant. BERENG. Est autem affirma- tio notissimis partibus suis constans, prædicato & subiecto, quæ ita enuntiat: Panis & vinum quæ in altari ponuntur sunt solummodo Sacramenta. Ni- hilominus quæ ita enuntiat: Panis & vinum quæ ponuntur in altari, post consecrationem solummo-

do sunt verum Christi Corpus & sanguis. LANFR. Eadem te repetere minimè pudet: propterea quæ paulò ante posui, me etiam replicare oportet. Prio- rem sententiam tantummodo esse tuam, postero- rem verò nullius esse hominum superius dixi, & ita esse documentis clarioribus approbau. Nam & tu carnem & sanguinem negas, in solo Sacramento rem totam constituens: & nos Sacramentum fate- mur, & tamen vtriusque veritatem fideliter & ve- raciter confitemur. Quòd verò dialectica verba as- firmationem, prædicatum, subiectum, cætera que in hunc modum tractatu i tanta rei laboras inferere: propter nil aliud videris id facere, nisi vt hac occa- sione peritum te disputandi imperitis valeas suade- re. Nam & tu sine his nominibus, quod moliris nō impariter possis asserere: & nos quæ à te dicerentur, sacris solummodo possemus testimoniis abolere. BEREN. Susceperat autem Burgundus negare pa- nem & vinum in mensa Dominica superesse. Hoc minimè negat: imò omnino panem & vinum esse confirmat in mensa Dominica. LANFR. Membrū Ecclesiæ ab Ecclesia discrepare nec potuit, nec de- buit. Confiteretur enim Ecclesia toto terrarum orbe diffusa, panem & vinum ad sacrandum proponi in altari: sed inter sacrandum incomprehensibiliter & ineffabiliter in substantiā carnis & sanguinis com- mutari. Quòd suo loco opitulante eo, de cuius sa- cratissimo corpore loquimur, diuersis diuersorum patrum testimoniis ita esse, nec aliter posse esse mō- strabitur. Non tamè panem negat, imò confirmat. Sed panē qui de cælo descendit, & dat vitam mun- do: panem, quem Ambrosius & Augustinus iisdem verbis vocant *panem de cælo*, id est, super substantialē: quia caro Christi omnibus creatis substantiis maior exi- stit, omnes creaturas excellentissima dignitate præ- cellit. Vinum quoque non qualecunque, sed quod hominum, nō quidem omnium, sed seruorum Dei corda latificat, quòd animas inebriat, & à peccatis purgat. BEREN. Dum ita enūtiat: Panis & vinum quæ ponuntur in altari, post consecrationem solummodo sunt verum Christi Corpus & sanguis. LANFR. Dixit quidā spiritu Dei plenus: Os quod mentitur, occidit animam. Hanc timendam sen- tentiam si timeres, falsam seruo Dei calumniam non imponeres. Cætera namque dixit, at verbum hoc solummodo, nequaquam posuit. Quicquid igitur ex mendacio te mendaciter adstruente col- ligitur, quicquid inferitur: necessariò totum dis- tinguitur, infirmatur, cassatur. De quo quia in anterioribus iam satis egi, plura hic dicere transi- turus ad alia superfedi. BERENGARIUS. Per consecrationem altaris sunt panis & vinum Sa- cramentum religionis: non vt definant esse quæ erant, sed vt sint quæ erant, & in aliud commu- tentur, quòd dicit beatus Ambrosius in libro de sacramentis. LANFRAN. O mentem amentem, ò hominem impudenter mentientem, ò puniendam temeritatem: Ambrosium accire testem præsu- mis, quòd panis & vinum altaris per consecratio- nem non desinunt esse quod erant, sed commutan- tur in aliud quod non erant. Et quidem si de sacra- mentis seu cæteris de quibus Ambrosius scripsit, omnes reuoluas libros quos Ecclesia in vsu nunc habet, tale quid ab Ambrosio dictum, taliterque ex- positum

Cur tam Dialecticè disputaret Berengarius.

Sap. 1.

Berengarius D. Ambrosii testem citat.

Cap. 2.

Exo. 6. et 7

Lib. 6. de sacra.

Lucianus, Ilychius.

Cap. 4. eiusdem libri.

positum nusquam reperire valebis. Quòd si dixisset, præclarissimæ famæ suæ plurimum detraxisset, sibi ipsi contrarius extitisset, rem incredibilem credendam esse constituit. Quis enim compos sui credat rem aliquam conuerti in aliam: nec tamen in ea parte desinere esse quod erat? Sed veritas ipsa quæ Deus est, procul semper auertat, vt testis veritatis contra veritatem testis existat. Accipe potius quid in libro de mysteriis siue initiandis dicat. Volens enim discrepantiam ostendere inter Manna Iudæorum, & Sacrificium Christianorum, per hoc videlicet quòd illud vmbra & figura erat, hoc verò lux & veritas: illud è cælo, hoc corpus domini cæ- lorum: ne tantam elementorum in tatarum rerum conuersionē mens credere humana refugeret, sub- iungit, dicens: Quantis igitur vtimur exemplis, vt probemus non hoc esse quod natura formauit, sed quòd benedictio consecrauit maioremque vim esse benedictionis quàm naturæ, quia benedictione etiam natura ipsa mutatur. Panem vinum quæ à na- tura formari nullus est qui ambigat, nemo qui ne- sciat. De quorum vera in verū corpus domini con- uersione non oportere dubitari manifestis ostendit exemplis, congruis per similia asserit argumen- tis: narrans in primis Moyſi virgam in serpentem versam, deinde serpentē in virgam, post hæc aquas in Sanguinem mutatas dehinc Sanguinem remeas- se in aquas, pluraque in hūc modum. Ad vltimum præmisso illo magno ac singulari miraculo de par- tu Virginis, inquit: & hoc quòd conficimus cor- pus ex Virgine est. Et ne naturam potentia Diuine præponeres, quasi non possit Deus cuiuslibet rei mutare naturam, occurrit, dicens: Quid hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cum præter na- turam sit ipse Dominus Iesus partus ex Virgine? Sextum quoque de Sacramentis librū in quo ope- re præfatum mendacium eum dixisse mendaciter affirmasti, sic incipit: Sicut verus est Dei filius Do- minus noster Iesus Christus, non quemadmodum cæteri homines per gratiam, sed quasi filius per na- turam, id est, ex substantia Patris: ita vera caro eius est quam accipimus, & verus eius Sanguis est quem potamus. Paucissima de multis me dixisse sufficiat, vt lectores tuarum atque mearum sententiarum perspicaciter agnoscant, qua fraude fingis non in- uenta, qua astutia deprauas inuenta, qua peruica- cia in aliud detorque te conaris quæcunque relin- quis illæsa. Cui nequitia nulla ferè hæreticorum prauitas à tempore Luciani & Ilychij similis exti- tit: quorum vterque Propheticas & Euangelicas at- que Apostolicas scripturas ad suæ causæ commo- dum deprauauit. Quæque hæresis sacras quidem litteras male intellexit: sed tamen sine vlla euersio- ne vel peruersione in suo eas statu manere permis- sit. In quarto verò de Sacramentis sermone, cum præfatus doctor satageret approbare, non esse mi- randum, si ea quæ sunt Diuina potentia in aliud transeant, propterea quòd ipso quoque iubere, om- nia ex nihilo facta substanti, subiunxit: Si igitur tan- ta vis est in sermone Domini Iesu, vt inciperent esse quæ non erant: quanto magis operatorius est vt sint quæ erant, & in aliud commutentur? Esse qui- dem secundū visibilem speciem testatur quæ erāt, commutari verò secundum interiorem essentiam

in naturā illarum rerum quæ antea non erant. Hoc modo ante & post ipsemet exponit diuersis qui- dem verbis, sed non aduersis sententiis. Atque arbi- tror hinc te assumpsisse quòd superius intulisti: quòdque tolerabiliter dictum intolerabiliter ex- posuisti. In quibusdam tamē codicibus præfata sententia verbis aliis inuenitur, hoc modo: Si igitur tanta vis est in sermone Domini Iesu vt inciperent esse quæ non erant: quanto magis operatorius est, vt quæ erant in aliud commutentur? Quæ littera- tura plurimum in sententia concordat cum ea, quæ in libro ab eodem de mysteriis siue initiandis edi- to in hæc verba reperitur: Sermo ergo Christi qui potuit ex nihilo facere quòd non erat: non potest, ea quæ sunt, in id mutare quòd non erant? BER. Sa- crificiumque Ecclesiæ duobus constat, duobus cō- ficitur, visibili Sacramento, & re Sacramenti. Quæ tamen res, id est Christi corpus, si esset præ oculis, visibilis esset: sed eleuata in cælum, sedensque ad dexteram patris, vsque in tēpora restitutionis om- nium quòd scribit Apostolus Petrus, cælo deuo- cari non poterit, sicut Christi persona constat Deo & homine. LANFR. Cayphas cum esset Pontifex anni illius, verum de Saluatore nesciens propheta- uit, dicens expedire magis pro mundo mori vnum hominem, quàm totius mundi perire omnem ho- minem. Verum quidem dixit: veruntamē quòd eius verbum vergeret, ignorauit. Sic & tu volens loqui contra causam nostram, manifestè quam defendē- dam suscepimus, asseris partem nostram. Hoc est namque quòd dicimus, hoc modis omnibus con- tra te ac sequaces tuos approbare contendimus: sa- crificium scilicet Ecclesiæ duobus confici, duobus constare, visibili elementorum specie, & inuisibili Domini Iesu Christi carne & Sanguine: Sacramē- to, & re Sacramenti. Quæ res, vt verbis tuis vtar, est corpus Christi, sicut Christi persona te quoque autore constat, & conficitur Deo & homine, cum ipse Christus sit verus Deus & verus homo: quia omnis res illarum rerum naturam & veritatem in se continet, ex quibus cōficitur. Conficitur autem, te etiam teste, sacrificium Ecclesiæ Sacramento & re Sacramenti, id est corpore Christi. Est igitur Sa- cramentum & res Sacramenti, id est, corpus Chri- sti, Christus tamen resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur: sed sicut dicit Andreas Apostolus, cum verè in terris carnes eius sint comestæ, & verè Sanguis eius sit bibitus, ipse tamen vsque in tempora restitutionis omnium in cælestibus ad dexterā patris integer semper per- seuerat & viuus. Si quæris modum quo id fieri pos- sit, breuiter ad præfens respondeo, Mysterium est fidei: credi salubriter potest, vestigari vtiliter non potest. BEREN. Vnde beatus Augustinus in Euan- gelio, Quando Christus manducatur, vita mandu- catur: Nec quando manducamus, partes de illo fa- cimus. LANFR. Beatus Augustinus in Euangelio ni- hil dixit, quia aliquid in Euangelio dixisse aliquem nusquam legitur, præter Dominum & Euangeli- stas, easque personas quæ pro qualitate rerum, & euentu temporum loqui in Euangelio à scriptori- bus Euangelij perhibentur. Scripsit verò prolixius opus, historialiter exponendo Euangelium Domi- ni secundum Ioannem: in quo opere præfata sen- Tom. 6.

Cap. 2.

Ioan. 11.

Sacrificiū Ecclesiæ.

Rom. 6.

D. Andree testimoniū corporis.

Crediq̄ue- dam vili- ter possunt, quæ non possunt.

magnificè honorauerūt, nullamque aduersus eam A huiusmodi blasphemiam vel dicere, vel scribere præsumpserunt. Quod indubitatum habet qui eorum scripta legit, quæ diuersis temporibus, ac diuersis de causis sedes Apostolica ab eis transmissa vel porrecta recepit. Denique ipse Dominus honorificè alloquitur eam in Euangelio suo dicens, Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo clauis regni calorum: & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelis. Quæ tamen de pastoribus sanctæ Ecclesiæ dicta esse credantur, & à quibusdam Catholicis exponantur: præcipue tamen de Romana Ecclesia intelligenda esse sacri Canonis & Pontificum Decreta testantur. BEREN. Quis enim aut ratione concipiat, aut per miraculum fieri posse cōcedat, panem frangi in Christi Corpore, quod post resurrectionem tota viget incorruptibilitate, & vsque in tempora restitutionis omnium, cælo manet indeuocabile? LANF. Quonam modo panis efficiatur caro vinūque conuertatur in Sanguinem vtriusque essentialiter mutata natura: iustus qui ex fide uiuit, scrutari argumētis, & concipere ratione non quærit. Mauult enim cœlestibus mysteriis nūc fidem adhibere, vt ad fidei præmia quandoq; valeat peruenire: quam fide omiſsa in cōprehendis iis quæ comprehendere non possunt superuacue laborare, sciens scriptū esse: Altiore te ne quæseris, & fortiora te ne scrutatus fueris sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Non est enim tibi necessarium, ea quæ abscondita sunt videre oculis tuis. Diuina tamen potentia mirabiliter operante, fieri posse concedi. Nec defuere quibusdam dubitantibus digna miracula, quibus rerum visibilibus atque corruptibilibus ablatis tegumentis, sicuti reuera est, apparet corporalibus oculis caro Christi & Sanguis: omnipotente Deo misericorditer sanate infirmorum imbecillitatem, & terribiliter damnanate atque euertere omnium hæreticorū detestabilem prauitatem, Quorum officium est, simplicem infantium atque lactantium, ex quibus laudē perfecit Christus, fidem irridere, rationibus omnia velle cōprehendere cum ipsi sint rationis expertes facti, propter arrogātiā & sterilitatem sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Quod verò incorruptionē Dominici corporis, & quod cœlo vsque in diē iudicij deuocari nō possit, fidei nostræ qua ipsum vere à fidelibus suis māducari credimus, quasi causam impossibilitatis opponis: profectō fidem nostram aut non intelligis, aut intellectam male exponēdo, ad tuam ipsius perniciem deprauare contēdis. Sic enim credimus verè salubriterque manducari in terris à digne fumentibus dominum Iesum Christum: vt certissime teneamus existere eū in cœlestibus incorruptum, incorruptum, illæsum. Ineptus sis si propterea dicas Sareptanam viduā non potuisse comedere oleum quo plenus erat lecythus suus, quia sacra testante historia, lecythus olei non est imminutus: cum eadem scriptura dicat, Abiit & fecit iuxta verbum Helie, & comedit ipse & illa, & domus eius. Nō dissimili grauaris vācordia, si idcirco moliaris astruere, non posse aliam Ecclesiam carne & Sanguine redemptoris sui quia Apostolus dicit; Christus resur-

gens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur: cum ipse Dominus loquens discipulis suis testetur dicens, Accipite & manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Et: Hic est calix Sanguinis mei, mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur: Et, Panis quem ego dederō caro mea est pro mundi vita. Et: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius Sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Ex quibus Domini verbis ortæ sunt duæ hæreses antiquis temporibus. Et in hoc quidē consenserūt omnes, quod panis & vinum in veram filij hominis carnem, verumque eius Sanguinem cōuerterentur: sed quis esset iste filius hominis, non omnes eandem sententiam tenuerūt. Quidam arbitrati sunt, hunc oportere intelligi quemlibet hominem, siue iustum, siue peccatōrē, in cuius carnem ac Sanguinem conuersa terrena substantia fumeretur in remissionem peccatorū. Alij arbitrati sunt non hunc esse de turba quemlibet hominem, sed virum iustum, sanctificatum, à communi hominum vita per suę vitę celsitudinem segregatum, qui tēplum Dei esset, qui Diuinam in se habitationem verissimè possideret: in cuius carnem ac Sanguinem commutari posse panem, vinumque Altaris hæretica pertinacia delirabant. Factum est autem hoc paucis annis post obitum beati Augustini, tēpore Celestini Papæ, & Cyrilli Alexandrini Episcopi: quibus præcipientibus atque annuentibus, indicta ac celebrata est Synodus Ephesina vna de quatuor, quas beatus Gregorius in epistola ad Patriarchas faretur se ita suscipere, complecti ac venerari, quemadmodum sancta quatuor Evangelia Domini nostri Iesu Christi. In qua Synodo damnatæ sunt vræque superius comprehensæ lætales pestes: roborata est fides, qua credimus panem conuerti in eam carnem quæ in cruce pependit, vinumque in eum Sanguinem, qui dependentis in cruce latere emanauit. Denique Dicenti, qui eidem Concilio interfuere Episcopi, inter cætera de hoc Sacramento sic scripserant: & Nestorio Episcopo quasi hæreticorum capiti transfuderunt. Ad benedictiones, inquit, mysticas accedimus, & sanctificamur participes sancti Corporis & preciosi Sanguinis Christi omnium nostrum Redemptoris effecti: Non vt communem Carnem percipientes, quod absit, nec vt viri sanctificati, & Verbo coniuncti secundum dignitatem vnitatem, aut sicut diuinam possidentis habitationem, sed vere viuificatricem, & ipsius verbi propriam factam. Vita enim naturaliter vt Deus existens † quia propria carni vnitus est, viuificatricem eam esse professus est. Et ideo quāuis dicat ad nos: Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius Sanguinem: non tamen eam vt hominis vnitus ex nobis existimare debemus. Quomodo enim iuxta naturam suam viuificatrix esse caro hominis poterit? Sed profitemur vere propriam eius factam, qui propter nos filius hominis & factus est & vocatus. Et circa finē Concilij: Si quis non confitetur carnē Domini viuificatricem esse, & propriā ipsius verbi Dei patris, sed velut alterius præter ipsum cōiuncti eidem per dignitatem, aut quasi diuinam habentis habitationem, ac non potius viuificatricem esse, quia facta est propria verbi viuificare valentis: anathema sit. Quid manifestius audire desideras, si studio-

Math. 16.

Rom. 1.

Eccles. 3. e

Miracula circa Eu- charistiam

Psal. 2.

Math. 21.

Psal. 31.

Reg. 17.

Rom. 9.

Math. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ioan. 6.

De vera Christi carne in Eucharistia nulla vnam controuersia.

4. Synodus vt 4. Evangelia recitavit magis Gregorius.

epheſinum Concilium de carne Christi que dam habet.

† alias qui eidem proprie, &c. Ioan. 6.

fi studiosum nouæ cōtentionis animum studio antiquæ pacis omittas: Non est vt sancta Synodus definit, hæc Caro alius cuius de vulgo hominis, non iusti & sanctificati hominis, sed potius cui ipse vnitus, & incarnatus est, Dei & hominis. Quod verò ait, benedictiones mysticas: sic dictum accipe, quasi diceret secretas. Mysteriū namque, sicut beatus Augustinus in libro de Cathechizandis rudibus dicit, à secreto nomen accepit. Quid enim secretius, quā panis vinique speciem cōspicere, saporem gustare, tactum sentire: & tamen mirabiliter operante Deo veram carnem, verumque Sanguinem credere, comedere, bibere? Has & huiusmodi scripturas per totum ferè diuinarum litterarum Corpus sparsim diffusas, si amoto inanis iactantiæ appetitu, pro intentione vitæ æternæ humiliter legeres, si inter legendum effusus ad Deum precibus impetrata diuina gratia intelligeres, si ea que ad litteram accipi, & ea quæ spiritualiter oportet intelligi, Christiana cautela distingueres: proculdubio crederes, quod vniuersalis Ecclesia credit: prædicares, quod Apostolica doctrina in tota mūdi latitudine prædicandum instituit, carnem scilicet ac Sanguinem Domini nostri Iesu Christi, & ore corporis & ore cordis, hoc est corporaliter ac spiritaliter manducari & bibi. Corporali siquidem ore, corporaliter manducamus & bibimus: quoties de Altari Dominico ipsum dominicum corpus per manum sacerdotis accipimus: Spirituali verò ore cordis spiritaliter comedimus & haurimus: quando suauiter, & vtiliter, sicut beatus Augustinus dicit, in memoria reconditur, quod vnigenitus Dei Filius pro salute mundi, carnem accipit, in cruce pependit, resurrexit, apparuit, ascendit, venturus in die iudicij dignas singulis mercedes rependere pro suis operibus. Quæ comestio tunc est vtilis pauperibus Christi, si ad tanti diuitis tam magnam mensam sedentes, sic edunt vt saturantur, sic recolunt vt imitentur: patati semper mori pro Christo, mortificantes iugiter mēbra sua quæ sunt super terram, & crucifigentes carnem suam cum vitiis & concupiscentiis, sicut scriptum est: Ad mensam magnam sedisti, scito quoniam talia te oportet præparare. De corporali comestione discipulis à Domino dicitur: Accipite, manducate & bibite, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Et: hic est calix Sanguinis mei, qui pro vobis effundetur. Et Apostolus ad Corinthios: Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans Corpus Domini. Spirituale autem comestionem demonstrare satagebat beatus Augustinus in Homilia vicesima sexta super Ioannem, cum diceret: Panem cœlestem spiritaliter manducate, innocentiam ad altare apportate. Et post pauca: Hic est ergo panis de cœlo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit non moriatur. Sed quod pertinet ad virtutem Sacramenti non quod pertinet ad visibile Sacramētum. Qui manducat intus non foris, qui manducat in corde, non qui premit dentē. Quæ autem sit huius Sacramenti virtus, paulo post exponit dicens, Norunt fideles Corpus Christi, si Corpus Christi esse non negligat. Fiant Corpus Christi, si volunt viuere de spiritu Christi. Et post aliqua: Inde est quod exponens nobis Apostolus Paulus hunc panem, vna panis, inquit, vnum corpus multi sumus. O Sacramētum

mysterium vnde.

Preces inter legendum scripturas diuinas.

Christi corpus & corde comeditur.

Eccles. 31. Math. 26.

Marc. 14. 1. Cor. 11.

1. Cor. 10.

pietatis, O signum vnitatis, O vinculum charitatis. Propulsatis quātum satis visum est calumniis, quas in contumeliā Humberti Episcopi, sanctæque Romanæ Ecclesiæ temere protulisti, scripsisti, edidisti: reliquum est vt fidem sanctæ Ecclesiæ atque opinionem tuæ sectæ compendiosè exponamus, expositas paucis auctoritatibus, breuibūque rationibus vnam probemus, Alteram improbemus. Plurima enim ac proluxa vel testimonio scripturarū, vel firmamenta disputationum epistolæ breuitas inferi nō permittit, nec ratio aut necessitas vlla exposcit. Nam qui fideles sunt, sed deprauati; prauitati suæ defendendæ pertinaciter non insunt: sed potius intellectus auctoritatibus, auditisque rationibus ad vitā veritatis humiliter reuerti concupiscunt, pauca eis & à paucis sufficere possunt. Qui verò contentionibus deseruire, atque in sua infidelitate persistere decreuerunt: nec si plura apponerentur, possent pluribus esse contenti. Credimus igitur terrenas substantias, quæ in mensa Dominica per sacerdotale ministerium diuinitus sanctificantur, ineffabiliter, incomprehensibiliter, mirabiliter operante superna potentia, conuerti in Essentiam Domini corporis, reseruatis ipsarum rerum speciebus, & quibusdam aliis qualitatibus, ne percipientes cruda & cruenta horrerent: & vt credentes fidei, præmia ampliora perciperent ipso tamen Dominico corpore existente in cœlestibus ad dexteram patris immortalis, inuiolato, integro, incontaminato, illæso, vt vere dici possit & ipsum Corpus quod de Virgine sumptum est, nos sumere, & tamen non ipsum: Ipsum quidem, quantum ad essentiam veræque naturæ proprietatem, atque virtutem: non ipsum autem, si spectes panis vini- que speciem, cæteraquæ superius comprehensæ. Hanc fidem tenuit à prisca temporibus, & nūc tenet Ecclesia, quæ per totum diffusa orbem Catholica nominatur. Vnde sicut superius dictum est Dominus ait in Euangelio: Accipite & manducate, hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur. Et: Hic est calix Sanguinis mei, mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Beatus Ambrosius discernens Sacramētum Christianorum à Sacramento Iudæorum, in sermone de mysteriis ad Neophytos sic ait: Considera vnum vtrum præstantior sit panis Angelorum, an caro Christi, quæ vtrique corpus est vitæ. Mannā illud cœlo, hoc supra cœlū. Illud cœli, hoc Domini cœlorum. Illud corruptioni obnoxium, si in diem æternum seruarietur: hoc assensū ab omni corruptione, quod quicunque religiosè gustauerit, corruptione sentire non poterit. Illis aqua de petra fluxit, tibi Sanguis est Christo. Illis ad horam salauit aqua, te Sanguis diluit in æternum. Tadeus bibit, & sinit: tu cum biberis sinit nō poteris, & illud in vmbra, hoc in veritate. Si illud quod miraris, vmbra est: quantum istud cuius & vmbra miraris? Et paulo post: Cognouisti præstantiora. Porior est enim lux quam vmbra, veritas quam figura, Corpus auctoris quam manna de cœlo. Fortè dicas, Aliud video: quomodo tu mihi asseris quod Corpus Christi accipiam? Et hoc nobis adhuc superest vt probemus. Quantis igitur vtimur exemplis? probemus non

S. Ecclesie Catholicæ fides de Eucharistia

Math. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ambros. Cap. 29

hoc esse quod natura formauit, sed quod benedictio consecrauit, maioremque vim esse benedictionis quam naturæ, quia benedictione etiam natura ipsa mutatur. Virgam tenebat Moyses, proiecit eam, & facta est serpens, Rursus * prendit caudam serpentis, & in virgæ naturam reuertitur. Vides igitur prophetica gratia bis mutatam esse naturam, & serpentis & virgæ? Currebant Ægypti flumina puro aquarum meatu, subito de fontium venis Sanguis cæpit erumpere. Non erat potus in fluuiis. Rursus ad prophetæ voces cruor cessauit fluminum, aquarum natura remcauit. His & aliis huiusmodi miraculis quæ ineffabili diuinitatis operatione fiunt enarratis, post aliqua subiungit: Aduertimus igitur maioris esse virtutis gratiam quam naturam, & adhuc tamen prophetica benedictionis numeramus gratiam? Quod si tantum valuit humana benedictio, ut naturam conuerteret: quid dicimus de ipsa consecratione Diuina, vbi verba ipsa Domini saluatoris operantur; Nam Sacramentum istud quod accipis, Christi sermone consecratur. Quod si tantum valuit sermo Helie, ut ignem de cælo deponeret: non valebit Christi sermo ut species mutet elementorum? De totius mundi operibus legisti, quia ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Sermo ergo Christi qui potuit ex nihilo facere quod non erat: non potest ea quæ sunt, in id mutare quod non erant? Non enim minus est nouas rebus dare, quam mutare naturas. Sed quid argumentis vtimur? suis vtamur exemplis, incarnationisque exemplo astruamus mysterij veritatem. Nunquid naturæ vsus præcessit, cum Dominus Iesus ex Maria nasceretur? Si ordinem querimus, viro mixta scemina generare consuevit. Liquec igitur quod præter naturæ ordinem virgo generauit, & hoc quod consecramus corpus, ex virgine est. Quid hic queris naturæ ordinem in Christi corpore: cum præter naturam sit ipse dominus Iesus partus ex Virgine? Item in quarto de Sacramentis. Tu forte dicis: Meus panis est vsitatus. Sed panis iste panis est ante verba Sacramentorum: Vbi accesserit consecratio, de pane fit corpus Christi. Et paulo post: Cælum non erat, mare non erat, terra non erat. Sed audi dicentem Dauid: *Ipsè dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt*: Ergo tibi vt respondeam, non erat Corpus Christi ante consecrationem, sed post consecrationem, dico tibi quia iam est Corpus Christi. Ipse dixit & factum est, ipse mandauit & creatum est. Et post aliqua: Anrequa consecratur, panis est: vbi autem verba Christi accesserint, Corpus est Christi. Denique audi dicentem: *Accipite & edite ex eo omnes, Hoc est enim Corpus meum*. Et ante verba Christi, calix est vini & aquæ plenus: vbi verba Christi operata fuerint, ibi Sanguis efficitur qui plebem redemit. Ergo videte quantis generibus potens est sermo Christi vniuersa conuertere. Deinde ipse Dominus Iesus testificatur nobis, quod Corpus suum accipiamus & Sanguinem: Nunquid debemus de eius fide & restitutione dubitare? Item in sexto de Sacramentis, quod & superius dictum est: Sicut verus est Dei filius Dominus noster Iesus Christus, non quem admōdum cæteri homines per gratiam, sed quasi filius per naturam, id est, ex substantia patris: ita vera eius caro est, sicut ipse dixit, quam accipimus,

Exod. 7. * precepit.

Cap. 4.

Psal. 148.

Cap. 1.

Cap. 1.

& verus Sanguis eius est quem potamus. Sed forte dicas quod dixerunt tunc temporis etiam discipuli Christi, audientes dicentem: *Nisi quis manducauerit carnem meam & biberit Sanguinem meum, non manebit in me, nec habebit vitam æternam*. Forte dicas: Quomodo vera? qui similitudinem video, non video Sanguinis veritatem. Primo omnium dixi tibi de sermone Christi, qui operatur vt possit mutare & conuertere genera instituta naturæ. Deinde vbi non tulerunt sermonem Christi discipuli eius: audientes quod Carnem suam daret manducare, & Sanguinem suum daret bibendum, recedebant: solus tamen Petrus dixit, *Verba vite æternæ habes*, & ego à te quod recedam? Ne igitur plures hoc dicerent, veluti quidam esset horror cruoris, sed maneret gratia redemptionis: ideo in similitudine quidem accipis Sacramentum, sed veræ naturæ gratiam virtutemque consequeris. *Ego sum, inquit, panis viuus qui de cælo descendi*. Sed caro non descendit de cælo, & panis viuus? Quia idem Dominus noster Iesus Christus confors est & diuinitatis, & Corporis: & tu qui accipis eius carnem, diuinæ eius substantiæ in illo participaris alimento. Item in epistola ad Irenæum: *Queris à me cur Dominus Deus manna pluerit populo patrum, & nunc non pluat. Si cognoscis pluit, & quoridie pluit de cælo manna seruientibus sibi. Et corporeum quidem illud manna hodie plerisque in locis inuenitur: sed nunc non est tanti miraculi, quia venit quod perfectum est. Perfectum autem panis de cælo, Corpus ex Virgine est, de quo satis te Euangelium docet, Quanto præstantiora hæc superioribus?*

Augustinus in Homilia secunda Psalmi tricesimi tertij, Accesserunt Iudæi ad Christum vt crucifigerent: nos ad eum accedamus vt corpus & Sanguinem eius accipiamus. Illi de crucifixo renebrati sunt: nos manducando crucifixum & bibendo illuminamur. Et post aliqua: Vere magnus Dominus, & magna misericordia eius, vere, qui nobis dedit manducare corpus suum in quo tanta perpeffus est, & Sanguinem bibere. Item in Homilia Psalmi quadragesimi quinti ad Iudæos loquens: In illius nomine quem occidistis baptizamini, & dimittuntur vobis peccata vestra. Medicum vel postea cognouistis, iam securi bibite Sanguinem quem fudistis. Item in Homilia psalmi sexagesimi quinti: Modo homicidis donatus est Sanguis fufus innocentis, & ipsum Sanguinem, quem per insaniam fuderunt, per gratiam biberunt. Item Homil. psal. 98. *Quæro quid sit scabellum pedum eius, & dicit mihi scriptura: Terra scabellum pedum meorum, fluctuans conuerterte me ad Christum, quia ipsum quæro hic, & inuenio quomodo sine impietate adoretur terra, sine impietate adoretur scabellum pedum eius. Suscepit enim de terra terram, quia caro de terra est, & de carne Mariæ carnem accepit, & quia in ipsa carne hic ambulauit, & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit. Nemo autem illam carnem manducat, nisi prius adorauerit. Inuentum est quemadmodum adoretur tale scabellum pedum Domini, & non solum non peccemus adorando, sed*

Ioan. 6.

Ibidem.

August.

Esa. 66.

Vide Ambrosium li. 3. de Spiritu sancto capite 12.

Ioan. 6.

fed peccemus non adorando. Et paulo post: Tunc autem quando dominus hoc comendauit de carne sua locutus erat & dixerat: *Nisi quis manducauerit carnem meam, non habebit in se vitam æternam*. Scandalizati sunt quidam discipuli eius septuaginta ferme, & dixerunt: *Durus est hic sermo & quis potest eum intelligere? Et recesserunt ab eo, & amplius cum eo non ambulauerunt*. Durum illis visum est quod ait: *Nisi quis manducauerit carnem meam, non habebit vitam æternam*. Acceperunt illud stulte, carnaliter illud cogitauerunt, & putauerunt quod præcisurus esset Dominus particulas quasdam de corpore suo, & daturus illis, & dixerunt: *Durus est hic sermo*, Ipsi erant duri, non sermo. Et paucis intermissis, Spiritualiter, inquit, intelligite quod locutus sum: Non hoc corpus quod videtis manducatur estis, & bibituri illum sanguinem quem fufuri sunt qui me crucifigent.

In his postremis beati Augustini verbis exultas, hic vicisse te, & superiorem esse gloriaris: hic firmamentum tuæ defensionis te inuenisse gratularis.

Quomodo, inquis, persuadere contendis quod veram carnem verumque sanguinem in hoc Sacramento sumamus: cum manifeste audias quod corpus quod videbant, non essent discipuli comesturi, neque bibituri sanguinem quem crucifigentes erant fufuri? Calumniola quidem, ista obiectio est. Qui enim superius testatus est quod carnem quam de matre virgine sumpfit, & in qua in terris ambulauit, ad manducandum nobis salubriter tribuit: quomodo huic tam præclaræ sententiæ alia contraria sententia potuit obuiare? Absit à sobrio lectore, & catholico expositore, tam peruersè sentire de Columna ecclesiæ, de firmamento veritatis: de quo Cælestinus Papa in Decretis suis asserit, quod nec falsitas sinistra suspitionis rumor dum viuere eum asperferit. Imò reuera id dixit quod catholica Ecclesia in omnibus membris suis fideliter fatetur & credit: quodque ego in professione fidei breuiter superius posui, breuiter comprehendi, videlicet ipsum esse corpus, & non ipsum. Neque enim eo quo ipsi putabant modo credimus, quod visibile Christi corpus comedamus, aut Sanguinem quem fufuri erant oculis suis conspiciantur erant persequentes, bibamus: sed potius id credimus quod non videmus, vt valcat esse fides, quæ non potest esse, si res quæ creduntur corporalibus sensibus constituerit subiacere. Vnde exponens quod obscure posuit, Et si necesse est, inquit, illud visibiliter celebrari, oportet tamen inuisibiliter intelligi. Existimabant namque quod præciperet eis Dominus aut bestialia, aut humano more comedere corpus quod videbant, aut bibere sanguinem quem persequentes fufuri erant: hoc est aut crudum, aut aqua coctum aut substratis carbonibus in veribus assum.

Hanc carnalem eorum intelligentiam redarguens Dominus in Euangelio secundum Ioannem, dicit: *Spiritus est qui viuificat, caro autem non prodest quicquam*. Quod exponens beatus Augustinus in vicesima septima eiusdem Euangelij Homilia ait: *Quid est ergo, non prodest quicquam caro? Non prodest quicquam, sed quomodo illi intellexerunt. Carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur, non quomodo*

modo spiritu vegetatur. De his hæctenus: Ad propositum reuertamur.

Augustinus in Homilia vndecima super Ioannem: In populo enim Iudæorum figuratus est populus Christianorum. Ibi figura, hic veritas: ibi vmbra, hic corpus. Item in Homilia tricesima prima: At illi viderunt Christum suo scelere morientem: & crediderunt in Christum suis sceleribus ignoscentem. Quousque biberent Sanguinem quem fuderant, de sua salute desperauerant.

Item in quadragesima: *Qui scruientes occiderunt, mutari crediderunt: & quem Sanguinem scruendo fuderunt, credendo biberunt*. Item in sermone ad Neophytos: *Hoc accipite in pane, quod pendit in cruce: & hoc accipite in calice, quod effusum est de Christi latere*. Erit enim illi mors non vita, qui mendacem putauerit vitam. Item in libro quarto de Trinitate: *Apud eum paucissimi remanserunt, agnoscentibus Gentibus, & pia humilitate bibentibus precium suum, eiusque fiducia deserentibus hostem suum*. Et in subsequenti capitulo post aliqua: *Quid tam mundum pro mundanis vitiis mortalium: quam sine vlla contagione carnalis concupiscentiæ caro nata in vtero, & ex vtero virginali? Et quid tam gratè offerri & suscipi posset: quam caro sacrificij nostri corpus effectum sacerdotis nostri?*

Leo Papa in sermone de ieiunio septimi mensis: *Hanc confessionem dilectissimi, toto corde promittes, impia hæreticorum commenta respuite: vt ieiunia vestra & elemosinæ nullius erroris contagio polluatur. Tunc enim & sacrificij munda est oblatio, & misericordiæ sancta largitio: quando hi qui ista dependunt, quod operatur intelligunt, Nam dicente Domino: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius Sanguinem, non habebitis vitam in vobis: sic sacre mensæ communicare debetis, vt nihil prorsus de veritate corporis Christi & Sanguinis ambigatis*. Hoc enim ore sumitur, quod fide creditur. Et frustra ab illis, Amen, responderetur: à quibus contra id quod accipitur disputatur. Item in epistola Anatholio Episcopo missa: *Aliter enim in ecclesia Dei, quæ corpus est Christi, nec fata sunt sacerdotia, nec vera sacrificia: nisi in nostræ proprietate nature, verus nos Pontifex reconciliet, veris immaculati agni sanguis emudet. Qui licet in Patris sit dextera constitutus, in eadem tamen carne quæ sumpfit ex Virgine, Sacramentum propitiationis exequitur*. Item in sermone de passione Domini: *Fefellit ergo illum malignitas sua, intulit supplicium filio Dei, quod cunctis filiis hominum in remedio vertetur. Fudit Sanguinem iustum, qui reconciliando mundum & precium esset & poculum. Sanctus Gregorius in Homilia Paschali: *Quid namque sit sanguis agni non iam audiendo, sed bibendo didicistis: Qui sanguis super vtrumque postem ponitur, quando non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur. His diuinorum eloquiorum testimoniis quæ ex multis, compendij causa, pauca excerpti, clare vt arbitror, innotescit, quod vera Christi caro, verusque eius Sanguis in mensa Domitica immoletur, comedatur, bibatur, corporaliter, spiritualiter, incomprehensibiliter. Et ne quis peruersus atque peruersor aliter ea intelligeret vel exponeret, quam vniuersalis Ec-***

Cap. 12.

Cap. 14.

Leo Papa Primus, serm. 6.

Ioan. 6.

Serm. 12.

Gregorius Homilia 12. in Euang. Exo. 12. & 11.

Sap. 8.

Historiarum ecclesiasticarum fides.

1. Tim. 1.

Quod

Veritas. Ioan. 14. Manifestare. i. Ostendere. Psal. 90.

1. Cor. 11.

clisæ spirituales filij intelligunt & exponunt: facta sunt tam antiquis quam modernis temporibus in diuersis Ecclesiis huic fidei congrua miracula, quando, & ubi, & quibus tantum secretum demonstrare voluit æterna Dei sapientia, cui nulla sunt non possibilis, attingens à fine usque ad finem fortiter atque suaviter disponens omnia. Quæ miracula facta esse ignorat nullus, quisquis in Ecclesiasticis historiis seu sanctorum patrum gestis est aliquantulum studiosus. Quæ scripturæ tametsi illam excellentissimam autoritatis arcem non obtinent, qua donata sunt, quas propheticas seu Apostolicas nuncupamus: hoc tamen probare sufficiunt, quod hanc fidem quam nunc habemus, omnes fideles qui nos præcesserunt à prisca temporibus habuerunt. Alioquin cum in decretis Romanorum Pontificum sacrisque Canonibus apocryphæ scripturæ nominatim damnatae sint: hæc quoque specialiter damnantur, nec in Ecclesia Catholica à Catholicis solenniter legerentur. Aduersus tantam Diuinarum autoritatum lucem, quæstionis caliginem opponere nõ desistis, dicens: Quod tu verum Christi corpus asseris esse, in sacris literis appellatur species, similitudo, figura, signum, mysterium, sacramentum. Hæc autem vocabula ad aliquid sunt. Nulla verò quæ ad aliquid referuntur, possunt esse id quod sunt ea ad quæ referuntur: Non igitur Corpus Christi. Hoc enim in quodam scripto tuo diuersis ac prolixioribus verbis, sed non mutata sententia reperi: hoc garrunt discipuli atque sequaces tui, subuersores quidem aliorum, sed & ipsi auro & argento, cæteraque pecunia tua à te subuersi, errantes & alios in errorem mittentes, non intelligentes, sicut dicit Apostolus. *neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.* Verum his vocabulis in nullo præscribitur fidei qua credimus, & veritati quam defendimus. Species namque & similitudo illarum rerum, vocabula sunt quæ ante fuerunt, & ex quibus corpus Christi, sanguisque conficitur: Panem dico ac vinum. Vnde in fine cuiusdam Missæ oratur & dicitur: Perficiant in nobis domine quæsumus tua sacramenta quod continet: ut quæ nunc specie gerimus, rerum veritate capiamus. Postulat quippe Sacerdos, ut Corpus Christi quod sub specie panis vini que nunc geritur: manifesta visione, sicut reuera est, quandoque capiatur. Veritas enim pro manifestatione in sacris sæpe literis reperitur. De qua manifesta visione Dominus in Euangelio secundum Ioannem Discipulis, dicit: *Qui autem diligit me, diligetur à patre meo & ego diligam eum, & manifestabo ei meisum.* Et Dauid in persona Dei Patris: *Longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum.* Quamuis non improbabili ter quidam exponant hoc in loco esse carnis ac sanguinis veritatem ipsam eorumdem efficientiam, id est, peccatorum remissionem. Illis namque omnibus modis, vera Christi caro ac sanguis existit, qui dignè percipiunt, qui percipiendo delictorum indulgentiam consequuntur. Vnde in Canone missæ sacerdos dicit: *Ut nobis corpus & Sanguis fiat dilectissimi filij tui Domini nostri Iesu Christi.* Nobis, inquam, id est, credentibus, & misericordia tua digne sumentibus. *Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit.* Hinc & sanctus Gregorius in quarto dialog. li-

bro: Tunc vera pro nobis Deo hostia erit, cum nosmetipsos hostiam fecerimus. Est quidem etiam peccatoribus & indigne sumentibus vera Christi caro, verusque Sanguis: sed essentia, non salubri efficientia. Huius rei testis est beatus Augustinus in quinto libro de Baptismo dicens: Sicut enim Iudas cui buccellam tradidit Dominus, non malum accipiendo, sed male accipiendo locum in se, diabolo præbuit: sic indignè quisque sumens Dominicum sacramentum, non efficit ut quia ipse malus est, malum sit, aut quia non ad salutem accipit, nihil acceperit. Corpus enim Domini & Sanguis Domini, nihilominus erat etiam illis, quibus dicebat Apostolus: *Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit.* Ambrosius in sexto de Sacramento: Quomodo vera? qui similitudinem video, non video Sanguinis veritatem. Et paulo post: Ideo in similitudine quidem accipis sacramentum: sed veræ naturæ gratiam virtutemque consequeris. Similitudinem hoc in loco, nullo dubitante, panis vini que speciè intelligit: sub qua, corporis Christi natura contegitur, & sine cruoris horrore à dignè sumentibus in salutem accipitur. Inuenitur etiam species, similitudo, figura, pro veritate. Vnde Dominus in Euangelio secundum Ioannem. *Neque vocem eius unquam audistis, neque speciem eius vidistis.* Apostolus ad Corinthios: *Per fidem enim ambulamus & non per speciem.* Ambrosius in libro de mysteriis, speciem autem & pro veritate accipiendum legimus, & de Christo: *Et specie inuenitur ut homo & de Patre Deo, Neque speciem eius vidistis.* Item in quarto de fide ad Gratianum: *Caro enim mea verè est esca, & Sanguis meus verè est potus: carnem audis, Sanguinem audis, mortis dominicæ sacramenta agnoscis.* Et paulo post: Nos autem quotiescunque sacramenta sumimus, quæ per sacræ orationis mysterium in Carnem transfigurantur & sanguinem: mortem Domini annuntiamus. Augustinus in libro de catechizandis rudibus: Efficiemur enim sicut ab illo speramus & expectamus, *æquales Angelis Dei:* & cum eis pariter illa Trinitate perficemur iam per speciè, in qua nunc per fidem ambulamus. Apostolus ad Philippenes: *In similitudinem hominum factus, & habitus inuentus ut homo.* Item ad Hebræos: *Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius.* Porro signum, mysterium, sacramentum, & siquid huiusmodi est: Dominicæ passionis designatiua nomina sunt: si tamen Sacramentum ea significatione accipiat, qua Sacrum esse signum in libro de Ciuitate Dei à Beato Augustino diffinitur. Vnde Beatus Gregorius in quarto Dialogorum libro. hæc namque singulariter victima ab æterno interitu animam saluat, quæ illam nobis mortem vnigeniti per mysterium reparat. Et paulo post: Hinc ergo pensemus quale pro nobis sit hoc sacrificium quod pro absolutione nostra passionem vnigeniti filij semper imitatur. Et post aliqua: *Qui passionis dominicæ mysteria celebramus, debemus imitari quod colimus.* Item in Homilia paschali: In utroque enim poste Agni sanguis positus est, quando sacramentum passionis eius cum ore ad redemptionem sumitur, ad imitationem quoque intentam mente cogitatur. Sacramentum sanè in diuinis codicibus non

Eccle. 10.

Gen. 18. Iud. 13.

Ioan. 9.

Math. 7. Luc. 11.

Cur Christi Corpus vocetur Panis.

bus non vna tantum significatione positum reperitur. Denique sanctus Ambrosius in libro ad Gratianum apparuisse dicit hominibus Vnigenitum Patris, per sacramentum assumpti hominis. Quod tantumdem significat, quantum si diceret apparuisse eum per hominem quem assumpsit, & quem Diuinitati suæ dignum habitaculum consecrauit. Habebat autem & alias significationes, de quibus satis superius dictum est. Quod verò panis dicitur, consuetudo sacrorum codicum more id fit: qui res quaslibet sæpe vocant nominibus illarum rerum ex quibus fiunt seu quæ esse putantur & non sunt, siue quibus aliquo modo similes existunt. Vnde beatus Hieronymus in secundo Explanatum libro in Osee: Postquam autem reuerfa fuerit terra in terram suam, & tam nos qui scribimus, quam eos qui de nobis iudicant pallida mors, subtraxerit: Et superbo homini à viro sapiente dicitur. *Quid superbis terra & cinis?* At Abraham tres viros vidisse legitur, cum essent Angeli. De qua re B. Augustinus in secundo libro de trinitate dicit: Sub ilice Mambre tres viros vidit Abraham, quibus & inuitatis hospitioque susceptis, & epulantibus ministrauit. Et in libro Iudicum, mulier sterilis ad virum suum de Angelo dicit: *Vir Dei venit ad me:* Et paulo post, *Eccce apparuit mihi vir quem videram ante:* Et post aliqua: *Et nesciebat Manoe quod Angelus Dei esset.* Et beatus Hieronymus in eodem Explanatum libro super Osee prophetam de Deo dicit: *Quasi tinea efficitur & putredo:* Non quod Deus tinea sit vel putredo, sed quod sustinentibus poenas, hæc vniuersa videatur. Et in Euangelio secundum Ioannem: *Maledixerunt ei & dixerunt: Tu discipulus eius sis:* cum non maledictio sit, sed benedictio esse discipulum Christi: Vnde beatus Augustinus in expositione eiusdem Euangelij dicit: Tale maledictum super nos; & super filios nostros: Maledictum est enim si cor discutias, non si verba perpendas. Et in Euangelio secundum Matthæum, & similiter secundum Lucam: *Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris.* De qua sententia B. Augustinus in secundo libro de sermone Domini in monte sic disputat: Quomodo mali dant bona? Sed malos appellauit, dilectiores seculi huius & peccatores. Bona verò quæ dant secundum eorum sensum bona: dicenda sunt, quia hæc pro bonis habent. Et dominus Iesus Christus propter quasdam similitudines in iisdem literis vocatur Leo, agnus, vermis, lignum, petra, lapis angularis, multaque in hunc modum. Sic & Corpus Christi vocatur panis, vel quia ex pane conficitur, seu quia intuentium oculis cum caro sit panis videtur: siue quod corporali & visibili pani, similitudine quadam coniungitur. Nam sicut iste materialis panis discretè sumptus humanam carnem nutrit & sustentat: sic spirituale & inuisibile corpus Christi, animam digne sumentis alit & vegetat. Adhuc obicit, & autoritate Ambrosij ipsum Ambrosium in firmare moliris, dicens: Ambrosius in libro de Sacramentis ait: Sicut enim mortis similitudinem sumpsisti: ita etiam similitudinem preciosi Sanguinis bibis. Hæc verba expones: Quid comparatus inquis, quid similis? Negari non potest, beatorum Ambrosij sacramento baptismi, Sacramenta comparauisse Altaris. Non est autem vera Christi

mors in baptismo: igitur nec verus eius sanguis in hoc Sacramento. Pæcrua dictum sit, multum falteris in hac verborum intelligentia. Neque enim similitudinis aduerbia, identitatem seu æqualitatem vbique posita significant. In Euangelio namque Saluator dicit: Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est, Non tamen eadem, seu æqualis misericordia potest inesse Deo & hominibus. Et in Euangelio secundum Ioannem: *Et ego,* inquit, *claritatem quam dedisti mihi dedi eis: ut sint vnum sicut & nos vnum sumus,* Et alibi. *Dilexisti eos sicut & me dilexisti.* Vnde & beatus Augustinus in expositione eiusdem Euangelij, ait: Neque enim semper æqualitatem significat qui dicit, sicut illud: ira & illud: sed aliquando tantum, quia est illud, est & illud, aut quia est illud, ut sit & illud. Est aliud quod obicitis, quod concessa loquendi facultate multis in locis clamatis & dicitis: Si panis in veram Christi carnem conuertitur, aut panis sustollitur in celum, ut illic in Christi carnem transferatur: aut caro Christi ad terram deferretur, ut istic in eam panis commutetur. At qui nec panis sustollitur, nec caro deferretur. Non est igitur vera caro in quam panis conuertitur. Hæc vos colligitis secundum humanam sapientiam non secundum diuinam. Humana autem sapientia perquiri diuina opera prohibet Apostolus ad Romanos, dicens: *Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.* Et ad Corinthios: *Sermo meus & prædicatio mea, non in persuasibilibus humana sapientia verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis: ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.* Et ad Colossenses: *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem subtilitatem secundum traditionem hominum secundum elementa mundi.* Et beatus Gregorius in Homilia paschali, Sciendum, inquit, nobis est, quod diuina operatio si ratione comprehenditur, non est admirabilis, nec fides habet meritum cui humana ratio præbet experimentum. Propterea in tanta rerum profunditate magis oportuit te orare Deum, ut aut intelligeres quæ pro humana capacitate intelligi possunt, aut patienter & humiliter ferres & tunc crederes quæ in tanto arcano humani ingenij vires excedunt, & in hac vita intelligi minime possunt: quæ litem mouere, ab vniuersali Ecclesia dissentire, non schismata verbis & scriptis contra sanctorum Patrum præcepta inferre. Profectò hoc modo ageres, quod agi oportere præcipit legislator dicens: *Ne transgrediaris terminos patrum.* Et B. Augustinus in primo libro de sermone Domini in monte. Quod verò, inquit, aut obscurum aut absurdum illi sonat, non inde concitet contradictionum certamina: sed oret ut intelligat. Et in libro tertio de Trinitate: *Mihi autem, ait, vile est ut meminerim virtutum mearum, fratresque meos admoneam, ut meminerint suarum: ne ultra quam tutum est humana progrediatur infirmitas.* Et in libro contra Felicianum hæreticum: Scripturarum autoritate contentus, simplicitati obedire potius studeo quàm tumori. Et paulo post: *Quam rationem asferre potes, si partum prædicas virginis? si redditis oculos non negas cæcis? si sepultos ostendis rediisse à mortuis? Si ergo horum & incomprehensibilis est ratio, & veritas prompta est: facilius in negotiis fidei, testimoniis creditur, quàm ratio vestigatur.* Probatibus quæ

similitudinibus aduerbia non semper æqualitatem significant. Ioan. 17. Ibidem. Trac. 10.

Rom. 12. 1. Cor. 2. Coloss. 2.

Cap. 2.

probari oportebat, & exclusis quæ excludi ratio sua-
debat: iam tandem quid tu credas, & credulitatem
tuam quid sequatur videamus. Tu credis panem
vinumque Dominicæ mensæ inter consecrandum
quantum ad substantiam immobilia permanere,
hoc est, panem & vinum extitisse ante consecratio-
nem, & panem vinumque existere post consecra-
tionem, Christi Carnem ac Sanguinem propterea
vocari, quod in memoriam crucifixæ carnis & de
laterè effusi Sanguinis in Ecclesia celebrentur, vt
Dominicam passionem per hoc admoniti semper
recolamus, & recolentes carnem nostram cum vi-
tiis & concupiscentiis incessanter crucifigamus.
Quæ si vera sunt, præstantiora & diuiniora fuerunt
Sacramenta Iudæorum Sacramentis Christianorū.
Quis enim nesciat manna quod de Cælo pluebat
Dominus, seu animatas & sensibiles creaturas quas
populus ille sacrificare consueuerat, parua buccella
panis, modicoque vini præstantiores extitisse? Rur-
sus quis non intelligat diuinus fuisse prænuntiare
futura, quàm narrare præterita: cum illud non possit
facere nisi Spiritu Dei plenus, Hoc autem sæpe
faciat idiota etiam vel quilibet imperitus? Sed ab-
sit hoc à fidelium corde & Christiana intelligentia.
Christi namque miles Ambrosius illa inferiora, hæc
potiora & digniora esse in libro de mysteriis con-
firmat, dicens: Summo studio volumus compro-
bare, quia & antiquiora sunt Sacramenta Ecclesiæ
quàm Synagoga, & præstantiora quàm manna est.
Et paulo post: Probatum est antiquiora esse Eccle-
siæ Sacramenta, nunc cognosce potiora. Et post ali-
qua: Cognouisti præstantiora. Potior est enim
lux quàm umbra, veritas quàm figura. Itē in quar-
to de Sacramentis: Accipe quæ dico diuiniora esse
Sacramenta Christianorum quàm Iudæorum.
Ergo falsa sunt quæ proponis. Amplius: Si verum
est quod de Corpore Christi tu credis & astruis: fal-
sum est quod ab Ecclesia vbique gentium de eadem
re creditur & astruitur. Omnes enim qui
Christianos se & esse & dici lætantur, veram Chri-
sti Carnem, verumque eius Sanguinem vtraque
sumpta de Virgine, in hoc Sacramento se perci-
pere gloriantur. Interroga vniuersos qui Latinæ
linguæ nostrarumve literarum notitiam percepe-
runt: Interroga Græcos, Armenios, seu cuiuslibet
nationis quoscūque Christianos homines, vno
ore hanc fidem se testabuntur habere. Porro si vni-
uersalis Ecclesiæ fides falsa existit: aut nunquam
fuit catholica Ecclesia, aut perijt. Nihil namque
efficacius ad interitum animarum, quàm perniciosus
error. Sed non fuisse, aut periisse Ecclesiam,
catholicus nemo consenserit. Alioqui non est verum
quod Abraham veritas promisit, dicens: *In se-
mine tuo benedicentur omnes gentes.* Item in Psalmo: *Por-
tyla à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & posses-
sionem tuam terminos terræ.* Item: *Remiscentur &
conuerentur ad Dominum vniuersi fines terræ.* Et alibi:
*Quos redemit de manu inimici de regionibus congrega-
uit eos, à solis ortu & occasu, ab aquilone & mari.*
Item beatus Augustinus in prima Expositionis
Psalmodum parte: Ecclesia magna quid est fra-
tres? Nunquid exigua pars orbis terrarum Eccle-
sia magna est? Ecclesia magna, totus orbis est. Item
in eadem: Annunciaui iustitiam tuam in Ecclesia

Cap. 3.

Cap. 9.

Cap. 13.

Gen. 22.

Psal. 12.

Psal. 22.

Psal. 106.

Tract. 1.

In pla. 21.

Ecclesiæ totus orbis.

A magna. Quàm magna? Toto orbe terrarum, Quàm
magna? In omnibus gentibus. Quare in omnibus
gentibus. Quia in omnem terram exiit sonus eorum.
Item in tertia eiusdem operis parte: Corpus Christi
constat ex multis credentibus in toto orbe terra-
rum. Item in eadem: Tabernaculum Domini est
ipsa sancta Ecclesia in toto orbe terrarum diffusa.
Et alibi: Chorus Christi iam totus mundus est:
Chorus Christi ab oriente in occidentem conso-
nat. Item in libro de agone Christiano: Nec eos
audiamus, qui sanctam Ecclesiam quæ vna catho-
lica est, negant per orbem esse diffusam. Et qui-
busdam intermissis. Populus autem ipsius, inquit,
quando non audit Prophetas & Euangelium, in
quibus apertissime scriptum est, ecclesiam Chri-
sti per omnes gentes esse diffusam, & audit schisma-
ticos, non Dei gloriam querentes, sed suam: satis
significat se seruum esse non liberum. Et Domi-
nus in Euangelio: *Ager est hic mundus.* Et paulo
post: *Simile est regnum cælorum sagine misse in mare,*
& ex omni genere piscium congreganti: Et ad discipu-
los: *Ite in orbem terrarum, prædicate Euangelium omni
creaturæ.*
Aduersus tam clara ipsius Domini & sancti Spi-
ritus eius de Ecclesia & de statu Ecclesiæ testimo-
nia, obiciis tu, & obiciunt qui à te decepti alios
decipere moliantur. Itaque dicitis: Prædicatum est
Euangelium in omnibus gentibus, credidit mun-
dus, facta est Ecclesia, creuit, fructificauit, sed imperi-
ritia male intelligentium postea errauit & periit:
In nobis solis, & in iis qui nos sequuntur sancta in
terris Ecclesia remansit. Hanc sacrilegam vanitatem
euerit Euangelica veritas, & Prophetarum atque
sanctorum Patrum non violanda autoritas. Vnde
Ecclesiæ suæ sanctæ in Euangelio suo Dominus
policetur dicens: *Ecce ego vobiscum sum omnibus
diebus vsque ad consummationem seculi.* Quod minime
diceret, si Ecclesiam suam ante consummationem
seculi perituram esse prænosceret. Et alibi: *Tunc
si quis vobis dixerit: ecce hic Christus, aut ecce illic, no-
lite credere.* Augustinus in secunda Psalmorum ex-
positionis parte, Corpus autem est Ecclesia, non
ista aut illa, sed toto orbe diffusa. Item in ead-
em: *Spes omnium finium terræ,* non spes vnus an-
guli, non spes vnus Iudææ, non spes solius Africae,
non spes Pannoniæ, non spes Orientis aut Occi-
dentis: *sed spes omnium finium terræ, & in mari longè.*
In eadem: Hæc Prophetia propter eos præmissa
est, qui putant religionem nominis Christiani vs-
que ad certum tempus in hoc seculo victuram, &
postea non futuram. Permanebit autem cum sole,
quàm diu sol oritur, & occidit: hoc est, quàm diu
tempora ista voluntur, non deerit Ecclesia, id est,
Christi Corpus in terris. Item in eadem: *Domum
tuam Domine decet sanctitudo: domum tuam totam,
domum tuam non hic, aut hic, aut ibi, sed do-
mum tuam totam per totum orbem terrarū.* Qua-
re per totum orbem terrarum? *Quia correxit orbem
terre qui non commouebitur.* Domus Domini fortis
erit: per totum orbem terrarum erit. Item in ex-
trema eiusdem operis parte: *Quid est quod dicit
hæretice iam periisse Ecclesiam de omnibus genti-
bus: quando ad hoc prædicatur Euangelium vt pos-
sit esse in omnibus gentibus? Ergo vsque in finem
seculi*

Rom. 10.

Mat. 13.

Mar. 13.

Mat. 13.

Mat. 24.

In psal. 77.

In psal. 93.

Mar. 13.

seculi Ecclesia est in omnibus gentibus? In eadem: **A**
Vbi sunt qui dicunt periisse de mundo Ecclesiam,
quando nec inclinari potest? Item in eadem: Quis-
quis putauerit Ecclesiam in vna parte esse, & non
cognouerit eam diffusam toto orbe terrarum, &
crediderit eis qui dicunt: *ecce hic est Christus,* &
ecce illic, sicut modo audistis cum Euangelium, le-

geretur, cum ille totum orbem emerit, quia tantum
precium dedit: ille tanquam in proximo scandali-
zatur, à Luna vitur. Falsum est igitur quod de cor-
pore Christi à te creditur & astruitur. Ergo vera est
eius Caro quam accipimus, & verus est eius San-
guis quem potamus:

Conclusio.

D. GVITMVNDI VITA EX IOANNE TRITEMIO.

Guitmundus Archiepiscopus Auersanus, ex monacho cenobij De cruce sancti Leufredi, ordinis sacratissimi patris Bene-
dicti, vir in diuinis scripturis studiosus, & valde peritus, secularium quoque literarum non ignarus, scripsit ad Roge-
rium monachum contra errores Berengarij Turonensis, de Corpore & Sanguine Christi Libros tres, Quorum initium est, Ad
rem his temporibus: Et quædam alia nobis iniussa. Claruit sub Henrico Imperatore tertio, Anno Domini 1060.

GVITMVNDI ARCHIEPISCOPI AVERSANI, DE CORPO-
RIS ET SANGVINIS CHRISTI VERITATE IN EVCHARI-
STIA, Liber primus: Interlocutoribus ipso Guitmundo & Rogerio,
Benedictini instituti Confratribus,

GVITMVNDVS.

A rem his temporibus necessariam
quidem, sed meliori, quàm ego sum
iniungendam, dilectissime frater
Rogeri me vocas: scilicet, vt de ve-
ritate Domini Corporis contra
quæstiones huius temporis disseram, ac Beren-
garij Turonensis nugas pro meo captu scriben-
do refellam. Sed quamuis ad alias Animæ utilita-
tes me voluntas, imò necessitas mea ducat: tuis
tamen desideriis & precibus, quem mihi valde cha-
rum intueor, deesse non possum, cum etiã noue-
rim communi commodo religiosam deseruire pe-
titionem tuam. Tu verò hoc vnum exolueris quæ-
so, quod in hac re obedienti certe debes: vt orando
propensius Dominum, mihi subuenire non cesses.
Sapient. 7. *In manu quippe eius sumus & nos & sermones nostri.*
Roger. Omnino quod postulas æquissimum
est, nec de tantis Sacramentis nisi comitantibus
semper precibus disputari decet. Proinde adiuuan-
te Domino ita fiet. Tu verò hunc mihi obsecro mo-
rè gere, vt meis obiectionibus auditis, quæcunque
insuper, seu ex ipsius Berengarij libris, seu ex mul-
torum interrogationibus, quibus de hac re multo-
ties interrogatus es, seu ex teipso, iure tibi opponi
posse perpenderit: non reticescas. **GVITMVND.**
Que mihi super his Sacramentis, & quemadmodum
coram Deo confitentur loquitur: quantum satis
esse videbitur, iuuante Domino propalabo. Sed vt
totius erroris causam exortumque plenius noueris,
primum de viri moribus & doctrina per pauca di-
camus, **ROGER.** Rem profectò congruam dicitis:
Nam quoddam veluti pondus, nescio cuiusmodi
grauitatis eius, & antiquæ doctrinæ falsum, non
nulli attēdentes: cum imitari maluerunt. **GVITM.**
Is ergo cum iuueniles adhuc in scholis ageret an-
nōs (vt aiunt qui eum tunc nouerunt) elatus inge-
nij leuitate, ipsius magistri sensum non adeo cura-
bat, condiscipulorum pro nihilo reputabat, libros
insuper artium contemnebat. Sed cum per se attrin-
gere Philosophiæ altioris secreta non posset: neque
enim homo ita acutus erat: sed & tunc temporis

liberales artes intra Gallias penè obsoleuerant: no-
uis saltem verborum interpretationibus quibus e-
tiam nunc nimium gaudet, singularis scientiæ lau-
dem sibi arrogare, & cuiusdam excellentiæ gloriam
venari, qualitercūque poterat, affectabat. Factumq;
est vt pompatico incessu, sublimes præ cæteris sug-
gestu, dignitatem magistri potius simulans, quàm
rebus ostendens, profunda quoque inclusione in-
ter cucullum, ac simulatione longæ meditationis;
& vix tandem satis desideratæ diu vocis, lentissimo
quodam quasi plangere incautos decipiens, docto-
rem sese artium penè inscius profiteretur. Sed post-
quam à D. LANFRANCO in dialectica de re satis
parua turpiter est confusus, cumque per ipsum D.
Lanfrancum virum æque doctissimum liberales ar-
tes Deus recalcere, atque optime reuiuiscere fe-
cisset: desertum se iuste à discipulis dolens, ad eru-
ctanda impudenter diuinarum scripturarum Sacra-
menta, vbi ille adhuc adolescens, & aliis eatenus
detentus studiis nondum adeo intenderat, sese con-
uertit. Sed & ibi insipiens, quippe in maleuolam a-
nimam non introibit sapientia, & ea quorum noui-
tate omnium corda permoueret, atque ad se om-
nium oculos traheret, studiose perquirens: maluit
esse sub aliqua admiratione hominum hæreticus,
quàm sub oculis Dei priuare viuere Catholicus;
Tunc illa quibus mundanis hominibus, & inultè
licet) semper peccare cupientibus, placeret, aperuit:
legitimam videlicet coniugia, quantū in ipso erat de-
struetis, & paruulorum Baptisma euerrens: Ita vt in
altero, pessimis hominibus diabolus per os eius li-
citer omnibus seminis abutendum esse: In altero
castro Baptismate infantie in profundum omniū
malorum, vt pote postmodum Baptizandis, impu-
ne rucere suaderet. Lege Epistolam Leodiensis E-
piscopi contra Berengarium ad Henticum Regem
Francorum: & eisdem penè verbis eadem ipsa ibi
scripta reperies. Illis sanè diebus & hanc quoque
(contra quam Deo propitio actū sumus) est ausus
demētissime propinare blasphemiam, ad hoc etiam
hic diabolo militans, vt ablata veritate Domini
R iij

Artes in Gallia a-bolitæ.

Lanfrancus arduum in-
tauratur.

Sapient. 1.

Vita Be-
rengarij.

Corporis, peccare volentes, nulla reuerentia, nullus A
 merus percipiendæ sacræ communionis ab aliquo
 scelere reuocaret. De cæteris sanè impietatibus,
 quas satis multas per id temporis euomuit, nunc te
 remorari nolo. Ita igitur huius initium pestis ac-
 cepimus. Nunc autè qualiter, & per quos tantisper
 retenta sit, qualiter etiam & per quos expugnata &
 damnata sit: vt ortu atque processu, casu quoque
 cognito, quid de illa sentias, melius noris, nisi lon-
 gum putes, aperiã. R O G E R. Imò verò sitibun-
 dus hæc audiam. Multum enim ad rem propositam
 existimo profutura. C V I T M. Cum igitur superio-
 res blasphemias, primam quidem propter iuuias
 matrum, cæterorumque effectuum, secundam ve-
 rò propter damnationem paruulorum suorum, nec
 aures etiam pessimorum sustinere possent: ipse ve-
 rò in scripturis sacris locum tuendi eas nullum pe-
 nitus inueniret, maximè disputante contra eas co-
 piosissimè beato Augustino, in hanc se defendendã
 totum contulit: vbi & quodam velut testimonio
 sensum niti videbatur: nec tam copiosissime ab a-
 liquo sanctissimorum patrum (quippe non indi-
 gente adeo temporibus illorum Ecclesia, cum ta-
 men quid inde teneret perspicue & lucidissime sa-
 pientissimi eorum multi scripserunt) contra hanc
 disputatum sentiebat. Aucupatis ergo nonnullis
 velut ratiunculis (neque enim vlla vnquam hære-
 sis sine aliqua verisimilitudine rationis inualescere
 potuit) adhibitis quoque paucis male intellectis à
 se capitulis scripturæ sacræ quæ multis errantibus
 laqueus est mortis, per egenos scholasticos iam per
 alimoniam qua sustentabat eos, & per suos dulces
 sermões corruptos, quaquaersum potuit, clanculo
 huius tanti mali nefandissimum virus effudit. Si-
 qui autem præterea aliquo modo receperint eum:
 hi sunt qui ex Apostolica sententia territi (qua di-
 citur, qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi man-
 ducat & bibit) communionem sacram, quam pro
 Ecclesiastico more fumere coguntur, mallent aut
 nullam, aut non tantam esse, quàm eius metu se à
 flagitiis aliquatenus temperare. Ita igitur & per ta-
 les execranda pestis paululum adoleuit. Mox er-
 go incipientibus his palam audiri, catholici viri
 grauidè commoti, atque intolerabiliter ferentes,
 præfidente per semetipsum beatissimæ memoriæ
 Domino Papa Leone, Vercellis concilium ponunt.
 In quo etiam per nos aliqua dici cupis: iam nunc
 quæ tibi proponenda videntur expone. R O G E R.
 Berengarius & qui eum sequuntur, asseuerant Eu-
 charistiã Domini, non esse verè substantialitèrque
 Corpus & Sanguinem Domini: sed sola voce sic
 appellari, pro eo quòd tanquam vmbra & figura
 significatiua sit Corporis & Sanguinis Domini. Nec
 de hoc mouerè adeo, si carnaliter sapietes, secun-
 dum sensum fallerentur, nisi quòd nonnullas (vt su-
 pra memorasti) ratiunculas obtendere, & eas ex
 quibusdam beati Augustini sententiis munire vi-
 dentur. Aliqua etiam verba Domini Saluatoris ia-
 citant, ex quibus infirmi, scandalizari forsitan pos-
 sint. Ac primum ipsas ratiunculas, deinde authori-
 tates ponam, Natura, inquit, hanc mutationem
 nõ patitur. Cumque afferretur eis scriptum, quia om-
 nia quæcumque voluit Dominus fecit. Sed hanc, inquit
 mutationem noluit. Absit enim vt fas sit Christum

Aug. pro
nuptiis, &
de Bapt.
parualo-
rum.

Quales cre-
derint,
Berengario.
1. Cor. 11.

Vercellen-
se conciliũ

Psal. 134.

dentibus atteri, aut partibus dissipari, sicut ista
 dentibus atteruntur, & in partes dissipantur. Ad
 hæc si placer, interim responde, postmodum verò
 cætera proponam, quo diligentius opere distribu-
 to, singulis à me propositis responsa tua comparan-
 do, mihi ad vnguem de omnibus intelligam satis-
 factum. C V I T M V N D. Quoniam quidem superius
 postulasti vt tuis inquisitionibus, siqua mihi vide-
 rentur addenda, superadderem: cognosce primum,
 quia non omnes qui de istis Sacramentis errant,
 vna incedunt via erroris. Nam Berengariani om-
 nes quidem in hoc conueniunt, quia panis & vi-
 num essentialiter non mutantur, sed vt extorque-
 re à quibusdam potui, multum in hoc differunt,
 quòd alij nihil omnino de Corpore & Sanguine
 Domini Sacramentis istis inesse, sed tantummodo
 vmbra hæc, & figuræ esse dicunt. Alij verò rectis
 Ecclesiæ rationibus cedentes, nec tamen à stulti-
 tia recedentes, vt quasi aliquo modo nobiscum esse
 videantur, dicunt ibi corpus & sanguinem Domi-
 ni reuera, sed latentèr contineri, & vt sumi possint
 quodammodo (vt ita dixerim) impanari. Et hanc
 ipsius Berengarij subtiliorem esse sententiam aiunt.
 Alij verò non quidem iam Berengariani, sed aceri-
 me Berengario repugnantes, argumentis tamen
 eius, & quibusdam verbis Domini paulisper offen-
 si (quòd suo loco dicemus vberius) solebant olim
 putare quòd panis & vinum ex parte mutantur, &
 & ex parte remaneant. Aliis verò irrationabilem
 istorum sensum longè horrentibus, sed eadem ver-
 ba Domini, quibus isti mouentur, non satis aptè
 intelligentibus, videbatur panem & vinum ex toto
 quidem mutari sed cum indignè ad com-
 municandum Carnem Domini & Sanguinem,
 iterum in panem & vinum reuerti. Quorum om-
 nium erroribus, sicut Dominus dederit, obuiare
 tentabimus.
 Nunc primum Berengarianis vtrisque responde-
 mus. Isti etenim, licet inter se diuersi sint, contra
 nos tamen vnam habent pene sententiam, & argu-
 mentis nituntur eidem. Vtrique enim nihil de pa-
 ne & vino mutari essentialiter asserunt. Nunc ar-
 gumenta eorum videamus: ac primum quid de na-
 tura asserant discutiamus. Nam cum dicunt, non
 potest hanc mutationem natura pati: aut absolute
 & absque vlla exceptione dicere hoc habent vt nul-
 latenus scilicet, nec volente Deo hoc possit, aut cum
 aliqua exceptione. At si absolute & absque vlla ex-
 ceptione dicunt, primum quidem voluntatis Dei
 manifestos aduersarios se esse declarant: dum ei a-
 liquid impossibile esse confirmant. Ipsi denique
 seipfos destruunt quoties illum (quem dixisti) Psal-
 mi versiculum canunt: *Omnia quæcumque voluit Do-
 minus fecit.* Nam si versum hunc non recipiunt,
 frustra cum canunt, nec iam Dominum omnipo-
 tentem credunt, cui volenti, naturam aliquam resi-
 stere posse contendunt. Si autem omnipotentem
 non credunt, nec Deum credunt. Non enim vere
 Deus est, qui quod vult non potest. Sed Deum ipsi
 (vt puto) credere se non negant. Recipiunt igitur,
 quia omnia quæcumque voluit Dominus fecit. Simul
 ergo necessario recipiant quoniam hanc mutatio-
 nem vt possit natura pati, si voluit Dominus fe-
 cit. Si enim ipsa omnium rerum natura, cum om-
 nino

Quot ge-
nera Beren-
garianæ
hæresis.

Impana-
tio. Hanc vi-
detur se-
qui Luthe-
rus.

Primum
argu. hæ-
re. de na-
tura.

Psal. 134.

nino nihil esset, volente Deo factum est vt esset, & A
 in tot rerum varias species formaretur: quomodo
 panis & vini natura iam existens, volenti Deo resi-
 stet, vt vel in vnum aliud non transferatur? Perri-
 diculi homines, qui dum se defendunt naturã exi-
 stimant, vim naturæ se potius ignorare demon-
 strant. Nam sicut tuipse testaris, qui per artem me-
 dicinæ ciborum naturas & hominum nostri, quoti-
 die natura panis quem comedimus, & vini quod
 bibimus, naturaliter in nostram carnem & nostrũ
 Sanguinem transmutatur. Quòd si tantum potest
 venter hominis seu etiam cuiuscunque animalis,
 vt panem & vinum, vel quoscunque cibos intra se
 clausos, in vitam carnẽ, & viuum Sanguinem quo-
 tidie mutet: nonne tantundem, si vult, poterit præ-
 sentia suæ maiestatis, & virtute verbi sui Deus vt
 videlicet in Carnem & Sanguinem suum, panem
 vinumque transformet? Quòd si vel tantum vol-
 unt Christiani concedere Deo quantum concessit
 paganorum magnus philosophus Plato, qui rerum
 naturam dixit esse id quod vult Deus: quid vnquam
 erit absurdius, quàm id quod vult Deus, Deo volen-
 ti contraire? Quapropter isti, nisi omnino careant
 corde, nunquam ita absolute dicent, naturam mu-
 tationem hanc non posse pati, vt non excipiant vel
 Dei voluntatem. Si autem excipiunt tanquam si
 dicerent: Natura non potest hanc mutationem pa-
 ti, nisi Deus velit: frustra ergo hoc quasi magnum
 aliquid contra nos asserunt, Nihil enim prorsus per
 hoc contra nos agunt. Nemo enim Christianorum
 credit hanc fieri mutationem, nisi per Dei volunta-
 tem. Desinant igitur inaniter dicere: natura non
 patitur: & id tantummodo an Deus hanc mutatio-
 nem velit, requiramus. Sed absit, inquit, vt vn-
 quam hoc Deus velit. Non enim fas est Christum
 dentibus atteri. Ego verò in primis quæro quid di-
 cant significare atteri. Si enim intelligunt atteri,
 velut pressius tangi, aut fortius premi: quæro quare
 non sit fas Christum dentibus atteri? Nam si id cir-
 co hoc ipsum non est fas, quia non possit fieri: eadẽ
 ratio est, quàm de natura dicunt, scilicet quia natu-
 ra non potest pati. Et nimium vana ratio. Nulla
 quippe rerum impossibilitas potest impedire volun-
 tatem Dei. Deinde quare non possit dentibus pre-
 mi, qui manibus Thomæ, & post resurrectionem
 potuit atrectari? Et sanctæ mulieres, quibus occur-
 rit post resurrectionem, scriptum est, quia tenuerunt
 pedes eius. Nulla namque ratio est, vt non possit
 tangere dens, quod tangit manus: Nam sicut ad ma-
 nus, ita & ad totum Corpus pertinet tactus. Quare
 quicquid tangit manus, potest & toto Corpore
 tangi: potest igitur & dentibus tangi. Porro quòd
 potest vel leuiter tangi, cum solidum Corpus sit:
 cur non possit etiam fortiuscule tangi, quod est at-
 teri? Si ergo Corpus Domini post resurrectionem
 manibus Thomæ Apostoli & sanctarum mulierum
 potuit tangi: cur hodie à credentium dentibus
 non possit vel leuiter, vel pressius tangi: id est atteri,
 nulla ob stare ratio videtur. Porro autem si id circo
 dicunt non esse fas Christum dentibus atteri, non
 quia impossibile est, sed eo quòd indignum videat-
 ur: quæro iterum quare indignum debeat videri?
 An quia nimium Christum humiliari videatur? Sed
 qui dedignatus non est ob salutem fidelium, virgis

infidelium, corona spinèa, cruce, clauis, lancea, ni-
 mis irreligiosissimè, quantũ in ipsis erat, atteri, sicut
 scriptum est, *Atteritur est propter scelera nostra: is*
 pro salute eorumdem fidelium dentibus ipsorum
 dedignatur religiosissimè in quantum possunt atte-
 ri? Si enim id quod erat indignius, pro nobis per-
 tulit, quomodo quòd minus indignũ est, dedigna-
 bitur pati? maxime cum sicut oportuit Dominum
 Iesum Christum in ligno suspendi, vt mors quæ per
 lignum venerat, per lignum Crucis vinceretur: ita
 oporteat reuera Christum manducari: vt quia ve-
 teres homines non vmbra fructus, sed ipsum fru-
 ctum ligni veriti verè comedendo mortem susce-
 perunt: noui homines non vmbra, sed ipsum qui
 in ligno pependit obedientiæ, id est, Crucis, verè
 comedendo mortem euadant & vitam sumant.
 Quòd mysterium Esaias Propheta videtur, vbi
 ait: *Faciet Dominus exercituum omnibus populis in mor-
 te hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemia, pinguium
 medullarum, vindemia defecata, & præcipitabit in
 monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos. &
 præcipitabit mortem in sempiternum.* Propheta in Hie-
 rusalem erat. Quid est ergo dicere, in monte hoc:
 nisi vbi crucifixus est Christus? Et quid est, conui-
 uium faciet omnibus populis: nisi quia illud quod pe-
 pendit ibi, manducant omnes populi? Quid in pin-
 guibus istis medullatis, nisi carnem gratia Spiritus sancti
 pinguis simam, in qua habitat plenitudo diuinitatis
 corporaliter? Quid in vindemia defecata, nisi Sanguinem
 sanctum, qui in specie vini bibitur, signat?
 Et quid nobis per istud conuiuium fiet? Præcipitabit,
 inquit, mortem in sempiternum. At fortasse immundi
 sunt dentes. Sed Apostolus ait: *Omnia munda
 mundis.* Igitur neque dens, neque aliud quicquam
 immundum est Christo. Certe fordidiore viden-
 tur manus esse quàm dentes. Manibus quippe mul-
 tas sordes tangimus, quas ad mouere dentibus hor-
 remus. Qui ergo se palpandum & post resurrectio-
 nem manibus obtulit: dentes propter immunditiã
 non vitabit. At fortasse metuunt isti saluatorem læ-
 dere, dentibus atrectando: quem lædere non me-
 tuunt procacitèr mentiendo. O destruat Deus ad-
 salutem inimicos defensores, si hoc scire nesciunt,
 quia Caro Domini resurgens, quod naturæ erat,
 retinuit, quod infirmitatis, amisit. Tangi hæcque na-
 turale est Carni, lædi autem infirmitatis est. Ita er-
 go potest Christus etiam dentibus tangi, vt quacun-
 que pressura dentium iam non valeat lædi. Quare
 quoniam nec vlla obstitit impossibilitas, nec Chri-
 sti abhorret humilitas (si quidem id nobis quoque
 ita expedit ad vitam) cum neque per hoc vlla im-
 munditia saluatori, vel læsura timenda sit, nullaque
 occurrat alia ratio cur nephas sit Christum denti-
 bus atteri. (Si atteri accipitur quasi pressius tangi)
 nihil prorsus contra nos valet, quòd vanissimè ia-
 citant, dicentes: non est fas Christum dentibus
 atteri. Porro si atteri intelligunt quasi comminui
 vel frangi: tunc iam non duæ, sed vna sola ratio est,
 quòd dicunt dentibus atteri, & partibus dissipari,
 nisi quia plus est partibus dissipari quàm dentibus
 atteri: & ita intelligendum est tanquam si dicerent:
 Non est fas Christum per partes dissipari, vel denti-
 bus atterendo, id est, comminuendo, vel villo alio
 modo. Hoc equidem & nos confitemur: scilicet,

Esai. 53.
Comparat.
uo.

Esai. 25.

Col. 2.

Tit. 2.

Quid Pla-
toni natu-
ra.

Joan. 20.
Matth. 28.

quia non est fas Christum vlla quidem violentia, siue dentibus, siue alio modo per partes dissipari. Si vero illi cui omnia possibilia sunt, altissima & inscrutabili consilij sui ratione placet, vt Corpus suū per partes ipse diuidere possit, ita duntaxat, vt iam vltra non moriatur, neque laedatur, neque vllam corruptionem patiarur (nullam enim miseriam amplius sustinebit) quis impossibile hoc audeat aestimare? Quod igitur inferunt quia ista Sacramenta dentibus atteruntur, & in partes dissipantur: si atteruntur, ponant quidem quasi diminuuntur: respondemus, quoniam si ei, cui nihil impossibile est, & qui de omnibus rebus quicquid vult facere potest sic vt dictum est, placet, vt non quidem per nostram violentiam, sed per suam in nostro ministerio voluntatem, Corpus suum sine morte vel latione, vel aliquo sui incommodo in istis Sacramentis diuidatur, & per partes distribuatur: si & nos ita credimus, nemo super hoc inconueniens aliquid valeat annotare. Eius quippe hic (vt sanctus Gregorius ait) Caro in populi salutem partitur. Si autem ei non placet, vt sine aliquo sui incommodo, Caro eius possit per partes diuisa distribui: tunc nos ista neque dentibus minui, neque per partes aliquo modo credimus dissipari. Et tunc nobis intelligendum est hoc quod dicitur. Eius Caro in populi salutem partitur: dictum esse, non quia partiendo minuatur sed propter similitudinem fractionis, sicut immolari quotidie dicitur Christus propter similitudinem passionis. Licet enim hæc magni causam mysterij, sacerdos quasi diuidere videatur, nos tamen Dominum & Saluatorem nostrum, quando Corpus eius venerabile fidelibus distribuatur, non se per singulos diuidentem, sed participatione sui diuersos credere debemus vnientem. Possimus quoque dicere tantundem esse in vna quasi portiuncula, quantum erat in hostia tota. Sicut de manna legitur, quia nec qui plus collegerat, habuit amplius: nec qui minus collegerat, habuit minus. Ita ergo tota hostia est Corpus Christi, vt nihilominus vnaquæque particula separata sit totum Corpus Christi: Nec tamen tres particule separatae, sunt tria corpora, sed vnum Corpus. Nec ipsæ etiam particule à se tanquam plures differunt, quia quod Corporis totius vna est, hoc & cæteræ sunt. Itaque iam nec plures particule dicendæ sunt, sed vna potius hostia integra & indiuisa, licet officio Sacerdotis videatur quasi diuidi, propter magnum (vt dixi) mysterium, quod ita oportuit celebrari. Similiter & si dentibus, vel aliquo alio modo hæc frangi videntur, intelligimus non hæc frangi: quia nihil aliud in toto, quàm in qualibet velut particula separata credimus contineri. Ne autem me quis existimet hanc sententiam ex meo sensu commentatam: præfationem istam, quæ per totum penè orbem Latinum, inter Epiphaniam & Septuagesimam, in quadam die Dominica habetur, hic suppositi hæc continentem: *Æterne Deus: & tibi hæc immolationis hostiam offerre, quæ est salutifera, & ineffabile Diuinæ gratiæ Sacramentum: quæ offertur à plurimis, & vnum Corpus Christi, sancti Spiritus infusione perficitur. Singuli accipiunt Christum Dominum, & in singulis portionibus totus est: nec per singulos minuitur, sed integrum se præbet in singulis.* Propterea

Gregorius

quomodo cui datur Christus.

Exod. 16. Tota hostia Christi in qua libet particula totus.

Præfatio Missæ. Ambrosiana præfatio.

ipfi qui fumimus Communionem huius sancti Panis & Calicis, vnum Christi Corpus efficitur. Eusebius Emislenus ita dicit: Verus narrat historia: nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus parauerat, reperit minus: eo quod Eucharistiæ sacra perceptio non in quantitate, sed in virtute consistat. Quod corpus Sacerdote dispensante, tantum est in exiguo, quantum esse constat in toto: quod dum Ecclesia fidelium sumit, sicut plenum in vniuersis, ita integrum esse probatur in singulis. De quo sensu Apostolica sententia deriuata est, dicens: *Qui multum habuit, non abundauit, & qui modicum non minorauit.* Si forte esum panis elurientibus apponeremus, non ex toto perueniret ad singulos, quia particulatim & minutatim pro portione sua vnusquisque præsumeret. De hoc vero pane cū assumitur, nihil minus habet singuli, quam vniuersi: Totum vnus, totum duo, totum plures, sine diminutione percipiunt: quia benedictio huius Sacramenti scit distribui, nescit distributione consumi. Idem quoque dicimus, & si mille Missæ eodem tempore celebrentur. Nam ita in singulis totum credimus esse Christum: vt nec plures Christos, nec diuisum Christum faciat, aut Sacerdotum diuersitas aut locorum. In quo quidem illi contra nos esse non possunt, qui Corpus Domini in omni Missa adesse inuisibiliter credunt. Nam cum simul mille celebrentur Missæ, & sicut ipsi consentiunt, in omni Missa est totum Corpus Christi (diuidi enim posse Corpus Domini & ipsi negant) aut mille tunc erunt Christi Corpora, aut farebuntur nobiscum, vno eodemque tempore, mille in locis vnum idemque Christi Corpus totum & indiuisum posse haberi. Sed mille Christi Corpora nec ipsi dicunt. Restat ergo, vt in mille Missis eodem tempore, vnū idemque Corpus Christi & indiuisum esse credere debeant. Similiter igitur & in vna hostia, & si videatur quasi in plures partes diuidi: nullam tamen in eis diuisionem attendimus, quia quod omnes simul iunctæ, id ipsum singulæ separatae sunt, totum Christi Corpus. Nec cuiquam incredibile id debet videri. Quotidiano enim experimento cognoscimus, quia intellectus noster, id est, verbum cordis nostri, cum illum quodammodo voce vestimus vt qui in corde nostro latens nobis solus cognitus erat per vocem aliis etiam manifestari possit: eodem tempore & totus in corde nostro remanet, & totus æque mille hominibus cū assumpta voce sua quantum in se est, ita apparere potest, vt non solum ipse simul omnium corda collustrat, sed aures etiam cunctorum ipsa quæ vestitus est voce, eodem tempore tota & indiuisa perstringat. Si igitur humano verbo Deus tantum præstitit vt non solum ipsum, sed etiam vox, qua quodammodo vestitur, ad mille homines eadem simul totaque pertingere valeat: nemo hoc ipsum de omnipotentis Dei vnico & omnipotente & cœterno verbo, & de carne eius, quam similiter vt nobis ipsum Verbum appareret, vestiuit, & si capere non possit, habere incredibile debet, quod de fragilissimo & transitorio verbo hominis & momentaneis vocibus vixque existentibus, & nunquam præualer capere, & tamè penè semper experimento habet. Ipsam certe animam nostram corpore quod corrumpitur aggrauatam,

Eusebius Emislen. Exod. 16.

2. Cor. 8.

Missæ.

Vox humana tota & simul est in pluribus locis

Caro Christi, vita Ecclesiæ.

Eccles. 1.

De hostia diuisa.

Quis operetur hæc mirabilia, Sacerdos an Christus. Ioan. 10.

uatam, non particulatim per singula corporis membra diuidi, sed in singulis portiunculis totam atque integram contineri beatus Augustinus validissime probat. Qui ergo hanc nostræ animæ potentiam præbuit, vt vna eademque & indiuisam in singulis quibusque particulis sui corporis, eodem tempore tota consistat: quare suæ propriæ carni id dignitatis si vult dare, non valeat, & ipsa in diuersis, sui cuiusdam corporis, quod est Ecclesia, partibus, tota simul & indiuisa possit haberi: Cum sicut anima nostra vita est corporis, ita sit Ecclesiæ (imò multo melius per Dei gratiam) vita Caro saluatoris? Per animam quippe fit, vt corpus vnicuique temporali ter viuat: per carnem verò Saluatoris agitur, vt Ecclesia non quomodocumque sed beatè in æternum viuat. Cum verò sapientissimus Salomon cunctas res esse difficiles dixerit, ita vt explicare eas homo non possit, nonne insanietiam quam simillimus est, qui hæc diuina arca discit ad oculum violententer querit? Omnes enim creaturæ Dei miracula nobis implicabilia sunt: Christus verò inter omnia, aut præ omnibus miraculum singulare. Si igitur potest Christus efficere (sicut diximus) vt vnaquæque separata particula sit totum Christi Corpus, & tamen omnes separatae, non plura sint corpora sed vnum Corpus: quemadmodum vox mille hominum percutit aures, & apud vnumquemque tota est, nec tamen plures dicuntur, sed vna sola: & quemadmodum tota anima mille corporis humani replet particulas, & cum se totam præbeat singulis, non plures tamen, sed vna est anima: ita iam nulla ratio propter huiusmodi quasi partitiones ob stare videtur, vt non possit, aut velle non debeat Christus, Panem & vinum, sicut ipse docuit & Ecclesia credidit, transferre in Corpus & Sanguinem suum. ROGER. De mille Missis, quæ eodem tempore celebrari possunt videris mihi rem quidem valde difficilem, sufficienter & satis idoneè declarasse: Veruntamen in partitione vnius hostiæ adhuc paulisper hæreo, quoniam quod prius vnum tantummodo video, id me partiente, ita in plura diuidi cernitur, vt vnaquæque portio minor, quam illud, quod erat integrum, videatur. Si enim non mea vi, sed sua sponte hostia diuideretur, aut post diuisionem magnitudo integrè non videretur immutata: iam satis factum mihi esse crederem, quod & vnaquæque portio & omnes simul absque vlla diuisione vnum integrum corpus esse possent. CVITMVNDVS. Si de mille Missis, quæ vno tempore celebrantur satis æstimas declaratum: mirum est quod de vna hostia ita possis motueri. Nam sicut hic priusquam partiaris hostiam, tantummodo vnam vides: ita prius quam mille celebrentur Missæ, vnum tantum Christi Corpus in cælis, & si non oculis, mente tamen vel fide cernis. Et sicut opere tuo putas hostiam diuidi: sic putari potest Sacerdotum opere fieri, vt Corpus Christi quod in cælis vnum est, mille in locis simul tenetur. Sed absit hoc, vt vel illorum operè, vel tuo, vnus Christus per plures locos vel partes diuidatur: quia ipse est qui in opere vestro, non quod vester visus æstimat, sed quod ipse vult operatur. Nam sic violentia Iudæorum videbatur mori, & tamen ipse dicit: Nemo tollit animam meam à me, sed e-

go pono eam à me ipso: Ita ergo cuiuslibet fortasse violentia putatur frangi: nec tamen quod carnalis æstimat sensus, sed quod ipse vult Christus credendus est operari. Sicut sanè post partitionem hostiæ singula tibi minora videntur quam hostia integra: ita in omnibus Missis minus apparet Corpus Domini quam in cælis esse credatur. Sed hoc tantum secundum sensus: qui sicut in multis rebus aliis sæpe, ita in hac re semper fallitur. Sed nunquid si hoc capere non potest oculus carnis, extinguendus ideo est oculus mentis? Cum enim Maria Magdalene ad monumentum Domini plorans, ipsum Dominum cerneret: nunquid non ipse reuera Iesus erat, quia illa, secundum oculos decepta hortulanum se videre putabat? Aut cum ipsa die resurrectionis suæ, duobus discipulis ambulantibus in via scripturas tanquam peregrinus exponeret: nunquid aliud quam ipse erat: quia scriptum est, *oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent.* Aut cum Discipuli in mari laborantes, eum super vndas cernerent ambulantem: quis audeat dicere non ipsum, vere fuisse, quia ipsi deceptis oculis phantasma esse putauerunt? Sed & secum in naui iam positum, videntes, & miraculum eius in sedato mari admirantes, sicut ex Evangelio potest conici, non cognouerunt eum donec ad terram venissent. Sic enim scriptum est: *Cumque egressi essent de naui, continuo cognouerunt eum.* Quibus ex verbis potest (vt diximus) conici, quod in naui fortassis obstupescit adhuc recenti miraculo, aliqui non cognouerunt eum: Quid igitur? Nunquid putandus est eos ioculaciter delusisse? Absit. Ipse enim vbique idem erat, ipse vbique veritas erat. Ipse vbique sapientia erat. Sed nobis per hæc oportebat ostendi, quoniam quandiu cum Maria flente, vel ad monumentum Domini stamus, nosmetipsos mortificando, & mortem Domini donec veniat annunciano, & quamdiu in via positi peregrinamur à Domino, quamdiu in mari huius seculi laboramus, & ventus nobis tentationum contrarius est, quamdiu ambulamus per fidem, & non per speciem, quamuis plorantes ad monumentum suum semper Dominus consoletur: quamuis in via positis semper scripturas exponat, quamuis turbatos in mari tranquillet, quamuis præsens nobiscum sit semper in naui sanctæ Ecclesiæ: usque ad consummationem seculi: non tamen habemus eum cernere nisi in peregrina specie, maxime oculis carnis, licet non aliud quam ipsum habeamus in his Sacramentis. Et merito. Nam quia fructus mortiferæ arboris antiquis hominibus spirituales veracesque oculos clauferat, carnales & fallacesque aperuerat: iustum est, vt fructus viuificæ Crucis nouis hominibus ipsos carnis oculos claudat, & veraces mentis oculos, quibus veritas videtur, aperiat. Quemadmodum igitur ægotanti palato antiara celsenti quæ sano dulcia sunt, nemo sanus credit: ita infirmis carnalibus oculis contra sanatos mentis oculos, de ipsa medicina interioris luminis iudicantibus, nemo nisi infans consentit. Nam & res hæc tanta est, vt infirmo visu non valeat comprehendere, & fidem nostram ita vtilius est interim exerceri: vt per hoc videlicet quod contra visum carnis in hoc tam necessario Sacramento agitur, discamus visibilia

Totum.

Ioan. 2.

Luc. 24.

Math. 24.

Mar. 6.

Ioan. 20.

1. Cor. 12.

2. Cor. 4.

Collof. 3.

1. Cor. 13.

Math. 24.

transcendere, ad inuisibilia festinare, & tenere certius occultas, quæ nunquam mentiens veritas docuit, quam quæ coram nobis fallax oculus pandit. Quapropter quoniam tibi ostensum est, idem esse in particulis vnius hostiæ, quod est in pluribus Mifis, quæ simul celebrantur, de quibus satis declaratum esse dixisti, nec secundum visionem oculorum carnalium debere te iudicare euangelicis exemplis & ratione monstratum est: vtrum satis adhuc dictum arbitaris, exponere: R O G E R. Videris equidem mihi, fateor, sinceræ fidei veritatem congrua profèqui ratione: veruntamen, illud, quod me aliquo modo adhuc rodit, non tacebo. Superius quippe dixisti, quia Sacerdos videtur quasi diuiderè hostiam propter mysterium, quod ita celebrari oportet. Si ergo viderem quòd hostia postquam est consecrata, iam non posset amplius diuidi, nisi ob mysterij gratiam, quod sicut dixisti, ita oportet celebrari: omnem profus disputationis tuæ feriem inconcussa veritate ratam esse confiterer. Sed quoniam quilibet nullius cõsideratione mysterij prout vult, sibi eam diuidere posse videtur: adhuc nescio quas hinc cogitatio mea tenebras sustinet, quas & expellere gestit, & tamen libere omnino non valet. G V I T M V N D. Si plenè animo supra dicta reuoluas nihil hinc tenebrarum, vt æstimo, tibi refidere cognosces. Nam sensus persæpe falli, cum veterum philosophorum multa argumenta tum quotidiana experientia plenissimè docet. Æquè enim, vt ait Boëtius, sensus, & in maximis & minimis confunduntur. Vnde fit, vt de his in quibus confunduntur, merum sincerumque iudicium habere nõ possint. De mediocribus quoque rebus nõ iuxta rerum veritatem, sed pro affectu iudicant sentientis. Sano namque cuius comedoni, si multum esuriat, etiam amara dulcia videntur: Egrotò autem, aut multum saturo, etiam dulcia sunt amara. Item si quis deformis alicuius scorti amore depereat, nõne illa talis forma oculis eius summe gratissima est, cum omnium penè intuentium, quorum mens eadem miseriam captiuata non est, nõ mediocriter visus offendat? Remum in aqua, si interrogas oculos, fractum asserunt, quem mox extractum mansisse integrum restatibus oculis ratio probat. Quid de iudicio aurium? quandoquidem illa quæ in auribus sobrij absurdissima resonat, lasciuum quemlibet mimum cantilena mollis oblectat. Sed quid in his diutius immoror? quis enim mirari debeat si sensus exterior frequenter fallitur: cum interior, atque omnium iudex sensuum animus, nisi hunc Dei gratia regat, toties & tantum periclitetur. Ex quo fit, vt contra rationabilem sanctæ Ecclesiæ fidem per hoc quod infirmus & lippus oculus se videre putat, nullatenus debeas impediri: quandoquidem eos, quos inobedienciæ cibus oculos aperuerat, per hunc obedientiæ cibum oportere claudi credo iam retines: vt videlicet per spiritualem vitalèmq; cibum, restitutis spiritualibus, quos carnalis ille ac mortifer clauerat oculus, iam non secundum carnem sapiamus ad mortem, sed reuelata facie, quæ sunt spiritualia contemplerur ad vitam æternam. Atque ita quamdiu in agone fidei certamus, quamdiu peregrinamur à Domino, fidem nostram sedulo conuenit exerceri: quatenus exercendo erudiat,

Boëtius.

Diuersitas palatum.

Iudicium auris.

Genes. 3.

1. Cor. 5.

tur, erudiendo pascatur, pascendo augeatur, augendo perficiatur, perfecta coronetur. Quod autem fidei id exercitium esset, vel quòd pro exercitio suo meritum tanti Sacramenti fideles haberet, si sacram hostiam, non posse nisi per Sacerdotem, & in Missa solummodo diuidi, manifeste & quorumlibet oculis pateret. Quis non vel infidelium pro tam euidenti miraculo, magis quam pro ratione fidei consentiret? Denique manifesta miracula non propter fideles, sed propter infideles dicit Apostolus fieri: hæc autem Sacramenta non sunt infidelium, sed fidelium. Vnde nec infidelibus fas est illa distribui, sed nec etiam pandi. Non igitur infidelibus per aperta miracula pateant, soli verò fideles non carnis intuitu hæc, sed mente cernant. Nam & ipse Dominus noster Iesus Christus Sacramenta hæc, mysterium fidei appellauit. Vt quid ergo mysterium, nisi quia occultum? Vt quid fidei, nisi quod hoc nõ carnis oculo, sed intuitu fidei conuenit contemplari: Nam sicut sanctissimus ait Gregorius, non habet fides meritum: cui humana ratio præbet experimentum. Si igitur de fallacia carnalium sensuum, qui nec de rebus paruis, & quæ ipsis patere sensibus solent, nedum de maximis & occultis contra rationem credendi sunt, euidenter accepisti, Si spirituales sensus ad spiritualia Sacramenta aperiri, carnales verò claudi oportere didicisti, Si denique tibi de mysterio fidei sic infidelibus occultando, fidelibus autem pro exercitio suo merito crescentis fidei plurimum profuturo, satisfactum est: nullis, vt arbitror, hic amplius tenebris improbæ tergiuersationis te inuolui decet. Ad summam, quis possit edicere vel mente capere, quanta etiam nostræ carnis post resurrectionem futura sit gloria, quanta potentia? Immutabimur enim, & corruptibile hoc induet incorruptionem, & corruptio nunc animale super spirituale, dabiturque nobis quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Cum igitur vel extremi cuiuslibet homunculi caro, quantum sit habitura potentiam nulla nunc possit comprehendere ratio: tu de corpore Saluatoris impudenter & carnaliter iuxta sensus disputas, quod præ se ineffabiliter omnes Angeli venerantur? Certè enim uerò quicquid humano intellectui occurrit nobis posse dari, minus est aut nihil, ad illud quod promittitur nobis. Cum igitur nos accepturos esse credimus, quod nunc scire quomodo possit fieri, nisi quia Deo omnia possibilia sunt non valemus: tu de omnipotentis Dei Corpore quoniam quæcunque aguntur præ oculis bestialibus non habes, infantiliter garrere non cessabis? Proinde consideratius supradicta retracta, & fidenter tene, aut Dominum Deum nostrum carnem suam sine ullo eius incommodo per partes ineffabiliter posse distribuere, aut si id ei non placet, Sacramenta suæ mensæ vel secundum rationes quas diximus, vel secundum alias, si Deus tibi dederit forsitan meliores, licet oculorum carnalium infirmitati aliter videatur, tamen indiuisa manere. At si illud quod prius dixi Domino placet: fas est ergo non per violentiam quidem nostram, sed per dignationem suam Christum secundum carnem dentibus arteri, & per partes corpus eius fidelibus ministrari. Si verò non placet,

1. Cor. 14.

1. Cor. 15.

Elia. 64.

1. Cor. 2.

1. Cor. 13.

placet, nihil nobis inconueniens de diuisione Sacramentorum & dissipatione debet obici, quæ possunt, vt diximus, rationabiliter indiuisibilia & indiuisibilia comprobati. R O G E R. Ita fateor, cunctis quæ opposui tua competenter occurrit ratio, vt per omnia gaudea, & nihil ex his reliquum videam in quo iustum putem, te debere à me amplius fatigari. G V I T M V N D. Illud sanè scrupulum mouet aliquibus quominus hanc mutationem posse fieri credant: quòd ex solito naturæ cursu nulla ferè ex toto simillima occurrit mutatio. Nam cum aliquid substantialiter transmutatur in aliud, in id utique transire solet, quòd nõ existerat prius, Verbi gratia: *Virga Moysi mutata est in serpentem*, quæ ante non erat serpens, sed tunc cepit esse serpens: quando verò dicimus mutari panem, non in carnem quæ nondum fuerat caro, sed in eam quæ iam erat Christi Caro, sine ullo carnis ipsius Dominicæ cremato mutari confitemur. Et nos equidem ad intelligendum nobis in hoc seculo difficilem mutationem hanc non negamus: non tamen ad credendum. Sed quorsum id? Non enim idcirco magnum hoc atque saluberrimum credere non debemus, si in hac vita quomodo fiat, capere non valemus: cum necessariò multa fide teneamus, quibus nostra cæcitas aut multo magis, aut certè non minus repugnare videtur? De providètia namque & libero arbitrio, cum vtrunque fideliter teneamus, & vtrunque teneri oporteat, ita sibi rationes humanæ videntur: aliternus obuiare, vt potius vtrunque vicissim destruant, quàm vel alteri esse concedant. Nulla mens hominis potest capere quomodo id, quod in vno loco totum est, eodem tempore totum esse possit in altero; cum de voce tamen hominis, id omnes teneant: animam quoque singulis inesse membris simul totam, beatus Augustinus in expugnabili ratione confirmat. Et ecce omnium rerum creatio creditur, cum tamen ab homine non capiatur. Quis enim vt de compendio loquar, valeat capere illud, quod primo factum est, quando habuit fieri? Quod enim ad hoc omnino non est, non fit: fieri enim iam ad esse pertinet: postquam autem est, non fit: iam quippe est. Sed nec inter esse & non esse, illud quod primum factum fuit, potest esse aliquid. Nam illud aliquid quod interesset, primo factum esset, illud verò alterum posterius. Quando ergo id quod primo factum est, habuit fieri? habuit tamen. Quod enim non caret initio, nullatenus esset, nisi fieret: Ipse quippe dixit & facta sunt. O admirabile fieri quod necessario creditur, & nullo cogitatu comprehenditur. At si quis hæc absurdè ratiocinari me æstimat, eique hæc omnia displicent, dicat vel ipse quod placet: & inueniet se certè in omnibus verbis, in cunctis etiam cogitationibus suis, si tamen subtiliter aduerterit, de rerum primis initiis, deficientem. Hæc itaque cum fidem necessario exigat discussionem omnimodo non admittant: ad ipsius authoris corpus, nõne rationabiliter expetunt simplicem creditorem, arguunt improbum discutorem? Hic sanè disputationis quoque huius recollere decet initium. Proposueramus nempe ita, vt cum dicunt naturam non posse mutationem hanc pati, vel addi paterentur, nisi Deus velit, vel non:

Erod. 7. Mutatio substantiæ in substantiam.

† vtrunque.

Augustin.

Psal. 148.

Si non patiuntur hoc addi, sed præter exceptionem asserunt id naturam non posse pati, etiam si Deus velit: non ergo credunt quia omnia quæcumque voluit Dominus, fecit. Si autem non credunt quoniam omnia quæcumque voluit Dominus fecit, primum quidem scripturas canonicas, quas frequentissimè & ipsi recitant, imò eum cuius sunt scripturæ, videlicet Deum despiciunt: deinde verò ipsum Deum nec omnipotentè nec Deum credunt. Non enim verè omnipotens, aut verè Deus est, qui quod vult non potest. Sed quoniam hæc & apud ipsos nephandissima sunt: fateantur necesse est, quoniam omnia quæcumque voluit Dominus fecit. Et hanc igitur mutationem quamlibet nobis difficilem, si facere voluit Deus, absque dubio fecit. Requiritur ergo tantummodo est, an id Deus voluerit. Quod cum voluisse Deum ipso adiuuante oportuno loco monstrauerimus, siue possit intelligi quomodo fiat, siue non possit, obtinebimus tamen necessaria ratione quoniam fecit. Non enim satis argumento est, si nostræ infirmitatis cæcitas id nunquam in hac vita capere valet, quominus debeas credere, si manifestæ rationis necessitas, rem ita vt diximus, probauerit esse. Non enim præcepit tibi Christus, intellige, sed crede. Eius est curare quomodo id quod fieri vult, fiat: tuum est autem nõ discutere, sed humiliter credere: quia quicquid omnino fieri vult, fiat. Non enim intelligendum prius est, vt postmodum credas: sed prius credendum vt postmodum intelligas. Nec Propheta Esaias dixit: Nisi intellexeritis, non credetis: sed nisi credideritis, non intelligetis. Vt autem igitur verbis sancti Augustini contra Felicianum dicentis: Hoc fides credat, intelligentia non requiratur: ne aut non inuentum puter incredibile, aut repertum non credit singulare. Idem in secunda Epistola ad Volusianum: Hic si ratio quaeritur, non erit mirabile: si exemplum poscitur, non erit singulare. Demus Deo aliquid posse, quod nos fateamur inuestigare non posse. In talibus rebus tota ratio facti, est potentia facientis. Non est inquit beatus Hilarius, humano aut sæculi sensu in Dei rebus loquendum. Vnde beatus Ambrosius in libro de Sacramentis de hac ipsa quaestione agens, Quid ait, argumentis vtimur? suis vtamur exemplis, incarnationisque exemplo astruamus mysterij veritatem. Quid hinc quaeris naturæ ordinem in Christi Corpore, cum præter naturam sit ipse Christus partus ex virgine? Quoniam ergo nos ad incarnationis seu virginis partus inuitat exemplum, operæpretium reor, paulisper hanc elucidare similitudinem pauloque altius incipiendum. Quadrifariam namque in scripturis sanctis hominum generationes accipimus. Vna est singularis viri, neque de viro, neque de femina, sed de limo terræ, quæ est Adæ. Altera huic quodammodo contraria, de viro & femina, ex qua & viri & femina: quæ omnium ferè solennis est. Alia rursus absque exemplo, qua de virgine viro prodiit virgo femina: de Adâ videlicet Eua. Quarta nihilominus singularis atque vnica, pro reliquis omnibus facta, omnibusque melior, & vtior reliquis, contraria & ipsa quodammodo tertiæ: qua vir de femina virgine virgo, de Maria utique Saluator omnium Christus nostro seculo natus illu-

Non posse omnia, excludit omnino tenentem.

Esaias 7.

Augustinus, c. 8.

Hilarius, Ambrosius de mysterijs intendantis e. nono.

Quadruplex hominum generatio.

xir. Ex his itaque generationibus illam qua de viro & femina viri nascuntur & feminae, quia quotidiano usu tenetur, nemo miratur, nemo incredibilem iudicat. In qua tamen illud quod extra ceteras valde mirabile est: quod ex duobus corruptis nunquam nisi integrum, neque integrum unquam nisi ex duobus non integris, tanquam ex contrario contrarium nasci possibile est. Illud vero penitus incomprehensibile scitu Salomon asserit, *quomodo compingantur ossa in ventre pregnantis*. Illam quoque qua de non homine homo, Adam videlicet de limo formatus est, quae & in hoc ceteris longe videtur mirabilior, & illam qua de virgine Adam virgo Eua producta est: vix unquam aliquis impugnavit: vix aliquis accusavit. Quando vero de Virgine Maria virgo Christus praedicatus est natus, totus mundus innumeris contradictionibus contra infremuit: & vi & dolo, omnique genere malitiae, hanc generationem de medio profus auferre conatus est. Satis certe iniuste, cum reliquis omnibus haec excellentior sit atque utilior: utpote reliquarum omnium non solum honor atque nobilitas, verum etiam medicina. Siquid haec ab aliis nostri generis tatum naturam trahens, nihil autem honoris inde, imo vero infirmitatum ac tentationum plurimum sumens: ad perfectam vniuersae felicitatem per virtutem diuinam sibi ipsa sufficeret. Cetera vero per hanc de sub pedibus infelicissimi omnium rerum diaboli, usque ad consortium Dei omnipotentis sublimatae, ut *simus* (ut ait beatissimus Petrus Apostolus) *diuinae consortes naturae*: nisi huius ope atque medela uterentur, irrecuperabiliter omnes perditum irent. Tum etiam perspecta diligenter inter tres singulares, vtilitissimae generationi multo viciniore multoque similior, ideoque credibiliore inuenitur. Cui enim non satis elucet, communi generationi, quae de viro & femina est, similiorem fore hanc quae de horum est altero, quam illam quae est de neutro? Item si contemplerur illam qua de viro solo, femino prodiit: valde a communi usu, & illa remotior. Familiarius quippe & accommodatius communi naturae est, ut femina maris (nam id quotidie fit) quam ut mas feminam pariat. Tertiam autem mutationem solenniter cernimus, qua videlicet substantiae in eas quae non erant substantias vel naturali usu, vel per miracula transeunt: sicut nucleus in arborem, semine in herbam, esca & potus in Carnem & Sanguinem: vel sicut virga in serpentem, serpens in virgam, & cetera huiusmodi. Quarta vero mutatio est, qua id quod est, transiit in id quod nihilominus est sicut panem & vinum, virtute diuina, in Corpus Christi proprium singulari quadam potentia credimus commutari. Et haec quidem tribus aliis longe melior, longaque utilior a credentibus facile iudicatur. Melior quidem, quoniam in diuinam carnem, quae rerum est omnium optima, id quod mutatur, transiit. Utilior autem, quoniam hanc propter alias factam, singularem nobis medicinam Christus constituit. De nihilo quippe primo facta sunt elementa, a quibus non felices facti sumus. Sed & aliae duae mutationes nihil nobis profuerant, quin ad summas traderemur miseriae: nisi quarta medicinaliter superueniens, & subueniret. Cum itaque ceteris omnibus haec honorabilior

Eccles. 11.

a. Petr. 1.

Genes. 1.

Modus generationis Christi.

re non destitit. Vnde tanquam de opere speciali scriptum est: *Sapientia edificauit sibi domum*. Quibus omnibus aliisque permultis digne consideratis: satis haec credibilior chariorque quam primae duae debuit iudicari. Sed quid attineant haec ad rem de qua loquimur, dignum est intueri. Quatuor enim nihilominus rerum mutationes substantias siue efficientias nobis scriptura diuina commendat. Vnam de qua omnino nihil in id quod sunt, facta sunt omnia. Alteram huic contrariam, quam tamen experimento non ita scimus, ratione tamen colligimus: qua videlicet de eo quod sunt, quantum in ipsis est, redire in nihilum possunt. Nam si hoc solo, quia vult Deus, omnia sunt: si voluntatem suam qua praestat ut sint, vel modice subtrahat ilico in nihilum suum omnia remeabunt. Ita denique beatus Augustinus contra Felicianum, Creatura, inquit, ex nihilo prolata est: & propterea quantum ad se pertinet, ex eo quod est in id quod non est, id est in nihilum nisi perpetua gratia fecerit, naturae suae qualitate vertenda est: Quamuis de accidentibus singulis, quae superuenientibus aliis cedunt non appareat verè posse aliud dici quam quod omnino nihil sunt. Nam si aliquid essent in subiecto essent. Sed contrariis superuenientibus, nec in suo possunt remanere subiecto, nec ad alia transmeare. Omni no igitur nihil sunt, nisi quis forte illa dicat in ea quae superueniunt transmutari. quod si ita est: innumera nobis exempla occurrent earum rerum quae essentialiter in eas, quae similiter existunt, transmutantur. Age enim verbi causa, atramento nigerrimo membrana albissima inficiatur: albedo nigredini continuo cedit. Si igitur albedo in nigredinem versa est, in id vti que versa est quod iam erat. Neque enim dici potest tunc ibi augeri nigredinem in qua transferatur albedo, quando quidem nec atramentum nigrius est quam prius erat, neque aliquid membranae praeter atramentum occupauit nigredo. Idem quoque in aliis saepe numero inueniri potest. Vnde fit ut accidentia recedentia, sicut diximus, aut penitus nihil fiant: aut si permutantur in aduenientia, quod nostrae causae non parum accederet, in ea vti que multoties permutantur, quae iam erant. Tertiam autem mutationem solenniter cernimus, qua videlicet substantiae in eas quae non erant substantias vel naturali usu, vel per miracula transeunt: sicut nucleus in arborem, semine in herbam, esca & potus in Carnem & Sanguinem: vel sicut virga in serpentem, serpens in virgam, & cetera huiusmodi. Quarta vero mutatio est, qua id quod est, transiit in id quod nihilominus est sicut panem & vinum, virtute diuina, in Corpus Christi proprium singulari quadam potentia credimus commutari. Et haec quidem tribus aliis longe melior, longaque utilior a credentibus facile iudicatur. Melior quidem, quoniam in diuinam carnem, quae rerum est omnium optima, id quod mutatur, transiit. Utilior autem, quoniam hanc propter alias factam, singularem nobis medicinam Christus constituit. De nihilo quippe primo facta sunt elementa, a quibus non felices facti sumus. Sed & aliae duae mutationes nihil nobis profuerant, quin ad summas traderemur miseriae: nisi quarta medicinaliter superueniens, & subueniret. Cum itaque ceteris omnibus haec honorabilior

Quatuor generum mutationum.

Augustina. Cap. 7.

Accidentia abeunt in nihilum resuunt.

bilior sit atque utilior, cum etiam illi quae vtilitissima est, multo viciniore atque similior: ideo multo credibilior, quam duae reliquae reperitur. Cui enim non luce clarius pateat, ei mutationi, quae vtilitissimè de aliquo in aliquid fit, eam quae etiam ipsa de aliquo fit in aliquid, licet aliquanto mirabilior, propinquiore admodum ac similior esse: quam illam, quae de nihilo fit in aliquid, aut illa quae de aliquo fit in nihilum? Illae enim duo aliqua habent istae vnum tantum: A deoque a capacitate intelligentiae nostrae remotae sunt: ut neque mutationes eas quis fortasse vocauerit, difficillimèque verbum reperiat, si tamen vel difficillimè, quo eas aliquatenus proprie exprimere possit. Et ceterae quidem mutationes rerum subiectarum sunt, haec Domini, illae creaturarum ceterarum: hanc suo proprio Corpori author ipse retinuit. Et ceteras quidem semel in principio iussit esse Deus, & factae sunt: hanc autem & propheticis oraculis, & rebus gestis, maximeque sacrificiis & miraculorum nouitate promittere & praefigurare ab initio non cessauit: cum etiam magna insuper precum solennitate & studio, per verba quae ad hoc ipsum propria Deus ipse ac Dominus noster Iesus Christus didicit quotidie repetita praebet effectum. Quibus omnibus, aliisque permultis digne perspectis: valde credibilior haec, chariorque, quam illae duae potest & debet iudicari. Si enim Deus id quod difficilior, & ab intellectu nostro remotius est, quia voluit, fecit: quomodo non id quod videtur aliquo modo facilius & intelligibilior, si voluit, fecit? Atqui difficilior illud Deum fecisse nemo dubitat: Istud igitur facilius Deum facere, si vult nemo dubitare debet. Aut quare haec quartam mutationem non deberet addere Deus ob medelam hominum, qui quartam generationem (ut ostendimus) addidit ob reparationem salutis ipsorum: ut sicut ille summe honus cuncta bona in creaturis, quae fore in eis dicebat, sine inuidia esse voluit: ita quoque mira varietatis pulchritudine nullus generationis modus decens deesse hominibus, nullus mutandi modus competens deesse rebus? Quoniam igitur satis de propositione, ut arbitror, constitit (scilicet quoniam mutationem hanc Deus, si voluit, fecit) probanda, tantum restat assumptio, scilicet quia voluit. Sed quoniam multa adhuc exhaurienda venena super sunt, oportunitus id suo loco seruamus. Nunc igitur prioribus aduersariorum calumniis discussis, hic si placet, aliquantulum quietum nouo initio in ea quae sequuntur assurgimus, animus tuus noua intentione reparatur.

contra hostilia argumenta Catholicam fidem. Et illud quidem Deo auxiliante postmodum fiet. Nunc vero rem ita distinguere volumus, ut primo hostilem disputationem debilem esse, & nihil contra fidem nostram conficere posse monstremus: ut cum in suis inimicis ubique defecerit, nostris ad vltimum (Deo fauente) plenius subruatur. Ex qua re patet fieri, ut heretica fallacia citius flet, & catholica veritas clarius clucescat. Sed haec propter eos dicta sunt, qui festinatius quam res postulat satisfieri sibi omnino volentes, quia non omnia nostra hic expendimus; apud se nos forsitan de inefficaci operum reprehendant. Iam vero cetera prosequamur. **R O G E R I** Berengarius dicit: Caro Christi incorruptibilis est. Sacramenta vero altaris, si diutius seruentur, possunt corrumpi. Videntur enim putrefieri. **GVITMVNDVS** v s. O calumniaosa lingua, o lingua blasphemis affueta: prompior ad extorquendam superbe de scripturis Dei suam perditionem, quam ad percipiendam cum fidelibus salubrem refectionem. Certe didit scripturis sanctis dicentibus Christum esse incorruptibilem, & non credidit Christo dicenti. **Ioan. 6.** *nis quem ego dederò, caro mea est pro saeculi vita; sed contra hoc ponit corruptionem. Videatur itaque male sanis corruptisque hominibus; iuxta in delictam suam, corruptibilis & putribilis panis diuinus, & sicut scriptum est, tollatur impius ne vniquam videat gloriam Dei: sed semper ignominiosa de Deo somniet, semper scadala meditetur, sitque et Christus semper lapis offensionis, & petra scandali. Nobis enim panis ille Dei caelestis, illa Eucharistia; diuinum illud manna, quod immaculati agni carnem impassibilem factam, de sacris altaribus sumimus, per quod & viuimus, & a corruptione sanamur, nunquam corrumpitur, nunquam putrefcit: quia cum de die in diem nos renouet, ipsum veterasce re nunquam nouit. Cui sententiae beatus Ambrosius ascriptulatur in libro de Sacramentis his verbis: Considera nunc vtrum praestantior sit panis Angelorum, an Caro Christi, quae vti que Corpus est vita: Manna illud è caelo, hoc supra caelum. Illud caeli, hoc Domini caelorum. Illud corruptioni obnoxium si in diem alterum seruaretur: hoc alienum ab omni corruptione, Quod quicumque religiose gustauerit, corruptionem sentire non poterit. Si ergo forte cuiquam vetustate corruptum & putridum aliquando videatur; si is non credit hoc quod videt, esse Corpus Domini, iuxta corpus suum, cum eo credimus agi: (ut quemadmodum de Christo peregrino, & duobus discipulis cum ipso in via loquentibus beatus ait Gregorius) tale illi foris appareat, quale intus in corde videlicet creditur. Si autem credit, hoc quod videt esse Corpus Domini: id cum eo fieri credimus, ut aut aliqua eius negligentia corrigenda, vel punienda declaratur, pro eo videlicet, quod Domini sui Corpus, quantum in se est, indigne tractauerit, vel contra Ecclesiasticas regulas diutius retinendo inobedienter egerit: aut ceterae fidei eius soliditas copiosius remuneranda comprobetur, qui contra id etiam quod oculus cernit de verbis ac potentia Domini sui, & communi Ecclesiae fide non dubitavit. Ad haec quae dicimus, ex Diuinis libris exempla nobis in promptu sunt. Maria namque Magdale-*

Ex corruptis speciebus arguit corruptionem corruptoris.

Ioan. 6.

Est. 26.

1. Petr. 2.

Cap. 9.

nno generis videtur Eucharistiae species.

LIBER SECVNDVS.

GVITMVNDVS.



DV M tuis obiectionibus respondeo, prudenter aduertat si quis haec legere, non me laborare nunc ad expugnandum nostris argumētis penitus hostem: sed ad muniendam interim

Ioan. 20.
Luc. 24.

ne nondum resurrexisset Dominum credens, iuxta incredulitatem suam quasi hortulanum vidit. *Discipulis quoque dubitantibus, ipsa resurrectionis die tanquam peregrinus apparuit.* Vbi etiam quomodo credentium negligentia puniatur vel corrigatur videri potest. Nam quoniam Prophetias de Christo minus negligenter attenderant, de negligentia primum quidem puniri, dum *stulti* vocantur: deinde corrigi, dum *scriptura eis aperiantur*, meruerunt. Quomodo autem ad comprobandos remunerandosque fideles incorruptibilis Christus quasi corruptibilis videri dignatus sit, beatus Gregorius declarat de quodam Martyrio monacho narrans, qui Dominum Iesum in specie leprosi sibi apparentem proptis meruit humeris baiulare. Cumque is, inquit, qui quasi leprosus videbatur, de collo eius euanuisset, ab ipso mox sententiam remunerationis accepit: Quoniam, inquit, non erubui me in terra o Martyri, nec ego erubescam te in celo. Sicut igitur ad comprobandam & remunerandam Martyrij humilitatem siue dilectionem, in terra deformi horrendaque specie Dominus noster Iesus Christus apparuit: ita ad comprobandam & remunerandam feruorum suorum fidem, si nulla incredulitas est, vel negligentia puniendam vel corrigendam, in specie corrupti illius panis si quando hoc contingat, credendus est videri. Et sic non alium leprosum illum deformissimum fuisse nisi seipsum de collo Martyrij euanescens Christus ostendit: ita non aliud quam Christi Carnem & Sanguinem in Diuinis Sacramentis, etiam si sub specie quasi putrefacti panis & vini aliquando videantur, orthodoxorum prudentia credere nouit. Quod si obicias (vt dici asolet) quia Berengarius vitas sanctorum pro autoritate non recepit, scias, quia tamen quidam sanctorum vitas non recipit: beati Gregorij tamen libros nunquam eum respuisse prout recorder, accepi. Quapropter & dialogum beati Gregorij pro autoritate assumptum, in quo de Martyrio memorantur ista quae diximus. Tantus enim autor non ea scriberet, nisi & ipse vera esse crederet, & digna credi a posteris iudicaret. Postremo, totam ipsam dispensationem humanitatis Dominicae animo percurramus. Tota quippe talis extitit, de qua & inimicorum incredulitas magis excrucanda, proptereaque damnanda scandalizaretur: & credentium fides magis augmentanda, & propterea coronanda probaretur. Quid enim hoc ipsum, quod de Virgine desponsata Ioseph nasci voluit? Nonne & inimicis ad augmentum mortiferae impietatis scandalali causa fuit, vt appellarent eum *filium fabri*: & credenti Petro ad augmentum remunerandae fidei profuit, qui in nullo per hoc impeditus dixit, *Tu es Christus filius Dei vni*? Quid denique tota carnis eius infirmitas? Nonne & ipsum diabolus vsque adeo excrucavit, vt nec miracula inaudita prius attendens, vsque ad occidendum eum insurgeret, nec damna irrestaurabilia sibi exinde prouentura prauideret? Ex eadem tamen infirmitate tantisper illuminantur per fidem hodieque fideles, vt non solum valeant ipsius adiutorio fidei in suis infirmitatibus non deficere: sed eiusdem insuper Domini sui auxilium credentes charitati qua pro

Quid tota humanitatis Christi dispensatio intenderit

Matth. 1.
Luc. 1.
Matth. 13.
Marc. 6.
Luc. 4.
Matth. 16.
Marc. 8.
Luc. 9.

ipsum infirmatus est, vsquequaque fiducialius audeant implorare. De morte autem eius quid dicam? Nonne dicit Apostolus, quia per ipsam *Christus Iudaeis est scandalum, gentibus autem stultitia*: Christianis vero *Christus Dei virtus & Dei sapientia*: Sicut igitur tunc cum inter homines mortalis adhuc Christus viueret, circa eius Carnem agebatur: ita etiam quamdiu Ecclesia eius vsque ad consummationem saeculi mortalis erit, pro eadem utilitate Ecclesiae, qua illa tunc fiebant circa ipsam eandem Carnem, salua incorruptione eius, tale quid specie tenus apparere potest vnde scandalizentur & conturbentur semper increduli, exerceantur autem & illuminentur magis electi. Quapropter desinat homines mente corrupti & putridi, corruptelam & putredinem opponere Sacramentis Dei: quia sicut assumpta peregrini vel hortulani vel leprosi species, fidelium negligentiam vel increpuit, vel corripuit, vel fidem dilectionemque probauit, veritatem tamen essentiae Christi non euacuauit: ita si quando putredo; vel aliud simile indecens quid in Ecclesiae Sacramentis appareat, ad negligentiam ministrorum puniendam vel corrigendam, vel certe ad fidem dilectionemque probandam; vt diximus, valet: veritatem tamen essentiae Dominicae Carnis & Sanguinis euacuare non potest. Proinde ergo nec itas Ecclesia Dei haereticorum veritas metuat: quae ipsam etiam totam carnalem in terris dispensationem Domini sui sibi quidem salutem scandalum autem semper fuisse reprobis non ignorat. R o g e r. A muribus quoque, vel huiusmodi quibuslibet animalibus corroduntur vel consumuntur haec Sacramenta posse obiciunt. G y r m v n. Mithi equidem Sacramenta haec nequaquam a muribus, vel aliquibus brutis animalibus videntur posse corroduntur: quod si aliquando velut corrosa videantur, quod nunc de hortulano, de peregrino, vel leproso diximus, responderi potest, id est, non esse corrosa: sed vel ad puniendam seu corrigendam ministrorum negligentiam, vel ad probandam eorum qui hoc viderint, fidem, in tali specie posse videri. Ad hoc vero quod a brutis animalibus consumi posse dicuntur, respondere possumus ob praedictas causas, id est probandae fidei, aut damnandae seu corrigendae custodum negligentiae, bruta animalia cotenus ad Corpus Christi posse accedere, quousque potest humanus visus aspicere: Deinde aut mox inuisibiliter Angelorum sibi semper assistentium ministerio, vel suapte virtute raptum iri, in caelisque constitui. Cuius sententiae Martyr gloriosus Tarfitius nobis idoneus testis occurrit. Qui cum veneranda Dominici Corporis Sacramenta portaret, a Paganis forte superuenientibus, & quidnam ferret exquirentibus comprehensus est. At ille mori potius quam *sanctum dare canibus* eligens, palmam preciosa mortis emeruit. Illi vero curiosissime omnia scrutantes, raptus caelitus Dominico Corpore, nihil penitus, nisi sola linteamina repperunt. Porro vero si quis se vidisse dicat (nam isti contra quos agimus non curant quid proferant, dum tamen aliquid ne recte credant semper obiciant) haec a brutis animalibus deuorari, & intra eorundem Corpora inueniri, licet tale testimonium non

Luc. 24.
Ioan. 20.

Obiecti de muribus corrodentibus species.

S. Tarfitius Martyr.

Matth. 7.

non

L. Francus. Mira de Sacramento altaris historia.

non facile recipiendum, dignumve responsione A videatur: tamen ne quid neglexisse vel euitasse putemur, responderi potest, quoniam si placet Christo, vel propter eas quas modo diximus, vel propter alias quasilibet, quas ipse nouerit causas, vt haec Sacramenta absque sui corruptione a bestis siue auibus comedi possint: quid hoc ad veritatem, quam credimus, Dominici Corporis obstat? Certe enim non magis bestiarum vel auium, quam nostro laeditur gustu. Sed nec pro utilitate bestiarum ora vel auium rostra refugit, qui in lapide sepulchri iacuit, qui post resurrectionis etiam gloriam, terram calcavit. Manifestissimum quippe est B ex ordine Dei, animata corpora inanimatis, sensibilia insensibilibus meliora esse: Neque huic sententiae vllum vel tenuiter sciolum refragaturum credo. Quae autem meliora sunt, apud optimum Dominum chariora, ideoque honorabiliora sunt: quo fit vt Corpus cuiuslibet viui animalis non sit apud Deum vilius quam terra & lapis. Sed ipsum Christi Corpus, sicut iam diximus, in lapide iacuit, & terram calcavit: non igitur propter aliquam utilitatem cuiuscunque animalis Corpus horrescit. Quapropter, etiam si aliquo diuino iudicio bruta quaelibet animalia non solum sacrosancta mysteria tangere, sed etiam valeant deuorare: nulla tamen ex hoc nobis ratio obuiat quae veritatem Dominicae Carnis & Sanguinis, quam tenemus in sacris mysteriis, nos negare compellat: Quocirca sufficienter excussa & hac blasphemia, caetera videamus. De igne grandis quoque quaestio oritur: pro eo quod in quibusdam, vt aiunt, canonibus igni, tanquam absumenda, sacra mysteria tradi iubentur. Veruntamen non vt combustionem consumantur, id praecipitur, sed tanquam omnium elementorum purgatissimo, ac mundissimo dignissimoque; quod omnia reliqua elementa purgat, ipsum vero ex reliquis nec inquinari valet, nec indiget expurgari, venerabiliter committi iubentur. Satis tamen mihi placeret, vt quando aliqua negligentia vel certe miraculum nouum de tantis mysteriis accidit, id inde ferret, quod mihi magister meus, vir eximius sine dubitatione credendus; D. Lanfrancus se puero in Italia factum esse narrauit: Nam cum Presbyter quidam Missam celebrans, inuentam super altare veram carnem & verum in Calice Sanguinem, secundum propriam Carnis & Sanguinis speciem, sumere trepidaret: rem protinus suo Episcopo consilium quaesiturus aperuit. Episcopus autem cum multis coepiscopis ad hoc conuocatis; calicem illum cum eadem C C Carne & Sanguine Domini diligenter operum ac sigillatim in medio altaris inclusit; pro summis reliquiis perpetuo reseruandum. Si tamen sacra mysteria ignibus imponuntur: non traduntur equidem ignibus cremanda, sed mundissimo; vt dixi, elemento fideliter committuntur, nobis occultanda & supernis sedibus ilico reponenda. Quod si forte cuius curioso videantur comburi, certissime nouerit, quod Dominici Sacramenti substantia quidem nullatenus crematur, sed a nobis, vt dictum est, caelestia petens abripitur: qualitates vero sensuales, quas ibidem post immutationem substantiae Dei remanere altissimo consilio Tom. 6.

voluit, ostendunt quod suum est. Vnde fit vt color & sapor, odor quoque, & si qua huiusmodi accidentia prioris essentiae videlicet panis seruata sunt, quemadmodum in pane vel vtilato vel nimis diu seruato solet fieri: Simili modo hic quoque salua omnino Dominici Corporis substantia, corruptioni exterius ipsa accidentia aliquatenus videntur obnoxia: quatenus caelestis altitudo mysterij, retentis velata accidentibus, nec passim reueletur incredulis, & probatae fidei merito, vberius & gratius commendet iustis. R o g e r. Si panis & vinum in Christi Carnem & Sanguinem verterentur, iam toties, inquit, talia deuorata sunt: vt si Christi Corpus tam magnum vt ingentissimum mons fuisset, iam totum deuoratum consumptumque fuisset. G v i t m v n. Ita equidem videretur consequens, si nos concederemus Corpus Domini membratim discerpi: atque ita particularim a fidelibus manducari, vt iam sine vlllo sui damno totum apud se remanere non posset. Sed quoniam ad instar vocis, quae inter mille homines (vt supradictum est) ab vno prolata, ad singulos tota peruenit, & apud dicentem tota remanet: ita Dominicum Corpus a singulis comedi credimus: vt tamen apud se totum, integrumque remanere fateamur, iam nos in nullo impediens haec obiectio vana conticeat: quia sicut beatus Augustinus & Eusebius Emisenus dixerunt, haec gratia Dei scit distribui, nescit distributione consumi. R o g e r. Corpus Domini inconueniens est in secessum mitti; *Omne autem quod intrat in os, vt Saluator ait, in ventrem vadit, & in secessum emittitur.* Denique de Sacramentis istis si multi partes, vt inquit, & multa vina sacrentur: potest quis longo tempore viuere, nihil aliud comedens aut bibens: vnde igitur habebit secessum illo tempore, nisi ista in secessum vadant? Haec sunt interim quae mihi de rationibus Berengarij occurrunt: quibus postquam responderis, autoritates apponam. G v i t m v n. Corpus Domini quidem nullo modo in secessum mitti; & nos credimus. Sed non omnia quae in os intrant in secessum ire concedimus: Non enim sententia illa Dominica; nisi de cibis qui ad sustentandam huius mortalitatis Corporis vitam ingeruntur, competenter intelligi potest. Nemo est enim qui de eo, quod Saluator post resurrectionem suam comedit, sicut nec de Angelis qui apud Abraham comederunt; id vel audeat suspicari. Sicut igitur cibus corruptibilis, cum ab immortalibus sumitur, haec secessus lege congrue creditur non teneri: ita cibus incorruptibilem, quod est Corpus Domini, cum a mortalibus editur, secessus necessitatem pati nephas est arbitrari. Absit enim vt inhonestam Corporis egestionem cibus ille sustineat: qui Corpus & animam ad aeternam honestatem parat. Sed si cui hoc quod diximus fortasse non sufficit: audiat quod de ipsis nostris incorruptibilibus cibis Phisici, & medici maxime, certissima ratione doceant: dicentes, partem ciborum & potuum eam videlicet quae corpulentior & corruptior est, per secessum egeri: partem autem subtiliorem & vtiliorem, vt natura per diuersas Corporis partes distrahi, & in Carnis naturam ac Sanguinis versum iri: partem vero a

Alias inculato.

Augustin. Eusebius.

Matth. 15.

Gen. 18.

liam, subtilem quidem, sed minus vtilem, per partes corporis similiter transfusam, per poros evaporari: partem autem residuam, neque tantisper subtilem, neque adeo ut prima est, corpulentam, per fluxum narium aut per sputa, vel quolibet simili modo iactari. Quæ si ita sunt, imò quia ita sunt: non igitur cibus qui in ventrem vadit, omnis in secessum emittitur. Sed neque Dominus hoc in Euangelio dixit. Illud quidem ex sententia Domini intelligitur, quod omnis cibus & potus, qui ad sustentandum corpus in os intrat, in ventrem naturaliter vadit: non tamen dicit, & omnis in secessum emittitur, sed tantum dicit, & in secessum emittitur, de parte videlicet omnibus notissima loquens. Et hæc quidem quantum ad hunc locum attinet, de hac sententia Evangelica dixisse sufficit. Cæterum si quis hanc Domini sententiam enucleatius sibi exponi desiderat, expositiones Evangelicorum studiosus legat. Nobis enim in præsentiarum hoc tantum dixisse sufficit, ne quis nos existimet Dominicæ sententiæ contraire. Siue autem hoc modo, siue quolibet alio, prædicta quæstio de sententia Domini conuenientius soluat: hoc interim quod ad susceptam disputationem satis est, constat: scilicet, quia nō omnē quod in os intrat in secessum emittitur. Frustra igitur & hæc nobis offertur obiectio: quia nullo modo per eam impedimur, quod de mensa Domini sumimus, Corpus & Sanguinem Domini credere, cum tam multa alia sciamus, quæ in os intrant, in secessum non ire.

Illud nunc quod addunt ex se, videamus. De istis, inquit, Sacramentis, si multi panes & multa vina sacrentur, potest quis longo tempore viuere nihil aliud comedens aut bibens, vnde igitur secessum habebit tempore illo, si non ista secessum petant? Illud equidem ego confiteor, quoniam ex virtute sacrosancti corporis, si placet ita Deo, propter aliquam quam ipse nouerit causam: non dico ex multitudine panum, sed vel ex modica portiuncula potest quis longo tempore melius, quam ex omnibus huius mundi epulis sustentari. Nam si Helias, ex virtute refectionis illius quam ex duobus subcineritiis panibus & modico aquæ Angelo ministrante perceperat, quadraginta diebus totidemque noctibus vixit: quanto magis ex virtute huius cælestis diuini que conuiuij, in quo non iam subcineritios panes, & aquam de manu Angeli, sed ipsius Verbi Dei propriam Carnem & Sanguinem de manu eiusdem sumimus Christi, potest quispian nullo alio cibo vtens, si quando ita voluntas Dei est, optime sustentari? Denique & hoc de quibusdam sanctis patribus legimus, qui nullum aliud fumentes prorsus edulium, sola communionem Dominicam, diebus tantum Dominicis saginati, multis annis vixerunt.

Hoc igitur concedere possumus, posse videlicet aliquem ex virtute dominici corporis per diuinum miraculum longo tempore viuere: secessum autem ei posse fieri exinde, omnino denegamus. Si quid sane interim habet secessus, aut ex reliquis præteritorum ciborum, aut ex defectu sui corporis id esse necesse est. Sed hoc, inquit Berengarius, iam manifestè probatum est (ita enim nonnulli pro eo nobis responderunt) neque ex reliquiis præteri-

Helias. 2. Reg. 16.

Solo Sacra mento polle que sustentari.

Christia- norum indignatio contra Sacramentis.

Ne omnes canonicis, qui idcirco non notentur, hinc temeritate, caueant.

deest corpore.

Augustin. Li. 1. c. 18.

torum ciborum, quippe propter diuturnitatem longi temporis iam consumptis, neque ex defectu propria carnis quippe consueta corporis pinguedine permanente, Eucharistia pastos habuisse secessum. O hæretica malicia, hocce experimento ausa es probare? hoc te probasse ausa es dicere? hoc manifeste ausa es propalare? Quam immanissima audacia, nec præsentis Dei tremendam maiestatem in experiendo pertinuisti, nec Christiani populi pro tanto scelere dignè scaturam indignationem in referendo formidasti? Hic ego tamen quæro, quando vel à quo istud probatum est. Si enim antiquis temporibus id probatum esse dicat: cum nullus hoc auctorum probabilium referat, nullo modo credendum est. At si propinquis temporibus probatum est, quis probauit? Catholicæ partis equidem nullus. Quis enim hunc sacratum panem Christi corpus verè esse credens, de experiendo tam nephandissimo scelere cogitaret? Quod si ipse, vel suæ partis quispiam panes multos, aut per grandem vnum, tale quid probaturus sacrauit: nos de Missa infidelium & maxime tantum nephas probare volentium, quicquid eis contigerit, non magnopere iam curamus. Non enim nisi apud eos, qui verba Christi per virtutem diuinam tantæ rei operatoria esse credunt, panem & vinum in carnem & Sanguinem Domini transire necessario credimus. Apud eos autem qui fidem huius rei tenent, hanc mutationem per verba Christi necessario fieri & credimus, & confirmamus. At si fortè aliquando quemlibet simplicem, catholicum presbyterum ignorantem ad quid hoc fieret, vt plures sibi panes, aut vnum maximum faceretur, ob id ipsum experimentum decepit: aut suæ partis quispiam forte cum Catholicis Missam celebrans itidem fecit: Corpus equidem Christi, quod Sacratum est credimus, sed aut nunquid in secessum iste, aut eodem tempore Domini inuisibiliter absumpto, dignum fallendis resellendisque hæreticis qui secessum faceret panem ab Angelis siue à malignis spiritibus repositum respondemus. Nam in Vitis Patrum (quas & si Berengarius recipere non vult, ad instructionem tamen aliorum hoc proferram) legitur, quod aspiciente quodam sanctissimo patre, cuius ad id cernendum Deus oculos aperuerat, quibusdam indignis communicaturis Corpus Domini inuisibiliter Angelus subtrahens, carbonem portigebat, contra hanc de secessu quæstionem posteros fortasse præmunens. Non quod id semper indignis communicaturis faciat, sicut de hac re volente Deo posterius ostendemus. Sed & beatus Augustinus, quem saltem Berengarius nunquam respuit, in libro de Ciuitate Dei, similem subtractionem per Apostatas Spiritus factam de Ephigenia Virgine, regis Agamemnonis filia, dicit, asserens, quod cum à patre diis immolanda esset, vt miraculi nouitate miseros homines altius falleret, diabolus eam subtraxerit, pro qua interim alicubi sumptam ceruam supposuerit. De quodam etiam suis temporibus magna contigisse mirabilia refert, qui inter iumenta videbatur in specie caballi frumenta subuchere, cū ipse interim grauissimo sterteret velut somno oppressus, & ejus specie assumpta diabolus, ac deinde coram hominibus in caballum transformatus

formatus frumenta portaret. Quocirca, quoniam vel in Missa non credentium virtutem verbi dominici, corpus Domini non fit, vel certe corpore Domini diuina virtute, vel Angelico ministerio inuisibiliter ablato, potest hæreticis secessui congruus panis, aut ab Angelis, aut à dæmonibus subici: iam de tali experimento Berengarius, & sequaces eius contra Ecclesiam Dei desinant oblatrare, cum salua vsquequaque in sacrosanctis mysteriis Dominici corporis veritate, magis ipsi altius in sua stultissima curiositate conuincantur errare. R o g e r. Reuera Dei gladio armatus multiplicem serpentem quæstionis huius mira viuacitate concidisti. Et ego gratias ago Deo: quia de quo vehementer angebar, sufficienter mihi satisfactum esse conspicio. G v i t. Nonne & illud audisti in quo vel maxime deridendo Catholicos, gloriatur? R o g e r. Quidnam illud? G v i t. Christus, inquit, nunquam fuerit seminatus, neque collectus in agris. Sed ista fuerit seminata in agris & collecta: quomodo ergo possunt esse Corpus Christi? R o g e r. Hoc profectò argumentum vel nunquam audieram, vel mente excesserat: cui quid responderi congrue debeat, abs te consequenter exponi desidero. G v i t. Irridenda planè hæretici insana derisio. Quis est enim hominum, in cuius carnem manducata non mutentur ea quæ fuerunt seminata & collecta in agris? Quo fit vt omnes homines, qui vescuntur his, quæ in agris seminata & collecta sunt, seminati & collecti in agris possint dici. Et sic falsum est quod ait Berengarius, Christus nunquam seminatus est neque collectus in agris. Aut si propter hanc causam nullus homo seminatus vel collectus in agris creditur; quid ergo impossibile est, si in Christi Corpus neque seminatum in agris, neque collectum, ea quæ in agris seminata & collecta sunt conuertantur? Sed neque ea, quæ fuerunt in agris seminata & collecta, conuerti hic dicimus. Panem enim in carnem conuerti hic dicimus: panis verò nunquam in agris seminatur vel colligitur, sed grana ex quibus conficitur. Quod si ita est, falsum ergo & illud est, quod ait Berengarius, ista fuerunt seminata & collecta in agris. Rideatur igitur & in his, nec timeatur vanus irrisor: cum omnia firmamenta oppositionum eius, velut araneorum telæ, conatu facili disrumpantur. R o g e r. Recipienda dignissime & toto corde amplectenda videntur mihi cuncta quæ dicis. G v i t. Hæc igitur sunt omnia, in quantum adhuc audiui, quibus tanquam rationibus Berengarius, & fautores sui contra Ecclesiam Dei hæcenus cauillati sunt. Quibus arbitrator sufficienter explosis, iam nunc ad ea quæ de scripturis sanctorum patrum sibi videntur sumere patrocinia veniamus. R o g e r.

Augustinus in libro de Doctrina Christiana, cibum Dominici Altaris signum & figuram, vt ipsi asserunt, nominat, dicens: Hoc verò tempore posteaquam per resurrectionem Domini nostri manifestissimum iudicium nostræ libertatis illuxit, nec eorum quidem signorum quæ iam intelligimus operatione graui onerati sumus: sed quædam pauca pro multis, eademque factu facillima & intellectu augustissima & obseruatione castissima, ipse Dominus, & Apostolica tradidit disciplina: Si

Augustinus de Doctrina Christiana lib. 2. cap. 9.

cuti est baptismi Sacramentum, & celebratio corporis & Sanguinis Domini, Quæ vnusquisque cum percipit, quò referantur imbutus agnoscit: vt ea non carnali seruitute, sed spiritali potius libertate veneretur. Vt autem litteram sequi, & signa pro rebus quæ his significantur accipere, seruilis infirmitatis est: ita inutiliter signa interpretari, male vagantis erroris est. Audisti igitur, inquit, quod Sacramenta, altaris signa dicit? Deinde infert: Quæ vnusquisque cum percipit, quò referantur imbutus agnoscit: vt ea non carnali seruitute, sed spiritali potius libertate veneretur. Audisti quia non carnali seruitute, sed spiritali potius libertate veneranda esse ista dicit? Et quasi quæres, quid est carnali seruitute signa venerari: litteram, inquit, sequi: & signa pro rebus quæ his significantur accipere, seruilis infirmitatis est. Item in sequentibus: Si autem flagitium aut facinus iubere, aut utilitatem & beneficentiam videtur vetare: figurata locutio est. Nisi manducaueritis, inquit carnem filij hominis & Sanguinem biberitis, non habebitis vitam in vobis, facinus vel flagitium videtur iubere: figura ergo est præcipiens passioni Domini esse communicandum, & suauiter atque utiliter recondendum in memoria, quod pro nobis caro eius crucifixa & vulnerata sit. Audisti ergo, aiunt, figuram; Quid amplius requiris? Adde tamen quod apud omnes Ecclesiasticos auctores, sed & in collectis Missarum quas vbique Ecclesia celebrat, panis Altaris, dicitur Sacramentum: quod est sacrum signum. G v i t. M v n. O viri insipienter sapientes, nec Augustinum, nec cæteros auctores sanctos, nec consueta Ecclesiæ verba intelligentes, aut certe male peruerentes præclara diligentia. Nusquā etenim Augustinus in libro de Doctrina Christiana cibum Altaris Domini, signum vel figuram vocauit sed celebrationem Dominici Corporis signum dixit, quod idem & nos credimus. Nam quoties celebratio Corporis & Sanguinis Domini agitur, non equidem Christum iterum occidimus, sed mortem eius in ipsa, & per ipsam celebrationem memoramus: Estque ipsa celebratio, passionis Christi quædam commemoratio. Commemoratio autem passionis Christi, ipsam passionem significat. Celebratio igitur Corporis & Sanguinis Domini, passionis Christi est signum. Et hoc est quod ait beatus Augustinus: Hoc verò tempore, posteaquam per resurrectionem Domini nostri manifestissimum iudicium nostræ libertatis illuxit, nec eorum quidem signorum quæ iam intelligimus operatione graui onerati sumus, sed quædam pauca pro multis, eademque factu facillima, & intellectu augustissima & obseruatione castissima ipse Dominus & Apostolica tradidit disciplina: sicuti est baptismi Sacramentum & celebratio corporis & Sanguinis Domini. Quod verò addidit, quia sequi litteram, & signa pro rebus quæ his significantur accipere seruilis infirmitatis est: de signis veteris testamenti, de quibus tunc loquebatur hoc dicit. Reuera enim seruire erat & infirmum secundum litteram tantum circūcidi; pecudes immolare; neomenias & sabbata celebrare, agnum, petram, & cætera huiusmodi quæ Christum significabant, pro Christo accipere. Quod si etiam de celebratione dominici corporis,

Li. 3. ca. 16

Ioan. 6.

Missarum collectæ.

quam signum vocavit, hoc Augustinus dixit, & nos vltro sequimur. Nam cum dicimus in celebratione Dominici corporis Christus immolatur, nemo carnaliter hæc secundum litteram debet accipere. *Christus enim semel mortuus, iam non moritur, nisi ultra non dominabitur.* Sed dum passionem eius, missas celebrando memoramus, pro nobis olim mortuus designatur. Denique si quis dicat: Celebratio dominici corporis est Dominica passio tanquam carnaliter sentiens à nobis repellitur. Non est enim celebratio ipsa dominica passio: sed Dominica passio iam peractæ significatiua commemoratio: Vbi autem sequitur Augustinus dicens: Si autem flagitium aut facinus iubere, aut utilitatem & beneficentiam videtur vetare, figurata locutio est: *Nisi manducaveritis Carnem filij hominis, & Sanguinem biberitis, non habebitis vitam in vobis, facinus vel flagitium videtur iubere.* Figura ergo est, præcipiens passioni domini esse communicandum, & scilicet atque utiliter in memoria recondendum, quod pro nobis caro eius crucifixa, & vulnerata sit. In qua re facinus vel flagitium videatur præcipere, ipse Augustinus in alio loco satis diligenter exponit: Non nostram opinionem in verbis Augustini sequamur: sed ipsum se diligentissime exponet audiamus. Exponens enim Psalmum nonagesimum octavum, sic dicit. Durum illis vitam est quod ait, *Nisi quis manducaverit carnem meam, non habebit vitam æternam.* Acceperunt stulte, carnaliter illud cogitauerunt: & putauerunt quod præcisurus esset Dominus particulas quoddam de corpore suo, & daturus illis & dixerunt, *durus est hic sermo.* Sed & super Euangelium secundum Ioannem, vbi hæc eadem verba copiosius tractavit, hoc ipsum flagitium vel facinus quod eum præcipere putabant, laxissima expositione profecutus est dicens: *Hoc vos scandalizat, quia dixi carnem meam de vobis manducare, & Sanguinem meum bibere: Hoc vos nempe scandalizat. Si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius. Quid est hoc? Hic soluit quod illos mouerat, hic aperuit vnde fuerant scandalizati: Hic plane si intellexerent. Illi enim putabant erogaturum Corpus suum, ille autem dixit se ascensurum in caelum vti que integrum. Cum videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius, certè vel tunc videbitis, quia non eo modo quo putatis, erogat Corpus suum: certe vel tunc intelligetis, quia gratia eius non consumitur moribus. Et iterum: Isti autem cito defecerunt, talia loquente Domino Iesu. Non crediderunt aliquid magnum dicentem, & verbis illis aliquam gratiam cooperientem: sed prout voluerunt ita intellexerunt, & more hominum, qua poterat Iesus aut hoc disponebat Iesus, carnem quia indurum erat verbum, veluti concisam distribuere credentibus in se. Et paulo post: Quid ergo? Non prodest quicquam caro? non prodest, quicquam: sed quomodo illi intellexerunt. Carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur, non quomodo Spiritu vegetatur. Et iterum: *Spiritus est qui vivificat, caro autem non prodest quicquam,* sicut illi intellexerunt Carnem, non sicut ego do ad manducandum meam carnem. Certè ergo satis in his verbis*

Rom. 6.

Ioan. 6.

August. in Psalm. 98.

Tract. 27.

declaravit sanctus Augustinus quod flagitium vel facinus videbatur Dominus iubere: hoc videlicet, quod eis qui audiebant, durum visum est. Vnde & scandalizati sunt, quia acceperunt, inquit, stulte & carnaliter. Sed quare stulte & carnaliter? Quia putauerunt, inquit, quod præcisurus esset Dominus particulas quoddam de corpore suo & daturus illis: putauerunt quod gratia eius consumeretur moribus, & carne quia indurum erat verbum veluti concisam, quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur, distribueret credentibus, non sicut Spiritu vegetatur. Hoc est ergo facinus vel flagitium, quod, vt ait beatus Augustinus, videbatur Dominus iubere, non quia facinus aut flagitium iuberet iubendo manducari carnem suam, sed videtur (inquit) iubere, illis videlicet, qui putauerunt, quod hoc iubendo, necessario etiam se iuberet occidi, & membratim conscindi, atque ita demum carnem eius crudam vel coctam manducari. Proinde ergo figura est, inquit, in hac locutione. Hic iam ostrepit, hic iam adgaudet fortassis vmbromaticus, Noli præposterè, Vmbatrice, noli præcipitanter gloriari: cuius rei figura dicatur hic esse, patienter & diligenter aduerte. Figura ergo est, ait Augustinus, præcipiens. Quid præcipiens? Quid figurans? Hoc enim figurat, quod præcipit, Passioni Domini, inquit, communicandum, & suauiter atque utiliter recondendum in memoria, quod pro nobis caro eius crucifixa, & vulnerata sit. Deo gratias. Quicquid igitur illud est, quod Augustinus hic figuram appellat (nam quid figuram dicat in his eius verbis agnosci non tam facile potest) non vti que corporis domini, sed crucifixionis eius & vulnerationis, hoc est, occisionis nostræque communicationis cum ea, id est, vt imiteretur Christum & communicemur passioni eius, compatiendo, manifestissime figuram esse demonstrat. Paulo quoque Apostolo concordante, qui ait: *Quotiescunque panem hunc manducabitis, & calicem Domini biberitis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat.* Quod si quæramus quid hic figuram Augustinus dixerit, nihil vti que tam congrue videtur occurrere, quam id quod paulò superius doctor idem iam dixerat, id est, celebratio ipsa corporis & Sanguinis Domini. Quas ob res, stulte & insipientissime Berengariani librum de Doctrina Christiana nobis obiciunt, cum cibus Altaris Domini nusquam ibi figura, nusquam ibi signum dicatur: & quicquid illud sit, quod signum ibi & figura dicitur, non vti que signum & figura corporis & Sanguinis Domini, sed passionis Domini & nostræ communicationis cum ea, certissime demonstratur. Porro autem si ipsam Eucharistiam contentiose asserunt ab Ecclesia vocari signum & figuram (vocat enim Sacramentum, id est, sacrum signum) quid sibi quæso in hoc conferent, quid nobis oberunt? Nos quippe illam non veremur dicere figuram & Sacramentum. Hic fortasse respondebit vmbromaticus, quod & dicere solitus est: Si figura est, quomodo veritatis? Si Sacramentum, quomodo veritas? O male cordati hominis insulsißima ratio: Non legisti in Euangelio ipsum Christum signum appellari? dicente Symeone: *Ecce hic postus est in vitam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui*

Quomodo eucharistia sit figura.

genum cui contradicatur. Et in Canticis Canticorum A ipse ad sponsam suam dicit: *Pone me vt signaculum super cor tuum.* In Esaia quoque legitur: *Erit radix Iesse, qui stat in signum populorum.* Quapropter si Christus, & verus Christus est, & signum: nihil nos impedit, si hoc quod de Altari Domini fumimus, cum sit verum Christi corpus, dicatur & signum. Sed cuius rei forsitan inquires, nisi Dominici corporis est signum? Et ego vicissim abs te requiro, cuius rei Christus est signum? Si mihi respondes, tu ipse quod interrogas soluis. Si illud mihi non respondes, nec me respondere hoc cogis. Ad instructionem tamen fidelium, de hac re sicut dominus dedit aliqua dicam: Christus enim, quoniam seipsum pro nobis obtulit, factus est nobis signum redemptionis. Omne enim precium translationis, eius rei cuius est precium, signum est. Christus igitur quoniam quidem redemptor noster est, de morte ad vitam ipse nos transtulit: & quoniam ipse est & precium nostrum, huius nobis translationis, id est, nostræ redemptionis est signum. Non absurdè ergo credimus, si simili quoque ratione cibum Altaris Domini, & propter virtutem diuinitatis in eo plenissime habitantis, nostræ salutis effectiuum, & quoniam precium nostrum est, eiusdem salutis nostræ credimus significatiuum. Christus denique inter Deum & homines mediator, dum nobis semper velut arcus in nubibus, ex diuina consistens & humana substantia, fulget in prædicatoribus, cumque pater pro nobis interpellantem semper aspicit, inter Deum & homines signum est fœderis sempiterni, iuxta quod scriptum est: *Ponam arcum meum in nubibus, & erit signum fœderis mei inter te & terram.* Huius quoque diuini fœderis, huius tam saluberrimæ pacis, sacrosancta Altaris oblatio, à nobis creditur signum. Sed & illud quod de virgine natus est Christus, nobis est signum quod & nos de matre virgine in Christo renascimur, quam desponsit Apostolus *uni viro virginem castam exhibere Christo,* quæ est Ecclesia. In Christo crescente profectum nostrum donec occurramus omnes in *virum perfectum,* præsignatum attendimus. Ipse dæmonia eiicit, sanitates perficit, tertia die consummatur. Et nos primo quidem vitia expellimus, virtutes deinde nutrimus, tertio perficimur. Et quid amplius referam? cum tota eius in hoc mundo carnalis conuersatio, omnisque secundum carnem dispensatio, nostræ vitæ Christianæ proponatur in signum? *Si enim dicimus nos in Christo manere, debemus sicut ipse ambulauit & nos ambulare.* Vt tamen & de sine aliquid memorem, idem crucifixus, mortuus, sepultus & resurgens, ad patris dextram deum ascendens: nonne iuxta Apostolum hoc nobis designat, vt quotidie sicut ipse præcipit, *crucem nostram baineamus,* quotidie huic mundo moriamur, *consepulti quoque etiam non attendamus præsentia,* sed sicut filij resurrectionis *ambulemus in noua vita,* vt post labores huius seculi conscendamus & nos ad cælestia regna: Si enim, ait Apostolus, *complantati fuerimus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus: hoc scientes, quod vetus homo noster simul crucifixus est cum illo, vt destruetur corpus peccati. Et quicunque baptizati sumus in Christo Iesu: in mortem ipsius baptizati sumus, consepulti ei per baptismum in mortem, vt quemadmodum Christus resurrexit à mortuis*

Cant. 3.

Esa. 11.

1. Tim. 2.

Genes. 9.

1. Cor. 11.

Luc. 13.

Ephes. 4.

1. Ioan. 2.

Luc. 9.

Col. 3.

Roma. 6.

per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Nam quod post hanc vitam bene gestam celestia petamus, omnium christianorum orthodoxorum testis est fides. *Scimus enim iuxta beatum Apostolum, quoniam si terrestres domus nostræ huius habitationis dissoluantur: quod habitationem habemus ex Deo, domum non manufactam in cælis.* In his igitur omnibus sua sanctæ Ecclesiæ signum nobis Christus occurrit, quod in cruce pendens sanctissima sua autoritate ipse confirmavit, dicens: *Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me.* Vbi enim pater eum, aut quando dereliquit, cum ipse dixerit: *Non sum solus, quia pater mecum est.* Et iterum: *Pater scio quia semper me auis.* In se ergo Ecclesiam suam quondam in Adam derelictam sine dubio figurabat. Cumque sicut nos Beatus Apostolus Paulus docuit, *ipse caput Ecclesiæ sit, & Ecclesiæ corpus eius: ipsum suum proprium, quod de beata Virgine sumpserat corpus, Corporis sui, quod est Ecclesiæ signum est, & figura, & Sacramentum. Quod videlicet Ecclesiæ corpus ad instar capitis sui, de Spiritu sancto & Ecclesiæ virgine corde nascitur: & ex omnibus gentibus, tanquam ex diuersis membris in vnum nouum hominem congregatur, Omnia porro hæc, per id quoque de altari Dominico sumitur, non incongrue credimus figurari. Nam vt inde facili compendio satisfaciam, neque tamen rationes altissimas diuinorum mysteriorum passim prodam: de hoc certè vniuersalis Ecclesia testis est, quia quotiescunque id fumimus, nos vti que Christianos esse, id est, spiritualiter natos ostendimus. Consequenter ergo & conuictos, & conuictos, & conuictos domino nostro per baptismum in mortem, sed & conuictos nos declaramus. Per hanc quoque vitia expellimus, per hanc nos in noua vita confirmari confidimus: per hanc postmodum perfectos, ad regnum æternum nos ascensos speramus. Iam verò quod vnitatem Corporis Ecclesiæ sacra figeret oblatio, non est necesse vt hoc probando laborem: Paulus enim id sufficienter declarat Apostolus dicens: *Panis quem frangimus, & calix cui benedicimus, nonne participatio corporis & Sanguinis Domini est: quia multi vni sumus in Christo.* Quod beatus Cyprianus intelligens in epistola ad Magnum quendam ita profecutus, Denique vniuersitate christianos firma sibi atque inseparabili charitate conexos, ipsa etiam Dominica sacrificia declarant. Nam quando Dominus Corpus suum panem vocat, de multorum granorum adunatione congestum, populum nostrum quem portabat indicat adunatum: Et quando Sanguinem suum vinum appellat, de botris atque acinis plurimis expressum atque in vnum coactum, gregem item nostrum significat, commixtione adunatæ multitudinis copulatum: Vnde & beatus Augustinus super Ioannem dicit: Hunc itaque cibum & porum, societatem vult intelligi corporis & membrorum suorum, quod est sancta Ecclesia. Et paulo post. Propterea quippe, sicut ante nos intellexerunt, ait, homines sancti Dei, dominus noster Iesus Christus, corpus & Sanguinem suum in eis rebus commendauit, quæ ad vnum aliquid rediguntur ex multis. Namque aliud in vnum ex multis granis conficitur, aliud vnum ex multis acinis.*

1. Cor. 5.

Mat. 17.

1. Ioan. 8.

1. Ioan. 11.

Coloss. 1.

Vetus Eucharistia.

1. Cor. 10.

Cyprianus lib. 1. epistol. 6.

Tract. 16.

Aptissimè igitur & rationabiliter; sacra oblatio; S iiii

cum aliorum multorum bonorum, tum etiam corporis Domini, id est, Ecclesie ex multis hominibus vel populis velut grana, inter duo testamenta, tanquam superiorem & inferiorem molam contritis, id est, humiliatis: per aquam baptismi, & ignem spiritus Sancti in unum collectae atque compactae, dicitur signum. Ipsi vero corporis quo diuinitas saluatoris proprie induta est, apud quempiam authorum, aut nusquam, aut vix signum aperte dici reperies. Vbi sane inuenitur Eucharistia dici Sacramentum corporis Domini, aut constructionem verborum sic resoluiamus: Eucharistia est Sacramentum quod est Corpus Domini, vt ipsa quidem sit vere corpus Domini: Sacramentum vero sit aliarum rerum, praedictorum videlicet bonorum, sicut solemus dicere: Deus est fons bonitatis, id est, fons qui est bonitas, & plenitudo diuinitatis, id est, plenitudo quae est diuinitas, & multa huiusmodi alia. Aut certe intelligimus, quod ipsa quidem sit Corpus Domini, ipsius videlicet verbi Dei proprium, & Corporis domini, quod est Ecclesia, sicut beatus Apostolus docuit, Sacramentum. Quod si vspiam inueniretur etiam ipsius corporis quo verbum Dei indutum est (quod tamen nusquam aut vix clare occurrit) Sacramentum dici: quid nobis officeret, in quo fidem nostram labefactaret? Nunquid enim nullum Sacramentum est, id cuius est Sacramentum? Aut nulla figura est id cuius est figura? Quid ergo de filio Dei in epistola ad Hebraeos Paulus dicit: *qui cum sit splendor gloria, & figura substantiae eius*, id est, patris? Nunquid non est filius id quod pater? Absit. Filius enim id omnino quod pater, est: & nihil aliud quam id quod pater est. Falsum est igitur dicere, quod nulla figura sit id cuius est figura. Denique & Christus olim docens, miracula faciens, iustissime inter homines viuens, manducans, bibens, dormiens, caeteraque nostrae humanitatis proprietates in se ostendens: quid nobis aliud quam seipsum Deum hominemque designabat? Sed & nunc quoque pro nobis interpellans, hodieque Corpus suum cum cicatricibus vultui patris ostendens: se pro nobis natum, passum, ac resurrexisse, atque ad caelos ascendisse designat. Idem igitur Christus sui ipsius est sacrum signum, id est, Sacramentum. Haec eadem quoque diuina nobis oblatio, sine fidei nostrae periculo signare potest. Cum haec igitur ita sint, eadem nobis per omnia, quae & Christus, Eucharistia nostra significare inuenitur: Et quarum rerum illa, earumdem & Christus Sacramentum. Quae cum ita sint nemo tamen idcirco dicit Christum vmbra Christi, & non verum Christum esse: nec corpus eius, quoniam corporis sui, quod est Ecclesia, & sui ipsius vt nunc ostendimus, significatiuum est: vmbraicum & non verum corpus existere. Nemo igitur dicat Eucharistiam nostram propter praedictas significantias, vmbra illius Dominici Corporis, quod diuinitas saluatoris sibi proprie induit, & non ipsum verum & proprium Saluatoris Corpus existere. Nam si ob praedictas significantias ipsa non est verum Christi & proprium Corpus: propter easdem significantias nec Christus erit verus Christus. Sed absit ab omnium mentibus hoc, vt quoniam tot tantorumque bonorum nobis est Sacramentum Christi

Heb. i.

stus, idcirco eius veritas vlatenus etiaueetur. Absit ergo pariter ab omnium cordibus, vt Eucharistia nostra, quoniam nobis eadem bona significat, idcirco verum Christi & proprium corpus esse negetur. Quapropter satis, vt arbitror, abundeque monstratum est, quicquid ex praedicta beati Augustini scriptura, aut ex nominibus, Sacramenti videlicet, & figurae, & signi, quae in vfu tenet Ecclesia, aduersarius obiicit, nostrae fidei nihil obesse: verum quam pueriliter etiam in aliis desipiat, ex his patere. ROGERIUS. Constat quidem, fatiisque probatum est nunc abs te, quia sui ipsius Christus est signum: verum tamen id quomodo esse possit, desidero plenius declarari. GVITMVND. Quid super hoc miraris: Res enim ita solennis est, vt neminem deceat dubitare. Quis enim hominum est (verbi causa) qui operans quilibet, vel etiam solo suo motu spontaneo, non significet se viuentem? Itaque fit, vt vnus homo in substantia semper idem, secundum diuersa opera seipsum significare possit. Ita ergo Christus substantialiter semper idem, tamen visibilia operans, se ipsum significat inuisibilia operante. Sed & verbo & habitudine, seu specie corporis his quibus aliquando apparuit, significauit se propitium vel iratum. Ad hunc quoque modum sacri Altaris oblatio, cum substantia corporis Christi veraciter sit: secundum visibilem speciem & visibilia mysteria, vel de ipso Domino, vel de eius Ecclesia, absque fidei nostrae periculo aliqua significare potest. ROGERIUS. Perge quo intendas, nam de his infanissimum est amplius dubitare. GVITMVND. Illud sane Berengarium mouere permixime solent, quod in expositione supra dicti nonagesimi octauo Psalmi beatus Augustinus de verbis Domini ad discipulos ita dicit: *Cum remansissent cum illo discipuli duodecim, instruxit illos, & ait illis: Spiritus est qui viuificat, caro autem nihil prodest. Verba quae locutus sum vobis, spiritus est & vit a sum.* Non hoc Corpus quod videtis manducatur estis, & bibitur illum Sanguinem quem futuri sunt qui me crucifigent. Si ergo, ait Berengarius, non hoc Corpus, neque illum Sanguinem: restat vt quod de Altari sumitur, vmbra tantum sit Corporis & sanguinis, & figura. Quod si superiora Augustini verba in expositione Evangelij vbi haec eadem verba Domini tractantur, diligenter aduertisset: nunquam ex his forsitan erroris huius calumniam perstruxisset. Sed infelix homo, diu in peste haeretica inueteratus suadente diabolo, cuius rebus penè inexplicabiliter implexus est, libentius omnes ingenij sui vires ad aucupandum vnus verbum, quo male intellexit, propagatam stultitiam munire videatur accommodat, quam diuinarum scripturarum providentissimam vigilantiam contra se valide reclamantem, vel tenuiter attendat. In eodem quippe Psal. haec praedixerat beatus Augustinus. Suscepit Christus de terra terram, quia caro de terra est: & de carne Mariae, carnem accepit, & in ipsa carne hic ambulauit, & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit. Si ergo ipsam carnem, quam de carne Mariae accepit, in qua hic ambulauit nobis manducandam ad salutem dedit, quomodo non hoc corpus, nisi quia ipsam carnem dat nobis manducandam in eadem substantia

Psal. 98.

Ioan. 6.

Argumentum super pronomine Hoc.

1. Cor. 1. Efa. 19.

substantia, non hoc autem corpus, id est, in eadem forma, ac si diceret: Corpus quidem meum, sicut audistis, dabo vobis, sed non secundum hoc quod videtis, id est, non tale quale videtis, non in hac forma, non in hac specie quam videtis. Alioquin cur addidit quod videtis, cum sufficeret dixisse non hoc: nisi quia hoc secundum essentiam, non hoc, secundum quod videtis? Denique vt hoc quod dicimus Augustinum sensisse, cognosceas, recense attentius quid in eis qui scandalizati sunt in expositione huius Psalmi vel Evangelij culpauerat. Certè enim substantiam illam quam cernebant oculis, datum iri sibi ad manducandum putabant: non panem, non aliud quicquam. Augustinus autem hoc stultè & carnaliter dicit eos accepisse.

Putauerunt enim, inquit, quod praesens esset Dominus particulas quasdam de corpore suo, & daturus illis. Putauerunt, quod gratia eius consumeretur mortibus, & carnem qua indutū erat verbum, non integram sicut ascendit in caelum, sed veluti concisam, vel quomodo in cadauere dilanatur, aut in macello venditur, distribuere credentibus: non quomodo spiritu vegetatur, id est, non viuam. Nam si spiritu vegetatur, viuam est. Quid ergo si putassent se accepturos carnem integram, non per particulas concisam, non mortuam, sed viuam, non sicut in macello venditur, sed viuam sicut spiritu vegetatur: nunquid errassent? Vtique non errassent. Dum enim culpantur, non ideo, quia illam carnem, id est, eiusdem substantiae se manducatos putabant: sed hoc solo, quia non integram, non viuam: atque consequenter absque culpa fuissent, si eandem, id est, eiusdem substantiae carnem se manducatos putassent integram & viuam. Quod si consequitur, imò quia consequitur: vide quam efficaciter Berengarij sententiam, omnemque vmbraicorum errorē profusus interimit. Quare si hoc modo, quo diximus, conuenientissime praedicta Augustini verba nulla circumstante parte scripturae reclamante, imò tota serie diligenter inspecta, & Evangelij expositione suadente, imò necessario cogente, intelligi possunt: quid sibi in his praesidij Berengarius contra nos collocat? quae, vt indulgentius loquat, etiam si in ambiguo essent: non magis sua parti, quam nostrae optularētur. Nunc autem cum & ipsius scripturae circumstantia, & tractatus Evangelij tam perspicua ratio, & vniuersalis Ecclesiae auctoritas, nostro sese intellectui conferant: nihil hic loci vltius habens haereticae corruptionis infectio conticeat. Aut certe, si quo pacto nostram se confidit reprobare posse sententiam, aut suam ostendere meliorem: aequo animo audire parati sumus. Non enim quicquam subterfugere volumus, quod non diligenter auxiliante Christo discutiamus. Hoc idcirco dico, quoniam me audisse existimo, quod Berengarius de pronomine Hoc, ad hunc modum ratiocinetur. Hoc inquit, pronomen est, Pronomina autem substantiam sine qualitatibus significant. Cum igitur dicit, non hoc corpus, de substantia corporis, non de qualitatibus dicit. Hic exclamare compellor iuxta Prophetam & Apostolum: *Vbi est literatus? Vbi trutinator verborum? Vbi legis verba ponderans? Nomen stultam fecit Deus sapientiam huius mundi, verè stultam dixerim hanc sapientiam; Nam*

eadem ipsi Grammatici, qui huiusmodi proprietatem partium orationis dixerunt, figuras etiam loquendi, quibus à sua proprietate partes, orationis decentissime plerunque deficiunt, tradiderunt, & mirifice laudauerunt. Quis denique est, qui quotidiano vsu loquens, aut dictans reprehendatur, si ita dicat: non sum ego ille qui quondam fui, tu non es is vel ille qui solebas; cum eadem substantia sit, sed qualitates diuersae: Sed & Dialectici, qui permittunt verba appendunt, quotidie res differre, & easdem esse, non tantum secundum substantiam, sed etiam secundum qualitates & dicunt & legunt. Quod si ille & is, & idem, pronomina sunt, & non semper substantiam, sed etiam qualitates apud doctissimos etiam persaepe significant: cur & (hoc) pronomen non possit idem pati: An quia Berengario non habenti vnde suam aliter muniat haereseum, id non placet: Placuit tamen summæ auctoritatis quibusdam autoribus Grammaticae artis, non solum figuratè qualitates in pronomibus posse accipi: sed etiam talis & qualis, quae propriae qualitatis significatiua sunt, inter pronomina numerari. Sed viderit ille peritissimus grammaticus Donatus, qui, qualis, & talis pronomina esse voluit qui dixerit. Ego enim de authoribus Grammaticae artis iudicare nunc opus non habeo, cum ipsa argumentatione aduersarij commodissime mihi vti possim dicens: Ipsa pronomen est, Pronomina autem substantiam significant sine qualitatibus: Cum igitur Augustinus dicit: In ipsa carne ambulauit, & ipsam nobis manducandam ad salutem dedit, substantiam carnis Christi, non figuram nos manducare dicit. Idem, hoc, pronomen est, Cum igitur idem Augustinus dixerit in sermone ad Neophitos, hoc accipite in pane quod pependit in cruce, & hoc accipite in calice quod effusum est de Christi latere: substantiam corporis & Sanguinis Christi, non figuram nos manducare & bibere declarauit. Haec igitur argumentatio tua; O quisquis ea niteris, si quidem infirma est: nobis adeo curanda non est. Si autem firma, plus nobis quam tibi prodest: cum eam tu non nisi in vno loco habeas, nos verò in multis. Cumque sibi Augustinus ita contrarius sit, aut non est iam recipiendus, aut in pluribus testimoniis magis, quam in vno credendus; facilius quippe in vno quam in pluribus vel ipse errare, vel codices eius ab aliquo falsatore corrupti potuerunt. Elige igitur quod placet, aut infirma est haec tua ratiocinatio, & nihil conficit: aut firma, & nobis plurimum proficit. Nam si infirma est, vbi dicitur, non hoc corpus, non de substantia dictum esse comprobatur. Si autem firma, vbi dicitur, ipsam carnem nobis manducandam dedit, & hoc accipite, & caetera similia, de substantia intelligenda esse confirmat. Aut si forsitan dicas, ego sic illa pronomina resoluiam: Ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit, id est, ipsius carnis figuram: & hoc accipite in pane, id est, huius corporis figuram accipite in pane, & ad hunc modum caetera. Si hoc, inquam, dicas: & nos eodem modo tuum pronomen resoluiamus dicentes, Non hoc corpus quod videtis dabo vobis, id est, non huius corporis figuram: non vmbra, sed veritatem dabo vobis. Illas enim tuas resolutiones, talis ratiocinatio sequitur. Si ergo resoluedi figuras in prono-

Talis, Qualis pro nomina.

August. in serm. ad Neophitos

minibus contra nos suscipis, qua fronte eadem A
 contra te recusare possis? Aut igitur eas adhibe,
 & tuas tibi umbras auferunt: aut respice, & nobis
 plurimum conferunt. Nam si prædictas resolutiones
 pronominum contra nos proponis: quod nobis
 opposueras capitulum, contra te & umbras tuas ma-
 nifeste conuertis. Si autem respicis, & substantiuam
 significantiam semper in pronomibus obstinate
 requiris: Augustinum in multis aliis, ut dixi, huic
 vni capitulo aduersantem, tibi que & sibi contrarium
 aut non recipimus, aut pluribus testimoniis magis
 credentes quam vni, concludimus quod optaba-
 mus, scilicet quia substantiuè non umbraticè Cor-
 pus Domini manducamus. Quaquauerum igitur
 fugias, ex his palam est, quia si doctorem præcipuum
 Augustinum, quo maxime nitentur, diligenter ad-
 uertis: huius erroris scilicet umbraticè peitem ab-
 que vlla respiratione profus euisibilis. Proinde hac
 dissoluta calumnia, ad illud etiam quod de epistola
 sancti Augustini ad Bonifacium Berengarius ob-
 iicit, tranficamus. Quia in re contentionis amore
 magis quam ratione aliqua, laborare satis aperte vi-
 detur. Quod enim ait sanctus Augustinus. Sicut
 Sacramentum Corporis Christi, secundum quen-
 dam modum corpus Christi est: & Sacramentum
 Sanguinis Christi, secundum quendam modum
 Sanguis Christi est, ita Sacramentum fidei, fides
 est: non id de Sacramentis nostri Altaris est ne-
 cesse intelligi. Generaliter enim de Sacramen-
 tis dixerat. Si enim sacramenta quendam simi-
 litudinem earum rerum quarum Sacramenta sunt,
 non haberent: omnino sacramenta non essent.
 Ex hac enim similitudine plerumque iam Sacra-
 menta ipsarum rerum nomina accipiunt. Deinde
 à genere ad partem descendens, per simile id quod
 intenderat conclusit, dicens: Sicut ergo secun-
 dum quendam modum Sacramentum corporis
 Christi, est corpus Christi, & cætera, quod libera
 facultate intelligere possumus dictum esse de man-
 na, vel de pane & vino Melchisedech, vel de aliquo
 veterum sacrificiorum, quæ sacramenta corporis
 & Sanguinis Christi fuerunt. Possunt enim quo-
 dammodo per figuram corporis & Sanguinis Chri-
 sti appellari, sicut petra vocatur Christus, Et ideo
 non satis attendit homo quid opponat. Nam & si
 ex abundanti de Sacramentis quoque Altaris no-
 stri dictum id velimus accipere, fidelis & facilis in-
 telligentia pater. Cum enim Sacramenta nostra sint
 substantiuè corpus illud quod est filij Dei proprium,
 sunt quodammodo per figuram ipsum corpus Chri-
 sti, cuius sacramenta sunt: id est, Ecclesia. Quod in
 expositione super Ioannem confirmat Augusti-
 nus his verbis: Hunc itaque cibum & potum so-
 cietatem vult intelligi corporis & membrorum
 suorum, quod est sancta Ecclesia. Huius rei Sacra-
 mentum, id est, vnitatis corporis & Sanguinis
 Christi alicubi quotidie, alicubi certis interual-
 lis dierum in Dominica mensa præparatur, & de
 Dominica mensa sumitur. Idem in quodam ser-
 mone de Sacramentis: Quia passus est, inquit, pro
 nobis, commendauit nobis in isto Sacramento San-
 guinem suum & corpus, quod etiã fecit & nos ip-
 sos. Nam & nos ipsius corpus facti sumus, & per
 misericordiam ipsius quod accipimus, nos sumus;

Berengarij
obiecçio.

Genes. 14.

1. Cor. 10.

Traçt. 16.

Ecce quomodo cibum & potum Altaris dixit esse
 quodammodo societatem corporis, quod est Ec-
 clesia. Non quod ipse cibus & potus sit ipsa socie-
 tas, sed ipsius societatis Sacramentum: & hoc quod
 accipimus, dixit quodammodo esse nos, quia no-
 stri est Sacramentum. Ita ergo corpus Christi pro-
 prium est quodammodo per figuram illud corpus
 Christi cuius est Sacramentum, quod est Ecclesia.
 Nec mirum cum ipse Dominus per prophetam di-
 cat: *Indumento iustitie circumdedit me, quasi sponsam deco-*
ratum corona, & quasi sponsam ornatum montibus suis. Se
 dicit sponsam, quia ipse sponsus est: se dicit spon-
 sam, quia ipse est quodammodo illud Corpus suum,
 quod est Ecclesia, cuius ipse est Sacramentum. Hanc
 intelligentiam nobis aptissime similitudo secuta
 commendat: Sicut enim dicimus proprium cor-
 pus Domini, alterius sui corporis quod est Eccle-
 sia, Sacramentum: sic baptismum visibilem, Alte-
 rius, inuisibilem scilicet baptismi, cognoscimus Sa-
 cramentum. Est namque baptismus exterior, aqua
 visibilis, carnem abluens: Est baptismus interior, fi-
 des inuisibilis, animam simili modo purificans, te-
 ste beato Apostolo qui ait: *Fide mundans corda eorum.*
 Et iterum, *Sic & vos saluos facit baptismus, non carnis de-*
positio sordium, sed conscientie bonæ interrogatio in Deum.
 Proinde satis conuenienter, & sana fide intelligere
 possumus dixisse Augustinum, sicut Sacramentum
 Corporis Christi, id est, sicut illud proprium filij
 Dei corpus, quod est Sacramentum Corporis Chri-
 sti, quæ est Ecclesia, secundum quendam modum
 Corpus Christi est, illud scilicet cuius est Sacra-
 mentum, quod est Ecclesia. Ipse enim sponsus, ipse
 secundum quendam modum & sponsa: ita Sacra-
 mentum fidei, id est, exterior baptismus, pro eo quod
 fidei signum est, secundum quendam modum fides
 est. Offendit adhuc Berengarium sanctus Petrus de
 Domino dicens: *Quem oportet cælum suscipere, & que in*
tempora restitutionis omnium. Si vsque in finem, ait Be-
 rengarius, cælo suscipi debet: nunquam de cælo
 exit, vt in terris aliquando teneri possit. Nos crede-
 bamus Christum in cælo regnare: iste verò ita in-
 carcerari, vt etiam si velit corporaliter vsque in fi-
 nem miseras non possit terras visere. Et Augustinus
 in libro de Ciuitate Dei dicit, vnum quæque fan-
 ctorum ad tantam gloriam peruenturum, vt vbi-
 cunque voleret suus spiritus, continuo sit & corpus:
 Et Berengarius asserit, Christum ad tantam impo-
 tentiam deuenisse, vt qui de terra suum corpus ele-
 uauit ad cælum, non possit illud vsque in finem vel
 ad horam reddere terris: O nimium cæca vanitas,
 & vana cæcitas: Quis enim quotidiano vsu loquens,
 dicere metuat: Tot mensibus, vel tot annis in ciui-
 tate illa mansit ille, etiam si quotidie ad opus suum
 de ambitu exeat ciuitatis? In euangelio de Anna
 scriptum est, quia non discedebat de templo, cum
 tamen sæpius illam corporalis necessitas auocaret.
 Quapropter si ad terras Christum quoti die corpo-
 raliter descendere diceremus, beati Petri opposita
 nobis sententia non obesset. Sed abijt hoc à Chri-
 stianorum prudentia, vt sic dicamus Christum in
 terris sacrificari, vel manducari, vt necessario inter-
 rim deserat cælos. Ipse namque in cælis totus est,
 dum totum corpus eius verè manducatur in terris.
 Quod non esse habendum incredibile ex virtute
 diuinæ

Esa. 61.

Act. 15.
1. Pet. 3.

Aa. 3.

Lib. 11. vlt.
cap.

Beatus
Berengarius
aduersus
Berengarium
de
Eucharistia
lib. 11. cap.
11.

Exo. 7.

Psal. 113.

diuinæ potentia, & ex supradictis exemplis, scilicet
 cer vocis & animæ, satis facile comprobari potest.
 Quis verò risum tenere iam valeat, audiens Beren-
 garium ipsa Domini verba de Sacramentis inter-
 pretantem: Hoc, inquit, necessario panis, est Cor-
 pus meum, & hic calix necessario vinum. O impu-
 dentissima stultitia, & nimium patens, nec quid di-
 cat, nec quorsum tendat aspiciens. Quæ est enim
 hic necessitas, vt subaudiatur tam necessario panis
 & vinum, cum possit è contra congrue dici: hoc,
 subaudis corpus iam non panis, est Corpus meum:
 & hic subaudiatur, potius iam non vinum, est calix
 Sanguinis mei: Vel certe sic: Hoc, subaudiatur ha-
 ctenus panis, ex hoc iam est Corpus meum, non panis:
 Et hic calix, subaudiatur, haectenus vinum, ex hoc
 iam est Sanguis meus, non vinum. Vel certe sic ab-
 que istis subauditionibus: Hoc enim pronomen
 non est ad supradicta relatiuum, sed tantummodo
 demonstratiuum: Et ideo panis & vinum quæ su-
 pra in Euangelio nominata sunt, nulla hic necessi-
 tate subaudiuntur. Iam miscret me illius, & erube-
 sco pro illo. Quis enim nisi se ipse ita proderet, eius
 nominis virum tam pueriliter garrire, & tam friuo-
 le desipere, credere posset? Sed videamus per has tā
 necessarias subauditiones, tantus hic ratiocinator,
 quò peruenierit, quid confecerit, quid obtinuerit.
 Hoc, inquit, vt Sacramenta altaris panis dicantur
 & vinum. Huccine igitur totus labor ille tēdebat.
 Ad hoc solum ita te profudisti, vt nec tuæ senectuti
 parceres, quin te pro disputatore egregio, calum-
 niosissimum cauillatorem, pro constructore pēro-
 to, qualiumcunque panniculorum inertissimum &
 ineptissimum astutorem demonstrares? Quis enim
 id negat? Quis non id libenter fatetur, quod Sacra-
 menta Dominicæ mensæ rectè panis & vinum vo-
 cantur: vel quia panis & vinum prius fuerunt, vel
 quia panis & vini similitudinē substantialiter trans-
 mutata seruant? Sic namque serpens, qui de virga
 factus est, virga dicitur. Scriprum quippe est: *Deuo-*
rauit virga Aaron virgus eorum: id est, serpens qui de
 virga Aaron factus fuerat, serpentes eorum. Sic ho-
 mo quia inde factus est, sæpe terra, & puluis, & lu-
 tum vocatur, Sic etiam propter similitudinem di-
 cit Apostolus: *Petra erat Christus, Et in Psal. cani-*
tur. Ego sum vermis & non homo, cum substantialiter
 esset homo, sola similitudine vermis. Sic vltra nū-
 merum alia multa. Si igitur multæ res propter harū
 causarum alteram, rectè aliarum rerum longè di-
 uersarum vocabulis nuncupantur: quanto magis
 Sacramenta nostra propter vtramque hanc causam,
 rectè panis & vinum dici possunt, rerum videlicet
 quæ fuerunt multam retinētia similitudinem, cum
 substantialiter propriè Dominici Corporis & San-
 guinis teneant veritatem?
 Iam nunc illud quod Ecclesiasticæ orationis at-
 thoritate se conficere Berengarius aētitat, videamus;
 Ecclesia, inquit, in Missa quadam ita orat: Per-
 ficiant in nobis quæsumus Domine tua Sacramenta
 quod continent: vt quod nunc specie gerimus, re-
 rum veritate capiamus. Hic ergo ostendit se non
 habere rerum veritatem, sed speciem. Heus bone
 intellectus, quarum inquam, rerum speciem, non
 veritatem? Corporis inquit & Sanguinis Domi-
 ni. Bene. Considera ergo diligenter quod dicitur,

ac mihi responde. Quid est quod nunc specie gerimus?
 Corpus inquit, Domini specie, non substantiuè
 manducamus. Adde sequentia. Rerum veritate
 capiamus. Quid? In futuro ergo seculo Corpus
 & Sanguinem Domini verè & substantiuè man-
 ducabimus? Hoc quippe oratur, vt id quod nunc
 specie gerimus, quicquid illud sit, illud idem in ver-
 tate capiamus. Quare si semper in hoc seculo
 Corpus Christi vt tu deliras, specie, id est, umbra-
 tice comedimus: restat vt illud in altero seculo sub-
 stantiuè comedamus. Quòd si sentire absurdissi-
 mum est, quam stultissime interpretaris orationem
 prædictam, iam nec te ipsum latere putat. A capite
 igitur orationis quid velit scriptura dicere, diligen-
 tissime videamus. Perficiant in nobis quæsumus
 Domine tua Sacramenta quod continent. Supra
 iam diximus, & beati Apostoli Pauli verbis appro-
 bauimus, quod diuina Sacramenta vnitatem Cor-
 poris Christi, quæ est Ecclesia, designarent: & hoc
 est quod significando continent. Hoc igitur rogat
 Ecclesia dicens, Perficiat in nobis quæsumus Do-
 mine tua Sacramenta quod continent, id est, perfici-
 ant vt nos vere simus vnum Christi Corpus, vna
 Ecclesia, quod videlicet significant: vt quod nunc,
 id est, dum manducamus corpus filij tui specie ge-
 rimus, id est, figura tanti Sacramenti significamus:
 hoc rerum veritate capiamus, id est, reuera vnum
 Christi Corpus & vna Ecclesia simus. Iste credo in-
 tellectus possibilis est, iste & scripturæ est conueni-
 entissimus, & nobis vtilissimus, huc beatus Paulus
 Apostolus comprobat, huic totius Ecclesiæ fides
 concordat: aduersarij porrò vesaniam nullius au-
 thoritas munit, sed Ecclesia tota vt venenum mor-
 tiferum fugit: Non enim vlla profus vtilitas, non
 oratio ipsa commendat: sed absurditas intolerabi-
 lis: quæ illum sequitur, omnino recusat. Quis igitur
 pro bestiali, pro stultissimo, imò impossibili sen-
 su, vllatenus debeat impediri: cum habeat rationa-
 bilem & congruentissimum intellectum, ac sapien-
 tibus omnibus amplectendum? Vtrū ergo iam hæc
 sufficere æstimas, an adhuc plura requiris? ROGER.
 Mihi planè ad cunctum ista sufficiunt: miror quæ
 hæreticum suis obiectionibus prostratum, ac pro-
 priis retibus irretitum. c v r. Hæc quidem sunt,
 quæ ex libris beati Augustini vel ex nomine Sacra-
 menti seu ex oratione nunc discussa, Berengarium
 fidei nostræ obicere solere cōperimus. Si qua verò
 alia ex beato Augustino obicit, in virtute Christi
 confidens dico, quia diligenter animaduersa, aut
 pro nobis, aut non contra nos erunt. Proinde dis-
 putationis huius hic terminum faciamus: ea quæ
 restant alio initio, si voluerit Dominus, aggressuri.

LIBER III.

Hactenus oratio ea, quibus aduersa-
 rius & secundum rationes, & secun-
 dum scripturas contra Ecclesiam ni-
 tebatur, argumenta dissoluit. Quo-
 circa hostium machinis, Deo auxi-
 liante, copiose frustratis: etiam si nil amplius adde-
 remus, sola tibi Catholicæ fidei sufficere generalis
 consuetudo deberet. Illa enim sola firmissimè te-
 nenda est fides, etiam si valde impugnetur, quæ ca-

Ecclesie
quanta au-
thoritas.

tholica est. Quicumque enim vult saluus esse, sicut
sancti patres sanxerunt, & totus concinit mundus:
necesse est vt teneat Catholicam fidem. Quod si im-
pugnata fortissimè retinenda est: quanto magis si
omnia quæ sibi opponuntur expugnans, patet ipsa
inexpugnabilis, nullatenus relinquenda est? Sed
quoniam & valde multa ad roborandas adhuc par-
tes nostras; & aduersariorum diruendas, Deo iuan-
te addi possunt, & te sitienter ea desiderare certè
scitis orationibus Domino nobis fauente, de
sanctis scripturis adhuc aliqua proferemus, quibus
& hostis lubricus plenius prosternatur, & nostræ
partis robur inuincibile per propria argumeta nos-
tra amplius demonstratur. Ac primo quidem iux-
ta ordinem questionum, quod corpus Christi ve-
rum in substantia sua, non in vmbra Berengariana
concedimus, approbemus: Deinde contra impana-
tores Domini corporis vigilabit oratio.

Augustin.

In principio ergo disputationis nostræ quoniam
ex beato Augustino scandali penè totius videtur
esse principium, quid nobilissimus idem doctor de
sacrificio Ecclesie in expositione tituli tricesimi
tertij Psal. sentiat, videamus. Tractas enim quomo-
do David in manibus suis ferebatur coram Abime-
lech, ait: Hoc verò fratres quomodo possit fieri in
homine quis intelligat? Quis enim portatur mani-
bus suis? Aliorum potest portari homo in manibus,
suis nemo portatur: Quomodo intelligatur in ipso
David secundum literam non inuenimus, in Chri-
sto autem inuenimus. Ferebatur enim Christus in
manibus suis, quando commendans ipsum Corpus
suum ait: Hoc est Corpus meum. Ferebat enim il-
lud corpus in manibus suis. O sententia lucidissima,
O sententia fidelissima, O sententia verè beatissimo
& excellentissimo doctore August. dignissima: A
qua nulli est recedendum, Cui ab omnibus est re-
uerentissimè concedendum. Quod in David inquit,
& in aliis hominibus secundum literam non inue-
nitur, in Christo inuenitur. Quid illud? Ferebatur
enim, inquit, Christus in manibus suis, quando cõ-
mendans ipsum corpus suum ait: Hoc est corpus
meum. Si secundum literam, id est, sicut litera so-
nat, hoc in Christo inuenitur: non igitur vmbra-
tice, non figuratiuè, sed substantiuè Christi corpus
erat quod ferebatur. Si enim in Christo accipitur
hoc, vt isti volunt, secundum figuram, non secun-
dum corporis sui substantiam, quod ferebatur in
manibus suis: quomodo id inuenitur in eo secun-
dum literam? Nunquid secundum literam Chri-
stus est petra, & leo, & agnus, & serpens: cum sit hæc
omnia secundum figuram? Minime. Sed in Christo
inuenimus, inquit, quomodo intelligatur secundum
literam. Aliter enim nullo modo constitui potest o-
ratio, quæ de Christo concedit quod de David ne-
gauerat. Non igitur vt isti volunt, secundum figu-
ram, sed secundum substantiam. Diligenter quæso
omnis prudens lector aduertat, quàm efficacissime
hinc omnia hæreticorum istorum sophismata ex-
cludantur.

Augustin.
Psal. 33.

Ponamus enim, si placet, quod aduersarij hinc
dicere possunt: vt quid sequatur clarius elucescat.
Cum enim ait: Ferebatur Christus in manibus suis,
& deinde Ferebat illud corpus in manibus suis: Si
aduersarij nostri hoc pro sua parte sic exponunt:

A Ferebatur Christus in manibus suis, id est, ferebat-
tur vmbra tantum vel figura Christi non substan-
tia in manibus suis: & ferebat illud corpus; id est,
vmbra vel figuram illius corporis, non substan-
tiam. Si hoc, inquam, ita exponunt, hoc idem in
David, hoc idem in omnibus ferè hominibus in-
uenire possumus. Quis enim ferè hominū aliquam
sui figuram, in qua non sit substantia sua (verbi gra-
tia, vel statuam vel picturam) in manibus suis ferè
non possit? Sed hoc, inquit, in ipso David non in-
uenimus: & manibus suis nemo portatur. In Chri-
sto autem, ait, inuenimus. Quoniam ergo dicit in
Christo inueniri, quod in David, & in aliis homi-
nibus quomodo intelligatur non inuenit: Facile au-
tem aliquam figuram sui, in qua nihil sit de substā-
tia sua, manibus suis ferè & David & ceteri homi-
nes intelligi possunt: restat manifestissimè, & absq;
vilo scrupulo sentiendum, quod non figuram tan-
tum vel vmbra, sicut aduersarij nostri dicunt, sed
substantiam sui corporis iuxta Augustinū ferebat
Christus. Quid hic vmbra tice respondebit? Vbi
in tanta luce lucifuga nostri vmbra parabunt?
Ecce Augustini manifestissima documenta recita-
tur: nihil in eis scrupulosum, nihil ambiguum. Aut
de his se explicent, aut Augustinum nobis obliuere
desistant: & sicut Augustinus testatur, veritatè Do-
minici corporis nobiscum credat. Sed forsitan hoc
non aduerterant scriptum. Si enim hoc fideliter at-
tendissent: adhuc suā hæresim ex beato Augustino
non traxissent. Nam quicquid ex eo pro se decer-
punt: id attentè perspexerunt, sicut iam diximus; aut
pro nobis, aut certè nihil contra nos facit. Hoc ve-
rò quod nunc protulimus, tam manifestissime illos
destruit, vt qua exeant, nulla ratione inuenire que-
ant. Ita quippe scriptura perspicua, ita est omnino
cautissima: vt istorum garrulitas nulla penitus ter-
giversandi argumenta reperiat. Nam vt virtutem
eius quàm breuissime nunc ostendam, aut substan-
tiuè Corpus Christi erat quod Christus ferebat de
quo dicebat. Hoc est corpus meum, aut tantum fi-
guratè. Sed tantum figuratè non possunt pati præ-
missa, quibus dicitur, quia in aliis non inuenitur,
quod in Christo inuenitur. Alioquin inueniretur
& in aliis. Omnis quippe homo figuram sui, in qua
nihil de substantia sua est, ferè potest. Sed in aliis,
inquit, non inuenitur. Manibus enim, ait, suis nemo
portatur. Non igitur figuratè tantum, non vmbra-
tice: quapropter substantiuè Corpus Christi erat
quod ipse ferebat. Nō satis exprimere possum, quā-
tum in his beati Augustini verbis oblector, quan-
tūque super horum miserabili cæcitate admiror.
Ex his namque patenter ostenditur, quid voluerit
idem vir beatissimus intelligi in expositione mox
eiusdem tricesimi tertij Psal. vbi dixit: Nos ad eū
accedamus, vt Corpus & Sanguinem eius accipia-
mus. Illi de crucifixo tenebrati sunt: nos māducan-
do crucifixum & bibēdo illuminamur. Item alibi.
Hoc accipite, inquit, in pane, quod pepedit in cru-
ce: & hoc accipite in calice, quod effusum est de
Christi latere. Et in alio loco: Hoc biberunt postea
credentes, quod prius fuderant sequentes. Item in
alio quod supra iam diximus: Suscepit Christus de
terra terram, quia caro de terra est: & de carne Ma-
riæ carnem accepit, & in ipsa carne hic ambulauit,
& ipsam

Ambrosio.

Geruasij
scilicet &
Prothasij:
vide legen-
da ipsorum.

Lib. 6.
Cap. 1.

Id quod &
Arius ad-
misisset.

Exo. 11.

& ipsam carnem nobis manducandam ad salutem
dedit. Et multa alia in pluribus libris suis in hunc
modum. Cum igitur beati Augustini scripta vt sa-
cro sanctum prorsus, & intemerabile isti veneretur
& teneant: quid eos aliud iam, nisi fortè inolita diu
cæcitas remorari potest quin nobiscum credant?
Sed & tu doctor egregie, beatissime Ambrosi, spi-
ritualis pater beati Augustini, quem idem vir san-
ctissimus in libris suis, sanctum & beatum nominat,
cuius auctoritatem (teste Augustino) martyrum re-
uelator Paulus Apostolus commendat: quem beatus
Gregorius vir planè Apostolicus præ se gerit:
cuius doctrinam recipendam beatissimus Benedic-
tus, teste sancto Gregorio, sanctorum Prophetarum
spiritu plenus iudicauit: cui totius Ecclesie
Mediolanensis gloria specialiter attestatur, quem
merito fidei totus orbis veneratè amplectitur (non
enim tot & tanti testes si te in fide Catholica errare
scissent, tanto præconio te prædicassent.) Quid tu
inquam, de Sacramentis altaris sentias explanato.
Dixisti certè in libro tuo de sacramentis: Sicut ve-
rus Dei filius est Dominus noster Iesus Christus,
non sicut ceteri homines per gratiam, sed quasi fi-
lius per naturam, id est, ex substantia patris: ita vera
eius caro est, quam sumimus, & verus eius sanguis
est quem potamus. Teneo ergo te dixisse, quia vera
eius caro est quam sumimus, & verus eius sanguis
est quem potamus. Sed quatenus vera? Figuratè an
substantiuè? Doce per præpositam similitudinem,
cuiusmodi intelligamus hanc veritatem. Sicut ve-
rus Dei filius est, Dominus noster Iesus Christus.
Adhuc parum est. Potest enim sicut ceteri homi-
nes iusti filij Dei sunt per gratiam, & ipse secundum
quod homo est, dici verus filius Dei per gratiam: li-
cet ineffabiliter ampliore & excellentiore quàm
ceteri homines. Adde quod satis est. Non sicut ce-
teri homines per gratiam, sed quasi filius per natu-
ram, id est, ex substantia patris. Ita ergo dicis veram
eius carnem quam sumimus, & verum eius Sanguin-
em quem potamus. Quomodo verò ita? Id est,
non sicut ceteræ res, quæ propter aliquam gratiam
significationis, caro & sanguis Christi possunt dici.
(Sicut verbi causa, per gratiam figuratiuè caro &
sanguis Agni paschalis in Ægypto immolati, caro
& sanguis Christi possunt appellari: Eodem quo-
que modo & manna & cetera quàm plura simili-
ter.) Sed sicut caro & sanguis per naturam Carnis
& Sanguinis Christi. Aliter enim coaptari similitu-
do non potest, nisi quod ibi negat hic negemus:
quod ibi affirmat hic affirmemus. Quamobrem si
hanc similitudinè tam expresse positam sequimur:
id quod de altari sumimus, Christi carnem & san-
guinem substantialiter confitemur. Si enim sic ef-
fret dictum: Sicut verus Dei filius est Dominus no-
ster Iesus Christus, ita vera eius caro est quam su-
mimus, & verus eius sanguis est quem potamus: po-
terat equidem adhuc (vt dictum est) in ambiguo ef-
fere sententia. Nam Dominus noster Iesus Christus
secundum id quod homo est, verus Dei filius est:
sed per gratiam, vt diximus, non ex substantia pa-
tris. Ac per hoc dici posset, ita vera eius caro est quæ
sumimus, id est, per gratiam figuratiuè, non per
substantiam carnis: & de sanguine similiter. Quod
si doctor egregius sensisset, nihil amplius addidit-

fer. Quid enim necessarium erat addere, quod huic
sensui tam euidentissime contrarium esset? Nunc
verò tam diligentissime addita determinatio dicē-
tis: Non sicut ceteri homines per gratiam, Et ne qua
fortè hic erroris nubecula remaneret subiugentis,
Sed quasi filius per naturam: Et ne hoc etiam obscu-
rum videretur, expressius exponentis, id est, ex sub-
stantia patris: His (inquam) omnibus tam diligentissi-
mis determinationibus subiungendo, ita vera eius
caro est quæ sumimus, & verus eius sanguis est quæ
potamus: omnes aduersariorum calumiosas argumen-
tationes excludit, & carnem Christi & Sanguinem
substantiuè esse, quod sumimus & potamus, ostēdit.
Quare si contra te ipsum non disputas, o beate Am-
brosi, ab hac fide non dissentis. Si autem nō dissen-
tis: te vtique quàm Berengarium fatius est imitari.
Vidisti planè quid nobilissimus doctor hoc in lo-
co de Sacramentis altaris absq; vilo velamine sen-
tiant. Attende iam quàm breuiter quid etiam in alio
loco eiusdem libri dicat, Quid argumentis, inquit,
vtimur? Suis vtamur exemplis, incarnationisque
exemplo astruamus mysterij veritatè. Liquet quod
præter naturam ordinè virgo generauit: & hoc quod
conficimus corpus, ex virgine est. Quid quæris na-
turam ordinem in Christi corpore, cum præter natu-
ram sit ipse Christus partus ex virgine? Quid mel-
lius quæso, quid aperius dictum quæris? Si enim
Sacramenta altaris vmbra tantum & figura Domi-
nici corporis essent, quid hic præter naturam sic-
ret: cum petra non præter naturam, sed potius pro-
pter naturam suæ stabilitatis, & agnus non præter
naturam, sed per suam naturam, id est, per innocen-
tiam, & similiter cetera Christum figurent? Lon-
gum est si cuncta, quæ ex Beato Ambrosio contra
Berengarium possumus adhibere testimonia, disse-
ramus. Iam ad alios auctores transeundum est.
Sanctissimus Papa, Leo antiquissimus, omni Ec-
clesie Dei venerabilis, dixit in quodam sermone:
Sic sacra mensa cõmunicare debetis, vt nihil prop-
funde veritate Corporis Christi & Sanguinis am-
bigatis. Hoc enim ore sumitur, quod fide creditur.
Et frustra ab illis amen respondetur: a quibus con-
tra id quod accipitur disputatur.
Beatus quoque Cyrillus cum ducentis episcopis
in Ephesina Synodo, quam B. Gregorius tanquam
vnum ex quatuor Euangelis suscipiendam asserit,
sic ait: Ad benedictiones mysticas accedimus, &
sanctificamur participes sancti corporis & preciosi
sanguinis Christi omnium nostrum redemptoris
effecti: non vt communem carnem percipientes,
quod absit, nec vt viri sanctificati & verbo coniun-
cti, secundum dignitatis vnitatè, aut sicut diuinam
possidentis habitationem: sed verè viuificatricem;
& ipsius verbi propriam factam. Vita enim natura-
liter vt Deus existens, * qui eidem propriæ carni
vnitus est, viuificatricem eam esse professus est. Et
ideo quauis dicat. Nisi manducaueritis carnem filij ho-
minis: non tamè eam vt hominis vnus ex nobis exi-
stimare debemus. Quomodo enim iuxta naturam
suam viuificatrix esse poterit caro hominis? Sed
profitemur verè propriam eius factam: qui propter
nos filius hominis & factus est & vocatus. Et iterum:
Si quis non cõfiteatur carnem Domini viuificatricè
esse & propriam ipsius verbi Dei patris, sed velut

De myste-
riis initi-
andis. c. 9.

Leo scrip-
sit. 6. de ieiun-
io septi-
mi mensis.

Cyrillus.

* quia
Ioan. 6.

mus: per hoc consequens est, ut in nobis substantialiter maneat Christus? Quæ est huius probationis necessitas? quæ consequentia? Nulla quippe necessitas est, nulla consequentia: ut ubi est alicuius rei figura, sit consequenter eiusdem rei substantia. Si enim cuius dicerem: In hoc pariete est substantia tua, quia ibi est imago tua: nonne me diceret insanire? Sed nec quisquam omnino dixerit quando edebatur agnus legalis, ut ibi esset consequenter substantia Christi: cum ille agnus umbra esset & figura Christi. Quis vero audeat dicere, cum serpentem æneum Moyses in deserto suspenderet, quod ibi substantiam Christi suspenderet: cum substantiam Christi in ligno suspendendi serpens ille æneus figuraret? Quocirca si assumptio Hilarij, qua dicitur, quod substantialiter in nobis est Christus, per hoc rata esse monstratur, quod nos carnem & Sanguinem Christi cibo Dominico sumimus, quæ accepta atque hausta id efficiunt, ut & Christus in nobis, & nos naturaliter unum simus in Christo, naturam suæ carnis adepti. Nulla autem consequentia, ut ostendimus, assumptio illa per hoc probari potest, nisi in cibo Dominico sit verè substantia corporis & Sanguinis Christi: manifestum est quoniam prudentissimus argumentator Hylarius, qui suam assumptionem: eorum confirmare voluit, substantiam corporis & Sanguinis Domini nos in cibo dominico sumere, non vmbra & figuram tantum, ut vmbatici isti male somniant, credidit. Ut autem vis torius disputationis quam brevissime sub oculis reponatur: Aut vmbaticè credidit beatissimus Hylarius nos comedere verbum carnem factum, aut substantiè. Sed si vmbaticè credidisset, nunquam hoc disputator egregius ad probandum quod Christus in nobis substantialiter est, attulisset: cum nihil sibi, sed potius adversariis prodesset, neque hoc quod intendebat vilo modo exinde confici, sed potius e contrario, quod Christus in nobis non sit substantialiter quam facillimè & ipse & quivis mediocriter eruditus cernere posset. Quoniam igitur vir eruditissimus ad probandum assumptionem suam id attulit: non vmbaticè naturam carnis Christi nos comedere credidit. Credidit igitur substantiè.

Huius sanè libri sancti Hylarij beatus Augustinus in suo libro de Trinitate cum magna veneratione mentionem facit: Vnde palàm est, quia disputationem hanc reprehensibilem non iudicavit. Palàm ergo & illud, quia eiusdem fidei fuit. Quapropter beatissimi & doctissimi viri Hylarij disputatione apud omnes fideles valeat, Vmbaticorum stultissima garrulitas penitus obmutescat.

Non solum prædictis autoritatibus sed & multis quoque miraculis evidentissimis, rationabiliter confutantur. Quod si miracula non recipiunt, hostes Ecclesiæ se declarant. Ecclesia enim miraculis quam maxime & propagata est & adulta. Quid denique est aliud miracula cessare, nisi Ecclesiam quantum in se est auferre? Eisdem quippe artibus (ut ait quidam) quibus partu est imperium, retinetur. Quapropter Ecclesiæ hostes sese, & non

Num. 21. Ioan. 3.

De miraculis.

filios altruunt: si eius miracula accipere nolunt. Quid autem stultius, quid vecordius, quam euacuare miracula: cum nulla omnino res sine miraculo fiat? Vtinam isti vaniloqui, nec seipsum aliquid loqui dum impudenter iactant talia, crederent: quoniã hoc ipsum quod loqui possunt, hoc ipsum etiam omnino quod sunt, non nisi ex diuino miraculo est. Sed sunt qui miracula se non respere quidem respondeant: libros verò in quibus ea leguntur, apocryphos asseuerent. O iniqua licentia! Quos Ecclesia Dei in ædificationem sui per totum orbem tantis temporibus sub tantis doctoribus legit, & legèdos tradidit: hoc pauculi minus docti & animales, nullo rationis intuitu, nisi tantum quia non placent eis, apocryphos dicunt: & qui Patrum libenter historias amplectuntur Christianas historias, quas totus amplectitur mundus, casare laborant. Sed & hoc ipso quod eis non placet, quod vniuersali Ecclesiæ placuit, & obstinatè respuunt quod libenter illa recipit, non pacificos eius filios, sed inimicos manifestos se probant. Quapropter qui se filios Ecclesiæ vel dici desiderant, libros quos illa recipit, non recusent. Quia ratione enim vitam Beati Gregorij quilibet Christianus apocrypham dicat, quam attestante Roma æditam, tot sanctissimi, doctissimi que Romani pontifices nullo dissonante, hætenus probauerunt: eorumque autoritatem securæ tot Ecclesiæ, cuncto populo Christiano consonante, nunc vsque susceperunt? In eadem sanè vita scriptum est, quod beatissimus idem Papa Gregorius, præfente populo Romano, cuidam matrifamilias, quæ communicaturã rississet, dominici corporis portionem subtraxerit, quam in ara positam communi mox prece ad Deum fusa, ac instruendam de veritate dominicæ carnis matronæ, seu etiam populi fidem: coram omni populo in specie veræ carnis, quasi digiti auricularis ostenderit. Cùmque mulier iam fidelior, propter horrorem carnis communicare trepidaret, cunctis iterum Domini misericordiam pro illa suppliciter implorantibus, eandem ei particulam Papa in consueta panis specie repperit: it.

Illud etiam miraculum, quod in Vitis patrum legitur, licet Berengarius odicit, quia tamen opitulante Domino aliis proderit, vel tenuiter memoro: Vbi videlicet abbas Daniel narrat senem quandam de corpore Domini errorem simpliciter passum, cum dominum pro dubitatione hac remouenda, multis precibus exorasset, Angelum Dei super aram, sacrificij hora, vidisse puerum immolantem, sibi que ad communionem accedenti, eiusdem pueri particulam porrigentem. Sed cū ille nimium exterritus sumere trepidaret: multis lachrymis speciem panis, fide iam solidatus, obtinuit. Sed quem mouere in admirationem & laudem diuinæ bonitatis non debeant magni patris nostri gesta Basilij: inter cuius manus Iudæus in medio frequentis latitans populi: sacrificij tempore partiri puerulum vidit, exclamauit, & propterea baptizatus est? Multa quoque huiusmodi alia & nostri temporis, & antiqui narrati possunt, à quibus superfedo. Nam & catholicos breuiter communuisse de miraculis sufficit: & hæreticos plurima talium narratione

Basilij.

Ianus clausis Christi intrasse negavit Berengarius idem fuit Orosius & sui.

tionè proficui fortasse non proficit. Gesta nanque A sanctorum patrum proteruo ore dilacerant, nec ea qua de his scripta sunt, vel dicuntur, diligunt, quibus se in credendo similes non nouere. Sed quid mirum, si patrum historias Berengarius & sui despiciunt: qui Euangelio etiam contradicunt, dicentes nullatenus debere credi quod ibi legitur, intrasse ad discipulos dominum Iesum *ianus clausis*? Ad hoc tamen hæc narrasse me contra eos proficit: quia quicquid exterius garriant, conscientia tamen eorum ad seipsam rediens concutitur & marcescit. Dumque attendimus quam fauorabiliter vbique tanto tempore mundus ista susceperit, que fuerit hætenus catholica fides de Corpore Domini, latere non potest. Tanti quippe temporis summè docti sanctique Pontifices, eruditi religiosique Abbates, Monachi, Clerici, vniuersique populus Dei, si contraria rectæ fidei ista cognouerant: quare non damnauerunt? Quare non destruxerunt? Quare vel legi non prohibuerunt? Atqui ipsi ea legerunt, ipsi dilexerunt, ipsi ob ædificationem fidei legenda vsque hodie tradiderunt: Omnes fauere, Nemo auditus est, nemo lectus est refragatus. Non igitur contra fidem rectam esse sentiebatur. Eandem igitur fidem de Corpore Domini omnes tenebant. Aut ergo istis omnibus vmbatici nostri correcti consentiant: aut istos omnes contra se testes irrefragabiles damnandi persentiant. Quapropter nullo amplius habens rationis confugium, tantaque nube testium pressa eorum stultitia, penitus obmutescat. Claudatur, inquam, silentio: perpetualiter vmbatica impietas: vbi tot præcipuis testibus, tam clara voce conclamantibus catholica patet veritas. Quis enim huiusmodi stultissimos planè & impiissimos dicere dubitet: qui non vereantur scripturas sacras ad nutum suum male interpretando corrumpere, venerabiles atque eruditissimos tot authores nihili pendere: in ea re nunc conturbare Ecclesiam, in qua cum Arrianis immanissimis hostibus suis noscitur habuisse pacem: & in quo ipsa per os Hilarij sui contra eosdem Arianos, veluti argumento ratissimo se potuit communicare, id nunc cum omnium Christianorum summa pernicie irrationabiliter cassum ire? Hæc interim contra vmbaticos dicta sint.

Hæc contra Lutheranos.

Vide hic quomodo vnus error sequatur alium, & quomodo ex Luthero prodierit, licet se vniuersum inuenit, sacramentaria hæresis.

Nunc contra illos habenda est ratio, qui Ecclesiæ rationibus expugnati, iam quidem negare nequeunt substantiam Corporis Christi cibo inesse Dominico panem tamen & vinum per verba Saluatoris, in carnem eius & Sanguinem verti nequam credentes, sed Christum panem & vino communicantes, tanquam subtiliori ratione hæresim alteram condiderunt. Quos quidem alios dico quasi alio errore detentos: Nam alias idem sunt. Nam primum quidem apud quos possunt, quantumcunque possunt, nihil de Corpore & Sanguine Domini substantialiter Sacramentis inesse contendunt: Sed inde (ut diximus) pulsi, confugere malunt ad hanc impietatem, quam synceram tenere cum aliis hominibus humiliter veritatem. Cuius vesaniæ causam proferunt hanc: Ut per panem & vinum, inquit, Caro Christi comedi, & Sanguis potari possit. Sed ut quid hanc causam? Quare enim per se sine corporis alterius adiumento. Caro Domini

Tom. 6.

non possit comedi, & Sanguis potari? Si enim carnis & Sanguinis horrorem metuunt, cur non sufficit Ecclesiæ ratio per sanctum Ambrosium in libro de Sacramentis generaliter respondentis: rerum quidem substantias mutari, sed propter horrorem, priorem saporem, colorumque & cætera quædam accidentia, ad sensus duntaxat pertinentia retineri? Si verò respondent id non posse fieri, ut in alio videlicet corpore color & sapor alius corporis teneatur: diuinam possumus eis breuiter obiectionem potentiam? Cui si concedunt, finem faciunt quaestioni. Sin autem derogant, audiant scriptum, *Quia omnia quæcumque voluit Dominus, fecit, in celo & in terra: & cætera multa*, quæ iam in principio huius opusculi contra blasphemias istorum factis abundèque respondimus. Ut tamen & exemplis res clareat, dignentur attendere quod de manna legitur, quoniam ad nutum comedentis quorumlibet in eo ciborum continuo sapor alterabatur. Ut igitur altioris mysterij causas, diuinique consilij profundioris sapientiam, in quantum mihi exiguo scire conceditur sciam: sicut ibi consulebatur hominum carnalium voluptati, ita & hic consulitur infirmorum necessitati: & qui tunc multorum corporum sapore mutato remouebatur fastidium, nunc vnus corporis sapore retento, tollit horrorem. De colore quoque & cæteris huiusmodi accidentibus non est difficilis ratio, cum ipse Dominus se per diuersas legatur species discipulis demonstrasse: & nunc eis solitum colorem ostendisse, nunc ad instar solis & niuis transfiguratum resplenduisse, nunc se exhibuisse tanquam peregrinum, nunc apparuisse velut hortulanum, aliquando speciem exhibuisse ministrantis, aliquando formam tenuisse docentis.

Quod si ad illas causas refugiunt, quas in ore sæpe habere solent, quia videlicet nephas sit Christum dentibus atteri, nephas sit illum dentibus minui, has ut puto in principio huius operis sufficienter euacuauimus. Nam qui post resurrectionem manibus & labiis, (ut dictum est) potuit atrectari, & dentibus etiam potest. Eucharistiam verò, (si Christo quidem non placet, ut corpus suum sine aliquo ipsius incommodo diuidatur, exemplo vocis & animæ, quæ totæ in diuersis locis esse possunt,) in comedendo negauimus minui: licet altissimi causa mysterij, quo & infidelibus tantæ res clauderetur, & fidelibus vtile exercitium præbeatur, id videatur fieri. Et sicut isti negare nequeunt: cum vno tempore mille *Missa locis* diuersissimis celebrentur, & propter diuersos locos Corpus Dominicum videtur quasi diuisum, & tamen nullatenus esse diuisum, nam cum in singulis Missis totum sit, iam non esse vnum: quare similiter concedere non possunt, illud in vno ore propter exercitium fidei, & quasi diuisum, sentiri, & nullam tamen diuisionem pati? Vanissime ergo nephas istud, atrectandi scilicet dentibus, vel minuendi Corpus Domini metiunt, cum & ipsum corpus sit atrectabile: & si iam sine sui incommodo diuidi non potest, videtur quasi diuisum in isto Sacramento possit, cum maneat indiuisibile. Quapropter cum & istæ causæ nihil valcant, nec alias ipsi afferant: quæ insania est, ut

Mat. 17. Luc. 24. Ioan. 20.

Sap. 16.

Mat. 17. Luc. 24. Ioan. 20.

T iij

Christum, vt ita dixerim, sua autoritate impanent & inuinent: Et quidem Christum incarnari humanæ redemptionis ratio exposcebat, quod futurum Propheta prædixerunt, factum Christus ostendit, Apostoli prædicauerunt, mundus credidit. At impanari vel inuinari Christum nulla (sicut ostendimus) expetit ratio, nec Propheta prædixerunt, nec Christus ostendit, nec Apostoli prædicauerunt, nec mundus, exceptis his paucissimis hæreticis, credidit.

Vnde igitur eos malus error iste peruasit? Totus mundus concinit: Sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus. Nemo dicere audeat: ita Deus & homo, & panis & vinum, vnus est Christus. Vnde igitur istis hæc noua companatio? Quare vel Apostolus non terruit eos dicens: *Si quis annūciauerit præterquam quod annūciauimus vobis, anathema sit?* Christum enim isti impanatum & inuinatum annunciant, sed huiusmodi Christum Apostoli non annunciauerunt. Anathema igitur isti Apostolica autoritate incurunt. Beatus sanè Ambrosius in libro de Sacramentis de his copiose differens: nō in pane & vino Corpus & Sanguinem Domini latere, sed panem & vinum in Corpus & Sanguinem Domini commutari docuit, ita dicens: Si igitur tanta vis est in sermone Domini Iesu, vt inciperent esse quæ non erant: quanto magis operatorius est, vt sint quæ erant, & in aliud commutentur? Audis igitur quia in aliud commutantur. Et hoc diligenter nota, quia non dixit, vt sint quod erant, sed vt ea quæ erant (inquit) sint, sed aliud quàm erant. Quod videtur sentire, cum subiungit, & in aliud commutentur: tanquam suam comparationem explicaret, sic: Si sermo Domini Iesu operatus est, vt inciperent esse quæ non erant, id est, vt essent res ex eo quod non erant, id est, ex nihilo: quanto magis operatorius est, vt sint quæ erant, id est, vt sint ista, id est, corpus & Sanguis ex eis quæ erant, non ex nihilo? Aliter enim comparatio ista rectè intelligi non potest. Quæ igitur erant, id est, panis & vinum sunt: sed non sunt quod erant, sed in aliud commutata. Et hoc est quod ait, vt sint quæ erant: & ita sint, vt non in se sint, sed in aliud commutentur. Hunc sensum in eodem libro idem doctor apertissime ostendit, dicens: Quantis igitur vimur exemplis vt probemus non hoc esse quod natura formauit, sed quod benedictio consecrauit, maioremque vim esse benedictionis, quàm naturæ, quia benedictione etiam natura ipsa mutatur. Si igitur non sunt quod natura formauit: non sunt quod erant, id est, non sunt panis & vinum. Ex superiori igitur sententia, & ex ista, clarè ostenditur, quia quæ erant, sunt, id est, non de nihilo fit hic Corpus & Sanguis Christi, sed de his quæ erant, non tamen sunt id quod erant: quia non sunt id quod natura formauit, id est, non sunt panis & vinum: sed in aliud commutantur: & sunt id quod benedictio consecrauit, id est, corpus & Sanguis, quia benedictione ait, natura ipsa mutatur.

Gal. 1.

Ambrosius de mysteriis ininitandis cap. 9.

De mysteriis ininitandis, cap. 9.

Et adhuc attende doctorem veritatis: Quod si tantum inquit, valuit sermo Helia, vt igne de cælo deponeret: non valebit Christi sermo, vt species mutet elementorum? De totius mundi operibus

A legisti, *Quia ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt.* Sermo ergo Christi qui potuit ex nihilo facere quod non erat: non potest ea quæ sunt in id mutare quod non erant? Non enim minus est nouas rebus dare, quàm mutare naturas. Item: Panis iste, panis est ante verba Sacramentorum, vbi accesserit consecratio, de pane fit Corpus Christi. Et iterum: Antequam consecratur, panis est: vbi autem verba Christi accesserint, Corpus est Christi. Denique audi dicentem: Accipite & edite ex eo omnes: *Hoc est enim Corpus meum.* Et ante verba Christi calix est vini & aquæ plenus: vbi verba Christi operata fuerint, ibi Sanguis efficitur, qui plebem redemit. Ergo disce quantis generibus potens est sermo Christi vniuersa conuertere. Deinde ipse Dominus Iesus testificatur nobis, quod Corpus suum & Sanguinem accipiamus: Nunquid debemus de eius fide & testificatione dubitare? Hæc beatus Ambrosius.

Sanctus autem Eusebius Emislenus, Verè vnica, inquit, & perfecta hostia fide æstimanda non specie, nec exteriori censenda visu, sed interiori affectu. Vnde celestis confirmat authoritas: quia *caro mea verè est cibus & Sanguis meus verè est potus.* Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum, quandoquidem qui author est muneris, ipse etiam testis est veritatis. Nam inuisibilis Sacerdos visibilis creaturas in substantiam Corporis & Sanguinis sui verbo suo secreta potestate conuertit, ita dicens: *Accipite & edite, hoc est enim Corpus meum.* Et sanctificatione repetita: *Accipite, & bibite, hic est Sanguis meus.* Ergo sicut ad nutum præcipientis Domini repente ex nihilo subliterunt excelsa cælorum, profunda fluctuum, vasta terrarum: pari potentia in spirituales Sacramentis vbi præcipit virtus, rei seruit effectus. Et vt ibi nouum & impossibile non debeat videri quod in Christi substantiam terrena & mortalia commutantur, te ipsum qui iam in Christo regeneratus es, attēde, & reliqua. Ecce quomodo pater sanctissimus doctorque præcipuus, verbis paucissimis hæresum confutat vtramque. Impanatores etenim destruit: dum nequaquam Christum in pane & vino latere, sed visibiles creaturas, id est, panem & vinum, in substantiam Corporis & Sanguinis Christi conuertit: & iterum, terrena & mortalia in Christi substantiam commutari dicit. Vmbra-ricos quoque nihilominus dissipat: dum hæc cōuertit non in quamlibet creaturam, sed in substantiam Corporis & Sanguinis Christi confirmat. Item ipse: Nec dubitet quisquam, ait, primarias creaturas nutu potentia, præsentia maiestatis, in Domini corporis transire posse naturam. Et iterum: Quando benedicendæ verbis celestibus creaturæ sacris altaribus imponuntur: antequam inuocatione summi nominis consecrentur, substantia illic est panis & vini. Post verba autem Christi, Corpus & Sanguis est Christi. Quid autem mirum, si ea quæ verbo potuit creare, verbo possit creata conuertere? Imò iam minoris videtur esse miraculi, si id quod ex nihilo agnoscitur condidisse, iam conditum in melius valeat cōmutare. Quid apertius? Quid expressius? Hæc non habent exponi, quia nihil vnquã manifestius ab homine potest dici. In quodā missali Hispano quod dicit sanctum dictasse Isidorum, in hebdo-

3. Reg. 18. Psal. 134.

De Sacramentis lib. 4. cap. 5.

Ioan. 6.

Isidorus.

Impanatores suos Christus confutat.

Audiant hæc Lutherani.

Nequiores impanatores nequissimi vmbra-ricos.

Cōtra impanatores & vmbra-ricos.

in hebdomada ante Pascha, in quadam Missa sic inueni: Totum hoc Domine, diuinum est, totum pater de cælo est: Demutatam in naturam filij tui, & Corpus & Sanguis est. Non iam figura, sed veritas, non creatura mortalis, sed natura celestis, edentibus vitam æternam, regnumque perpetuum collatura potantibus. Hos impanatores suos ipse Dominus Iesus verbo oris sui interfecit, cum accipiens panem gratiasque agens ac benedicens, ait: Hoc est Corpus meum. Non ait, In hoc later Corpus meum: Nec dixit: In hoc vino est Sanguis meus: sed dixit, Hic est Sanguis meus. Vnde & Ecclesia Dei conuenter à se eisdem separat, cum in ipso Canone Missæ ex Apostolica traditione ita orat: Quæ oblationem tu Deus in omnibus quæsumus benedictâ, ascriptam, ratam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris: vt nobis Corpus & Sanguis fiat dilectissimi filij tui Domini nostri Iesu Christi. Non hic oratur vt in ea Corpus & Sanguis lateat, aut in eâ Corpus & Sanguis adueniat: sed vt ipsa oblatio & corpus & Sanguis fiat. In hac oratione Cyprianus, Hylarius, Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, Gregorius, & cæteri omnes Ecclesiastici authores istos vno ore percutiunt: & quicumque Missas celebrantes ipsi orationi tota deuotione admittunt. Equidem ego de hac impanatione mecum etiam atque etiam retractans, non satis verbis exprimere possum quantum super istorum stultissima audacia, & insanissima præsumptione admiror pariter & indignor. Nam contra diuinas autoritates, humana ratione incedere, id quidem insanum: sine ratione autem, id longe insanum. At verò & sine ratione, & contra rationem aduersus Deum semper latrare, id prorsus supra quàm dici possit insanissimum. Isti enim nequiores nequissimis, fratres suos vmbra-ricos præ se iustificauerunt. Illi quippe iudicium sensuum transcendere non valentes, tãquàm ex infirmitate errasse videri possunt. Hi verò neque ex sensibus, neque ex vlla ratione, neque scriptura aliqua causis erroris sui mutantes, sola penitus superbia vesanire videntur, dum reclamante natura quam tãtopere defendunt solent (quomodo enim in solido corpore panis, alterum corpus latere possit, videri non potest) reclamante inquam, natura, reclamantibus scripturis sacris, nullo sanctorum patrum testimonio, nullo diuino oraculo, nullo miraculo sulti, munitam vndique Catholicam pietatē, bestialiter obstinati, ob hoc tantum oppugnare videntur, ne ab ea victi esse videantur. O infelices, quos pietas non vincit. O infelicissimos, qui dum subici pietati renuunt, impietatis serui esse non erubescunt. Contra quorum manifestissimam stultitiam respondere indignissimum videretur: nisi quia ad cumulum perditionis suæ non eis mors propria sufficit, nisi etiam quoscūque possunt vilissima falsitate perditū eant. Et hæc quidem specialiter contra istos. Deinceps verò vtrosque præfatos hæreticos communiter Deo propitio disputatio secutura percutiet. Quibus quàm maxime in primis ad argumētum videndæ falsitatis suæ ipsa hæresum scissura satis esse debuerat: quod nunc videlicet nihil carnis & Sanguinis nisi tantum vmbra & figurâ, Sacramentis Dei in eis latere contendunt. Fides

namque Apostolica quæ sola vera fides est, in affirmationem & negationem non scinditur. Apostolus namque dixit: *Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma.* Apostolica igitur fides vna est tantum. Istorum autem vana credulitas dum quod in vna opinione tenet in altera non tenere conuincitur: in affirmationem & negationem scissa, non est vna. Istorum ergo credulitas nō est Apostolica fides, atque ideo neque vera fides. Quapropter Apostolicam fidem non habentes, ab Apostolica quoque Ecclesia se iuncti sunt: contingetque illis quod Saluator ait: *Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur.* Berengariani quippe in seipsis diuisi sunt, vt ostendimus. Sed fortassis quis dicat, Nō sunt ipsi regnum, quia pauci sunt. Ad quod respondeo: Si nō sunt regnum, non sunt Ecclesia Christi. Ecclesia enim Christi, regnum Dei est, in quo Deus, id est, ipse Christus regnat. Si autem sunt regnum quia mentiri veritas non potest: cum in seipsos sint diuisi, desolabuntur. De Catholica sanè Ecclesia Propheta prædixit: *Fundatur exultatione vniuersa terra: mons Sion:* quod de nostra Ecclesia videmus impletum. Berengariani verò portio, nō fundatur exultatione vniuersæ terræ: Neque enim eis vel vna ciuitatula, vel etiam vna villula conuulsa. Non sunt igitur mons Sion, id est, Ecclesia. Idem quoque Propheta ait: *Cantate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra.* Vnde beatus Augustinus in expositione huius versiculi audeat & dicat: Si omnis terra domus Dei, qui non hæret omni terræ, ruina est, non domus. Si Berengariani non hærent omni terræ: Non sunt igitur domus Dei, sed ruina. Esaias de Ecclesia Christi dicit, *Lætare sterilis quæ non parit, exulta & lauda quæ non parturit, quia multi filij deserta magis quàm eius quæ habet virum.* Illam quæ habebat tunc virum, Synagogam Iudæorum intelligendam docet Apostolus: sterile verò Ecclesiam. Quare si Berengariani Ecclesia Dei sunt, ostendant nobis multo plures filios suos per tam longa iam tempora, quàm sint Iudeorū. Quod non esse, omnibus patet. Item Esaias de Ecclesia: *Reges, inquit, erunt nutritij tui.* Et Ioannes in Apocalypsi, *Reges, inquit, terra afferent gloriam suam in eam.* Sed quis regum terræ, hanc Berengarianam stultitiam fouit? Quis regum terræ in eam, gloriam suam attulit? Et quidem in Arrianâ vesaniam reges olim aliqui concesserunt: in Berengarianam autem nullus. Per Malachiam Deus dixit: *Ab ortu solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus: & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum nomen meum in gentibus dicit dominus exercituum.* Quam obrem si dominus exercituum oblationem quæ in omni loco ab ortu solis usque ad occasum sacrificatur & offertur nomini suo, mundam dicit: cum præter hanc nulla possit esse oblatio munda, viderit Berengarius cum suis, quàm sit oblatio eorum immunda, quæ non dico in omni loco, sed vix vt in aliquo esset obrinuit. Danieli Propheta cum vidisset lapidem de monte sine manibus abscissum, qui statuam in pedibus suis ferreis & fictilibus percussit atque cōminuit: visionem hanc ita exposuit, vt à regno Dei quæ est Ecclesia, quatuor principalia regna mundi Chaldaeorum videlicet, Medorum, atque Persarum, Græcorum quoque necnon & Romanorum, sicut exponente postmodum

Fides Apostolica in affirmationem & negationem non scinditur. Ephes. 4.

Luc. 11.

Ecclesia Christi regnum Dei est. Psal. 47.

Psal. 95.

Esa. 54.

Gal. 4.

Esa. 49.

Apoca. 21.

Malacha.

Danielis de Christi ecclesia vaticinium.

Daniel. 2.

ipso eodem Propheta perspicue declaratur, in diebus quarti imperij, id est, Romani, antequam ferreum esse desisteret, percutienda & comminuenda confirmaret, dicens: In diebus autem reponitur illorum, scilicetabit Deus celi regnum quod in aeternum non dissipabitur, & regnum eius populo alteri non tradetur. Commineat autem & consumet vniuersa regna haec, & ipsum stabit in aeternum: secundum quod vidisti, quod de monte abscissus est lapis sine manibus, & comminuit ferrum, & caes, & argentum, & aurum.

Ecclesia Christi: Romanum imperium olim contulit. Leo. 9. Grego. 7.

Hoc sane de nostra Ecclesia luce clarius videmus. Ipsa enim Romanum imperium, cum adhuc ferreum esset, & caetera regna contriuit. Ipsa hodieque quod nemo negare potest, in ipsa domo quondam Romani Imperatoris, domum obtinet Saluatoris. Inde enim ipsa per beatum Leonem Papam haec Berengariana figmenta mox suo exortu damnauit. Deinde per hunc ipsum, qui nunc praest, D. Gregorium Papam tunc Archidiaconum eiusdem Romanae sedis in consilio Turonensi conuicit: ipsumque Berengarium, ut videbatur, correctum, ac propriae manus Sacramento satisfaciendum, clementer suscepit. Reuersumque aliquanto post ad vomitum suum, agente sanctae recordationis Nicolao Papa in generali concilio Romae iterum confutatur: atque eundem Berengarium coram ipso venerabilis orbis terrarum Conuentu, in verba certa quae supra scripta sunt, & in multis habentur Ecclesiis iurare, praedictaque infanias proprio ore abiurare, ac libellos suos quos ad tuendas easdem blasphemias fecerat, propriis manibus concremare coegit. Berengarianam porro plebeculam non dico quatuor principalia regna, sed nec vnū solum regnum aliquo vnquam tempore obtinuisse monstrari potest. Aut si obtinuisse cōtingitur iam nunc regnum eius populo alteri, id est, Catholico nostro traditum est. Noster enim populus, Romanū, cum omnibus regnis Christiano nomini subiectis, tenet imperium: Daniel autem dicit, quia regnum populi Dei, populo alteri non tradetur, sed ipsum stabit in aeternum. Berengariani igitur non sunt illud regnum, quod Deus caeli suscitaturus praedicitur. Quod si non pertinent ad regnum Dei caeli: consequitur ut sint de regno diaboli. Vides planè quomodo conclamantibus Prophetis testimoniis nostra Ecclesia confirmatur, Berengariana verò portio vtraque reprobat. De quibus testimoniis beatus Augustinus in libro de Ciuitate Dei vltimo contra quosdam Philosophos sic ait: Si propterea dicunt alio modo esse credenda, ne si dixerint vana esse conscripta, iniuriam faciant illi Deo cui tam magnum perhibent testimonium: tãtam profus ei vel etiam grauiorem faciunt iniuriam, si aliter dicunt esse intelligenda, non sicut mundus credidit, quem crediturum esse laudauit, ipse promissit, ipse compleuit. Non itaque credentes quod mentiri possit, credat esse facturum, quod se facturum esse: & sic credant sicut credidit mundus, quem crediturum esse praedixit, quem crediturum esse laudauit, quem crediturum esse promissit, quem credidisse iam ostendit. Si ergo vobis ò Berengariani beatus Augustinus ita ut solet clarissimus est, iudicium eius sequimini, credite de corpore & Sanguine Domini quod mundus credit, & sic credite sicut mundus credidit. Si

Cap. 27.

enim aliud, aut id ipsum aliter creditis, dicit vobis Augustinus vester, quod grauem Deo iniuriam facitis, quia creditis de Christo aliter quam sicut mundus credidit, quem crediturum esse Deus praedixit, laudauit, promissit, ostendit. Quod si fidem mundi Deus laudauit, vestra vtrique figmenta reprobat. Non enim est nisi vna fides laudabilis apud Deum. Vnde & vobis iure obuener, quod idem sanctus Augustinus in eodem vltimo libro de Ciuitate Dei dicit his verbis: Si rem, inquit, credibilem crediderunt, videant quàm sint stolidi qui non credunt. Si autem res incredibilis est, vnde toto terrarum orbe iam credita est? Quocirca beati Augustini iudicio vos stolidi estis, qui de corpore Christi quod in toto terrarum orbe creditur, credere recusatis. Itē beatus Augustinus in quarto libro de baptismo contra Donatistas: Quod vniuersa, inquit, tenet Ecclesia, nec Conciliis institutum, sed semper retentum est: non nisi auctoritate Apostolica traditum rectissime creditur. Item in septimo eiusdem libro. Id autē ait, fiducia securae vocis possumus asserere, quod in gubernatione Domini Dei nostri & saluatoris Iesu Christi vniuersalis Ecclesiae consensione roboratum est. Quapropter fides quam de corpore & Sanguine Domini semper Ecclesia vniuersa tenuit, multis insuper Conciliis Generalibus roborauit, ex Apostolica auctoritate tradita rectissime creditur. Nā si illud quod semper Ecclesia tenuit nullis munitū Conciliis Apostolicum est: quanto magis illud quod & semper tenuit, & multis est (vt dixi) Conciliis Generalibus confirmatum, ex Apostolica auctoritate traditum esse, credendum est? Sed panem & vinum altaris Domini in Corpus & Sanguinem Christi substantialiter commutari, (non sicut delirat Berengarius corporis & Sanguinis Domini figuras tantum esse & vmbra, aut intra se latentem Christum tegere) vniuersalis Ecclesiae consensione roboratum est. Secura igitur voce gubernante Domino Deo nostro & Salvatore Iesu Christo; id à nobis asseri potest. Diligenter sanè si daretur locus, cum ipso Berengario discutere vellem, cum aliquos doceat nihil in cibo altaris Domini corporis & Sanguinis Christi nisi vmbra tantum & figuram haberi, aliquibus verò, tanquam subtilius quaerentibus, satisfaciens, ipsum ibi Corpus Christi esse, respondeat, sed impanatum latere: quid sibi in priore sententia displiceat, vt satisfactorius quaerentibus transigret ad alteram, aut quid in posteriore abhorreat, vt redeat ad priorem. Migrando enim ad secundam, priorem reprobat: redeundo ad priorem, alteram damnat. Quo fit vt vtramque defendendo, neutram teneat. Vnde consequitur, vt cum reliquis sententias omnes oderit, de his dominicis Sacramentis quid debeat credere penitus nihil sciat. Exinde quoque id accidit quod certissime nouimus, quod Berengarius & sui, si ab eruditissimis Catholicis de sua fide discutiantur: id quod de corpore Domini tenent, aut terri denegant, aut si profitentur, defendere non valent. Sed negatores verae fidei de Christo, sententia illa Christi terribilis excipit, qua dixit: Qui me erubuerit & meos sermones: hunc filius hominis erubescet. Et Paulus: Si negauerimus, & Tim. 2. inquit, & ipse negabit nos. At verò si profiteretur & defendere nequeunt, si quidem verae fidei defensores sunt,

Vna fides.

Cap. 5.

Cap. 6.

Cap. 33.

Transsubstantiatio consensione vniuersalis Ecclesiae roborata est.

Luc. 9.

2. Tim. 2.

Luc. 21.

funt, vbi est quod suis Christus pollicitus est, dicens: Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri? Si enim veram fidem isti defenderēt, esset vel aliquis eorum cui aduersarij omnes resistere non valerent. Non enim potest mentiri veritas quae suis hoc promissit. Nullus autem horum inueniri potest, cui non possint resistere nostri Catholici: vsque adeò vt haeresarches Berengarius multoties reuictus, etiam Sacramento propriae manus in generalibus Conciliis vefanias istas abiurasse teneatur. Quam obrem palam est quia non sunt isti defensores verae fidei: nec filij, sed aduersarij Christi Ecclesiae. Porò autem si isti sunt Ecclesia Christi, aut à Christo Ecclesia non cœpit, aut aliquo post tempore esse desinit. Notissimum namque est hoc tempore esse desinit. Notissimum namque est hoc tempore priusquam Berengarius insanisset, huiusmodi vefanias nunquam fuisse. Sed ex tempore Christi Ecclesia in Apostolis & Apostolorum discipulis fuit: sed neque postea vnquam defuit. Mentiretur enim scriptura per Prophetas clamans: Et regni eius non erit finis. Metiretur Gabriel Archàngelus id ipsum beatae Marię dicens. Mentiretur & ipsa veritas quae ait: Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Sed ab sit hoc vt metiri possit veritas vel in verbis propriis, vel in tantis testibus suis. Nunquam igitur post Christum, Ecclesia Christi esse cessauit. Non sunt igitur Ecclesia Christi. Aut certè si se à Christo cœpisse, & huc vsque perseverasse impudentissime mentientes dicunt: ostendat iuxta Danielis vaticinium quatuor principalia regna mundi se contriuisse, ostendant se orbem terrarum impleuisse, ostendant suum regnum alteri populo non cessisse. Quod eos non posse, omnibus satis abundeque perspicuum est, cum noster populus regna mundi possideat, & hos ipsos & auctoritate & ratione cōfringat. Quapropter Ecclesia nostra à Christo fundata non à Berengario, neque incepta à Turonis vel Andegauis, sed sicut praecipit Christus, & Prophetae praedixerunt, ab Hierosolymis in aeternum valeat, Berengariana verò vefania ad Ecclesiam Christi non pertinens, in aeternum confusa conticescat.

Ecclesia regni perpetuum.

Daniel. 7.

Mich. 4.

Luc. 1.

Matth. vlt.

Quod tria substantiatione Deus vult.

Doctores Ecclesiae templum sancti Spiritus

Ecclesiae fides sola vera & inuincibilis.

ria, iucundissima & honestissima comprobatur. Christi autem impanatio vbi in veteri aut in nouo Testamento legitur? Qua ratione, quibus argumentis, aut miraculis munitur? Quae necessitas, quae utilitas, quis honor, Christum Dominū nostrum pro nihilo impanare, & inuinare? Aut verò panem tantum & vinū in figura & vmbra Christi edere, quod isti credunt, & Christum in ipsa veritate substantiae suae manducare, quantum ad vtilitatem & honorem & excellentiam nostram pertinet, quis vel demeritisimius in aliquo momento conferre potest? Dum enim verbum Dei carnem factum cibo Dominico absque impanatione & inuinatione substantiatuè, non vmbriticè nos sumere credimus: dum ex virtute plenitudinis vitae aeternae in eodem cibo manentis nos in aeternum victuros speramus: quid hac fide, cum sit tot & tantis testimoniis approbata, verius, quid rationabilius excogitari potest? Quid hac inquam, fide vtilius, quid magis necessarium, quid honorabilius: dum purū Christum, non vmbriticum, neque impanarū pura ipsa suscipiens, utpote tantae gloriae munere diues, summo reuerentiae metu peccata magis abhorreat, fummo desiderij ardore in omnem iustitiam amplius ferueat, tantum Domini sui hostiè studeat summopere quotidie fugere mundum: iamque de promissionibus eius pro tanto pignore certior, ardentius atque ardentius reuelata facie ipsum vitae fontem voris omnibus gestiat apprehendere Deum?

Multa contra istos iam diximus, multa quoque adhuc dici possunt: sed piis mentibus (vt arbitror) ista sufficiunt. Quid enim amplius aduersus istos quaerent, cum obiectiones eorum suae per rationes, siue per scripturas, nostrae fidei nihil obesse, immò verò ipsas easdem scripturas nobiscum magis esse satis lucideque monstratum sit: cum istorum demeritis & singularim & communiter tam venerabilium auctorum quam Prophetis & Euangelicis testimoniis teneant plenissime destructas: nostram verò fidem vsquequaque firmissimam, vtilissimam, excellentissimam, summèque necessariam, vident euidētissime declaratam? At verò impijs quid sufficere, si duriores saxi tot argumentorum malleis percussi cedere nolunt, si tenebrosiores inferno tãta fortissimarum rationum luce collustrari non possunt, aut certè meretricum similes de sua turpitudine vel perspicua etrubescente nesciunt? aut demonū simillimi cœptam semel vecordiam tanta pertinacia diligunt, vt veritate gratis odio habeant, & à falsitate vel manifestissima nunquam resipiscant? O miserimos homines & immenso lacrymarum imbregendos, si tanta peruersitate eos propaganda famae cupiditas, vt à blasphemis proplatis nec clarissima veritas, nec summa ipsorum infamia, nec vitae aeternae amor, nec aeterna damnatio valeant reuocare. Redite quae so, redite praeparatores ad cor. Quare moriemini gratis? Non talis haec disputatio est, quae vtrouique valeat leuiter compensari. Non hic, sicut in scholis, pro victoria, aut, sicut in iudiciis, pro quibuslibet terrenis commodis agitur, sed, sicut coram Deo, pro vita aeterna atque caelesti disputatur: falsam etenim parentem sempericerna mors deuorat, veram autem, vita aeterna coronat. Quocirca iusto examine vestra & nostra perpen-

Esa. 46.

Alia est de rebus fidei,

alia de negotiis terrenis disputandi ratio.

dite, si quid dignum contra nos habetis, afferre: si non habetis, adquiescite. Quare moriemini gratis? Sed quid amplius istos prosequar? Jam disputationi huic ponendus est finis. Nam de duabus reliquis propositionibus sermo brevis habendus est. Non enim longam disputationem res flagitat.

Contra eos qui dicunt partem propter indignos immutabilem remanere.

EX his ergo vna, panis & vini partem in carnem & Sanguinem Domini transmutari confirmat: partem vero propter indignos immutabilem retineri. Altera vero, totum quidem panem & vinum altaris in Carnem & Sanguinem Domini conuertere: sed cum indigni ad communionem veniunt, in panem & vinum iterum reuerti. Nam vtriusque sententiae assertores, nolunt ab indignis hominibus Corpus & Sanguinem Domini posse participari. His ergo cum sit error dispar: vna tamen causa erroris est. Quem eisdem quoque muniunt argumentis, hoc modo: Christus ait, inquit, Qui manducat meam carnem, & meum Sanguinem bibit: in me manet & ego in eo. Indigni autem non manent in Christo, nec Christus in eis. Non enim possunt duobus dominis seruire, nec membra Christi simul esse & diaboli. Non igitur, aiunt, manducant carnem Christi, neque Sanguinem bibunt. Idque etiam exemplo conantur astruere, quia videlicet in vitis Patrum cuidam seni visus sit Angelus ad communionem sacram indignis accedentibus Corpus Domini subtrahere, & loco eius carbonem dare. Si igitur, inquit, tales Carnem & Sanguinem Domini non sumunt: necesse est, id quod accipiunt, aut non fuisse mutatum, aut in naturam priorem esse reuersum. Et haec quidem istorum ratio: Cui auxiliante Domino nunc obuiandum est.

Ac de exemplo quidem primo notandum, quod nihil eis afferat: immo longe eorum opinioni repugnet. Si enim panis porrigendus indignis immutabilis remanet: quid sibi vult carbo datus eis & non panis? Quod si omnes carbone indigni facti sunt, digni vero omnes Carne & Sanguine Domini: nihil igitur de pane non mutatum remansit. Aut si caro & Sanguis mutabantur indignis accedentibus in carbonem, non igitur mutabantur in panem & vinum: Non enim carbo est panis neque vinum. Quapropter hoc exemplo, istorum (vt dixi) opinio magis destruitur quam astringatur: Nobis porro exemplum hoc in nullo aduersari videtur. Potuit enim fieri sub oculis senis illius vt Caro & Sanguis in ea quidem specie qua porrigebantur iustis, iniustis subtraherentur: & ad ostensionem iniquitatis eorum, ipsa eadem in specie carbonis porrigerentur. Aut certe (sicut iam superius dixi) non quidem vt semper ita fiat: sed vt seni qui aderant peccatorum iniquitas per ipsum corrigenda panderetur, reuera caro & Sanguis potuerunt per Angelum subtrahi, carbo vero mox aliunde aduectus dari. Vtro autem horum modo factum sit, sana fide nostra fieri potuit.

Nunc ad verba Domini quibus dicitur, qui manducat meam carnem, & meum Sanguinem bibit, in me manet & ego in eo, accedamus. In quibus exponendis non nostram interpretationem, sed beati Augustini ex libro de verbis Domini ponimus. Ait enim non vniuersaliter hoc: sed cum modo quoda debere intelligi: quo videlicet modo: qui manducat carnem & bibit Sanguinem Christi, in Christo manet, & Christus in eo. Is autem illo modo manducat, qui dignè manducat. Qui enim manducat & bibit indignè: iudicium sibi manducat & bibit. Quapropter si omnis qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit: necesse est intelligi, vt ille solus qui manducat alio modo, id est, dignè, in Christo maneat, & Christus in eo. Ad cuius comparationem ille qui indignè manducat, nec aestimandus est manducans: sed potius quantum in ipso est conculcans. Manducat ergo & non manducat. Manducat corporaliter, sed non manducat spiritualiter: non eo sensu, non eis moribus, non ea charitate, vt dignè manducet. Similiter & illa verba Domini accipienda sunt, quibus dicit: Qui peccauerit in Spiritu sancto, non remittetur ei neque in hoc saeculo, neque in futuro. Nam verba haec nisi specialem quendam peccati modum sentiant, stare non possunt. Alioquin omnis qui peccat in filium, peccat in Spiritum sanctum: Non enim filium quis ostendere potest, quin offendat & Spiritum sanctum. Sed si quis contra filium, inquit Dominus, verbum dixerit: remittetur ei. Quare & in Spiritum sanctum peccati remittetur. Quae ergo ratione hinc exhibitur, nisi quidam modus peccati in Spiritum sanctum specialis intelligatur tam magnus, vt ad eius comparationem caetera non dicantur in Spiritum sanctum? Talis & illa sententia: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Et illa: Quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Non enim omnes qui credunt & baptizati sunt, neque omnes qui inuocant nomen Domini salui erunt: sed soli illi qui cum bonis moribus credunt, & dignè inuocant nomen Domini, salui erunt. Permultae quoque aliae huiusmodi sententiae in scripturis sacris reperiuntur quae nisi cum modo competenter intelligi non possunt. Ita igitur & illud de quo iste sermo inceptus est, intelligendum est: Qui manducat meam carnem & bibit meum Sanguinem, dignè videlicet, in me manet & ego in eo. Nam quod indigni qui scilicet in Christo non manent, nec Christus in eis, eandem carnem manducant, & eundem Sanguinem bibant: audi eundem beatum Augustinum in libro quinto de Baptismo contra Donatistas ita dicentem: Sicut Iudas, inquit, cui buccellam tradidit Dominus, non malum accipiendo, sed male accipiendo, locum diabolo in se praebuit: sic indignè quisque sumens Dominicum Sacramentum non efficit, vt quia ipse malus est, malum sit: aut quia non ad salutem accipit, nihil acceperit. Corpus enim Domini & Sanguis Domini nihilominus erat etiam illis quibus dicebat Apostolus, Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Haec Augustinus. Quare cum eandem carnem digni cum indignis, sed diuersis mentibus comedant, & eundem Sanguinem Domini bibant: cumque Evangelica sententia qua dicitur, Qui manducat meam carnem & meum Sanguinem bibit, in me manet & ego in eo, iuxta Apostolum & beatum Augustinum, ad similitudinem quoque multarum talium sententiarum competenter intellecta nihil istis afferat, * exemplum porro senis adiunctum totum illis potius auferat: cum & causa

stini ex libro de verbis Domini ponimus. Ait enim non vniuersaliter hoc: sed cum modo quoda debere intelligi: quo videlicet modo: qui manducat carnem & bibit Sanguinem Christi, in Christo manet, & Christus in eo. Is autem illo modo manducat, qui dignè manducat. Qui enim manducat & bibit indignè: iudicium sibi manducat & bibit. Quapropter si omnis qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit: necesse est intelligi, vt ille solus qui manducat alio modo, id est, dignè, in Christo maneat, & Christus in eo. Ad cuius comparationem ille qui indignè manducat, nec aestimandus est manducans: sed potius quantum in ipso est conculcans. Manducat ergo & non manducat. Manducat corporaliter, sed non manducat spiritualiter: non eo sensu, non eis moribus, non ea charitate, vt dignè manducet. Similiter & illa verba Domini accipienda sunt, quibus dicit: Qui peccauerit in Spiritu sancto, non remittetur ei neque in hoc saeculo, neque in futuro. Nam verba haec nisi specialem quendam peccati modum sentiant, stare non possunt. Alioquin omnis qui peccat in filium, peccat in Spiritum sanctum: Non enim filium quis ostendere potest, quin offendat & Spiritum sanctum. Sed si quis contra filium, inquit Dominus, verbum dixerit: remittetur ei. Quare & in Spiritum sanctum peccati remittetur. Quae ergo ratione hinc exhibitur, nisi quidam modus peccati in Spiritum sanctum specialis intelligatur tam magnus, vt ad eius comparationem caetera non dicantur in Spiritum sanctum? Talis & illa sententia: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Et illa: Quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Non enim omnes qui credunt & baptizati sunt, neque omnes qui inuocant nomen Domini salui erunt: sed soli illi qui cum bonis moribus credunt, & dignè inuocant nomen Domini, salui erunt. Permultae quoque aliae huiusmodi sententiae in scripturis sacris reperiuntur quae nisi cum modo competenter intelligi non possunt. Ita igitur & illud de quo iste sermo inceptus est, intelligendum est: Qui manducat meam carnem & bibit meum Sanguinem, dignè videlicet, in me manet & ego in eo. Nam quod indigni qui scilicet in Christo non manent, nec Christus in eis, eandem carnem manducant, & eundem Sanguinem bibant: audi eundem beatum Augustinum in libro quinto de Baptismo contra Donatistas ita dicentem: Sicut Iudas, inquit, cui buccellam tradidit Dominus, non malum accipiendo, sed male accipiendo, locum diabolo in se praebuit: sic indignè quisque sumens Dominicum Sacramentum non efficit, vt quia ipse malus est, malum sit: aut quia non ad salutem accipit, nihil acceperit. Corpus enim Domini & Sanguis Domini nihilominus erat etiam illis quibus dicebat Apostolus, Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Haec Augustinus. Quare cum eandem carnem digni cum indignis, sed diuersis mentibus comedant, & eundem Sanguinem Domini bibant: cumque Evangelica sententia qua dicitur, Qui manducat meam carnem & meum Sanguinem bibit, in me manet & ego in eo, iuxta Apostolum & beatum Augustinum, ad similitudinem quoque multarum talium sententiarum competenter intellecta nihil istis afferat, * exemplum porro senis adiunctum totum illis potius auferat: cum & causa

Ioan. 6.

Matth. 6.

Matth. 22.

Peccare in Spiritum sanctum quid.

Marc. vii.

Ioelis. 1. g.

Sine per bonos siue per malos minist. Christi verba aequaliter operatur.

causa documentum huius nulla sit & argumenta cuncta deficient: cesset haec noua à Christianis hominibus profusa inuentio: ne si aliter doceat, Apostolicum illud anathema incurrat quo dicitur: Si quis vobis annunciauerit praeuocatum quod accepistis, anathema sit. Quid enim si nemo indignus Corpus Domini accipit, & idcirco portio panis, propter indignos videlicet, immutabilis remanet? Cum se nemo dignum audeat dicere, quia scriptum est, Nescit homo verum amore an odio sit dignus in vita sua, sed neque de alio audeat iudicare, scriptum est enim, Ne laudes hominem in vita sua, homo enim videt in facie, Deus autem in corde: nemo vtrique confidenter audebit confiteri, corpus esse Domini quod ipse vel totus etiam populus accipit. Quod si nemo id confidenter audebit confiteri, remere ergo Sacerdos affirmat, hoc est Corpus Christi: remere populus, amen, respondet, hoc est, verum est: cum omnino quid hoc sit, nesciant, quoniam merita omnium tam sua quam caeterorum cuncti ignorant. Sed absit hoc vt totius Ecclesiae religiosa confessio vllatenus sit reprehensibilis. Confidenter igitur credat & dicat vnusquisque etiam si se fateatur indignum, Christi corpus esse quod accipit. Huc accedit, quod Sacerdos plerumque indignissimus missam celebrat, solusque id quod consecratum est, totum sumit. Si ergo id quod sumpturus erat indignissimus iste propter ipsum immutabile remansit: quoniam totum sumpturus erat, nihil de pane & vino in carnem & Sanguinem Christi immutatum est. Si autem propter indignum Presbyterum nihil de pane & vino mutatum est: praualuit igitur (quod absit) iniquitas Sacerdotis verbis Domini saluatoris, falsa est etiam & fides Ecclesiae, quae & per bonos & per malos ministros verba Domini credit aequaliter operari. Sed absit à cunctis fidelibus hoc, vt iniquitas hominis verba saluatoris infirmare posse credatur. Absit vt Ecclesiae fides falsa sit, quae sola apud Deum laudabilis est, quae & per bonos & malos ministros verba Christi aequaliter operatoria credit. Non igitur quod sumpturus erat indignissimus Presbyter, propter ipsum immutabile remansit. Cum ergo totum quod consecratum est sumat: Carnem & Sanguinem Christi Presbyter indignissimus comedit & bibit. Quod si ita est, immo quia verè ita est: frustra dicitur, partem panis & vini immutabilem remanere propter indignos. Quamobrem sileatur huiusmodi semper humana suspitio: & id tantum quod nobis commendatur in ipso Canone missae tenenda

mus. Nam illicita scriptum est: Quam oblationem tu Deus in omnibus quaesumus benedictam, ascriptam, ratam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris: vt nobis corpus & Sanguis fiat dilectissimi filij tui: Non hic dicitur, vt pars eius fiat Corpus & Sanguis. Nec Dominus noster Iesus Christus, cum dixisset, manducate ex hoc omnes, addidit, pars enim eius est corpus meum: sed id tantum, hoc est enim corpus meum.

Illud sanè extremum, quis vel mediocriter eruditus solo auditu non perhorreat: quod videlicet caro & Sanguis Domini propter indignos in panem reuertantur & vinum: Caro quippe & Sanguis Domini incorruptibilis est. Quod autem incorruptibile est, nec corrumpitur, nec corrupti potest. At essentiam suam perdere, & in panem corruptibilem ac vinum corruptibile reuerti, ista quidem magna corruptio est: Igitur caro & Sanguis Domini, in panem & vinum iam reuerti non potest. Quapropter & hic error sepeliatur aeterno silentio. Cauent verò vtrique ista alienum ignem afferre circa diuina altaria, ne moriantur coram Domino. Cauent etiam transgredi terminos patrum suorum, quos posuerunt sibi. Multi quippe cibi, vt Salomon ait, in noualibus patrum: alij absque iudicio congregantur. Huiusmodi verò doctrinarum cibi in noualibus patrum non possunt inueniri. Igitur absque iudicio congregantur. ROGERTVS. In quantum perpendere valeo, omnia te ratione firmissima video profectum. GVITMVNDVS. Vt igitur ad quid totus sermo noster profecerit, breuiter ostendamus, quoniam sacrificium nostrum nec umbra tantum vel figura carnis & Sanguinis Christi esse, nec Christum intra se impanatum tegere iuxta Berengarium potest, neque verò substantiam panis & vini ex parte mutari, & ex parte non mutatam permanere veritas patitur: Neque post mutationem in id quod fuerat reuerti, aut in aliud quicquam mutari iam vltra fas est. Restat vt haec tantum sit Deo iuuante mera & solida fides, vt totus ille panis & totum illud vinum altaris dominici, ita per diuinam consecrationem substantialiter commutentur in carnem & Sanguinem Christi: vt postea iam in aeternum aliud nihil omnino, quam caro & Sanguis saluatoris Domini Dei nostri Iesu Christi esse possint. Cui pro tanta charitate gratias referamus aeternas: regnanti cum Deo patre & Spiritu sancto, per infinita saecula saeculorum, Amen.

EIVSDEM GVITMVNDI ARCHIEPISCOPI DE SANCTA TRINITATE, CHRISTI HVMANITATE CORPORISQUE AC SANGVINIS Domini nostri veritate, confessio.



OTES Deum cogitare volumus, minus vtrique volumus quam debeamus: nec tamen tantum valemus, quantum volumus: quanto hinc igitur quantum debemus? Quod si humanae mentis cogitatio interior debitum suum quomodo soluat non inuenit: ipse oris sermo exterior quid persoluit? Verum dilectissime frater Ro-

berte, & si pater noster in corde nostro sicut deceret non agnoscit verbum suum: nos tamen quasi paruuli sub vberibus vel balbutiendo ostendamus ei affectum nostrum. Quoniam itaque scriptum est, Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem: liquet omnino, quoniam quamuis in corde fides recta teneatur quae iustificet, per necessaria est tamen in ore confessio quae nos saluet. Sed quid de

Verba f. Canonis.

Leuit. 10.

Prover. 12.

Prover. 13.

Rom. 10.

Deo ille pronuntiabit, qui distortum aliquid, aut fortasse nihil adhuc inde cogitavit. Quorum alterum æternæ damnationis sacrilegium, alterum verò, si ille quicumque est iam ratione vitur, mortiferi somni est iudicium. Vigilet ergo cor Christiani in fidei suæ cogitatione, vt si necesse fuerit, sciat aperire os in confessione. Hæc per paucis prælibauimus, vt quàm necessaria sit fidei scientia & confessio ostendentes, ad eiusdem fidei tractatum Domino adiuuante licentius veniremus.

De Sacrosanctæ diuinitatis vnitatis & trinitatis.

Credo Sacrosanctæ diuinitatis æternæ vnitatis: Creator, enim omnium vnus est Deus & trinus autem, quia pater est, & Filius, & Spiritus sanctus. Nō dico quòd idem ipse sit Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: sed dico quòd idem ipsum est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Cùm dico ipse ostēdo personam quæ est Pater, vel Filius, vel Spiritus sanctus: cùm verò dico ipsum, ostendo substantiam quæ est Deus. Creditur itaque per singulos alia persona, sed non creditur in tribus nisi vna substantia.

Sumamus nunc aliquod exemplum inter nos, per quod aliquatulum valeamus ascendere super nos. Videmus aliquem hominem filium genuisse, videmus eum patrem filij esse. Si igitur à me quæras quid sit ille pater qui genuit filium: respondeo, homo. Si quæras quid sit filius, respondeo, homo. Cùm dixi homo, substantiam patris & filij indicavi. Vides igitur quia eadem substantia est patris hominis, & filij hominis. Si enim diceretur, pater homo, & filius equus: quis aliud quàm monstrum, aut horrendum aliquid cogitare posset? Mox enim vt à me patris & filij diuersas substantias audires: aut iocari, aut insanire potius quàm veritatem dicere me non dubitares. Sed si iterum quæras quis est ille: dico, pater illius est. Si quæras de filio, quis est ille: dico, filius illius est. Vides charissime quia in personis diuersa nomina posui quæ sunt pater & filius: in substantia verò vnum nomen ostendi, quod est homo. Quod in homine vides, hoc in multis creaturis videre potes. Si igitur in creaturis vt in vna substantia sint plures personæ, & in pluribus personis vna substantia, natura postulat, & Deus hoc facit: quāto magis in Deo qui omnia creauit? Verūmne creatori creaturam cœquamus? Absit. Quamuis enim in creaturis de patre dicam quia homo est, & de filio quia homo est, & ita patris & filij vna substantia est: tamen iterum dico, quia pater homo, & filius homo duo homines sunt. De Deo autem, valde aliter. Sic namque dico de patre, quia Deus est: & de filio quia Deus est, & de Spiritu sancto quia Deus est: vt nulli tamē credere liceat, quòd tres Dij sunt. Iam nunc annuente eo de quo loquimur, de eadem Trinitate aliquid apertius loquamur. Creata consideremus, & in creaturis creatorem admirantes laudemus. Cælum itaque terram, mare & quæ in eis sunt videmus: & hæc omnia creasse vnū Deum corde retinemus, ore cōfitemur. Hæc tanta & tam multa, & tam admiranda ineffabili prorsus sapientia condidit: quam ipse non fecit, nec creauit, sed genuit. Quemadmodum enim in anima nostra vi-

demus quoniam ipsa gignit cōsiliū suum, & illud cōsiliū quasi proles est animæ quod apud se habet, & per illud omnia exteriora operatur: ita Deus (quomodo Deum decet) sapientiam suam de seipso genuit, per quam omnia quæcunque sunt, ab eo facta sunt, & disponuntur. Hęc igitur est sapientia Dei filius, Deus de Deo genitus: de quo patri Deo dicitur: *Omnia in sapientia fecisti*. Sed quid Deus per sapientiam suam faceret, si eandem sapientiam ipse non diligeret? Aut quid in illa diligeret, si & ipsa eū à quo genita est similiter non amaret? Constat igitur quia à patre procedit amor ad filium, & à filio, procedit ad patrem suum. Ille amor est Spiritus sanctus, qui ab vtroque ita procedit, vt semper in vtroque maneat: & ita semper in vtroque manet, vt ab vtroque semper procedat. Cœterus autem est patri filius, quia pater sine sapientia sua nunquam fuit: Cœternus Patri & Filio Spiritus sanctus, quia vtrorūque vnā substantiā ipse amor inseparabilis qui est eadem substantia, semper vniuit. Totum autem se sapit, pater & totum se diligit quicquid est: tanta est igitur sapientia sua, & tanta charitas quantus ipse est. Æqualis est ergo Patri Filius & Spiritus sanctus. Quod si de patris volumus substantia cogitare quid sit, prius de eius sapientia cogitemus quantum possumus, quid & ipsa sit. Ipsa enim est quæ dicitur: *Nemo venit ad patrem nisi per me. Et, Qui videt me, videt & patrem meum*. In sapientia itaque nec latitudinem nec longitudinem, nec rotunditatem, nec vllam quantitatem, aut qualitatem videmus. Non in ea diuersorum membrorum quemadmodū in corpore nostro distinctiones inuenimus. Nihil igitur corporale, in sapientia essentia inuenitur, sed totum est Spiritus, quicquid de ea recte cogitatur. Errant igitur vehementer qui Deo patri figuram hominis tribuunt, quia qualis est filius, talem vti que patrem & Spiritum sanctum, qui non credunt, desipiunt. Ille autem Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, vbique est totus, vnus Deus, vbique incircumscriptus, vbique indiuisus. Quòd vt aliquatulum intelligamus, diligētius attendamus. Ponamus itaque corā nobis aliquod minutissimum corpus, vel ipsam vngulam nostram, quæ præsto est aspicimus, & in ipsa quomodo Deus totus sit videamus si possumus, si videre non possumus, credamus. Video in vngula mea quinque, superiora, inferiora, dextra & sinistra, & media, hæc omnia per sapientiam suam Deus iam fecit: & modo etiam vt subsistat, disponit. Non est autem sapientia Dei pars dextro, vngulæ, lateri, & altera sinistro lateri, & alia superiori, atque alia inferiori vngulæ eiusdem præsens est parti, & alia medietati: sed sicut tota omnia operatur, sic tota præsens est omnibus. Eius enim præsentia nō localiter, sed potentialiter est estimanda. Quæ quoniam eadem hora & eodem momento quo ista facit, etiam cætera omnia prout sibi voluntas est, disponit, præsentē se vti que semper & simul & in omnibus ostēdit. Quod de sapientia, id est, de filio vidimus, hoc de patre, hoc de Spiritu sancto sentiamus: quia eos inseparabiles esse omnino necesse est vt credamus. Ad imaginem Dei quæ est anima nostra redeamus, & in ipsa si possibile fuerit Trinitatē in vnitatis videamus. Anima nostra, Spiritus vti que non corpus est. Quæ habet in se & de se, id est, de substantia sua tria.

Christus sapientia patris, per quam omnia condidit.

Spiritus sanctus est amor patris ad filium, & filij in patrem.

Quid sit Dei sapientia inuenit. Ioan. 14.

Trinitatis sententiam inuenit.

tria. Intellectū, memoriā, voluntatem. Horum singula in omnibus, & omnia in singulis sunt. Singula in omnibus sunt: quia intellectus intelligit seipsum, intelligit memoriā suam, intelligit voluntatē suā. Ecce intellectus in memoria, & in voluntate est. Memoria recolat seipsum, & intellectū suum, & voluntatem suam. Voluntas vult, id est, diligit seipsum & intellectum suum, & memoriā suam. Ita sunt in omnibus. Omnia verò sunt in singulis, quia eadē ratione, intellectus, memoria & voluntas, omnia sunt in vno sunt. Et hæc non nisi vna substantia sunt, quæ est anima. Dicamus igitur similiter de patre, & filio, & spiritu sancto. Pater vita est, filius sapientia, spiritus sanctus charitas. Vita itaque viuunt, & sapientia viuunt, & charitas viuunt. Sapientia sapit, & vita sapit, & charitas sapit. Charitas diligit, & vita diligit, & sapientia diligit. Et hæc tria non nisi vna substantia, quod est Deus.

Caendum est tamen ne vel animam nostrā Deo nostro æquare velimus: ne forte dum eius similitudinē supra nos appetimus, ab hoc quod per eum sumus, decidamus. Sicut igitur in opere imaginē vidimus operantis: sic iterum videamus quod factū est quantum distet ab eo qui condidit. In anima quippe & intellectus, memoria, voluntas vna substantia est, quæ mens vocatur: nō tamē intellectus est memoria vel volūtas, neque memoria est intellectus, vel voluntas, neque voluntas memoria, vel intellectus. Aliud est enim in anima præteritorū meminisse, aliud presentia intelligere: & aliud quod meminert, & quod intellexerit, velle. Vnde intelligitur plus esse in anima tria hæc intelligere, meminisse, velle: quàm solum velle, vel solum intelligere, vel solum meminisse. Intellectus n. intelligit sibi & memoriæ, & voluntati: memoria recolat sibi, & intellectū, & volūtatē. Voluntas autē vult sibi, & memoriæ, & intellectū. In Deo autē qui omnino simplex est natura, nō est aliud viuere, aliud scire, aliud diligere: nec plus tria hæc quàm vnū, nec vnū min⁹ quā tria credim⁹ esse. Quod ita potest intelligi. Pater est viuēs, filius sapiens, spiritus sanctus diligēs. Et pater viuēs, sapiens, diligēs. Et singulus quisque itidē. Quoniā verò Deus omnino simplex est natura, sic viuēs, vt sit vita, sic sapiēs, vt sit sapientia, sic diligēs, vt sit dilectio, singulus quisque autē Deus, singulus quisque igitur vita, sapientia & dilectio. In cōse quens autē est credere in simplici natura aliud esse vitā, aliud sapientiam, aliud dilectionē. Redigamus igitur hæc tria ad vnū, & dicamus: Pater & filius & Spiritus sanctus vita, vel sapientia, vel dilectio. Ergo manifestū est nō plus esse tria quàm vnū, nec minus vnū quàm tria. Videndū est tamen ne cōfundamus personas. Ita n. est pater sapientia vel dilectio, vt tamē filius sit sapientia patris, & spiritus sanctus dilectio patris & filij. Hic oritur quæstio difficilis. Si n. pater sapiens, & filius sapientia, quæritur vtrū sit sapiens sapientia sua, quæ est filius suus. Omnis enim sapiens, sapientia sapiēs est. Ad quod ita respōderetur, Deo hoc est sapientia, quod est essentia. Si igitur pater à filio suo sapiens est: à filio habet sapientia. Ab ipso ergo & essentiam. Pater igitur à filio, non filius à patre. Atqui pater non est à filio, Non igitur sapientiam habet à filio. Quod similiter differitur de Spiritu sancto, qui dilectio est vtrorumque. Cre-

endum est ergo quia pater perfecta vita est, & sapientia, & dilectio à seipso: Et filius perfecta vita, & sapientia, & dilectio est à patre suo: & Spiritus sanctus hoc idem à patre & filio. Hanc trinam vnitatem, & vnā Trinitatem, Adam ante peccatum incorrupta imagine Dei anima sua, lucidē intellexit, quam lucem peccatum commissum obscurauit. Peccauit autem hominis anima voluntate: corpus opere. Vtrumque igitur mortuum est: quia ab vtroque peccatum commissum est. Quoniam verò mortuus est homo per insipientiam, oportuit eum viuificari per sapientia. In carnata est igitur Dei sapientia, vt deleteretur hominis insipientia. Sed insipientia hominis animam rationalē & corpus occidit: Dei verò sapientiam, id est, filius & animam rationalem & corpus assumpsit. Et sicut ille sine peccato de immaculata terra factus est: ita iste sine peccato de incorrupta virgine natus est: Assumpsit autē ita Deus hominem, vt nec Deus in hominem mutaretur, nec homo absorberetur in Deum. Si enim Deus in hominem mutaretur, iam nō esset Deus, sed homo solus: & ideo non adiuuaret. Si verò homo absorberetur in Deum, iam nō homo, sed Deus solus: & ideo mori non posset. Mori autem cū aliæ multæ rationes quibus nos redimeret suppetērent, voluit vt & diabolus iustitia magis quàm potentia vinceret. Iustum enim erat, vt qui hominem vicerat, ab homine vinceretur: & nobis quanta charitate reducat nos, ostenderet. Hinc est quod de Spiritu sancto conceptus dicitur, quia Spiritus sanctus charitas est, & totum hoc mysterium charitas operata est. Factus itaque homo est cum Deo vna persona: sed cōseruata est vtrique propria substantia. Homo iste sine peccato vixit, vt vinceret diabolus & dolores sustinuit, vt deleteretur hominis peccatum. Miracula fecit, quia Deus erat: mortuus est, quia homo erat. Seipsum mortuum suscitauit, vt Deus crederetur: in carne palpabili postea apparuit ne homo esse dubitaretur. Corpus quidem in cruce mortuū, in lapide sepeliri permisit, animaverò viuā cum Deo permanens, in infernum, non vt pateretur, sed vt dominaretur, descendit, quæ liberatis inde quos dignos iudicauerat: cæteris verò dimissis, corpus suum tertia die resumpsit. Resuscitato autem corpore, cum discipulis, nō cōtinuē, sed certis vicibus apparet, & etiam comedens, quadraginta diebus mansit. Quadagesimo die, videntibus illis cœlos ascendit. Quod verò post resurrectionem comedit, non indigentia, sed argumentum manifesta resurrectionis fuit. Regnat itaque Dominus noster Iesus Christus in gloria patris, vêturus ad iudicium omnibus in manifestatione carnis: reprobos traditurus æternis tormentis: electis se ostensurus in perpetuis gaudiis, in quibus nos regnemus per æuum; & cum ipso Domino Iesu Christo, qui cum patre & Spiritu sancto viuunt & regnat Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

De Corpore & Sanguine Domini.

Interim autē dum ab eo in hoc mūdo peregrinamur, corpore & sanguine ei⁹ in via paschimur: sicut Apostolis suis hoc mysterium in cœna vltima ante mortē suam tradidit, & nobis sequentibus frequentandū per eos mandauit. Adhibendā est ergo fides dominicis verbis: quibus dicit; *Caro mea verē est ci-*

Homo qui per insipientiam mortuus erat, per Christū sapientia viuificatus debuit de humanitate Christi.

Cur Deus nos saluare voluerit.

An pater sit sapiens sua sapientia.

Ioan. 6.

bus, & sanguis meus verè est potus. Omni ergo execrata dubitatione, sicut credimus, quia vnigenitus Deus, coeternus Deo patri filius verè in carne nostra natus, verè mortuus, verè resurrexit, verè in caelum ascendit, verè sedet ad dexteram Patris sui: ita indubitanter credamus, quia corpus eius & sanguinem verum & integrum in altari post consecrationem māducamus. Verum, inquam, corpus dominicū & integrum, quod & totum in patris dextera sedens gloriatur, & totū de Sacerdotis manibus sumitur, & si per partes quasi frangatur, in vnaquaque tamen parte, quāuis minutissima, totum & integrū habetur, & si eadē hora, & eodem momento, mille Sacerdotes hoc mysterium operantur, in singulorum tamen manibus corpus Christi totum & integrum consecratur, à singulis totum & integrum sumitur.

In singulis Particulis hostie & in omnibus missis, totū & integrū Christi corpus. Christi corpus est mysterium, Sacramentū vel figurā dicitur. Cap. 10.

Hic queri potest, cur mysteriū, vel Sacramentū, vel etiam figura hæc cōsecratio dicitur, si ipsa res & ipsa veritas est: & nihil aliud per hoc significatur. Ad quod ego respondeo, quia & mysteriū est, quia aliquid mysticum portat: & Sacramentum, quia sacrum aliquid intelligendum intra se occultat: & figura, quia excepto hoc quod corporaliter agitur, spirituale aliud valde necessariū figurat. Mysticum enim & sacrum, & spirituale, per hoc mysteriū figuratur: quoniam sicut nos omnes Christi corpus cor-

poraliter fumimus, ita nos ipsi eius corpus spiritualiter viuendo effici debemus: nō illud corpus, quod verbum Dei in persona sua assumpsit & dominicū dicitur, sed quod in scripturis sanctis Ecclesia vocatur: de quo Paulus dicit: *ipse est caput nostrum*, & nos membra eius. Hinc est enim quod de pane & vino Sacramentum istud conficitur. Panis enim ex multis granis vnus efficitur, & vinum ex multis vinaciis in vnum liquatur. Similiter & nos ex multis granis vnum corpus efficitur, de corpore & sanguine domini bene viuendo, & credendo catholica fide reficimur. Vnde & per Paulū dicitur: *Vnus panis sumus omnes*. His itaque & aliis si plures sūt significationibus conseruatis, conseruetur etiam fides, quia Domini corpus ipsum verū nō qualitatiuè, sed substantialiter creditur: vt quod ipsa veritas omnino verū esse testatur, nostra fallacia falsum: aut imaginariū esse non opinetur. Hoc corpus si indignè sumitur, (indigne autē tunc sumitur, si in mortiferis peccatis maneat anima, & cum ipsis accipitur) omnino ibi iudicium manducatur & bibit. Cū verò dignè inquantū potest humana fragilitas per gratiā Dei suscipitur, absque dubio per hoc Sacramentū anima nostra vitam æternā consequitur: quæ verè nobis à Domino nostro Iesu Christo per eius corpus & sanguinē concedatur in perenni seculo, Amen.

ALGERI, IN LIBRVM DE SACRAMENTIS CORPORIS ET SANGVINIS DOMINICI,

PROLOGVS.



Via Sancti de corpore & sanguine Domini variè scribentes, aliquando de vniuerso Christo, capite scilicet & membris: aliquando non de vniuerso, sed vel de capite, vel de membris loquuntur: aliquando cum Sacramento, aliquando sine Sacramento: simplicibus (vt de re ineffabili non intellecta) errores, plus autem quam oportet sapere volentibus gignuntur hæreses: adeo, vt simplices nisi perfectius instructi, errando pereant: plus quam oportet sapientes nisi correcti fuerint, docendo & defendendo quod nesciunt, se & alios perdant. Alij enim quod de membris dicitur, capiti adscribunt: alij, quod de capite, membris imponunt: & de vtroque vel alterutro tam confusè sentiunt: vt, vel caput nimis humiliant, vel membra nimis glorificent, & sic nec quod verum nec quod dignum est vtriusque diiudicent. Nec solum de veritate corporis Christi, sed & de Sacramento ipsius varij errores, variæque proueniunt hæreses. Alij enim panem & vinū non mutant, sed solum Sacramentū, sicut aquā baptismatis, vel oleum Chrismatis, corpus Christi non verè, sed figuratè vocari dicunt: sicut cū dicitur, Accipe vestem candidam quā perferas ante tribunal Christi, nec tamen ipsam, sed ab ipsa significatā. Alij autē dicunt panem non solum Sacramentum: sed in pane Christum quasi impanatum, sicut Deum in carne personaliter incarnatum. Alij autem panem & vinum in carnem & sanguinem mutari, sed non Christi, sed cuiuslibet filij hominis sancti & Deo accepti, vt compleatur quod Christus dixit: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis. Alij autem gratiæ Dei derogantes, dicunt Sacerdotum malis meritis ita inuocationem diuini nominis annullari: vt eorum indigna consecratione non debeat panis in Christi carnem conuerti. Alij verò mutari quidem in carnem Christi, sed malis meritis sumentium non permanere carnem Christi, sed iterum reuerti in purum Sacramentum panis & vini. Alij, quod est deterius, dicunt per comestionem in foedæ digestionis conuerti corruptionem.

Ioan. 6.

Quia ergo tot hæreses, & si qua sunt aliæ, de Sacramento corporis & sanguinis Christi pullulant: de veritate & virtute ipsius aspirante diuina gratiā, quanto fidelius potero absoluam: non humana quidem ratione, quo ad hoc non suppetit, sed ipsius Christi sanctorūque testimoniis, quibus Ecclesia roborata consistit: à quibus quo firmitus veram obtinet fidem, eo certius æternam assequitur salutem. Non enim, vt ait Apostolus, in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed per stultitiā prædicationis placuit saluos facere credentes: quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus: & quod infirmū est Dei, fortius est hominibus. Videtur enim stultum, sed stultis, Christum in specie panis & vini, brutæ scilicet rei præsentem nobis corporaliter fieri: tantilla formula panis, tantam maiestatem contineri. Sed quis in Deo reprehendere debeat: quod in ipso pium, nobis autem est necessarium? Conuertere quidem non videtur eius dignitati, vt corruptibilis substantia panis incorruptibile eius corpus fiat: Sed congruit nostræ salutis, vt tali Sacramento panem Angelorum nos reficiat. Sapientissime quidem, vt occulto mysterio fides exerceatur ad meritum: fortissimè autem, vt mens tali cibo roborata, hoste deuicta, fortissimè, vt tanti sui operis de re minima & maxima nec comprehendi possit potentia, nec arificium. Super omnia enim est mirabile existentem substantiam.

Mirabilia.

453

substantiæ panis, in coexistentem substantiam carnis sua conuertere: quod est non videri, quod videtur non esse: ipsamque carnem cum sit localis, præsentem in celo & in terra verè & substantialiter esse: & cum verè caro comesta, & sanguis eius bibitus fuerit à populo, ipsum tamen Christū vnum & integrum suo permanere in regno. Sed hæc rationi cæca, fidei sunt manifesta. Quod ergo ex se Christū tam mirabiliter, tamque salubriter dignatur pro nobis operari, non parumpendendum, sed iugiter à nobis venerandum est & colendum: quia cū potens sit de lapidibus suscitare filios Abraham, qui elementa bruta panis & vini in suam conuertit substantiam: multo magis fideles suos sub tantæ spei imagine & virtute, in corporis sui transfignabit gloriā, non pro merito, sed pro gratiā dans gratiam. Vnde Augustinus: *Mysterium vestrum de mensa Domini accipitis: estote quod videtis, accipite quod estis.*

Mat. 3.

Psal. 113.

Credendū esse quod mens capere nequeat.

Psal. 43.

1. Petr. 1. Rom. 11.

Greg. dia. logorum lib. 1. c. 35.

1. Cor. 13.

De tam mirifico itaque, tamque necessario mysterio dicturus, prius fideles admonendos arbitror, vt quāuis sit incomprehensibile, non tamen videatur incredibile: quia & si capaces non sumus ad intelligendum, Deus tamen non est impotens ad percipiendum: qui, vt ait Psalmista, omnia quæcunque voluit fecit in celo & in terra. Pensare enim debet humana paruitas modum suum: vt quia non accipit vt magnalia Dei valeat comprehendere, non minus credat esse. Cū enim homo creatura sit, sed excellens, sicut præest quibusdam creaturis super quas factus est: sic etiam quibusdam nondum æquatus, subest longè dissimilis ei à quo factus est. Sicut enim lapidi datum non est vt sentiat, nec peccati vt intelligat: sic nondum homini datum est vt cum Angelis Deum sicut est videat. Cū ergo nec sentiatur à lapide: nec intelligatur à pecude cui præest: nunquid homo se minus esse intelligit, quia hoc suis inferioribus non innotescit? Sic igitur Deus, qui incomprehensibilem maiestatem suam bestialibus sensibus, vel intellectibus humanis, sicut res terrenas quilibet communiter non exhibet perceptibilibus: nunquid à nobis longè suis inferioribus minus esse putandus est, qui longè longius quàm nostra inferiora nostram comprehendere non possumus suam veritatem. Quanto enim sensui vel intellectu longè sunt à nobis, quæ sub nobis facta sunt: tanto & incomparabiliter amplius longè sumus ab eo qui nos fecit. Ex quo enim homo cum in honore esset non intellexit, & comparatus iumentis inipientibus similis factus est eis: in corpore quidem bestiales sensus recepit, quibus tantum corporalia, nec illa etiam, verè perfectèque sentiret: in mente verò ita hebetem intellectum habuit, vt parum corporalia, minus spiritualia discerneret: Non igitur decet, vt bestiali sensui vel modico intellectu nostro, quo nec terrena ista scire sufficimus, immensitatem diuinæ maiestatis comprehendere velimus: cū ipsi Angeli, qui adhuc nobis superiores sunt, in eum desiderant prospicere, nec tamen immensitatem eius maiestatis valeant penetrare: quāuis eius sicut est, faciem contemplantur, & eius manifesta gloria satientur. Quæ enim creatura, cū circumscripta sit, immensum possit comprehendere? Si enim aliquatenus comprehendere potest, immensus non est. Vt ergo ait Apostolus non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: & vnicuique sicut diuinitas Deus mensuram fidei. Non enim omnia dat omnibus, sed vnicuique proprium donū est à Deo. Quod vt in membris Ecclesiæ congrua corporis nostri probemus similitudine, variis membris varij sensus distribuuntur, per quos color oculis, sonus auribus dissimiliter sentiuntur: & sic in cæteris. Vt igitur figuratè loquar si visus auditui varietatem colorum, & visui prædicaret auditus varietatem sonorum: nonne alterum alteri credere oporteret in his quæ minimè sentiret? Non enim deberet esse incredibile, quia ei esset incomprehensibile. Nunquid enim minus sunt quæ videntur, quàm quæ audiuntur, & econuerso? Ecce oculus plaustrum motum videt, auris stridorem eius tarditate sua non simul percipit. Cū ergo motus & stridor sine se non sint, nunquid minus simul sunt quia visus & auditus simul ea non percipiunt? Nunquid totus mundus simul non est, quia nulli sicut Beato Benedicto simul visibilis est? Cū ergo sensus non debeat præiudicare sensui pari suo quo minus credat esse, quod non sibi, sed aliis est sensibile? Sicut enim sonus oculo est inuisibilis, color auri est inaudibilis: sic omnibus corporeis animæ intellectus est insensibilis. Nunquid ergo minus est quod intellectu suo anima corporalia & spiritualia discernit, in virgultis vel herbis naturam caloris vel frigoris, humoris vel siccitatis deprehendit, cogitationes à se dissidentes in sensibili sua discretionem compefcit, ad corporeos etiam sensus referendos insensibiliter se afficit, & in his omnibus sola à se intelligitur & intelligit? Quorsum hæc? Vt sicut illa quæ incomprehensibilia sunt sensibus, non minus esse credantur: sic quæ sunt incomprehensibilia intellectibus humanis, non minus esse credantur. Vt igitur ait Apostolus Deum nunc per speculum & in ænigmate contemplantur, multum de ipso cognoscimus, si ipsum nobis incomprehensibilem, in his quæ ex nihilo fecit mirabilem, in seipso credamus mirabiliorē. Hortando quidem & inducendo ad fidem, modum Prologi excedere visus sum: sed ideo, quia fidem magis vidi necessariam ad percipiendam veritatem Sacramenti, vnde acturus sum. Nunc igitur primam portionem huius operis Deo annuente expediā de veritate Domini, & dedit corporis, secundam, de ipsius Sacramenti variis quaestionibus.

ALGERI LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

Quod dicitur Dominum deum esse carnem factum.

Ioan. 1.

Via à veræ fidei cognitione Originæ analis gloriæ visibilibus signis, in inuisibilem à morem rapti, ad vitæ æternæ patriam reducemur. Dominicæ igitur incarnationis opus, sicut ipsi Deo præ cæteris omnibus operibus suis propriè proprium: sic præ omnibus operibus suis præcipuè fecit præcipuum: vt hominem in vnitare personæ suæ assumptum, & quod ex adiuncta diuinitate deificatum ita glorificaret, vt non solum hominibus, sed & omnibus Angelicis spiritibus adorandū præferens, in dextera Dei patris collocaret. Vnde Augustinus in libro cōtra Maximinū; ait Apostolus: *Propter quod eum susceperunt, & dedit*

August. lib. 3. c. 4. Philip. 2.

illi nomen quod est super omne nomen: ut in nomine Iesu omne genua flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum. Nec queritis cui donauerit, vtrum homini an Deo. Quomodo enim donauerit, euidete rapparet. *Humiliauit*, inquit, *semetipsum usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus superexaltauit illum, & donauit ei nomen quod est super omne nomen.* Nunquid antequam hoc fieret, non erat altus filius Dei, verbum Deus apud Deum: sed posteaquam propter hoc exaltatus est, quia factus est obediens usque ad mortem crucis, tunc cepit esse altus filius Dei, vnicus Dei Deus: tunc cepit habere nomen quod est super omne nomen? quis hoc insipientissimus dixerit? Hoc ergo illi donatum est, ut homini, secundum quem factus est obediens usque ad mortem crucis, quod iam habebat idem ipse filius Dei, Deus de Deo natus aequalis. Item in eodem: Homini ergo donauit ista, non Deo. Neque enim cum in forma Dei esset, non excelsus erat, aut non ei genua flectebant, caelestia, terrestria & inferna. Sed cum dicitur, Propter quod illum exaltauit: satis apparet propter quid illum exaltauerit. In qua ergo forma crucifixus est, ipsa exaltata est, ipsi donatum est nomen quod est super omne nomen: ut cum ipsa forma serui nominetur, vnigenitus filius Dei intelligatur. Item August. in tractatu Psalmi octauo: *Et constituit illi cum super opera manuum tuarum.* Quandoquidem & opera manuum Dei sunt Angeli, etiam super Angelos constitutum accipimus vnigenitum filium: quem minurum paulo minus ab Angelis per humilitatem carnalis generationis & passionis audimus & credimus. *Omnia*, inquit, *subiecit sub pedibus eius.* Nihil excipit cum dicit omnia. Et ne aliter liceat intelligi, sic Apostolus credi iubet, cum dicit: *Excepto eo qui ei subiecit omnia.* Nec mirum si filius hominis filio Dei in vna persona vnitus, sicut participium diuini nominis, sic etiam diuinæ gloriæ assequatur: ut exaltatus super omnem creaturam, flexione genuum ab omnibus odoretur, & vnigenitus Dei per ipsum cui vnitus est nominetur. Cur enim hoc minus Deus faceret homini sibi personaliter vnito: quam per eum facit anima corpori sibi vnito. Confert enim participium nominis & naturæ quæ habet: ut ab anima animatum viuat & sentiat, quod ex se non habebat. Sed & ignis ferru transuerberas, ignitum reddit: candoremque suum & calorem conferens, ipsum scintillare, flammescere & vrere contra suam naturam facit. Cum ergo ignis igniat, anima animat: quid Deus nisi hominē sibi vnitū deificet, & super omnē creaturā exaltatū, puritatis, omnipotentis, & veritatis etiā prerogatiua secū glorificet?

Philip. 2.

Lib. 2. c. 5.

Psal. 8.

Hucusque August. 1. Cor. 15.

C A P. I I.

Quod quoniam Christum exaltatum est super omnia, & in eo nobis cuncta donata sunt, similem etiā gloriā nos sperare debemus. Rom. 8. Ioan. 1.

Ed & vt certius in simili natura nostra per gratiā Christi, speremus gloriā, nos eius fratres fecit, & illum, & cū illo omnia nobis donauit: vt dū Dominicū hominē in vnitate personæ Dei, credimus deificatum, nō dubiū sit, quod mediante ipsius gratia, teste Ioan. nobis est datum. Ait enim: *Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri: qui ex Deo nati sunt.* Vnde Augustinus in secundo sermone super Ioannē: vt homines nascerentur ex Deo, primo ex ipsis natus est Deus. Noli ergo mirari d homo quia

Afficeris per gratiā filius, quia nasceris ex Deo secundum verbū eius. Prius ipsum verbū voluit nasci ex homine, vt tu securus nascereris ex Deo. Reuera enim vt securiores essemus in ipso de conformitate & vnitate tantæ gratiæ in humili nostra natura, naturā carnis nostræ sibi vnuit Deus in eadē persona: vt dum eam tam mirabiliter glorificatā videremus, de germanæ carnis nostræ glorificatione nō desperaremus. Quia igitur in hanc gratiam nos adoptare voluit vt qui nec digni serui fueramus, filios Dei faceret, & Christo coheredes ordinaret: ipsum quē primogenitum in multis fratribus & sibi vnigenitū esse voluit, in quo erat plenitudo diuinitatis corporaliter, priuilegio omnis gratiæ non ad mensuram, sed super omnē creaturā insigniuit: vt ipse de Spiritu Sancto conceptus & Dei filius non renatus, sed natus, nos in iniquitatibus cōceptos, & seruos diaboli natos, per gratiam filios Dei renasceret: & eos secunda natiuitate recolligens & immutans, ad suam gloriā prouheret, quibus prima sua natiuitate omnimodis præcelleret. Vt ergo deificū corpus Christi cuius esset potentia clarificeret, sicut sol vitru sine sua vel illius læsione penetrat: sic ipsum non phantasticū, sed verū virginis matris virginalia integra integrū pertrāsies, nec ab eis dissipatur, nec ea dissipat. Res quidē stupenda & ineffabilis, sed nobis nō incredibilis, quia omnipotenti nō impossibilis. Vnde August. cap. 91. super Ioannē: *Omnia quidē ceterorū miracula superat quod est natus ex virgine, matrisque integritatē solus potuit nec cōceptus violare nec natus. Vt autē sic nasceretur Deus, illū decuit, nobis profuit: vt mūdus natus nos mūdaret, potenter natus in firmos roboraret. Suā enim munditiā, vt cōformitate illa sibi vniti placerent, nostrā esse voluit: ne verō contra hostē læuissimum nostra infirmitate deficeremus, suā potētiam nostrā fecit: vt eum sua fortitudo prætorior est nobis quam nostra, per suam gratiam sibi deuotiores: & dum fortior, per suam omnipotentiam contra hostem simus superiores. Vt enim potentes non tamen omnipotentes creati potuimus per naturam: sed mododum omnipotens est fortitudo nostra, quasi omnipotentes efficiuntur per gratiam. Vnde & dominus in Euāgelio: *Omnia possibilia credenti.* Si ergo quia nobis omnia possibilia sunt, omnipotentes efficiuntur: quid Deo adiutore nobis nocet nostra infirmitas, quæ & humilitatis auget meritū, & virtutis nescit detrimentū? Quid enim fortitudinis rusticus amitteret: si in causa sua cōtra aliquem potentem Rex ei patrocinareretur vbi ipse non posset? Vnde & Apost. *Si Deus pro nobis quis contra nos?* Item in Psal. *In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.* Item dominus in Euāgelio: *Cōfide, quia ego vici mundū.* Quod cur diceret, nisi illa sua victoria, nostra esset? Vnde August. in sermone de natali Martyrum: *Proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam & cum illo omnia nobis donauit?* quando ipsum nobis donauit, cum illo nobis omnia donauit. Terret te fremitus mundi, cui donatus est artifex mundi? Christū nobis donatū esse gaudeamus, & nullos in hoc seculo inimicos timeamus quicquid ergo potētia seu nascēdo, seu infirmos curādo, mortuos suscitādo, ipse a mortuis resurgēdo, cælos ascēdendo, monstrauit, nobis fecit: vt ad roborandam*

Gloria.

Tract. 91.

Mat. 9.

Rom. 8. Psal. 19. Ioan. 16.

Rom. 8.

randam infirmitatem nostram & salutem conferendam potens crederetur & esset, & illuc non desperaret caro peruenire, quō carnem cognouerat ascēdisse. Vnde Augustinus in sermone vndecimo de verbis Euāgelij: *Serpētis astuta pernicies, Vt laude Christi te auertat a Christo, dolose prædicat, quē vituperare non audeat: exaggerat maiestatem eius, vt singularem faciat: ne tu speres tale aliquid, quale in illo resurgente monstratū est. Excita ergo fidem & dicenti, Christus solus potuit, nos nō possumus, responde: & dic, Ideo Christus potuit, quia Deus. Respondebit ille: Vtique quia Deus. Dic & tu: Et quia Deus, quia omnipotens, cur desperabo quod poterit & in me, quod demonstraui in se propter me? Reuera enim quia, vt ait Esaias, *puer natus est nobis, & filius datus est nobis:* & cum illo: vt dictum est, omnia, quicquid in homine gessit propter nos fecit, quum ipse habens omnia, nobis datus esset, in ipso tam abundanti dono, nihil ad salutē pertinens nobis deesset: sed etiam in hac vita, vt ait Apostolus, Deus omnia in omnibus esset. Vt igitur hoc patenter nobis constaret, ne vllatenus de sua gratia diffideremus: doctrinis, exemplis, Sacramentis, promissionibus, beneficiis, dilectionē suam nobis cōmendans, & nostra excitans, fragilitatēque roborans, pietatis affectu se nobis patrē vocari & esse voluit, quæcunque in nomine suo peteremus se daturum promisit: & quia originaliter & miserabiliter serui eramus hostis nostri, hostes autē Dei patris nostri, eadē natura qua perieramus maiori nostro, honore maiori hostis confusione nos reparans, ad soluendum pro nobis Adæ debitum, ipse nihil ex se debēs, noster vicarius extitit: & vt nos liberos & securos ab hoste redderet, pro voluptate cibi vetiti Adæ oblata, facultatem sanguinis sui voluntati eius permittam recompensans, hoc precio nos ita redemit: vt quia Dominus a nequam seruo suo iniuste vita spoliatus est, ipsū iure suis omnibus (nobis scilicet) spolians, & quia nos captiuauerat, captiuās, simpla morte sua duplam nostram, triduana æternam auferret: eius idēque mortis pœna sibi indebita, Adæ peccatum, quod inultum esse non poterat, luens, patris iram pro nobis satisfaciendo placaret, pœnamque sine fine nobis debitam relaxaret: & quia ipsi patri solus ab origine mundi plenam obedientiam usque ad mortem seruando de hoste suo triūphauit, hoc singulari suo merito, in ipso homine, quo mortē perulit, super omnia, vt dictum est, exaltatus, nos patris gratiæ reconciliatos, de seruis diaboli faceret filios Dei: baptisimo Sacramento regenerans, & spiritu adoptionis filiorum cor fidelium mundans, illumians & roborans, ac variis charismatibus ornans.*

Cap. 9.

C A P. I I I.

Quod ad maiorem tantæ gratiæ certitudinem ipsum caput nostrum dicit, nos membra ipsius ita constituit, vt in eis corpus eius cum ipso

Ad vltimum etiam ne aliquod in ipso nobis alienum videatur aut arduum, ita verē & perfecte communicauit nobis seipsū, vt visibiliter etiā corporis & sanguinis sui mirifico Sacramento, Ecclesiam sibi vnienē & concorporas tanta gratia insigniret, vt ipse caput eius, & ipsa esset corpus suū, non nomine tenus tantū, sed in veritate sui corporis, verē sibi cōcorporatū: vt in illo nullius gratiæ nobis esset diuortium, cum quo nos solidaret tam vnica vnitatis Sacramentum: certūque esset hoc pacto nos cū ipso

Tom. 6.

per ipsum, in vita æterna, simile dignitatis obtinere gloriam, si cum ipso per ipsum, in hac vita similem innocentia seruare voluerimus gratiam: maxime cum ipse moriturus, sub ipsius sacrosancti sanguinis sui nouo testamento, cui, vt ait Apostolus, super ordinati aut mutari nephas est, vitæ æternæ pactum nobis assignauerit, & ipse a mortuis resurgendo, in se capite nostro, quomodo corpus suum glorificare deberet ostenderit. Non enim esset misericordia Dei & iustitia condignum, si eos repelleret a regni sui consortio, quibus tam familiariter vniri dignatur in mundi exilio, eiusque honoris vicissitudinem non rependeret in manifesta visione suæ maiestatis à quibus dignē susceptus & adoratus est in occultis & peregrinis Sacramentorū suorum figuris. Quomodo etiam ibi fieret diuersum quod hic factū est vnum? Vnde Hilarius in libro octauo de Trinitate: Si verē verbum caro factum est, & verē nos verbum carnē factum cibo dominico sumimus: quomodo non naturaliter in nobis manere existimandus est, qui & naturam carnis nostræ iam inseparabilē sibi homo natus assumpsit, & naturam carnis suæ ad naturam æternitatis sub Sacramento nobis communicandæ carnis admiscuit? Ita enim omnes vnū sumus: quia in Christo pater, & Christus in nobis vnum in his nos esse faciunt. Si ergo nos verē sub mysterio carnē corporis sui sumimus, & per hoc vnū erimus, quia pater in eo est, & illē in nobis: naturalis per Sacramentum proprietatis, perfectæ Sacramentum est vnitatis. Ideoque sancti caput Ecclesie Christum, Ecclesiam mēbra vel corpus Christi dixerunt ipsamque cum ipso capite suo Christum. Vnde August. in lib. de Trinitate: *Sicut corpus vnū est, inquit, & membra habet multa, ita & Christus. Nō dixit: ita & Christi, sed, ita & Christus: ostendens Christū rectē appellari etiā vnuersum, hoc est, caput cum corpore suo quod est Ecclesia. Et multis scripturarū locis inuenimus Christum etiā hoc modo appellari, vt cum omnibus mēbris intelligatur, quibus dictum est: *Vos estis corpus Christi & membra.* Vnde idem Augustinus admirans in sermone 26. super Ioannem ait: In corpore esto Christi. Nō potest viuere corpus Christi nisi de spiritu Christi. Inde est quod exponens nobis hunc panem Apostolus: *Vnus panis, inquit, vnum corpus multi sumus.* O Sacramentum pietatis, o signum vnitatis, o vinculū charitatis! Qui vult viuere, habet vbi viuat, habet vnde viuat. Accedat, credat, viuat in Deo. De Deo in corporetur, vt viuificetur. Non abhorreat à compage membrorum, non sit putre membrum quod refecari mereatur: hæret corpori, viuat Deo de Deo. Itē August. in tract. Psal. 130. loquēs Apost. de membris Christi, non ait, sic & membra Christi, sed totū hoc quod dixit, Christum appellauit. Mul-*

capite dicatur: Christus Sacramentum & veritate corporis sui nos sibi vnienē, & incorporas, Hilarius.

Rom. 12.

1. Cor. 12.

1. Cor. 10.

1. Cor. 12.

V iij

Rom. 12.

Act. 9.

Ioan. 10.

Galat. 3.

Eph. 1. Gen. 1.

Ioan. 6.

Ioan. 6.

† Voluerit.

homo factus est, corpus eius sumus. Item idem in tractatu Psalmi 142. Omnia autem membra corporis cum sint multa, vnum est corpus: ita & Christus: Non ait, ita Christus & corpus: sed corpus vnum membra multa, ita & Christus. Totum ergo Christus. Et quia totum Christus, ideo caput de celo, Saule, Saule, inquit, quid me persequeris? Item in eodem: Tenete hoc, & fixum omnino mandate memoriae, vt agnoscatis Christum caput & corpus, & inde videatis quanta gratia ad Deum pertineatis, vt ipse voluerit nobiscum esse vnus, qui est cum patre, vnum.

Quomodo cum patre vnum? Ego & pater vnum sumus. Quomodo nobiscum vnus? Non dicit, & seminibus quasi in multis: sed tanquam in vno & semini tuo qui est Christus. Sed ait aliquis: Si Christus semen Abraham, nunquid & nos? Memento quia semen Abraham Christus: ac per hoc si & nos semen Abraham, ergo & nos Christus: Et post pauca: Erunt duo in carne vna. Apostolus dicit, Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Christus & Ecclesia, duo in carne vna. Hanc autem vnitas capituli nostri & Corporis Ecclesiae, quomodo in Sacramento corporis & sanguinis Christi communicando per geminam dilectionem Dei & proximi solidetur & confirmetur, ait ipse: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Vnde sanctus Augustinus in sermone 27. super Ioannem: Signum quia manducauit & bibit, hoc est, si manet, & manetur, si habitat & inhabitatur, si haeret, & non deseritur. Hoc ergo nos docuit & admonuit mysticis verbis vt simus in eius corpore sub ipso capite in membris eius, edentes carnem eius, non relinquentes vnitatem eius. Quae vnitas vera Dei dilectione seruetur, vt corpus suum corpori suo, id est, nobis vnietur. Vnde August. in sermone de Sacramentis fidelium feria 2. Paschae. Quia passus est pro nobis, commendauit nobis in isto Sacramento corpus & sanguinem suum, quod etiam fecit nos ipsos. Nam & nos corpus ipsius facti sumus: & misericordia ipsius quod accipimus, nos sumus. Quia igitur corpus Christi sumus qui corpus Christi accipimus: non solum capiti per dilectionem: sed etiam cum membris nostris inuicem vniri debemus. Vnde idem in serm. 26. super Ioannem, Petra Christus in signo, verus Christus in carne & verbo. Hic est ergo panis de celo descendens: vt si quis manducauerit ex ipso, non moriatur. Sed quod pertinet ad virtutem Sacramenti, non quod pertinet ad visibile Sacramentum, qui manducat intus, non foris: qui manducat corde, non qui premit dente. Hunc itaque cibum & potum societatem vult iutelligi corporis & membrorum suorum, quod est sancta Ecclesia. Huius rei Sacramentum, id est, vnitatis corporis Christi de Dominica mensa sumitur, aliquibus ad vitam, aliquibus ad exitium. Res verò ipsa cuius Sacramentum est, omni homini ad vitam, nulli ad exitium quicumque eius particeps fuerit. Virtus enim & res Sacramenti est vt inuicem se diligendo, de vnitate corporis Ecclesiae sint quicumque de eo participantur, quod nulli est ad exitium, sed omni credenti ad salutem: quicumque tantae societatis, conformante & vniente Christo, verè particeps esse potuerit. Vnde idem August. in sermone de Sacramentis fidelium:

Ad aquam venistis, cōspersi estis, panis Dominicus facti estis. Quomodo vnum videtis esse quod factum est: sic vnum estote vos diligendo vos. Haeretici que runt diuisionem: cum panis iste nō indicet nisi vnitatem. Sic & vinum in multis racemis fuit, & modo in vnum est. Quia igitur corpus Christi sumus, & Christus sumus, ita vt etiam in altari eodem Sacramento signemur, cum panis Dominicus corpus Christi sit in seipso, & corpus Christi in Ecclesia mirabili vnitatis gratia nos ad se pertinere voluit, cum mysterium nostrum sicut & suum in Sacramento altaris, ne moriamur, sumere nos concessit: ita vt etiam mysterium suum in veritate corporis sui sumptum nulli proficit, nisi mysterium nostrum, societatem scilicet Ecclesiam eodem Sacramento assumpserit: quia sicut caput non est vitale sine corpore, sic Christus nulli vitam confert sine vnitate corporis Ecclesiae. Sed nec mysterium nostrum vlatenus in Sacramento corporis Christi fit sine suo, vt sicut per dilectionem vnum sumus inuicem, sic & plus etiam cum eo: quatenus sicut ipse in nobis, sic & nos maneamus in ipso: quia cū à corpore suo fit indiuisus, nec in Sacramento suo veraciter sumi dicitur Christus, nisi sumatur vniersus, suo & nostro mysterio nobis incorporatus. Vnde August. in sermone de Sacramento, Apostolus audi dicit: Vos estis corpus Christi & membra. Si ergo vos estis corpus Christi & membra: mysterium vestrum in mensa Domini positum est, mysterium vestrum accipitis: ad id quod estis, amen, responderis. Esto membrum corporis Christi, vt verū sit Amen tuum. Quare ergo in pane: Recolite quia panis non fit de vno grano, sed de multis. Quando exorcizabamini, quasi molebamini. Quando baptizati estis, quasi cōspersi estis. Quando spiritus sanctificationem accepistis, quasi cocti estis. Estote quod videtis, & accipite quod estis. Sic & de vino fratres recolite. Grana multa pendunt in botro, sed liquor granorum in vnitate cōfunditur. Ita Dominus Iesus Christus nos significauit, ad nos pertinere voluit, mysterium pacis & vnitatis nostrae in sua mensa cōsecrauit. Qui accipit mysterium vnitatis, & non tenet vinculum pacis: non mysterium pro se, sed testimoniū accipit contra se. Quia igitur per vnitatem spiritualem, ita concorporales & cōsacramentales sumus Christo, vt similitudine praedicta dicamur panis Dominicus, dicamur etiam corporis Christi cibus, & sanguinis eius potus: quia scilicet sicut cibus & potus temporalē vitam, sic vnitas Ecclesiae confert aeternam: ideo sancti eandem vnitatem vocant virtutē & rem Sacramenti, rem, quia ab eo significatur, virtutem, quia effectū diuinā gratiae cum Christo maxime operatur: quamuis Christus vt caput nostrū virtus principalis & res Sacramenti sit substantialiter & verè, societas verò & vnitas Ecclesiastica, figuratè. Non igitur errorem generet quod sancti aliquādo de corpore Christi, aliquādo per se loquuntur de corpore Ecclesiae in eodē Sacramento: quia etsi in vnitate & effectū salutis vtriusque corporis est similitudo in eminentia dignitatis, in veritate substantiae, soli capiti nostro Christo seruanda est suae singularitatis summa discretio. quamuis enim hoc sacramēto reformet corpus humilitatis nostrae, etiā in hac vita cōfiguratum corpori claritatis suae: non tamen

Philip. 461

men nos vsque adeo superextendere debemus, vt quantumcunque nos sua humanitate vel similitudine exalter, vsque ad eius dignitatē pertinere praesumamus: sed sic suscipiamus misericordiam suam in medio templi sui, vt vsque in fines terrae sit laus sua secūndū nomen eius. Ipse enim est caput corporis Ecclesiae, non vnitate personae, sed gratiae.

CAP. IIII.

Quid sit Sacramentum, & quot modis accipitur.

Quia igitur hoc suo Sacramēto Christus Ecclesiam suam vnit sibi & concorporat, de veritate eius & virtute, quasi de re ineffabili, quantū Deus dederit disseramus: si tamen prius quid Sacramentum sit discutientes, quomodo figura à veritate rei quam significat, discernēda sit, ostenderimus. Augustinus in 10. libro de Ciuitate Dei: Sacramentum visibile, inuisibilis rei Sacramentum est: id est, sacrum signum. Itē Augustinus in 2. de doctrina Christiana: Signum est res praeter speciem quam ingerit sensibus, aliud aliquid ex se faciens in cognitionem venire. Item alibi: Sacramentum est inuisibilis forma. Sciendum autem quod Sacramentum & mysterium in hoc differunt: quia Sacramentum signū est visibile aliquid significans, mysterium verò aliud occultum ab eo significatum. Alterum tamen pro altero ponitur, vt superius dictum est: mysterium vestrū accipitis: vt sit mysteriū occultās & occultum, & Sacramentum, signans & signatum. Vnde Maximus in quadam homilia Epiphaniae, Mystica eius natiuitas sempiterno gaudio & terrā laetificauit & caelum. Hunc ergo regem & caelestium, hominumque rectorem sub carnis mysterio venientem, impie tremuit Herodes. Nec solummodo Sacramentum pro alterutro, id est, vel pro signo vel pro signato inuenitur: sed etiam pro vtroque. Sicut cum dicitur: Verbum caro factum est, caro pro carne & anima. Itemque, Omnis anima potestibus sublimioribus subdita sit: anima pro carne & anima accipitur. Nec mirum, si Sacramentum pro Sacramento & re Sacramenti saepius ponitur: quia & corpus Christi pro Sacramento & corpore Christi inuenitur. Augustinus de Sacramentis altaris: Corpus Christi, & veritas & figura est. Veritas, dum corpus Christi & sanguis, virtute spiritus in verbo ipsius, ex panis vini que substantia efficitur. Figura verò est, id quod exterius sentitur. Sciendum etiam quod Sacramentum in sacris codicibus non semper pro sacro signo sed Sacramentum aliquando iusiurandū, aliquādo res sacra accipitur. Vnde Ambrosius in libro ad Gratianū apparuisse dicit hominibus vnigenitum patris per Sacramētum assumpti hominis, quasi diceret: per hominē quem sibi sacrauit, quia homo nō signum, sed potius occultatio diuinitatis fuit.

CAP. V.

Quod visibile Sacramentū panis & vini, nuncupatiue dicitur corpus Christi.

Quia igitur sancti Sacramentū pro Sacramento & re Sacramēti, & corpus Christi pro veritate & figura indifferenter vsurpant: ne errore generent, quid in pane dominico sacramentū, & quid corpus Christi verè & propriè sit, discernamus. Formā panis & vini & ceteras elementorū remanentes & visibiles qualitates, Sacramentū tātummodo verè dicitur esse: substantiam autem illam inuisibilem, quae ipso Sacramēto operata est, & in quam panis & vini

Tom. 6.

substantia translata est, verè & propriè dicitur esse corpus Christi testatur Augustinus in libro Sententiarū Prosperi, ita ea discernens: Hoc est quod dicitur, quod modis omnibus approbare cōtendimus, sacrificium Ecclesiae duobus confici, duobusque constare: visibili elementorum specie, & inuisibili domini nostri Iesu Christi carne & sanguine: Sacramento & re Sacramēti, id est, Christi corpore: sicut persona Christi constat & conficitur ex Deo & homine, cum ipse Christus verus Deus sit & verus homo: quia omnis res illarum rerū naturam & veritatem in se continet, ex quibus conficitur. Conficitur autē sacrificium Ecclesiae duobus, Sacramēto & re Sacramenti, id est, Christi corpore. Quae ergo duo esse approbat, visibile scilicet Sacramentum & inuisibilem rem Sacramēti: nō vnū & idem, sed aliud & aliud esse demonstrat. Vnde itē August. in sermone de verbis Domini: Quod videtis in altari, panis & calix est, quod etiā vobis oculi vestri renunciant: quod autē fides postulat instruenta, panis est corpus, calix est sanguis. Et Paulo post: Ista fratres ideo dicuntur Sacramēta: quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur. Quod videtur, speciem habet corporalem: quod intelligitur: fructum habet spiritualem. Quia igitur aliud est corporale quod videtur, aliud spirituale quod intelligitur: aliud ergo est Sacramentum quā res Sacramenti, id est, corpus Christi. Item August. in libro Sententiarum Prosperi: Caro eius est quam forma panis operata in Sacramento accipimus. Non dicit ergo formā panis esse carnē Christi vel formam: sed operam carnem Christi. Vnde etiam in fine cuiusdam Missae oratur & dicitur: Perficiant in nobis Domine quae sumus Sacramēta tua quod continent: vt quod dūcē specie gerimus, rerū veritate capiamus. Postulat quippe sacerdos vt corpus Christi quod sub specie panis & vini nūc geritur: manifesta visione sicuti reuera est, quandoque capiatur. De qua visione Dominus in Euangelio secundum Ioannem: Qui diligit me, diligitur à patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Et de hoc eodem Sacramento legitur in passio ne beati Dionysij: qui dum sacrum mysterium celebraret in carcere, apparuit ei Dominus, dānsque illi sancta dixit: Accipe hoc charo meus, quod me complebo tibi vnā cum patre meo. Ac si diceret: Quod tibi do modo in viatico, non mutabo in praemio, vt dem aliud: sed id ipsam complebo, meipsum manifestās. Cū igitur sacerdos dicat: Sacramēta non corpus Christi esse, sed in se continere, nec etiam ipsius corporis veram formam, sed tantummodo similitudinatiam speciem & figuram illius quod in rerum veritate, id est, in vera sua claritate specie capere desiderat: quod etiam Dominus beato Dionysio non perfectum esse in hac vita, sed in alia cōplendum affererat quomodo Sacramēta quae visibilia & mutabilia sunt, erunt verū corpus eius, vel vera species corporis illius, in quo post resurrectionē inuisibilis & immutabilis est Christus. Vnde Augustinus contra Paulum: Quid enim aliud sunt quaeque Sacramēta corporalia, nisi quasi quaedam verba visibilia, sacrosancta quidem, & tantē mutabilia & temporalia: Absit ergo, vt transitoria species panis & vini, sit vera substantia vel vera species immutabilis corporis Christi. Sed si aliquādo dicitur cor-

V iiii.

Sacrificium Ecclesiae duobus conficitur, duobus que constat.

Sabbato quatuor temporum Septēbris.

Ioan. 14.

Dionysius.

Lib. 19. Cap. 16.

Epist. 13.

Eusebius.

Lib. sententiarum Prosperi.

Quod Christus in pane sacramentali non ita personat, ut in carne incarnatus. Hæc contra Lutheranos.

Error impanatorum nullis auctoritatibus fulcitur.

pus Christi, nuncupatiue & non verè oportet intelligi. Vnde Augustinus ad Bonifacium: Si Sacramenta quandam similitudinem carum rerum quarum Sacramenta sunt non haberent, omnino Sacramenta non essent. Ex hac autem similitudine plerumque ipsarum rerum nomina accipiunt. Sicut ergo secundum quendam modum, Sacramentum corporis Christi, corpus Christi est, Sacramentum sanguinis, Christi, sanguis Christi est: sic Sacramentum fidei fides est. Ac per hoc paruulus qui non habet fidei affectum, responderetur credere, & fidem habere, propter fidei Sacramentum. In quo notandum est, Sacramentum corporis Christi, secundum quendam modum, id est, similitudinarie & nuncupatiue, non proprie corpus Christi vocari, quantum ad elementorum speciem & formam: quod tamen verè & proprie corpus Christi vocatur & creditur, quantum ad substantiam quam continet, & in qua panis & vini substantia conuersa est. Vnde Eusebius Emisenus: Verè vnica & perfecta hostia fide estimanda non specie, nec exteriori censenda visu, sed interiori affectu. Cum enim exterius non videatur nisi species panis, interius creditur veritas Dominici corporis: Et vtrique Augustinus. sanguis Christi est, quæ sub vini specie ac sapore potamus.

C A P. V I.

Quamuis autem Sacramentum superius à re Sacramenti, tanquam figura à veritate, satis distinctum sit: errantes tamen quidam de quibusdam sanctorum verbis, dicunt ita personaliter in pane impanatum Christum, sicut in carne humana personaliter incarnatum Deum. Quæ hæresis quia noua & absurda est: rationibus & auctoritatibus, prout Deus aspirauerit, radicitus est extirpanda. Ex quadam enim similitudine beati Augustini in libro Sententiarum Prosperi, suam sumunt & defendunt hæresin, qua dicitur: Sacrificium Ecclesie duobus conficitur, duobusque consistit sicut persona Christi constat & conficitur ex Deo & homine. Dicunt enim male subaudiendo, ita personaliter sacrificium Ecclesie, id est, Christum in altari sacrificatum, duobus consistere in eadem persona, sicut persona Christi constat ex Deo & homine. Si autem opponitur illis, quod illa elementorum species non sit cum Christo vna persona, sed tantum Sacramentum eius, mysterium & figura: nec sic desistunt, dicentes, quia ita dicit beatus Ambrosius ad Gratianum, sicut dicitur Sacramentum assumpti hominis, sic dicitur Sacramentum Dominici corporis: Et beatus Maximus, Deum sub carnis mysterio venientem: Itemque in multis scripturis dicitur Deus operatus humana forma vel figura, sicut Christus in altari, panis forma vel figura. Qui error nulla quidem sanctorum auctoritate astruitur, sed ex indifferenti & impropria usurpatione nominum vel similitudinum concipi videtur: qua de Sacramento & re Sacramenti ita loquuntur, ut prauè intelligentibus, quasi vnum quid accipiantur. Sed cum dicitur: Corpus Christi est veritas & figura, nunquid pro vna persona accipiendum est, sicut cum dicitur, homo est corpus & anima? Similis quidem est grammatica, sed non similis intelligentia. Non enim dicitur quod hæc duo sint in corpore Christi personaliter vnum facta: sed ita æquiuocè dicitur corpus Christi

veritas & figura, quasi de vero homine & picto diceretur, homo dicitur homo verus & pictura: quamquam familiarior sit figura panis cum veritate corporis Christi, quam pictura cum homine: cum non solum repræsentet ut Sacramentum, sed ipsum etiam contineat, & substantialiter conuersus sit in ipsum. Item non omnipharia similitudo accipienda est, qua dicit Augustinus sacrificium Ecclesie ita constare duobus sicut persona Christi duobus constat: cum non utrobique personalis unitatis contulerit similitudinem, sed qualiter tantum utraque duobus content fecerit collationem.

Sed ite opponunt, quia ita dicitur Christus assumere speciem vel formam panis in altari, sicut verbum Dei speciem vel formam carnis in vtero virginali: & sicut verbum fit caro, sic panis fit eadem caro. Sed nunquid vel sic vincunt, qui confusione similitudinum pervertere querunt: Dei veritate? Reuera enim verbum fit caro, & panis fit eadem caro: sed longe diuerso modo. Verbum fit caro, & nascitur caro de carne, assumendo carnem, non mutatum in carnem: sic factum quod non fuerat, ut non desisteret esse quod erat. Panis autem fit eadem caro, non nascitur caro, nec assumit carnem, sed mutatur in carnem: sic factus quod non erat, ut desistat esse quod fuerat: pulchra spe nostra pulchroque mysterio: ut in corpus Christi traicitur & bruta: si desistat esse quod ex se male fuerat, & sit in Christo quod bene non erat.

Quod autem panis non nascitur, testatur Augustinus contra Faustum: Panis & calix non qualibet, sed certa consecratione mysticus fit nobis, non nascitur. Proinde quod ita non fit, quamuis sit panis & calix, alimentum est refectionis, non Sacramentum religionis: nisi quod benedicimus, gratiamque agimus Domino in omni eius munere, non solum spirituali, verum etiam corporali. Cum ergo panis mysticus non nascatur, nec aliqua natura terrenæ origine vel conditione in hoc diuina gratiæ Sacramento creetur, sed ita corpus Christi fiat, ut panis esse desinat: quomodo res quæ iam non est, vel ipsa alicui, vel aliquid ei impersonari potest? Sed quomodo Christus in pane, qui iam non est, impanari, dicitur, quum Christus in panem nec conuertatur, nec aliquatenus panis fiat: sed econuerso, panis in corpus Christi conuertatur, & corpus Christi fiat, ita ut panis non remaneat? Non enim ita sumere dicendus est in altari speciem vel formam panis: sicut in vtero virginali speciem vel formam carnis: quum in vtero sumpsisset speciem vel formam cum substantia: in altari verò speciem vel formam panis mutata & non permanente substantia.

Quum enim dicitur species vel forma panis & vini: hæc illarum rerum sunt vocabula, quæ ante fuerunt, scilicet panis & vini. Panis enim & vinum in Sacramento iam non sunt, sed ante fuerunt. Quam igitur in Sacramento Christi possunt creare nouam personam, in quo nec antiquam suam retinent substantiam? Vnde notandum est, quum diuina pagina corporis Domini panem vocat, non substantialiter, sed mysticè & figuratè dici: vel quia ex eo conficitur, eiusque nonnullas retinet qualitates, vel quoniam animam facit, eiusque vitæ æternæ ministrat substantiam, vel quoniam panis est Angelorum. Solum enim

Substantia panis non remanet in Eucharistia.

Corpus Christi cur panis vocatur.

Gen. 8.

Quod remanentibus qualitatibus suis substantia panis & vini in verum corpus Christi mutatur.

Ambros. lib. 4. c. 4.

lent enim scripturæ quaslibet res vocare nominibus illarum rerum ex quibus fiunt: ut cum dicitur homini, quid superbit terra & cinis, cum homo non sit cinis, sed ex cinere factus: seu quæ putantur esse & non sunt, ut cum legitur Abraham vidisse tres viros, cum essent Angeli: seu quibus, similes aliquo modo existunt, ut cum Deus dicitur leo propter fortitudinem: Sic igitur corpus Domini panis vocatur, vel quia, ut dictum est, ex pane conficitur, vel quia intuentium oculis, cū sit caro, panis videtur: vel ea similitudine qua sicut panis materialis carnem, sic ipse spiritalis alit mentem. Sed opponunt, quia sicut verbum assumpsit veram speciem carnis cū substantia, sic Christus in altari veram speciem panis cum substantia. Cum enim dicat Augustinus in sermone de verbis Domini, Quod videtis in altari, calix & panis est, quod etiã vobis oculi vestri renuntiant: testimonio oculorum veritatem panis astruere conantur. Quod autem subsequenter ait: panis est corpus, calix est sanguis, unitatè personale mentiuntur, quamuis ipsis sensibus corporeis per omnia credendum non sit: ut cum oculi in aqua remum fractum putant, vel longinquitate videti, quod magnus est paruus renuntiant, vel obscuritate aliud quam sit, ut Maria in tenebris Iesum hortulanum, & discipuli nocte super mare ambulante phantasma æstimant. Sed quæ perfectio possit esse humani visus, cū ad ea penetranda, quæ supersensibilem videt, lynceis oculis non æquetur? Quis ergo dubitet de veritate corporis & sanguinis Domini, quæ spiritaliter creditur: quicquid sensus corporei de ipso vel forma, vel odore vel sapore extrinsecus metiantur? Non minus verè erat Christus cum Maria putaret hortulanum: quam cū recognouit eum.

C A P. V I I.

Sed iterum teste beato Ambrosio, vbi ait sermone Christi operatorium esse, ut panis & vinum sint quæ erant, & in melius commutentur: videntur struere ut sint substantialiter quæ erant, & in aliud mutantur. Quod tamen tolerabiliter dictum est, nisi à prauo interprete intolerabiliter exponatur. Si enim intelligatur ut panis & vinum sint quæ erant non secundum substantiam, sed secundum formam & cæteras suas qualitates ibidem remanentes, & secundum substantiam, in aliud mutantur: quamuis aliquantulum improprie, tamen tolerabiliter & verè dictum erit. Et reuera sic suis & cæterorum sanctorum auctoritatibus contradicatur, ita necessariò est exponendum. Quicquid enim mutatur in aliud, in aliquo definit esse quod fuerat: siue substantialiter, siue accidentaliter. Sed in pane & vino cum in corpus Christi mutantur, accidentia esse non desinunt, sed omnia remanent: ergo panis & vini substantia esse definit. Quia igitur sanè expositum est, ut sint quæ erant secundum visibilem speciem remanentem, & mutantur secundum interiorè essentiam ineffabiliter: ut & inuisibili Sacramento vera probetur elementorum species esse quæ fuerat, & interior substantia eorum mutari in melius quod prius non fuerat: ut videamus beatum Ambrosium sibi vel aliis sanctis non esse cõtrariū, verba sua in ordine suo ponamus. Ait enim in libro de Sacramentis: Tu forte dicis, meus est panis vtitatus, Sed panis iste

panis est ante verba Sacramentorum: vbi accesserit consecratio, de pane fit corpus Christi. Cõsecratio igitur quibus verbis est, & cuius sermonibus? Domini Iesu. Ergo Christi sermo hoc conficit corpus. Quis sermo Christi? Nempe is quo facta sunt omnia. Si ergo tanta vis est in sermone Domini Iesu, ut inciperent esse quæ non erant: quanto magis operatorius est, ut sint quæ erant, & in melius commutentur? Ergo, ut tibi respondeam, non erat corpus Christi ante consecrationem, post consecrationem iã corpus est Christi, Ipse dixit & factum est, ipse mandauit & creatum est. Ergo didicisti quod ex pane fiat corpus Christi, & quod vinum & aqua in calicem mittitur, sed fit sanguis consecratione verbi cœlestis. In quo notandum est beatum Ambrosium comparatione à maiori ita vsu: ut quandoquidem Deus de nihilo fecit substantiam & formam, multo magis altera manente, in melius mutare possit alteram. Vnde idem in eodem: Antequam consecratur, panis est: vbi autem verba Christi accesserint, corpus est Christi. Et ante verba Christi calix est vino & aqua plenus: vbi autem verba Christi operata fuerint, ibi sanguis Christi efficitur, qui plebem redemit. Ergo vide quãtis generibus potens est sermo Christi vniuersa conuertere. Deinde ipse Dominus Iesus testificatur nobis quod corpus suum accipiamus & sanguinem. Nunquid debemus de eius fide & testificatione dubitare? Item Eusebius Emisenus. Nec dubitet quisquam primarias creaturas, nutu potentis, præsentia maiestatis in Dominici corporis transire posse naturam: cum ipsum hominem videat artificio misericordie cœlestis, Christi corpus effectum. Sicut autem quicumque ad fidem veniens ante verba baptismi adhuc in vinculo est veteris debiti, his verò commemoratis, mox exiit omni fece peccati: ita benedicte verbis cœlestibus creaturæ, sacris altaribus imponuntur, & antequam inuocatione summi nominis consecrentur, substantia illic est panis & vini: post verba autem Christi, corpus & sanguis est Christi. Quis autem mirum est, si ea quæ potuit verbo creare, verbo possit creata conuertere? Imò iam minoris videtur esse miraculi: si id quod ex nihilo condidisse agnoscitur, iam conditum in melius valeat commutare. Requirit quid sit possibile esse difficile, cui facile fuit visibilia & inuisibilia voluntatis imperio suscitare: cui facile fuit hominem de limi materia figuratum, imaginem etiam suæ diuinitatis induere, corpus humanum conforme corpori suæ claritatis reddere. Itæ Augustinus in Homiliis. Ante verba quando offeruntur panis dicitur: vbi verba Christi de prompta sunt, non est panis, sed corpus Christi appellatur. Quia sancti dicunt, quod post consecrationem iam non est panis, sed corpus Christi: nihil omnino de pane in Sacramento remansisse aliqui autumant: sed sicut virga mutata in serpente, iam non virga, sed serpens vocatur, quamuis in serpente non virgæ substantia, ex qua factus est, sed tantum forma perisse creditur: ita in Sacramento, panis non est panis, quamuis in eo non forma panis, sed substantia mutari credatur. Cur enim Deus, qui vtraque ex nihilo creauit, non possit eque mutare substantiam, vel etiam ad nihilum redigere, sicut & formam? Vnde & beatus Ambrosius: Vide quãtis generibus potens est sermo Christi vniuersa conuertere, quia vel in diuersa for-

Cap. 5.

Eusebius Hom. 4. de Pascha.

Hom. 38. de verbis Domini.

Forma panis non mutatur, sed substantia. Ambros.

nam, vt virgā in serpētem: vel in diuersam gloriam, vt hominē de mortalitate in immortalitatē: vel in diuersam substantiam, vt panem in corpus Christi: vel in aliud quā sūt, siue melius siue peius multis modis aliis, sibi tantum cognitis. Vnde Diuus August. in libro sententiarum Prosperi: Nos autem in specie panis & vini quā videmus, res inuisibiles, id est, Christi carnē honoramus, & sanguinem: nec similiter pendimus has duas species, quemadmodū ante consecrationem pendebamus: cum fideliter fateamur ante consecrationem esse panem & vinū, quod natura formauit, post consecrationem verō carnem Christi & sanguinem, quod benedictio cōsecrauit. Quod quāuis ideo dicat, ne quis putet pro remanente elementorum visibili specie ipsorū etiam substantiam, quā iam corpus Christi facta est, remansisse: euidenter tamen astruit ante & post consecrationem easdem esse species, quas propter substantiā mutationem antē & post non similiter se dicit pendere. Quia tamen ex ipsis elementorum visibilibus speciebus erratur à multis, quum satis constet quod de eorum substantia corpus Christi fiat, quia vt ait Augustinus, corpus Christi & sanguis, ex panis & vini substantia efficitur: de ipsis speciebus videamus. Si enim panis omnino ita mutetur in corpus Christi, vt nihil ex ipso supersit vel appareat, aut si quod apparet, non verū, sed phantasticum fiat: rationi videret contrarium. Si enim pane mutato nihil visibile reseruaretur, minueretur fidei meritū, vel pro euidenti miraculo, quia in consecratione Sacramenti panis omnino euanesceret, vel quia obliuione sopita fidei deuotio torperet, cum in tanto mysterio, signū aliquod, vnde memoria admoneretur, nō superesset. Non enim superesset aliquid visibile, circa quod mystica passionis signa & crucifixionis Christi in Missa possent celebrari: nec vnde in perceptione corporis & sanguinis eius incorporationis suae & nostrae mysteria cōpleri, vel infirmis viaticū dari: nec cetera quae visibilibus & salubriter per ipsum in sancta Ecclesia fiunt, valerēt administrari. Nō enim frustra dixit Dominus: *Hoc facite in meam commemorationem*, Sacramentum exhibens sicut verum fidei, sic verē visibile excitandae cōmemorationi: vt quod fidei certū est, mentē pacet, quod visui certum est, deuotionem accendat. Quia enim illum secundum carnē cōsecrari oportuit penetrare: ve illuc cōfidentius tenderemus, reliquit nobis carnalibus huius Sacramenti visibilem figuram & characterē carnis & sanguinis sui: vt suae passionis memoria incitaret, cōstantius hoc faceremus. Item si elementa omnino mutarentur in Christi carnē: nihil amplius esset Christi caro quā modo est. Sed est propria species humanae carnis corporaliter apparet: nihilominus spiritualis crederetur quā credetur & est. Et quid prodest videre eum in propria specie humanae carnis: qui tamē credendus esset verē habere spiritualem speciē resurrectionis? Vt autem in sequenti astruetur, minueretur fidei meritum, pro tam manifesto veritatis experimento: vel impediretur perceptionis eius commoditas, pro humani corporis comedendi horrore iniecto. Cum autem in Sacramento forma panis, soliditas, color, sapor sentiantur: vel verū hoc esse, vel phantasticū dicitur, sed absit vt perfecta veritas phanta-

Cur visibiles elementorum species in Sacramento remaneant.

Luc. 22.

stia fallacia astruetur: maxime cū ipsi Angeli, & ipse spiritus sanctus in columba vel linguis igneis, quoties apparuisse leguntur, non phantastica, sed vera corpora in aëre assumere astruatur: & in ceteris omnibus Sacramentis noui Testamēti & veteris, nihil phantasiae, sed omnia vera inueniantur. Absurdum enim reuera est, vt quod non verē est, veritatem approbet: & quod de se fallit aestimationem, de alio veram exhibeat fidem. Phantastica enim illusio, magicis congruit & diabolicis fraudibus: veritatis autem assertio, diuinis sanctionibus. Ne ergo phantastica species, Sacramento Christi aliena profusus & indigna, superinduci credatur, quā magis nouit fallere quā veritatem astruere: quomodo id non solū rationi, sed & auctoritati sit contrarium, videamus. Vt ait August. Caro eius est, quā forma panis operam in Sacramento accipimus: Sanguis eius est, quem sub vini specie ac sapore potamus. Sed quia vt supra dictum est, in fine Missae oratur, vt corpus Christi quod sub specie panis & vini nunc geritur, rerum veritate capiatur: ne putetur ipsa species panis & vini, quam corpori Christi non dicit verā vel propriam, similiter in seipsa non esse vera, sed phantastica: sicut solent videri phantasticae species rerum in somniis, vel magorum praestigiiis: quid est quod S. August. approbare contendit modis omnibus, sacrificiū sanctae Ecclesiae duobus cōfici, duobusque constare, visibili elementorū specie, & inuisibili Christi carne & sanguine? Si falsum & friuolū erat: frustra hoc tantus vir omnibus modis approbare contendebat, frustra ad consecrationem Sacramētalem, verā ex veris rebus ostendendā personale consecrationē Christi, ex vero Deo & vero homine in similitudinem adducebat: Frustra etiam vniuersalē propositionē (qua vtramque cōsecrationē, Sacramenti scilicet, & personae Christi, ex veris rebus cōstare astrueret) subdebat dicens: Quia omnis res illarum rerum naturā & veritatem in se continet, ex quibus cōficitur. Quod absit. Sacrificiū enim Ecclesiae reuera veritatem, & naturam in se continet earum rerum ex quibus conficitur, quia verē & naturaliter continet corpus Christi & sanguinē & nihilominus verē & naturaliter elementorū eandem quae fuerat speciem. Alioquin quomodo verū erit, quod de elementis Sacramētalibus Ambrosius dicit, vt sint quae erant, & in aliud commutentur: nisi de eis in Sacramento & aliquid reseruaretur, vt sit quod fuerat, & aliquid mutetur, vt melius fiat? Itē quomodo verum erit, quod praesente Nicolao Papa, & 113. Episcopi sancta Synodus Romae Berēgario haeretico de huius rei catholica fide scriptum tradidit, & ille iureiurando firmavit: panē scilicet & vinū post consecrationem nō solum Sacramētum, sed & corpus Christi esse & sanguinem? Si panis post consecrationē vtrunque est, Sacramētum scilicet & corpus Christi: oportet quod Sacramētū sit specie: & corpus Christi factū sit substantiā mutatione. Vnde Augustinus: Quod videtis in altari, panis est & calix, quod etiam oculi vestri denunciant: oculorum testimonio nō phantasia, sed specie veritatem approbans. Et subdidit: Quod autem fides postulat, panis est corpus, calix est sanguis, mutatione scilicet substantiā, Alioquin si ex phantasia & veritate Sacramētū Christi cōfici creditur, iam consecratio nō erit:

De consecr. dist. 2. ca. Ego Barren 82.

Quomodo panis Sacramētū & corpus Christi.

Cur substantia panis vniuersae non remaneat.

Cap. 4.

1. Cor. 13.

Ioan. 9.

erit: quum ex aliqua re & nulla consecratio constare non possit. Consecritur ergo Sacramentum ex vero corpore Christi & sanguine, & ex veris speciebus panis & vini.

CAP. VIII.

Quomodo Sacramētū corporis Christi ab aliis differat Sacramentis, vel quomodo conueniat, videamus. Cetera enim Sacramenta noui Testamēti & veteris, figurā tantum fuerunt: nec aliqua species eorum, vt id fierent quod significabant, ab hoc quod fuerant, vt manna, Petra, aliquatenus mutatae sunt. Aqua verō baptismatis, & oleum chrismatis in Sacramento ab hoc quod est non mutatur: nec spiritum sanctum, quem significat aqua abluente, emundantem, oleum verō roborantem, illuminantem, quāuis credentibus suo mysterio exhibeat, non tamen continere essentialiter, sed figuratiuē tantū creditur. Solum Sacramētū panis & vini ita mutatur, vt substantialiter nō sit quod ante fuerat: sed substantia eius corpus Christi fiat, forma verō remanens ipsum significat & contineat. Hanc autē panis & vini substantiā idēd Christus in suo Sacramento remanere nō voluit: ne si duae substantiae veritates, panis scilicet cōmuniū noster, & ipse viuus & verus panis in eodē Sacramento essent, errorem gignerēt veritatis, dum ibi esset & ipse verus panis, quia vita aeterna: & panis cōmuniū suo modo verus, quia temporalis vitae substantia. Facilius enim & certius creditur corpus Christi in illo Sacramento fieri & esse, vbi corporaliter nō fuerat, nō solū pro Sacramento, sed & pro miraculo: dum ibi panis definit esse quod fuerat. Et forsitan ne haereses impanationis & coedae digestionis huic singulari suo Sacramento ascribi possent, ipsum ab omni corruptibilis naturae vel materiae contagio purum esse voluit. Sciedum tamē quod beatus Augustinus hoc Sacramētum in significando Christum aliis comparat: quāuis tanto priuilegio, vt dictum est, omnibus tamen ouis quāuis veterib. praecelleret. Ait enim in libro 3. de Trinitate: Si Apostolus Paulus, quāuis adhuc ex parte & in enigmate videret, potuit tamē significando Christum praedicare, aliter per linguam suam, aliter per Epistolam, aliter per Sacramentum corporis & sanguinis eius: nec significantes sonos lingua aditos, nec signa literarū conscripta pelliculis, corpus Christi & sanguinem dicimus: sed illud tantum, quod ex fructibus terrae acceptum, & prece mystica consecratū, ritē sumimus ad salutem: quid mirū, si etiā in creatura caeli & terrae, maris & aëris, facit Deus quae vult sensibilia & visibilia, ad seipsum in eis, sicut oportere nouit, significandum & demonstrandū: Cum igitur per Sacramētū corporis & sanguinis Domini Christus significari dicatur, & ipsum ceteris significantibus adnumeretur, & eius exemplo ceterae significantiū species à Deo posse fieri astruatur: constat ipsum Sacramētū sicut cetera esse significantiū. Item August. in sermone 26. super Ioannem: Et nos hodie accipimus visibilem cibum. Sed aliud est Sacramentum, aliud virtus Sacramenti. Et Paulo post: *Hic est panis qui de caelo descendit*, Hunc panem significauit manna, hunc panē significat altare Dei. Sacramenta illa fuerunt: in signis diuersa sunt in re quae significantur paria. A-

postolum audi: *Nolo enim vos, inquit, ignorare fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes eandem escam spiritualement manducauerunt.* Spiritualement utique eandem: nam corporalem alteram, quia illi manna, nos aliud: spiritualement verō quam nos, & omnes eundem potum spiritualement biberunt. Aliud illi, aliud nos, sed specie visibili: quod tamē idem significaret virtute spiritualement. Quomodo enim eundem potum? *Bibebant, inquit, de spiritali sequente petra, petra autem erat Christus.* Inde panis, inde potus. Petra Christus in signo, verus Christus in verbo & in carne. Manna & specie visibilem panis & vini corporalem escam dicit, diuersa illis & nobis: sed quod credentibus illis & nobis per hanc diuersam escam significatur idem est, scilicet Christus: & ideo dicit in signis diuersa esse manna & pan ē, in re, id est, in Christo qui significatur per illa paria: cum tamen Sacramētum panis familiarius significet Christū quā manna, quia manna futurum, panis praesentem, manna tantum extrinsecus, panis ita vt substantialiter sit conuersus in corpus Christi, sic & formaliter significet corpus Christi. Eadem enim fide Christi saluati sunt qui ante Christum, qua saluantur & illi qui modo sunt: quia crediderūt venturum esse quem nos credimus venisse. Vnde August. in lib. de poenitentia: Vt quid paras dentes & ventrem? Credere in eum, hoc est manducare panem & bibere vinū. Qui credit in eum, manducat eum. Item Augustinus in Psal. 104. Panis caeli est assumptum corpus Agni, quoniam nos reficimur in Ecclesia, sicut illi refecti sunt manna. Nec solum comparatur Sacramētū corporis Christi ceteris Sacramentis cōsignificando: sed & in corpore Christi aeternaliter non permanendo. Quāuis enim panis substantia mirificē, vt dictum est, in corpus Christi conuersa purum esse credatur: forma tamē in Sacramento remanens, nō in corpore Christi manere perpetualiter, sed post hanc vitam omnino desinere creditur, sicut & cetera Sacramenta. Quum enim scriptū sit: *Panem Angelorum manducauit homo*, quia eodē Christo reficitur homo in via credendo, quo sariantur Angeli in patria, eum sicut est videndo, cum eodem fruuntur vt viuunt sine Sacramento quo & nos ne moriamur cum Sacramento: quādo erimus sicut Angeli Dei, nunquid eum quē Angeli sine Sacramento vident reuelata facie sicut est videre poterimus, nisi ablata vmbra Sacramēti: Quomodo enim facies sua vel nostra erit reuelata: nisi omnis vbi vmbra reiecta, & nos appareamus sicut filij Dei, quod sumus, & ipse nobis appareat quod est, sicut est Deus? Frustra oraremus, vt quod nunc specie geritur, rerū veritate capiamus: si ibi etiā huius Sacramenti haberemus vmbra, vbi facie ad faciē sicut est videre speramus Christi gloriam. Quae enim remuneratio esset nobis in alia vita: si vmbra Sacramenti contegente, veritas gloriae Christi nūquā nobis fieret manifesta? Vnde Ambrosius in libro de officiis: Illa igitur sūt nobis expectanda, in quibus perfectio, in quibus veritas est. Hic vmbra, hic imago, illic veritas. Vmbra in lege, imago in Evangelio, veritas in caelestibus. Ante Agnus offerebatur & vitulus: nunc Christus offertur, quasi recipiens passionem, & offert se ipse quasi Sacerdos, vt peccata dimittat. Hic in imagine, ibi in veritate, vbi

1. Cor. 10.

Tract. 15. in Ioan.

Psal. 104.

Lib. 1. Cap. 2.



apud patrē quasi aduocat⁹. pro nobis interuenit. In quo notandum est quia in veteri testamento dedit Deus tantum figurā vmbra in nouo veritatem cum figura, in futuro dabit veritatē nō cum figura, sed manifestam: vt tali profectu temporū nos perfectæ veritati viciniōres ostēderet, quib⁹ post vmbra veritatē, nihil nisi eandē manifestā dari restaret. Verus enim testamentum, veritatem promisit, non dedit: nouum dedit, sed nō ostendit. Quid restat, nisi vt eadem veritas in alia vita manifestetur? Vnde & venerabilis Beda presbyter ait in expositione huius Euangelici capituli: *Non est arbor bona, quæ facit fructus malos.* In hac vita lumine sanctorum scripturarum & Sacramentorum cælestium refectio opus habemus: in futuro autem talibus non egebimus subsidiis, vbi iuxta Psalmistæ vocē, quicunque apparuerint cum iustitia, satiabuntur manifesta gloria Christi. Quomodo enim egebimus refectioe vbi sempiterna erit facietas? vel quomodo egebimus Sacramento, quod vtique oculus corporaliter videt: cum *Deus diligens se* (teste Apostolo) *quod oculus non vidit, & auris non audiuit & in cor hominis non ascendit, præparauerit.* Item cum ipse Dominus nobis præceperit, *quotiescumque hoc facimus, facere ad suam commemorationem:* cum eum videbimus sicut est, quomodo necessaria erit huiusmodi cōmemoratio: cum in præsentē eius visione, nulla possit intercidere obliuio: Vnde dominus Hieronymus in primam Epistolam ad Corinthios: Hanc vltimam memoriam nobis reliquit, quæ modo si quis peregre proficiscens, aliquod pignus ei quem diligit relinquat: vt quotiescunque illud viderit, possit & eius beneficia & amicitias memorari: quem si ille perfectē dilexerit, sine ingenti illud desiderio vel fletu videre non potest. Ideo hoc Saluator tradidit Sacramentum: vt per hoc semper commoneamur, quia pro nobis mortuus est. Nam & ideo cum accipimus, à Sacerdotibus commonemur, quia corpus & sanguis est Christi: vt nō simus ingrati tantis eius beneficiis. Quia igitur commemoratio mortis non erit necessaria ad concitandum desiderium vel fletum, vbi non peregrē profecta, sed præsens semper erit vita æterna & gaudium: ideo Apostolus huic Sacramento, ne æternū videatur, finem denuncians ait: *Quotiescunque manducabitis hunc panem & calicem bibetis: mortē Domini annuntiabitis donec veniat.* Quod August. exponens in lib. contra Faustū ait: Significat finem seculi, quando erit sanctorū requies, nō adhuc in Sacramento spei, quo in hoc tempore confociatur Ecclesia, quando bibitur quod de Christi latere manauit: sed iam in ipsa perfectione salutis æternæ, cum tradet regnum Deo & patri: vt in illa perspicua contemplatione incommutabilis veritatis, nullis mysteriis corporalibus egeamus, quia ergo hoc Sacramento non est in æternū mors Christi annuncianda, sed tantū donec veniat, quia postea nullis mysteriis egebimus: constat illud tranitorium esse signum & temporale, quo tantū egemus nunc, dum *videmus per speculum & in enigmate.* Vnde item August. in sermone super orationem Dominicā: Cum tranferit vita ista, nunquid peremus panē quotidianum? Tunc .n. non vocabitur quotidie, sed hodie. Nunc vocatur quotidie, quādo tranfit dies, & venit alius dies. Nūquid vocatur

Luc. 6.

1. Cor. 2.

Math. 26.

In cap. 2.

1. Cor. 13.

bitur quotidie quando erit æternus vnus dies? Sanē duobus modis intelligenda est ista petitio de panē quotidiano, siue pro necessitate carnalis victus, siue pro necessitate spiritualis alimonie. Norunt spiritualem alimoniam fideles, quam & vos si puri estis accepturi estis de altari Dei. Panis erit & ipse quotidianus huic vitæ necessarius. Nunquid enim Eucharistiā accepturi sumus, quum ad ipsam Christū venerimus, & cum illo in æternū regnare cœperimus? Ergo Eucharistia quotidianus panis est: Sed sic accipiamus eum, vt nō solū ventre, sed & mente reficiamur. Et paulō post: Quando illuc venerimus ipsum verbum māducaturi sumus & bibituri, quomodo Angeli modō. Vident enim ipsam veritatem, & ipso fonte satiatur, vnde nos irroramur. Quum igitur Eucharistia sit panis quotidianus, huic vitæ necessarius, quē nō sumus accepturi, cum ad ipsum Christum venerimus, quando manducaturi sumus ipsum verbum quomodo Angeli modō: constat eam non esse æternam specietenus, quā tamen ipsa sui veritate æternam credimus.

Quia igitur panis mysticus fit nobis, nō nascitur, nec ipso suo mysterio æternus habetur, sed tēporalis & quotidianus, quod nec origine, nec æternitate Christo congruit: quomodo vnus personæ cū ipso credendum erit, cum de nostra persona etiā Dominus dixerit: *Quia capillus de capite vestro non peribit.* Quapropter de forma huius Sacramenti ita iudicemus, sicut beatus Augustinū in libro primo contra Maximinum formam imperfonatam & formam mysticam distinxisse cognouimus. Ait enim, Adhuc in forma humana est filius, quam leuauit in cœlum & sempiterna erit in regno, hæc eadē forma immortalis. Nam de spiritu sancto qui nullam suscepit formam ad vnitatem personæ suæ, quamuis se per subiectam creaturā visibiliter & ipse, siue per columbæ speciem, siue per linguas igneas sit demonstrare dignatus: nunquā dictus est minor patre. Ad horam quippe apparuerunt illa quæ spiritum sanctū significando monstrarent visibiliter inuisibile, columba propter amorem sanctū, ignis autem propter charitatis lumē atque feruorē: & peracto significationis officio corporales illæ species trāsierunt, atque esse vltius destiterunt, sicut columna ignis nubilosa per diem, luminosa per noctem. Christus autem nō humanā ad horam sumpsit effigiem, in qua hominibus appareret, ac deinde species illa periret: sed in vnitatem personæ suæ, manente inuisibili Dei forma accepit visibilem hominis formā, non solūm natus in ea de homine matre, verum etiam creuit in ea, māducavit, bibit, dormiuit, occisus est in ea, resurrexit, ascendit in cœlū, sedet ad dexteram patris in ea, & in regno suo ei qui illi subiecit omnia, erit subiectus in ea. Sic igitur in Sacramento corporis Christi, panis formam Christo non dicamus imperfonatam. Sed quamuis ipsa panis substantia mirificē in corpus Christi conuersa sit, panis tamen forma in Sacramento remanēs, mātura perpetualiter in Christi corpore nō putetur: sed sicut cætera Sacramenta post hanc vitam omnino desistere credatur ne de impanatione aliqua hæresis oriatur. Nam si impanatur Christus, vel in panem conuertitur, quod est nefariū, cum sit immutabilis, vel sit panis sicut verbum caro factum est, quod friuolum est: eum non astruat

Eucharistia panis quotidianus.

Luc. 21.

Exod. 13.

Species Sacramenti non sunt perpetuæ.

Contra eos qui credunt substantiam panis manere.

astruat authoritas Euangelica vel Prophetalis, cum econtrario etiam panis fiat caro Christi, ita vt non remaneat panis. Non enim esset magnum quoddam Apostolus ad commendandam hominibus Dei dilectionem & humanæ naturæ dignitatem ait, *quia filius Dei Angelos non apprehendit, sed semen Abrahae apprehendit:* si ille qui naturæ Angelorum contemptit personaliter vniri, brutæ panis substantiæ imperfonatus panis vellet fieri. Sua enim imperfonatio iam non hominibus singularis, quia etiam panibus facta communis, sicut humanæ naturæ minueret dignitatem, sic etiam Dei erga homines minus commendaret dilectionem. Non ergo moueat quemquam quod ipse de se ait: *Ego sum panis viuus,* figuratē; quia ipse creditur panis fieri verē: quomodo eandem redemptionem, quam semel fecit in cruce, operari poterit, etiam in altari quotidie? Nam qui semel incarnatus, paulo minus ab Angelis est minoratus, quia factus passibilis: hic toties impanatus, quoties in altari consecratur, ipsis hominibus multo minor fieret, quia factus irrationalis. Sicut enim imperfonationis iure, vt verus homo esset in homine, accepit animam cum ratione sua, & Carnem cum sensibus suis, vt in ea pati posset, sic panem accepit cum irrationalitate sua: & ita quia minor fieret suis redemptis, non videretur æquum & sufficiens esse precium redemptionis. Si enim neque in cœlo, neque in terra, neque sub terra inuentus est dignus qui aperiret librum, nostræ redemptionis, quia neque Angelus, neque viuus homo, neque mortuus: quanto minus aliquis infra hominem factus. Absurdum est igitur de Dei sapientia tam stultē sentire, aliquāque scripturas ad huiusmodi sensum inflectere. Cur enim Deus fieret aliud quàm quod semel factus est, homo scilicet ad nostram salutem: cum nihil aliud operetur in Sacramento, quam quod semel operatus est nobis in seipso, in cruce scilicet & altari, nostram redemptionem: ad quam semper dignē suscipiendam, semper signo suæ præsentie nostram voluit excitare deuotionem, per tanti sui beneficii præsentis & præteriti commemorationem? Sicut ego Spiritus sanctus in specie columbæ vel linguis igneis sine vnitatem personæ apparuisse creditur: sic Christus in Sacramento panis & vini corporaliter confici, sed non personaliter vniri astruatur.

ad Heb. 10.

1. Cor. 10.

Psalm. 8.

Apoc. 5.

C A P. IX.

Quod nouus panis & vinum in corpus Christi mutata, noua carnis vel sanguinem non generant.

Sed iterum huius mutationis trahunt aliqui nimis simpliciter à communi natura similitudinem: vt sicut panis & vinum in viuentem carnem & sanguinem transferunt nostrum, vel etiam in viuentem & viuificatricem carnem ipsius Christi, quàm diu nobiscum conuersatus est per naturam comestionis: sic etiam in viuentem & viuificatricem carnem & sanguinem Christi transferatur per gratiam Sacerdotalis benedictionis. Sed longè aliter panis & vinum fit caro & sanguis Christi in Sacramento per gratiam: quam in cuiuslibet vel etiam ipsius Christi stomacho per naturam. In stomacho enim Christi panis & vinum non mutata vel deficiente substantia sed forma, nouam carnem & nouum Sanguinem, corruptioni aliquatenus obnoxiiū,

sicut in cæteris hominibus generauit: in Sacramento autem mutata substantia non forma, panis & vinum non fit noua caro & nouus Sanguis, sed existēs substantia panis & vini mutatur in coexistentē substantiam corporis Christi: ita vt nouitate sua nihil in ipso innouet, mutatione sua nihil immutet. Si enim est mutabilis, vel in augmentum mutatur vel in detrimentū. Sed si eger augmento, non in virum perfectum resurrexit: Si detrimento obnoxius est, corruptionem nōdum euasit. Sed econtra August. Epist. 46. in Epistola ad Constantiū de corpore Domini post resurrectionem: Constat itaque nec vilo modo dubitandum est, corpus Christi quod licet corruptionis putredinem in sepulchro non viderit: vnde scriptum est, *Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Psalm. 15. clauis tamen & lancea perumpi potuit, nunc omnino in incorruptione consistere.

Si quæris itaque quomodo res corruptibilis in incorruptibilem, existens in coexistentem, noua in antiquā sine illius inuouatione vel mutatione mutetur: responderet tibi August. in libro sententiarum prosperi. Si quæris modum quo id possit fieri, breuiter ad præsens respondeo: Mysterium fidei est, credi salubriter potest, inuestigari vtiliter non potest. Item idem contra Felicianum: Omittamus in Deo corporalis intelligentiæ legem: ne operibus suis similem dicamus esse factorem. Et post pauca: Hoc fides credat, intelligentia non requirat, ne aut non inuētum putet incredibile, aut repletum non credat singulare. Item Ambrosius in libr. de mysteriis iniciandis omnis naturæ terrenæ originem vel conditionem ab hoc singulari diuinæ gratiæ Sacramento excludens ait: Fortē dicas, Aliud video. Quomodo tu mihi asseris, quod corpus Christi accipiam? Et hoc superest nobis vt probemus. Quantis vtimur exēplis, vt probemus, non hoc esse quod natura formauit, sed quod benedictio consecrauit: maioremque esse vim benedictionis, quàm naturæ, quia benedictione etiam natura ipsa mutatur. Virgam tenebat Moyses: proiecit eam & facta est serpens. Et post pauca: Tetigit Moyses petram, & aqua de petra profluxit. Nunquid non præter naturā operata est gratia: vt aquam vomeret petra, quam non habebat natura? Aduertimus igitur maioris esse gratiam, quàm naturam. Quod si tantū valuit humana benedictio, vt naturam cōuerteret: quid dicemus de ipsa cōsecratione diuina, vbi verba Domini saluatoris operantur? Nam Sacramentum istud quod accipis, Christi conficitur sermone. Sermo igitur Christi qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea quæ sunt, in id mutare quod non erant? Nonne maius est nouas res dare, quàm mutare naturas? Quid argumentis vtimur? suis vtamur exēplis, incarnationis que exemplo astruamus mysterij veritatem. Nunquid naturæ vsus præcessit, cum Christus Dominus ex Maria nasceretur? Liqueo ergo quod præter naturæ ordinem virgo generauit. Et hoc quod conficimus corpus, ex virgine est. Quid hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore cum præter naturam sit ipse Dominus Iesus partus ex virgine? Vera vtique caro Christi: quæ crucifixa est, quæ sepulta est. Vere igitur carnis illius Sacramentum est. Ipse Dominus Iesus clamat: *Hoc est corpus meum.* Ante benedictionem

Epist. 46.

Psalm. 15.

Cap. 8.

Cap. 2.

Exod. 7. & 17.

Tria mirabilia opera Dei.

nem verborum celestium, alia species nominatur: post consecrationem corpus Christi significatur. Ipse dicit Sanguinem suum. Ante consecrationem aliud dicitur, post consecrationem Sanguis nuncupatur. In quo notandum est, quia beatus Ambrosius ad comprobandum huius singularis mysterij tertium miraculum, duo mirabilia opera Dei pramissit: vnu creationis, qua fecit existere quae non erat: alteru mutationis, qua ea quae erant fieri fecit quod non erat. Quorum quia ab altero quieuit, ne deinceps ex nihilo substantias creet ac formas: alterum naturae communicauit, quo ea quae sunt, in id quod non sunt, mutantur secundum formam: vt virga in serpentem, mirabiliter, & omne semen in fructum sui generis naturaliter. Tertium priuilegio diuini sermonis ascribens, subiicit: & hoc quod conficimus corpus, ex Virgine est. In praesenti enim quod dicit, conficimus nouitatem panis: in corpore quod ex Virgine est immutabilitatem antiquae veritatis astruxit: vt dum panis manente forma sua mutatur in id quod non erat, corpus scilicet Christi quod ex Virgine erat praeter ordinem naturae: nec de nihilo credatur corpus Christi creari in Sacramento, secundum primariae naturae originem: nec panis formam mutari secundum naturae communicatam consuetudinem: sed nouo & inaudito modo ita mutari substantiam panis in substantiam corporis Christi, vt panis non sit, sed appareat esse quod fuerat, & Corpus Christi non desinat esse quod erat. Dignum naque erat, vt quia hoc sibi in seipso erat proprie proprium: ceteris suis operibus incommunicabile faceret tantum sui mysterij miraculum. Quae autem cum Dominus ante passionem discipulis Sacramentum corporis sui dederit, quando erat naturae passionibus obnoxium, si ita incorruptibile & immortale dederit illud in Sacramento, sicut datur nobis modo: maxime cum dixerit, *Hoc est Corpus meum quod pro vobis traditur: hic est Sanguis qui pro vobis effundetur.* Sed non est mirum, si ille qui ante passionem transfigurauit se in tale corpus, quale post resurrectionem habuit, ostendit corpus suum vulneratum & palpabile, quale ante passionem habuerat: ita immortale dederit corpus suum in Sacramento quod erat moriturum, sicut post resurrectionem idem Corpus suum quod erat inuulnerabile, ostendit vulneratum. Sicut hoc, sic & illud diuinae potentiae ascribatur. Diuina enim operatio (vt ait beatus Gregorius) si ratione comprehenditur, non est admirabilis: nec fides habet meritum, cui humana ratio praebet experimentum. Qui ergo duplici forma, humana scilicet & Sacramentali praesentem se exhibuit quasi alterum, cum omnino idem esset, & comedendum se distribuit cum viuus & integer permaneret: nonne in illo Sacramento se incorruptibilem & immortalem praebuisse credendus est, in quo nec moribus attritus corrumpi, nec comestione tot hominum deuoratus potuit occidi? Sicut ergo moriturus in seipso, factus est immortalis in Sacramento supra naturam: sic etiam tunc cum caro eius & Sanguis cibus & potibus innouari posset, ac mutari per naturam in seipso, non tamen nouo vino & nouo pane innouari aut mutari potuisse credenda est eadem caro vel idem San-

Quale corpus Christi in coena dedit.

sancti lege

Homil. 16 in Euang.

quis in Sacramento, Quod autem seipsum distribuerit discipulis, testatur Augustinus in tit. Psalmi 33. cum fugeret Dauid Saul persecutorem inquitens ita. Et ferebatur in manibus suis. Hoc verò quomodo fieri possit in homine, quis intelligat? Quis enim portatur manibus suis? Quomodo intelligatur in ipso Dauid secundum litteram non inuenimus: in Christo autem inuenimus. Ferebatur enim Christus in manibus suis, quando commendas corpus suum ait: Hoc est Corpus meum. Ferebat enim illud corpus in manibus suis. Cum ergo constet, quia seipsum moriturus immortalem, visibilis inuisibilem in Sacramento dederit: constat quia illud corpus suum, quale nos modo sumimus, tale fuit, vnum idemque omnino in substantia & tunc & nunc: sed tunc tamen differens mortalitate & immortalitate, in hominis & Sacramenti forma, nunc hominis tantum & Sacramenti forma. Quam identitatem substantiae, diuersitatemque formae Augustinus discernens de identitate substantiae, vt omnem nouitatem vel diuersitatem excludat, ait in Sermo. ad Neophytos: Hoc accipite in pane, quod pendit in cruce: hoc accipite in calice, quod effusum est de Christi latere. Erit enim ei mors, non vita, qui mendacem existimauerit vitam. Qui ergo de substantia tam veraciter astruxit, illud idem hic esse quod ibi fuit: de diuersitate formae in Epistola ad Irenaeum ita ait, Non hoc corpus quod videtis manducatur estis, nec bibitur illum Sanguinem, quem fustuli sunt qui me crucifigerent. Ipsum quidem & non ipsum. Ipsum inuisibiliter, non ipsum visibiliter. Quasi diceret: Ipsum quidem secundum inuisibilem substantiam, & non ipsum secundum visibilem formam.

C A P. X.

Sed ex hac beati Augustini sententia qua dicit: non hoc corpus quod videtis manducatur estis, & ex ipsius Domini verbis nata est haeresis tempore Caelestini Papae, & Cyrilli Alexandrini Episcopi, quibus aduentibus celebrata est Synodus Ephesina, & destructa est haeresis, quae dicebat panem & vinum altaris, non in propriam carnem & Sanguinem Christi, quae iam in caelo erat, posse in mundo mutari, sed in carnem & Sanguinem cuiuslibet filij hominis iusti & sancti, qui teplum Dei, & merito suo Corpus Christi esset de quo Christus ipse dixerat: Nisi manducaueritis Carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis. Igitur 150. Episcopi in Epheso congregati, contra hanc haeresin, ita scripserunt. Nestorio Episcopo haereticorum: Sanctificamur participes sancti corporis & preciosi Sanguinis Christi, omnium nostrum redemptoris effecti, non vt communem Carnem percipientes, quod absit, nec vt viri sanctificati & verbo coniuncti secundum dignitatem vnitatem, aut sicut diuinam possidentis habitationem: sed verè viuificatricem, & ipsius verbi propriam factam. Vita enim naturaliter vt Deus existens, qui eidem propriae Carni vnitus est viuificatricem eam esse professus est. Et ideo quamuis dicat, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non tamen eam vt hominis vnus ex nobis existimare debemus. Quomodo enim iuxta naturam

Quod non de quolibet filio hominis, sed de ipso Christo intelligendum est: Nisi manducaueritis carnem filij hominis non habebitis vitam in vobis. Ioan. 6. al. 100. Synod. Ephesina de Eucharistia.

Cap. 14.

Epist. 24.

Sermo sexto de ieiunio septuagesimae.

Hom. 5. de Pascha.

Ascendit.

naturam suam viuificatrix esse poterit caro hominis? Sed profitemur verè propriam eius factam, qui propter nos filius hominis & factus est & vocatus. Quum ergo hac Synodo satis astructum, sit non alicuius de vulgo hominis carnem & Sanguinem in mysterio sumi, sed carnem viuificatricem, & ipsius verbi propriam factam: ne tamen verbis beati Augustini, quibus dixit ex persona Domini, non hoc corpus quod videtis manducatur estis, quasi illud remouendo ad se, & iterum mysterium vestrum in mensa Domini positum est, estote quod videtis & accipite quod estis, nec ex hac quasi vnitatis familiaritate subrepat, vt ad hanc dignitatem aspirare praesumat aliquis, vt suum vel alicuius corpus de vulgo sumi aestimetur in Sacramento: quod verè solius Christi corpus ibi sit astruamus. Augustinus in libr. de Trinitate 4. Quis tam sanctus & iustus Sacerdos, quam vnicus filius Dei? Et quid tam grate offerri & suscipi possit, quam caro sacrificij nostri, corpus effectum Sacerdotis nostri: vt quonia quatuor considerantur in omni sacrificio, cui offeratur, à quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur: idem vnus ipse vnusque mediator per sacrificium pacis reconcilians nos Deo, vnum cum illo maneret cui offeratur, vnum in se faceret pro quibus offeratur, vnus ipse esset qui offeratur, & quod offeratur. Item Leo Papa in Epistola Anatholio Episcopo missa, Aliter in Ecclesia Dei, quae corpus est Christi, nec rata sunt Sacerdotia, nec vera Sacrificia: nisi in nostrae proprietate naturae verus nos Pontifex reconciliat, verus immaculati Agni Sanguis emundet: qui licet in patris sit dextera constitutus, in eadem tamen carne quam sumpsit ex virgine, Sacramentum propitiationis exequitur. Item Leo dicente Domino, *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius Sanguinem, non habebitis vitam in vobis:* sic sacra mensae communicare debetis, vt nihil prorsus de veritate corporis Christi & Sanguinis ambigatis: Hoc enim ore fumitur, quod fide creditur: & frustra, Amen, ab illis respondetur: à quibus contra id quod accipitur disputatur. Item Eusebius Emisenus: Inuisibilis Sacerdos, visibiles creaturas in substantiam corporis & Sanguinis sui, verbo suo secreta potestate conuertit, ita dicens: Accipite & bibite, Hoc est enim corpus meum: Et repetita sanctificatione: Accipite & bibite, Hic est Sanguis meus. Ergo sicut ad nutum praecipientis, repente ex nihilo substiterunt excelsa caelorum, profunda fluctuum, vasta terrarum: pari potentia in spiritualibus Sacramentis vbi praecipit virtus, rei seruit effectus. Quis ergo de vulgo talis, vt vnus Dei filius, qui in eadem carne quam sumpsit ex virgine Sacramentum propitiationis nobis in dextera Dei sedens exequitur, & inuisibilis Sacerdos visibiles creaturas in substantiam sui corporis conuertit? A qua praesumptione Eusebius prorsus nos compescens ait: Cum ad reuerendum altare cibus satianus accessis: sacrum Dei tui Corpus & Sanguinem fide respice, mente continge, honora, mirare, cordis manu suscipe, & maxime haustu interiori assume. Et post pauca. Ad agnoscedum & percipiendum sacrificium veri corporis, ipsa te roborat potentia consecrantis. Qui tunc lauit praefiguratus in manna, est tibi manifestatus in gratia. Ip-

Tom. 6.

sum autem in manna illius specie praesignatum etiam Propheta ostendit dicens: *Panem Angelorum manducauit homo.* Et quis est panis Angelorum, nisi Christus qui eos cibo suae charitatis, & lumine suae claritatis exariat?

Psalm. 77.

C A P. XI.

Sed ecce ex verbis Eusebij, quibus astruit inuisibilem Sacerdotem, visibiles creaturas, in substantiam sui corporis conuertere: nosque monet ipsum Dei corpus & Sanguinem, fide, mente, cordis manu, interiori haustu, spiritualiter sumere: videtur quaerendum, si Sacerdos est inuisibilis; quomodo sua substantia sunt, cum sint visibilia corpus & Sanguis? Sed sciendum quia post resurrectionem corpus Christi sicut incorruptibile, ita & inuisibile fuit: quia vt ait Apostolus, *non animale, sed spirituale surrexit:* & quale prodiit de sepulchro, tale est in panis & vini Sacramento. Quod enim legitur post resurrectionem discipulis ostendisse manus & latus, beatus Gregorius ita distinguit in Homilia Paschali: Corrupti necesse est quod palpatur, & palpari non potest quod non corrumpitur. Sed miro & inestimabili modo, redemptor noster & incorruptibile post resurrectionem, & palpabile corpus exhibuit: vt monstrando incorruptibile inuitaret ad praemium, praebendo palpabile formaret ad fidem. Et incorruptibile ergo se, & palpabilem demonstrauit: vt ostenderet Corpus suum post resurrectionem & eiusdem naturae, & alterius gloriae. Quod autem Corpus Christi spirituale sit, & incorruptibile, & inuisibile, nec tamen minus substantiale in Sacramento: restantur ceteri sancti cum Eusebio: Vnde Ambrosius in libro de Sacramentis: His Sacramentis pascit Christus Ecclesiam suam, quibus animae firmatur substantia: Quid edamus & bibamus, per Prophetam Spiritus sanctus expressit dicens: *Gustate & videte quoniam suavis est Dominus.* In illo Sacramento Christus est, quoniam Corpus est Christi. Non ergo corporalis esca, sed spiritualis est: Corpus enim Dei, corpus spirituale est: corpus Christi, corpus est diuini Spiritus. Item August. Hoc est quod dicimus sacrificium Ecclesiae duobus constare, visibili elementorum specie, & inuisibili Domini nostri Iesu Christi carne & Sanguine. Item idem. Nos autem in specie panis & vini quam videmus res inuisibiles; id est, carnem Christi & Sanguinem honoramus. Sed in ista carne & Sanguine nil cruentum, nil corruptibile mens humana concipiat: sed viuificatricem substantiam atque saluatricem & ipsius verbi propriam factam, in pane & vino, per quae si digne sumantur, nobis est peccatorum remissio collata. Item August. ad Irenaeum, Non hoc corpus quod videtis manducatur estis. Ipsum quidem & non ipsum. Ipsum inuisibiliter, & non ipsum visibiliter. Vnde & subditur: Si necesse est visibiliter illud celebrari, necesse est inuisibiliter intelligi. Quia ergo corpus Domini spirituale, non est corporalis esca, sed spiritualis, & necesse est inuisibiliter illud intelligi, ideo Augustinus in libro 3. de Doctrina Christiana ait: Locutio si flagitium aut facinus videtur iubere, aut vtilitatem & beneficentiam vetare, figurata est:

Quod in Sacramento visibiliter sit spirituale & inuisibile corpus Christi.

Ioan. 20.

Homilia 16. in Eu.

De mysterijs inuisibilis.

Cap. 9. Psalm. 33.

De Domini.

Castiodorus in Psalm. 109. versu. Tu es factus secundum ordinem Melchisedech.

Cap. 16.

X ij

Nisi manducaueritis, inquit, carnem filij hominis, & biberitis eius Sanguinem, non habebitis vitam in vobis: facinus vel flagitium videtur iubere. Figura ergo est præcipiens passioni Domini esse communicandum, & vitæ recondendum in memoria, quod caro eius pro nobis crucifixa & vulnerata sit. Quod & ipse Dominus præcepit, Hoc facite in meam commemorationem. Item Hieronymus in Homilia super Leuiticum: Non solum in veteri testamento littera occidens deprehenditur: Est & in nouo Testamento littera, quæ occidit eum qui non spiritualiter aduertit. Si enim litteram sequaris, hoc ipsum quod scriptum est, nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis Sanguinem meum, occidit hæc littera. Si enim spiritualiter eam intelligas non occidit, sed spiritus viuificans est in ea. Quod Augustinus in expositione Psalmi 54. apertius exponens, prima, inquit, hæresis in discipulis Christi, velut à duritia sermonis eius facta est. Quum enim diceret: nisi quis manducauerit carnem meam, & biberit Sanguinem meum, non habebit vitam æternam: illi non intelligentes, dixerunt ad inuicem: Durus est hic sermo: & separauerunt se ab illo. Illis descendentes, instruxit illos qui remanserant: Spiritus est, inquit, qui viuificat, caro non prodest quicquam. Verba quæ locutus sum ad vos, Spiritus & Vita sunt. Intellexistis carnaliter: & sic spiritus & vita sunt, sed tibi non sunt. Spiritualiter intelligite quæ locutus sum. Nō hoc corpus quod videtis, manducaturi estis, nec bibaturi illum Sanguinem, quem fufuri sunt qui me crucifigent. Sacramentum aliquod vobis commendauit, spiritualiter intellectum, viuificabit vos. Caro autem non prodest quicquam, sed quomodo illi intellexerunt. Carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur. Sciens autem ait: Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius. Quid est hoc: Illi putabant illum erogaturum corpus suum, ille dixit se ascensurum in cælum, utique integrum. Cùm videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius: certè vel tunc videbitis quia non eo modo, quo putatis, erogat corpus suum: certè vel tunc intelligetis, quia gratia eius non cōsumitur morsibus. Non enim reuera credendum est Corpus Christi, cum spirituale sit & inuisibile, more ciborum communium dentibus & morsibus nostris posse discerpi & consumi: sed quāuis in Sacramento suo verè sit, & verè sumatur quantum ad substantiam, verius tamen & perfectius fide ac deuotione sumitur, quantum ad salutis gratiam. Vnde Augustinus in libro secundo de Penitentia: Vt quid paras dentes & ventrem? Credere in eum, hoc est manducare panem viuum. Qui credit eum, manducat eum. Item, idem in libro de Verbis Domini: Tunc autem vita vnicuique erit Corpus & Sanguis Christi: si quod in Sacramento visibiliter sumitur in ipsa veritate spiritualiter manducetur, spiritualiter bibatur. Quod euidentius Gregorius in Homilia Paschali exponens ait: Quid sit Sanguis Agni, non iam audiendum, sed bibendo didicistis. Qui Sanguis super vtrumque postem ponitur: quādo non solum ore Corporis, sed etiam ore cordis hauritur. In vtroque enim poste Agni Sanguis est positus: quando Sacramentum passionis illius, cum

Luc. 22.

Littera occidens.

Augustin.

Ioan. 6.

Aug. tracta. 27. in Ioan. & in Psalm. 98.

Tract. 27. in Ioan.

Tract. 25. in Ioan.

Homil. in Euan. 22.

ore ad redemptionem sumitur, ad imitationem quoque intenta mente cogitatur.

In quo notandum est, quod Augustinus & Gregorius idem dicunt, in Sacramento visibiliter ore corporis sumi, quod in ipsa veritate spiritualiter ore cordis hauriri: non quod substantialiter aliquid verius credatur corde, quàm sumatur ore. Sed si pura veritate sumi veritas dicitur, quando quod spirituale est spiritualiter, inuisibile inuisibiliter, salutare salubriter, quod est sicut est sumitur interius amando. Quod idem tamen exterius non in ipsa veritate sumi dicitur in Sacramento: quia in eo nec quod est sicut est sumitur, quantum ad extraneam & visibilem formam: nec quod est sicut est malè sumentibus operatur quātum ad gratiam. Licet enim alter gustus sicut altero non proficit si negligitur: in hoc tamen spiritualis est verior, quia semper salutem operatur bonis, corporalis autem aliquando etiam mortem malis. Quia igitur spirituale corpus Christi & Sanguis non carnalis, sed spiritualis cibus & potus est, quo spiritualiter Christus, suam, sibi ut corpus capiti vnit & incorporat Ecclesiam: ideo August. figuratam locutionem, qua caro Christi manducari iubebatur, allegoricè intelligendam dixit. Item Hieronymus litteram occidentem, nisi spiritualiter intelligeretur, vocauit: ut corpus Christi non membratim discerptum, & coctum vel crudum manducari debere videretur, sed potius spiritualiter, ut dictum est, incorporari & vniri fidelibus crederetur. Quāuis autem Corpus & Sanguis Christi spiritualis cibus & potus sit, & spiritualiter sumi iubeatur: non tamen ita per omnia accipiendum est spiritualiter, ut tantum animæ & non corpori nostro salutem æternam operetur: Ait enim Ambrosius in prima Epistola ad Corinthios: Calicem mysticum ad tuitionem animæ & corporis percipimus: Caro Saluatoris pro salute corporis, Sanguis verò pro æterna nostra effusus est: ut totum hominem saluum faceret. Item August. in sermone 26. super Ioan. Cùm dixisset, Qui manducat carnem meam & bibit meum Sanguinem, habet vitam æternam: continuo subiicit. Et ego suscitabo eum in nouissimo die, ut habeat interim secundum spiritum vitam æternam, in requie quæ sanctorum spiritus suscepit. Quod autem ad corpus attinet, nec ei vita æterna fraudetur, sed in resurrectione mortuorum in nouissimo die. Vnde etiam secundum corpus dicimur membra capitis Christi esse. Augustinus in serm. de verbis Apostoli: Si Dominus noster Iesus Christus animam tantummodo suscepisset humanam, membra eius non essent nisi animæ nostræ. Quia verò & corpus suscepit, per quod etiam caput nobis est, qui ex anima & corpore constamus profecto membra illius sunt & corpora nostra. Quia igitur nos ex corpore & anima constamus, Christus autem ex corpore & anima & deitate: videamus si in tam vnico vnitatis Sacramento, quo Ecclesie, ut corpori suo corpus suum incorporat, sicut corporis & animæ Dominicæ, sic etiam ipse diuinitatis suæ mereatur habere consortiū. Ait Ambros. de Sacramento. Quia idem Dominus noster Iesus Christus consors est & diuinitatis & corporis: & tu quia accipis carnem eius, diuinæ eius substantiæ in illo participas alimèto.

Quod corpus Christi, cum in Sacramento sit spiritualiter & inuisibiliter, non tamen minus substantialiter & verè.

Math. 3. 17. Luc. 9.

Ioan. 6.

In præfatione.

Inter excusos serm. 2. de verb. Apostoli.

Quia ergo spirituale & inuisibile corpus Christi astruximus, & per ipsum tamen nō solum spiritualiter, sed & corporaliter humanitatis & diuinitatis eius participamus: eundem habentes ad tuitionem nostram in viatico, quem ad glorificationem habituri sumus in præmio, ut substantialiter & verè in Sacramento suo esse credatur, quo ipse nobis & nos sibi vnimur: de veritate corporis eius, quāuis superius manifestè dictum sit, certius tamen adhuc differemus. Cum igitur Augustinus dicat, erit ei mors, non vita, qui mendacem existimauerit vitam: quis non credat ei, quem pater Deus mundo commendans, & vt summum pontificem præferens ait: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audire? Inobedientes erimus Deo patri: si vt ipse præcepit, non audierimus filium, auribus audiendi, id est, auribus fidei. Ipse autem filius testatus est mundo, quia nisi manducauerit carnem filij hominis, & biberit eius Sanguinem, non habebit vitam in vobis. Et quia omnis caro in sua esse potest, ne possit alia quàm sua propria caro intelligi, subiicit: Qui manducat me, & viuet propter me. Sed quia manducare hominem, erat contra humanam consuetudinem & legem, discipuli eius scandalizati dixerunt: durus est hic sermo, & recesserunt ab eo. Vnde Aug. in Psalm. 33. Videbantur ignatis infantilia verba Domini hæc: Nisi quis manducauerit carnem meam & biberit Sanguinem meum, non habebit vitam æternam: Sed hæc verba tegebant virtutem ipsius. Quasi insanus putabatur Dominus, quando hæc dicebat: sed norunt fideles, quia Sacramenta prædicabat. Item idem in libro de Verbis Domini, Audiuimus veracem magistrum, diuinum redemptorem, humanum saluatorem, commendantem nobis præcium nostrum, Sanguinem suum. Locutus est nobis de corpore & Sanguine suo: Corpus escam dixit, & Sanguinem potum. Sacramentum fidelium, agnoscunt fideles. Cùm ergo commédans talem escam, & talem potum, dixisset: Nisi manducauerit carnem meam, & biberit Sanguinem meum, non habebit vitam in vobis, & hoc diceret de vita: quis aliud loquebatur quàm ipsa vita? Erit autem illi homini mors, non vita, qui mendacem putauerit vitam. Scandalizati erant discipuli eius. Ne ergo, vt isti discipuli putabant, per frustra discerptus, & crudus vel coctus manducari crederetur ipse summus Sacerdos seipsum pro nobis patri offerens, Sacramentum quo verè & salubriter manducari posset ac bibi, confecit: tradensque discipulis, ne in mysterio mysticè, & non propriè vel verè loqui putaretur ait. Non futurum prædico, non absens aliquid denuncio: sed hoc quod præfentialiter do, est Corpus meum, non figuratum, sed verum, ipsum quod pro vobis tradetur. Hic est Sanguis meus idem ipse, qui pro vobis effundetur: addens etiam propriè proprium suæ carnis & Sanguinis effectum, scilicet in remissionem peccatorum. Cùm enim solius Dei sit remittere peccata, cui soli peccatorum debetur remissio: cuius Sanguis nisi ipse Dei, posset remissionem peccatorum operari: Vt enim hoc priuilegium remoueatur ab omni filio hominis, si etiam sine vnitatis Dei, Filius esset Virginis: quomodo remissionem peccatorum mundo faceret,

cum Adam sine patre sine matre de Virgine terra formatus, non modo hoc non prestiterit, sed etiam omnibus peccatum propagauerit, quia nec Deus fuit, nec Dei verbo regi voluit? Cùm igitur certissimo sui Sanguinis priuilegio, veritatem Carnis & Sanguinis sui astruxerit in mysterio, ille cuius obedientia nobis iniuncta est patris edicto: restat ratum, vt scandalizantium stultitiam vitantes, ipsum vt pater de cælo iussit, audiamus: & quia veritas & vita est, veracè esse sicut verè est, credamus. Quod vt certius & verius fiat: scandalizatis discipulis à Christo recedentibus, princeps Apostolorum Petrus requisitus cum aliis num & ipse vellet abire, quid responderit videamus. Ait enim pro se & pro aliis, Domine, ad quem ibimus? Verba Vita æterna habes: Quam eius responsonem ne meo sensu interpretari videar exponit August. in Sermone 27. super Ioannem ita: Videte quemadmodum Petrus dante Deo intellexerit. Vnde, nisi quia creditur? Verba Vita æterna habes. Vitam enim æternam habes in ministracione Corporis & Sanguinis tui. Et nos credidimus & cognouimus quia tu es Christus filius Dei, id est, quia ipsa vita æterna tu es, & non das in Carne & Sanguine tuo, nisi quod es. Ecce idem quod Christus de veritate corporis sui, testatur & Petrus: & quia pro aliis etiam loquebatur, cum eo & alij Apostoli. Videamus itaque si testimonio Christi cum Petro & aliis Apostolis attestantur etiam cæteri sancti. Ait Ambrosius in libr. de Sacramentis. Dominus Iesus testificatur nobis, quod Corpus suum accipiamus & Sanguinem. Nunquid debemus de eius fide & testificacione dubitare? Item Hylarius in libr. 8. de Trinitate, Ipse ait: Qui edit carnem meam & bibit meum Sanguinem in me manet & ego in eo. De veritate carnis & Sanguinis, non est relictus ambigendi locus. Nunc enim & ipse Domini professione & fide nostra, verè caro est, & verè Sanguis est: & hæc accepta atque hausta, id efficiunt, vt & nos in Christo, & Christus in nobis sit. Anne hoc veritas non est? Est ergo in nobis ipse per carnem, & sumus in eo, dum secum hoc quod nos sumus in Deo est. Et post pauca: Hæc ergo vitæ nostræ causa est, quod in nobis carnalibus per Carnem Christum manentè habemus: victuris nobis per eum, ea conditione qua viuit ille per patrem.

Item Eusebius Emislenus: Cœlestis confirmat authoritas, Quia, caro mea verè est cibus, & Sanguis meus verè est potus. Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum: quandoquidem qui author est muneris, ipse etiam testis est veritatis. Item Hierony. in Epistola ad Edibiam: Nos autem audiamus panem quem fregit Dominus, deditque discipulis, esse Corpus Domini saluatoris, ipso dicente ad eos: Hoc est Corpus meum: & calicem illum esse de quo locutus est iterum: Hic est Sanguis meus noui Testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Si ergo panis qui de cælo descendit, Corpus est Domini, & vinum quod discipulis dedit, Sanguis est illius noui Testamenti, qui effusus est in remissionem peccatorum: non Moyse dedit nobis panem verum, sed Dominus Iesus. Ipse cōuiuia, ipse conuiuium: ipse comedens, & qui comeditur. Illius bibimus Sanguinem, sine ipso potari non possumus: & quotidie in sacrificiis eius de ger-

Augustin.

Ioan. 6. Petrus.

Ambros. 1. lib. 4.

Hylarius.

Eusebius.

Quæst. 2.

mine vitis vera, & vineæ Sorech, quæ interpreta- tur electa, nouum vinum bibimus in regno patris, id est, in regno Ecclesiæ: non in vetustate litteræ, sed in nouitate spiritus.

Testimonio Christi testes alios adhibere præsumpti: sed quia ipse quidem semper verè, aliquando tamen loquitur propriè, aliquando figurate, auditorè que suos ita disceuit, ut his darum sit nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, sciens cuius spiritus essent. Quod ipsis sanctis non pigrum fuit scribere, necessarium duxi repetere: ut ipse intellectus veritatis, non meæ videatur præsumptionis, sed Catholicæ autoritatis, eorum qui ita crediderunt, & ita saluari meruerunt: quia fides Christiana quo fit certior, eo est vtilior. Ut ergo certior sit, aliorum sanctorum subdatur autoritas. Ait Augustinus in expositione Psalmi nonagesimi octau. Inuenio quomodo sine impietate adoretur terra sine impietate adoretur scabellum pedum eius. Suscepit enim Christus de terra terram, quia caro de terra est: & de carne Mariæ carnem accepit. Et quia in ipsa carne hic ambulauit, & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit: nemo autem illam carnem manducat, nisi prius adorauerit. Inuentum est quemadmodum tale scabellum pedum Domini ad oremus: & non solum non peccemus adorando, sed & peccemus non adorando. Hanc filij Dei verè adorandam carnem beatus Basilus admirans, ait in Dialogo suo de dignitate Sacerdotij, O miraculum, ô Dei in nos beneuolentiam! Qui solum sedet ad dexteram patris, sacrificij tamen tempore hominum manibus continetur, traditurque lambere cupientibus eum, & cum benedictione cõplecti, fitque hoc totum sub oculis humanis. Item ipse, Cum Sacerdos Spiritum sanctum aduocauerit, & reueredam illam hostiam immolauerit, cõmunemque omnium Dominum subinde contigerit: ubi illum dic mihi, hostia æstimatione ponemus? Quantam ab eo integritatẽ exigemus? quantam religionem? Expede enim quales oporteat eius esse manus tantarum rerum ministras, qualem linguã verba illa fundentem, aut quo genere non mudiorem & sanctiorem animam, talis Spiritus recepticem. Tunc etiam Angeli circumstant Sacerdotem, & tribunal atque altaris locus celestibus virtutibus adimpletur, in honorem illius qui immolatur, &c.

Item Gregorius in quarto Dialogorum libro. Quis fidelium habere dubium possit, in ipsa immolationis hora ad Sacerdotis vocem cœlos aperiri, in illo Iesu Christi mysterio Angelorum chorus adesse, summis ima sociari, terrena celestibus iungi, vnum ex visibilibus atque inuisibilibus fieri? Sed necesse est ut cum hæc agimus, nosmetipsos Deo in cordis contritione mactemus. Et qui passionis Dominicæ mysteria celebramus: debemus imitari quod agimus. Tunc ergo verè pro nobis Deo hostia erit: cum nos ipsos Deo hostiam fecerimus. Vnde Augustinus in libro 10. de Ciuitate Dei: In forma serui Deus maluit sacrificium esse quam sumere: ne per hanc saltem occasionem quisquam existimaret, cuiuslibet sacrificandũ esse creaturæ. Pro hoc & Sacerdos est ipse offerens, ipse & oblatio: cuius rei Sacramentum, quotidianum voluit esse sacrificium Ecclesiæ, quæ cū capitis ipsius corpus sit, seipsam per ipsum

Eucharistia adoranda. 10. Chryso. flo. de Sacerdot. lib. 3. ca. 4. Lib. 6. cap. 4.

Gregor. cap. 5.

difficit offerre. In quo notandum est, in Sacramento verè Dei carnem esse: quæ tantæ dignitatis est, ut eã Angelicæ virtutes honorent ministrando, & homines adorando, & seipsos hostias offerendo. Hac certitudine sancti manducari Christum affirmant. Augustinus in ferm. 26. super Ioannem, Temporaliter hi profectò moriuntur, qui Christum manducant: sed viuunt in æternum, quia Christus est vita æterna. Item idem in Homilia secunda Psalmi 33. Accesserunt Iudæi ut Christum crucifigerent: nos ad eum accedamus, ut corpus eius ac Sanguinem accipiamus. Illi de crucifixo tenebrati sunt: nos manducando crucifixum & bibendo illuminamur. Et post aliqua: Verè magnus Dominus & magna misericordia eius verè, qui nobis dedit corpus suum manducare, in quo tanta perpeffus est, & Sanguinem suum bibere. Item Ambrosius de Sacramentis: Ista esca quam accipis, iste panis viuus qui de cœlo descendit, vitæ æternæ substantiam subministrat: & quicumque hunc manducauerit non morietur in æternum, & corpus est Christi, Item idem: Sicut verus est Dei filius Dominus noster Iesus Christus, non sicut cæteri homines per gratiã, sed quasi filius per naturam, id est, ex substantia patris: ita vera eius caro est, sicut ipse dixit, quam accipimus, & verus eius Sanguis est quem potamus. Item August. in Homilia Psal. 67. Modo homicidii donatus est fufus Sanguis innocentis: & ipsum Sanguinem quem per infaniam fuderunt, per gratiam biberunt. Item idem in Psal. 45. ad Iudæos. In illius nomine quem occidistis baptizamini, & dimittitur vobis peccata vestra: Medicum vel postea cognouistis, iam securi bibere Sanguinem quem fudistis. Item idem in sermone 38. super Ioannem: Crediderunt inde multi, donatus est eis Sanguis Christi: ut magis eum biberent quo liberarentur, quam rei de illo effuso tenerentur. Item idem in Sermone de quarta feria, Si Sanguinem Christi tota cum reuerentia percipis: cognosces per illum tua tibi dimitti peccata. Item idem in Sermone 31. super Ioannem: Illi viderunt Christum suo scelere morientem, & crediderunt in Christum, suis sceleribus ignoscentem. Quousque biberent Sanguinem quem fuderant, de sua salute desperauerant. Item Leo Papa in sermone de passione Domini, Fefellit illum malignitas sua, intulit supplicium filio Dei quod cunctis filiis hominum in remedium verteretur. Fudit Sanguinem iustum, qui recõciliando mundo & precium esset, & poculum.

CAP. XIII.

VID ergo de veritate corporis & Sanguinis Christi in Sacramento dici potest certius: nisi forte eã ipsam oculis videre velimus? In quo tamen nec ipse Dominus nobis deesse voluit: sed modicæ fidei nostræ per omnia consuluit. Quãuis enim ipsius Christi, & tot sanctorum testimoniis, & vniuersalis etiam Ecclesiæ Catholica fide, quæ ab initio conuersionis suæ ita credidit, & ita saluata est, sufficenter astructum sit, quod vera caro Christi verusque sanguis in mēsa Dominica immoletur: ne quis tamẽ peruerso aliter intelligeret vel exponeret, facta sũt à Deo congrua huic nostræ fidei miracula, quando vel vbi vel quibus reuelare dignatus est huius mysterij secreta: quæ nimirum facta esse nõ ignorabit, quisquis

Ambr. de mysteriis in itian. d. cap. 8. De Sacramentis lib. 6. ca. 1.

Serm. 11.

Quod veritas corporis Christi visibilibus etiam signis sit scilicet ostensa.

August. Cap. 2.

quisquis studiosius sanctorum patrũ gesta legerit, que testantur Sacramentũ corporis & sanguinis Christi, ablata panis & vini specie, carnẽ & sanguinem naturali sua specie, sicut esse solet exhibuisse. Ut enim ait Augustinus contra Felicianum: Si incomprehensibilis est ratio, & veritas prompta est: facilius in negotiis fidei testimoniis creditur, quàm ratio inuestigatur. Hæc igitur scripturæ quàmuis cum Prophetis & Apostolicis æquam autoritatis excellentiam non obrineant: eandem tamen fidem cum fidelibus & sanctis antecessoribus nostris nos tenere sufficienter probant, huiusque probationis in hoc sibi perfectam autoritatem vendicat: quia nisi ita esset ut docent, in sacris canonibus vel Romanorum pontificum decretis, sicut hæretica vel apochrypha scriptura damnata essent: nec eas in Ecclesia Catholici viri vel legerent vel recitarent.

Genes. 22. Mat. vlt.

Cum ergo præteriti & presentes fideles vbique terrarum hoc credant & hoc astruant: si hæc vniuersalis Ecclesiæ fides vera ad salutem non extitit, aut nõquã Catholica Ecclesia fuit aut perit. Sed aut non fuisse, aut periisse Ecclesiam nemo Catholicus confenserit. Nam cum Ecclesia & Prophetis & Euangelis instituta sit, vbi est quod veritas Abraham promisit, in semine tuo benedicentur omnes gentes: Itẽmque vbi est quod eadem veritas Apostolus ait: Docete omnes gentes. Qui crediderit saluus erit: Cum enim omnes gentes ita se credere gloriantur: si salutis benedictione carẽt, utrobique veritas Dei, & in Prophetia & in Euangelio perichlitatur. Item cum carnem & sanguinem suum naturali sua specie fidelibus suis reuelare dignatus sit: si causa desiderij faciendi fecit & ita non est, seruum suorum deuotionem non compleuit, sed fefellit: si causa dubietatis sanandæ fecit & ita non est, infirmorum errorem non abstulit, sed auxit: quod de pietate & veritate diuina vel leuiter suspicari, non modo sacrilegium, sed & nepharium est. Anathema ergo maranatha sit, qui authoritati diuinæ in hoc Sacramento contradicere præsumperit: & corpus Christi, panem verum qui de cœlo descendit & dat vitam mundo, verè ut est esse non crediderit: quem Ambrosius & Augustinus epiouision, id est, super substantialem appellant, quia caro Christi omnibus creatis substantiis iure præcellit.

CAP. XIII.

Via igitur spirituale corpus Christi & Sanguinem in Sacramento panis & vini verè & substantialiter esse, ipsius Christi, & tot sanctorum testimoniis euidenter astructum est: quod de veritate constat, de eius etiam potestate videamus. Quãuis enim omne corpus, omnisque creatura localis sit: de hoc tamen super substantiali corpore credendum est, quod eodem tempore & verè est in Sacramento suo in terris & verè in cœlo sedet ad dexteram patris. Frustra enim immolationis suæ tempore diceremus, qui sedes ad dexteram patris miserere nobis: si quem adoramus in Sacramento, mentiremur esse in cœlo. Quia ergo astructum est de Sacramento vbi minus esse videbatur: astruamus & de cœlo, vbi ascendens corpus suum coram testibus suis Apostolis leuauit, & Symbolo etiam fidei nostræ attestante, ibi sedet ad dexteram Dei patris, vnde venturus est iudicare viuos & mortuos.

Tom. 6.

Cum igitur vsque ad diem iudicij ibi sedere credatur: quin ibi sit etiam hora immolationis suæ, nihil dubitationis relinquatur. Vnde, ut dictum est, Augustinus libro * secundo contra Maximinum, Adhuc in forma humana est filius quam leuauit in cœlum: & sempiterna erit in regno hæc eadem forma immortalis. Et post pauca: Christus accepit visibilem hominis formam, non solum natus in ea: sed & ascendit in cœlum, & sedet ad dexteram patris in ea. Item idem in Psal. 75. Si patrem & filium secundum diuinitatem cogitas, vbique presens est. Si autem filium sic intelligis, quomodo visus est in carne inter homines, & crucifixus est & resurrexit: nõ uimus quia ascendit in cœlum, & in circuitu eius sunt Angeli. Item idem in Psal. 54. Donec seculum finiatur, sursum est dominus: sed tamen hic etiam nobiscum, veritas Dominus. Corpus enim in quo resurrexit, vno loco esse oportet: veritas autem eius vbique diffusa est. Item idem in Sermone 27. super Ioannem. Christus secundum vnitatem personæ in cœlo erat, quando in terra loquebatur. Sic erat filius hominis in cœlo, quomodo filius Dei in terra: Filius Dei in terra in suscepta carne: filius hominis in cœlo in vnitatem personæ. In quo notandum est, quia forma illa humana, in qua Christus cœnans cum discipulis, tradidit illis seipsum in Sacramento: to quasi alium, & tamen eundem: loco est in cœlis ad dexteram patris integra, sicut integra fuit in cœna, quando in Sacramento comedebatur à discipulis: & tamen & in humana, & in Sacramentali forma, idem verus utrobique Christus, & in cœlo & in terris. Vnde Leo Papa in epistola Anatholio Episcopo missa: Qui licet in patris sit dextera constitutus, in eadem tamen carne quam sumpfit ex uirgine, Sacramentum propitiationis exequitur: Item Basilus in dialogo suo: Qui sursum sedet ad patris dexteram, sacrificij tamen tempore hominum manibus continetur. Vnde etiam Sacerdos vice Christi corpus Dominicum in terreno altari conficiens, nec tamen aliquid suis meritis, sed totum diuinæ potentie & gratie attribuens, orat in Canone Dei patrem dicens: Iube hæc oblata tibi per manus & virtutem filij tui Angeli tui qui est Angelus magni consilij, non in hoc humile & visibile altare vbi modo est, sed in sublime altare tuum, id est, filium tuum, quem vsque ad dexteram tuam in conspectu maiestatis tuæ sublimasti, deferri: ut fiat nobis corpus & sanguis dilecti filij tui: ostendens ipsum filium, iussione patris in cœlis esse offerentem, & hostiam, & id super quod offertur: quia omnino fidei & gratiæ eius innitimur, quod terrena corpora in Christum conuertit, ipsumque in cœlestibus ad dexteram patris sedentem, pro nobis interpellare, & in Sacramento altaris consecrari & esse credimus. Cũ ergo dictum sit quia corpus Christi tale accipimus in Sacramento, quale post resurrectionem est in seipso, cuius gloriæ & virtutis corpora nostra post resurrectionem futura sint, videamus: ut visis membris, facilius prærogatiuam tantæ dignitatis in capite cognoscamus. Ait Augustinus in libro Enchiridion: Resurgent sanctorum corpora sine vllo vitio, sine vlla corruptione, sine oneris difficultate. In quibus tanta facilitas, quanta felicitas erit: propter quod & spiritualia dicta sunt, cū proculdubio sint

* al. primo

104. Chry. sol. lib. 3. de Sacerdotio c. 4.

X iij

futura, non spiritus. Item Augustinus in libro 12. de Ciuitate Dei: Surget corpus spirituale, quia spiritui summa & mirabili obtemperadi, facilitate subdetur: vsque ad implendam immortalitatis indissolubilis securissimam voluntatem, omni molestia sensu, omni corruptibilitate, omni tarditate detraeta. Et post pauca: Corpora, carnis sunt habitura substantiam: sed nullam tarditatem corruptionemque carnalem spiritu viuificante passura. Quod si tanta facilitas futura sunt corpora sanctorum, vt ad implendam voluntatem spiritus nulla sua tarditate impediatur: quid de corpore Christi capitis nostri credendum est, cui non modo facilitas qua non tardetur ad faciendum quae uoluerit, sed etiam vt ipse ait, Omnis potestas mihi data est in caelo & in terra, vt cum Deo in unitate personae omnia possit: Si corpora nostra spiritualia futura sunt, quia spiritui corporaliter iuncta: quid corpus Dei nisi diuinum, quia Deo unitum? Carnem igitur diuinam substantialiter quidem eadem cum Deo non dicimus: sed profecto cum Apostolus dicat, quia omnia subiecta sunt ei, praeter eum qui sibi subiecit omnia: & ipse filius Dei testetur, quia omnis potestas ei data est, sic in unitate personae, Deo coniunctam credimus, vt quod habet Deus per naturam, hoc ipsa per gratiam. Cum ergo nos habituri simus, & Angeli modo habeant, vt quantacumque interualla locorum, nullo ferè temporis interuallo, nimia sua celeritate pertranseant: non tamen hoc habent, vt vnde recedunt, ibi remaneant. Quo priuilegio sola caro Christi, quae super omnem creaturam à Deo exaltata est, super omnem & praeter omnem naturam insignita est: vt per omnipotentiam, quae ei data est in caelo & in terra, vbicunque, quomodocumque sibi placuerit, non de loco ad locum transeundo, sed ibi, vbi est, remanendo, & alibi vbicunque uoluerit existendo, tota & integra & substantialiter sit & in caelo & in terra. Quam enim omnipotentiam ab eo, qui totus vbique est recipere: si ipsa vbicunque uellet substantialiter tota esse non posset? Vel in quo differret ab Angelis, quibus est superexaltata: si non aliter nisi de loco ad locum recedendo, posset esse in caelo & in terra? Artificio humano molentis mola circuitus sui nimiam celeritatem, stabilitatem esse mentitur: Natura humana in actu oculi tot terrarum maris, & aëris, spacia ab occidente ad Orientem in videndo solem transuolans atomum momenti aequare uideretur: Et cum celeritas Angelorum sit uelocior, in quo his creaturis caro Christi superexaltabitur: si quod est in caelo & in terra, non potestati, sed celeritati adscribitur?

C A P. X V.

VT ergo & in caelo & in terra omnipotentiam se habere ostenderet Christus, Deificum corpus suum caelo illaturus & mundo daturus, quod quantum ad humanam formam nobis abstulit, non minus tamen substantialiter & uerè in Sacramento corporis & sanguinis sui nobis obtulit, vt hic & ibi praesens etiam corporaliter: utpote qui vnus personae cum illo est qui nusquam deest, & ibi reconciliationem cum patre, & hic in altari redemptionem, remissionemque peccatorum nobis operetur sicut semel fecit in cruce: dum ipsum corpus suum in ora fidelium datum, & singulis diuiditur,

Mat. vii.

* al. personaliter.

1. Cor. 15.

Mat. 28.

Caro Christi super omnem creaturam exaltata.

Quod corpus Christi diuinitus & a fidelibus sumptum, permanet incorruptum & integrum.

& vnum totum vniuersis indiuiduum & integrum habetur, sumptum non consumptum: vt sicut indiuiduum cum diuiditur, sic incorruptum cum sumptum fuerit, credatur. Quomodo enim incorruptionem nobis largiretur, si in seipso corruptionem resurgens pateretur? Aut quomodo Sacramento suo nos sibi incorporans, vt corpus capiti, vel nos nobis vt membra membris vnum faceret: si in seipso non vnitus, sed diuisus & comminutus dentibus sumentium esset? Quomodo tamen corpus Christi & caelo & mundo praesens, & diuiditur indiuisum, & sumatur inconsumptum, ratio stupet, fides ipsa miratur: sed ex adiuncta diuinitatis potentia, quae vbique tota praesens est in corpore suo spirituali, immò per omnipotentiam sibi collatam, diuino iam facto, id fieri posse, non diffidens ueneratur. Si enim facta, vel miracula, vel dicta, quibus filius Dei maiestatem suam mundo aperuit, perfecte rimari uelimus, inuenimus hominem, quem sibi vniuit, in vna persona, in nulla disuncta gratia, vt etiam pro parte carnis omnia (vt dictum est) sint ei subiecta, praeter eum qui subiecit sibi omnia. Sed huic mirati & mirandae fidei, utrum sancti consentiant videamus. Augustinus in sermone de uerbis Domini, Inuitat Dominus seruos, & preparauit cibum seipsum. Quis audeat manducare dominum suum? Et tamen ait: Qui manducat me, uiuet propter me. Dum enim Christus manducatur, vita manducatur: nec occiditur, vt manducatur, sed mortuos uiuificat quando manducatur, quia surrexit occisus: nec quando manducatur, partes de illo facimus. Et quidem in Sacramento sic fit. Notum fideles quemadmodum carnem Christi manducant. Vnusquisque partem suam accipit, per partes manducatur & integer manet: totus in caelo, totus in corde tuo. Item Eusebius Emisenus: De hoc pane uetus narrat historia: Nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus parauerat, reperit minus, eò quod Eucharistiae sacra perceptio non in quantitate, sed in uirtute consistat. Quod corpus Sacerdote dispensante, tantum est in exiguo, quantum esse constat in toto: quod cum Ecclesia fidelium sumit, sicut plenum in vniuersis, ita integrum esse probatur in singulis. De hoc pane quum assumitur, nihil minus habent singuli quam vniuersi. Totum vnus, totum duo, totum plures sine diminutione percipiunt: quia benedictio huius Sacramenti scit distribui, nescit distributione consumi. Item Augustinus in sermone de uerbis Domini: Putatis, quia de hoc corpore quod videtis, partes facturus sum, & membra mea concisurus, & uobis daturus? Quid ergo si uideritis filium hominis ascendentem ubi erat prius: Certè qui integer ascendere potuit, consumi non potuit. Ergo de corpore & sanguine suo dedit nobis salutem refecionem: & tam magnam breuiter soluit de integritate sua quaestionem. Manducant ergo & bibant: vitam manducant, & vitam bibant. Illud manducare, refici est. Sed sic reficeris, vt non deficiat vnde reficeris. Manduca vitam, bibe vitam: & integra est vita. Item Ambrosius de mysteriis inuitandis. Considera nunc utrum praestantior sit panis Angelorum, an caro Christi, quae utique est corpus uita. Manna illud è caelo, hoc supra caelum. Illud caeli,

Christi homini subiecta sunt omnia.

August.

Ambros. Cap. 9.

Præfatio missæ.

3. Reg. 17. 10. Chryl. Homil. 17.

caeli, hoc Domini caelorum. Illud corruptioni obnoxium si in diem alterum seruaretur: hoc alienum ab omni corruptione, Quod quicumque religiosè gustauerit, corruptionem sentire non poterit. Item Ambrosius Dominica quinta post Epiphaniam: Singuli accipiunt Christum Dominum, & in singulis portionibus totus est: nec per singulas minuitur, sed integrum se praebet in singulis.

Sed quomodo impossibile uideatur, vt caro uerbi Dei, quae multo spiritualior & potentior est uerbo nostro, sit tota & integra in ore omnium sumentium: cum uerbum nostrum vnum idemque, totum & integrum sit in auribus omnium audientium? Quod euidenter ipse Christus in seipso manifestans, in caena corpus & sanguinem suum discipulis suis distribuit: & cum ipse à singulis sumptus comederetur & biberetur in Sacramento, ipse tamen uiuus & integer manit in seipso. Sed quid mirum si Christus comeditur & integer manet: cum Sacerpanta uidua non minus oleum comederit, quia testante sacra historia, *lechyus olei non est imminutus*: cù eadem scriptura dicat, *abijt & fecit iuxta uerbum Heliae, & comedit ipsa & domus eius*: Vnde Ambrosius in Epistola ad Hebraeos. In Christo semel oblata est hostia ad salutem sempiternam potens. Quid ergo nos? Nonne per singulos dies offerimus, sed ad recordationem mortis eius: & vna est hostia, non multa. Quomodo vna & non multa? Quia semel oblatus est Christus, Hoc autem sacrificium exemplum est illius: id ipsum, semper id ipsum. Proinde hoc idè sacrificium vnum solum, Alioquin quoniam multis in locis offertur, multi sunt Christi? Nequaquam, Sed vnus vbique est Christus: & hic plenus exiit, & illic plenus, vnum corpus. Sicut enim quod vbique offertur vnum corpus est, & non multa corpora: ita & vnum sacrificium. Pontifex autem ille est, qui hostiam obtulit nos mundantem. Ipsam offerimus etiam nunc: quae tunc oblata, consumi non potest. Quod nos facimus, in commemorationem fit eius, quod factum est. Hoc enim facite, ait, in meam commemorationem. Quod igitur vt sancti testantur, diuersis locis, diuersisque temporibus sacrificatur: non multa tamen corpora, sed vbique vnum Christi corpus est, quod à diuersis sumitur, & vnū idemque corpus integrum est: omnipotentiae, quae Christo etiam pro carnis parte collata est, attribuendum est: quae ut supra dictum est, & in caelo & in terra praesens etiam corporaliter potest esse, vbicunque, quomodocumque sibi placuerit: vt ideo vbicunque uoluerit sit caro Christi, contra naturam carnis integra & praesens, quia facta in caelo & in terra omnipotens. Quod autem Augustinus ait, Et quidem in Sacramento sic fit, vnusquisque accipit partem suam, & per partes manducatur: ne hoc quidem impedit eius integritatem aliquatenus. Fieri enim hoc dicit in Sacramento, quod uideretur, non in re Sacramento sic fit, vnusquisque accipit Christi quod inuisibile est. Cum enim, vt idem Augustinus ait, corporalia Sacramenta sint quasi quaedam uerba, quia, signa rerum sunt haec ut illa, sicut uariis nominibus appellatus Cephas, Symon, Petrus, idem est Petrus: Sic Christus non est, alius, quamuis uariis Sacramentis representatus: quia cum species panis & uini duo sint Sacramenta, non

tamen in eis duo diuersi Christi, sed in utroque vnus est Christus, qui nec distributione ipsius Sacramenti in seipso diuiditur, nec pro quantitate portionis maius vel minus accipitur: quia in spirituali sua uirtute semper totus esse creditur, ita ut nec qui plus Sacramenti acceperit, abundet, nec qui minus, deficiat: Quia semper idè est totus, in magno totus, in paruo totus, in integro totus, in fracto totus, quia quomodocumque uariantur signa, semper idem est in seipso. Vnde merito Eusebius ait, Verè vnica & perfecta hostia, fide aestimanda non specie: nec exteriori censenda uisu, sed interiori affectu. Vnica enim est, quia non uarietate locorum uel temporum sunt multae: sed vna semper hostia perfecta, quia nec augeri potest nec minui. Et quia species elementorum, panis scilicet & uini, Christi figura est non ueritas: ideo non aestimanda specie, uel exteriori censenda uisu, sed interiori fidei affectu: quia & si uideretur Sacramentalis species elementorum uariari in signo, corpus tamen Christi immutabile creditur in seipso. Sicut ergo manna specie tenus erat vnimodum, sed ita intrinsecus uariis saporibus condiebatur pro uoluntate uentium, vt multorum corporum sapor in vna esset specie: sic e contrario omnimoda est corporis Christi ueritas interiori in uaria Sacramentorum quantitate: ut sicut legitur de manna, nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus parauerat, reperit minus: Ita in Sacramento corporis Christi, nec in minori defectus, nec in maiori sit abundantia: quia non in specie uel quantitate Sacramenti, sed in uirtute Christi est gratia.

C A P. X V I.

Videndum autem est, cum Ambrosius paulò ante dixerit, quia in Christo semel oblata est hostia ad salutem sempiternam potens, cur quasi quotidiana nostra oblatio post illam semel oblata uerant, non esset uera: uel post illam potentem & sufficientem ad salutem, esset superflua quae ferretur: Quid ergo nos? Nonne per singulos dies offerimus? Sed sciendum, quia si nostra quotidiana oblatio alia esset quam illa in Christo semel oblata: non uera esset, sed superflua. Cum enim oblatio illa in Christo semel oblata, & uerè sit uera, quia uerè uita aeterna & sufficiens, ut eam nobis conferat, ipsa sola nostra oblatio: quam aliam uitam posset promittere uel conferre, si esset alia? Aliam enim oblationem, aliam oporteret conferre salutem: uel ad eandem ad quam conferendam sola Christi sufficit oblatio, esset superflua & uana. Quia ergo impossibile est aliam conferri salutem, oportet eandem esse illam semel oblata, & nostram quotidianam oblationem: ut eadem sibi ipsi non sit superflua, sed eadem semper sufficiens & semper necessaria: Primum itaque utrum eadem nostra & illa sit uideamus: deinde utrum semper eandem semper idem salutis sequatur effectus. Sed Ambrosius quasi respondentis suae quaestioni ait: Offerimus, sed ad recordationem mortis eius: Et vna est hostia non multa, quia semel oblatus est Christus: Hoc autem sacrificium exemplum est illius: id ipsum, semper id ipsum.

Notandum ergo quia quotidianum nostrum sa-

Eusebius.

Quod immolatio Christi in altari, non dicitur quod iterum occidatur: sed quod uera eius immolatio representata, idè in altari nunc, quod tunc in cruce operetur. Io. Chryf.

Ioſ. Chryſ.

NOTA

crificium idem ipsum dicit cum eo, quo Christus semel oblati est in cruce, quantum ad eandem veram hic & ibi corporis Christi substantiam: quod verò nostrum quotidianum illius semel oblato dicit esse exemplum, id est, figuram vel formam: non dicit ut hic vel ibi essentialiter aliū Christum constituat: sed ut eundem in cruce semel, in altari quotidie alio modo immolari & offerri ostendat: ibi in veritate passionis, qua pro nobis occisus est, hic in figura & imitatione passionis ipsius, qua Christus non iterum verè patitur, sed ipsius verè memoria passionis quotidie nobis iteratur. Quod & ipse Ambrosius notans subiicit: Quod nos facimus, in commemorationem fit eius quod factum est. Hoc enim facite, inquit, in meam commemorationem. Non aliud Sacrificium, sed ipsum semper offerimus, magis autem Sacrificij recordationem operamur. Non ergo est in ipsius Christi veritate diuersitas, sed in ipsius immolationis actione: que dum veram Christi passionem & mortem quadā sua similitudine figurando repræsentat, nos ad imitationem ipsius passionis inuitet & accendat, contra hostem nos roboret & muniat, & à vitiiis purgans & virtutibus condecorans, vitæ æternæ nos idoneos ac dignos exhibeat. Licet enim eius oblatio in cruce semel suffecerit ad omnium salutem & redemptionem: tamen quotidie est etiam necessaria ad muniendam & mundādam humanam fragilitatem, quæ quotidie tentatur & labitur, vel criminalibus, vel saltē venialibus peccatis, sine quibus hæc vita duci non potest. Non enim hac singulari victima tantūmodo peccatorum absolutionem à Deo consequimur, sed & contra tentationes munimur: quia cum ex perceptione corporis Christi viderit aduersarius hospitium nostrum occupatum cœlestis fulgore præsentia, intelligens locum tentamentis suis intercludi per Christum, fugiet ac recedet. Sciendum igitur, quia licet oblatio Christi semel in cruce sit vera, quotidiana autem in altari sit figurata: prorsus tamen eadem hic & ibi nostræ salutis est gratia, hic & ibi vera, sufficiens, & semper necessaria, quia hic & ibi idem verus Christus potens est ad omnia. Quod quā euidenter sancti attestentur, subiectis eorum autoritatibus videamus: tam de Christi hic & ibi essentiali veritate, quā de nostræ salutis hic & ibi vera & æqua vtilitate. Augustinus in libro sententiarum Prosperi: Semel oblati est Christus in seipso, & tamen quotidie immolatur in sacramento. Quod ita intelligendum est, quia in manifestatione sui corporis, in distinctione suorum membrorum omnium, verus Deus & verus homo semel tantum in cruce pepedit, offerens patri seipsum, hostiam viuam, passibilem, mortalem, viuorum atque mortuorum redemptionis efficacem: eorum videlicet, quos altitudo diuini consilij redimēdos iudicauit, præsciuit, prædestinauit, modis atque temporibus quibus id fieri congruebat. Dicit ergo Christum in manifesto corpore suo, & in distinctis membris humanitatis suæ, semel passum in cruce: qui non manifestè, sed inuisibiliter est in Sacramento quotidie, non passus, sed quasi pari repræsentatus. Vera enim passione Christum iterum immolari nullatenus congruebat, tum quia impossibile erat immortalem occidi, tum quia cru-

dele erat in sacrificio Ecclesiæ hominem more bestiarum sacrificando lanari, dentibusque vorari. Quia itaque in Deū simul esse non poteramus crudeles & deuoti, incruentum esse congruebat, quod pium erat fidelibus Christi: ut non vera Christi passione & morte ab eis immolatio cōpleretur, in qua Christus propitiationem suam exequi omnibus dignaretur. In quo enim meliores essemus his qui eū crucifixerunt: nisi pietate & deuotione differemus ab eis, qui eum perdere præsumserunt? Vnde Ambrosius in Epistolam ad Hebræos: Sed in ista carne & sanguine nil cruentum, nil corruptibile mens humana concipiat, sed viuificatricem substantiam, atque saluatricem & ipsius verbi propria factam in pane & vino credat: per quæ si dignè sumantur, nobis est peccatorum remissio collata. Vnde Augustinus in lib. de Sacramentis altaris: Veritas ait, *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus*. Alioquin quomodo verum erit, *panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita*: nisi vera sit caro? Sed quoniam Christum vorari dentibus fas non est, voluit hunc panem & vinum in mysterio verè carnem suam & sanguinem cōsecratione spiritus sancti potentialiter creari, & quotidie pro mundi vita mysticè immolari: ut sicut de virgine per spiritum vera caro sine coitu creatur, ita per eundem ex substantia panis & vini, mysticè idem corpus Christi consecratur. Iteratur autem quotidie hæc oblatio, licet Christus semel passus sit: quia quotidie peccamus, saltē peccatis, sine quibus mortalis infirmitas viuere non potest. Et ideo quia quotidie labimur: quotidie Christus pro nobis mysticè immolatur. Hanc autem immolationem non vero sed imaginario actu passionis & mortis fieri, & tamen veram salutem operari, testatur Gregorius in quarto libro dialogorum: Hæc singulariter victima ab æterno interitu animam saluat, quæ nobis mortem vnigeniti per mysterium reparat. Qui licet *surgens à mortuis, iam non moritur, & mors ei ultra non dominabitur*: tamen in seipso immortaliter atque incorruptibiliter viuens, pro nobis iterum in hoc mysterio sacræ immolationis immolatur. Eius quippe ibi corpus sumitur, eius caro in populi salutem partitur: eius sanguis non iam in manus infidelium, sed in ora fidelium funditur. Hinc ergo p̄femus quale sit pro nobis Sacrificium: quod pro absolutione nostra passionem vnigeniti filij semper imitatur. Quauis ergo non dixerit, passionem vnigeniti operatur verè, sed imitatur imaginariè: tamen testatur illam victimam, nos verè ab æterno interitu saluare. Vnde venerabilis Beda in homiliis suis. Non solum lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, quando sanguinem suum fudit in cruce: verum etiam quotidie lauat nos in sanguine suo à peccatis nostris, cum eiusdem beate passionis memoria ad altare replicatur, cum panis & vini creatura in Sacramentum carnis & sanguinis eius ineffabili spiritus transferatur sanctificatione: sicque corpus & sanguis illius non infidelium manibus ad perniciem ipsorum funditur & occiditur, sed fidelium ore suam sumitur in salutem. Item Eusebius Emisenus: Quia corpus assumptum ablaturus erat ab oculis nostris, & syderibus illaturus, necessarium erat, ut nobis in hac die Sacramentum corporis & sanguinis sui consecraret,

Ioſ. Chryſ.

Ioan. 6.

Ioſ. Chryſ.

Cap. 3.

Roma. 6.

Eusebius.

August. Cap. 4.

Cap. 6.

Ioſ. Chryſ.

Gregor.

craret, ut coleretur iugiter per mysterium, quod semel offereretur in precium: ut quia quotidiana & indefessa curtebat pro hominum salute redemptio, perpetua etiam esset redemptionis oblatio: & perennis illa victima viueret in memoria, & semper præsens esset in gratia. Item Augustinus in Sermonibus de 4. feria. Si sanguinem Christi tota cum reuerentia percipis, cognosces per illū tuatibi dimitti peccata. Item in eodem. Tu anima Christiana, vide ne deferas mensam sponsi tui; ut pulchra permanas. Carnes eius quotidie manducabis, ut vitam æternam habeas: & sanguinem eius potabis. Quotidianam igitur Christi immolationem peccatorum remissioni, vitæ æternæ ademptioni necessariam, & sufficientem nobis astruximus. Ipsi autem Christo non supplicio passionis vel occisionis esse molestam: sed quadam ipsius passionis imaginem nobis vtilem ad memoriam concitandam, & deuotionem augendam, & imitationem prouocandam ostendimus. Cur enim beatus Ambrosius ad recordationem mortis eius hostiam Christi quotidie offerri diceret, & nos tum sacrificium, exemplum illius sacrificij: si tantis beneficiis nos vellet esse ingratos, & non magis deuotione & imitatione nostra, tantæ gratiæ esse obnoxios? Sed tamen quia sacramentalis & cōcorporales sumus Christo, licet non vera, sed imaginaria passione in seipso immoletur, vera tamen & non imaginaria passione in membris suis immolatur: quando nos, qui in memoriam passionis suæ Sacramentum tantæ suæ pietatis agimus sacrificando ipsum, flecto & cor nostrum verè compunctione atterendo: mortem tam pij & dilecti Domini & patris annunciamus. Sicut enim cum Petrus diceret: Domine quo vadis? Christus respondit, venio Romam iterum crucifigi, vel sicut Paulus ait: Suppleo ea quæ defunt passionum Christi in carne mea: ita & omnibus membris suis compatitur, ut & sibi compatientibus conregnare facilius credatur: quia reuera dignabitur eos esse participes suæ gloriæ, quorum non dedignatur esse particeps æruginæ. Cum enim vinum pro Christo aqua sacrificetur pro populo, & vtrūque vnus sanguis fiat, quid nisi capitis & membrorum inde: compassione & morte vnitatem significat? Vnde Augustinus in lib. 10. de Ciuitate Dei: Huius rei Sacramentum, quotidianum voluit Ecclesiæ esse sacrificium: quæ cum capitis ipsius corpus sit, seipsam per ipsum discit offerre. Non enim potest corpus crucifixi esse, qui crucifixus non est. Vnde Apostolus, Per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Vnde Gregorius in dialogorum libro 4: Qui passionis Dominicæ mysteria celebramus, debemus imitari quod agimus. Tunc ergo verè pro nobis Deo hostia erit: cum nos ipsos hostiam fecerimus. Item Ambrosius in libro de Sacramentis: Quia crucis ipsius signatus es forma, ab ipsius passione accepisti signaculum atque similitudinem: ut ad ipsius formam resurgas, ipsius viuas figura, qui peccator crucifixus est & deo viuuit. Quia igitur beneficiis & exemplis tam eximium, tamque vtile nobis est corporis Christi Sacramentum videamus ne nobis tantam gratiam aliquis error supplantet: Sed potius ipsa fidei veritas, sicut certos ad ea quæ exhibet, sic fortes cōstituat ad ea quæ

monet. Infirmi enim qui circumferuntur omni vèto doctrinæ, statim vt audiunt quæ ignorant, de fidei veritate dubitant: quos quantum possumus, Deo annuente, sanare studeamus. Quia enim Sacramentum est figura veritatis Christi, & in figura Sacramenti fit figura imaginariæ actionis sacrificij, in tot figuris veritatem latere titubant: maxime cum dicitur Christus semel immolari in seipso, & quotidie in Sacramento: quasi verus intelligi debeat, cum dicitur in seipso, & non verus, sed imaginarius in Sacramento. Sed sciendum quia Christus immolari dicitur in seipso, id est, in humana forma, & in Sacramento, id est, in panis & vini forma: non quantum verè hic immoletur in seipso quantum ad substantiam, sicut ibi, sed vt notet hic & ibi diuersam eiusdem substantiæ formam.

Idem Christi in cruce & altari.

Quod dupliciter vel tripliciter dicitur corpus Christi.

Hieronymus Augusti.

In Cap. 1.

Ac de causa etiam sancti de corpore & sanguine Domini variè loquuntur, sed non cōtrariè: adeo vt beatus Hieronymus illud dupliciter, Augustinus autem tripliciter astruat accipi debere. In quo ne sibi vel aliis sanctis dissentire videantur: quomodo corpus Christi duplex credendum sit videamus. Ait Hieronymus in epistolam ad Ephesios. Dupliciter sanguis Christi & caro intelligitur, vel spiritualis illa atque diuina, de qua ipse ait: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus: & Nisi manducaueritis carnem meam & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam æternam: vel caro illa quæ crucifixa est, & sanguis qui militis effusus est lancea. Quod non dixisse quantum ad duplicem substantiam credendus est, sed quantum ad duplicem eiusdem substantiæ formam, qua nunc in panis & vini intelligitur forma. Quod Augustinus apertius ostēdit, qui cum tertium modum corporis Christi dixisset Ecclesiæ, de eodem duplici corpore, vnde Hieronymus ita differuit: Corpus Christi est & illud mysticum quod ex substantia panis & vini per spiritum Sanctum consecratur. Et addidit: Cæterum illud corpus, quod natum est ex Maria virgine, in quod illud transfertur & c. Quod istud per consecrationem altaris in illud transferri & conuerti dicit, nota eandem substantiam. Quod autem discernit dicens, hoc vel illud facit, vt dictum est, secundum diuersam formam. Quam substantiæ idētitatem perfecte subinuens, ait de tertio corpore Christi, quod est Ecclesia. Ad quem si rectè communicamus, mentem dirigimus: vt nos corpus eius ex ipso & ab ipso carnem ipsius illo mariente integro sumamus. Cum enim carnem ipsius ex ipso nos monet ab ipso sumere: quid nisi dantem & donum idem significat esse? Et addidit: Quæ nimirum caro ipsa est, & fructus ipsius carnis, vt idem semper maneat, & vniuersos qui sunt in corpore pascat. Hoc corpus dicit Eusebius, syderibus illatū, coli iugiter à nobis per mysterium. De hoc Sacerdos in fine cuiusdam missæ orat, vt quod nos specie gerimus, rerum veritate capiamus: idem quidem notantes in substantia, diuersum in forma. Quam suam duplicitatē in cœna ipse Christus ostendit, cum ipse in humana forma præsens seipsum in Sacramento discipulis exhibuit. Hanc duplicitatē non substantiæ, sed formæ, sancti notauerunt, quoties de corpore Christi ipsum non

ipsum dixerunt: ut ipsum secundum substantiam, non ipsum sit secundum formam.

Cum igitur corpus Christi in humana forma, corpus Christi in Sacramento, corpus Christi Ecclesia tripliciter dicatur: his qui in Sacris Scripturis hoc discernere nequeunt, magna confusio nascitur: ut quod de vno corpore Christi dicitur, de alio dictum esse creditur. Est & alia item confusio, quia cum corpus Christi tripliciter dicatur, corpori Christi in altari panis & vini attribuunt Sacramentum, ipsumque corpus Christi in altari, Sacramentum faciunt corporis Christi in humana forma. Dum ergo forma panis & vini, Sacramentum corporis Christi in altari, & ipsum corpus Christi in altari Sacramentum dicitur humani corporis Christi, quod ipsum est, non idem ipsum esse contendunt, sed hoc quasi diuersum ab illo constituunt. Dicit enim aliquis. Illud in altari, quod tu asseris esse verum corpus Christi, in Sacris literis appellatur species, similitudo, figura, signum, mysterium, Sacramentum. Hæc autem vocabula ad aliquid sunt, nulla verò que ad aliquid sunt, possunt esse id quod sunt ea ad quæ referuntur: Non est igitur Sacramentum, corpus Christi. Et sic de cæteris vocabulis in nullo præiudicatur fidei qua credimus, & veritati quam tenemus. Ut enim superius dictum est, quantum ad visibile Sacramentum, species & similitudo illarum rerum sunt nomina: quæ ante fuerunt: panis scilicet & vini, non corporis Christi: Corpus verò & sanguis Christi vocantur nuncupatiue, eo locutionis modo, quo res significans, solet rei significatæ vocabulo nuncupari. Vnde Augustinus in libro locutionum Genes. cap. 59. Locutio notanda est, vbi aliqua significantia earum rerum quas significant nomine appellantur: inde est quod ait Apostolus. *Petra autem erat Christus*, non ait *petra* significabat Christum.

CAP. XVIII.

1. Cor. 10.

Quod inuisibile corpus Christi in Sacramento, Sacramentum sit visibile corpus Christi in humana forma, verum verè, idem eiusdem. Accommodatum exemplum. Luc. vii. **E**t hoc quidem Sacramentum vel figura, diuersa est a re sua, ut res visibile ab inuisibili, ut supra dictum est. Sed tamen non iuste quisquam mouebitur, si etiam eadem vera caro, idemque sanguis Christi sui ipsorum Sacramenta existant, secundum aliud atque aliud accepta, imaginaria panis fractione & sanguinis de calice effusione, ita representando veram fractionem corporis sui & effusionem sanguinis in passione: verbi gratia, sicut ego senex balburiendo & reptando & alia puerilia mea imaginando representarem me puerum, non alium tamen, sed me ipsum, essemque ego ipse figura & figuratus: actio tamen qua me ipsum representarem in me senex, esset imaginaria illius, quæ in me puero fuisset vera. Sed & Christus post resurrectionem suam diuersa actione diuersaque temporum ratione, sui ipsius typum gessit & figuram. Ut enim ait Augustinus apparens duobus discipulis, dum finxit se longius ire, significauit se post paucos dies ascensurum in cælum: quod iter longius est remotum à communi hominum vita. Christus itaque longius sese ire fingens: Sacramentum est Christi ascendens in cælum. Idem eiusdem: nec tamen vsquequaque eiusdem. Idem nanque verus Christus & fingens & ascendens: veruntamen aliud est figuratum terreni itineris, aliud est veritas in cælum

ascendens. Nec aliquis ita desipit, ut propterea neget fingentem se longius ire, esse verum Christum: quia fingentem longioris itineris, significat se verum Christum in cælum ascensurum. Ne ergo in re tantâ, fide rudes titubent, diuina gratia aspirante quid de hac re sentiendum sit, sanctorum auctoritates ostendent: ut corporis Christi in Sacramento Sacramentum significans & significatum, in panis & vini forma itemque in hominis forma substantialiter, & verè, vnum eundemque Christum credant esse. Et de Sacramento quidem panis & vini, quod significet & sit nuncupatiue corpus Christi, superius dictum est. Quod verò verum corpus Christi inuisibile post resurrectionem sit Sacramentum visibile corporis Christi, in passione scilicet sui ipsius: testatur Augustinus in libro sententiarum Prosperi. Caro eius est, quam forma panis operam in Sacramento accipimus, & sanguis eius quem sub vini specie & sapore potamus: caro videlicet carnis, & sanguis Sacramentum sanguinis. Carne & sanguine utroque inuisibili, intelligibili, spirituali, significatur: corpus visibile. Domini nostri Iesu Christi, & palpabile: plenum gratia omnium virtutum, & diuina maiestate. Item in eodem, Sicut ergo cælestis panis, qui verè Christi caro est, suo modo vocatur corpus Christi, cum reuera sit Sacramentum corporis Christi, illius videlicet, quod visibile, palpabile, mortale, in cruce positum est: vocaturque ipsa, carnis immolatio: quæ Sacerdotis manibus fit Christi passio, mors crucifixio, non in rei veritate, sed significante mysterio: sic Sacramentum fidei, quod baptisma intelligitur, fides est. Vnde idem beatus Augustinus in epistola ad Bonifacium: Nonne semel immolatus est Christus in se ipso? Et tamen in Sacramento non solum per omnes Paschæ solennitates, sed omni die populis immolatur: nec vti que meretur, qui interrogatus, eum respondere immolari. Si enim Sacramenta quandam similitudinem earum rerum, quarum Sacramenta sunt, non haberent: omnino Sacramenta non essent. Ex hac autem similitudine, plerumque etiam ipsarum rerum nomina accipiunt. Sicut enim, secundum quandam modum, Sacramentum corporis Christi, corpus Christi est, Sacramentum sanguinis Christi, sanguis Christi est: ita Sacramentum fidei fides est.

In quo notandum est, immolationem quam non rei veritate dixit fieri, sola similitudine Sacramenti veram immolationem Christi representantis, mortem, passionem, crucifixionem, ipso mysterio significante: debere intelligi: sic que baptisma, quod est Sacramentum fidei, non in rei veritate, sed sola similitudine fidem dicit. Quod verò veram carnem Christi suo modo corpus Christi dicit vocari, cum reuera sui ipsius Sacramentum sit, non ita intelligendum est, quasi non verè dicatur corpus Christi, sed suo modo, id est, sibi singulariter proprio: quia cum omne corpus sit visibile atque palpabile, solum corpus Christi post resurrectionem mutata natura non substantia, non est corporale, sed spirituale inuisibile, ut dictum est superius. Quod verò dixit ad Bonifacium: Sicut Sacramentum corporis Christi secundum quandam modum corpus Christi est, ita Sacramentum fidei fides est: intelligendum est de forma

August.

forma panis & vini, quæ non verè, sed figuratè & nuncupatiue dicitur corpus Christi. Quia igitur Augustinus ad comprobandum, quod Sacramentum fidei fides diceretur, duas similitudines dedit, Vnâ actualis Sacramenti, immolationis scilicet imaginariæ, alterâ verè realis, formæ scilicet panis & vini: ut immolatio imaginaria figuratè vocatur mors, & crucifixio Christi, & sicut forma panis & vini figuratè vocatur corpus Christi: sic Sacramentum fidei, scilicet baptisma, figuratè vocetur fides. Notandum quod in altera harum similitudinum cælestè panem, qui verè Christi caro est, non communi, sed suo, & quasi proprio modo Corpus Christi vocari dicit: quia scilicet corpus illud non corporale, sed spirituale & diuinum præ omnibus corporibus singulariter vidit. In altera autem Sacramentum corporis Christi, id est, formam panis absolute secundum quandam modum corpus Christi dicit: quia communi figura non existentium quod dicuntur, illud dici corpus Christi notauit. Quod autem inuisibile corpus Christi Sacramentum visibile corporis Christi dicit: intelligibiliter tantum per exterioriorem aliquam actionem, & non sensualiter accipiendum est.

Quomodo enim more ceterorum Sacramentorum visibilibus, id quod videri non potest, rei visibile esse poterit signum: nisi per exterioris alicuius actionis circa se imaginem? CAP. XIX.

Via itaque de tertio corpore Christi, quod est Ecclesia, superius satis dictum est, quia scilicet consecratiue est capiti suo Christo, & ut caput & membra vnum corpus cum ipso est per gratiam: aliud tamen per substantiâ: quod modis Sacramentatis suis rebus similentur, & eas significant in triplici corpore Christi videamus. Duobus enim modis id facere videtur: scilicet vel sua ex se similitudine, vel alicuius exterioris actionis circa se. Sua ex se similitudine Sacramentum significat, sicut cum dominus dicit: *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus, & Ego sum panis viuus qui de cælo descendi*: quia sicut cibus & potus temporalem vitam, sic ipse dat æternam. Vnde ait: Si quis mâducauerit ex hoc pane, viuere in æternum. Et merito. Si enim tanta vis est in cibo qui nõ viuere, nec manet, ut labentem vitam huius temporis foueat & retineat quam diu Deo placuerit: quã magis Christus cibus viuens immortaliter, vitam æternam conferre credendus est, quibus sibi placuerit? Magis enim credendus est vitam conferre, qui vitam in se habet, & vita est: quàm qui non habet. Cum enim sit via, & veritas, & vita: corpus eius nobis viaticum est, ne moriamur & deficiamus in via, sed perducamur ad vitam: Veritas est, ne eius promissionibus fallamur. Vita est, ut ea in peruentione feliciter fruamur. In hac ergo mortali vita immortalis cibo vitæ nos pascit, ne in æternum moriamur. Nec solum sua ex se similitudine cibi & potus nomine & specie, significari se voluit vitam æternam: sed etiam ex panis & vini similitudine significari voluit aliud corpus suum, id est, Ecclesiam. Vnde Augustinus in sermone de Sacramentis fidelium Feria secunda Paschæ: Quia passus est pro nobis, commendauit nobis in isto Sacramento corpus & sanguinem suum, quod etiam fecit nos ipsos. Nam & nos corpus ipsius facti sumus, & misericordia ipsius quod accepimus, * ipsi sumus. Et

* viuere.

Quod Sacramentum duobus modis significatur: vel sua ex se similitudine, vel alicuius actionis circa se. Ioan. 6.

* al. nos.

post pauca: Ad aquam venistis, conspersi estis, panis Dominicus facti estis. Quomodo vnum videtis esse quod factum est: sic vnum est ore vos, diligendo vos. Item in serm. 26. super Ioannem: Hunc itaque cibum & potum, societatem vult intelligi corporis & membrorum suorum, quod est Ecclesia. Et post pauca: Huius rei Sacramentum, id est, unitatis corporis & sanguinis Christi, de mensa Dominica sumitur: quibusdam ad vitam, quibusdam ad exitium: res verò ipsa cuius Sacramentum est, omni homini ad vitam, nulli ad exitium, quicumque eius particeps fuerit. Cum enim cibo & potu id appetant homines, ut non esuriant neque sitiant: hoc veraciter non præstat nisi iste cibus & potus, qui eos à quibus sumitur, immortales facit, id est, ipsa societas sanctorum, vbi pax erit & vnitas plena atque perfecta. Propterea quippe Dominus corpus & sanguinem suum in eis rebus commendauit, quæ ad vnum aliquid rediguntur ex multis. Nanque aliud in vnum ex multis granis confluit, Ecclesiasticam societatem; cibum & potum ac panem Dominicum dicit: tum quia verè satiet in æterna beatitudine, tum quia multos in vnum redigit, vera eharitate: quam societatem qui verè acceperit, nõ potest priuari æterna salute. Quia ergo Sacramentum corporis Christi ipsum Christum, vel eius Ecclesiam sua ex se similitudine signat: videamus si similitudine alicuius exterioris actionis circa se idem faciat. August. in lib. sententiarum Prosperi: Dum frangitur hostia, dum sanguis de calice in ora fidelium funditur: quid aliud quàm Domini corporis in cruce immolatio, eiusque sanguinis de latere effusio designatur? Ideo etiã ipse corpus suum fregit & tradidit: ut signaret, quod sponte sua in passionem se frangeret & traderet pro nobis, qui solus potestatem habebat ponendi animam suam: quod etiã in altari vice sua imitatur Sacerdotes, ut idè representent, id est, corpus Christi Sacramentum Christi & Ecclesiæ per exteriorè actionem. Ait Sergius Papa, Triforme est corpus Domini, Pars oblatae in calicem missa, corpus Christi quod iam resurrexit monstrat: pars commesta, ambulans adhuc super terrâ: pars in altari vsque ad finem Missæ remanens, corpus iacens in sepulchro: quia vsque ad finem seculi corpora sanctorum in sepulchris erunt: Item Iulius Papa in decretis, Episcopis per Ægyptum missis: Calix Dominicus iuxta canonum præceptum vino & aqua permixtus debet offerri: quia videmus in aqua populum intelligi, in vino ostendi sanguinem Christi. Ergo cum in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur: & credentium plebs ei, in quem eredit, copulatur & iungitur: Quæ copulatio & coniunctio aquæ & vini sic miscetur in calice Domini: ut mixtio illa non possit separari. Nã si vinum quis tantummodo offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis: si verò aquam solam, plebs incipit esse sine Christo. Sciendum tamen, quia licet prius mystice vinum & aqua miscetur, post consecrationem tamen non nisi sanguis bibitur: quia prius per aquam baptismatis renati, postmodum non solum concorporales, sed & consanguinei Christo spiritualiter efficiuntur. Ad signandum autem Christum, vinum: & ad signandum populum aqua miscetur: quia

Serg. Pap.

Iulius Pap.

Pfal 22.

Ioan. 19.

1. Ioan. 5.

etfi vinum, de aqua, dignius tamen per vitę & Christi de carne nostra per Marię generatur, & potentius ad reficiendum & inebriandum quàm aqua inuenitur, quia calix Domini inebrians, quàm præclarus est: dum sui amoris feruore mens debriata, omnium terrenorum obliuiscitur. Vnde etiam inuitato & stupendo miraculo postquam spiritum emisit, de latere Christi sanguis & aqua contra naturam manauit: vt regenerationis & redemptionis vnum nostrę salutis opus esse mysticę signaret, dum hoc duplici Sacramento vnũ corpus Christi & Ecclesię per spiritum sanctum conformaret. Vnde & tria sunt, quę Christo testimonium dant in terra: spiritus, aqua, & sanguis: quia & mirum fuit, mortales de cęlo secundum promissionem Christi, spiritum Sanctum accipere: & mortuum more viuientis non saniem, sed sanguinę, immo supra morem viuorum & mortuorum, cum sanguine aquam de vulnere lateris fundere: quod tamen sicut miraculum, sic constat fuisse & mysteriũ. Sed quid curra per singula: Quicquid fit in officio Missę, Sacramentum est Christi & Ecclesię. Vnde & Aug. in lib. de Trinit. Quia morte Domini liberati sumus, huius rei memores in edędo & bibędo carnem & sanguinem, quę pro nobis oblata sunt significamus. Quod enim corpus Christi in Sacramento manibus fidelium tenetur, frangitur, dętibus atteritur, & ipsis incorporatur: significat eũ in passione manibus impiorum tantum, & vsque ad mortę fractum, & propter nostra scelera attritum: Ecclesiã verò, corpus sũm scilicet, huius suę passionis imitatione sibi incorporatam & conformatam. Quod ipsi Christo iam immortalis & incorruptibilis factus nullus putet esse indignum, si fidelium deuotio hoc sibi in Sacramento repręsentet, ad dominicę passionis imitatione, quod ipse Dominus passurus fieri pręcepit ad suam commemorationem: vt tantę rei memoria excitata, pręsentia quę diuinę auxilio & exemplo roborata, velit & possit per ipsius gratiam quod nullatenus pręsumit per suę fragilitatis naturã. Quod enim in Christi corpore permissum est malis ad suam damnatione, nec ignominiosum visum est Deo patri propter nostram salutem: multo magis ipsi placitum & gloriosum est, vt fidelium suorum manibus deuotę in Sacramento frangatur, dentibus atteratur, sicut ipse pręcepit: in suã commemorationem: non vt in veritate quidem passionis, crucifixionis, mortis, vt supra dictum est, sed significante mysterio, vt ipse quidem fractus & attritus integer permaneat, & redemptionis suę gratia omnibus diuisa proficiat. Quod vt certius innotescat fidelibus: Berengarij Andegauenis hęretici confessio, quã de huius rei Catholica fide scripsit, & Romę pręsentę Nicolao Papa, coram 113. Episcopis iureiurando firmavit, ad medium deferatur.

Palinodia Beręgarij. Ego Berengarius indignus Ecclesię sancti Mauritij Andegauenis diaconus, cognoscens verã, Catholicam, & Apostolicam fidem, anathematizo omnem hęresin, pręcipuę eam, de qua hæctenus infamatus sum: quã astruere conatur panę & vinum quę in altari ponuntur, post consecratione solummodo Sacramentum & non verum corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi esse: nec posse sensuualiter nisi in Sacramento solo, manibus Sacerdotum tractari, vel frangi, vel fidelium dentibus at-

teri. Consentio autem sanctę Romanę Ecclesię & Apostolicę sedi, & ore & corde profiteor de Sacramentis Dominicę mensę eandem me fidę tenere, quã dominus & venerabilis Papa Nicolaus, & hæc sancta Synodus autoritate Euangelica & Apostolica tenendam tradidit, mihiq; firmavit: scilicet panem & vinum, quę in altari ponuntur, post consecrationem non solum Sacramentum, sed etiam verum corpus, & verum sanguinem Domini nostri Iesu Christi esse, & sensuualiter non solum in Sacramento, sed & in veritate manibus Sacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri: iurans per sanctam omouisionem Trinitatem, & per hæc sacrosancta Christi Euangelia, &c.

C A P. X X.

Quia igitur assertione Beręgarij hęretici in sancta Synodo panis & vinum post consecratione non solum Sacramentum, sed etiam verum corpus & sanguis Domini est: quod etiã Augustinus modis omnibus approbare contendit, sacrificium scilicet Ecclesię duobus confici, duobusque constare, visibili elementorũ specie, & inuisibili Christi carne & sanguine, Sacramento scilicet & re Sacramenti: secundum hæc duo, sunt etiam duę comestiones corporis Christi in Ecclesiã, vna corporalis, altera spiritualis, vna fit ore, altera fit corde. Quarum corporalis cõmunis est bonis & malis, his ad salutem, illis ad iudicium, spiritualis autem tãtum bonis. Et corporali quidem ore corporaliter manducamus & bibimus, quoties de altari dominico ipsum Dominicum corpus substantialiter per manum Sacerdotis in Sacramento panis & vini accipimus: corde verò spiritualiter comedimus & bibimus, quoties vt ait beatus Augustinus, hoc quod pro salute nostra filius Dei in cruce pependit in memoria recõdimus: & non solum ad huius rei commemorationem, sed etiam ad imitatione crucifigendo carnem nostram cum vitis & concupiscentiis, nos ipsos accendimus. De corporali comestione ipse Dominus ait, *Accipite & comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Bibite, hic est sanguis meus, qui pro vobis effundetur.* Item Apostolus: *Qui manducat & bibit indignę, iudicium sibi manducat & bibit.* De spirituali verò comestione ait Augustinus in serm. 26. super Ioanem: Panem celestem spiritualiter manducate, innocentiam ad altare apportate. Et post pauca vtrãque etiam comestione discernens subiecit, Hic est panis de cęlo descendens, vt si quis ex eo manducauerit, non moriatur. Sed quod pertinet ad virtutem Sacramenti, non quod pertinet ad visibile Sacramentum: qui manducat intus, non foris, qui manducat corde, non qui premit dente. Item idem in libro de verbis Domini: Tunc autem vita erit vnicuique corpus & sanguis Domini, si quod in Sacramento visibiliter sumitur, in ipsa veritate spiritualiter manducetur, spiritualiter bibatur. Item Gregorius in Homilia Paschali: Sanguis agni super vtrunque postem ponitur: quando non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur. In vtrõque enim poste agni sanguis est positus, quando Sacramentum passionis illius cum ore ad redemptionem sumitur, ad imitationem quoq; intenta mente cogitatur.

C A P. X X I.

Quia in sacrificio est Sacramentũ corporale, & corpus spirituale, duę sunt etiam eius comestiones vna corporalis, altera spiritualis: & boni quidẽ duobus comestionibus sumunt corpus Christi mali tãtum vna.

Luc. 22.

1. Cor. 11.

Quamuis igitur spiritualis comestio corporis Christi prior & dignior sit quã corporalis, quia illa tantum bonis, hæc autem cõmunis est & bonis & malis: cum vtrãque tamen sit ad salutę necessaria, & quantum ad substantiã dominici corporis, vera: videtur quærendũ cur B. August. dixerit quia tunc erit vnicuique vita corpus Christi, si in ipsa veritate spiritualiter manducetur: quasi non in ipsa veritate corporaliter sumatur, & mali qui corpus Christi Sacramentotenus tantũ sumunt, non verũ illud sumant, quia non spiritualiter illud capiunt. Vnde etiã aliqui errantes Christũ à Sacramento suo separari autumant, ita vt malos purum Sacramentũ & non corpus Christi sumere astruant: & ipsum Iudã proditorem, quibusdam sanctorum autoritatibus contentant in cęna Domini cõmunioni corporis Christi non interfuisse, quasi corpus Christi non possit nisi qui in corporatur Christi verẽ sumere. Propositis itaq; his, quibus suũ concipere videntur errorem, nos Deo volente subsequenter liberius astruemus ipsam veritatę: quã scilicet bonos verẽ omnino credamus corpus Christi sumere: malos autem verẽ quidem quantum ad substantiã, & non verẽ quantum ad effectus gratiã. Ait August. in serm. 27. super Ioanem: Carnẽ Christi & sanguinẽ non edamur tantũ in Sacramento, quod & multi mali: sed vsq; ad participatione spiritus, vt in corpore Domini tanquã membra maneamus, vt eius spiritu vegetemur. Item idem in libro sententiarum Prosperij: Efcam vitę accipit, æternitatis poculum bibit: qui in Christo manet, & cuius habitator est Christus. Nã qui discordat à Christo, nec carnẽ Christi manducat, nec sanguinẽ bibit: etiã si tantę rei Sacramentũ ad iudiciũ suę pręsumptionis quotidie indifferẽter accipiat. Ecce malos carnem Christi tantum in Sacramento quasi nõ verẽ, sed tantũ figuratę sumere: itẽmq; eos etiam si Sacramentũ accipiant, carnem Christi non manducare, astruere videtur: quod tamen non dicit quantum ad substantialem corporis Christi veritatę, quã licet indigni ad iudiciũ suum, verẽ tamen sumunt: sed quantum ad gratiã Sacramenti virtutę quam negligunt. Sed iterum B. Hylarij Pictauiensis in expositione super Matth. quasi testę huius rei faciunt, qui manifeste videtur asserere, à Domino Iudã à tanti Sacramenti cõmunione exclusum, quia indignum. Ideoq; eum nõ potuisse bibere sanguinem Christi in mysterio, quia eũ non erat bibiturus in regno. Dicit enim ita: Post quã Iudas proditor indicatur, sine quo Pascha accepto calice & fracto pane cõficitur. Dignus enim æternorum Sacramentorum cõmunionem non fuerat: quia æternę vitę indignus erat. Nã discessisse statim hinc intelligitur, quod cum turbis reuersus ostenditur. Neq; sanẽ eũ eo bibere poterat in mysterio, qui non erat bibiturus in regno: cum vniersos tũc bibentes ex vitis istius fructu bibituros secum postea polliceretur. Si itaq; Aug. ita verẽ & non verẽ à Sacramento malos remouisse, & Hylarium ita ipsum Iudã à cõmunionem exclusisse ostenderimus, vt si biipsis vel aliis sanctis non sint contrarij: manifestũ erit, Deo volente, quia mali corpus Christi sumunt, verẽ quantum ad substantiã, & non verẽ quantum ad gratiam. Et prius quidẽ verba B. Hylarij concorditer cũ aliis sanctis exponantur. Sine Iuda enim Pas-

cha, id est, transiit ad vitam cõfici dicit: quia spiritualiter eius particeps non fuit. Vnde etiam subiecit, Dignus enim æternorũ Sacramentorum cõmunionem non fuerat, quia æternã vitã indignus erat. Quod ex affectu operis approbat, quia statim post buccellam ad perditione exiuit. Quod se non secundum corporale & temporalem cõmunionem dixisse: sed secundum spiritualem & æternã, cuius tantũ boni particeps sunt, ostendit cum subiungit: Neq; sanẽ eũ eo bibere poterat in mysterio, qui nõ erat bibiturus in regno. Quomodo enim corporaliter corpus Domini cũ eo bibere Sacramentũ non possit: qui eatenus ab ordine Apostolico & suo cõsortio remotus non fuerat, cum teste Apostolo & cæteris sanctis malos quotidie videamus sumere indifferẽter corpus Domini non ad salutę, sed ad iudiciũ? Nisi ergo Iudã illa impossibilitas sumendi corpus Domini spiritualiter ascribatur, cum cæteri mali illud corporaliter sumere possint & cõsueuerint, ipsum solũ non potuisse quod cæteri possunt, procedere non videtur. Quia ergo tolerabiliter expositum est, Iudã à consecratione corporis Christi spiritualiter vt indignũ abfuisse: si testantibus aliis sanctis corporaliter affuerit, & ipsum Sacramentũ ab ipso Domino sumpserit, videamus. Ait Leo Papa in sermone cuius initiũ est: Scio quidẽ dilectissimi: Discumbentibus discipulis, ad edendã mysticã cęnã, cum in Cayphã atrio tractaretur quomodo Christus occidi posset: ille corporis & sanguinis sui ordinans Sacramentũ, docebat qualis hostia Deo deberet offerri: ne ab hoc quidẽ mysterio traditorẽ submoto: vt ostederetur nulla iniuria exasperatus, qui voluntaria erat impietate pręstitutus. Et post pauca: Cur infelix Iuda tãta benignitate nõ vteris? Non apostolici ordinis honor, nõ Sacramentorum tibi cõmunionem denegatur. Item August. in serm. 26. super Ioanem: Non vt putant quidã negligenter legentes, tunc Iudas corpus Christi accepit. Intelligendum est enim, quod iam omnibus eis distribuerat Dominus Sacramentũ corporis & sanguinis sui, vbi & ipse Iudas erat, sicut S. Lucas euidentissime narrat: ac deinde ad hoc ventũ est, vbi secundum narratione Ioannis apertissime dominus per buccellã intinctã atq; porrectã, suum exprimit traditorẽ. Quia igitur Leo traditorẽ à mysterio corporis Christi non esse submotũ, & ipsam Sacramentorum cõmunionem non ei fuisse negatam: itẽmq; Augustinus ipsum Iudã interfuisse vbi Dominus Sacramentũ corporis & sanguinis sui omnibus discipulis distribuerat, Luca enim Euangelista teste affirmat: videndum est quomodo Iudas & cæteri mali corpus Christi sumere & non sumere intelligantur: ne tantı patres in quibus erat vnus spiritus non dissensionis, sed paciẽ, se dissentire videantur. Quam quæstionem ipse August. in serm. de blasphemia spiritus Sancti tractans ait: Illud etiã quod ait: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo:* quomodo intellecturi sumus? Nunquid etiam illõs hic poterimus accipere, de quibus dicit Apostolus, quod iudicium sibi manducant & bibant, cum ipsam carnem manducant, & ipsum sanguinem bibant? Nunquid & Iudas Magistri venditor, & traditor ipsius, quamuis ipsum manibus eius confectum Sa-

Sermone de passionẽ Domini. 7. Leo Papa.

pręstit.

De verbis Domini, serm. 12.

cramentum carnis & sanguinis eius cum ceteris discipulis sicut apertius Lucas Evangelista declarat, manducaret & biberet: mansit in Christo, & Christus in eo: Sed profecto est quidam modus manducandi carnem Christi, & bibendi sanguinem: quomodo qui manducauerit & biberit, in Christo manet, & Christus in eo. Item idem in sermone de verbis Euangelij: Quid est Christum manducare? Non hoc solum est in Sacramento corpus eius accipere. Multi enim indigni accipiunt, de quibus Apostolus ait: Qui manducat & bibit calicem Domini indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Sed quomodo manducandus est Christus? Quomodo ipse dicit: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet & ego in eo. Si in me manet & ego in eo, tunc manducat & bibit. Qui autem in me non manet, nec ego in eo: & si accipit Sacramentum, acquirit magnum tormentum. Quod non dicitur quidem quasi Christus à Sacramento suo propter malitiam alicuius sumentis separaretur quantum ad veritatem suam substantiam, sed quantum ad effectum suae gratiae: quia cum corpus suum det in Sacramento, ut perfecta unitate ita incorporaretur corpori suo, ut in se maneat tanquam capite suo, & ipse in eo tanquam membro suo: non potest vniri tam mundum caput frædo & putrido membro. Ait enim Augustinus in Sermone super Ioan. 26. Qui manducat me, & ipse viuere propter me. Participatio filij per unitatem corporis eius & sanguinis, quod illa manducatio potatisque significat, nos efficit meliores. Viuimus ergo nos propter ipsum, manducantes eum: id est, ipsum accipientes vitam æternam, quam non habebamus ex nobis. Quamuis autem ista significatio unitatis non compleatur in malis, ut meliores efficiantur & uiuant propter Deum: non tamen minus est substantialiter & verè corpus eius quod sumunt. Vnde Augustinus in libro 5. de baptismo: Sicut Iudas cui buccellam tradidit Dominus non malum accipiendo, sed bonum male accipiendo, locum in se diabolo præbuit: sic indignè quique sumens Dominicum Sacramentum non efficit, ut quia ipse malus est, malum sit, aut quia non ad salutem accipit, nihil acceperit. Corpus enim Domini & sanguis Domini nihilominus erat etiam illis, de quibus dicebat Apostolus: Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Quia ergo superius satis astruimus, quod corpus Christi manducare in veritate substantiæ possunt etiam mali, in veritate autem spiritualis gratiæ possunt tantummodo boni: cum etiam superius dictum sit, quod corporalia Sacramenta sunt quasi quædam verba: videamus, si in verbis accedat etiam aliqua similitudo ad hanc rem manifestandam Sacramentis. Sicut enim verbum est sonus, significans & continens intellectum: ita Sacramentum est species panis, significans & continens Christum. Et sicut verbum à quibusdam auditur & intelligitur, & sic omnimodis percipitur, à quibusdam verò auditur, sed non intelligitur: & tunc percipitur quidem exterius aure quantum ad sonum, non etiam interius corde quantum ad intellectum, nec minus tamen continet intellectum si non intelligitur, quam habet sonum si non auditur: sic incredulus vel indignus, ore quidem sumit Sacramentum exterius in panis specie, nec tamen interius sumit corde corpus Christi

in unitatis & conformitatis veritate: non tamen Sacramentum minus est corpus Christi in veritate substantiæ: cum qua percipitur etiam à malis, quam cum & veritate substantiæ, & veritate spiritualis gratiæ, omnimodis percipitur à bonis. Vnde etiam Augustinus in Psal. 54. Verba quæ locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Intellexistis spiritualiter spiritus & vita sunt: Intellexistis carnaliter, etiam sic illa spiritus & vita sunt: sed tibi non sunt. Spiritualiter intelligite, quæ locutus sum. Sicut ergo verba spiritualiter intellecta & non intellecta, semper spiritus & vita sunt: sic corpus Christi spiritualiter & non spiritualiter sumptum, non minus est in veritate substantiæ, quam tibi non, quifquis indignè accipit, in veritate gratiæ. Quodammodo enim quasi sentis corpus Christi corporali gustu, sed non lapsi spirituali affectu. Et pro quanta parte saporem dulcedinis & suauitatis eius non percipis, corpus Christi tibi non est, quod tamen pro quanta parte exterius sumere præsumis, corpus Christi non minus est: sicut & verbum non est verbum audientis & non intelligenti, sed tantum sonus, & tamen non minus est verbum. Cum ergo malos corpus Christi verè sumere, ipsumque Iudam à summo Sacerdote Christo cum ceteris Apostolis accepisse sancti testentur: astruimus etiam videtur, non esse nobis noxium, si à nobis vel nobiscum mali male sumant Sacramenta, cum Iudas ab ipso Christo cum ceteris Apostolis acceperit: nec etiam à prauis minus verè coactis ipsa Sacramenta, cum ipse proditor rati officij ministerium à summo pontifice accipies cum ceteris, hoc facite in meam commemorationem, audierit. Si enim sicut ei à Domino iniunctum fuerat, corpus Domini consecisset: nunquid verè minus ab ipso prauo, quam à quouis bono factum fuisset? Quia enim Iudas accusatus & damnatus non fuerat, ideo Christus conscientiam eius peruersam, quamuis sibi notam, damnare noluit: ut nos instrueret, quod aliquorum prauitas, nec conuersatione, nec Sacramentorum consecratione vel participatione bonis aliquatenus nocere possit. Vnde Augustinus in libro de corpore Domini: Intra Catholicam Ecclesiam in mysterio corporis Christi nihil à bono maius, nihil à malo minus percipitur Sacerdote: quia non in merito consecrantis, sed in verbo efficitur creatoris, & in virtute Spiritus Sancti. Si enim in merito esset Sacerdotis, nequaquam ad Christum pertineret. Item Augustinus ad Parmenianum lib. 2. In omnibus quæstionibus intelligendum admonemus: quia scilicet omnia Sacramenta cum obstant indignè tractantibus, profunt tamè per eos dignè sumentibus. Item Augustinus contra Donatistas, Communio malorum non maculat aliquem participatione Sacramentorum: sed cõsensione factorum. Item idem in homiliis suis: Ut sufferas etiam eum quem nosti malum, attende Apostolum dicentem: Vnusquisque onus suum portabit. Non enim cum illo communicas auaritiam: sed Christi mensam. Et quid obest si communices cum illo mensam Christi? Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit: sibi inquit non tibi. Quia igitur, ut ait Leo, Iudæ Dominus nec negauit Apostolici ordinis honorem in conficiendis Sacramentis, nec communionem in ipsis percipiendis, multum prouidit Ecclesiæ suæ, ostendens per hunc solum in-

Cap. 8.

1. Cor. 11.

Cap. 10.

Gal. 6.

hoc.

noxiam ei fore malorum prælationem vel conuersationem, in quo nisi esset præcisâ tanti causa schismatis, multi magis superbe quàm religiose calcibus etiam à se repellent eos qui apud se minoris esse videretur estimationis. Vnde Augustinus in Sermone 49. super Ioannem. Quid voluit Dominus admonere Ecclesiam suam, quando vnum perditum inter duodecim habere voluit nisi ut malos toleremus, ne corpus Christi diuidamus? Ecce inter sanctos est Iudas, ecce fur est & sacrilegus: talis cum discipulis ad cenam Dominicam accessit, conuersari cum eis potuit, inquinare eos non potuit.

CAP. XXI.

Quomodo verè & salubriter sumi possit corpus Christi. Clem. Pa. Ioan. 6.

1. Cor. 11.

Hylar. Pap.

Ambros.

Cyprianus. Serm. in orationem dominicam. August. Epist. 118. Cap. 3. Mat. 9. Luc. 19.

Libro de Ecclesiast. dog. ca. 33.

Malos quidem male sumere Sacramenta, sed tamen verè ostendimus: nunc qualiter boni non solum verè, sed & salubriter sumere valeant, videamus. Ait Clemens Papa in Epistola sua: In perceptione corporis & sanguinis Domini, magna discretio adhibenda est. Cauendum est enim, ne si nimium in longum differatur, ad perniciem animæ pertineat, dicente Domino: Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Si verò indiscretè accipiat, timendum est illud quod ait Apostolus: Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Ideo iuxta eiusdem Apostoli vocem. Prober seipsum homo & sic de pane illo edat, & de calice bibat: ut videlicet ab operibus carnis purificans corpus animamque suam, præparet se ad percipiendum tantum Sacramentum. Item beatus Hylarius, Si tanta non sunt peccata ut excommunicetur quis, non se debet à Medicina corporis Domini subtrahere. Vnde timendum est, ne diu abstractus à corpore Christi, alienus remaneat à salute. Qui peccare quieuit, communicare non desinat. Item Ambrosius: Si quotiescunque effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorum effunditur: qui semper pecco, debeo semper accipere, debeo semper habere medicinam. Item Beatus Cyprianus: Eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus. Quod distinguens Augustinus scribit ad Ianuarium: Dixit quispiam non quotidie accipiendam Eucharistiam, alius asseruit quotidie: faciat vnusquisque quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum. Neque enim litigauerunt inter se, aut quifquam eorum se alteri præposuit Zachæus & ille Centurio: cum alter eorum gaudens in domo sua suscepit Dominum, alter dixerit, Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum: Ambo saluatorem honorificantes, quamuis non vno modo, ambo peccatis miseris, ambo misericordiam consecuti. Item idem alibi: Quotidie Eucharistiæ communionem percipere, nec laudo nec vitupero: omnibus tamen diebus Dominicis communicandum suadeo & horro, si tamen mens sine affectu peccandi sit. Nam habentem adhuc voluntatem peccandi, grauari magis dico Eucharistiæ perceptione, quam purificari. Et ideo quauis peccato quis mordeatur, peccandi de cætero non habeat voluntatem, & communicaturus satisfaciat lachrymis & orationibus, & confidens de Domini miseratione accedat ad Eucharistiam intrepidus & securus. Sed de illo hoc dico, quæ mortalia peccata non grauant. Quibus sanctorum verbis, magna nobis indicitur bene operandi necessitas: ne corpus

Domini indignè sumendo, sumamus iudicium: vel sumere cessando, hoc modo etiam alienati à vita, mortis nihilominus incurramus periculum. Necessario enim Agnus sumendus est, ut à vastante Angelo protegamur. Sed si tantam medicinam sumere vel non sumere periculum est, quò euademus? Sed ne his angustiis circunuenta humana desperet infirmitas, Augustinus vniciquæ sumendi & non sumendi propriæ discretionis relinquit arbitrio: quamuis pro certo à rata medicina, vel peccati pertinacia, vel ipsius Sacramenti negligentia subtrahi, magnum salutis sit detrimentum. Non est enim sine magno gratiæ priuilegio, quod Deus etiam corporaliter humani corporis & cordis uti dignatur diuerforio: nec tantum ad hospitadum ut in Templo suo, sed ad incorporadum sibi ut membrum capiti suo: Quid enim ad salutem nobis decribitur, cum ille qui salus est omnium, nobis vnitus fuerit? Non est ergo desperanda inuicta Dei gratia, quantamcumque hostis fraudem, quantamcumque nostram fragilitatem attenderimus: quia vel hostis fraude, vel nostro vitio angustiores Dei gratiam constituimus, si hostem potentiores ad nocendum, quam Deum ad liberandum: nos autem habiliores ad labendum, quam ipsum ad stabiliendum crediderimus. Quid verò est quod ait Apostolus, Vbi abundauit delictum, superabundauit gratia: nisi hæc potentior sit ad saluandum, quam illud * ad perdendum? Non est ergo metuenda bene operandi necessitas, quibus in Deo tanta ipsius necessitatis est facultas: ut quicquid bene voluerimus, per eum qui omnia potest possimus. Vnde etiam B. Hylarius in choatibus & imperfectis condescendens, ne quis Dei gratia diffidat, consilium dedit, ut qui peccare quieuit, comunicare non desinat: quauis eos qui in affectu peccandi sunt, vel de criminibus dignè non penituerunt, vel ab his ministris qui extra Ecclesiam sunt confcios sumere interdicat autoritas. Quia igitur sicut magna spe, sic magna discretionem sumendum est corpus Domini, cum de perfectis satis superius dictum sit, quod corpus Domini sint, & sumant, quia Christus in eis & ipsi in eo manent: de imperfectis, qui corpus Christi fieri & sumere volunt, qualiter hoc idoneè faciant videamus. Ut ergo de criminaliter peccantibus sua decreta feruentur, quia etiam in Ægypto datus est agnus Israëlitis, sed inde statim exiturus: dandus est item Agnus Dei peccatoribus, ut à vastante Angelo protegantur sed deinceps peccatis renunciantibus. In quo quia ab ipsa figura agni traximus similitudinem: ab ipsa comparamus etiam sumendi discretionem. In vna domo agnus comedit, nec inde aliquid esse ferri præcipitur: quia cum extra Ecclesiam non sit locus veri sacrificij, quantumcumque polleat moribus quis, non rite dat vel sumit Agnum, nisi Catholicus, unitatem scilicet Ecclesiæ seruans, tam fide, ne sit hæreticus, quam obediètia, ne sit schismaticus. Vnde Hieronymus in Esaiam: Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus: qui non foris, sed intus & in domo vna comeditur: Accinctis autem renibus, calciatis pedibus, baculos tenentes, agnum iubemur comedere, cum lactucis agrestibus festinantes: ut castitate præcincti, & ne à serpentibus in via huius seculi mordeamur, exemplis sanctorum patrum munientes gressus actuum nostrorum, virga di-

Nota diligenter.

Roma. 5.

* ad peccatum.

Exo. 12.

1. Cor. 5. Exo. 12.

sciplinæ castigantes carnis intemperantiam: comedamus agnum cum lactucis agrestibus, id est, amara compunctione plenis, ita cum desiderij feruore festinantes ad patriam. Est enim phasæ, id est, transitus Domini, quo ex hoc mundo transit ad patrem: cum quo desidia tardus, & super ollas carniû in seculi Ægypto remoratus, transire non præualet, ut illuc petueniat ubi Christus in dextera Dei sedet. Sed ut dictum est, ideo se vnit nobis in Sacramento, ut quod nobis est impossibile, possibile fiat in ipso.

Car Christi
flus corpus
suum ipsa
sua passio-
nis hora
dedit.

Vnde etiam ne quod dabit, inane videretur & friuolum: nec ante nec post, sed ipsa passionis & transitus sui hora Sacramentum corporis sui dedit & sanguinis: ut vnde dabit exemplum, daret etiam mysterij exordium, quatenus memoria nostræ arctius passionis suæ characterem imprimeret, spei nostræ certius transitus sui, & nostri viaticum delegaret, cum illud sicut primus primum, sic in extremo temporalis vitæ suæ sub noui testamenti assignatione daret extremum. Testamento enim sanguinis sui data redemptione & peccatorum remissione, pactum quod habebamus cum morte deleuit, vitæ æternæ fœdus nobiscum pepigit: & tanti testamenti Sacramentum ad confederandam sibi sanctam Ecclesiam in commune omnibus reliquit: ut vnde habemus gustum in via, facieratem quæramus in patria, & ipsum per ipsum inueniamus, cum in manifesta sua apparuerit gloria. Cum enim corpus Christi sumptimus, & corpus eius facti fuerimus: transibit ipse in nobis ad patrem, transibimus & nos in illo: ut cum illo in tanti transitus labore vnum facti, vnum semper sumus in peruenitionis gaudio.

Nô solum
spirituali-
ter, sed &
corporali-
ter lumen-
dum corp-
domini.

Sciendum autem non tantum spiritualiter, sed & corporaliter sumendum esse corpus Domini: quia & agni sanguis, qui à vastante Angelo protexit, utroque poste resperus est: ut verum Agnum non minus ore corporis quam ore cordis sumi debere signaret: quia qui vtrunque, corpus scilicet & animam venit redimere, vtrique se voluit in Sacramento suo communicare: ut dum anima crederet quod corpus gustaret, vtrique vna spes salutis æqualiter in Christo proueniret.

Videndum autem cum ad edendum agnum lex dederit in calceamentis cautelam, ne à vitiiis fallamur: in baculo disciplinam, qua perpetrata corrigamus: in lactucis compunctionem, ut non solum exterius, sed & interius pœnitentiam agamus: in festinatione, desiderij ardorem, quo ad cœlestia suspiremus: cur accinctis renibus abstinentiam libidinis expressus indixerit, cum de cæteris vitiiis nihil nominatim, sed cõmuniter omnium vel cautelam vel disciplinam figurauerit.

Luxuriose
vientes,
maximè
Christi Sa-
cramento
contume-
liam intro-
gant.

Vnde sciendum, quia Agnum Dei sine macula, qui virginis est filius, luxuriosi & incesti sumunt periculosius: quia cum in Sacramento Christi ei vniri debeamus, conformitate passionis & munditiæ, nihil sic aduersatur passioni crucis, ut voluptas, nihil sic munditiæ ut fœditas, nihil sic eius vnitioni, ut fornicariæ focietatis vnitas. Libido enim appetitu suo allicit & incēdit, actu suo fœdat & enervat, vsu lubricat & illaqueat: adeo ut placendo displicens, displicendo placens, difficilem aut nullam

A sui pœnitentiam admittat: & nisi valida misericordiam Dei subuentum fuerit, miserabili fine suo, amatores suos sine fine perdat. Ut enim præmittam eam quæ extra naturam abominabilis est & nephanda, & intra naturam in incestibus & adulteriis detestanda, vel in fornicationibus & stupris letifera: illa etiam in coniugiis quæ est licita etiam si non aufert vitam, adeo tamen minuit coronam: ut cum virginitas ceteris, viduitas sexagesimum, coniugalis copula extremum, & tricesimum referat fructum. Si ergo ita humiliat, ubi quod non expedit, sanat indulgentia: quantum nocet illa, cui diuinitas imminet indignationis censura? Hæc enim peccatis, quo præ cæteris vitiiis est naturæ familiarior, eo ad cauendum difficilius: quia cum repellitur, nolenti se ingerit importuna, cum admittitur, volenti incumbit blandè onerosa, & dum sic sensim infundit amorem suum, profusus extirpat amorem cœlestium. Sed quid e contra faciendum est, ne pereamus? Quia ad vitam non peruenitur nisi per angustam viam difficilem, sed cooperante Deo, non impossibilem ingrediamur semitam: ut quia humana non proficimus, Angelicam in terris vitam ducamus, quatenus castitatis munditia, corde & corpore Christi munditiæ conformes, ne cœlesti alimonia indignè reficiamur: sumus spe & cõuersatione cœlestes, quia panis Angelorum non nisi Angelicæ vitæ est stipendium. Vnde etiam prauum dum communicare præsumunt cibo, qui incommunicabilis est prauitati (ut ait Apostolus) *imbecilles sunt, & dormiunt multi, quia non diiudicant corpus Domini*: ut vel corporalis infirmitas molestia corrigantur per Dei misericordiam, vel dormitione mortis corporalis vitam amittant temporalem & æternam. Ad quod periculum vitandum consulens Apostolus ait: *Prober se homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: quia reuera sollicitè debet pendere cuius sit actionis, vel saltem intentionis, qui tantæ vult fieri particeps communionis.*

Mat. 7.

1. Cor. 11.

Ibidem.

LIBER SECVNDVS.

CAPVT PRIMVM.

Cautela huius visibilis corp-

Via superiori libello de veritate & potestate corporis Christi, aspirante sua gratia, aliquantum explicuimus: de ipsius Sacramenti quæstionibus, quantum Deus dedit videamus. Diximus superius non minus ore corporis, quam ore cordis, Corpus Domini esse sumendum: sed ex hac ipsa visibili & corporali comestione, que Sacramento tenus fit, nascitur hæresis fœditissima Stercoranistarum. Dicunt enim tantum Sacramentum sicut corporali comestioni, sic & secessui esse obnoxium. Volunt autem hæc astruere cum multis argumentis, tum ipsius Christi testimonio, ita in Euangelio dicentis: *Omne quod intrat in os, in ventrem vadit, & in secessum emittitur*: cum constet hoc eum dixisse non de spirituali cibo, sed de communi & carnali. His igitur obsecens hæreticis periculosum esset super hoc aliquid respondere, magisque dignum aures nostras obturare: nisi periculosus esset eos in scandalum Ecclesiæ talia proponere, & tantam eorum falsitatem nos nullis fidei Catholicæ rationibus reuerberare.

Quibus

Quid ca-
comedum
corpore
Christi
latentem
habet in di-
gestionem
vel in seces-
sum
Sacerdotum
Mat. 15.

Quibus primum illud beati Hylarij opponimus, quo nõ humano aut sæculi sensu in Dei rebus monetur manducandum. Deinde illud ipsius sapientiæ eloquium: *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus.* Quoniam enim modo panis efficiatur caro, vinum vertatur in Sanguinem Christi, vtriusque essentia mutata natura, vel vtrum vadant in secessum more ciborum communium: iustitiam qui ex fide viuunt scrutari & ratione concipere non quærit. Vnde Gregorius in homilia Paschali: *Quod ex agno remanet, igni comburimus: quando hoc quod de mysterio Incarnationis eius intelligere nõ possumus, potestati sancti Spiritus humiliter referuamus.* Scimus enim hoc Sacramentum omnimoda reuerentia esse à communibus ecclis discernendum. Quia, ut ait Apostolus, *Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit non diiudicans corpus Domini, id est, à cæteris ecclis nõ discernens, &c.* Licet enim simili modo, quatum ad comestionem per os in ventrem mittatur, abste tamen ut tantum Sacramentum secessui credatur obnoxium, in quo si huiusmodi naturæ ordo compleatur, mysterium fidei nimia sua indignitate humilietur. Si enim, ut ait Eusebius, hæc hostia fidei æstimada est, non specie, nec exteriori censenda visu, cum huius hostiæ substantia credatur Christus, cur pro specie panis, qua opertus est, adiudicatur ei secessus indignitas, cū exteriori specie vel visu non sit cœsensus? Quod non solum est contra fidem, sed & cõtra naturæ rationem. In illis enim speciebus panis & vini, vel nulla est nisi corporis Christi substantia, vel fides nostra est irrita. Panis enim & vini substantia in corpus & Sanguinem Christi cõuersa, dum facta est quod non erat, desinit esse quod fuerat. Si ergo substantia panis ibi non est, quid * defecari & corrumpi vique ad secessum potest? Nam substantia Christi, quæ verè ibi est, & in quam substantia panis & vini conuersa est, nullatenus corrumpi credenda est: quia incorruptibilis est. Vnde Ambrosius: *Corpus Christi alienum est ab omni corruptione: quod quicumque religiosè gustauerit, corruptionem sentire non poterit. Et merito. Quam enim incorruptionis gloriam nobis largiretur, qui in seipso tantam corruptionis ignominiam pateretur? Sed & qui, quamuis hoc mortis legibus debere videretur, corruptionem videre nõ potuit in sepulchro: quomodo corrumpi credendus est in hominis stomacho? Cibi corporei qui Angelis oblatis ad comedendum leguntur, per diuinam potentiam prorsus absumpti, secessum naturæ suæ debitum euaserunt: & cibus spiritualis, qui dat vitam æternam mundo, incurret secessum naturæ suæ indebitum, maiestate indignum, potentia omni modo contrarium? Vnde Ambrosius in libro de Sacra. His Sacramentis pascit Christus Ecclesiam suam, quibus animæ firmat substantiam. Et post pauca: *Quid edamus & bibamus per Prophetam Spiritus sanctus expressit dicens: Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus. In illo Sacramento Christus est, quoniam corpus est Christi. Non ergo corporalis esca, sed spiritualis est. Si ergo spiritualis & non corporalis esca, quomodo corporali secessui obnoxia? Cibus**

* defecari.

De myste-
riis initi-
dis, cap. 9.
Psalm. 33.

Tom. 6.

enim spiritualis nobis communis est cum Angelis, quia panem Angelorum manducauit homo, cibus carnalis, communis est nobis cum bestis. Bestialis, defectum patitur digestionis: Angelicus, gloriam seruat incorruptionis.

Sed notandum, quia escam quam Ambrosius non corporalem astruit, August. corporalem dicit: In quo ne dissentiant, sciendum est quod August. corporalem dicit, quia Sacramento tenus corporaliter sumitur: Ambrosius corporalem negat, quia cum substantialiter spiritualis sit, non corpus, sed animam vegetat. Quia igitur Augustinus secudum Sacramenti speciem escam hanc dicit corporalem: ne in ipsis speciebus Sacramentalibus corporalis deputeret secessus, quomodo nec in ipsis esse possit videamus. In quibuslibet substantiis formarum, colorum, saporumque qualitates fundantur, quæ qualibet alteritate superueniente, non manent in eis: & quod sic mutantur, non fit corruptione secessus, sed sola sui alteratione defectus. Verbi gratia: Cum albedo mutatur in nigredinem: nunquid in defectu suo alicuius secessus patitur digestionem? Sic in formis & qualitatibus corporis Christi & Sanguinis, si aliquis deprenditur defectus, non vsque ad secessum est humiliandus: quia cum à corporibus, quibus naturaliter insunt, sine stercore deficiant, quomodo quæ deficientibus substantiis suis in Sacramento Christi mirabiliter referuantur, defectu suo indignitatem secessus naturæ suæ contrariam incurrant? Sed & cum de cæteris Sacramentalibus speciebus, columba scilicet & igne, in quibus sanctus Spiritus apparuit, August. contra Maximinum dicat, quia corporales illæ species peracto significationis officio, transferunt & esse vltorius destiterunt: nihil indignius de his corporalibus speciebus quæ Christi contegunt corpus, est sentiendum. Officium enim huius visibilis Sacramenti est corporali comestione & potu ostendere, quod Christus Ecclesiæ suæ incorporaretur: quid deinceps de ipso fiat si supradictæ rationes non videntur sufficere, Deo cuius est, fideliter & honestè committatur. Melius est enim Deo humiliter committere quod scire non possumus: quam peruersè contra eum fingere, & sentire quod tamen nescimus.

quomodo
corpus
Christi es-
ca corpe-
ralis & nõ
corporalis.

Deo com-
mittenda
quæ scire
non possu-
mus.

Sed quærunt dialectici, cum substantia panis in corpus Christi conuersa, iam non sit panis, in quo fundamento remanent qualitates, ut idem qui fuerat panis color & sapor habeant fundari & existere: cum substantia ipsius Sacramenti, id est, corpus Christi, nec colore panis sit, coloratum, nec sapore sapidum. Ad quod respondendum est, quod sicut Deus in omnibus est mirabilis, sic & in istis. Facit enim in suo Sacramento accidentales qualitates existere per se: quod in cæteris est impossibile. Sed qui virgini dedit fecunditatem sine semine: quid mirum si sine substantiæ fundamento facit qualitates existere? Cum ergo in tanto Sacramento non sit quæ corrumpi possit panis & vini substantia, sed tantum panis & vini, quæ deficere quidem, sed ita * defecari nõ potest cum suis qualitatibus forma, qua etiam opera creditur, corporis Christi, quæ est incorruptibilis substantia: non est ibi de stercore suspicandum, ubi non est aliqua huius fœditatis na-

Solutio.
Mirabilis
Deus in Sa-
cramentis
suis.

* defecari.

Y iij

Hæc contra Nicetæ hæresiam.

tura, sed tantummodo diuinæ virtutis miraculum. **A** credendum quidem est, quod cœlestis cibus, qui confert vitam æternam, potest quibus sibi placuerit, conferre temporalem: Sed, ne in digestionem solui credatur, qui defectu carnis suæ secessum facit infirmo, de ipsa carne nec tamen deficiente non potest secessu dare sano? Sareptanæ viduæ Iecythus consumebatur, nec minuebatur: & quid mirum si per tanti cibi virtutē caro alicuius comedētis & vegetetur, & crescat, & digeratur, nec deficiat? **Quin-** que panes hordeacei post saturitatem quinque milium hominum vsque ad implendos duodecim cophinos creuerunt: Et cum illi Deo iubente in sua consumptione acceperint augmentum: quid mirum si eodem volente caro humana in sua digestionem non patiatur defectum? Aliquos quidem de sanctis patribus legitimus nullum aliud edulium sumētes, sola communione Dominica diebus Dominicis refectos, multis annis vixisse: sicut Heliā in fortitudine cibi illius quem Angelus ministrauerat, quadraginta diebus ieiunasse, sed cuius potentia, nisi illius, qui omnia quæcūque voluit fecit in cœlo & in terra? **Qui** enim de nihilo fecit omnia, sicut potest carnem alere sine carnali victu, sic etiam ei dare secessum sine carnali defectu.

Sed iterum opponunt hæretici ad tanti Sacramē- ti indignitatem, quod panis & vinum in Sacramēto mucidum vel putridū fiat, panis à muribus corrodatur, & in ventre eorum inueniatur, ignibus etiam comburatur.

Sed quia (vt ait Augustinus) ideo Sacramenta dicuntur, quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur: ita quod fit in eis, aliter videtur, aliter intelligitur. Sicut enim in quolibet corpore sine detrimēto substantiæ albedo nigredine, vel qualibet qualitas superueniente cōtraria qualitate dispellitur: sic in Sacramēto Christi, quicquid mutationis specietenus, vel formæ, vel cæterarum qualitarum, seu fornicum corrosione, seu vetustatis mucore, vel quibuscunque modis fieri videtur, ad Sacramenti substantiam, Christum scilicet, non attinet: quem certissimè scimus incorruptum permanere in cœlis, quicquid in eius Sacramento contingere videatur in terris. Sicut enim in proprio corpore, modo *hottulanus*, modo *peregrinus*, modo *phantasma* prout fides erat intuentium. apparuit, extrinsecus autem alapas, sputa, flagella sustinuit: sic etiam ad probationem fidelium, & scandalum infidelium vsque in finem sæculi, talia fieri permittit in suo Sacramento vnde electi exerceantur, reprobi indurentur. Dum enim Christus in Sacramento occultatus, tantæque sua indignitate dissimulatus, non minus tamen ibi creditur esse, nec minore reuerentia à fidelibus colitur: fides hoc modo probata, dum contra hoc quod videt, de Deo sentit, maiora meretur: infidelitas autē maiori suo scandalo indurata damnatur, quæ ibi contemnit Christi reuereri substantiam, vbi in repellenda Sacramenti sui indignitate nullam videt eius potentiam. Sed si ibi Christus vel suæ præsentia evidenter innotesceret, vel suæ potentia miraculis claresceret: quod fidei esset meritum, cui suæ cognitionis tam manifestum daret experimentum?

Fit etiam aliquando huiusmodi indignitas, ad puniendam vel corrigendam ministrorum negligentiam:

gentiam pro eo quod corpus Domini indignè trauerint, vel contra Ecclesiasticas regulas minus attentè, vel diutius quàm deberent seruauerint. Nōne enim manna, si in alterum seruaretur diem putrescebat, quia interdictum erat à Domino: & tamen si pridie Sabbati collectum, vsque in Sabbatum seruaretur, incorruptum permanebat, quia sic erat institutum ab eo.

Quicquid ergo deformitatis in Christi Sacramē- to contigerit specietenus, non debet à nobis fidem extorquere veritatis eius: quia qui in corpore suo cum verus Deus esset, multa indigna pertulit, nihilominus in Sacramento suo perfert, quamuis verè ibi sit. **Vt** enim ait Gregorius in dialogo suo, in specie leprosi Christus Martyrio monacho apparuit: qui cum baiulatus de collo eius euauisset, subsequenter ait: **Quia** non me erubuisti o Martyr in terra, nec ego erubescere te debeo in cœlo. **Quis** igitur in Sacramento Christi qualibet indignitates debeat erubescere: cum pro digna eius reuerentia cœlestem remunerationem debeat obtinere? Senex Symeon saluatoris quasi brutam & insensatam infantiam, eiusque exilem & debilem quam in vlnis gerebat formam, vilibusque pannis obstitam personam non attendens: maiestatem Deitatis in tantillo corpore agnouit & credidit, Dominum vocauit, se eius seruum professus est, vt ab eo in pace dimitteretur orauit, salutare Dei se videre perhibuit, lumen esse ad reuelationem omnium gētium, & gloriam plebis suæ Israël prophetauit. **Vt** ergo qualibet indignitates in Sacramento Christi fides vera non erubescat: sciendum est, quia sicut multa aguntur in Sacramento Christi quæ non videntur: sic in eo multa videntur fieri quæ aliter dispensantur. Gregorius enim dicit in ipsa immolationis hora cœlos aperiri, Angelorum choros adesse, &c. quæ quamuis verè fiant, non tamen videntur. Item idem ait: Caro eius in salutem populi paritur, eiusque Sanguis funditur: fitque aliter quàm videatur, cum ipse integer perseueret & viuus. Sed quid mirum de his? Ipsum corpus Christi videtur panis esse, & non est panis. In eo igitur quod videtur esse & non est, fieri multa videntur quæ non sunt: velut, quia Christus Martyrio leprosus apparuit, nunquid Christus speciosior Sole, vera lepra resperfus fuit: In vitis patrum legitur: **A**picere quodam sanctissimo patre Angelum Domini quibusdam indignè communicatibus corpus Domini subtrahere, & pro illo carbones porrigere. His igitur aliud videbatur, & aliud fiebat. Itē legitur Thariticus martyr corpus Domini ferens, cum à paganis comprehensus requireretur quid ferret, & sanctum canibus dare nollet: martyrium obtinuisse. **Cū**que illo mortuo curiosè quærerent quid ferret: corpore Christi cœlitus sublato, linteamina tantum quibus ipsum continebatur, reperta sunt. Sic & alia multa in hoc spirituali Sacramento inuisibiliter fieri credenda sunt, Angelico ministerio.

Quicquid igitur in Sacramento Christi specietenus (vt dictum est) fieri etiam monstruosè videatur: seu pro aliquorum negligentia punienda vel corrigenda, seu pro fide probanda & instruenda, seu pro perfidorum scandalo & ruina, fidem Christi non euacuat: quia dispensante aliter Deo, nullatenus ad

Augustin. Epist. 118. cap. 6.

† post.

NOTA.

Obiectio.

† enim.

Responsio. Solo Sacramento potest quem sustentari. 3. Reg. 17.

Ioan. 6.

3. Reg. 19.

Obiectio.

Solutio.

Caro Christi nunquā corrumpitur.

Ioan. 20. Luc. 24. Matth. 16. Duo genera videntur eucharistiæ species.

S. Thariticus Martyr.

NOTA.

Greg. Homil. 39. in Evangelia.

Luc. 2.

Lib. dialogorum 4. cap. 58.

S. Thariticus Martyr.

sui corporis indignitatem attingere credendum est. Nec solum corpori Christi, sed & ipsi Sacramento visibili eadem causa mucorum negamus & putredinem, qua superius digestionē: quia cum illæ species sine panis & vini substantia sint, quomodo mucescere & putrescere magis quàm digeri possint, non facilis patet causa. **Ipsis** verò speciebus, cū non sint æternæ, defectum negare non possumus: sed ipsum defectū ita dicimus simplicem, vt nullā fœditatis admittamus corruptionē. Possunt tamē videri mucidæ & putridæ, quamuis ita nō sint: sicut Christus hortulanus, peregrinus, prout erant intuentium mentes: sed hac visione cum eis quibus fit ita agitur, vt supradictæ causæ in eis compleantur.

Quod autem ventrem distendere vel inebriare dicuntur, ne hoc quidem suum esse approbamus: sed quando ista facere videntur, eisdem supradictis causis id fieri credimus. Si autem in vomitu ebriorum vel infirmorum huiusmodi forma deprehenditur, vel etiam in ventre bestiarum, quid aliud protenditur, nisi quia cum ebriosus vel impenitentibus infirmis, vt dignum est, manere contempserit: vel eos à quibus seruari & sumi debuit bestiis deteriores ostendit? **Cū** enim præter peccatum creatori, qui vbique est, omnia munda sunt: quomodo videtur immundius esse in ventre muris, quàm in ventre adulteri impenitentis?

Quod autem etiam à religiosis incendio tradi, & ibi disparere dicuntur ipsæ Sacramentales species, non ad indignitatem Christi fit, quasi ignibus exurendus tradatur, quod impossibile est: cum sit omnium elementorum Deus: sed quoties aliqua talis indignitas ipsi Sacramento negligenter acciderit, vt horrorem fumendi intendant ipsæ sensuales species, quas ibidem Deus altissimo suo consilio post mutationem suæ substantiæ remanere voluit, ignibus traduntur: vt ostendant quod suum est, deficiendo & disparando sine omni fœditate in illo purissimo ignis elemento.

Quapropter sicut summa summi reuerentia, sic summa etiam seruari debet diligentia: quia res tantæ dignitatis, tantæque salutis, negligentia vel obliuioni subiaccere non debet: sed quod magna Dei gratia agitur, decet & oportet vt magna Ecclesiæ sollicitudine deuotè & indefinenter super omnia honoretur.

CAP. II.

Quæritur autem cum sacrificium Ecclesiæ constituitur visibili elementorum specie, cur Deus illud visibile esse voluerit: cum ipse inuisibilis sit, & à visibilibus adoratoribus patrem in Spiritu & veritate adorandum esse dixerit, & Psalmista, sacrificium Deo spirituum contribulationum astruxerit? **Sed sciendum** quia in Sacramento visibili præsentiam inuisibilis corporis sui exhiberi nobis voluit: vt sic nostram magis excitaret memoriam ad recolendam tantæ suæ pietatis gratiam. Sicut enim cum omnia posset, non in nobis ipsis, sed in exterioribus alimonia temporalē vitam nostram retineri voluit: ne nobis debere videremur quod sumus, sed et potius à quo sunt illa munerata vnde viuimus: sic etiam visibili suo Sacramento quo vitæ æternæ pignus accipimus admoneri nos voluit, eius gratia esse referendum, quod ab ipso vitam æternam accipimus, quàm in nobis

* ita.

NOTA.

Cur visibile sacrificium inuisibilem deo fiat. Ioan. 4. Psalm. 50.

Rom. 1.

non habebamus, imò per nos perdidimus. Sicut A ergo teste Apostolo, *inuisibilia ipsius à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur*: sic inuisibilis præsentia suæ signum Sacramentum suum esse voluit, vt sic intellectum nostrum de sua reddens gratia certior, affectum nostrum faceret erga se ardentior. Ne autem existimetur, cum ipse inuisibilis sit, visibilium Sacramentorum sacrificia ei non congruere: ait Augustinus in lib. 10. de Ciuitate Dei. Qui autem putant hæc visibilia sacrificia Diis alienis congruere, illi verò tanquam inuisibili inuisibilia, & maiori maiora, meliorique meliora, qualia sunt puræ mentis bonæque voluntatis officia: profectò nesciunt hæc ita esse signa illorum sicut verba sonantia signa sunt rerum. Quocirca sicut orantes & laudantes ad Deum dirigimus significantes voces, cui res ipsas in corde quas significamus offerimus: ita sacrificantes non alteri visibile sacrificium offerendum esse nouerimus, quam illi, cuius in cordibus nostris inuisibile sacrificium nos ipsi esse debemus. Sciendum enim est, nos qui non solum spiritus, sed & corpora sumus, corporalia etiam sacrificia exhibere debere: vt sicut ex vtrisque consistimus, ne quid ociosum remaneat, ex vtrisque Deo corporaliter & spiritualiter seruiamus.

CAP. III.

Cut sacrificium Ecclesie non consistit solo Sacramento, vel corpore & sanguine Christi sine Sacramento, vel cur vtroque.

Quæritur autem, quare Sacrificium Ecclesie non consistit solo Sacramento, vel tantum corpore & sanguine Christi sine Sacramento, vel quare vtroque. Ad quod responderetur, Quia si solo Sacramento, id est, pane & vino consecrato & non mutato constaret, non esset causa, quare noui Testamenti sacrificium veteri Testamento superordinatum esset: cum sicut in tantummodo fuit vmbra & figura futurorum, sic illud tantummodo esset figura & commemoratio præteritorum. Cum enim Christus dixerit, Hoc facite in meam commemorationem: quid nisi figuraret & representaret præteritam Christi passionem? Conferamus ergo nouam vmbra veteribus, simplicem simplicibus: vt quæ ex his præpollent tam corporaliter quam spiritualiter videamus. Cum enim præfens Sacramentum si tantummodo Sacramentum est corporalis cibus sit sicut vetus fuit: nonne mâna quod Deus de cælo pluebat, & omne delectamentum saporis in se continebat, erat dignius & melius? Itémque panes propositionum, similagines, & vituli, & cætera quæ ille populus sacrificabat, nonne meliora erant ad reficiendum; quam modicum panis & vini vix ad degustandum? In nouo enim Sacramento ablata fide gratiæ interioris, exterior species in panis mica vel vini gutta nullius est æstimationis, quia & in eo ideo nullius æstimationis, exteriora facta sunt, vt ei quæ interior creditur gratiæ, omnis impenderetur summa deuotionis. Cassa enim videretur tot hominum assistentium, & huic Sacramento ministrantium vel adorantium veneranda sedulitas: nisi ipsius Sacramenti longè maior crederetur quam videretur veritas & utilitas. Cû ergo exterius quasi nulla sint, quibus tanta impenduntur venerationis obsequia: aut insensati sumus, aut ad intima mittimus magnæ salutis mysteria.

Sed & Sacramentali officio non præpollent noui horæ

veteri. Cû enim sit memoria tantum & figura passionis Christi: tanto indignius est nouum renouando præterita, quod memoriam cuiuslibet hominis est, quâto vetus melius & diuinius est, prænucciando eadem futura, quod solummodo Prophetiæ diuinæ est. Si enim panem non verè carnem Christi, sed vmbra tantum in memoriam crucifixæ eius carnis dicimus: nonne nouum Sacramentum vmbra tantum & figura, sicut & vetus erit? Ideo autem deterius, quia illud vmbra futurorum fuit spiritualiter: istud præteritorum carnaliter. Sed & effectu non præpollent, quia nec peccata remittit, nec cæli ianuam aperit. Cum enim solummodo *vetus in cibis & potibus & variis Baptismatibus, & iustitiis carnis non poruerit iuxta conscientiam perfectum facere seruientem*, vt ait Apost. quia vmbra quidem futurorum bonorum habebat, non ipsam imaginem rerum: quomodo nouum, cû similitur sit vmbra, remissione peccatorum, profectu virtutum, iuxta conscientiam munditiam, perfectum seruientem reddere poterit? Quia ergo vetus in hac vita perfectam meritorum conferre non potuit gratiam, ideo nondum referata paradisi ianuam non statim post hanc vitam, perfectam mercedem contulit, sed distulit coronam: sanctis quidem animabus requiem tribuens à labore, sed requiem cum gloria non retribuens pro labore. Cû igitur nec ventris saturitate, nec Sacramentali Prophetia, nec effectu spiritualis gratiæ, temporalis & æternæ, nouum veteri præpollent: quomodo magis quam illud proficere habeat? Nisi enim in hac vita conferat plenitudinem gratiæ, post hanc vitam non conferat plenitudinem quietis & gloriæ. Si ergo nouum Sacramentum neque corporaliter neque spiritualiter melius esset antiquo: quare ei superordinari deberet nulla esset ratio. Quid ergo dignius contulisset Christus quam Moyse, filius Dei in domo propria, quam seruus in aliena? Si autem vmbra vmbra mutaret, nec completeret: quando vel à quo veritas veteribus Sacramentis figurata & promissa, complenda esset, si ille qui veritas est, non veritate, sed vmbra pro vmbra daret? Dedit ergo Ecclesie suæ veritas veritatem, Christus corpus suum & Sanguinem: vt quod vetus vmbra non poterat, ipse redemptionem remissionemque peccatorum, quam semel fecerat in cruce, faceret similiter in altari quotidie: & quotidiano peccatorum contagio, salubrius quotidiano subueniret remedio: idémque ipse qui futurus erat electis vita & præmium, in præfenti esset medicina & viaticum. Nisi enim ipse Sacerdos qui cælos penetrauit, fieret nobis via ad seipsum, cæli ianuam nobis clausa foret in æternum: quæ ideo post passionem Christi referata est creditibus, quia idem qui est Sacerdos sacrificiû factus vnitur sibi cõmorientibus: vt dum vnum sunt cum ipso, vbi ipse est * ipsi sint in ipso. Vnde etiam ad magnam spem iustis & peccatoribus, in passione Christi, eadem die latro, eadem die iustus, eadè die cum Christo in paradysum est assumptus, præ omnibus iustis primus: vt non solum constaret eadem die paradisi ianuam hominibus referatam, sed & constaret Dei gratiam non articulo temporis astringi, non peccatorum quantitate vinciri: cui ad æternæ vitæ præmia statim conferenda sufficit vix vnus horæ

Cap. 8.

Cap. 9.

NOTA.

Ambr. lib. de Sacramento. 6. c. 1.

Rom. 6.

horæ penitentiæ post tot flagitia. Quis ergo dubitet Christi passionem, verè omnium peccatorum esse remedium: quæ tam sero, tam cito, quasi omnium peccatorum primitias iustificauit & saluauit sceleratissimum? Tãtam gratiæ prærogatiuam in Sacramento Christi beatus Ambrosius intuens: ait in ser. de Sacramentis ad Neophytos, noua Sacramenta veteribus præferens: Summo studio volumus comprobare, quòd & antiquiora sunt Sacramenta Ecclesie, quàm synagoga, & præstantiora quàm manna. Et paulò post: Probatum est antiquiora esse Ecclesie Sacramenta, nunc cognosce potiora. Reuera mirabile fuit, quòd Deus manna pluerit patribus: sed tamen qui illum panem manducauerunt, omnes in deserto mortui sunt. Ista autem esca quam accipis, iste panis viuus qui descendit de cælo: vitæ æternæ substantiam subministrat, & corpus est Christi. Considera nunc vtrum præstantior sit panis Angelorum an caro Christi, quæ vti que est corpus vitæ. Manna illud è cælo, hoc supra cælum. Illud cæli, hoc Domini cælorum. Illud corruptioni obnoxium, hoc alienum ab omni corruptione. Illis aqua de petra fluxit, tibi sanguis è Christo. Illos ad horâ satiavit aqua te sanguis diluit in æternum. Iudæus bibit & sitit: tu cûm biberis sitire non poteris. Illud in vmbra, hoc in veritate. Si illud quod miraris vmbra est, quantum istud est, cuius & vmbra miraris? Cognouisti præstantiora: Potior est enim lux quàm vmbra, veritas quàm figura, corpus authoris quàm manna de cælo. Et paulo post: Accipe quod dico, diuiniore esse Sacramenta Christianorum quàm Iudæorum. Iure ergo noua Sacramenta superordinata sunt veteribus: quæ ita eis præminent veritate, dignitate, potestate & gratia, vt omnia compleant, quæ illis fuerant immobilia. Quàm verè enim Christus seipsum daturus est sanctis ad gloriam in futuro, tam verè ad omnem gratiam dat seipsum Ecclesie suæ modo: quamuis non ita manifestè, sed sub Sacramento. Si enim sine Sacramenti velamine corpus suum & Sanguinem daret, quis velere non abhorreret. Vt enim superius ait Augustinus & Hieronymus, homines hominem comedere flagitium esset aut facinus: quia interdicitur est diuinis & humanis legibus. Vnde etiam discipuli audientes quòd carnem suam daret ad manducandum & Sanguinem ad bibendum, putantes quod crudum, aut coctum aqua, vel veru assum, visibiliter daturus esset seipsum: recesserunt ab eo dicentes, Durus est hic sermo. Igitur, vt ait Ambrosius, ne plures hoc dicerent, velut quidam esset horror cruoris, sed maneret gratia redemptionis: ideo in similitudine quidem accipis Sacramentum, sed verè naturæ gratiam virtutemque consequeris.

Et vt probemus Christum salubrius sumi cum Sacramento quàm sine Sacramento, quid inde proueniat, modis omnibus attendemus. Aut enim eum viuum sumeremus aut mortuum. Sed sumi mortuum est impossibile cû sit immortalis: Christus enim *resurgens ex mortuis, iam non moritur*. De cætero, quam vitam ali eo speraremus quem mortuum sumeremus? Non igitur per partes concisum, vel elixatum, vel assatum, vt illi putabant, possumus eum sumere. Si autem viuum: aut in eo statu quo fuit ante

te passionem, aut in eo quo fuit post resurrectionem. Sed in eo statu quo fuit ante passionem: quis deglutire posset hominem triginta annorû viuum & integrum? Quod si etiam fieri posset per eandem potentiam, qua ipsum corpus integrum per integra matris virginaha traiecit, non ergo fides haberet meritum, cui tanta euidentia suæ ratio præberet experimentum. Si autem in eo statu quo post resurrectionem est: glorificatum ergo corpus suum quale in cælo est ostendens, intollerabilem claritatem suam oculis intuentium offerret, & nõ sustineret humana fragilitas. Vnde August. in libr. ad Orosium: Clarificata carne vti que Christus resurrexit: sed noluit in ea clarificatione discipulis apparere, quia non possent oculis talem claritatem perspicere. Si antequam moreretur & resurgeret, quando transfiguratus est in monte, discipuli eum videre non potuerunt: quanto magis clarificata carne Domini eum videre non potuerunt? Si autem sua potentia claritati visum nostrum contemperaret, non suo loco aut tempore in cõtemplationem suæ gloriæ remunerationem suam nobis præordinans, meritum auferret: quia amplius laborare non liberet, sicut & Petrus in transfiguratione dixit: Bonum est nobis hic esse, faciamus hic tria tabernacula: Quod (vt ait Leo) non erat improbum, sed inordinatum. Vnde & ipse Christus filios Zebedæ petentes sibi sedem à dextris eius, vel à sinistris: prius misit ad laborem quam ad requiem dicens, *Calicem meum bibetis*: quia vidit eis magis expedire, vt per meritorum ordinem dignius & fructuosius ad præmia peruenirent. Quia igitur nec per se Sacramentum, nec per se expediebat in sacrificio suo dare corpus suum: Sacramentum vnum omnibus legalibus Sacramentis dignius superordinauit: quo & nobis prædictas incommoditates horrois vel splendoris corpus suum abscondendo auferret, & veritate sui corporis vmbra & figuras sacrificiorum veterum compledo vt superfluas repelleret, & eis ipsa sui Sacramenti figura quia plus quàm figura est, præcelleret. Licet enim Augustinus dicat quia Sacramenta in signis diuersa sunt, in re quæ significatur paria: hoc tamen singulare Sacramentum, dum figura & corpus Christi est, sicut Ioannes, quia quòd prædixit ostendit, *Propheta & plus quàm Propheta fuit*: ita etiam hoc Sacramentum figura est & plus quàm figura, significando quidem par cõsignificantibus, sed significans & significatum existendo præcellens tantum significantibus. Nec solum pius Dominus vmbra & figuras veteres & superfluas superueniente nouitate & veritate sui sacrificij distulit: sed & multipliciter Sacramentum veterum singularitate sui sacrificij abbrevians, occupationem exteriorum nobis minuit, beneficiorum nobis gratiam multiplicauit: vno vitico suo sacrificio redemptionem remissionemque peccatorum faciès, profectumque fidei, cæterarumque virtutum, ad vitam æternam perduçens. Sciendum enim quòd ideo Deus tam multa sacrificia dedit in lege, vt nullum eorum sufficiens esse ostenderet, quia cætera essent superflua, si vnum sufficere posset, vt vnum suum sufficiens magis desideraretur: & interim in eis, etsi modicum sentirent suffragium, in eorum tamè multitudine maiori occuparentur exercitio,

Math. 17.

Ibidem.

Math. 26.

Math. 11.

quo Deum discedere colere, & ab idolorum cultura recedere, & certiori figurarum instruerentur testimonio, quo futuram veritatem non dubitarent sperare. Egregium igitur & super omnia excellens Sacramentum nobis prouidit Deus in sacrificio suo, quo corporis & Sanguinis sui veritatem panis & vini qualitatibus rectam abscondit digna causa: ne scilicet infidelibus pateat, & eorum blasphemis vilescat, neue nos iudicent inhumanos & crudeles, utpote humani corporis comestores & Sanguinis bibitores. Fidelibus autem quibus parauit ad salutem, in panis & vini specie & sapore sumendi fecit aptitudinem: ne, ut superius dictum est, si carnis & Sanguinis humani colorem videret, saporemque sentiret, humana pietas abhorreret: splendore autem eius si intolerabili præstringeretur, stuporem mentis incurreret: si glorioso demulceretur, bonorum operum torpore hebesceret. Sicut enim carnalem nobis occupationem abstulit, extirpata multitudinem sacrificiorum veterum, ut mentem spiritualibus expediret: ita inuitatis quibuslibet sacrificij sui circumstantiis impedire noluit, quo spiritualis & liberius nos sibi in suo Sacramento vniret. Ne ergo insolita visione mens turbaretur, consuetam suo Sacramento reliquit speciem: ut ad interiora contemplanda puriorem fidei dirigeremus aciem. Per acceptionem enim huius Sacramenti Christo perfecte vniri & incorporari debemus, & in hac vita conformitate innocentie quantum possumus, & post hanc vitam simili beatitudine quantum digni fuerimus: nec decet ad exteriora distendi, nec ad multiplicia dissipari, quos ab omnibus, ut vnum cum Christo sint, oportet recolligi. Quod tamē Ecclesie sue Deus voluit esse tam fructuosum, non omnimodo voluit esse ociosum: quia dum in mysterio, quod non est, apparet, quod est, occultatur, fidei iucta proponitur ut meritū augeatur: dum contra hoc quod videtur, credens quod non videtur, de credita intus veritate, de superata exterius falsitate duplicem assequitur gratiā. Carera enim Christi miracula cum sint infidelibus insignum, ut conuertantur: hoc solū fidelibus datur ad meritum, ut illo erudiantur. In illis enim quæ Deus in extrinseca materia fecit, roboratur fides: in hoc autem solo quod ex seipso facit, fides exercitatur: ut victa & inuicta feliciter coronetur.

Victa inquam ne comprehendat, sed inuicta ne diffidat: dū exteriores quidem sensus obiecta panis & vini specie, colore, odore, & sapore, ipsum quod fuerat mentiendo, panem & vinum quod non est nituntur astruere: interior autem intellectus, ipsum quod est corpus scilicet Christi contemplans, nec comprehendere sufficiens, non tamen desinit credere. Hanc credendi difficultatem sancti attendentes & cauentes, de hac Sacramentali confessione astruenda diu multumque laborauerunt: quia non solum inuisibile, sed etiam inuisitatum esse viderunt, & admirabile, ut inuisibilis Sacerdos, visibiles creaturas in substantiam suā carnis inuisibiliter conuertat, & quod terrenum esse, cœleste faciat, ut qui pro nobis tanta in se operatur, nobis de nobis maiora promittat. Qui enim aquam pro nobis figuratē oblatam sicut & vinum pro se oblatum, in veritatem & vnitatem sui Sanguinis mutat in suo &

A nostro Sacramento: quanto magis nos secum faciet vnum in æternitatis suæ præmio? Sed & in tanti mysterij fide, intellectus intrinseci & exteriorum sensuum iuctam subinuens ait August. in sermone de verbis Domini: Quod videtis in altari, panis & calix est, quod etiā oculi vestri renunciant: quod autem fides postulat instruenda, panis est corpus, calix est Sanguis. Sed potest animo cuiuspiam cogitatio talis suboriri, Dominus Iesus Christus nouimus vnde carnē accepit, de virgine Maria scilicet, nutritus est, creuit, sepultus est, resurrexit, cœlum ascendit, illum leuauit corpus suum, vnde venturus est iudicare viuos & mortuos. Ibi est modo sedens ad dexteram patris: Quomodo ergo panis corpus eius, vel quod habet calix, quomodo est Sanguis eius. Ista ideo fratres dicuntur Sacramenta, quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur: quod videtur, speciem habet corporalem, quod intelligitur, fructum habet spirituale. In quo videtur innui, quasi queratur cum Christus in humana forma rationabiliter se gesserit, vel natura humana, vel potentia diuina, & in cœlo vsque ad diem iudicij corporaliter mansurus sit: quis corpus Christi huc deduxerit, vel panem nostrum illuc leuauerit, ut tam subito in corpus Christi mutari possit? Quod quia ineffabile est, quomodo corpus Christi hic fiat, & ibi maneat, ad intelligentiam spiritualem & fidem talia cogitantes reuocat: quia etsi sciri non potest, credi potest: quia quod videtur, non materiale corpus panis est, sed species corporalis, quod autem intelligitur Christus est, qui omnia quæcunque vult in cœlo & in terra potest. Sicquidem exteriorum sensuum testimonio non acquiescit, nec interiore inquisitione comprehendens, de veritate tamen non titubat: fit per Dei gratiam, ut in tali suo agone fides nostra exerceatur, exercendo augeatur, augendo perficiatur, perfecta coronetur. Vnde Augustinus in sermone super Ioan. 68. Fides qua eorum, qui Deum visuri sunt, quamdiu peregrinantur, corda mundantur: quod non videt, credit. Nam si vides, non est fides. Credenti colligitur meritum, videnti redditur præmium. Eat ergo Dominus, eat ne videatur, lateat ut credatur: creditus desideretur, ut desideratus habeatur. Quia ergo in hac peregrinatione nostra, expedit latere Christū ut credatur, &c. bene igitur Christus sub Sacramento dedit nobis seipsum, ut per hoc nobis & fidei meritum, & gratiæ suæ augeat beneficium: dum in terrena quadam, & prorsus stolidam panis & vini forma, maiestatem sapientiæ verbi Dei substantialiter comprehensam, incomprensibilem credere & venerari non erubescimus: quæ quantitate & qualitate sua ita eius excellentiæ videtur indigna, ut nullatenus etiā æstimari debeat, nisi quia ipse est Deus, qui omnia quæcūque voluit fecit in cœlo & in terra, nisi quia etiam caro eius ipsa est cui data est omnis potestas in cœlo & in terra: ut potestate tali sit in vnitatem personæ in cœlo & in terra, quando cunctæ, quomodocunque si placuerit. Hac fide ipsum Sacramentum quasi diuinum quiddam adoramus, quasi viuum quiddam & rationabile alloquimur & rogamus: Agnus Dei qui tollis peccata mundi miserere nobis: quia non quod videtur, sed quod verè est, Christum ibi esse credimus.

Augustin.

NOTA.

Sacramentum quare adoramus.

C.A.P.

CAP. IIII.

Cur fides tantopere exigatur in hoc Sacramento corporis Christi. Gen. 3.

Varitur autem quare fides tantopere exigatur in hoc Sacramento: quia videlicet falsa fide mundus periit, quando Adam plus diabolo quam Deo credere præsumpsit, dum in ligno scientiæ boni & mali vetito plus sperauit diuinitatem assequi, quæ ab hoste promittebatur, quam incurere mortem quam Deus minabatur. Sicut ergo diabolus non vmbra in ligno inobedienciæ, sed ipsum verum & visibilem fructum exhibens; promisit id quod non videbatur, scilicet, eritis sicut Dij: sic & Deus non vmbra, sed ipsum qui in ligno pependit obedienciæ, in suo visibili Sacramento exhibens, promittit vitam æternam quæ non videtur, ut dum in ea re plus ei modo creditur quam hosti, ut dignū est, sanetur hac vera fide illa perfida fides, qua olim plus diabolo quam sibi iniuste creditum est. Sicut igitur non in ligno vetito, sic nec in Christi Sacramento debet visus aut gustus, sed fidei vigere iudicium: quia sicut pomum visu decorum & suaue ad comedendum, cibus vitalis videbatur, & mortem intulit: sic econtrario Sacramentū corporis & sanguinis Christi videtur cibus mortalitatis nostræ, cum verè vita æterna sit. Quapropter vtrique rei media vera fides videtur necessaria: Adæ, ut crederet mortem esse in pomo, & ita vitaret: nobis, ut in Sacramento Christi vitam credamus, & ita eam assequamur. Vtrique enim ex se contrarium visui effectū parit, illud dum videtur cibus voluptatis & vitæ, mortem inferens: istud dum videtur cibus mortalitatis, vitam æternā exhibens. Sicut igitur à Petro post trinam negationem trina confessio repetita est: sic ab homine ut saluari possit, pro perfida fide qua periit, vera fides exigenda est: quia tantum Sacramentum nec sine fide potest intelligi, nec nos etiam per illud sine fide saluari.

*Vtrumque

CAP. V.

Cur magis consecratur in pane & vino & aqua corpus & sanguis Christi, quam in cæteris corporum speciebus.

Varitur item quare in pane & vino consecratur magis corpus Christi, quam in cæteris corporum speciebus: cum cibo mortalitatis non videtur apte vita immortalis designari. Sed sciendum quia Christus in hoc Sacramento non se hoc modo significari voluit, quo se habet cum patre per naturam, sed quo se habet nobiscum per gratiam: quia non scilicet quod sit patris sapientia, sed quod sit omnium hominum vita, ut sic suam charitatem nobis magis commendaret, & nostram erga se magis accenderet. Vita verò æterna, cum in corporum speciebus nulla perfecta similitudine exprimi potuerit: nulla tamen aptiori quàm illa, quæ aliquo modo vita est, quia humanæ vitæ alendæ & retinendæ congruit. Quia enim temporalis cibus & potus noster vita æterna esse non poterant nec debebant, nomine eorum & specie Christus se significari voluit vitam æternam: ut non solum consueta cibi similitudine congrueret in sumendo, sed & eadem cibi similitudine nobis proficeret in sperando: dum scilicet sicut cibus & potus sunt nostra vita temporalis, quàm diu Deo placuerit: sic & multo amplius ipse panis cœlestis sit vita æterna, quibus ipse voluerit. Et quid mirum si creator creaturæ conferre possit vitā

A æternā: cum etiam creatura creaturæ retinere poterit æternaliter eam? Sicut enim lignum vitæ in paradiso positum est, quo æternaliter homo in corpore viueret: sic Christus in Ecclesia lignum vitæ seipsum posuit, ut in se credentibus vita æterna esset: quod non solum fuit ipsius Christi mysterium, sed & fidei nostræ magnum firmamentum. Quia si hoc creaturæ non viuenti fuit naturale, ut corpori vitam æternaliter retineret: quanto magis vero ligno vitæ viuenti, creatori Christo est omnipotentiale, ut corpori & animæ gloriosius conferat æternaliter vitam? Vnde etiam quia cibo & potu ita viuimus, ut alterutro carere nequeamus, vtrumque in Sacramento suo esse voluit: ne si alterutrum desisset, quasi imperfecto vitæ signo, ipse non plena, sed imperfecta vita signari videretur. Dignum etiā fuit, ut eisdem speciebus quibus alitur & creatur caro & sanguis, in quolibet homine naturaliter, consecraretur etiam in Dominico homine spiritualiter: non solum propter commodiorem aptitudinem Sacramentalis perceptionis, sed & ut adiuuetur fides aliqua euentia similitudinis: quia si panis in carnem, & vinum in sanguinem cuiuslibet transformatur naturaliter: quanto magis si Deus voluerit, in carnem & sanguinem suum transfertur omnipotentialiter? Sed & aliis speciebus non potuit aptius significari in nobis vnitas suæ incorporationis: quàm eis quæ in communibus cibis & potibus familiaribus & verius solent incorporari nobis. Item ipsius Ecclesiastici corporis vnitas ad inuicem aptius signatur: quia sicut panis ex multis granis, & vinum ex multis acinis, sic Ecclesia ex variis personis colligitur. Item quia panis & vinum proprii cibus & potus est, non bestiarum, sed hominum: ideo Christus vtriusque est vsus mysterio, ut singularis & propria hominum crederetur refectio: cui etiam postmodū per Apostolos aquam admisceri voluit, qui communis potus est bestiarum & hominum, ut ad vnitatem tanti mysterij pertinere signaret, non solum iustorum, sed & peccatorum si pœnitere vellent, consortium: ut quod suum erat, ipse per se in exordio Sacramenti prius exequeretur, & nos quod nostri erat mysterij postmodum adderemus. Idem autem cibus mortalitatis videri voluit exterius in Sacramento, cum intrinsecus verè vita æterna sit, nostro contemperauit mysterio: ut quia eodem suo Sacramento interius renouamur ad vitam, nec tamen exterius immutatur ad immortalitatis gloriam: ita in suo Sacramento nihil exterius immutaretur, sicut & in nobis nihil exterius innouaretur: cum tamen interius idem hoc in nobis inueniremus, quod de ipso crederemus, quia vitam de vita reciperemus. Quia igitur nos necdum apparemus quod sumus, ideo Christus noluit apparere quod est, ut sit desiderabilior: qui tunc quidem apparebit quod est, quando nos apparebimus quod sumus, ut sit gloriosior. Vnde Diuus Ioannes in Epistola sua: *Filius Dei sumus: & nondum apparet quid erimus.* Et Paulus, *Cum autem apparuerit Christus vita nostra, tunc & nos cum ipso apparebimus in gloria.* Sicut ergo in Emaus peregrinis a fide peregrin⁹ apparuit in specie: sic nobis peregrinis in mundi exilio peregrina & extranea sibi specie apparet in Sacramento: ut quia quod de nobis exterius apparet,

Genes. 3.

*Quod.

1. Ioan. 3. Colos. 3.

Lu. 24.

Z

mortale est, mortalitatis cibus ipse exterius videatur, cum tamē per ipsum qui immortalitatis est alimonia, in verē & inuisibiliter mors aeterna sanetur.

C A P. VI.

Cur sum- pro corpo- re Christi non statim etiā in carne uiuimus aeternaliter cum ipso sit uita aeterna, Gen. 2.

Q Væritur etiam quandoquidem tantum Sacramentum uita est, cum Christus dicat, Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet uitam aeternam: quare non statim etiā in corpore per vim tanti Sacramenti uiuimus aeternaliter, cum ipse non in futuro dixerit, habebit uitam aeternam, sed habet præsentialiter. Sed sciendum quia sicut Adæ dictum est, Quacumque die ueritum comederis, morte morieris, & tamen eadem die nō in corpore, sed in anima mortuus est: sic Christus dicit, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam aeternam, non quod in corpore statim aeternaliter uiuat, sed ut animam quæ prius in Adam mortua fuit quàm corpus, per uinitatem tanti Sacramenti resuscitatam astruat: ut scilicet recto ordine, ipsa quæ peccando à Deo (qui uita aeterna est) diuisa, prius fuit mortua, per communionē tanti Sacramenti, iterum coniuncta Deo & uinita, credatur & sit sicut prius rediuiua. Quia enim peccando Adam à Deo diuisus est, ideo Deus postmodum in morte corporali, diuiduum eum fecit à seipso: ut in corporis & animæ diuisione cognosceret, quia ipsa eius anima, Deo qui uera est uita, non adhæsisset. Quia igitur mors exterior, mortis intrinsecæ tam erat figura quàm pæna, ideoque hinc terrendo, hinc monendo erat quedam ipsius culpæ medicina. Si Deus prius abstulisset pœnam medicinalem, quàm culpam mortiferam, incurabiles nos redderet: quia ablata pœna magis condelectaremur culpæ, & ita culpa uigente & obstante, nullus diuinæ relinqueretur locus gratiæ. Cum igitur culpa mors sit animæ, interim puniēda erat per temporalis mortis molestiam, & sic sananda per gratiam: ut interim in regno mortis amaritudo passionum & laborū, peccata excoquens purgaret, & ita gratia cœlestis uirtutum germina, quo liberius eo uerberis inferens, nos uitæ aeternæ reformaret. Propter peccatorum igitur excoctionem & purgationem nō erat interim mors temporalis auferenda, sed aeterna: ne aut immundi & impuri requiem obtineremus illicitam, aut imbelles & immeriti, iustitiæ reciperemus mercedem nobis indubitam. Non enim esset diuinæ discretionis æquitati condignum, ut vel sociata sibi peruersorum immunditia suam fuscaret puritatem: uel immeritorū igna uia remunerans, nullo magis merito homini quàm lapidi tantæ suæ gloriæ largiretur dignitatem. Ne itaque peccati obstinatione incurabiles fieremus, magna sua gratia mortem non abstulit temporale, ne in aeternum moreremur: uitam aeternā distulit, ut maiori etiam merito, maiori que fructu reciperemus: quia pro certo nisi ita esset, ad fidem Christi omnes conuolarent, tantummodo propter præsentis uitæ aeternitatem: & ita dum tantæ securitatis torpore non exercebantur ad bonum, futuræ gloriæ Christi maius amitterēt lucrum. Vnde etiam Deus Adæ misericorditer prohibuit lignum uitæ dicens: Videte ne forte sumat de ligno uitæ. Quia iste

le qui in anima perierat per lignum inobedientiæ, uiueret etiam in carne aeternaliter per concessum lignum uitæ, ex toto perisset: dum carne aeternaliter uiuens, & in anima peccando aeternaliter moriens, incurabilis esset ut demones, uel etiā post hanc uitam cum carne uicturus aeternaliter ut mali homines. Mali enim etiam in corpore uitam aeternā habebunt: quam tamen magis mortem dixerim, quia Deo qui uerē uita est, non placebunt: & ideo sine diuina gratia misera eis erit aeternitas, quia aeterna miseria.

C A P. VII.

Q Væritur iterum, quare aeternitas felicitatis uel pœnæ retribuat temporalibus meritis, reatus uel iustitiæ. Ad quod respondendum est, quia Deus non temporalem actionem, sed perpetuam boni uel mali remunerat uel damnat uoluntatem: quæ si in aeternum uiueret in aeternum in suo proposito permaneret, ideoque iustè aeternitatem retributionis aeternitati uoluntatis appendit. Vnde etiam cum, ut ait Apostolus, Passiones huius temporis non sint condignæ ad futuram gloriam, quæ reu. labitur in nobis, quia si ab initio mundi usque ad finē non modo quis pro Deo laboraret, sed & pateretur, non tamen esset condignum, ut hoc temporali commercio aeternitatē mercaretur: ne tamen malis diutius liceret peccare ad maiorem sui pœnā, ne etiam bonos in mundi exilio tæderet uiuere, si nimia foret eis dilatio ad patriam: breui uero uerit Deum humanæ uitæ dies propter electos, ne prauorum afflictione, uel nimio suo labore deficerent. Sed & ne minutio temporalis laboris aliquid aeterni præmij uideretur dispendium, ipsius præcursoris sui uitam, quo nemo maior ipso teste surrexit, triginta duorum & semis annorum esse uoluit, sui etiam ipsius, qui super omnes est, eodem numero consummauit: ut quia Deus non curat ex quanto tempore, sed ex quanto corde sibi seruiatur, perfectionem meriti non tempori ascriberet, sed uirtuti. Ecce enim in tantillo tempore plenam obedientiā Deo patri seruauit, quod nullus ab origine mundi facere potuit. Et quis diutius eo uixisset, si temporis diuturnitatem, & non uirtutem meritum perfectioni sufficere uidisset: Sed & quomodo Ioāne nemo maior surrexisset, cum Abraham Isaac & Iacob & ceteros quàm plures in obsequiis diuinis diutius laborasse constet: Sed euidenter est pro certo, quia etsi plures eo laborauerunt diutius, nemo feruentius & purius qui tempore stuentis suæ inuentus est in tentatione fidelis & fortis, quo caro spiritui semper magis est rebellis, adeo ut occidendus etiam Herodē increpare non metueret in carcere, quia fratri suo uxorem suam præsumpsisset tollere.

C A P. VIII.

Q Væritur quoque quare panis in carnē, uinū in sanguinē per se cōsecratur, & illud per se caro, & illud per se sanguis dicatur: cum in carne totus Christus, & in sanguine totus Christus sumi credatur, nec tamen diuisim duo Christi, sed in utroque vnus solus Christus. Ad quod respōdetur, quia iste

Cur temporalibus meritis aeterna retributio fiat.

Rom. 8.

Matth. 23.

Mar. 4.

Cur panis in carnem & uinū in sanguinem per se cōsecratur.

mos inoleuit in Ecclesia ab ipso Christo, qui corpus suum & sanguinē diuisim cōsecrauit & dedit: non ad diuisionem substantiæ suæ ut illi duos Christos acciperent, cum in utroque vnum Christum acciperint: sed ad discretionem figuræ: ut panis dum dentibus teritur, carnem Christi in passione attritam, & dum uinum in ora fidelium funditur, sanguinem de latere Christi fusum signaret. Sed nec ideo corpus & sanguis per se dicitur, quasi corpus exanime, & sanguis effusus & diuisus à corpore credi debeat, cum utrunque vnus sit Christus immortalis, indiuisus: sed in memoriam passionis eius ita dicitur, quia in ipso Sacramento mortem Domini annunciare debemus. Vnde etiam aqua in Sacramento admiscetur, nō solum ut capiti suo Christo, populū Ecclesiasticum uniri significet: sed etiam ut aqua quæ de latere Christi cum sanguine fluxit, repræsentet. Dicuntur autem duo diuersa Sacramenta panis & uinum, quantum ad diuersas suas species: cum tamen sint vnū, quantum ad vnā eandem suam significationem. Vnde Augustinus sacrificium Ecclesiæ dicit duobus confici, duobusque constare: vno scilicet Sacramento, quia panis & uinum idem significant: & vna re Sacramento, quia corpus & sanguis vnus est Christus. Alioquin non duobus, sed quatuor constaret Ecclesiæ Sacramentum, sic dux discretæ res Sacramenti, corpus & sanguis, quod est impossibile, cum Christi corpus non sit exangue & mortuum. Ideo etiam corpus & sanguis diuisim in Sacramento uidentur: ut quia Christus pro nobis mortuus est, nos qui corpore & anima perieramus, corpus per corpus, & animā per animam redimens, corpus & animam suam pro nostra redemptione in morte diuisa fuisse signetur: dum corpus eius in sepulchro iacuit, anima uerò ad liberandas sanctorum animas ad inferna descendit. Cum igitur in tali mysterio corpus per corpus, anima autem Christi significanda esset per aliquam uisibilem speciem: nihil inuētum est in creaturis, per quod uicinius & aptius repræsentaretur, quàm per sanguinem, qui est sedes animæ. In quo etiam ut signetur animas nostras & corpora, animæ Christi & corpori vniri & conformari debere, simul corpus & sanguis sumitur à fidelibus: ut sumpto corpore & anima Christi, toto Christo totus homo, in anima & corpore uiuificetur: dum ipsa caro Christi, ut dictum est, non exanguis & mortua, sed uiua & uiuificatrix creditur. Vnde ut ait August. nec caro sine sanguine, nec sanguis sine carne iure comunicatur. Item Gelasius Maiorico & Ioanni Episcopis: Comperimus quòd quidam sumpta tantum corporis sacri portione à calice sacri cruoris abstineant: qui proculdubio aut integra Sacramenta accipiant, aut ab integris arceantur, quia diuisio vnus eiusdemque mysterij, sine grandi sacrilegio non potest prouenire.

C A P. IX.

Cur corpus Christi magis cōsecratur in pane cãdi-

Q Væritur autē quare in candido pane cōsecratur magis corpus Christi, quàm in nigro, uel cuiuscunque coloris: cum sanguis cōsecratur in uino albo uel rubro, uel cuiuscunque coloris. Pane qui

dem cuiusque annonæ siue coloris non prohibetur fieri corpus Christi, si necessitas fuerit: sed decet reuera eum candidissimum esse & mundissimum si facultas nō defuerit, qui transferri debet in splendidissimum & corpus immaculati Agni. Sicut enim mucor & uetustas in tali Sacramento prohibentur, ne irroget sumentibus fastidium: sic in eo nihil debet esse, quod sumendi minuat desiderium.

C A P. X.

I Tem quæritur, quare in azymo panē cōsecratur caro Christi magis, quàm in fermentato, uel facta: cum sanguis cōsecratur in uino seu defæcato & puro, seu cum facce, ut musto de racemis statim expresso. Quare igitur facce uel fermentū in panē refutatur: cum recipiatur in uino quo idem Sacramentū conficitur? Ut ergo supra dictū est, panis & uinum vnū Sacramentū est, quia in utroque vnus Christus est, Vtrū ergo ex azymo an ex fermentato pane corpus Christi confici debeat inter Latinos & Græcos magna cōcertatio est: in tantū ut illi istos Azymitas, isti illos Fermentarios quasi cuiuslibet hæresis notent uocabulo: cum tamen, ut multis bonis catholicis uideretur, nō sit contra fidē Christianā seu azymum seu fermentatū sacrificetur: tum quia utrumque panis est, & sicut utrunque uitam transitoriā, sic corpus Christi dat aeternā, tum quia etiam quamuis Christus de azymo pane corpus suum fecerit, (forfitan nō quia res quæ fiebat hoc exigerat, sed quia cœna in qua hoc factum est, panem alium nō exhibebat) panem tamen fermentatum non prohibuit. Quamuis enim in ueteri lege præceptum sit azymū panē in pascha comedi, ut per eum figuraretur Christus syncerus & mundus fore, & nos etiam quia mādudaturam corpus eius, similiter moneremur purgari ab omni fermento malitiæ & nequitiae figura tamen tali in pane illo nō indigemus, de quo carnem Christi conficimus: quia qui de figura ueteri ad ueritatē transiimus, azymā & puram carnem Christi in quocunque pane cōsecrato sumimus. Astruunt etiam, quia sicut ad inuocationem diuini nominis, quæ in nullo Sacramento adnullari creditur, sed sola per Dei gratiā omnia in omnibus operatur, non obsunt uel profunt Sacerdotum merita, quo magis uel minus fiant Ecclesiastica Sacramenta: sic nec color, nec species aliqua panis & uini obest uel prodest, quo minus uel magis corpus Christi fiat, dum tantūmodo sit panis & uinū, quorum substantia, ut Christus præcipit, in substantiā corporis Christi & sanguinis transeat.

Dicunt tamen Græci Latinos iniuste azyma immolare: cum azyma ueteris testamēti sit, & Christi omni uetustate ablata, ut pote præsentē ueritatē saluti humanæ superflua, nō in azymo, sed fermentato nouum testamentum instituerit. Contendunt enim quia nouum testamentum non perfectè instituerit: nisi omnino uetus tam in azymis, quàm in ceteris suis ritibus, destituerit. Detestantur ergo Latinorum sacrificia: quia in eis ipsos Iudaizare repetant, immolando azyma.

Dicunt e contra Latini Christum in azymo panē nouum Testamentū instituisse, quia cum xiiii. luna ad uesperum uetus testamentū compleuerit, & nouum instituerit, fermentatū in cūctis finibus Israel inueniri nō licuit: quapropter quia cœna ipsa in qua

quàm nigro, uel cuiuscunque coloris: cū sanguis cōsecratur in cuiuscunque coloris uino.

Cur magis cōsecratur corp' Christi in pane azymo, quàm fermentato.

Gen. 2.

hoc factum est panem tantummodo azymū exhibebat, azymo pane nouum Testamentum instituit. Quod si Christus nō Iudaizando fecit, quis nos eum imitādo Iudaizare dixerit: Sed opponunt Græci Christum fermentatum panem mirabiliter sibi exhibuisse, sicut de quinque panibus legitur quinque milia hominum pauisse.

Econtra Latini: Quia hoc miraculum eum fecisse non legitur, licet potuerit, quod tamen fecerit nulla autoritate firmatur: præsertim qui cotenus ita legem seruauerat, vt ex ea nec iota vnum soluere voluerit. Quia enim natus ex muliere, factus sub legē, debitor legis extiterat: si cotenus legem soluisset, legem transgrediendo peccator fieret, causaque nostræ salutis periret. Nisi enim omnino innocens & mundus pro nobis immundis & iniustus occumberet, non alienæ, sed suæ culpæ debitū moriendo solueret: & sic Adæ peccato non delecto, regnum mortis æternæ non cessaret. Cum enim de obseruantia azymorum lex dicat. Quicumque fermentatum comederit, peribit anima illa de Israel, iustam occisionis suæ causam Iudæi inuenissent, si eum vt legis transgressorem punirent. Qui enim aduersus eum tam studiose tot falsos testes subornauerunt, proditorē ipso qui cœnæ interfuit: deferente, tam iustam causam non reticuisent.

Opponunt Græci: quia & si ante passionem legis debitor fuit, post resurrectionem legis nihil debuit, quia vt ait Apostolus, Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, quod enim viuit, uiuit Deo. Quoniā igitur post resurrectionē non legi, sed Deo uiuit: ideo ipse nil iam legi debens, baptismum nouæ gratiæ, quod ante non fecerat, in remissionem peccatorum, non Iudæis tantum, sed & omnibus gentibus prædicari & præstari instituit. Vnde etiam astruunt, quia etiam si Christus panem azymum consecrauerit, non tamen hoc imitandum sit in ipso: sicut nec circuncisionem eum baptisate, nec celebrationem veteris paschæ cum nouo usurpamus: quamuis ipse vt mediator noui Testamenti ac veteris, illud complendo, istud instituendo, peragere sit dignatus: quia ante passionem quidem, aliqua noui Testamenti ac veteris pro sua dignitate rite perfecit, sed post resurrectionem omni legalis verustatis vmbatica superfluitate remota, solius gratiæ veritatem omnibus instituit.

Dicunt econtra Latini, quia reuera hoc salubriter imitandum est in ipso: quod Ecclesiæ suæ faciendum tradidit, exemplo, testimonio, præcepto. Cum enim dixisset: Panis quem ego dedero, caro mea est pro mundi vita. azymum panem benedixit, fregit & dedit. dicens: Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Et addidit: Hoc facite in meam commemorationem. Cum ergo testatus sit azymum panem corpus suum factū, & sine exceptione præceperit hoc in sui memoriam faciendum esse: quis attestante Deo non credat azymum panem corpus Christi fieri? quis ad hoc idem faciendum nō obediatur præcipienti, sub exemplo idem faciendi? Si mortiferum scisset Christus fidelibus suis fore de azymo corpus suum conficere: sicut cætera peccata ne hoc faceremus interdixisset, vel saltem facere non præcepisset. Nunc autem cum dixerit hoc

facite, & azymum non exceperit: quis audeat excipere quod ipse non exceperit? aut quis audeat prohibere, quod ipse in sacramento suo nō prohibuit? Sed ipse hoc faciēs, nos hoc ipsū facere præcepit. Cum dicit, hoc facite, cōuenienter subauditur, quod ego: quis æque competenter subaudire audeat, sed non de hoc vnde ego? Item si mutandum est fermentato azymum, mutetur etiam quolibet alio. liquore vinum. Si enim vinum recipitur, cur azymum refutetur? cum sicut ex azymo, sic ex vino Christus veteris paschæ finierit, & nouum inchoauerit, & vtrunque nobis in Sacramento suo æque celebrandum tradiderit: Iudæi autem æque vtantur in suis cæremoniis vino sicut & azymo. Hoc vtrique Christus faciens, non fecit tantummodo vt præceptum de azymis in pascha seruaret: sed etiam vt fermentarios, quos præuidebat, reprobans, azymitas approbare: aut certe si etiam fermentarij approbarentur, ipse azymita, azymitas præponeret. Si enim diuina Sacramenta per eas elementorum species quæ digniores sunt, celebrare debemus: quem panem digniorem existimabimus, quàm eum quæ & vetus lex ad significandam, & Euangelium elegit ad exhibendam Dominici corporis veritatem? In lege azymus panis afflictionis dicitur: vt per hoc etiam nos, qui memoriam passionis Christi in Sacramento recolimus, animas nostras affligere doceamur.

In gratia enim (vt ait Apostolus) non in fermento veteri, sed in azymis sinceritatis & veritatis epulari moneamur, vt per azymum sinceri & puri esse debere signemur. Quid igitur ad conficiendum Christi Sacramentum dignius, quàm illud, quod & veritate & figura, salutem omnimodis operatur: Nec tamen figuris vtentes Iudaizare putandi sumus: quia licet in hoc idem faciamus quod Iudæi, non tamen eadem causa facimus qua & ipsi, quia non facimus vt Iudaismum seruemus: Et cum ipsi suis figuris futura tantum portendant, non Christum per azymi figuram qualemcunque futurum significamus: sed potius quoddam sine fermento, id est, infectione peccati fuit ille cuius corpus immolatur, representamus: & nos ipsos secundum Apostolum, vt epulemur non in fermento malitiæ & nequitia, sed in azymis sinceritatis & veritatis admonemus. Cum ergo nos Christum non talem futurum vt Iudæi, qui figurant futura & expectant, sed fuisse purum, vt Christiani significemus, & nos tales fieri qualis ipse est, moneamus: in azymo frustra nos reprehendunt Græci, nisi forte velint, vt quia vetera transierant, nullis figuris vtantur Christiani. Vbi est quod ait Apostolus, Confepulti sumus cum Christo per baptismum in mortem, si baptismus non est nobis figura mortis Christi & sepulturæ? Sed forte non eisdem nos vt volunt figuris, quibus illi vtuntur in suis cæremoniis. Sed si idem veterat azymum quia vtuntur Iudæi in ritibus suis: ita etiam eorum veterat fermentatum, quia eo etiam vtuntur Iudæi in sacrificiis suis. Vnde in Leuitico: Offeret panes fermentatos cum hostia gratiarum, quæ offeruntur pro pacificis. Item in eodem: In Pentecoste offeretis panes primitiarum de duabus decimis simila fermentata.

Quia nulla ratio cogit vt azymū à Christi sacrificio

Rom. 6.

1. Causa Lega

2. Cor. 5.

cio repellatur: dignū est, vt quod Christus instituit, a perfidia autem Ecclesia præter Græcam à primordio sui ex traditione principum Ecclesiæ, Petri scilicet & Pauli, celebrari, indefinenter conferuet, donec Christus ad iudicium veniat, sicut ipse instituit. Si enim quia Apostolus ait, vetera transierunt, ecce omnia facta sunt noua, credantur transisse omnia, & perisse veteris testamenti instituta: vbi est dilectio Dei & proximi, vbi sunt præcepta decalogi, vbi est ordo Leuitarū & Sacerdotij, dedicatio altaris & templi? Hæc omnia ab illis ad nos non deficiendo, sed proficundo transierunt. Encæniam, Pascha, Pentecosten, quadragesimam, quia in veteri lege instituta sunt, celebrari non desistimus: Pontifices, Sacerdotes, Leuitas, reliquosque Ecclesiasticos ordines ad exemplum veterum instituiimus, & cætera quàm plura in hunc modum.

LIBER TERTIVS.

CAPVT PRIMVM.

VI A de peccatoribus ministris, sed tamen Ecclesiasticis, quod vera & æta Sacramenta celebrant astruimus: nunc de extra Ecclesiam peccatoribus hæreticis scilicet vel

Quod sancti quibusdā suis autoritatibus videntur astringere, hæreticorum Sacramenta esse irrita & noxia.

schismaticis, quamuis non rata, si saltem vera sint quæ celebrant, videamus: maxime quia sancti aliquibus in locis ea Sacramenta esse negant, & potius ea sacrilegia vocant. Et quia de corpore & sanguine Domini, quod præsentis est negotij, maior est dubitatio, de ipso, ipso auxiliante, sed & de cæteris, præsens fiat disputatio. Postis ergo autoritatibus quibus sancti hæreticorum Sacramenta detestantur tanquam irrita, & quantum ad ipsos noxia subiungamus autoritates & rationes, quibus astruantur, quantum ad Deum, vera & sancta: Ait Augustinus, Extra catholicam Ecclesiam veri sacrificij locus non est. Pelagius Papa Viatori & Pancratio inter cætera: A schismaticorum sacrificiis, potius autem sacrilegiis abstinere debetis. Item idem ad eosdem: Non est corpus Christi quod schismaticus conficit. Item Augustinus in Enchiridio: Si quæ ad Christum pertinent cogitentur, nominatenus inuenitur Christus apud quoslibet hæreticos: re autem ipsa non est apud eos. Item Cyprianus: Constat eos oleum vnde baptizati vnguntur sanctificare, & Eucharistiam apud illos fieri non posse: vbi spes nulla eorum, & fides falsa, vbi omnia per mendacium geruntur: Item Ambrosius in libro de iniciandis rudibus. Nō sanat baptismus perfidiorum, non mundat, sed polluit: quia in harum diluio aquarum ad Deum non approximat. Item Hieronymus in Aggæum Prophe. tam: Omne quod fecerint hæretici, vel quod mihi obrulerint, vel vota vel cætera: contaminata erunt in conspectu meo. Quamuis enim sancta videantur specie sui, quæ offeruntur: tamen quia tractata sunt ab illo qui pollutus est in anima, polluuntur omnia. Item beatus Gregorius in dialogo: Superueniente Paschalis festiuitatis die ad Ermigildum perfidus pater Arianus Episcopum misit: vt ex eius manu sacrilegæ consecrationis communionem perciperet, atque per hoc ad patris gratiam

Pelagius.

Cyprian.

Ambros.

Hierony.

Gregor. II. 3. cap. 31.

1. Cor. 5.

1. Cor. 5.

Rom. 6.

Leuit. 7.

Leuit. 23.

redire mereretur. Sed vir Deo dilectus eius à se perfidiam dignis increpationibus repulit. Item idē: nō perpenditur quia benedictio illi in maledictionem conuertitur, qui ad hoc vt fiat hæreticus promouetur? Item, Sacerdotium illic subsistere nō arbitror. Item Cyprianus: Ad hæc omnia accedit etiam illud malum, vt antistes diaboli audeat Eucharistiam facere: cum nec sanctificari illic oblatio possit, vbi spiritus sanctus nō est. Et paulo post, Falsa altaria & illicita sacerdotia, & sacrilega sacrificia, & omnia adulterata fingentes: inter ethnicos & publicanos computentur omnes, quos constat à charitate atque vnitatem Ecclesiæ catholicæ recessisse. Ergo omnia quæ faciūt hæretici: carnalia sunt, inania & falsa. Nō statim suscipienda & assumenda sunt, quæ iactantur in Christi nomine: sed quæ geruntur in Christi veritate. Quomodo enim perficere quæ agunt, & impetrare aliquid à Deo possunt: qui contra Deum quod eis nō licet moluntur? Item Greg. in Moraliibus: Hæreticorum sacrificia Deo accepta esse nequeunt: nisi pro eis vniuersalis Ecclesiæ manibus offerantur. Item idē: In vna namque domo Agnus comeditur: quia in vna catholica Ecclesia vera hostia redemptoris immolatur.

† Deidus.

Lib. 23. c. 3.

† Ibidem li. 31. ca. 6.

His omnibus autoritatibus videtur sancti astruere, extra Ecclesiam ab hæreticis vel schismaticis corpus Christi confici non posse: cum nec Christus nec spiritus sanctus, per quæ omnia sanctificantur, sit apud eos, nec locus sacrificij, nec sacerdotium subsistat apud eos: & ideo offerant sacrificia sacrilega, inania, & falsa. Ad hoc etiam accedit, quod cætera Sacramenta forma sunt tantū & figurā sanctorum effectuum, non ipsa veritas: possuntque apud hæreticos vera quidem dici quantum ad formam, & inania & falsa, quantum ad effectus gratiæ, quam apud eos nō conferunt. Sed Sacramentū corporis Christi cum nullatenus sit sine corpore Christi, si verum est apud hæreticos, nullatenus est inane & falsum apud eos: quia vbiunque est Sacramentū corporis Christi, ibi & Christus, qui non est inanis & falsus, sed semper verus. Si ergo sacrificium eorum est sacrilegum, cum Christus sit sacrificium: ergo Christus est sacrilegus. Si nō est acceptū Deo: ergo filius in quo sibi pater complacuit, patri non est acceptus. Si non accipiendum & assuendum ab hominibus: ergo ille qui adorandus est ab Angelis est ab hominibus reprobandus & respuendus.

Quod de Christo, qui Agnus immaculatus est: sentire est nepharium vt alieno scelere aliquatenus eum credamus contaminandum, qui omnia peccata mundi solus pertulit & abstulit. Ne ergo aliquatenus de eo credatur hoc inconueniens, consentiunt Pelagio, quod non sit corpus Christi, quod schismaticus conficit, & Cypriano, quod apud hæreticos Eucharistia fieri non possit, volūt: que inuocationem diuini nominis, quam Gregorius sacrilegam consecrationem vocat, in hoc irritam duci, quia Cyprianus dicit non statim suscipi debere, quæ iactantur in Christi nomine, sed quæ geruntur in Christi veritate: vt dum omnino nihil esse astruunt quod hæretici conficere videntur, ignominiam illam à c h r i s t o auferant, quam sancti de sacrificiis, vel

ceteris hæreticorum Sacramentis attestantur.

C A P. II.

Quod solus Deus sit, omnia sacramenta facere semper vera & sancta quantum ad ipsum.

Ed si ita est credendum, quàm latè pateat inconueniens videamus. Primum inuocationem diuini nominis in Sacramentis suis annullari, credere nephas est. Ait enim Augustinus ad Parmenianum: Sacrificia inquit, impiorum execratio est Domino. Etenim iniquè offerunt illa. Et post pauca: Sacrificia ergo impiorum eis ipsis oberunt qui offerunt impiè. Nam vnum idèmq; sacrificium propter nomen Domini quod inuocatur, & semper sanctum est, & tale cuique fit, quali corde ad accipiendum accesserit. Item idem in Homilia super Ioannem 80. Vnde ista tanta virtus est aquæ, vt corpus tangat & cor abluat, nisi faciente verbo? Non quia dicitur, sed quia creditur. Item ad Donatistas: Si Deus adest Sacramentis & verbis suis, per quoslibet administrantur: & Sacramenta Dei vbiq; recta sunt, & mali homines quibus nihil profuit, vbiq; peruersi sunt, id est, intus & foris, Item: Ergo non foris, sed nec intus quisquam qui ex parte diaboli est, potest in se vel in quoquam maculare Sacramentum quod Christi est. Quomodo enim posset maculare malus quod non potest consecrare vel meliorare bonus: quod solus efficit Christus & nullus alius? Si enim alius efficeret, iam ad Christum non attineret. Sed quod bonum sine summo bono esse posset? Quamuis ergo omnia Sacramenta Christi esse dicantur & Ecclesiæ: non tamen ita vt in eis Ecclesiæ Christo, quasi per ea conferatur, sed vt particeps Christi gratiæ astruatur: vt & solius Christi sint, quantum ad potestatem qua fiunt: & Ecclesiæ, quantum ad vtilitatem qua conferuntur: vt in eis & illè suam exhibeat gratiam, & illa suam suppleat indigentiam. Sciens enim Christus vel hominum peccata impedire, vel merita non sufficere ad vitam, Sacramentorum suorum adhibuit gratiam: vt Ecclesiæ quod minus habet in meritis, diuinis credens suppleri Sacramentis, quâto in sua imperfectiōe Deo esset humilior, tanto in superabundantia beneficiorum eius fieret perfectior. Quod ergo suis Christi gratia reseruauit priuilegiis, nihil debere voluit ministrorū meritis vel officiis: sed quod suum est, ita fecit sibi liberè liberum, vt nec eorum dignitate sit melius, nec indignitate deterius: ne vel boni diuino operi superad didisse videantur, tanquàm Deo meliores, vel mali minuire, tanquàm contra Deum fortiores, vel tanquàm sint ipse Deus, suum omnino deputare quod omnino diuinum est. Ne ergo Sacramenta Ecclesiæ bonorum vel malorū hominū, sed solius Dei esse astruantur, apud omnes indifferenter quantum ad se, vera & sancta esse creduntur: vt cum apud omnes ab eodem eadem sint semper, sicut Deus incommutabilis seipso nunquam peior vel melior est, sic & sua Sacramenta incommutabiliter apud omnes eadem, nunquam seipsis sint peiora vel meliora.

C A P. III.

Quod Sacramenta Christi pro meritis ministrorū fieri credentur.

I enim pro meritis ministrantiū apud hos vel illi gratiæ, sed eorum meritis ascriberentur: & cum quid libet nunc peius, nunc melius, nō idem, sed di-

uerfum sit, iam, non staret vnitas baptismi vel corporis Christi, quia baptismus eius in his vel illis melior vel peior, esset diuersus: & similiter corpus Christi diuersum. Si enim à malo mala, à bono bona, à meliori meliora fierent Sacramenta: nōne pro variis meritis hominum, varia essent baptismata, & Christi corpora? Et si multa corpora Christi: ergo non vnus, sed multi Christi, nec vna Ecclesiā, sed multæ: quod est nefas. Et quia cōstat multos Christos nō esse, de veritate baptismi & Ecclesiæ videamus: vt de maiori magis pateat, quod de minori Sacramento probabitur. Ait Augustinus super Ioannem Homilia 6. Per hanc potestatem quam Christus solus sibi retinuit, & in neminem ministrorū transfudit, quamuis per ministros baptizare dignatus sit, per hanc stat vnitas Ecclesiæ, quæ significatur in columba de qua dictū est: Vna est columba mea, ma est matri suæ. Si enim transferretur potestas à Domino ad ministros: tot essent baptismata quot ministri, & non staret vnitas baptismi. Quamuis ergo baptizent siue iusti siue iniusti: non tribuitorū sanctitas baptismi, nisi illi super quem descendit columba, de quo dictum est: Hic est qui baptizat in spiritu sancto. Petrus baptizat, hic est qui baptizat: Paulus baptizat, hic est qui baptizat: Iudas baptizat, hic est qui baptizat. Nam si pro diuersitate meritorum baptismus sanctus est: quia diuersa sunt merita, diuersa erunt & baptismata. Sed quomodo cum baptizat bonus & melior, non ideo iste bonum accipit & ille melius, sed vnum est & æquale quod acceperunt: sic & cum baptizat malus, quod datum est, vnum est, nec impar propter impares ministros, sed par & æquale, propter, Hic est qui baptizat. Sed ne putetur dictum de his malis, qui vel ignorantur aut tolerantur in ipsa Ecclesiā: ait Augustinus ad Cresconium grammaticum: Si quæris quomodo baptizent quos damnauit Ecclesiā: respondeo, sic eos baptizare, quomodo baptizant quos damnauit Deus, antequàm de illis quicquam iudicaret Ecclesiā. Item, Si inter bonos ministros, cum sit alius alio melior, non est melior baptismus qui per meliorem datur, nullo modo est malus qui etiam par malum datur, quia idem baptismus datur: & ideo per dispares ministros Dei munus æquale, quia non illorum, sed eius est. Item idem in libro 6. de baptismo. Etiam corde tardiores intelligunt baptismum Christi nulla peruersitate dantis vel accipientis posse violari. Item idem in 6. Illud & in homine iusto, & in homine iniusto semper sanctum est: quod neque alicuius æquitate augetur, neque alicuius iniquitate minuitur. Item idem in libro 3. de baptismo: Catholica Ecclesiā propter ea non debet iterare baptismum * qui, apud hæreticos datus est: ne iudicare videatur ipsorum esse quod Christi est: aut eos non habere, quod intus cum acceperint, amittere vtiq; foras ex eūdo nō possunt. Vnus igitur idèmq; baptismus Christi est apud omnes, bonos scilicet & malos, damnatos & non damnatos, hæreticos & nō hæreticos: ita vt per dispares ministros munus dei sepe æquale sit, quia nō illorum, sed eius est: nec melius nec peius quantum ad sanctitatem, nec maius nec minus quantum ad veritatem: non à dante vel accipiente violatū, non recedenti ab Ecclesiā amissum, nō redeunti iterādū, vt in

da nō sunt, ne pereat vnitas Sacramentorū & Ecclesiæ.

Cant. 6.

Ioan. 1.

Augustin. lib. 1. c. 21.

Lib. 3. c. 7.

C. 1. r.

Cap. 11.

* al. quia

vt in quo nullius momenti omnia hominum iudicantur merita, sola Dei valere credatur gratia. Si enim pro meritis suis ab Ecclesiā recedendo possent amittere, permanendo obtinere: quod ipsi sibi possent conferre vel auferre, ipsorum non Dei videtur esse. Item quod recedenti esset amissum, redeunti esse iterandum: fierentque duo baptismata, quibus bis renasceretur spiritualiter, semel natus carnaliter. Item si quod fit apud hæreticos non est Sacramentum: quod cum illis refutatur, ipsorum non Christi esse iudicatur. Item annullatur apud eos inuocatio diuini nominis iteranda vt valeat à catholicis: sicque gratia Dei iam quasi per se impotens, quod valet hominum meritis debet, iam vbi non vult libera non gratuita sed meritis hominum obnoxia: dum apud hæreticos nihil sine meritis, apud catholicos autem operatur tantum pro meritis, & ita gratia iam non est gratia. Vnum igitur idèmq; apud omnes in sua veritate credendū est esse baptismata, vt catholica eadē maneat in sua vnitate Ecclesiā. Sicut enim vnus est pater noster qui est in cœlis, sic, & sponsa eius mater nostra Ecclesiā vna est quæ generat, sic & vnum baptismata quo generat: quia licet diuersæ sint aquæ diuersis locis & temporibus, non tamen conficitur nisi vnum baptismata in remissione peccatorum: quia recte Apost. vnus Dominus, vna fides, vnum baptismata. Similiter & diuersi baptistæ, semper vnum baptismata. Si enim quot baptistæ, tot patres regenerare crederetur, esset regeneratio generatione deterior. Generatio enim carnalis ab vno homine cœpit, ne contra se humana propago erigeretur, & à se diuide retur per superbiam: si non ab vno, sed ab isto & ab illo melius & peius habuisset originē primā. Quàm multo deterius regeneratio spiritualis non ab vno Deo, sed ab isto, & ab illo melius vel peius fieret: si tot patres quot baptistas haberet. Secūda enim generatio nihil amplius conferens quàm prima, non cœlestis, sed terrena, sicut & prima, diceretur, filii que Ecclesiæ terrenis patribus renati, quia filij Dei nō essent, nec hæredes Dei, nec cohæredes Christi fierent: quia in regeneratione sua tanti patris nobilitate & hæreditate orbari essent. Ecclesiā etiam diuisa tot patribus, variorum schismatum confusione periclitaretur: dum ego Apollo, ego autem Cepha, ego autem Pauli ab omnibus adulterinis filiis, quasi in diuisionem Christi pertreperetur. Et quæ esset charitas vbi non esset vnitas. Cū igitur radix omnium bonorum sit dilectio, Ecclesiā sine dilectionis vnitate omnium bonorum priuaretur & merito & præmio.

Eph. 4.

1. Cor. 1.

C A P. IIII.

Quod de pretiosa Sacramenta in non pretiosis speciebus posuit: nō vt essent vilia & abiecta, sed gratuita.

NE ergo Ecclesiā tot patres habere videatur, qui vnus vnitate suam dissipet, & à nobilitate cœlesti degeneret, omnia Sacramenta soli dei creduntur esse: quæ quàm gratuita, quàm vtilia, quàmque magna fecerit, studeamus perpèdere, vt cum viderimus de quantulis rebus quanta Ecclesiæ suæ conferat, si soli dei sint ipsa, & per ipsa operari manifestissimū fiat. Omnes Sacramentales species natura vel quantitate sua ita nullius æstimationis sunt in pretio, vt ad Sacramentale dignitatē nullo suo assur Tom. 6.

gere videatur priuilegio: nisi quod dum naturali similitudine sua effectus Sacramentalis prætendunt vnam vel imaginē, ad similitē sancti spiritus gratiam percipiendam magis accedunt & certificant fidem. Verbi gratia: In quatuor speciebus Ecclesiæ Sacramenta maximè consistunt, aqua scilicet oleo, pane & vino. Aqua licet omnibus sit necessaria, nulla tamen sua venalitate est preciosa. Oleū verò, & vinum, in Sacramēto, ita paucitate sua effugiunt precij quantitatem vt nullam nisi in spiritali gratia sibi vindicare videatur vtilitatem. Quod tamen nō ideo fecit Deus, vt quia Sacramenta sua specie tenus venalitati nō sunt idonea, magis vilia videantur & abiecta, sed magis gratuita: vt dum in eis nihil videretur valere, nisi quod suum est, omnes de eis sibi soli haberentur gratiæ: qui in suis beneficiis nostram abstulit expensam ne grauaremur, suam contulit incomparabilem gratiam vt hilarius iuuaremur. Si enim in quibuslibet preciosioribus speciebus Sacramenta sua Deus instituisset, quæ natura & quantitate sua ita essent preciosa; vt mundus totus non sufficeret ad ea comparanda: non quidem Sacramentorum esset digna comparatio, sed difficilis & onerosa pauperibus ad ea fieret accessio. Ideoque vt gratia Dei omnimodo esset gratuita: in Sacramentalibus speciebus non quæsiuit dignitatem, sed aptitudinem: Quia enim aqua extinguit, mundat, & candidat præ cæteris liquoribus, ideo etiam in baptismate, carnis incentiua extinguit, peccatorum tam originalium quàm actualium labem abluat, innocentia candorem reducit: & dum sic cœlestis patris imaginem reformat, filios adoptionis regenerat. Oleum verò, quia athletis est congruum, incendio, & lumini obnoxium: vt contra spirituales nequitas humana fragilitas fortius muniatur: oleo christi matris & baptismate & in confirmatione perungitur; vt sic datus spiritus geminæ dilectionis, animam fide illuminet, dilectione inflammet, spe cœlesti muniat & roborat. Quia verò panis & vinum homini incorporatum, vita est temporalis: ideo Christus hoc Sacramento nobis tanquam caput membris incorporatus: fit vita æterna fidelibus. His tribus Sacramentis baptismus rite perficitur: vt quia in Trinitatis nomine celebratur, Trinitatis etiam fidem suo ministerio attestans, per aquam Deo patri nos regeneret, per corporis & sanguinis Christi communionem filio Dei ad vitam nos concorporet, per olei vnctionem spiritus sancti virtute confirmet: vt qui in initio regenerationis tanta Dei gratia indigni præuenimur, non desperemus ad vitæ palmam perducere, si eum eadem adniti voluerimus.

C A P. V.

VIUS ergo est tantam conferre gratiā: nisi solius Dei, qui in Sacramentorum suorum excellentia ita omnium superat merita, vt ad eorum dignitatē vel potestatem aspirare omnino iudicentur indigna: Quis enim de filiis diaboli potest regenerare filios dei, nisi pater Deus: quis peccatores iustificare potest, nisi qui pro peccatis nostris mortuus est Christus? Et cū spirituale sit quicquid in Baptismo ge-

Quod tantum sunt. Dei Sacramenta, vt omnium hominum superent merita.

ritur, quis hoc potest peragere, nisi spiritus sanctus. Frustra enim hoc in Trinitatis nomine fieret, si ad alium quemlibet à Trinitatis potestate transfret. Non ergo præsumat homo sibi deputare, quod solius Dei est facere. Ait enim Apostolus: *Diuisiones gratiarum sunt: unus autem Dominus, qui operatur omnia in omnibus, diuidens singulis prout uult.* Vnde etiam Christus cum diceret, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto*: de ministris omnino tacuit, quia de tanta gratia nihil ad eos attinere uidit. Vnde beatus Augustinus super Ioannem: Sed dicit mihi hæreticus: Non habes Baptismum, quia malus tibi dedit. Si malus est inquam Christus, & malus mihi dedit. De officiali non disputo. Fuerint qualeslibet homines, ego à Christo accepi, ego à Christo baptizatus sum: ego noui, quia docuit me columba quam uidit Ioannes: Sint iusti ministri si uolunt: sin autem, securum me facit magister meus, de quo dixit spiritus eius: *Hic est qui baptizat*. Si fuerit iustus minister, computo eum cum Paulo, qui gloriam, suam non querit dicens: *Ego plantavi, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit, Neque qui plantat, neque qui rigat, est aliquid, sed qui incrementum dat Deus.* Qui fuerit superbus minister, cum Zabulo computatur: sed non contaminatur donum Christi. Spiritualis enim uirtus Sacramenti ita est uel lux: & ab illuminandis pura excipitur, & si per immundos transeat, non inquinatur. Cum ergo teste Apostolo, ministri non sint aliquid, sed Deus qui operatur omnia in omnibus: quid ipsi cum nihil sint in Dei Sacramentis operantur cum solus Deus operetur omnia? Vnde item Augustinus super Ioannem: Baptismus, talis est qualis est ille in cuius potestate datur: non qualis est ille per cuius ministerium datur.

C A P. V I.

Vt ergo ministris auferretur meritorum iactantia, concedunt sancti si necesse sit laico, nec abnegant pagano baptizandi gratiam: quibus sine officio, sine merito non tantum quid permitteretur, si hominum merita uel officia ad baptizandum necessaria uiderentur. Vnde Gelasius Papa cap. 7. Diaconi absque Episcopo uel presbytero baptizare non audeant: nisi prædictis fortè officiis longius constitutis, si necessitas extrema compellat: quod & laicis Christianis facere plerumque cõceditur. Item Isidorus: Si quis per negligentiam ordinetur antequam baptizetur, debent ab eo baptizari & ipse ulterius non ordinetur. Romanus enim pontifex non hominem iudicat qui baptizat, sed spiritum Dei subministrare baptismi gratiam licet paganus sit qui baptizat. Item Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum cap. 104. A quodam ut audio, nescitis utrum Christiano an pagano, multos in patria uestra baptizatos asseritis & quid inde sit agendum consulitis. Hi profecto, si in nomine Trinitatis, uel tantum in Christi nomine, sicut in actibus Apostolorum legimus, baptizati sunt: unum quippe idemque est, ut sanctus exponit Ambrosius: constat non esse denuo baptizandos. Ne tamen existimer talis baptismus esse imperfectus, ait contra Aug. de baptismo libro 4. Potest dici alius alio doctior, alius alio magis uel

1. Cor. 12.

Tract. 5.

1. Cor. 3.

Ibidem.

Quod laico uel pagano baptizare permittitur. Gelasius.

Isidorus.

Nicolaus Papa.

A minus baptizatus dici non potest. CAP. VII.

Sed ne sibi etiam attribuantur officiales, laicum uel paganum saltem, vicem suam expleuisse attendant, gratiamque Dei ita liberam, ut nullis hominum meritis uel officiis astricta, quando uult, quomodo uult, cuiusque uult, seipsam infundat. Cum enim constet sanctos uel suo sanguine uel sola fide baptizari: quid hic officiales suis attribuent meritis, ubi nullius funguntur ministerii? Cum ergo Deus sine illis baptizet, patet quia hic solus est qui baptizat. Vnde Augustinus de baptismo libro 4. Baptismi vicem aliquando implere passionem, de latrone illo, cui non baptizato dictum est, *Hodie mecum eris in paradiso*: beatus Cyprianus non leue documentum assumit, *Quod etiam atque etiam considerans, inuenio non tantum passionem pro nomine Christi id quod ex baptismo deorat, posse supplere: sed etiam fidem conuersionemque cordis, si forte ad celebrandum mysterium baptismi in angustiis tēporum succurri non potest.* Neque enim latro ille pro nomine Christi crucifixus est, sed pro meritis facinorum suorum: neque quia credidit passus est, sed dum patitur credit. Quantum itaque ualeat etiam sine uisibili baptismi Sacramento, quod ait Apostolus, *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem*: in illo latrone declaratum est. Sed tunc impletur inuisibiliter: cum mysterium baptismi non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit. Et sicut in illo latrone quod baptismi Sacramento defuerat, compleuit omnipotentis benignitas, quia non superbia uel contemptu, sed necessitate defuerat: sic & in infantibus qui baptizati moriuntur, eadem gratia omnipotentis explere credenda est: quod non ex impia uoluntate, sed ex ætatis indigentia, nec corde credere ad iustitiam, nec ore confiteri possunt ad salutem. Baptismus quidem potest inesse, ubi cordis conuersio defuerit: conuersio autem cordis potest quidem inesse non percepto baptismo, sed contempto non potest. Neque ullo modo dicenda est conuersio cordis ad Deum, cum Dei Sacramentum contemnitur. Item in libro sententiarum Prosperi: Verus baptismus constat non tam ablutione corporis quam fide cordis: quemadmodum doctrina Apostolica tradit dicens: *Fide mundans corda eorum.* Et alibi: *Saluos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientia bona interrogatio in Deum.* Ecce cum Dominus dicat in Euangelio: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, & sola fide sine baptismo saluantur homines, ut latro: & solo baptismo sine fide, ut pueri: sed tunc tantum cum non contemptus religionis, sed articulus necessitatis alterutrum excludit.* Vnde Isidorus de officiis, libro. 2. cap. 23. Paruulis alio proficiente baptizantur, quia adhuc loqui uel credere nesciunt: sicut ægri, muti, uel surdi, quorum uice alius profitetur, ut pro eis respondeat dum baptizantur. Item Augustinus de Libero arbitrio, libro. 3. Illud perscrutari homines solent, Sacramentum baptismi Christi, quid paruulis proficiat: cum eo accepto plerumque moriuntur priusquam ex eo quicquam cognoscere

Quod sanguinis effusione, uel sola fide baptismus compleatur.

Augustinus. Cap. 22.

Luc. 23.

Rom. 10.

Cap. 24.

Cap. 25.

A. R. 15.

Pet. 3.

Mar. 16.

Cap. 23.

cognoscere potuerint. qua in re satis piè rectèque creditur prodesse paruulo eorum fidem, à quibus consecrandus offertur. Et hoc Ecclesiæ cõmendat saluberrima autoritas, ut ex eo quisque sentiat quid sibi proficiat fides sua quando in aliorum quoque beneficium, qui propriam nõdum habent, potest aliena cõmodari. O ineffabilis Dei gratia, quæ ubi alterutrum deest necessitatis articulo, & fidem præuenit: Sacramenti mysterio, & Sacramenti vicem cõplet: fidei merito: ut nullis legibus tenearis astricta, ne quantū in te est salutis æternæ aliquatenus patiamur dispēdia. Ne tamē sit mirū quod sine ministris Deus per se quod suū est operetur: quid in utroque legis & gratiæ initio fecerit uideamus. Ait Dominus ad Moysen: *Congrega mihi septuaginta uiros: & duc eos ad tabernaculum fœderis, & auferam de spiritu tuo, & tradamque eis.* Non dixit, auferes & trades, sed auferam & tradam. Quod ne fortè ducatur Moysi imputaretur, duo ex his qui descripti fuerant, ad tabernaculum non uenerunt: & tamen Moysē nõ ducente sicut & ceteri spiritum acceperunt. Similiter & in noua gratia, cum solebat tantum dari per impositionem manus: tamen adhuc loquente Petro cecidit Spiritus Sanctus super omnes: Quis ergo diuinam gratiam suis impuret meritis uel officiis: cum in legislatore, in Apostolorum principe, Deus ad eam prout uult distribuendam, neutrum horum assumpserit?

Num. 11.

Act. 9.

Quod sicut in baptismo, sic in conscientia Christi corpore, nihil à bono magis, nihil à malo minus fiat. NOTA.

1. Ioan. 5.

Apoc. 7.

* Sermone

C A P. VII.

Via igitur astructum est ad officialium merita baptismi gratiam non attingere, uideamus etiā de Christi corpore & sanguine conficiendo: quāuis ubi constat de minori, satis etiam de maiori uideatur Sacramento. Corpus enim Christi & sanguis non solum par baptismi est, sed & fundamentum eius & completio: adeo ut sicut Eua de latere Adæ dormientis, sic & Ecclesia producta credatur de latere Christi in morte quiescentis: quia sicut illa inde generata, sic ista inde regenerata. Vnde mirificè sua proflexerunt Sacramenta, aqua in regenerationem, sanguis in redemptionem. Vnde Ioan. in Epist. sua ait: *Hic est qui uenit per aquam & sanguinem: Iesus Christus, non solum in aqua, sed in aqua & sanguine.* Et bene repetiit: quia nihil profuisset aqua sine sanguine, qui non solum abluit, sed & redimit, sed & quia redimit, ideo abluit. Vnde in Apocalypsi. *Hi sunt qui uenerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni.* Ne igitur etiam de hoc maiori Sacramento aliquid sibi usurpet ministrorum arrogancia: quid sancti inde sentiant attendamus. Ait Augustinus libro de corpore domini: Intra Catholicā Ecclesiā in mysterio corporis & sanguinis Domini, nihil à bono magis nihil à malo minus perficitur Sacerdote: quia nõ in merito cõsecratis, sed in uerbo efficitur creatoris, & in uirtute Spiritus Sãcti. Si. n. in merito Sacerdotis, nequaquam ad Christum pertineret. Nunc autem sicut ipse est qui baptizat: ita ipse qui per Spiritum Sanctum hanc creaturam suam efficit carnem, & transfundit in sanguinem. Credendū est. n. quòd in uerbis Christi Sacramenta conficiantur. Cuius enim potentia creator prius, eius uerique uerbo ad meli⁹ recreatur. Cum ergo Augustinus ea

quæ prius creata sunt, dicat iterum in Sacramento creari: si hoc homines possent facere, cõstaret eos esse factores corporis Christi, & ita quasi creatores esse creatoris sui, quod est impossibile. Ait enim Eusebius Emisenus: Inuisibilis Sacerdos, uisibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui uerbo suo secreta potestate conuertit. Item B. Ambrosius. Vbi accesserit consecratio, de pane fit corpus Christi. Consecratio igitur quibus uerbis est, & cuius sermonibus: Domini Iesu. Ergo sermo Christi hoc conficit corpus. Item Augustinus in homiliis. Ante uerba quando offertur panis dicitur: ubi uerba Christi deprompta sunt, nõ iam panis, sed corpus Christi appellatur. Si ergo inuisibilis Sacerdos corpus suū uerbo conficit: quomodo sit in uerbo, uel in merito alicuius uisibilis Sacerdotis? Cum uerò nihil ad uisibilem attineat Sacerdotem, quo modo id à bono melius, à malo peius cõficiatur Sacerdote, à quo nullatenus? Quod cum ita sit: iam non secundum diuersa merita, diuersa Christi corpora, sed semper unus Christus est, qui quibuscumque ministris sacrificantibus, solus est pro nobis offerens & oblatus. Vnde Augustinus in libro de trinitate: *Quid tam grate offerri & suscipi possit, quàm caro sacrificij nostri, corpus effectum Sacerdotis nostri: ut idem unus ipse uerūq; mediator, unus esset qui offerebat, & quod offerebat: Item idem ad Parmenianū: Sacrificia, inquit, impiorum execratio Domino tērenim inique offerunt illa. Iam supra responsum est, quia nõ est iniquus Christus, qui seipsum pro nobis obtulit, & noster in celo mediator est: quo suam Ecclesiam gubernante, bonis mali non oberunt, qui uel ignorantur, uel pro pace tolerantur.*

C A P. IX.

Ed opponunt, quia extra Ecclesiā nõ est locus sacrificij: nec est Christus, nec spiritus Sanctus apud hæreticos. Contra Augustinus ad Vincentiū Donatistam: Ex Catholica Ecclesia sunt omnia Sacramenta Dominica, quæ sic habetis & daris, quomodo habebantur & dabatur etiam priusquam inde exiretis: nec tamen ideo non habetis, quia non estis ibi unde dabatis. Item ad Emeritum: Sacramenta quæ non mutastis, sicut habetis approbantur à nobis: ne fortè cum uestram prauitatem corrigere uolumus, illis mysteriis quæ in uestra prauitate deprauata non sunt, sacrilegam faciamus inuitiam. Itē Augustin⁹ in libro de baptismo. *Qui seipso à societate ceterorum separantes, charitate uiolata, uinitatis uinculū rumpunt, si nihil faciunt eorum quæ in ueritate acceperunt, in omnibus separati sunt: & ideo quæ sibi sociant si ad Ecclesiā redierit, debet omnia quæ non accepit, accipere. Si uerò nõnulla eadē faciunt, nõ se in eis separauerunt, & ex ea parte Ecclesiæ cõnectuntur. In Sacramenti sanctitate, qua cõtra hos nõ sunt, pro nobis sunt in schismatis uulnere quo cū Christo nõ colligunt, sed spargunt. Cum igitur ex Catholica Ecclesia sint omnia Sacramenta dominica, nullo excepto, etiā apud hæreticos qui etiā ex ea parte Ecclesiæ cõnectuntur, quia eam ritè celebrant: quis dubitet Sacramentū sacrificij diuini ubi cunq; fiat, intra Ecclesiam esse, cum sit de*

Lib. 4. c. 14.

* offerebatur. Lib. 2. c. 6.

Quod Sacramenta hæreticorū de Ecclesia sunt, & in Ecclesia sunt.

Lib. 1. c. 2.

Ecclesia: Sed tamen sciendū est, quia cum apud eos etiam sacrificium Christi sit de Ecclesia quantum ad sui veritatem, locus tamē ipsius non est his qui sunt extra Ecclesiam, quantum ad eorum utilitatē: quia cum *filii hominis* apud eos non inueniat *ubi caput suum reclinat*, nec ipse Christus, nec Spiritus Sāctus apud eos est per gratiam, qui tamen apud omnes est, & nusquam deest per maiestatis suae praesentiam.

CAP. X.

Quod Sacramentum entotenus Sacramentum apud hereticos maneat omnino integrum. Cap. 5. Iud. 6.

3. Reg. 18.

Nullus nisi ad hoc ordinatus consecrari potest.

Sed iterū opponunt, quia Sacerdotium nō subsistit apud eos. Et quid potest per eos consecrari, qui neq; pro merito, neq; pro officio aliquid agunt? Ut enim, ait Ambrosius in libro de mysteriis ini-tiandis, Cū scriptura testetur, quod ad Hierobaal preces ignis descendit de caelo, & rursus precante Helia ignis missus est, qui sacrificium consumpsit: non merita personarum consideres, sed officia Sacerdotum. Apud hereticos autem nec merita sunt, nec officia. Ait autem D. Augustinus in libro quaestionum veteris testamenti: Per quod ostenditur Spiritū Sanctū gratiarū, nō personā sequi digni aut indigni sed ordinem traditionis: ut quamvis aliquis boni meriti sit, nō tamē possit benedicere nisi fuerit ordinatus, ut officium ministerij exhibeat. Cū igitur non merita sint consideranda, sed saltem officia, quia nemo potest benedicere nisi ordinatus sit, ut officium ministerij exhibeat: quomodo benedicere possunt heretici, ubi non subsistit ministerij officium, quod recedendo ab Ecclesia in oculis Domini amiserunt? Sed e contra ait Augustinus in Genesi ad litteram, Et si aliqua culpa quis ab officio remoueat: Sacramento Domini semel imposito non carebit, quamuis ad iudicium permanente. Item ad Parmenianum: Quod quidam dicunt baptismum quem accepit non amittit qui recedit ab Ecclesia, sed ius tamen dandi quod accepit amittit: multis modis apparet frustra & inaniter dici. Primo, quia nulla ostenditur causa cur ille qui ipsū baptismum amittere nō potest, ius dandi possit amittere. Vtrumque enim Sacramentum est, & quadam consecratione vtrumque homini datur: illud cū baptizatur, istud cū ordinatur: ideo non licet à Catholico vtrumque iterari. Nam si quādo ex ipsa parte venientes etiam praepositi pro bono pacis correcto schismatis errore suscepti sunt: & si visum est opus esse ut eadē officia gererent quae gerebant, non sunt rursus ordinati.

Sed sicut baptismus in eis, ita ordinatio mansit integra: quia in praesentione fuerat vitium, quod vnitatem pacis correctum est, non in Sacramentis, quae vbiunque sunt, ipsa sunt. Item idē ad Donatistas: Sic ut vergeri videor, cū mihi dicitur, ergo hereticus dimittit peccata, cum iuxta te baptizat, sic & ego vergeo cū dico, ergo auarus religionis simulator peccata dimittit. Si per vim Sacramenti Dei, sicut & ille ita & ille: si per meritum suum, nec ille nec ille. Illud enim Sacramentum & in malis hominibus Christi esse cognoscitur: in corpore autē vnicę columbae, incorruptae, sanctae, pudicae, non habentis maculam aut rugam, nec ille nec ille inuenitur. Item idem: Cū tantū valet baptismus per hominem contemptibile, quantum per Apōsto-

De baptismo lib. 4. cap. 4.

lum datus: ita nec illius nec illius, sed Christi esse cognoscitur. Sed quia ius dandi baptismū tam laxū est Sacramentum, ut etiam laici si necesse est concedatur: videmus si ordinatio hereticorum integra (ut dictum est) in dando baptismō, sit etiā integra in Christi corpore consecrando. Ait Hieronymus ad Luciferianum: Sicut hic est qui baptizat Christus, ita hic est qui sanctificat. Et paulo post: Oro te inquit, ut aut sacrificandi ei licentiam tribuas, cuius baptismum probas: aut reprobas eius baptismum, quē non putas esse Sacerdotem. Neque enim fieri potest, ut qui in baptismo sanctus est, sit ad altare peccator. Quia igitur qui haerese vel schismate ab Ecclesia recedit, sacrorū ordinū Sacramenta non amittit, quae vbiunque sunt ipsa sunt, quae ipse quidē sicut etiam Ecclesiasticus peccator non per meritū suum, cum neuter in corpore vnicę columbae inueniatur, sed per vim ipsorum Sacramentorum sicut ille & ille administrat: Sacerdotiū omnino integrum apud hereticos, quamuis ad iudicium manet: cū ut ait Hieronymus, aequē sit eis concedenda licentia sacrificandi sicut & baptizandi. Itē cū Augustinus astruat recedentem ab Ecclesia, sicut baptismū sic nec ordinē dandi baptismi posse amittere, quia vtrumque Sacramentū quadā consecratione homini datum, non est à Catholico iterandum: quod & vsu comprobans Ecclesiastico, dicit quod ex ipsa parte venientes, non sunt rursus ordinati, ut eadem officia gererent quae gerebant, sed sicut baptismus ita ordinatio eis mansit integra: quis dubitet hereticis integrā sacrificij esse administrationem, cum & si amissa creditur iteranda sit, quod est nepharium: & ipsum Sacerdotium non alio modo sit integrum, nisi tam in baptizando, quam in sacrificando non imminutū: Vnde Leo ad Mauros Episcopos: Maximum quoque ex laico licet reprehensibiliter ordinatum, tamen si Donatista iam non est, ab Episcopali, quam quoquomodo adeptus est, nō repellimus dignitate. Item ad eosdem: Donatum autem Sciacensem ex Nouatiano vt cōperimus cum sua plebe conuersum, ita Dominico gregi volumus praesidere, vt Nouati dogmatis damnet errorem. Ecclesis hereticis Leone annuente, ordinatio redeuntibus nō est iterata, sed mansit integra: quae cū Episcopalis fuerit, quis eam neget integram in sacrificando cū integra concessa sit etiam in Sacerdotes consecrando?

CAP. XI.

Quod ipse Augustinus manifestē approbans, apud hereticos testatur sacrificium non solum verum esse & sanctum, sed & salutare: ita in dialogo suo scribens ab Petilianum: Petilianus dixit: Si quisquam carmina Sacerdotis memoriter teneat, nunquid inde Sacerdos est quod ore sacrilego carmen publicat Sacerdotis? Augustinus: Ita istud dicitis quasi quæramus quis sit verus Sacerdos, & nō quid sit verum baptismum. Ut enim quis sit verus Sacerdos, oportet ut non solo Sacramento, sed iustitia quoque induatur, sicut scriptum est: Sacerdotes tui induantur iustitia. Qui autem solo Sacramento Sacerdos est: quamuis ipse non sit verax, quod dat tamen verum est, si nō det suum sed Dei.

Leo Papa.

Quod etiā salutare sit sacrificium hereticorum si mundē communicetur à Catholicis. Li. 2. c. 30. p. sal. 13.

Hierony.

Hierony.

August.

Si Apōstolus nescio cuius alienigenae testimonio, quia verū comperit, etiā ipse attestatus est: cur nos apud quemlibet inuenimus quod Christi est, & verū est, etiam si apud quem inuenitur peruersus & fallax est, non discernimus vitium quod homo habet & veritatē quā nō suam, sed Dei habet, & dicimus, Sacramentum hoc verum est, sicut ille ait, testimonium hoc verum est: Item: Vos autem necesse est ut semper erretis, quāmdiu propter hominū vitia Dei Sacramēta violatis: aut nos propter Dei Sacramēta, quae in vobis violare nolumus, etiam vestri schismatis sacrilegium assumere putatis. Item Saul nō habebat innocentiam, & tamen habebat sanctitatem: non vitae suae, sed Sacramenti Dei, quod & in malis hominibus sanctū est. Item, Nos dicimus tale cuique fieri sacrificiū, qualis accedit ut offerat, & qualis accedit ut sumat: & eos de sacrificiis talium māducare, qui ad illa tales accedunt, quales & illi sunt. Itaque si offerat Deo malus, & accipiat inde bonus: tale cuique est, qualis quisque est, quia & illud scriptum: Omnia munda mundis. Per hanc sententiā veridicam & Catholicam, etiam vos Optati sacrificio nō estis polluti, si facta eius displicebant vobis. Nam vtique panis illius, panis luctus erat, sub cuius iniquitatibus Africa tota lugebat: sed panē luctus omnibus vobis cōmunem, omnium vestrum malum schismatis facit. Item ad Parmenianum: In omnibus quaestionibus intelligēdum admonemus, quia scilicet omnia Sacramenta cū ob sint indignē tractantibus, profunt tamen per eos dignē fumentibus, sicut & verbum Dei. Vnde dictum est: *Quae dicunt facite, quae autem faciunt, facere nolite.* Cū ergo sancti omnia Sacramenta quia Christi sunt, tam apud hereticos quā Catholicos astruat vera esse & sancta, & eadem etiam mundis ventibus salutaria, quia omnia munda mundis testentur etiam nihilominus eadem polluta, quia tractata sunt ab illo qui pollutus est in anima: sollicitē attendendū est, qua discretionibus sint à Catholicis sumenda, ne haereticis nefariā autoritatē in Ecclesia obtineat, si in Sacramentis suis hereticos, & Catholicos, nulla eligendi vel spernendi ratio discernat. Ait Apōstolus: *Hereticum hominem post primam & secundam correctionē denota, sciens quod huiusmodi delinquat, proprio iudicio condemnatus.* Quod cum de omni heretico semper spiritualiter, aliquando etiam corporaliter sit obseruandum: in praesentibus tamen, & eis qui pacem Ecclesiae perturbare possunt, discretius est agēdum. Cū enim canonicē statutum sit, ut si pastor à fide exorbitauerit, sit prius à subditis secretē corrigendus: quod si incorrigibilis (quod absit) apparuerit, erit accusandus: quomodo interim à subditis suis est vitandus, quamuis Apōstolus cum huiusmodi nec cibum sumere iubeat, cū ordo canonicus ne accusatus prohibeatur à communionē, nisi ad iudiciū venire distulerit interdicit? Vnde sciendū est quia si nō corporaliter, saltem spiritualiter ne ei consentiant, debent vitare, sicut & Augustinus paulo superius ait: Optati sacrificio vos polluti non estis, si facta eius displicebant vobis, Ecce isti sciebāt Optatum esse schismaticum: sed quia nō consentiebant eius communioni impolluti erant. De quo etiam, quia pacem Ecclesiae perturbare poterat, ait Augustinus ad Emeritum: Nō reprehendimus, si eo tem-

Cap. 48.

Cap. 5.

Tit. 1.

Lib. 2. Cap. 10.

Matth. 23.

Tit. 3.

* al. qui

porē ne multos secum excommunicatus traheret, & cōmunionem vestram schismatis furore praecideret. Optatum excommunicare noluit. Cur ego Augustinus Optati communionem ad tempus toleratam non reprehendit: nisi quia peius scādalum, quod ille inferret Ecclesiae, vitari vtilius duxit? Vnde item Augustinus: Quibus mali placent in vnitatem ipsi communicant malis: quibus autem displicent, & eos emendare non possunt, ne simul cum zizaniis eradicet & triticum, non factis eorum, sed altari communicant: ita ut non solum ab eis non maculentur, sed diuinis verbis laudari mereantur, quia pro bono vnitatis tolerant quod pro bono vnitatis oderunt. Quod cautissimē obseruandū est, maximē in hereticorum & schismaticorum Sacramentis. Quamuis enim perfectorum, sit sine macula in cōuersatione tolerare malos: difficile tamen est exemplo illorū, si incircumspectū sit nō corrumpi ceteros. Eleazarus enim in suilla carne comedenda simulationē etiam occidendus respuit, quia et si nō sibi peccato, aliis tamē suspicionis exēplo nocere timuit. Vnde Ambrosius salubriter consulens ait: Si qua est Ecclesia, quae Apostolicae veritatis fundamenta non possideat: ne quam tibi labem possit ingerere, deserenda est. In cauenda itaque prauorum malitia, suae fraternaeque salutis attendenda est necessitas: ut & prauos tolerent boni, ne Ecclesiae dissipent vnitatem, & prauos etiā corporaliter fugiant, ne vel consensu vel opinione, suam vel fraternam negligant salutem.

CAP. XII.

Astruendum est hereticorum Sacramenta, quia Christi sunt, Catholicis si eis discretē vnitatem esse vitia: quae tamen pro certo sciendum est, ipsis hereticis, vel eorum complicibus noxia esse & laetifera. Quia ut ait Augustinus ad Petrus Subdiaconum, tantum valet Ecclesiasticae societatis communitas ad salutem, ut etiam baptismum non saluetur, cui ibi nō datur ubi oportet ut detur. Vnde in Africano Concilio cap. 24. In Ecclesia omnia Sacramenta salubriter & vitaliter accipiuntur quae perseverantibus in haerese, magnā dānationis poenam cōquirunt: ut quod eis in veritate ad vitam esset luminosius, hoc in errore sit tenebrosius atque damnosius. Eadem ergo Sacramenta vbi que vera & sancta: in Ecclesia accipiuntur salubriter, extra Ecclesiam damnabiliter. Vnde etiam B. Augustinus sacrificium Optati, quod mundum mundis astruxerat, panem luctus vocat, quia eos contaminabat, quibus extra Ecclesiam veti sacrificij locus non erat. Quod etiam à sanctis execrabile Domino dicitur, non respectu illius quod sanctum est, sed respectu illorum qui aequē damnantur, illud illicite sacrificiando & sumēdo, sicut aliquid Deo execrabile perpetrando. Vocant etiam sancti illud sacrilegum, pollutū, inane & falsum. Sacilegū ideo: quia sicut aurum verum quidem est in arca furis vti in thesauro Regis, sed tamē sacrilegū: quia à fure illicite vsurpatum, sic & illud ab hereticis. Pollutū: nō quod in se ita sit, sed sicut dies laetus dicitur quia laetos facit: ita ipsū quia magis polluit, sacrificantem reū magis cōstituendū, quā mundet iustificādo.

Eleazarus. Mach. 8.

Ambrosius

Quomodo soluitur illud, quod sancti de improbandis hereticorum sacrificiis dicunt.

Mala. a.

Inane autem & falsum: quia effectum salutis, quem videtur promittere, non confert, quem conferret si rite fieret. Vnde & Deus dicit: *Maledicam benedictionibus vestris*, eas priuando fructu salutis. quod autem dicitur, non est corpus Christi quod schismatica conficit, quia apud huiusmodi Eucharistia confici non potest: non ita intelligendum est, quasi corpus Christi essentialiter verum, in Sacramento non conficiat: sed quia cum in altari Ecclesia concorporalis & consacramentalis sit Christo, vniuersum corpus Christi caput scilicet cum membris non conficit: qui cum extra Ecclesiam sit, seipsum Christo & Ecclesiae in vtriusque Sacramento non vnit. Cum enim altaris sacrificium, signando ipsius Ecclesiae & Christi vnitatem, vniuersi corporis Christi sit Sacramentum: non conficitur ibi Christus, vbi non conficitur vniuersus. Et ideo non fit ibi Eucharistia, vbi vnitatis totius Dominici corporis non administratur gratia. Vnde Augustinus: Hæretici querunt diuisionem, cum panis iste indicet vnitatem. Et alibi: Qui accipit mysterium vnitatis, & non tenet vinculum pacis: non mysterium accipit pro se, sed testimonium contra se. Nec Christus igitur, nec spiritus Sanctus apud eos est per gratiam, qui tamen vbi que est per essentiam. Vnde Hieronymus in Amos Prophetam: Odit Deus sacrificia hæreticorum, & à se proiicit: & quoties in nomine eius congregati fuerint, detestatur factorem eorum, & claudit nares suas. Quod dicit humano more loquens: non quod Deus sancta sua improbet, sed quod eorum propitiationem non recipiat. Hæc igitur & si qua alia à sanctis contra Sacramenta hæreticorum seu detestabiliter dicta reperiuntur, non ita exponenda sunt, vt veritatem vel sanctitatem Sacramentorum, cum omnia omnino Christi sint, improbant: sed in malitiam & damnationem illorum, qui illicite vsurpant, redundant.

CAP. XIII.

Vtrum Sacramenta rite fiant, si solennibus verbis aliqua contra fidem, vel incuria, vel hæresi interserantur. Lib. 1. c. 8.

Quæritur autem, cum solennia verba, & inuocatio diuini nominis tantæ virtutis sint, vt omnia Ecclesiae Sacramenta perficiant: si in ipsis ex industria vel negligentia proferentis aliquod erroris vitium sonet, vtrum etiam tunc Sacramenta rite perficiant. Vnde sciendum est, quia qui tacendo vel male proferendo quod debet in solennibus verbis perfidè peccant: eorum Sacramenta ita damnat Ecclesia, vt ea vel pro nullis reputando iteret, vel pro imperfectis cõsummet: ita tamen, vt quæ in eis vera sunt, agnoscat & approbet. Vnde Augustinus in libro de baptismo, qui seipsum à societate cæterorum separates, charitate violata, vnitatis vinculum rumpunt, si nihil faciunt eorum quæ in vnitatem acceperunt, in omnibus separati sunt: & ideo quæ sibi sociant, si ad Ecclesiam redierit debet omnia quæ non accepit accipere. Si verò nonnulla eadè faciunt, nõ se in eis separauerunt, & ex ea parte Ecclesie cõnectitur: & ideo si quis eis sociatus ad Ecclesiam venire voluerit, in eo sanatur, vbi laniatus errabat, vbi verò sanus connectebatur, non curatur, sed agnoscitur. Laicos igitur à Paulianistis, qui nomè Trinitatis refutant, nõ dicã baptizatos, sed aqua lotos: Ecclesia

A omnino baptizat. Arianorum verò & cæterorum hæreticorum baptisma, quia nomen Trinitatis inuocant, non iterat: sed cum penitentia & manus impositione consummat. Sciendum enim quia fide omnia Sacramenta complentur: quoniam vt ait Apostolus, corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Item Augustinus: Vnde tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluit, nisi faciente verbo? Non quia dicitur, sed quia creditur. Constat ergo quia cum in Sacramentis conficiendis, & dicendum sit, & credendum, vtrunque syncerè fieri oportet: maxime ne mens in fide titubet, etiã si lingua per incuriam in sermone erret. Exteriora enim nostra non ad eò pensantur à Domino, quantum cordis intima: qui in omni negotio magis examinat non quid, sed qua intentione vel fide fiat. Vnde Augustinus in Epistolam Ioannis, cap. 7. *Si pater tradidit filium*, & filius seipsum, Iudas quid fecit? Facta est traditio à patre, facta est à filio, facta est à Iuda. Vna res facta est, sed quæ res discernit eos? Quia hoc fecit pater & filius in charitate, Iudas autem in proditione. Videtis quia non quid faciat homo cõsiderandum est, sed quo animo & voluntate faciat. Item idè in homiliis suis, *Tu es Christus filius Dei viui*. Hoc dixit Petrus: & audiuit: *Tues Simon Bariona*. Hoc dixerunt & demones: & audierunt, Obmutescite. Vna vox est: sed Dominus interrogat radicem nõ florè. Item Hieronymus in Osee, Illi offerunt panè sacrilegum &c. Quæ si verè fiant, holocausta interpretor: cum autè scientiã Dei reliquerint, frustra capite fidei truncato, cætera mēbra se habere iactant. Patet igitur quia si in solennibus verbis vel recitèdo vel admiscendo hæresin inducunt, Sacramentum eorum vel veritate vel vtilitate mutilatur, teste Ambrosio, in libro de iniciandis rudibus. Quia secundu Apostolũ, *quidquid ex fide non est, peccatum est*: & ipsis qui faciunt, & quibus faciunt, non solum nõ prodest, sed & ad iudicium est.

D Si autem vel incuria, vel negligentia, vel ignorantia aliqua erroris verba inseruntur, nõ idè Sacramentũ minus fieri credendũ est: quia vt supra dictũ est, Deus interrogat veræ fidei radicem, nõ locutionis florem. Vnde Augustinus de baptismo libro 6. Si non sanctificatur aqua cum aliqua erroris verba per imperitiam peccator effundit: multi non solum mali, sed etiam boni fratres in ipsa Ecclesia nõ sanctificant aquam. Multorum enim preces emendantur quotidie, si doctioribus fuerint recitata: & multa in eis reperiuntur contra Catholicam fidem. Nunquid si manifestetur aliquos esse baptizatos, cum illæ preces dictæ fuissent iubentur denuo baptizari? Quid ita? Quia plerunquè precis vitium superat precantis affectus: & quia cuncta verba illa Evangelica sine quibus non potest baptismus consecrari, tantũ valent, vt per illa sic euacuentur quæcunque in prece vitiosa contra regulam fidei dicuntur, quemadmodum demonium Christi nomine excluditur. Ita si quis preces afferat contra regulã fidei, arbitrans quod bonæ sint, nõ tamè quod in eis peruersum est, non euacuat illa quæ ibi recta sunt, sed ab eis potius euacuat.

Item Zacharias Papa Bonifacio Episcopo: Detulerunt nuncij tui, quod fuerit in eadem Prouincia Sacerdos, qui Latinam linguã penitus ignorabat: & dum

Math. vi.

& dum baptizaret nesciens Latine eloqui, linguam infringens dixerit: Baptizo te in nomine Patriæ & filia & Spiritus sancta: Et per hoc tua reuerèda fraternitas considerauit rebaptizare. Sed sanctissime frater si ille qui baptizauit non errorem inducens aut hæresin, seu pro sola ignorantia Romanæ locutionis infringendo linguam (vt supra fati sumus) baptizans dixit: non possumus consentire vt denuo rebaptizarentur. Ecce Augustinus baptizatos, precibus contra fidem dictis quia precis vitium superat precantis affectus, non denuo sinit baptizari. Zacharias ipsis verbis vitiat, sine quibus baptisma non potest rite fieri, quia baptizans hæresin non inducibat, prohibet rebaptizari: quibus tamè si hæresis induceretur, profecto rebaptizandum fuisset, quia Trinitatis nomè non verè prolalum fuisset. Vnde etiam cum vt supra dictum est, Nicolaus Papa ad cõsulta Bulgarorum baptizari in nomine Trinitatis vel tãtum in nomine Christi, vnum idèmq; teste etiam Ambrosio astruat: e contra Pelagius Papa quia per hoc hæresim induci vidit, id fieri vetat, dicens Gaudètio Episcopo: Multi sunt qui in nomine solummodo Christi, vna etiam mersione se afferunt baptizari. Euangelicum verò præceptum ipso Domino Deo & Saluatore nostro Iesu Christo tradente, nos admonet, in nomine Trinitatis, trina etiam mersione sanctum baptisma vnicuique tribuere, dicente Domino nostro Iesu Christo discipulis suis: *Ite, baptizate reuera de prefatis hæreticis qui in locis tuè ditionis vicinis commorari dicuntur, solummodo in nomine Christi baptizatos fuisse forsitan consentitur: sine cuiusquam dubietatis ambiguo eos ad Catholicam fidem venientes in sanctæ Trinitatis nomine baptizabis. Quod idè dicit quia forsitan isti hæretici vt Paulianistæ nomen Trinitatis refutabant. Et ideo in nomine Trinitatis eos rebaptizari præcepit, ne in nomine Domini quasi vnius personæ tantum se posse baptizari credant: quod tamen vbi sine periculo hæresis fieri potuit, Nicolaus Papa cõcessit. Sed ecõtra Augustinus in libro de vnicò baptismo ait. Satis ostendimus ad baptismũ qui verbis Evangelicis consecratur, non pertinere cuiusquam dantis vel accipientis errorem: siue de patre, siue de filio, siue de Spiritu sancto aliter sentiant quàm doctrina cœlestis insinuat. Ecce hi hæretici quia aliter senserunt, annullato priori baptismo rebaptizari iussi sunt: quia quamuis in nomine Domini, tamen in nomine Trinitatis baptizati nõ sunt. Vnde Gregorius Quirino Episcopo in Hybernia: Hæretici qui in Trinitatis nomine minime baptizantur, sicut sunt Sonosiaci & Catharigæ, cum ad sanctã Ecclesiam veniunt, baptizantur: quia baptisma non fuit, quod in errore positi in sanctæ Trinitatis nomine nõ perceperunt. Nec potest ipsum baptisma dici iteratum, quod in Trinitatis nomine non erat datũ. Vnde etiam Innocentius Papa capitulo quinquagesimo cum à Paulianistis venientes rebaptizari iuberet, causam subdidit: Quia Paulianistæ, inquit, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti minime baptizant. Sed opponitur, quia si baptisma Dei nomine sine Trinitatis nomine consecratum irritum indicatur: ergo diuini nominis inuocatio annullatur,*

& quod multis sanctis auctoritatibus est prohibitum, præuorum malitia Sacramentum Christi violatur. Sed econtra scièdum est, quia non est Sacramentum Christi, quod in errore positi contra institutionem Christi faciunt: nec est vera diuini nominis inuocatio, quia cõtra Christi præceptum Christianæ fidei periclitatur perfectio: nec ipsum nomè Domini vel Dei verum est, quod perfidia proferentis adulteratum, verboreus quidem Deum sonat, sed secundum hæresin aliud sonat: dum scilicet in Deo vel Domino, fidem Trinitatis refugiens hæreticus, ipsum nomen singularitati vnius personæ tantum astringit: vel secundum quod varia hæresi, Deũ sibi præpingere præsumit. Sicut ergo sancti eos in nomine Saluatoris petere non prædicant, qui contra salutem petunt: sic illi nomen Domini non inuocant, qui contra fidem mutato Ecclesie ritu hoc faciunt. Cũ ergo verba Ecclesiastica mutantur, & error vel hæresis introducit, vbi nec fides est, nec fidei verba: quomodo credenda est subsistere veritas Sacramenti? Vnde Augustinus ad Emeritũ, Sacramenta quæ non mutantur, sicut habetis approbatur à nobis. Et paulò post: illa quæ schismatici & hæretici non aliter habent, nec aliter agunt quàm vera Ecclesia: cum ad nos veniunt non emendamus, sed approbamus. Item idem ad Vincetium, Ex Catholica Ecclesia sunt omnia Sacramenta Dominica, quæ sic habetis & datis quomodo habebantur & dabantur priusquam inde exiretis. In quo notandum est, quia si hæreticorum Sacramenta ab eo ritu mutantur quem Ecclesia instituit & obtinent, non sunt à Catholicis approbanda: quia mutata iam non sunt Ecclesiastica, sed hæretica, sicut Innocentius, Pelagius, Gregorius, baptisma hæreticorum quocunque Dei nomine factum refutauerunt: quia mutatum ab Ecclesiastica institutione, non in nomine Trinitatis celebratum videntur. Si autem solennia verba non mutantur, sed rite proferuntur, & ipsa executio Sacramenti rite perficitur, tunc hæreticorum perfidia Sacramenti veritatem non impedit: quia quod hæretici aliter non habent nec agunt quàm vera Ecclesia, non emendatur à Catholicis, sed approbatur. Vnde Augustinus de Ecclesiasticis regulis: Si qui apud illos hæreticos baptizati sunt, qui in sanctæ Trinitatis cõfessione baptizant, & veniunt ad Catholicam Ecclesiam, recipiantur vt baptizati: ne sanctæ Trinitatis inuocatio vel cõfessio annulletur: in Sacramentis ergo cõficiendis & nocet error cordis, cum verba contra fidem proferuntur in prece, quia nõ ea superat precantis affectus in fide: & non nocet cum ipsa verba proferuntur nullatenus mutata ab vsu Ecclesie. Si autem error cordis non est, non nocet mutatio prolationis verborum, vel executionis Sacramentorum: quia verba etiam si contra fidem sunt, precantis affectus superat: & in vna fide nõ nocet diuersa cõsuetudo Ecclesie. Vnde etiam cum Pelagius hæreticos in Christi nomine baptizatos vna mersione, iubebat rebaptizari trina mersione: beatus tamè Gregorius vnam mersionem sicut & trinam approbat. Sed tamen in vna fide hanc Ecclesie diuersam cõsuetudinem cõmendat: innuens quod vbi fides vna est, diuersa executio Sacramenti non impediatur. Ait enim Leodro Episcopo, De trina mersione baptismatis nihil

respondere verius potest, quam ipsi sensistis: quia in vna fide nil officit Ecclesie diuersa consuetudo. Nos autem quod tertio mergimus, triduanæ sepulturae Sacramenta signamus: vt dum infans tertio ab aquis educitur, resurrectio triduanæ tēporis exprimat. Quod si quis etiam pro summæ Trinitatis veneratione existimet fieri, neque enim aliquid obstitit, baptizandum semel in aquis mergere: quia in tribus personis vna substantia est. Reprehensibile nullatenus esse potest infantē in baptizate vel ter vel semel mergere, quando & in tribus personibus personarum Trinitas, & in vna potest diuinitatis singularitas designari. Cū ergo Pelagius hæreticis trinā tantum personē indicet, sanctus Gregorius in vna fide trinam & vnā æquē approbet, Nicolaus in nomine Christi baptismum ratum concedat. Pelagiū hæreticis iterari iubeat: cōstat quia mutatio verborum vel executionum Sacramentalium quæ fidelibus rata cōceditur, apud hæreticos irrita iudicatur. Qui enim baptizauit in nomine Patriæ & Filie & Spiritus sanctæ, si ita vt sonat verba credidisset, proculdubio errasset, & sic errando nomine veritatem Sacramenti annullasset: Si enim in habitatione alicuius patriæ, sicut Donatistæ Africanā tantummodo Ecclesiam credebant esse Catholicam: & Iudæi Iudæam locum sanctificationis, & in filiæ alicuius cōiugio, & in sancta aliqua crederet baptismi consistere sanctitatem & salutem: quis hoc hæresin esse non iudicaret? Quis his tam Prophanis verbis baptismum consecrari crederet? Et tamen hæc verba contra finem prolata quia simplicitas proferētis & fides excusant, concedente Zacharia baptismi veritas rara permansit. Vnde sciendū est, quia cū in omnibus Sacramētis omnia sint fideliter & attentē dicēda, & agenda quæ solēniter instituta sunt, si tamē (quod absit) apud fideles per incuriā aliter eueniat in aliquo, non irrita iudicanda sunt, quia vt dictum est, & precantis affectus superat, & series Euāgelicorum verborum rite prolatorum, cetera etiam contra fidem admixta euacuat. CAP. XIII.

Quæritur autē quare Christus præ cæteris Dei nominibus maximē in nomine Trinitatis baptismum consecrari voluerit, adeo vt baptismum cæteris Dei nominibus præter fidem factum sit irritum: in nomine autem Trinitatis etiam præter fidē Trinitatis consecratur, sit ratum? Sed e contra sciendū est, quod in nomine suo consecratur sine fide vel aliquo merito, est ratum, idē fit vt dictū est, vt omnia Sacramenta suæ gratiæ esse deputentur. Quod autem in nomine Trinitatis hoc maximē fieri voluit, idē factum est, quia in eo Christianæ fidei perfectio summāque consistit: quia & generationis filij à patre, & processionis sancti Spiritus ab vtroque cōtinet arcanum, verōque Deo ita est propriē proprium, vt à seculo nulli falso Deo fuerit communicatum. Quia quum, vt ait Apostolus, sint quidem Dij multi, & Domini multi, præter ipsum tamen in nullo potuit vt Trinus & vnus diceretur inueniri. Hoc enim nomē à seculo variis mysteriorum figuris occultatum, non solum pro sua nouitate est mirabile, sed & pro diuinæ maiestatis arcano ineffabile: quia in eo & quod trinum est, vnitatem non excedit, & quod vnum est, trinitatem non adimit. Vt ergo nos à falsorum Deorum errore reuocaret ac di-

Quare in nomine Trinitatis baptismum fieri institutum sit.

1. Cor. 8.

stingeret, non nomine falsis Diis communicato, sed solius veri Dei proprio nomine Trinitatis ad omnia peccata diluendā in baptizate daturus plenitudinem gratiæ, plenitudinem etiam huius fidei dignatus est reuelare: quia ad innouādōs homines nouā, ad cōsummādōs perfectam dedit cōtra hæreticorum versutias, ratam etiam & certā esse voluit. Nouo ergo nomine Trinitatis in baptizate instituit dari nouā fidem Christianitatis: vt vnde haberet regenerationis initiū, renouationis consequeretur effectum: certiusque & fortius cōtra omnes hæreses fidem illam obtineret, sine qua nulli parere ingressum vel Ecclesie vel cœlestis patriæ cognosceret. Nouo etiam nomine Trinitatis Christianam regenerationē initiari voluit & consecrari: vt per illud quod nullo prius seculo reuelatū fuerat, fides nascentis Ecclesie tanto maiori fulgeret merito & præmio, quanto maioris cognitionis diuinæ instrueretur arcano, quod ad reuelandum hominibus, solius filij Dei reservatum erat priuilegio. Vnde ipse per Prophetā: *Propter hoc sciet populus meus nomen meū in die illa: quia qui loquebar ecce adsum.* Item in Euāgelio, *Pater manifestauit nomē tuum hominibus.* Quāuis enim sancti prioribus seculis credidisset Trinitatē sine cuius fide salui esse nō poterant, non tamē ita manifestē vt in plenitudine gratiæ, quia vt ait Dominus in Euāgelio, *multi reges & Prophete voluerunt videre quæ videtis, & non viderunt, et audire quæ auditis, & non audierunt:* quia non eis fuerat reuelatum. Præmonstrans ergo Christus fide & nomine Trinitatis baptismū nunciandum esse consecrādum, cūm baptizaretur, *vox patris audita est,* quæ filium sibi placitū eum testaretur: *Spiritus sanctus in colūba specie super eum visus est:* vt Ecclesia in suo crederet Trinitatem non deesse, quā in sui capitis Christi baptismate corporaliter etiam cognouisset adesse: patrem in sono audiens, filium in carne, Spiritum sanctum in colūbæ specie præsentē videns. Super huius fidei firmitatē Christus Ecclesiam suam fundari instituit, Ecclesie suæ pastori Petro dicenti, *Tu es Christus filius Dei viui,* quia in hoc de Trinitate perfectē senserat: respondit, *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram, id est, super huius fidei firmitatem, edificabo Ecclesiam meam.* Vnde etiā Deus pater per Prophetam, *Ponā in Syon lapidem angularem, preciosum, in fundamento fundatum, qui crediderit in eum, non confundetur.* Item Paulus, *Ve sapiēs architectus fundamentū posui, fundamentū autem aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, qui est Christus Iesus.* In Christo enim tota Trinitas intelligitur teste Beda, in actus Apostolorum. Cum Ecclesie regula sit fideles in nomine sanctæ Trinitatis baptizari: quomodo Lucas per totū huius libelli textū, non aliter, quā in nomine Iesu Christi baptismum dari testatur: Quod ita Ambrosius soluit, quod per cōmunitatem nominis impletum mysterium sit: quia siue Christū dicas & Deum Patrē à quo vnctus est filius, & ipsum qui vnctus est filiū, & Spiritū quo vnctus est designasti: scriptū est enim, *Iesum à Nazareth, quomodo Deus vnxit eum Spiritu suo:* siue patrem dicas & filium eius, & Spiritū sanctum, tres pariter indicasti, si tamen & id corde cōprehendas: siue Spiritū dicas & Deū patrē à quo procedit Spiritus sanctus, & filium quia filij quoque est Spiritus nuncupasti. Quū ergo Christus in fide & nomine Trinitatis Ecclesiam suam

Esa. 54.

Ioan. 17.

Luc. 10.

Matth. 3.

Matth. 18.

Esa. 26.

1. Cor. 1.

Act. 10.

suam fundari disponat, quis cōtra hanc institutionem aliter agens, ratū & aliquid faciat verum quæ & Propheticæ & Euāgelicæ authorizata est, & præter quum aliud fundamentum neminem posse ponere Apostolus clamat: In celebrādis igitur Christi Sacramētis non sectarum nouitates vel hæreses in-

ducere, sed eius institutionibus studeamus fideliter deseruire: vt sicut eius potestate verum, ita eius auctoritate ratum est quod in eis agimus, sic eius gratia salutiferum nobis sentiamus: Qui cum patre & Spiritu sancto viuut & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum, Amen.

SACRI CANONIS MISSÆ EXPOSITIO, VIRI VETVSTATE, RELIGIONE, ET ERVDITIONE VENERABILIS ODONIS QVONDAM ECCLESIAE Cameracensis Episcopi, quatuor diuisa distinctionibus.

Domini Odonis Cameracensis Episcopi Præfatio in tractatum super Canonem Missæ.



Do Cameracensis Ecclesie minister indignus, Odon dilecto filio suo, sub venerabili Abbate Haslingensi Fulgentio, dominicis castris militanti, salutem. Præsumptionis argui timo, quod ausus sum rem difficilem contingere, & extendere conatus in alta profunditate: scilicet exponere Canonem altaris, & probare tanta mysteria, sicut scriptum est: *Altiora re ne qua seris et fortiora te ne scrutatus fueris.* Sed quomodocumque me iudicent alij, tu scis frater, quantæ precum instantia me vicisti, vt tantum onus sustollerem: magis credens adiuuari deuotione & precibus tuis, quā mea virtute. Impium enim erat tanto desiderio non acquiescere, etiam si vires excedat: & iudicauit magis sub fasce ruendum, quā tibi omnino contradicendum. Itaque confusus in Dei auxilio vt tuis precibus tibi cœpi præfens apud te, & absens perfeci sine te. Oro autem vt textus cuiusque capituli præscribitur expositioni totius: ne cito præsumantur additiones vel detractiones, vel mutationes in Sacro Canone: quod nephas ducimus fieri, sine Romano Pontifice.

TEXTVS CANONIS, PRIMA DISTINCTIO.

Te igitur clementissime pater, per Iesum Christum filium tuum, &c.

DOMINI ODONIS EXPOSITIO.

Via dignum & iustum est nos tibi agere gratias: te igitur clementissime pater rogamus, vt à nobis sacrificium accipias. Et quia nostras voces supplicii confessione admittis, te igitur clementissime pater, per Iesum Christum filium tuum supplices rogamus, & reale sacrificium acceptari: vt laudes vocum substantiale sequatur sacrificium (Rogamus & petimus) Rogatio ostendit humilitatem, petitio confidentiam qui aliquid implorat, humilitatem debet ostendere, & de impetratione confidere. Itaque supplices rogamus, confidenter petimus. Vnde scriptum est: *Petat à Domino nihil hesitans. Qui enim hesitat, similis est fluctui maris.* Et iterum: *Quicquid credentes petieritis, accipietis.* (Vt accepta habeas & benedicas) Accepta, id est grata & placita. Accepta habeas, culpiss nostris data venia: non offensus, imo nostra deuotione placatus. (Et benedicas) multiplicando gratiam, augendo dignitatem, imò conuertendo in excellentissimam immortalitatis & incorruptionis creaturam. (Hæc dona) Hæc dona, quæ tibi donamus, vt tibi maneant per tuam benedictionem firmata: hæc dona, quæ tibi donamus, vt apud te consistant per tuam benedictionem incorrupta:

Iacobi. 1. Marc. 11.

Hæc dona, quæ tibi donamus, vt fiant tibi Deus assumpta. Si quidem verbum caro factum est (Hæc munera) Solemus illos munerare, à quibus aliquid molimur obtinere. Hæc munera, quibus te in pane terreno muneramus vt obtineamus eum cœlestem: Hæc munera, quibus in corporali cibo te muneramus, vt alimentum inde spirituale consequamur. Hæc munera, quibus te muneramus in substantia panis & vini, vt percipiamus inde corpus & Sanguinem Christi. (Hæc sancta sacrificia illibata) Sancta quia Deo oblata: Illibata, quia adhuc integra & intacta. Neque enim contingi debent, donec sumpserint vim spiritualem, & cōuersa fuerint in Christi corpus & Sanguinem. Nam prius sumpta, corpus tantum passerent. Vnde quidam superioribus adiungunt quod sequitur, sic distinguendo, Illibata imprimis: id est intacta primum quousque diuina benedictione munita, ad salutem sumantur animæ & corporis. Ex hoc verbo admonemur, vt appositus panis integer sit & nulla fractione vel læsura violatus (Imprimis quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta Catholica) Imprimis, quod superioribus iungitur secundū prædictum sensum, iungitur etiam inferioribus: significando quod offeramus hostiam, primū pro tota Ecclesia, deinde pro aliis qui sequuntur (Quam pacificare) ab hostibus visibilibus & inuisibilibus: vt nec hominū persecutionibus conculcetur, nec instinctu dæmonum criminibus polluat (Custodire) in ipsa pace (Admare) Ne schismatibus vllis & hæresibus diuidatur, sed in vnitatem Sacramentorum Catholicæ fidei, in omnibus tota adunetur Ecclesia. (Et regere diuinitū roborare) vt in suis consiliis, dispositionibus, iudiciis, decretis, institutis, actionibus nullo decipiatur errore, & in omnibus tuo ducatur moderamine. (Vna cum famulo tuo Papa nostro, & Antistite nostro, & Rege nostro, & omnibus Orthodoxis, atque Catholicis & Apostolica fidei cultoribus) De toto descenditur ad partes: vt cum imprimis pro tota Ecclesia, oratio fieret, postea de singulis solliciti simus. Alio namque tota Ecclesia eget regimine, alio singule Ecclesie, & alio singuli homines. Alia cura rebus est exhibenda publicis, alia priuatis. In tribus autem personis pro quibus orandum proposuit, hoc obseruandum viderur, vt pro Papa vero, & Antistite, & Rege, orent reliqui Presbyteri. (Orthodoxis) id est, vita & doctrina gloriosis, quorum fama dilatatur in populo, merito vitæ & doctrinæ. (Fidei cultoribus) non fidem tantum habentibus. Aliud est enim fidem habere, & aliud fidem colere, fidem colit, qui studet & intendit secundum fidem viuere: cum multi fidem habeant, qui hoc non faciunt.

Quis fidelis.

TEXTVS CANONIS, DISTIN- CTIO SECVNDA.

Memento Domine famulorum famularumque tuarum, N. & omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est, & nota deuotio: pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, &c.

D. ODONIS EXPOSITIO.

PRIMA periodus hucusque protensa pro tota Ecclesia, omnibus fidei cultoribus, orat. Secunda, quae hic incipit, pro praesentibus se accingit, qui sancti sacrificij sunt astipulatores & cooperatores. (Memento Domine famulorum famularumque tuarum & omnium circumstantium) id est, Memento quidem eorum quos supra proposui, id est, omnium Catholicae fidei cultorum, tam masculorum quam foeminarum & omnium circumstantium, scilicet qui corporaliter assunt, sanctorum cooperatores mysteriorum. Neque enim tanta sufficio Sacramenta conficere, nisi collectae multitudinis adiutus oratione, quam prius etiam sum hortatus ad orationes, dicendo: Orate fratres. Et sicut prima periodus, a toto descendit ad partes, ita secunda haec ab vniuersali procedit ad particulare. Omnes vero circumstantes, particulariter sequuntur. Et ne praesentibus intersint aliqui fidei praeruaricatores, & viciose vitae, subiungitur. (Quorum tibi fides cognita est) id est, qui probatae fidei sunt, & depositionis apud te: Cognoscere etenim Dei, approbare est. Aliter (Memento Domine famulorum famularumque tuarum) Et quia consequens in quibusdam codicibus inuenitur. N. littera, aliquorum fieri memoriam nominatim, significatur. Vnde quidam vsu tenent hoc in loco memorandi, quos chariores habent, consequenter subiungentes: Et omnium circumstantium, vt facta memoria charorum absentium, fiat & astantium. (Et omnium circumstantium) Cum primitus missae sine collecta non fierent, postea mos inoleuit Ecclesiae, solitarias & maxime in cœnobiiis fieri Missas.

Sacerdos astantium precibus iunatur.

Nota arcente.

A ne bonum cuiuslibet membro in salubrem succum ministraretur, vt totum corpus vegetetur a Spiritu Dei. Et hoc modo repetitur oratio, quae prius facta est pro omnibus Catholicae fidei cultoribus a solitariis dicentibus frequenter iterandas orationes, vt saltem importunitate vincatur Deus. (Quorum tibi fides cognita est) id est, Ideo Domine memento omnium circumstantium, omnium scilicet fidelium, quia eorum tibi fides cognita est & nota deuotio. Sic solitarij hunc locum intelligunt. (Pro quibus tibi offerimus vel qui tibi offerunt) Non solum sacerdotes & clerus (qui secundum diuersos gradus diuinis occupantur officiis) offerunt, sed etiam audientes, qui votis & orationibus assunt cooperantes, & osculo pacis tanquam comunicant, confirmantes quod actum est. (Hoc sacrificium laudis) vere laudis est diuinæ hoc sacrificium, sicut in hoc officio testati sumus: dignum & iustum est, æquum & salutare, Deo patri gratias agere, & cum laudibus angelicis precati sumus nostras voces admitti (pro se suisque omnibus) pro nobis offerimus, quando sacrificio poscimus Deum habere, & tutorem contra pericula corporis & animæ, & propitium ad obtinendos successus bonos in vtraque parte. Pro nostris omnibus quando oramus pro amicis nostris & rebus. Supplicamus enim pro pace amicorum, quando sunt in bello: pro tranquillo reditu, si sint in itinere: pro sanitate, si in infirmitate decumbunt: pro conuersione, si peruersi viuunt: & contra amicorum incommoditates, vt adiuuante Deo euadant. Pro rebus nostris frequentes in libris Missalibus inuenimus postulationes. Oramus enim tempore sacrificij contra incendia, pro locis nostris: contra nimiam aëris siccitatem, vel tempestatem, pro fructibus nostris: contra pestem pro animalibus nostris: contra alia damna, pro rebus aliis. Habemus enim secundum Apostolum in Christo consolationem praesentis vitae & futuræ. (Pro redemptione animarum suarum) Hoc enim solum est sacrificium quo redimi potuimus, cuius bonum sufficit contra nostrum malum quod magis est bonum, quam peccatum nostrum sit malum, & ideo maiori precio redimit nos a nostro malo (Pro spe salutis, & incolumitatis suae) Hoc sacrosanctum sacrificium, non solum liberat nos a malis, sed etiam accumulat nos bonis, non solum nos eripit a pœnis, sed etiam auget gaudia salutis & incolumitatis. Salutis (inquam) aeternae animarum, incolumitatis, id est, incorruptionis perpetuae corporum, & hoc est pro quo offerimus tam preciosum munus (Tibi que reddunt vota sua) Offerendo sacrificium laudis, reddunt tibi vota sua. Aliter forsitan vota sua non redderent, nisi tale sacrificium offerrent. Adiuuantur sacrificij virtute, vt vota queant reddere: Difficile est comprimere vicia, virtutes in habitum trahere. Sed vt hæc vota queat reddere sancti, a Deo necesse habent roborari, (Aeterno Deo viuo & vero.) Ad differentiam falsorum Deorum & insensibilium, quibus gentes frustra soluebant, Communicantes, Tibi offerunt sacrificium laudis, tibi que reddunt vota sua (communicantes.) Extra communionem nanque non est locus offerendi Deo veri sacrificij, vel vota soluendi, (Et

Offert cum sacerdote & populi deuotio.

r. Tit. 4.

di, Et memoriam venerantes, Aliter Deo gratum non offerimus sacrificium, aliter Deo vtiliter vota non soluimus, nisi memoriam sanctorum veneremur. Qui enim membra Christi non honorat, nec Christum, qui caput est honorare potest. Et qui non honorat filium, non honorat illum qui misit illum. Honoremus ergo caput in membris, Deum in sanctis suis: vt eorum meritis precibusque, in omnibus protectione diuinæ muniamur auxilio (In primis gloriosa, &c. vsque Muniamur auxilio per eundem Christum Dominum nostrum) In veneratione sanctorum hæc ratio custodienda est, vt primum & super omnes beata Dei genitrix honoretur, secundo Apostoli, tertio sancti Martyres, inde alij sancti omnes (Hanc igitur oblationem) Quia hoc Sacrificium tibi offerimus, in corpore Ecclesiae communicando, & memoriam sanctorum venerando, Igitur hanc oblationem, precamur, vt (placatus accipias:) vt scilicet si peccatis nostris præpedimur communionem saltem sanctæ Ecclesiae & sanctorum tuorum veneratione placaris ad accipiendum quod tibi offerimus sacrificium (seruitutis) id est, cleri (qui tibi secundum acceptos gradus in hac oblatione sacrificij seruiamus) (Sed & cuncta familia tua,) id est totius assistentis collectæ. Solitarij sic intelligunt seruitutis nostræ, id est, me cum meo ministro. Sed & cunctæ familiae tuæ, id est, cunctæ Ecclesiae (Quæsumus Domine, &c. vsque ibi grege munerari per Christum Dominum nostrum) Diesque nostros in tua pace disponas. Signanter tua posuit. Est enim pax mundi, est & pax Dei. Pax mundi inutilis, pax Dei salubris. Pacem constituit mundus, vt libere liceat vti voluptatibus. Pacem dat sanctis Deus, vt mandatis intenti diuini secretè studeant virtutibus.

pax duplex.

TEXTVS CANONIS, DISTIN- CTIO TERTIA.

Quam oblationem tu Deus in omnibus quaesumus benedictam, ascriptam, ratam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris: vt nobis corpus & Sanguis fiat dilectissimi filij tui, Domini nostri Iesu Christi.

EXPOSITIO DOMINI O DONIS.

IN superioribus periodis prima scilicet & secunda, orauimus pro Ecclesia, pro fidei cultoribus, pro astante collecta. Hæc tertia periodus quam ingredimur, maxime occupatur circa sacrificiū, vt fiat perfectum, & in aliam mutetur substantiam immortalem, & incorruptam (Quam oblationem & cætera vsque: Acceptabilemque facere digneris) In omnibus benedictam gloriam, vt gloriosa fiat: benedictam immortalitate, vt fiat immortalis: benedictam incorruptione, vt incorrupta fiat: benedictam diuinitate, vt Deus fiat.

Tom. 6.

A Transi ad partes a toto, vt vniuersalis benedictionis partes imprecat hostiæ, cui vniuersam benedictionem fuerat imprecat, vt cum prius posuerit in omnibus benedictam, particulariter subiungat, ascriptam, & ratam, & rationabilem, & acceptabilem, quæ sunt partes omnimodæ benedictionis (Ascriptam) Scimus quia in Trinitate quæ Deus est, Filius sit splendor patris gloriæ, & figura substantiæ eius. Qui ergo figura & imago est patris, patrem imaginatur & asfiguratur, quasi sculptura quædam eius, vel scriptura in quâ pater splendet: Id est, bene apparet, vt recte filius dicatur splendor eius. Est ergo pater insculptus atque inscriptus filio, cuius figura filius est & imago, vt filius sit eius scriptum, quem sibi habet inscriptum. Aliter filius dicitur scriptum, qui habet in se formam omnium rerum. Sic enim omnia creata sunt, vt diuini verbi formæ digesserunt: nec aliter in essentiam prodierunt, quam in verbo summo formæ dictauerunt. Non sunt ibi aliud formæ; aliud ipsum verbum, vbi nihil est aliud & aliud, sed omnia sunt id ipsum: vt quamuis formarum diuersitas intelligibiliter ibi subleceat, non sunt tamen omnia nisi vnum & id ipsum verbum. Et quamuis ibi est vera & perfecta vnitas, ibi tamen, secundum creatas res quædam apparet diuersitas: sicut cum semel locutus est Deus in Psalmo, Propheta duo intelligit in vno verbo. Vnde scriptum est. Quod factum est, in ipso vita erat. Factum est de nihilo, erat tamen in verbo: Factum est crealiter, erat æternaliter. Erat in summa arte, factum est in re. Viuebat in ratione artificis formaliter, factum est in realitate subsistendi substantialiter. De nihilo prodiit, vt substantialiter esset, quod factum est. In verbo viuebat, vt formaliter esset antequam substantialiter esset. Factum est multiplex, verbum est simplex. In verbo simplex erat, quod multipliciter factum est. Mirabiliter videtur in vno pluralitas, in simplici multiplicitas: videtur & non comprehenditur. Potest videri, nequit explicari, quomodo vnum verbum inscriptum sit omnibus formis omnium rerum, sicut alibi scriptum est: Calamus scribae velociter scribens. Pater est scriba, qui verbo suo velociter inscribit omnia. Velociter scribit, quia alterum non moratur pro altero. Velociter scribit, quia sine mora scribit omnia. Est ergo filius Dei, verbum scriptum. Sed & corpus assumptum, recte dicitur scriptum. Sicut enim vox transitoria scribitur, vt quæ per se fugit, scripto permaneat: sic corruptibile aliquid scribitur, cum in incorruptum transit: vt quod corruptione transitorium erat, scripto incorruptionis permaneat. Sic ergo corpus Christi quoddam scriptum est, quod de passibili carne impassibile factum est in Resurrectione, & de pane terreno quotidie fit cœlestis, super altare. Sic ergo in Christo, & verbum dicitur scriptum, & corpus etiam nihilominus dicitur scriptum. Quid autem est ascriptum, nisi scripto appositum scriptum? Est ergo corpus Christi non solum scriptum, sed etiam ascriptum, id est scripto appositum scriptum, id est verbo corpus adiunctum. Quando igitur oramus hostiam fieri ascriptam: quid aliud optamus, nisi vt quæ adhuc est panis cor-

Hebr. 1.

Psal. 61. Ioan. 1.

Psal. 44.

Aa iij

ruptibilis, fiat substantia incorrupta: id est, de voce fiat scriptum, scripto, id est verbo, adiunctum. Fac ergo Domine nostram oblationem ascriptam, id est, scriptum scripto adiunctum, ut preciosum Christi corpus fiat, verbo Dei adunata, & in unitate personarum coniuncta. (*Ratum*) Ratum dicimus, quod certum & fixum habemus. Fiar ergo rata, id est, non remaneat instabilis & mutabunda corruptione, sed permanens & fixa fiat incorruptione, & ideo certa. (*Rationabilem*) Sanguis taurorum aut vitulorum non sufficit expurgare nos à peccatis. Minor est enim ad hominem. Pro homine ergo rationali, rationalis hostia sufficit sola. Fiar ergo nostra hostia rationalis: siquidem homo assumptus à verbo, ex anima rationali & humana carne subsistit. Fiar hostia nostra rationalis, ut hominem verum pro hominibus offeramus, & in hostia rationali Deus propitiatur hominibus. Fiar rationabilis, ut offeramus rationabiliter. Nam qui offert emendari non studens, offert irrationabiliter. Qui offert habens cor impœnitens, irrationabiliter offert: sicut Cain recte quidem offerens, sed non recte diuidens. Recte quidem obtulit Deo, sed non recte diuisit, quia emendari non studuit. Vnde scriptum est: *Ad Cain & ad munera eius non respexit.* Nam quem Deus non nouit, nec oblationem eius recipit. Pessimi namque hostia, irrationabilis est, sicut scriptum est: *Qui non audit legem, oratio eius erit execrabilis.* Fiar ergo rationalis hostia, ut rationabiliter eam cum timore & penitentia offeramus. Vel fiat rationabilis hostia, id est, pro rationabili & recta vel honesta causa.

Si quis enim offerat, ut quæ furto ablata sunt reuenerit, seu hostem occidere, vel rapinam perpetrare, seu nummos aut gratiam acquirere valeat, rationabilis non dicitur offerendi causa, ideo nec acceptabilis est talis hostia. Hostia ergo nostra, & merito offerentium, & offerendi causa fiat rationalis, ut consequenter fiat etiam acceptabilis. (*Acceptabilem*) Non potest non esse acceptabilis, quæ superiores tres species recipit omnimoda benedictionis. Non potest Deum odisse Deus. Sed quia *charitas est Deus*, diligit Deum Deus, & acceptabilis est Deo hostia quæ Deus est. Quid ergo oramus fieri acceptabilem, quæ non potest displicere? Nam quæ acceptabilis est per se, displicet pro offerente. Pro offerente respicitur, quæ quantum sua refert acceptatur.

Acceptatur pro sanctis, non acceptatur eadem ipsa pro impiis. Pios adiuuat, impios damnat. Pius prodest ad salutem, nocet impiis ad damnationem. (*Ut nobis Corpus & Sanguis fiat dilectissimi filij tui Domini nostri Iesu Christi*) Posuerat ergo in omnibus benedictam, subiunxit quatuor species: Ascriptam, ratam, rationabilem, acceptabilem. Sed hæc omnia clausa erant, minus intelligebantur, minus patebant: aperuit ostium, patefecit totum scilicet ut nobis fiat Corpus & Sanguis Christi. Hic totum completur, hic totum perficitur, ut fiat Corpus & Sanguis, est hostia in omnibus benedicta, ascripta, rata, rationalis, acceptabilisque. (*Ut nobis Corpus & Sanguis fiat*) Signanter posuit (*nobis*), id est,

Catholicæ fidei cultoribus. (*Nobis*) exclusit paganos, exclusit Iudæos, exclusit hæreticos *Nobis* communicantibus, memoriam sanctorum venerantibus.

Non est enim locus veri sacrificij, extra Catholicam Ecclesiam. (*Qui pridie quam pateretur, usque manus suas*) (*Accipit panem*) adhuc panem, nondum carnem. (*Et eleuatis oculis in caelum ad te Deum patrem omnipotentem tibi gratias agens benedixit.*) Benedixit, suum Corpus fecit. Qui prius erat panis, benedictione factus est caro. Modo caro, iam non panis. (*Ac fregit.*) O miraculum, frangebatur inter digitos, sedens in columis inter discipulos. Erat integer, & diuidebatur in partes: in manibus tenebat seipsum, & de manibus discipulis se porrigebat edendum. Hoc signabat *Dauid*, qui secundum aliam translationem *coram Achis Rege se in suis manibus ferebat.* Sic nos quotidie Christum in altari consumimus, & permanet: Manducamus, & uiuit: Atterimus dentibus, & integer est. Consumimus autem, manducamus, & atterimus, non tantum specie, sed & re: non solum forma, sed & substantia. Et miro modo consumitur permanens, atteritur incorruptus, distribuitur indiuisus, sicut post Resurrectionem, palpandum præbuit spirituale corpus. Cum simili contrarietate non sit palpabile quod spirituale est, nec sit spirituale quod sit palpabile. In specie enim & sapore panis & vini manducamus & bibimus ipsam substantiam Corporis & Sanguinis, sub eisdem qualitatibus mutata substantia: ut sub figura & sapore substantiæ prioris, facta sit vera substantia Christi Corporis & Sanguinis. (*Dedit discipulis &c.*, usque *Corpus meum*) Patet quod panis accepta benedictione factus sit Corpus Christi: Non enim post benedictionem dixisset. Hoc est Corpus meum, nisi in benedictione fieret Corpus suum. (*Simili modo postquam cenatum est, accipiens & hunc præclarum calicem*) Si Christus accepisset calicem cœnæ, dicitur hunc accepisse. Vnus ergo calix est hic & ille. Nisi enim vnus sit, dici non potest in illo hunc accepisse.

Est ergo vnus etiam quando in altari manibus accipitur ut benedicatur, & nedum Sanguis est, sed est adhuc vinum, propter unitatem fidei, & illius cui, & in cuius honore fideliter offertur. Ea enim fide quotidie accipitur benedicendus, ut modo fiat quod tunc futurus erat. Et quia hæc fides vna est in tota Ecclesia, & ille vnus cui tunc & modo offertur: ideo & calix cum accipitur, etiam ad diuina verba dicitur vnus, quia in eo secundum vnâ fidem, vnum Dominici Corporis offertur quotidie sacrificium. (*Præclarum*) Præclarum dicitur calicem adhuc vini, usque dum statim fiet præclarus, quando Sanguis erit, sicut scriptum est. *Calix meus inebrians quâ præclarus est.* Vel ad comparationem eius quem obtulit Melchisedech, & ceterorum veteris testamenti, Vel propter præclaram illius maiestatem, cui offertur. Vnde & in sequentibus dicitur.

Offerimus præclaræ maiestati tuæ. (*Calicem*) Metaphorice id quod continet pro eo quod continetur, id est vas pro liquore vini & aquæ. (*In sanctis &c.*)

Quid sit hostia sic ascripta.

Heb. 10.

Gen. 4.

Prouer. 28.

1. Ioan. 4.

1. Reg. 11.

Caute Cg.

Vnus idem que calix est, quem Christus consecrauit & quem Ecclesia.

Psalm. 111.

557 *Etas, & cæte.* usque *benedixit*) id est sanguinem suum potest. Datum vero, quod in alterius possessionem fecit. *Dedit discipulis*, & cæte. usque (*sanguinis mei*) Intransitiue dictum est: & est secundum figuram casus pro casu. Calix sanguinis mei, ac si diceret, calix scilicet sanguis meus. Similiter hic patet quod benedictione fuerit factus sanguis. Ad benedictionem enim præmissam subdidit. Hic est Calix sanguinis mei. (*Novi & æterni testamenti.*) Nouum enim Euangelij testamentum, in æternum confirmauit sanguine mortis suæ. Sic Abraham oblati ouibus & bobus, cum Abimelech & Phicol Principe militiæ percussit fœdus: id est oues & boues percussit in fœdus, ut sanguine animalium & morte fœdus confirmaretur. Et Jacob fugiens, in Galaad factio iuramento cum auunculo suo Laban, immolauit victimas, ut sanguine victimarum fœdus iuramenti confirmaretur. Et Moyses ut confirmaret testamentum quod accepit in Syna, victimæ sanguinem aspersit ysofo, in totum populû, & tabernaculum (*Mysterium fidei*) Pertinet ad fidem catholicam, credere post benedictionem esse verum sanguinem, ut infidelis sit qui hoc non crediderit. Itē dicitur mysterium quod sensibilibus tegitur occultum, sicut veritas sanguinis in sapore vini latet & specie. Calix ergo altaris est mysterium fidei: quia sub figura & sapore vini occultus creditur verus sanguis. Est mysterium fidei, quia quod creditur, sensibilibus quibusdam obtegitur. Nam verus sanguis creditur, quod vinum visu sentitur & gustu. Est fidei mysterium, quia quod fides credit, intus est occultum. Intus est verus sanguis vera fide, exterius est falsum vinum vera specie. Sentitur vinum & non est: Non apparet sanguis, & est. Sensus decipitur qualitate, certa tenetur fides rei veritate. Ideoque sanguis dicitur fidei mysterium, quia sanguinem fides credit intus occultum. Apertum est quod sentitur, occultum est quod creditur. Et si quid occultum est, fidei est: sicut quod patet, est sensus. Est ergo sanguis mysterium fidei, siquidem occultus pertinet ad fidem. (*Qui pro vobis & pro multis effunderet in remissionem peccatorum*) Pro vobis, scilicet presentibus: pro multis, Paganos & Iudæos discernit, & falsos Christianos. (*Hæc quotiescunque fueritis, in mei memoriam facietis*) Nam sine hac memoria non conficimus dominici corporis & sanguinis sacramenta. Tolle verba Christi, non sunt sacramenta Christi. Vis fieri Christi corpus & sanguinem, appone Christi sermonem. Facit sermo veritatis quod dicit, *quia ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt*: Sine dubio fit in creatura, quod Christi sermo dicit de creatura. Est enim omnipotens sermo tuus, o genitor. Fit ergo sermone Christi, corpus & sanguis Christi. Quæ quoties verbo potenti sumimus, mortem domini donec veniat memoratus. Et ne subtilis mysterijs hæc memoria refugiat à nobis, subiungit. (*Vide & memores domine nos serui tui*) Id est, qui secundum cleri gradus acceptos, officio huius sacrificij deseruiamus, vel secundum solitarios hic in præsentibus ministramus. (*Sed & plebs tua sancta*) que pro venerando ne huius sacrificij, hic est in præsentibus deuote collecta: vel secundum solitarios in unitate Ecclesiæ fideliter ubique viuenticum. (*Eiusdem Christi filij*, & cætera; usque, *dominus ac datus*). Donum est ad dandum, etiam si non detur, paratum. Donum est, quod datur

potest. Datum vero, quod in alterius possessionem est iam translatum, quod de possibilitate iam prodiit ad actum, quod iam possidetur. Corpus ergo & sanguis Christi, sunt dona à Deo nobis parata. Dona sunt, quæ vtiliter dari possunt. Dona sunt vera sed in Cælo collocata in Christo. Data vero, quando fiunt nobis de creatura panis & vini: Data quando sumimus in altari, quando reficimur inde sensuualiter. Dona in cælo, data in terra: Dona apud Deum in Christo, data super altare in Sacramento: Dona in cælo nuda & aperta, data in altari, recta sensibilibus & occultis: tamen hic & ibi, ead vera. (*Hostiam puram*) Antea veteris legis hostiæ de irrationabilibus animalibus carnales erant, equalioribus spurcitiæ carnalibus, nidoribusque plenæ, & dentium contritione in facces & stercorea redactæ. Hæc autem hostia pura est, quia quamuis caro vera sit & sanguis, tamen spiritualis est & incorrupta. Diuiditur, & consumi non potest. Consumitur & incorrupta manet. Teritur, & est illæsa. Frangitur, & integra est. Hæc hostia carō est, & non carnalis, sed incontaminata lux: & ideo pura. Corpus est, & non corporalis, sed spirituale lumen, & ideo pura. Pura mundans, pura purificans: pura, quia diuina, purior luce corporea. (*Hostiam sanctam*) Hostiæ veteres erant quidem sanctæ, sed non per se sanctæ: sed quia typum gerebant huius hostiæ sacratæ. Illæ imperfectæ erant, & ideo minus sanctæ: Illæ perfectæ, & ideo plene sanctæ. Illæ dimittebāt peccatum vnus, ista tollit peccata totius mundi. In illis tantum erat remissio, in hac autem est pretium plenum, & perfectæ redemptio. Illæ impetrabant veniam debiti, sine solutione: hæc reddit debitum; plena recompenatione. Ideo hæc plene & perfectæ sancta, illæ sanctæ, sed minus & imperfectæ. (*Hostiam immaculatam*) Id est sine omni macula culpæ, utpote concepta & nata sine peccato, & deinde sine culpa vixit in mundo, ideo immaculata. Nata quidem est de humana carne, sed sine conditione propagationis humanæ: ideo immaculata. Est sine viro de sancta Virgine concepta: ideo immaculata. Est concepta sine humano opere, sola virtute diuina: ideo immaculata. Non enim potest initium habere culpabile, opus quod solus Deus fecit, & non alius: ideo immaculata. Hominis enim initium, qui sine humana administratione, solo Deo auctore creatus est (quamuis de massa peccatrice) non possumus culpate; nisi Deo peccatam velimus ascribere, ideo immaculata. Tamen de pura ab omni peccato virgine, creditur conceptus & natus: ideo immaculata. Ex quo enim angelica salutatione audiuit, *Gratula plena*, creditur purificata fide etiam reliquum vitæ, custode Spiritu sancto, vixisse sine omni culpa. Ab immaculata ergo sumpta est hæc hostia, ideo & ipsa immaculata. Ex hoc loco admonemur, quod panis appositus altari, debet esse candidissimus, & in quo nulla possit inspicere macula: ut hoc appareat in figura quod prædicatur de substantia, ut pura & immaculata videatur exterius figura, cuius substantia dicitur interius pura & immaculata. (*Panem vitæ æternæ*) Cum panem audis, ne putes esse qui fuerat ante benedictionem, ne decipiaris mutata substantia. Prius erat panis, modo non est panis, sed sola caro. Sed panem dixit, quasi diceret eum, sicut ferri

Genes. 21.

Genes. 32.

Heb. 9. Exo. 11.

Mysterium fidei est calix sanguinis Christi.

Psalm. 148.

1. Cor. 11.

Chriti calicem non carnalis hostia.

Mat. 1.

Luc. 1. Caute Lage

Ioan. 6. Plat 77.

Gal. 3.

1. Cor. 11.

Ioan. 20.

Mat. 3.

Heb. 7.

Mar. 11.

prum est. *Ego sum panis viuus. Et panem Angelorum manducauit homo.* Quomodo est panis vitæ æternæ, qui sumitur à multis ad damnationem? Huius panis virtus, *filii est, quæ per dilectionem operatur.* Est enim & panis mysterium fidei, sicut de calice dictum est. Sumpus ergo sine fide, non proficit. Nā si hic panis est mysterium fidei, id est, occultum quod sola cernitur fide: quid prodest sine fide sumi, quod sine fide non cernitur? Oculum perdidisti, quid cæco profunt in arca diuitiæ? Quid prodest diuitias humanæ redemptionis in te recondere, quas non vides oculo fidei perditore? Vnde scriptum est. *Qui manducat & bibit corpus & sanguinem domini indigne iudicium sibi manducat & bibit.* Nam ille manducat indigne, qui manducat sine fide quæ per dilectionem operatur. Est ergo hic panis vitæ æternæ, non iis quidē qui tantum ore sumunt, sed iis qui etiam mente, nō qui premunte dente, sed qui tãgunt fide. Vnde scriptum est. *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum.* Ac si diceret: vis me manibus tangere, vis me corporaliter tangere: nō sic, fidem tuam volo. Fide me tange, crede ad patrem me ascendisse: Id est, me esse æqualem patri. *Et calicem salutis perperna.* Quod diximus de pane, idē potest dici de calice. Et quod dictum est vitæ æternæ, & salutis perpetuæ. *(Supra quæ, &c. vsq: immaculatam hostiam.)* Finis respicit ad principium. Supra quæ, scilicet sanctum sacrificiū, immaculatam hostiam, respicere digneris, & accepta habere: ac si diceret. Supra quæ respicias & accepta habere, ideo quia sanctum sacrificium sunt & immaculata hostia: vt qui de merito nostro diffidimus, maiestate tanti sacrificij adiuuemur. Cur autem oramus patrem propitium & serenum esse super hostiam, & eam acceptam habere, qua nihil habet acceptius, & quam semper propicius & serenus respicit: Inde enim scriptū est. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Sed ad offerentes est hoc referendum, vt qui pro peccatis terrētur & de se diffidunt, hostiam acceptabilem sibi prætendant, vt eius scuto se protegentes, sub ea propitium sibi patrem serenumque deposcāt, & ei se acceptos desiderent sub ea quam nunquā non acceptabilem dubitant: vt patri per seiplos non audent offerre, ne malis irriterent, dilectum filium proponant, vt subeant, & sub eius tutela ante conspectum patris introeant. Oramus ergo vt acceptabilis hæc hostia sit, placeatque pro nobis, vt cum offerimus quod placet, placeatur nobis Deus. Vnde & exempla sanctorum adhibentur Abel iusti, Patriarchæ Abrahamæ, summi sacerdotis Melchisedech: vt sicut eorū sacrificia Deus acceptauit, eis propiciando, ita suscipiat hostiam hanc, nostri miserando, Melchisedech sacerdos summus dicitur, qui inter sacerdotes illius temporis habebatur. *(Supplices te rogamus, &c. vsque: Diuina maiestati tuæ.)* Et hic mirū est, quomodo oramus corpus & sanguinem domini in conspectu Dei perferri, cum scriptum sit: quia *Christus semper assistit vultui patris, interpellans Deum pro nobis, & legitimus quia Christus ascendens ad cælum, super omnia exaltatus est sedens ad dexteram patris.* Quomodo ergo perferri oramus Christum, vbi semper est? Sed superius vultum patris propitium ac serenum fieri super hostiam filij rogabamus, non quod filio suo patere possit esse seuerus, sed sub occasione filij, pa-

tris propiciationi nos ingeramus, vt pro amore filij misceretur nostri, & quasi filium parui pendat, si pro eo nos non recipiat. Ita & hic, rogamus patri perferri filium, qui semper est apud eum pro nobis, vt votum & deuotio nostra, per filium veniat ad patrem, & virtute tanti sacrificij vota nostra proferantur ante cōspectum Dei, quasi filius ad Patrem non ascendat, si deuotio nostra illuc nō perueniat. Tali ratione rogamus, vt sicut Christus ante discipulos à terra translatus est in cælum, & factus inuisibilis in conspectu ipsius, postea misurus sancti Spiritus donum: ita hostia hæc ab altari terreno, super quod immolatur, in altare sublime ante conspectum Dei transferatur, vt inde omni benedictione cœlesti & gratia repleamur, vt quæ visibiliter tractatur in terra, inuisibiliter operetur in cœlo. Hic oblata, ibi accepta: non mutatione loci, vel temporis accessu, vt ceptus ab hoc loco trāslationis motus ad alium postea perficiatur locum. Sed sub eodem loco, qui panis erat, fit verbi caro. Non transfertur loco, vt de pane fiat caro: transfertur tamē ab altari ad cælum, quia transfertur de pane ad Deum. Sed quia Deus est vbique, non fit loci mutatione, vt cōiungatur Deo de pane facta caro. Transferretur intus ad Deum inuisibiliter, nec mouetur exterius ab altari visibiliter: oblata in altari deuotione hominis, accepta in cœlo propitiatione Dei. Tūc enim à Deo quasi acceptatur, quando Deus nobis propitiatur, & cœlestis benedictio nobis ab eo mittitur. Sed Christus iuamine non eguit Angelorum, quando sua virtute ascendit in Cælum: Quid ergo rogamus hanc hostiam perferri per manus Angeli ante conspectum Dei, cum Angelorū officia necessaria non sint huic perlationi? Sed hoc est quod dictum est, quia perlatione corporis & sanguinis Christi, rogamus vota nostra perferri. Sunt tamen nobis Angeli deputati qui offerunt quotidie Deo vota nostra: Vnde scriptum est, quia *Angeli eorum semper vident faciem Patris.* Oramus itaq; sub occasione Christi, perferri vota nostra per manus Angeli, vt vota bona perferant boni Angeli, sub prætextu tanti sacrificij. *(Supplices te rogamus omnipotens Deus)* Supplicamus tibi, curuamur ante te, obnixius deprecamur: ostende omnipotentiam, extende manum validam, vt quæ propicio ac sereno vultu respicis, etiam ad inuisibilia & sublimia tua perferantur, & conspectui maiestatis admittas. Hic necessitas incuruationis, hic opus supplicationis, hic incumbit consummatio totius nostri laboris: vt hæc hostia perferatur in sublime altare tuum, in conspectu diuinæ maiestatis tuæ. Quid est hoc? Quid est perferri hostiam in sublime altare, nisi ouem humeris pastoris imponi? Et quid ouis humeris imposta, nisi homo assumptus à verbo? Et quid est sublimius verbo Dei? Quotidie assumit sibi fideles verbum Dei, participatione huius sacrificij. Verbum ergo Dei sublime altare est, ad quod oramus hostiam perferri in conspectu Dei, & per eam nos introduci: Conspectus Dei est verbum patris, in quo conspicitur omne quod fecit, Nā omne quod agit pater, in verbo eius est. Nam quod factum est, in ipso vita erat. Et: *In principio creauit Deus cælum & terram, id est, in verbo.* Et: *Verbo domini cæli firmati sunt.* Et: *Omnia in sapientia fecisti.* Quid rectius dicitur conspectus Dei, quam sapientia

Qua ratio ne petimus per manus Angelorū perferri sacrificium nostrum. Mat. 18.

Mat. 17. 1

Ioan. 1. Genes. 1. Psal. 32. 1 sal. 103.

Duplex altare, habet Ecclesia.

1. Cor. 11.

tria sua, in qua conspicit omne quod agit? Hostiam ergo perferri in sublime altare, in conspectu Dei, quid est, nisi oblationem nostram coniungi verbo, vniui verbo, fieri Deum, & per eam nos in Deum assumi, & vota nostra acceptari? *(Vt quotquot ex hac & cæte. vsque & gratia repleamur. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen.)* Habet Ecclesia altare visibile in terra, est & altare inuisibile in cœlo apud Deum. Hostia quam in hoc altari Deo offerimus, Deo coniugitur, & fit Deus. In hoc sacrificio coniungitur terrena cœlestibus, creatura Deo. Cum de hoc altari sumim⁹ huius creaturā, accipimus de sublimi Deum. Cum hic corpus & sanguinē Christi sumimus, de cœlo Deum accipimus, in quo omni benedictione cœlesti & gratia replemur. Sumimus hic visibiliter corpus & sanguinem Christi, sumimus inuisibiliter de cœlo, quo perlata sunt, benedictionem & gratiā Dei. Sumimus (inquam) gratiam & benedictionem, siquidem digne sumimus Christi corpus & sanguinē. Nam qui indigne sumit, ore quidem sumit, & dente terit corporaliter, sed nihil proficit spiritualiter. Imo qui corpus & sanguinem Christi sumit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Ideoque rogamus, vt quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum filij tui corpus & sanguinem sumperimus. inde quo perlata sunt, omni benedictione cœlesti & gratia repleamur.

TEXTVS CANONIS, DISTINCTIONIO QVARTA.

Memento etiam domine famulorum famularumque tuarum, qui nos præseruauit cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis. *Ipsis domine & omnibus in Christo quiescentibus, locum refrigerij, lucis & pacis vt indulgeas deprecamur, per eundem Christum dominum nostrum, Amen.*

EXPOSITIO DOMINI O DONIS.



Ac tertia periodo, quæ in consecratione corporis & sanguinis Christi sudauit, hucusque finita, sumit hinc exordium quarta. Quæ cōfecto corpore & sanguine Christi, redit ad rogandum pro mortuis, fidentior exaudiri patrocinio sacrificij. *(Memento etiam Domine)* Hic solet fieri memoria amicorum & familiarium defunctorum. *(Ipsis domine & omnibus in Christo quiescentibus)* Ipsis, id est, quorum memoriam fecimus, & postea reliquis omnibus indulget. *(Nobis quoque peccatoribus famulis tuis)* Scilicet qui officium huius sacrificij celebramus presentes: vel secundum solitarios, qui in corpore Ecclesiæ per totum orbem terrarum fideliter tibi seruimus. Totum vero textum qui sequitur, nescio verbis aliis facere planiorē, vsq;. *(Per quæ hæc omnia domine semper bona creas.)* Per quem, dictum est relatiue ad hoc quod dixerat, per Christum dominum nostrum. Sed mirum dicitur est, quod dixit pluraliter. Hæc omnia bona, cum corpus & sanguis Christi non sit nisi vnum. Sed in vno Christi corpore, sunt multæ formæ: & cum vna sit substantia, multæ sunt figuræ. Quot enim appo-

Quomodo pluraliter dictum sit, hæc omnia bona.

nuntur panes, tot manet figure, substantiarum pluralitate conuersa in vno corpore: vt visibiliter appareat pluralitas, vbi est inuisibiliter substantiæ vnitatis, & vniui sit indiuiduū in substantia, vbi multiplex est figura. Apponuntur panes figura plures, & substantia sūt vnum corpus Christi: manet pluralitas figurarum, cessat pluralitas substantiarum. Est vnum indiuiduū, apparent plura. Proinde modo sicut est, modo sicut apparet, ne corpore Domini loquimur. Sæpe dicimus, in distributione Domini corporis hostias multas expendimus, vel pluribus hostiis multos vno corpore Christi refecimus: in vno versiculo monstrantes, & eorum quæ apparent pluralitatem, & ipsius substantiæ inuisibilis vnitatem, cum hostias plures & vniū dicimus corpus. Sic & in hoc loco dicimus. Hæc omnia bona, omnes scilicet hostias quas in orbe toto immolat Ecclesia. Quæ quidem, si sensibilibus intueris qualitates, infinitæ sunt numero, si substantiam, sanguis est vnus, & vna caro: quæ semper à Deo creantur, quia qui semel verbi sui, corpus creauit de virgine, quotidie de pane creatur carnis, & de vino sanguinem. *(Sanctificus)* Quotidie sanctificat, oratione sacerdotis, & cooperatione spiritus sancti. *(Viuificas)* Quotidie viuificat, corpori prius inanimato dans vitam. Vnde & prius dicebatur rationabilis, hæc hostia. *(Benedicis)* Quotidie benedicit, quomodo superius eam precabamur in omnibus fieri benedictam, & quatuor species subiunximus benedictionis. *(Et præstas nobis)* Quotidie præstat nobis corpus filij sui, quia quod est apud patrem in sublimi, quotidie præstat nobis in altari. Et quod apud eum donum est in cœlo, apud homines datum est in terra. *(Per ipsum & cum ipso)* Per quem pater de pane carnem creat, sanctificat, viuificat, benedicit, & præstat: per eundem ipsum filium, est Deo patri, cum spiritu sancto, omnis honor & gloria. Est honor & gloria patri per filium, sicut scriptum est. *Pater manifestauit nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi.* Et: *Pater clarificauit filium tuum, vt & filius tuus clarificet te.* Habet enim honorem & gloriam pater cū filio, cum quo communem habet potestiam & diuinitatem. Nam cum quo habet omnia, cum ipso habet, etiam honorem & gloriam pater, in quo est. Nam scriptum est. *Pater in me est, & ego in patre.* Quia pater est in me, ideo quicquid habet pater, habet in filio. Non enim habere potest, nisi in ipso in quo est. *(Oremus. Præcepti salutaribus moniti)* Cohortatur orare, subdens causam: quia sumus inde salutari præcepto moniti. *Lege Euangelium, & inuenies præceptum.* Cur hanc solam orationem præcedit adhortatio, cum plures in hoc Canone faciamus, & ad nullam hortati sumus? Quia illæ sunt inferiores, & humana ratione compositæ: Hæc perfecta, & à solo Deo formata. Vnde & sequitur. *(Et diuina institutione formati)* Sicut narrat Euangelium, Dominum rogabant Apostoli, doce nos orare: Et Dominus informauit eos, huius orationis institutione. *(Audemus dicere)* Audacia videtur & præsumptio, homines infirmos diuina institutione. Audemus obedientia, non audacia. Audentes audacia, rei sunt, audentes obedientia, laudandi. Ausus obedientiæ bonus: audacia superbiæ, mala. Et sicut orandi causa subiuncta est, quia præceptum est, ita audendi causa præcessit,

Ioan. 17.

quia inde sumus diuina institutione formati. *Oremus* ergo, quia inde sumus præceptis salutaribus moniti: & audeamus dicere, quia sumus inde diuina institutione formati. Nam ideo oramus, quia inde præceptum accepimus: & ideo audeamus, quia nos pauidos ad hoc Deus animauit. Dedit præceptum orandi ad salutem, dedit fiduciam audendi propter timorem (*Pater noster qui es in caelis.*) Dominicam orationem nõ expono, quia multos patres exposuisse reperio. Nec oportet hic ponere, quod in multis locis præceptum est inuenire. *Libera nos quasumus Domine.* Facta confirmatione dominicæ orationis dicendo *Amē*, totus textus, qui sequitur pro uenia peccatorum orat, & pro pace: suo principio sumpto de fine dominicæ orationis, qui orat contra peccata, dicendo. *sed libera nos à malo.* Deinde sequens textus incipit pro peccatis, dicendo, *libera nos quasumus Domine ab omnibus malis.* Deinde sequitur pro pace, *da propicius pacem in diebus nostris: Iterum pro peccatis. Et ab omni perturbatione securi.* Iterum pro pace sequitur, *Pax Domini sit semper uobiscum.* Deinde pro peccatis iteratur, *A-*

gnus Dei qui tollis peccata mundi, misereve nobis: Iterum pro pace, Dona nobis pacem. Et sic finis & consummatio sacrificij fit de pace, ut maneamus in pace. Vnde in consummatione sacrificij osculum fumimus: quo & in sacrificio assensum & participationem ostendimus, & quod debemus in pace manere signamus.

CONCLUSIO.

SAnctissimi Canonis textu studiosissime inquisito, obsecro te quicumque transcribis, ut distinctiones diligenter obseruas, singulorum capitulorum principia grandiusculis literis prænotes, & periodos, in quibus torum quaternarius concludit opusculum, capitalibus literis illumines, appositis titulis, quibus & periodorum diuersitas prima fronte præclare effulgeat, & singulorum capitulorum principia primo visu se offerant, & immutata cola & commata, confusus distinctionibus sententias non conturbet.

Finit Expositio Domini Odonis.

DOMINI STEPHANI EDVENSIS EPISCOPI:
DE SACRAMENTO ALTARIS

TRACTATUS.

TRACTATUS DOMINI STEPHANI EDVENSIS EPISCOPI

DE SACRAMENTO ALTARIS,

PROLOGVS.

Sap. 8. c.



Dominatrix omnium Dei sapientia attingens à fine usque ad finem fortiter & disponens omnia sua uiter scilicet Dei Filius: miro & ineffabili modo se carne induens, sola immortalitatis nos induit, & corruptibili indurito incorruptionis. Qui expleta dispensatione à Patre sibi credita, uolens nobis relinquere omnia saluti necessaria, uisibili materia ordinauit & fieri præcepit inuisibilia sacramenta. Quomodo enim posset homo intelligere dona spiritualia nisi aliquo uisibili moueretur ad ea percipienda? Virtus enim sacramentorum, inuisibilem operatur effectum. Quod exemplorum documentis liquido apparebit. Sacramentum Baptismi ordinatur in aquis regenerationis: quia sicut aqua sordes exteriores abluitur, ita spirituali gratia in lauacro regenerationis datur, mundantur interiora in quinquamentis. Item in copula maris & feminae que coniugium dicitur, uitas capitis & membrorum, id est Christi & Ecclesie intelligitur. Item olei in unctione figuratur operatio diuina misericordie. Oleum enim sanat, reficit & supernatur: Dei misericordia contritos sanat, contritiones alligat, esurientes pane indeficienti reficit & satiat & in indicio superexaltat. Hoc modo in Ecclesiasticis sacramentis Spiritu sancto cooperante ordinatis, inuisibiliter operatur Gratia septiformis. Licet enim unus & idem sit Spiritus qui in singulis prout uult operatur, tamen pro uarietate distributionum assignatur diuisio gratiarum. Nam diuisiones sunt donorum pro qualitate suscipientium. Nulla igitur in Spiritu uarietas, sed sine omni alteratione identitas. Diuidit quibus uult, & quantum uult, & non diuiditur, omnia continet: & in omnibus est. Qui dat: ipse donum est. Et cum dona sunt diuisa: unus manet & indiuisus, qui donat, unus est qui in se dato, dat plura: Et cum sit quod datur, ipse est dona diuersa. Omnia que donantur, ad unum referuntur: uelut cum quis distribuat alij aurum, alij argentum, alij copiam gemmarum multa diuidit, & unum facere intendit scilicet mutuum obsequij & amicitie cum gratiarum actione. Ita in distributione donorum Spiritus sanctus plura distribuit: & unum efficit. Sed quod unum Templum Dei: de quo Apostolus. Templum Dei sanctum est, quod estis uos, hoc templum Spiritus sanctus sui infusione imbre saluifero rigat, & ab omni ruina & corruptione conseruat. Hec est pluuia uoluntaria qua aspergit hominem Septiformis gratia. Prima custodit ostium cordis: & uita introire non permittit. Secunda: que sint facienda scrutatio mentis legit, & deliberat ut se & alios erudiat: Tertia: que sordes uitiorum purgat, de corporibus obsessis demones fugat. Quarta: expulsi tenebris introducit opera lucis. Quinta est in operibus misericordie: ut in pauperum uisitatione, peregrinorum susceptione, pedum ablutione, mortuorum inhumatione. Sexta, a seruitute peccati eximitur homo ad libere seruiendum Deo. Septima, in ara crucis crucifigit hominem cum uitiis & concupiscentiis. Sic fungitur in se homo uice Ostiarij, Lectoris, Exorcistæ, Acolyti, Subdiaconi, atque Sacerdotis, his uirtutibus homo interior adornatur. Ad quod significandum prædictorum graduum Ministerio, Ecclesia decoratur. Sed qui ad hos gradus promoueri intendunt: regale signum prius accipiunt quod habent in summitate capitis expressum, & à rotunditate corona nuncupatum. Tonsio capillorum & rasura, ostendunt, uita que pullulant & succrescunt esse ressecanda. Rotunda forma tonsionis, Regnum spirituale quo preeminet ceteris. Hi sunt genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Prædicto stigmate insigniti dicuntur Clerici: eò quod eos Dominus sortitur & ipsi Dominum sortuntur. Quod autem sint de sorte Domini designat qui in tonsione in persona eorum dicitur: Dominus pars hereditatis meae. Item: hac est generatio querentium Dominum, querentium faciem Dei Iacob. Et in alio Psalmo. Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hereditas mea præclara est mihi. Ad cuius gloriæ præclare hereditatis perueniunt

Matrimonium.

1. Cor. 13. Diuisiones gratiarum.

a Cor. 6. d Pluuia uoluntaria. Gratia septiformis. Septem sacri ordines homine representati. Num. 6. Iudic. 13. Tonsio infirmitas ab Apostolis Nazareorum Exemplo.

perueniunt milites Christi: qui mundo renunciant & Deo militant, de laboribus suis uita necessaria querunt, superflua abiciunt, & mundum contemunt. Vnde non immerito, signo regio signantur: qui se Dei heredes, & in regia & in præclara hereditate regnatos se profitentur. Tonsura capillorum à Nazareis uidetur habuisse exordium: qui crine seruo, deuotione completa caput uidebant. Vnde ab Apostolis est institutum, ut qui diuino cultui sunt mancipati: hoc signaculo sint Domino consecrati. His prælibatis, ordinem prædictorum Graduum exequamur.

OSTIARIORVM OFFICIUM. CAPVT PRIMVM.

Clauis Ecclesie.



In primo sunt Ostiarij: quorum est prouida sollicitudo ostij Ecclesie seruire, deposita in Ecclesia fideliter custodire, indignis ianuam claudere, dignis aperire, & ut quos cognouerint recipiendos admittat, quos repellendos excludat. Inde enim quo datur eis clauis Ecclesie, Episcopo dicente: Sic agite, quasi reddituri rationem de rebus quæ his clauibus recluduntur. Sed ad discernendum qui sint digni vel indigni: cautela Ostiariæ ministracionis eget auxilio gratiæ spiritualis. Primitiua etenim Ecclesia, usque ad Euangelium Catechumenos recipiebat. Post Euangelium iuebantur exire: quia nondum renati, indigni erant communicare Sacramentis. Excludebantur & Ethnici, qui omnino à fide erant alieni. Sic Excommunicati, ab introitu Ecclesie, & Sacramentorum participatione sunt eliminandi.

Catechumeni.

De Lectorum Officio, & ordinatione. Cap. 2.

In secundo sunt Lectores, qui debent Scripturas Canonicas legere, & quæ legerint distinctè pronuntiare pronuntia piè & fideliter intelligere. Qui enim distinctè legunt & pronuntiant, Auditoribus intelligentiam parant: qui uerò confuse, centus eorum perturbant. Oportet Lectorem esse præditum scientia, munitum eloquentia: quatenus cola & commata, distinctiones, subdistinctiones, accentuum uarietates discernere sciat, & quæ secundum sytolem uel diastolem, siue enclitice fuerint pronuntianda. Sed nisi intus sit qui doceat, in uanum lingua docentis laborat. Opus est eum esse moribus ornatum, honestæ uitæ probatum, ne à se Spiritum docentem repellat. His datur tenedus in manibus Codex Diuinarum Scripturarum, præcipiente Episcopo & monente, ut conuenienter tractent suum ministerium, his uerbis. Accipite, & estote Verbi Dei relatores: si fideliter & uiliter officium uestrum impleueritis, partem habituri cum iis qui uerbum Dei bene ministrauerint.

De Exorcistarum Officio, & ordinatione. Cap. 3.

Tertium ordinem ornant Exorcistæ sic uocati à potestate Adiurandi: quia in fide sanctæ Trinitatis demones expellunt de corporibus obsessis. Hi debent coram Deo & hominibus clare munditia uitæ, sordibus uiciorum expulsi. Sancti Spiritus gratia mundante. Qui enim super immundos spiritus habent imperium, eos oportet habere Spiritum mundum. Et qui tradita sibi potestate malignos spiritus eiciunt de corporibus obsessis, spiritu benignitatis & operibus mundis uicia & immunditias expellant de cordibus suis, & quorum medicina a-

liis proficit: sibi met sciant mederi. Non enim probatus est medicus qui alij, medetur nesciens curare morbum quo leditur: præcipue cum eodem languore laborent, ipse, & ille cui medetur. His quia ex re nomen habent, dat Episcopus librum Exorcismorum, dicens: Accipite, & habete potestatem ponendi manus super Energumenos & Cathecumenos.

De Acolytorum Officio, & ordinatione. Cap. 4.

Officium Acolytorum qui quartum obtinent gradum: est, ante Diaconem ferre Cereum accensum cum Ceroferario usque ad Analogium, & tenere debent, dum legitur Euangelium, & dum Missæ celebratur sacrosanctum Mysterium. In quo significatur quod sicut in manibus gestant lumen uisibile, ita lumen splendidum quod est Christus, habeant in mente, fide, & operatione. Exemplo enim uitæ, & uerbo doctrinæ tenentur de suis & aliorum cordibus tenebras expellere: & radio sui luminis alios illuminare. Vnde quia & nomine & re sunt Ceroferarij, accipiunt Candelabrum cum Cereo, ut sciant se ad Luminaria accendenda mancipatos. Accipiunt & Vreolum: in quo datur eis potestas infundendi aquam in Calicem Domini, quibus dicitur: Accipite Ceroferarium cum Cereo: ut sciatis uos ad accendenda Ecclesie luminaria mancipari. Accipite Vreolum: quo infundatis aquam in Calicem Domini.

De officio, & ordinatione & continentia Subdiaconorum. Cap. 5.

Quinto gradu præcellunt Subdiaconi, non ordinati numerandi, sed privilegio dignitatis. Honorum est ministerium: Epistolam legere, Decretum ministrare, Altaria componere, Subtratoria, Pallas, Corporalia lauare, aquam ablutionum in Baptisterium uergere, de Oblationibus ponere in Altario quantum possit sufficere populo. In ministerio Altaris approximat, quia Vasa in quibus sit Consecratio Dominici corporis & sanguinis, portant. Vnde sermo Propheticus ad istos dirigitur: *Adami qui fertis Vasa Domini: Propetia lex continentia: quæ mundiciam parat & confertur, eis induitur: Quod enim de carne est caro est: quod de spiritu, spiritus est.* Dicuntur Subdiaconi, quasi sub-Lectores: eò quod seruiendū ordinati. Et quia plus aliis prædictis ordinibus ministerio Altaris eis appropinquare permittitur, inter Sacros Ordines numerantur. Ad designandum eorum officium, dat eis Episcopus Pallas nam & Calicem. Archidiaconus, uice eum aqua & Manutergium: quibus Presbyter & Leuita statuari Dominica Sacramenta: lauent & mundent manuum inquinamenta. Manipulus eis datur ab

Lib. exorcismorum.

Sacrosanctum Mysterium.

Candelabrum cum Cereo. Vreolum.

Oblatio nes in Altari.

Manutergium.

Episcopo dicente. Accipe manipulum, imple ministerium tuum: potens est enim Dominus, ut augeat tibi gratiam. Induendo tunicam, dicat Episcopus. Induat te vestimento salutis, & indumento iustitiae circumdet te semper.

Quod Christus Ecclesiasticas Administrationes suscepit. Cap. 6.

Dominus noster in propria persona praedictas suscepit administrationes, quatenus exemplo sui, cum pia deuotione & vitae emendatione suscipiendas esse demonstraret. Qui enim Spiritus est in circumscriptis, sanctus sanctorum, Deus homo factus, in utero virginis circumscriptus: de plenitudine sua voluit nobis circumscribere vntionem sancti Spiritus; qua vngimur in singulis Ordinibus. Vnde quicumque ad suscipiendum ordines accedit, sollicite bene viuendo caueat ne effectum vntionis spiritualis amittat. Euacuatur enim sancta Trinitas, ubi interuenit vitae turpitudine. Qui enim de vntionibus, simoniis, falsis testimoniis, periuriis, & aliis modis illicitis male acquirendo lucra sectatur: vntionem a se expellunt: & puluere sordido squalidi efficiuntur. Officio Ostiarum vsus est Dominus, quando funiculo de resticulis facto, vendentes & ementes de Templo eiecit, & cathedras nummulariorum euertit. Hoc autem spiritualiter in Ecclesia agitur, cum Giezie & Simoniaci, & alij qui de dominis Dei grauitis turpia quaerunt lucra, a consorcio Fidelium expelluntur. Propterea ipse ait. Ego sum ostium: per me si quis introierit, ingredietur & egredietur, & pasqua inueniet. Ingrederetur ipso cooperante & ducente in praesenti, ad iustitiam, & bene expleta sibi credita dispensatione: in futuro egredietur ad gloriam. Lector fuit, cum in medio Seniorum, in libro Esaiae legit: Spiritus Domini dulcis super me, ad Euangelizandum pauperibus misit me. Exorcistam se ostendit in demoniorum eiectione, & in aurium surdi & muti a pertione dicens: Effata, quod est aperire, in quo Exorcistis significandum, reliquit eorum in ministerio aperiri ora ad confitendum, & corda ad credendum, & bene operandum. Quod fit, quando expulsis demoniacorum operibus, tenebris, verum lumen Iesum Christum suscipiunt in cordibus suis. Acolyti vices in se ostendunt dicens: Ego sum lux mundi. Qui me sequitur: non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae. Subdiaconis quando aqua missa in peluim, lintheo se praecinxit, & pedes discipulorum lauit. In quo docemur quod pedes suos & aliorum lauant, qui puluere terrenae cupiditatis expulso, irriguo charitatis quod lactificandiuitatem Dei lauant pedes vitiatorum, & desideria carnalia expellunt.

Quando Lectoris. Ela. 61.4. Luc. 16. Quando Exorcistae. Mat. 7. d. Quando Acolyti. Ioan. 8. b.

Quando Lectoris. Ela. 61.4. Luc. 16. Quando Exorcistae. Mat. 7. d. Quando Acolyti. Ioan. 8. b.

Quando Subdiaconi.

De ordine Diaconorum. Cap. 7.

Veteritate noui & veteris Testamenti, & humilitate Domini nostri Iesu Christi in se hoc mysterium suscipientis, commendatur Ordo Diaconi, cui sextus gradus attribuitur, ut ex perfectione senarij, eius dignitas demonstraretur. In veteri Testamento post ordinationem Aaron & filiorum eius, ex praeccepto Domini a Moyse instituta, eidem pre-

ceptum fuit quatenus in adiutorium diuini Mysterij tribus Leui ordinaretur: quibus fuit iniuncta dispensatio coram Aaron & eius filiis seruire in Tabernaculo foederis. Arcam & vasa & vtenilia gestabant, & in circuitu castrametantes, tentoria constituebant. Et quia a viginti annis & supra, hominis vigor ascendit, in hac aetate iussi sunt in omnibus praedictis ad transportandum deponedis & iterum resumendis deseruire. Ad exemplar huius institutionis, Apostoli tempore gratia, septem viros boni testimonij, plenus Spiritu sancto eligentes, & oratione facta manus imponentes ordinauerunt. Dicti autem sunt Diaconi, quasi seruitio Altaris mancipati. Quibus institutum est super humerum sinistrum stolum portare, & in diebus ieiunij super eundem humerum Planetam complicare. Cum enim ordinantur, debent iugum Domini accipere, quo omnia ad sinistram, id est, vitam temporalem pertinentia premant & despiciant, donec finitis laboribus, in dextra, id est, in vita aeterna & beata requiescant. De his statutum est Canonica & Apostolica praecipione, ut vicario Christi in sancta sanctorum introeunte, septem in sublimiori gradu assistentes, mensae Altaris seruiant: & gratia septiformi insigniti, Spiritum sanctum coadiutores habeant. Hi sunt septem Angeli tuba canentes, septem Candelabra, septem Tonitrua. Deben enim sapientes, alta Mysteria resonando manifestare, sicut scriptum est. Quasi tuba exalta vocem tuam, tu qui Euangelizas Sion: exalta, noli timere. Et iterum. Clama, ne cesses, Opera eorum lucida sunt: ne turpitudine vitae reprobi sint, cum aliis praedicauerint. Asperitas sermonis sit in aliorum correptione, ut comminando, arguendo, quodam modo videtur Tonitruum emittere. Sic Dominus comminando terrebatur, dicens: Omnis arbor quae non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Et beatus Ioannes: Genimina viperarum, quis docuit vos fugere a ventura ira? Officium istorum est, praconizare ad orandum, monere genua ad flectendum, legere Euangelium. Horum etiam est, sacramenta Dominici Corporis dispensare, Mensam Dei adornare. Sacerdos autem; de manu Diaconi debet accipere Calicem Domini, causa vitandae praesumptionis, dum hi celebrant, albis induti, altario assistant: & habeant interius albedinem, quam praferunt exterius, mundiciam mentis significatam quatenus qui exteriori habitu humiliter vestiuntur, spiritualiter virtutibus induantur. In quibusdam habent vicem sacerdotis: ut in ministerio Baptizandi, communicandi, delicta confitentium misericorditer suscipiendi. V. a. illis qui ministerium sibi creditum pie & iuste non impleuerint, quia peribunt morte horribili, Audiant quid indictum est Leuitis a Moyse, de morte corporali. Interdictum erat in lege, ne vasa tangere nuda praesumerent, nisi prius a sacerdote inuoluta fuissent. Illi metuebant mortem corporis: Plus metuenda est mors animae aeternalis. Propterea dicente Apostolo, oportet diaconos esse irreprehensibiles, id est, sine crimine, continentis, non bilingues, non turpia lucra sectantes. Probet se vnusquisque & sic ministret.

Quibus institutum est super humerum sinistrum stolum portare, & in diebus ieiunij super eundem humerum Planetam complicare. Cum enim ordinantur, debent iugum Domini accipere, quo omnia ad sinistram, id est, vitam temporalem pertinentia premant & despiciant, donec finitis laboribus, in dextra, id est, in vita aeterna & beata requiescant. De his statutum est Canonica & Apostolica praecipione, ut vicario Christi in sancta sanctorum introeunte, septem in sublimiori gradu assistentes, mensae Altaris seruiant: & gratia septiformi insigniti, Spiritum sanctum coadiutores habeant. Hi sunt septem Angeli tuba canentes, septem Candelabra, septem Tonitrua. Deben enim sapientes, alta Mysteria resonando manifestare, sicut scriptum est. Quasi tuba exalta vocem tuam, tu qui Euangelizas Sion: exalta, noli timere. Et iterum. Clama, ne cesses, Opera eorum lucida sunt: ne turpitudine vitae reprobi sint, cum aliis praedicauerint. Asperitas sermonis sit in aliorum correptione, ut comminando, arguendo, quodam modo videtur Tonitruum emittere. Sic Dominus comminando terrebatur, dicens: Omnis arbor quae non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Et beatus Ioannes: Genimina viperarum, quis docuit vos fugere a ventura ira? Officium istorum est, praconizare ad orandum, monere genua ad flectendum, legere Euangelium. Horum etiam est, sacramenta Dominici Corporis dispensare, Mensam Dei adornare. Sacerdos autem; de manu Diaconi debet accipere Calicem Domini, causa vitandae praesumptionis, dum hi celebrant, albis induti, altario assistant: & habeant interius albedinem, quam praferunt exterius, mundiciam mentis significatam quatenus qui exteriori habitu humiliter vestiuntur, spiritualiter virtutibus induantur. In quibusdam habent vicem sacerdotis: ut in ministerio Baptizandi, communicandi, delicta confitentium misericorditer suscipiendi. V. a. illis qui ministerium sibi creditum pie & iuste non impleuerint, quia peribunt morte horribili, Audiant quid indictum est Leuitis a Moyse, de morte corporali. Interdictum erat in lege, ne vasa tangere nuda praesumerent, nisi prius a sacerdote inuoluta fuissent. Illi metuebant mortem corporis: Plus metuenda est mors animae aeternalis. Propterea dicente Apostolo, oportet diaconos esse irreprehensibiles, id est, sine crimine, continentis, non bilingues, non turpia lucra sectantes. Probet se vnusquisque & sic ministret.

Quo accipiunt potestatem legendi Euangelium, & praedicandi.

De ordine presbyteratus. Cap. 9.

Ordo Presbyterorum primus & summus, in perfectione septenarij vltimus est ordinatus. In quorum figura Aaron & filij eius seruiebant in Tabernaculo foederis, sicut scriptum est, Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. In lege sacerdotes dicebantur, qui nunc Presbyteri vocantur, & qui tunc principes Sacerdotum: nunc Pontifices siue Episcopi dicuntur. Hi successores Apostolorum, alios ordinant ad sui ordinis ministerium. Ordinantur Presbyteri: ut sint Episcoporum coadiutores ad regendum & instruendum dominicum gregem. Sic Moyses. 70. viros prudentes elegit, quorum consilio innumeram populi multitudinem rexit. Inde est quod 7. discipulorum vices obtinent, in ministerium sibi commissum. Sicut enim illi missi sunt a Domino in omnem ciuitatem & locum quo erat ipse venturus, ut ei praedicando & miracula faciendo viam praepararent, & infidelium corda ad fidem conuerterent, ita Presbyteri nostri coadiutores, baptizando, rudes populos instruendo, communicando, & caetera sacramenta dispensando, nostras vices supplere debent. Excipiuntur illa, quibus quadam praerogatiua fulget & praeminet Episcopalis dignitas, quae sunt quinque: Basilicarum dedicatio, Christumatis vntio, manuum impositio, Clericorum ordinatio, super populum benedictio. Haec potestas solis Episcopis attribuitur, ne ab omnibus vendicata, soluto obedientiae vinculo insolentiam generaret. Vtrique sunt vicarij summi Pontificis qui primo offensus culpa originali, quotidie offenditur aetuali. Vt illa euacuaretur, semel mortuus est in cruce: ut ista deleteretur, voluit ministerio sacerdotum sacrificari iterata immolatione. Vnde quidam versificator: Mortuus ille semel, licet ultra non moriatur: Idem quotidie sine vulnere sacrificatur. Ipse sacrificans est & sacrificium, hostia & sacerdos, quia Deus est & homo. Vicarius eius quia tantum homo: sacrificans tantum est & sacerdos. Ille mediator Dei & hominis, homines Deo reconciliauit: iste, populum Deo placabilem reddit. Ille ad dexteram Patris pro nobis interpellat, iste pro grege sibi credito orat. Ille peccata dimittit, iste ligat & soluit. Ille in ara crucis hostiam sanctam & Deo placentem se Patri obtulit, iste ipsum eundem offert in mensa altaris. Nobis autem qui quotidie labimur, ut eius interuentu releuemur, fuit necessarium habere praesentem hunc salutis nostrae auctorem. Vnde Deus misericors iterata immolatione voluit se nobis exhibere pra-

Quo accipiunt potestatem legendi Euangelium, & praedicandi.

De ordine presbyteratus. Cap. 9.

Ordo Presbyterorum primus & summus, in perfectione septenarij vltimus est ordinatus. In quorum figura Aaron & filij eius seruiebant in Tabernaculo foederis, sicut scriptum est, Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. In lege sacerdotes dicebantur, qui nunc Presbyteri vocantur, & qui tunc principes Sacerdotum: nunc Pontifices siue Episcopi dicuntur. Hi successores Apostolorum, alios ordinant ad sui ordinis ministerium. Ordinantur Presbyteri: ut sint Episcoporum coadiutores ad regendum & instruendum dominicum gregem. Sic Moyses. 70. viros prudentes elegit, quorum consilio innumeram populi multitudinem rexit. Inde est quod 7. discipulorum vices obtinent, in ministerium sibi commissum. Sicut enim illi missi sunt a Domino in omnem ciuitatem & locum quo erat ipse venturus, ut ei praedicando & miracula faciendo viam praepararent, & infidelium corda ad fidem conuerterent, ita Presbyteri nostri coadiutores, baptizando, rudes populos instruendo, communicando, & caetera sacramenta dispensando, nostras vices supplere debent. Excipiuntur illa, quibus quadam praerogatiua fulget & praeminet Episcopalis dignitas, quae sunt quinque: Basilicarum dedicatio, Christumatis vntio, manuum impositio, Clericorum ordinatio, super populum benedictio. Haec potestas solis Episcopis attribuitur, ne ab omnibus vendicata, soluto obedientiae vinculo insolentiam generaret. Vtrique sunt vicarij summi Pontificis qui primo offensus culpa originali, quotidie offenditur aetuali. Vt illa euacuaretur, semel mortuus est in cruce: ut ista deleteretur, voluit ministerio sacerdotum sacrificari iterata immolatione. Vnde quidam versificator: Mortuus ille semel, licet ultra non moriatur: Idem quotidie sine vulnere sacrificatur. Ipse sacrificans est & sacrificium, hostia & sacerdos, quia Deus est & homo. Vicarius eius quia tantum homo: sacrificans tantum est & sacerdos. Ille mediator Dei & hominis, homines Deo reconciliauit: iste, populum Deo placabilem reddit. Ille ad dexteram Patris pro nobis interpellat, iste pro grege sibi credito orat. Ille peccata dimittit, iste ligat & soluit. Ille in ara crucis hostiam sanctam & Deo placentem se Patri obtulit, iste ipsum eundem offert in mensa altaris. Nobis autem qui quotidie labimur, ut eius interuentu releuemur, fuit necessarium habere praesentem hunc salutis nostrae auctorem. Vnde Deus misericors iterata immolatione voluit se nobis exhibere pra-

Quo accipiunt potestatem legendi Euangelium, & praedicandi.

pensauit, & discipulis tradidit. Vbi Apostolos dormitantes, ad orandum excitauit, Leuitam se ostendit. Ait enim. Vigilate & orate ne intretis in tentationem. Cum autem ordinatur (quod debet fieri ab anno. 21. & supra) Episcopus solus manus imponit: quia non ad Sacerdotium sed ad ministerium ordinantur. Poniunt etiam stolum super sinistrum humerum: in quo monentur iugum Domini & quoniam effese sustinendum, & ut pertinentia ad sinistram, corde & ore despiciant. Datur eis textus Euangelij, in quo accipiunt potestatem legendi Euangelium, & praedicandi.

De ordine presbyteratus. Cap. 9.

Ordo Presbyterorum primus & summus, in perfectione septenarij vltimus est ordinatus. In quorum figura Aaron & filij eius seruiebant in Tabernaculo foederis, sicut scriptum est, Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. In lege sacerdotes dicebantur, qui nunc Presbyteri vocantur, & qui tunc principes Sacerdotum: nunc Pontifices siue Episcopi dicuntur. Hi successores Apostolorum, alios ordinant ad sui ordinis ministerium. Ordinantur Presbyteri: ut sint Episcoporum coadiutores ad regendum & instruendum dominicum gregem. Sic Moyses. 70. viros prudentes elegit, quorum consilio innumeram populi multitudinem rexit. Inde est quod 7. discipulorum vices obtinent, in ministerium sibi commissum. Sicut enim illi missi sunt a Domino in omnem ciuitatem & locum quo erat ipse venturus, ut ei praedicando & miracula faciendo viam praepararent, & infidelium corda ad fidem conuerterent, ita Presbyteri nostri coadiutores, baptizando, rudes populos instruendo, communicando, & caetera sacramenta dispensando, nostras vices supplere debent. Excipiuntur illa, quibus quadam praerogatiua fulget & praeminet Episcopalis dignitas, quae sunt quinque: Basilicarum dedicatio, Christumatis vntio, manuum impositio, Clericorum ordinatio, super populum benedictio. Haec potestas solis Episcopis attribuitur, ne ab omnibus vendicata, soluto obedientiae vinculo insolentiam generaret. Vtrique sunt vicarij summi Pontificis qui primo offensus culpa originali, quotidie offenditur aetuali. Vt illa euacuaretur, semel mortuus est in cruce: ut ista deleteretur, voluit ministerio sacerdotum sacrificari iterata immolatione. Vnde quidam versificator: Mortuus ille semel, licet ultra non moriatur: Idem quotidie sine vulnere sacrificatur. Ipse sacrificans est & sacrificium, hostia & sacerdos, quia Deus est & homo. Vicarius eius quia tantum homo: sacrificans tantum est & sacerdos. Ille mediator Dei & hominis, homines Deo reconciliauit: iste, populum Deo placabilem reddit. Ille ad dexteram Patris pro nobis interpellat, iste pro grege sibi credito orat. Ille peccata dimittit, iste ligat & soluit. Ille in ara crucis hostiam sanctam & Deo placentem se Patri obtulit, iste ipsum eundem offert in mensa altaris. Nobis autem qui quotidie labimur, ut eius interuentu releuemur, fuit necessarium habere praesentem hunc salutis nostrae auctorem. Vnde Deus misericors iterata immolatione voluit se nobis exhibere pra-

De his que solis Episcopis relictur. Culpa Originalis. Christus sine vulnere sacrificatur.

De his que solis Episcopis relictur. Culpa Originalis. Christus sine vulnere sacrificatur.

De his que solis Episcopis relictur. Culpa Originalis. Christus sine vulnere sacrificatur.

De his que solis Episcopis relictur. Culpa Originalis. Christus sine vulnere sacrificatur.

sentem, non tamen visibilem: quatenus eo praesente summo & vero sacerdote, sine vilo horrore corda fidelium magis conterantur, & fidei deuotio augeatur. Sic enim recolimus eius passionem, resurrectionem, atque gloriosam ascensionem. Quod ita a nobis recolendum est, ut memores suorum beneficiorum, ipsi comminorando conformemur, ut in gloria Patris per ipsum & cum ipso resurgere valeamus. Nullus modus fuit conuenientior excitare peccantes ad poenitentiam, quam Christi opera reducere ad memoriam. Visus est in laborum tolerantia egisse poenitentiam qui nec poenituit, nec adminiculo poenitentiae indignus, sicut scriptum est, peccatum non facit nec inuenus est dolus in ore eius. Vnde in eo poenitentia non fuit, sed poenitendi formam nobis donauit. Et licet crux Christi haec omnia repraesentet, tamen res ipsa efficacior est quam figura. Er cum praesens est venia largitor, magis confidit exaudiri deuotus peccator. Mira potestas non humana sed Angelica, quam Dominus in se suscipiens commendauit, & a nobis suscipiendam contrito corde & humili, demonstrauit. Inter conandum, Corpus & Sanguinem suum discipulis tradens, inquit: Hoc facite in meam commemorationem. & ipse suscepit, cum tormentum crucis patienter & voluntarie sustinuit. Oblatus est enim quia voluit. Quod exemplo docuit a nobis summa deuotione celebrari. Vnde Apostolus. Quicumque manducauerit panem, & biberit calicem Domini indigne, reus erit Corporis & Sanguinis Domini. Suscepti igitur curam sacerdotij, coram summo & vero sacerdote fulgeant puritate conscientiae, & munditia vitae. Ipsi cum ordinantur, ab Episcopo super capita eorum manum tenente, benedicuntur. Omnes autem Presbyteri astantes cum Episcopo, manus leuant, & Spiritum sanctum inuocant. Inuocatione facta, stola super utrumque humerum ponitur, ut per arma iustitiae a dextris & a sinistris muniantur. Datur eis calix cum vino, & patena cum hostia, in quo traditur eis potestas ad offerendum Deo placabiles hostias. Propterea oleo sancto manus inunguntur, per quod gratia sancti spiritus eis oblata significatur & quod abundant operibus misericordiae designatur. In his etiam, manus sacerdotis quae in figura crucis oleo sancto signantur, conformantur manibus Christi, & illud insigne miraculum & saluterum quod inter manus sacerdotis fieri creditur: haec manus Christi operantur, qui ait. Sine me nihil potestis facere: Vnde cum ipso & per ipsum & in ipso, totum agitur sacrificium. Vntio Episcopis fit in capite, quia ordinantur vicarij illius qui vntus est oleo laetitiae in plenitudine. In vntione visibili, quae est sacramentum spiritualis vntionis, datur potestas ligandi atque soluendi. Induti amictu, alba, cingulo, Stola, Planetas superuestiuntur: per quam supereminetia charitatis intelligitur.

De ordine presbyteratus. Cap. 9.

Ordo Presbyterorum primus & summus, in perfectione septenarij vltimus est ordinatus. In quorum figura Aaron & filij eius seruiebant in Tabernaculo foederis, sicut scriptum est, Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. In lege sacerdotes dicebantur, qui nunc Presbyteri vocantur, & qui tunc principes Sacerdotum: nunc Pontifices siue Episcopi dicuntur. Hi successores Apostolorum, alios ordinant ad sui ordinis ministerium. Ordinantur Presbyteri: ut sint Episcoporum coadiutores ad regendum & instruendum dominicum gregem. Sic Moyses. 70. viros prudentes elegit, quorum consilio innumeram populi multitudinem rexit. Inde est quod 7. discipulorum vices obtinent, in ministerium sibi commissum. Sicut enim illi missi sunt a Domino in omnem ciuitatem & locum quo erat ipse venturus, ut ei praedicando & miracula faciendo viam praepararent, & infidelium corda ad fidem conuerterent, ita Presbyteri nostri coadiutores, baptizando, rudes populos instruendo, communicando, & caetera sacramenta dispensando, nostras vices supplere debent. Excipiuntur illa, quibus quadam praerogatiua fulget & praeminet Episcopalis dignitas, quae sunt quinque: Basilicarum dedicatio, Christumatis vntio, manuum impositio, Clericorum ordinatio, super populum benedictio. Haec potestas solis Episcopis attribuitur, ne ab omnibus vendicata, soluto obedientiae vinculo insolentiam generaret. Vtrique sunt vicarij summi Pontificis qui primo offensus culpa originali, quotidie offenditur aetuali. Vt illa euacuaretur, semel mortuus est in cruce: ut ista deleteretur, voluit ministerio sacerdotum sacrificari iterata immolatione. Vnde quidam versificator: Mortuus ille semel, licet ultra non moriatur: Idem quotidie sine vulnere sacrificatur. Ipse sacrificans est & sacrificium, hostia & sacerdos, quia Deus est & homo. Vicarius eius quia tantum homo: sacrificans tantum est & sacerdos. Ille mediator Dei & hominis, homines Deo reconciliauit: iste, populum Deo placabilem reddit. Ille ad dexteram Patris pro nobis interpellat, iste pro grege sibi credito orat. Ille peccata dimittit, iste ligat & soluit. Ille in ara crucis hostiam sanctam & Deo placentem se Patri obtulit, iste ipsum eundem offert in mensa altaris. Nobis autem qui quotidie labimur, ut eius interuentu releuemur, fuit necessarium habere praesentem hunc salutis nostrae auctorem. Vnde Deus misericors iterata immolatione voluit se nobis exhibere pra-

De ordine presbyteratus. Cap. 9.

Ordo Presbyterorum primus & summus, in perfectione septenarij vltimus est ordinatus. In quorum figura Aaron & filij eius seruiebant in Tabernaculo foederis, sicut scriptum est, Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. In lege sacerdotes dicebantur, qui nunc Presbyteri vocantur, & qui tunc principes Sacerdotum: nunc Pontifices siue Episcopi dicuntur. Hi successores Apostolorum, alios ordinant ad sui ordinis ministerium. Ordinantur Presbyteri: ut sint Episcoporum coadiutores ad regendum & instruendum dominicum gregem. Sic Moyses. 70. viros prudentes elegit, quorum consilio innumeram populi multitudinem rexit. Inde est quod 7. discipulorum vices obtinent, in ministerium sibi commissum. Sicut enim illi missi sunt a Domino in omnem ciuitatem & locum quo erat ipse venturus, ut ei praedicando & miracula faciendo viam praepararent, & infidelium corda ad fidem conuerterent, ita Presbyteri nostri coadiutores, baptizando, rudes populos instruendo, communicando, & caetera sacramenta dispensando, nostras vices supplere debent. Excipiuntur illa, quibus quadam praerogatiua fulget & praeminet Episcopalis dignitas, quae sunt quinque: Basilicarum dedicatio, Christumatis vntio, manuum impositio, Clericorum ordinatio, super populum benedictio. Haec potestas solis Episcopis attribuitur, ne ab omnibus vendicata, soluto obedientiae vinculo insolentiam generaret. Vtrique sunt vicarij summi Pontificis qui primo offensus culpa originali, quotidie offenditur aetuali. Vt illa euacuaretur, semel mortuus est in cruce: ut ista deleteretur, voluit ministerio sacerdotum sacrificari iterata immolatione. Vnde quidam versificator: Mortuus ille semel, licet ultra non moriatur: Idem quotidie sine vulnere sacrificatur. Ipse sacrificans est & sacrificium, hostia & sacerdos, quia Deus est & homo. Vicarius eius quia tantum homo: sacrificans tantum est & sacerdos. Ille mediator Dei & hominis, homines Deo reconciliauit: iste, populum Deo placabilem reddit. Ille ad dexteram Patris pro nobis interpellat, iste pro grege sibi credito orat. Ille peccata dimittit, iste ligat & soluit. Ille in ara crucis hostiam sanctam & Deo placentem se Patri obtulit, iste ipsum eundem offert in mensa altaris. Nobis autem qui quotidie labimur, ut eius interuentu releuemur, fuit necessarium habere praesentem hunc salutis nostrae auctorem. Vnde Deus misericors iterata immolatione voluit se nobis exhibere pra-

De ordine presbyteratus. Cap. 9.

Ordo Presbyterorum primus & summus, in perfectione septenarij vltimus est ordinatus. In quorum figura Aaron & filij eius seruiebant in Tabernaculo foederis, sicut scriptum est, Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. In lege sacerdotes dicebantur, qui nunc Presbyteri vocantur, & qui tunc principes Sacerdotum: nunc Pontifices siue Episcopi dicuntur. Hi successores Apostolorum, alios ordinant ad sui ordinis ministerium. Ordinantur Presbyteri: ut sint Episcoporum coadiutores ad regendum & instruendum dominicum gregem. Sic Moyses. 70. viros prudentes elegit, quorum consilio innumeram populi multitudinem rexit. Inde est quod 7. discipulorum vices obtinent, in ministerium sibi commissum. Sicut enim illi missi sunt a Domino in omnem ciuitatem & locum quo erat ipse venturus, ut ei praedicando & miracula faciendo viam praepararent, & infidelium corda ad fidem conuerterent, ita Presbyteri nostri coadiutores, baptizando, rudes populos instruendo, communicando, & caetera sacramenta dispensando, nostras vices supplere debent. Excipiuntur illa, quibus quadam praerogatiua fulget & praeminet Episcopalis dignitas, quae sunt quinque: Basilicarum dedicatio, Christumatis vntio, manuum impositio, Clericorum ordinatio, super populum benedictio. Haec potestas solis Episcopis attribuitur, ne ab omnibus vendicata, soluto obedientiae vinculo insolentiam generaret. Vtrique sunt vicarij summi Pontificis qui primo offensus culpa originali, quotidie offenditur aetuali. Vt illa euacuaretur, semel mortuus est in cruce: ut ista deleteretur, voluit ministerio sacerdotum sacrificari iterata immolatione. Vnde quidam versificator: Mortuus ille semel, licet ultra non moriatur: Idem quotidie sine vulnere sacrificatur. Ipse sacrificans est & sacrificium, hostia & sacerdos, quia Deus est & homo. Vicarius eius quia tantum homo: sacrificans tantum est & sacerdos. Ille mediator Dei & hominis, homines Deo reconciliauit: iste, populum Deo placabilem reddit. Ille ad dexteram Patris pro nobis interpellat, iste pro grege sibi credito orat. Ille peccata dimittit, iste ligat & soluit. Ille in ara crucis hostiam sanctam & Deo placentem se Patri obtulit, iste ipsum eundem offert in mensa altaris. Nobis autem qui quotidie labimur, ut eius interuentu releuemur, fuit necessarium habere praesentem hunc salutis nostrae auctorem. Vnde Deus misericors iterata immolatione voluit se nobis exhibere pra-

De ordine presbyteratus. Cap. 9.

De ordine presbyteratus. Cap. 9.

Calix cum vino, & patena cum hostia, in quo traditur eis potestas ad offerendum Deo placabiles hostias. Propterea oleo sancto manus inunguntur, per quod gratia sancti spiritus eis oblata significatur & quod abundant operibus misericordiae designatur. In his etiam, manus sacerdotis quae in figura crucis oleo sancto signantur, conformantur manibus Christi, & illud insigne miraculum & saluterum quod inter manus sacerdotis fieri creditur: haec manus Christi operantur, qui ait. Sine me nihil potestis facere: Vnde cum ipso & per ipsum & in ipso, totum agitur sacrificium. Vntio Episcopis fit in capite, quia ordinantur vicarij illius qui vntus est oleo laetitiae in plenitudine. In vntione visibili, quae est sacramentum spiritualis vntionis, datur potestas ligandi atque soluendi. Induti amictu, alba, cingulo, Stola, Planetas superuestiuntur: per quam supereminetia charitatis intelligitur.

De significatione vestimentorum sacerdotalium. Cap. 10.

Quoniam de indumentis veteris sacerdotij, eorumque significatione a multis tractatum est.

est: ea sub silentio præmittentes, noui sacer-
dotij vestimentata & eorum significationes (quod
ad præfens atiner) paucis explanare curauimus.
Sciendum autem est, quod sacerdos celebraturus
sacrofanctum mysterium quod excellit omne
sacramentum: capitis sui scilicet Christi (cuius
membrum est) vices in se suscipit. Caput eius,
amictu velatur: in quo diuinitas velata humani-
tate figuratur. Vnde in Apocalypsi, Angelus nube
amictus, de cælo descendisse legitur. Alba
designat gloriam dominicæ resurrectionis quam
nunciantes Angeli apparuerunt in vestibus albis.
Idcirco induitur veste alba, vt candidatione vir-
tutum ostendatur ornandum esse nouum sacerdotium.
Cingulum quo alba consringendo rem-
nibus coaptatur, mittit nos ad illum Euangeli-
cum sermonem, quo Dominus ad præcingen-
dum lumbos nostros nos hortatur. Mappula qua
solent sicari stillicidia oculorum, excitat nos ad
vigilandum. Vnde Dominus discipulis ait. *Vigilate,
& orate ne iniretis in tentationem.* Et alibi *Vigilate,
quia nescitis quando Dominus veniet.* Stola circun-
data collo, ad interiora descendens: significat o-
bedientiam filij Dei, & iugum seruitutis quod pro
salute hominum portauit. *Obediuit Patri usque ad
mortem crucis, & subiecit se seruituti.* Quæ enim
maior seruitus ea, qua opprobria, irrisiones, & fla-
gella sustinuit? Qui ergo stolam humeris super-
ponit, sciat iugum Domini esse suauæ & onus eius
leue, quod se portaturum promissit. Casula vni-
dique integra, vnitatem fidei designat. Hæc, est il-
lud *vestimentum Aaron in cuius barbam inguentum à
capite effluxit, & in oram vestimenti eius.* Per hoc au-
tem signatur vnctio spiritalis qua vnctus est *Christus
pro confortibus suis.* Hæc in Apostolos & in v-
niuersos Ecclesiæ ministros emanauit. Extensio
manuum sacerdotis extra casulam, præterdit in
cruce, manuum Christi extensionem. Quæ ante &
retro quasi diuidi videtur: hoc est quod duo parie-
tes dissidentes, angulari lapidi vniuntur. Amictus
ad decorem super casulam replicatur, quia filij Dei
humanitate, omnis Ecclesiæ decoratur.

De ornamentis Episcoporum. Cap. II.

Præter hoc Pontifices vna tunica vtuntur: se-
cundum quosdam, duabus tunicis, & Annulo,
Pallio, Mitra, & Sandaliis. Vfus est Aaron hyacin-
thina tunica, quam sibi induit Dei sapientia, &
Apostolos vestiuit, dicens. *Omnia quæcumque audiui
à patre meo, nota feci vobis.* Hæc est tunica illa in-
confutibilis quæ sine damno scindi non potuit. A-
lia tunica serica, trahens originem à vermibus,
Christi est caro concepta de Spiritu sancto, qui de
se ait. *Ego sum vermis & non homo.* Annulus in di-
gito, Ecclesiam cuius minister est, sponfam Chri-
sto associat: & fulgore suo, dona sancti Spiritus
fulgentia demonstrat. Pallium de ouino vellere
contextum, humilitatis est ornamentum: quan-
to enim quisque altior, tanto debet esse humilior.
Illis solis Pontificibus datur, qui à sede Aposto-
lica mittuntur. In Sandaliis signatur, quia venit
ad nos calciata diuinitas, sicut scriptum est. In I-
dumeam extendam calciamentum meum. Mitra

Amictus
Alba.
Cingulum.
Luc. 12. g.
Mappula.
Mar. 14.
Mat. 13.
ad Phil. 2.

Stola.

Casula.

Psal. 13.

Extensio
manuum
sacerdotis
extra casu-
lam.
Amictus
super casu-
lam repli-
catus.
Exo. 28.
Ioan. 15.

Psal. 21. g.

Psal. 19. b.

quæ est corniculata, præterdit coronam spinicam,
per quam, ad vnam fidem conuenerunt duo Te-
stamenta, illa grauius pungens, nostra, dulcedine ple-
na. Væ illis qui illam non gestant penitenti corde,
ad sui & aliorum correptionem, Væ illis qui
de cruce descendunt: & crucis mysterium in se
depingunt.

De obseruandis in Missæ celebratione. Cap. 12.

Alibus indumentis sacerdos decenter orna-
tus, veniens ad altare, constitur se indignum
celebrare tam excellens mysterium quia in cons-
pectu illius cuius immolatio representatur, nul-
lus nisi per gratiam suam est iustificatus. In con-
fessione percipiendi peccata, gemit pro peccatis &
oratione fratrum, à Domino postulat sibi indul-
gentiam agat: in quibus conscientia eum accusat.
Osculatur Euangelium & Altare, significans illum
qui osculo suæ incarnationis fecit vtraque vnum,
conuersione Iudæorum & Gentium. Tenet dex-
teram partem Altaris, quia Christus in lege pro-
missus, primum iudæis quam gentibus prædicauit.
Tunc gentiles sinistram tenebant, quia alieni erant
à diuino cultu propter idolorum culturam. Inter-
rim de Prophetis vel Apostolicis scripturis Cho-
rus Deo laudes concinit: & pneumatizandò *Kyrie
eleison, supplicat sibi misereri.* Ter triplicatum si-
gnat Trinitatem Angelorum, quæ triplicata, lau-
des incessanter summæ Trinitati decantat. Fini-
to pneumate, Choro tacente: Sacerdos se conuertens
ad Occidentem, Clerū salutatur & populum, dicens:
Dominus vobiscum, quasi qui dignatus est inter vos
habitare visibili præsentia, maneat in vobis habi-
tante gratia: & ab occurfu infidelitatis conuertat
corda vestra ad orientem veri luminis. Ista saluta-
tio fit ab Episcopis, dicendo, *pax vobis.* In quo osten-
duntur specialiter esse vicarij Christi qui aposto-
los in hunc modum salutauit. In festiuis diebus so-
let, *gloria in excelsis decantari.* In quo innuitur con-
gratulandum esse meritis sanctorum qui facti sunt
focij angelorum gratia illius cuius natiuitas ab an-
gelis pastoribus est nunciata. Quam laudem con-
sequenter vociferat totius cleri conuentus: lau-
dans Deum tanquam multitudo cælestis exerci-
tus. Postea respiciens ad orientem, scilicet spiritua-
liter ad eum de quo scriptum est. Oriens nomen
eius: exclamat, *Oremus,* monens se & alios orare:
quia dominus orauit & discipulos ad orandum ex-
citauit. Lectioe siue Epistola pronunciata: se-
quitur responsum & alleluia. Lectio, sanctorum
patrum monita & exhortationes: Epistola sub-
sequentium prædicationem representat. Respon-
sorium, fidem audientium qui eorum prædica-
tioni præbuerunt assensum, vnde responsum
nominatur: quia responsio secundum voluntatem
interrogantium assensus est vel concessio. Vel gra-
duale dicitur, quia per gradus virtutum ad hoc
peruenitur. Oportet enim, vt eos qui rudimen-
ta fidei suscipiunt, gratia Dei præueniat: & vt
stabiles maneant, subsequatur. Vnde alleluia
cantus

Euangelij
& Altaris
osculum
Progressus
ad dexteram
partem al-
taris. kyrie
eleison.

Dominus
vobiscum.

Pax vobis.

Gloria in
excelsis.
Luc. 2.

Zach. 8. c.
Oremus.

Graduale.

Tractus.

Cent. f.
Euangelij.

Oblatio.
Incensum.

Eucharis-
tia.

Thes.

cantus modulatio subsequitur, quæ laudes fide-
lium Deo dicatas exprimit, & gratiarum actiones
Deo deuotas, quibus suspirant ad æterna gaudia.
Verbum est breue: sed longo protrahitur pneuma-
te. Nec mirum si vox humana deficit ad loquen-
dum: vbi mens non sufficit ad cogitandum, quia
quæ vox, quæ lingua poterit repetere: *quæ præpara-
uit Dominus diligentibus se.* Tractus qui (tacito Alle-
luia) in quibusdam temporibus decantatur: signifi-
cat gemitus & suspiria penitentium in conuale
lachrymarum: gemunt & suspirant & gaudio ci-
uium supernorum congratulantur: vt ira irriguum
inferius sursum fluens irriguo superiori misceatur.
Hoc gemitu suspirabat qui dicebat. *Liquefacta est
anima mea.* Postea à Diacono, vel à sacerdote Euangeli-
um à dextro cornu altaris transfertur ad fini-
strum, dextra attribuitur Iudæis: propter legis ve-
nerationem, sinistra gentilibus propter idolola-
triam execrabilem. Illis credita Euangelica doctri-
na: prius à Iudæis repulsa. Vnde in sinistra parte &
versus aquilonem legendum est Euangelium: vt
sequales illius qui voluit sedem suam ponere in
aquilone, Euangelica prædicatione conuertantur
ab infidelitate. Aliquando (sicut in festiuis diebus)
pronunciatur in analogio, quia iubetur ascendere
qui Euangelizat Sion, & sancti in valle lachryma-
rum ascensiones in corde suo disposuerunt: quibus
gloria in cælis sui memoriam in terris meruerunt.
Ideoque in alto & in publico exclamanda est eor-
um victoria: vt magis alacres efficiantur in pugna.
Dehinc sacerdos incipit symbolum fidei: adhibens
testimonium verbis Euangelij. Illud chorus vsque
ad finem succinit: ostendens se permanere in vni-
tate eiusdem fidei. Quo finito, sacerdos salutatio-
ne præmissa monet ad orandum: vt stabiles sint in
fide: quam professi sunt in sermone. Statim chorus
decantat offertorium, ac si dicat, quod confessus
sum ore teneo corde & adimplebo opere. In pri-
mis incipsum offero: vt sacrificium nostrum sit hu-
militas & cordis contritio. Tunc sacerdos offert
dona siue libamina cum incenso: scilicet panem &
vinum sanctificanda: populus, sua munera. Per in-
censum, designatur suauitas flagrans igne charita-
tis: hoc est vnctum quo domus est repleta vin-
cens omnia aromata. Quod loquor est Eucharis-
tia, sacramentum scilicet panis & vini: à quo om-
nis bonus odor est: & omnia nostræ fidei sacra-
menta. Vnde eucharistia id est bona gratia excel-
lenter dicitur: quia in hoc sacramento ille sumitur
à quo omnis gratia datur. *Ab eo enim solo omne da-
tum optimum: in quo est plenitudo omnium gratiarum.* Thus
in igne: oratio est incensa charitate. Hunc ignem Dei
filius accendit in thuribulo assumptæ humanita-
tis: vt currentes in odore vnquentorum suorum,
offeramus ei odorem bonorum operum. Dona sacra-
nda scilicet panis & vini: hoc ordine oblata ad
altare perueniunt. A subdiacono diaconus accipit:
& offert manibus sacerdotis, vel aliquotiens causa
curæ diligentioris sacerdos componit in dextera
altaris. Cuius rei mysterium est: quod lex per sub-
diaconem significata in sacrificiis suis sacrificium
nostræ salutis figurauit: doctrina Euangelica cuius
diaconus minister est, manifestauit & solen-
niter celebrare instituit. Aqua vino miscetur: vt

vnda regenerans ita sanguini Christi adiuncta in-
telligatur. Quia per alterum sine altero sa-
lutem consequatur: per hoc etiam vnio Christi &
Ecclesiæ designatur. Vtrumque de latere Christi
emanauit: quod non fuit sine ratione mysterij.
Præparantur panis & vinum ad conficiendum sa-
cramentum, vt quibus fit refectio corporalis: fiat
animæ cibus & potus salutaris. Sicut enim illa
corpus hominis sustentant & spiritum lætificant:
ita res sacramenti quæ est Christus Dominus nos-
ter Dei filius, est læticia hominum & Angelo-
rum sibi & Angelos & homines reconcilians. Vnde
ipse qui in sacramento sumitur ait. *Caro mea ve-
rè est cibus: & sanguis meus verè est potus.* Panis ille
debet esse triticeus: quia Dominus grano tritici se
comparauit dicens. *Nisi granum frumenti cadens in
terram mortuum fuerit: ipsum solum manet.* Vnum gran-
um fuit & solum: ante resurrectionem: post fru-
ctificauit & multiplicatum est per fidei propagi-
nem. Quot fideles: tot sunt grana illi grano dei-
fico vnita ex quibus conficitur vnum corpus,
quod est Christus & Ecclesiæ. Azymus est, vt se-
cundum Apostolum, *non in fermento veteri, neque
in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis
& veritatis.* His autem compositis, silente cho-
ro, sacerdos incipit orare in silentio: illud signifi-
cans tempus quo Dominus noster iam non pa-
lam ambulabat apud Iudæos cum cogitarent eum
interficere, sed abiit in regionem iuxta desertum,
in ciuitatem quæ dicitur Effrem, & ibi moraba-
tur cum discipulis suis. Et inclinans se ante me-
dium altaris, supplicat à Deo patre sibi dari spiri-
tum humilitatis: vt in memoria *Dominicæ* va-
leat sacrificium offerre Deo compunctionis. hu-
militas enim virtus est sine qua nulla oratio, nul-
la meditatio, nec operatio accepta est Deo, qui
nos erudiens ait. *Discite à me quia mitis sum & humi-
lis corde.* Virginitas enim beatæ Mariæ placuit ex
humilitate, ipsa attestante. *Respexit humilitatem
ancillæ suæ.* Sequitur inuocatio Trinitatis: quæ fa-
cienda est principio cuiusque sermonis vel ope-
ris. Dicit enim, *suscipe sancta Trinitas, sine cuius
fide impossibile est aliquid placere Deo.* Deinde
orat omnium instantium precibus adiuari. Con-
uertens se ad populum dicit. *Orate.* Et chorus orat
pro eodicens. *Mittat tibi Dominus auxilium de sancto:
& de Sion tueatur te.* Sciendum est quia in celebra-
tione missæ, quinaria fit conuersio sacerdotis ad
populum: ad memorandum quod totiens Domi-
nus die resurrectionis apparuit consolando pro
passione sua gemitus desolatorum. Accepto spiri-
tu humilitatis, sacerdos non præsumens de se sed
à clero & à populo postulans munus orationum, vt
pro se & pro his Deum interpellans exaudiatur
dicit orationes quæ secretæ dicuntur, quia secreta
& humili voce proferuntur. In hoc silentio
est memoria dominicæ passionis: quæ in he-
domada antepaschali cessantibus hymnis & lau-
dibus solet celebrari. Dominus etiam immi-
nente passione, ante suspensum crucis secreto
orauit dicens. Pater si fieri potest transeat à
me calix iste. Orante sacerdote super oblaram
in silentio fit quædam ad sanctum sacrificium
præparatio. Repræsentans quod cum Dominus

Ioan. 15.

Ioan. 6. f.
Ioan. 12. c.

1. Cor. 5.

Ioan. 11.
Inclinatio
ante altare.
Humilitas.
Mat. 11.
Luc. 2.

Suscipe san-
cta Trini-
tas.

se absconderet, nec palam apud Iudæos ambularet: abscondita dispensatione præparabat nobis salutiferum suæ passionis mysterium. Post miraculum dilecti sui à morte suscitati eo palam ambulante, sacerdos rumpit silentium exclamans: *Per omnia secula seculorum*, & rogat Dominum effecum illis: & chorus orat eius spiritui Dominum vniri. Monet etiam vt habeat sursum corda ad dominum, ipsius subleuante gratia: vt mentes eorum sint in cœlestibus & æternis, nō in terrenis & transitoriis. Responsione chori audiens eorum mentes ad dominum erectas: confitetur dignum esse & iustū ei agere gratias, qui terrena eleuat ad cœlestia, & quod graue est & ponderosum facit fluere sursum. Rectè Deo gratias agit: qui per bona opera se ei acceptabilem reddit. Vt digne à nobis laudes referantur Deo: oportet nos bene viuendo assimilari cœlorum virtutibus: quatenus in exhibitione gratiarum, vna sit vox hominum & Angelorū. Illi incessanter laudant in gloria: nos quantum possumus laudemus pro misericordia nobis exhibita. Orandum est pater vt concedat nobis iustitiam: & interpellante filio & intercedentibus angelorum suffragiis, peruenire ad eorum gloriam, per quem Deo omnipotenti gratias referimus, corde credentes & ore confitentes: quo per Iesum Christum filium suum æternaliter genitum, temporaliter natum, ab omni creatura humana & angelica laudatur, adoratur, & reuerenter honoratur. Per ipsum enim vniuersa visibilia & inuisibilia creat, viuificat & conseruat. Quod manifeste declarauit beatus Ioannes dicens. *In principio erat Verbum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil.* Maiestatem patris per filium laudant Angeli in ministerio. Adorant dominationes: inclinato scabello pedum eius dominio. Potestates reuerentur: quia omnia potest, & omnis potestas ab ipso. Omnes etiam spiritus cœlestes laudes eius ineffabili exultatione concelebrat: hymnum sine fine concinētes. Vnde sacerdos laudibus Angelorum precatur adiungi voces hominum: per Iesum Christum dominum nostrum, qui vtroque facit participes æternorum gaudiorum. Inde chorus quasi cum ramis palmarum ei pergēs obuiam à Bethania venienti in Hierusalem, hymnum decantat Angelicum. Sanctus, sanctus, sanctus, &c. Trina sanctus repetitio: sanctæ Trinitatis est confessio. Quia semel Dominus profertur: vnitas substantiæ in personis designatur. Cuius gloria pleni sunt cœli & terra: Angelica scilicet creatura & humana. Ideo osanna in excelsis quasi obsecramus: vt salutem consecuti cum Angelis gloriemur: quia benedictus qui venit in nomine Domini Iesus Christus filius tuus per quem nos saluus & benedicis.

De canonis declaratione. Cap. 13.

Te igitur. **I**gitur, &c. Ex præmissis datur intelligi: quod Deus pater per filium suum ab omni creatura cœlesti laudatur & glorificatur. Tum beneficio datæ gloriæ & illius confirmationis. A quo intellectū initium canonis præcedentibus hoc modo continuatur. Quia clementissime pater per Iesum Christum filium tuum ab Angelis & cœlestibus

Per omnia secula seculorum. Sursum corda.

Ioan. 1. a

Sanctus, sanctus, sanctus, O'anna in excelsis.

virtutibus collaudaris, cum quibus ad laudem tuam nostras voces deprecamur admitti. Igitur per eundem filium tuum te rogamus ac petimus: vt tibi sit gratum & acceptum quod offerimus. Rogamus humiliter: petimus confidenter. Te rogamus pro lapsis: qui in filij tui humilitate iacentem mundum erexisti. A te poscimus munus salutiferum, de tua misericordia confisi: qui non ex operibus quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam tuam saluare nos voluisti. Offerimus corporis alimenta, vt ex eis suscipiamus spiritualia: offerimus panem & vinum, vt inde percipiamus Verbum caro factum. Petitio declaratur per hoc quod sequitur, vt accepta habeas, & benedicas hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia. Donum est quod à superiori datur, munus quod ab inferiori. Vnde panis & vinū, sunt dona à Deo nobis donata: munera, à nobis Deo oblata. Solemus enim illos munere à quibus aliquid volumus obtinere. Eadem sunt sacrificia sancta scilicet Deo dicata, & ad sanctum sacrificium præparata. Illibata sunt nec corporali gustu nec aliqua fractione vitata, sed integra & intacta. Inde est quod panis integer debet apponi: & de pane & vino solent oblationes fieri. Precamur vt hæc habeas accepta. Ita vt oblatione istorū munerum tibi grata augeatur deuotio nostra: & offensus culpis nostris, eorum oblatione nobis placatus efficiaris, & benedicas: vt tua benedictione facias conuerti in illud corpus filij tui quod pendit in cruce: quod glorificatum est in resurrectione: quod deificatum est in ascensione. Signantur triplici cruce: in quo ostenditur totum mysterium fieri sancta trinitate cooperante. Scire autem vos conuenit quod à principio canonis vsque ad finem memoratur angaria dominicæ passionis, præcipue quod actum est in hebdomada antepaschali. Sequitur, Imprimis quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta catholica: quam pacificare, custodire, adunare & regere digneris toto orbe terrarum, vna cum famulo tuo Papa nostro, rege nostro, & antistite nostro, & omnibus orthodoxis atque catholicæ & apostolicæ fidei cultoribus. Oratio sine charitate, est infructuosa, flos est sine fructu, spica sine grano, vox æera verberans sine audiente. Vnde Propheta. Iniquitatem si aspexi in corde meo: non exaudiet Dominus. charitas in tribus consistit: in dilectione Dei, sui, & proximi. Vnde sacerdos nullum fidelem debet excipere ab oratione: quæ Deo fit gratior ex mutua charitate Orat itaque sacerdos primò generaliter pro tota Ecclesia Catholica: vt Dominus dignetur eam pacificare ab incurfu visibilium & inuisibilium hostium, & in tranquillitate custodire, & adunare, id est, in vnitare fidei conseruare: ne erroribus hereticorum siue schismaticorum diuidatur: sed vnitatis capitis & membrorum in fide Sacramento- rum conseruetur, & regere, vt moderamine iustitiæ omnia in se fiant & dissonantur. Deinde sub quadam distinctione enumerat partes Ecclesiæ: dicens. Vna cum famulo tuo Papa nostro, &c. Sicut enim administrationes sunt diuersæ: ita orationes sunt variandæ. Alia enim sollicitudo adhibenda est publicis, alia priuatis, alia forensibus negociis, alia Ecclesiasticis.

Transsubstantiatio Triplicifigatio.

Pro quibus sacerdos orat

Alio

Alio modo pro se orandum exigunt Ecclesiasticæ personæ, vt Dominus Papa, Archiepiscopi, & Episcopi: alio rex, & fideles singuli. Infideles cum non sint in Ecclesia: non sunt de corpore Ecclesiæ cuius caput Christus est, cui non communicat alienus à fide: & licet pro diuersitate personarum orationes varientur, earum tamen intentio vno sine concluditur. Sic enim orandum est pro vniuersis fidelibus: vt abstrahantur à noxiis & ad salutaria dirigantur. Memento Domine famulorū famularumque tuarum. In precedenti capitulo oratio fit generaliter pro Ecclesia. Deinde distinguendo partes Ecclesiæ: rogamus pro Papa, & pro antistite, pro rege, pro omnibus orthodoxis, scilicet pro iis quorum gloria est reditudo fidei Christianæ, cōscientia eis testimoniū perhibente sanctæ meditationis & honestæ cōuersationis, pro his etiam qui fidem excollunt vomere prædicationis, & semine boni operis. Hoc autem sequenti capitulo oramus pro familiaribus, absentibus, præsentibus: pro astantibus, scilicet pro iis omnibus qui assistunt præsentem mysterio altaris. Communicantes: quorum Deo cognita est fides & nota deuotio. Solus enim est qui scrutatur corda & renes Deus: cui omne cor patet, & omnis voluntas inquitur. Vel quorum fidem Deus approbat. Eius enim cognoscere est approbare. Pro eis omnibus supra memoratis offerimus sacrificiū laudis, & ipsi offerunt Deo: referendo gratiarum actiones qui per filium suum à nobis voluit laudari, benedici & glorificari. Offerimus re: ipsi offerunt fide & deuotione. Offerimus sacramenta conficendo: ipsi offerunt vota soluendo, immolant sacrificium laudis: & reddunt altissimo vota sua. Adiuti virtute sacramenti cōprimunt ipsi vicia & peccata: in ædificando, & Deo vouendo virtutes & bona opera. Offerimus vinū & oblatā: ipsi offerunt mentem sanctam & deuotam. Itaque offerimus pro nobis & pro ipsis: ipsi pro se & pro nobis. Vnde superius postulauimus eorum orationibus adiuuari: dicentes, orate pro nobis. Sciendum est autem quod vbi orauimus pro tota Ecclesia, rogauimus & pro istis. Specialiter tamen familiares absentes & præsentibus, & alios assistentes memoramus: vt circa eos augeatur nostræ deuotionis affectus. Vnde quos chariores habemus, hoc loco nominare solemus. Potest autem esse repetitio generalis orationis, ita. Memento domine famulorum famularumque tuarum, omnium scilicet fidelium corporaliter absentium & hic assistentium. Iterandæ enim sunt orationes: quia assiduitate orationis multotiens placatur Deus, & postulationibus nostris fit propicius. Item sciendum est quod si vnus tantum sit præsens, vel nulli sint præsentibus, vt in missis solitariis: non ideo mutantur quæ pluraliter solēt fieri orationes. Primo enim non solebant missæ celebrari, sine collecta fidelium multitudine. Postea mos inoleuit, solitariis sicut monachos: celebrare solitarias, quod eis concessum est ex indulgentia. Inde etiam sæculares consueuerunt missas cantare priuatas. Tunc sunt salutationes ad omnes fideles, qui assistunt: quasi præsentibus fide & charitate sacramentis comunicantes. Quotquot enim sunt de corpore Christi, quod est Ecclesia, salutantur: & eorum suffragia postulantur, quorum fides per gratiam Dei adiuuar

Caput Ecclesiæ Christi.

Memento.

De speciali oratione quæ fit à sacerdote in memento.

fieri tanta mysteria. Nec est aliquis fidelium, qui non sit particeps sacramentorum. Qui enim à corpore præscisi sunt quod est vera vitis, qui sunt palmites: & putrida membra: ab hoc sacramento sunt alieni. A capite enim in totius corporis membra: à vite in palmites effunditur humor salutaris totum corpus viuificante gratia Dei. Ita vno præsentis sacerdos plures alloquitur, & salutat quia præsens astat omnibus Ecclesia. Singula enim membra sibi inuicem & capiti & corpori coherent quandiu vegetatur spiritu Dei. Inde est quod non solū sacerdotes & clericus qui secundum dispensationem ministeriorum diuersis officiis occupantur, aut diuinis laudibus hoc sacrificium offerunt: etiam ad audientes osculo pacis communicantes cooperantur: & omnes vbiunque sint fideles, nulli separantur, nisi qui à corpore Christi præcidentur. Omnia enim membra huius corporis quandiu sibi coherent glutino charitatis, sunt quasi vna persona. Qui diuiditur ab hac vnitare, & eiiciuntur à sacramentorū communione, alieni sunt à Christi regno & Ecclesiæ. Subiungitur causa oblationis, cum dicitur, pro se suisque omnibus. Offerentes erant pro salute animarū suarum, suisque omnibus, id est, pro amicis, & rebus suis & amicorum, pro pace illorum, pro reditu peregrinantium, pro sanitate infirmorum, pro cōuersione errantium, pro fructibus terræ, pro aëris serenitate, pro aliis commodis adipiscendis vel conseruandis, pro obtinendis successibus prosperis. Habemus enim in ipso consolatione præsentis vitæ & futuræ. Pro redemptione animarum nostrarum, pro spe salutis & incolumitatis nostræ. Facta est nostra redemptio, Christo semel in cruce passo. Nam passione Christi redempti sumus & liberati de manu inferi. Culpis nostris exigētibz quotidie labimur, ab hoc lapsu iterata immolatione, quæ fit in altari, resurgimus & renouamur. Immolatio iteratur, non Christus occiditur, sed ipso præsentis passio eius representatur. Superabundante misericordia, maius fuit precium, quam nostrum delictum, Deus enim homo factus, mortuus est, vt deificetur homo & non moriatur. Qui se dedit, maius dare non potuit. Si autem Deus maius precium dare non potuit, quid retribuemus ei? Offerimus ei calicem salutaris sacrificij quo redempti, quo liberati, sed etiā saluati, habentes beatam spem resurgendi cum animarum salute, & corporū incorruptione. Supra memorati offerunt, tibi que reddunt vota sua, non idolis, non dæmoniis, sed tibi Deo viuo & vero. Comunicantes & memoriam venerates. Aliter enim, nec conuenienter offerrent Deo, nec vota redderent, nisi digne communicarent, quia extra communionem fidelium & venerationem sanctorum, non est locus offerendi verum sacrificium. Orationes enim fidelium, & sanctorum suffragia, adiuuant vt Deo fiant acceptæ oblationes & vota, postulantes eorum suffragia, eos & in ipsis Christum veneramus, quantum sanctis suis contulit, vt valeamus meritis & precibus eorum adiuuari. Qui honorat filium, & patrem honorificat qui misit illum. In memoria & veneratione sanctorum talis ordo est: considerandus, vt primum memoretur beata virgo domina, & regina hominum & Angelorum, secundo virtutes cœlorum, tertio fiat memoria patriarcharum &

Immola- tur Christus, sed nō occiditur.

Commu- nicantes.

Ordo in veneratione sanctorum talis ordo est: considerandus, vt primum memoretur beata virgo domina, & regina hominum & Angelorum, secundo virtutes cœlorum, tertio fiat memoria patriarcharum &

Prophetarum, quarto Apostolorum, quinto Martyrum, sexto confessorum, septimo virginum. Hæ sequuntur agnum quocunque ierit. Sicut gratiarum septiformis est donatio, ita facta est septenaria diuisio ordinante spiritu sancto. Ante consecrationem, fit memoria plurimorum martyrum qui stolas suas in sanguine agni dealbauerunt, & cum eo coronati non velata facie sed manifesta visione Deum agnoscunt, hos in memoria venerantes precamur ut beatæ virginis quæ præcellit omnibus sanctis, & eorum intercessio, sit nobis salutifera propitiatio. Numerum non attendimus quare plures vel pauciores: quia qui canonem ordinauit: quos sibi placuit, dicente Spiritu sancto, memorare instituit. Hæc igitur oblationem, quia in unitate sanctæ Ecclesiæ offerimus cum sanctorum ueneratione, adiuti eorum intercessione. Igitur hanc oblationem seruitutis nostri, id est, humilitatis nostræ, quæ in prociuctu est tibi seruicendi, vota soluendi, & sacrificium laudis tibi offerendi. Signanter apposuit seruitutis, respiciens ad illud quod dictum est superius, In spiritu humilitatis & in animo contrito suscipiamur à te Domine: Hæc oblatio non tantum est sacerdotis: sed cunctæ familiæ, id est, cleri & populi, & non assistentis familiæ: sed totius Ecclesiæ. Hanc quæsumus ut placatus accipias. Licet culpis nostris nobis sis infensus: rogamus ut efficiaris placatus fidelium orationibus & sanctorum intercessionibus, meritis & precibus. Ab ipso placato tria petimus: dies nostros in pace custodiri, & ab æterna damnatione nos eripi, & inter electos numerari. Non est mediū inter infernum, ubi est damnatio, & cælum ubi est beatitudo & salus. Qui enim non damnantur, omnes saluari non dubitantur. Vnde circa idem videtur verborum conculcatio cum dicitur, à damnatione eripi & inter electos numerari. Sed intelligendum est in presenti, id est, fac nos in presenti mereri ne damnemur: ut in futuro per gratiam Dei saluemur. Notandum est quod duplex est pax mundi, vna per quam orat Ecclesiæ: ut cessent malignantiū perturbationes & hostiles incursiones. Altera perniciosa & omnino vitiosa: quoniam licet hominibus absque contradictione libere uti carnis desideriis & suis voluptatibus. Prima est pax sed transitoria, secunda non est pax, sed confusio & iniquitas odiosa. Item pax Dei duplex est quæ omnibus modis est appetenda. Vna est tranquillitas mentis & quies sanctæ meditationis: de qua scriptum est: Elegit suspendium anima mea. Altera est quæ exuperat omnem sensum: in qua nulla est inquietudo, nulla perturbationum vicissitudo, sed æterna beatitudo. Vtramque dominus discipulis suis promisit, & dedit dicens. Pacem meam do vobis: pacem relinquo vobis: pacem relinquit militantibus, pacem suam dat ad se peruenientibus. Cum vtraque pax sit à Deo: proprie dicitur sua, pax super pacem exuperans omnem sensum intelligentiam. Quam oblationem, memoratis illis pro quibus offerimus, quosque Deo patri mediante hostia & interpellante reconciliare intendimus: ut oblatio habeat efficaciam & virtutem conferendi quod petimus, rogamus eam in melius promoueri, & in æternitate ascribi, & ratam, id est, firmam & immobilem fieri. Oramus ut cibus hominum fiat cibus Angelorum:

Meritum.

Duplex pax mundi.

Joan. 14. d. Ad Philip. pens. 4. b.

Transsubstantiatio.

scilicet ut oblatio panis & vini transsubstantietur in corpus & sanguinem Iesu Christi: qui est oblatio benedicta: hoc est omnium gratiarum benedictione plena, de cuius plenitudine nos omnes accepimus. Pater enim ad mensuram non dat filio: sed data est ei omnium gratiarum plenitudo. Ipse est super quem requiescit spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & spiritus timoris domini. De eius vnctione descendit vnguentum in barbam summi pontificis: & in oram vestimenti eius emanauit, fons est viuus, puteus aquarū viuientium: à quo deriuantur omnes riuuli misericordiæ, pietatis, & iustitiæ. Ipsi est omnimoda benedictio & sanctificatio: ascripto in æternitate patris, & æqualitate paternæ maiestatis. Filius Dei dicitur oblatio ascripta: scripturis sanctorum patrum designata, & nulla obliuione delenda, & ideo rata id est firma & immobilis, scilicet firmata statu immortalitatis & incorruptionis, in æternum permanēs & ad dandam salutem & remissionem peccatorum sufficiens. Filius etiam patri quodammodo dicitur ascriptus: quia scriptura de filio loquens, patrem manifestat, & quasi ipsum representat. Est enim splendor paternæ gloriæ: & figura substantiæ eius. Vnde ipse ait ad patrem. Pater manifestauit nomen tuum hominibus. Hic est liber vitæ: in quo & per quem pater disponendo omnia scribit, & ad esse producit. Vnde scriptum est. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Pater est scriba velociter scribens: filius est scriptum omnia continens. Pater in eo omnium rerū formas inculpuit: & per ipsum omnia creat, regit, & disponit. Vnde ait propheta. Omnia in sapientia fecisti. Idem est oblatio rationalis, non peculiaris: etsi enim sanguis taurorū & pecudum sufficiebat ad emundationem carnis, non tamen erat efficax ad emundationem spiritus, ad redimendum nos à peccatis. Vnde necesse fuit ut pro redimendo homine offerretur hostia rationalis: scilicet homo assumptus à verbo, ex anima rationali & humana carne subsistens. Hæc sola ad hominem redimendum sufficit: & nulla alia sufficere potuit, quia nec homo nec Angelus, nisi homo Deus. Hæc autem sola, Deo est accepta pro dilectis omnium propitiatio. Possumus autem tria præcedentia referre ad oblationem: duo sequentia ad offerentem. Qui enim rationabiliter offert: recte diuidit. Ideoque oblatio eius est acceptabilis. Vnde Abel quia recte obtulit, & recte diuisit, Dominus ad eius munera respexit. Ad Cain autem & ad munera eius non respexit: quia etsi recte obtulit, recte non diuisit: quia sibi cor impenitens retinuit. Male ille diuidit, qui id quod Deo magis placet, scilicet cor contritum & humiliatū, ei non tribuit. Exteriora dat Deo & offert: & seipsum sibi retinet. Vnde si quis recte offerat & recte diuidat, rationalis est hostia & accepta: sin autem infructuosa. Vnde propheta. Iniquitatem suscepi in corde meo, non exaudiet Dominus. Itaque aliis in resurrectionem, aliis in ruinā. Recte diuidentibus, salus & vita æterna: male, mors & perpetua miseria. Quod sacerdos orat oblationem panis & vini fieri corpus Domini & sanguinem Domini nostri Iesu Christi: primo factū est cœnātibz discipulis, in his verbis à Christo platis. Hoc est corpus meū.

Ioan. 3.

Oblatio benedicta.

Sal. 103. Oblatio rationalis. Solus Christus nos redimere potuit.

Abel.

Cain.

Psal. 67. d.

Hic

Verba Sacramentalia.

Commentatio Sacramenti.

Hic est calix Sanguinis mei, noui & æterni testamenti. Sed prius quā sacerdos hæc verba proferat, quod sequitur, præcedentibus continuat dicens. Qui pridie quam pateretur, accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas: & eleuatis oculis in cælum ad te Deum patrem suum omnipotentem tibi gratias agens, &c. Dum hæc verba profert: sumit panem de altari, & eleuatum factū signaculo crucis benedicit, & postea prætaxatis verbis Domini & representatis: super corporale deponit. Deinde Calicem tollit, & signans representat verba Domini, dicens. Benedixit, dedit discipulis suis dicens. Accipite & bibite ex hoc omnes. Hic est calix sanguinis mei, &c. Q in signum miraculum. Omirabile & diuinissimum Sacramentum. Quæ mens non expaueat: Quis intellectus non deficiat? Omnis sensus hebescit, omnis ratio euanescit: prorsus dialecticorū inquisitio abest: hoc sola fides probat & agnoscit: quia cibus hominum fit cibus Angelorum. Quod sacerdos eleuat: non deponit. Eleuatum & depositum idem videtur esse in specie, colore & sapore: prorsus tamen aliud apparet, & aliud intrinsecus latet. Eleuatus est de altari panis communis: deponitur caro Christi immortalis. Quod erat cibus animalis, factum est cibus spiritualis. Quod erat momentanea refectio hominum: factum est æterna & indeficiens saturitas Angelorum.

Questio circa benedictionem panis à Christo in cœna factam. CAP. XIII.

CVM in cœna Dominus panem benedixit: quaeritur si benedictione sua de pane corpus suum fecerit. Quod videtur: in eo quod post benedictionem fregit & dedit discipulis suis, dicens. Hoc est corpus meū. Nisi in benedictione sua corpus suum fieret nihil aliud quam panem communem frangeret, & discipulis suis daret. Item si benedictione sua panem in corpus suum cœuertit in verbis istis, Hoc est corpus meum, non reliquit nobis virtutem Sacramenti: quia priusquam hæc verba diceret: benedixit, fregit, & dans discipulis, prædicta verba protulit: eis dans virtutem Sacramenti, quasi diceret. Panem quem accipi, in corpus meum transubstantiaui: & illud do vobis. Propterea debemus & credimus, & quod cum benedixit, corpus suum fecit: & in his verbis, Hoc est corpus meum. Hic est calix Sanguinis mei, &c. data est virtus Sacramenti. Dixit enim & facta sunt. Vnde intelligendum est, verba à Domino prolata prius dicta, & iterum repetita. Sic enim legendum est. Benedixit dicens: Hoc est corpus meum. Deinde fregit & dedit discipulis suis iterum dicens. Hoc est corpus meum. Vel potest esse: quod benedictione facta tradens corpus suum discipulis prædicta verba protulit, eis dans virtutem Sacramenti.

Quid credendum circa verba Sacramentalia. CAP. XV.

ITaque fides nostra est, & vere credendum est, quod sacerdos proferente hæc verba: Hoc est corpus meum, iam non est panis terrenus, sed ille panis qui de cælo descendit, mediator Dei & hominum Iesus Christus. Item virtute verborum sacramenti. Hic

est calix Sanguinis mei, &c. vinum conuertitur in Sanguinem suum. Sub vtraque specie & sub vtriusque speciei particula singulari, totus est Christus Iesus: & sumitur residens in cælo sedens ad dexterā patris: ipse vere est in hoc Sacramento, dēribz teritur: & in teger manet. Manducatur: & non corrumpitur. Immolatur, & non moritur, qualem se præbuit discipulis edendum: talem se præbet nobis comunicandum, & qui post resurrectionem incorruptibilis & impalpabilis præbuit se discipulis palpabilem: mortalis eisdem potuit se dare immortalem.

Conuertitur vinum in Sanguinem Christi, virtute verborum. Mortalis Christus se dedit immortalium.

Questio circa hæc verba, accipite & manducate. CAP. XVI.

ITEM cum Dominus discipulis suis dixerit: accipite & manducate: quaeritur si acceperint & sibi ministrauerint. Ad hoc dicamus, quod quia qui ministrare venit & non ministrari, & qui consecrauit, ipse ministrat. Nec est intelligendum quod in manibus suis acciperet & sibi ministraret: sed Dominus de manu sua ministrat & manducare præcepit. Non videtur Dominus in cœna hunc calicem accepisse: cum fortasse ille à Domino acceptus fuerit luteus vel ligneus, iste argenteus vel aureus, vel alterius metallorum. Propterea sciendum est hoc dictum referendum esse ad similitudinem non ad identitatem. Sicut enim Dominus inter cœnandum, vinum in calice accepit, & benedicens Sanguinem suum fecit: ita in isto calice à sacerdote vinum accipitur, & virtute verborum à Domino in cœna prolatorum Sanguis eius efficitur. Vnde similitudo in vini acceptione, identitas in Sacramento veritate. Nam quotidie fit consecratio illius eiusdem Sanguinis: quem Dominus in cœna ministrat. Dicit itaque calicem præclarum: non propter hoc quod vinum in eo consecratur, sed propter hoc quod de vino in eo consecratur. Non enim pro fulgore attribuitur claritas calici: sed pro dignitate Sacramenti. Verum tamen si attendamus vnitatem fidei: ante consecrationem & post vnus calix, sicut vna est fides, vna Ecclesia, sicut in canticis vna columba, vna amica. De hoc calice scriptum est: Calix meus inebrians quem præclarus est. Quod dicit hic calix Sanguinis mei: legendum est, ut continens accipiat pro contento sic. Hic est Sanguis meus noui & æterni testamenti, subaudi, confirmator. In passione enim sua Dominus vnitatem legis euangeliæ: & hæredibus suis hæreditatem confirmauit. Ratum enim est testamentum ex morte testatoris. Mysterium, id est, secretum fidei dicitur: quod quod sensibus nostris est occultum, fides est reuelatum. Ratio humana quaerit dicens. Manu quid est hoc? quomodo est? Quomodo est, non comprehendit: ad hoc secretum non ascendit: sola enim fides credit, & agnoscit. Sensibus apparet ut sapore & colore panis & vinum: fides sub vtraque specie contemplantur Dominum & saluatorem suum Iesum Christum. Apparet sensibus quod non est fides: quod est. Sensus quod videtur indicant in animam, & omnium viuentium sensibus videtur corporale: in mysterium fidei panis viuus qui de cælo descendit, panis quidem Angelorum, fons viuus aquæ salutis in vitam æternam. Fides credit & diligit ipsum: par

Bb iij

Hic sanctorum memoriam facimus, vt compatiatur nobis peccatoribus. Pro veneratione enim sanctorum suorum solet nobis propiciari Deus: donas veniam delictorum, quod manifestis iudiciis, signis, & miraculis Dominus ostendit ad eorum (quae sua est) laudem & gloriam: conferendo agris sanitatem, desolatis consolationem. Qui enim membra honorat, & Christum qui caput est honorificat. *Et qui filium honorat, & patrem qui misit illum*, per quem pater haec bona creat, sanctificat, viuificat, & benedicit. Vnde vt diximus, vna sola res in Sacramento, scilicet Christus Deus & homo. Vnde in figuris & nominibus quibus res eadem recenseretur, pluralitas apparet: & vbi vnum tantum est in substantia, multiplicitas videtur in figura. De corpore autem Domini loquimur aliquando sicut est, aliquando sicut apparet. Dicimus enim nostro vsu loquendi, multas hostias communicando distribuimus, tot referuauimus, & sic plures hostias dicimus, & vnum credimus esse.

Nec mirum si deficiat proprietates verborum vbi dispensatur ineffabile Sacramentum. Pater per verbum suum creauit naturam: per idem dedit gratiam: & cum ad totam Trinitatem pertineat vniuersitatis creatio, ad solum filium nostrae ruinae reparatio. Tres cruces signando depingimus ad honorem salutiferae crucis: per quam facta nostra redemptio, vita mortua in ligno, a qua fluentibus riuulis sanguinis & aquae emanauit omnis sanctificatio, vita & benedictio. Inde datur homini tanta gratia, vt qui digne percipit, sanctificetur, viuificetur, omni benedictione replatur: ipsum etiam Sacramentum, virtute crucis ministrante sacerdote sanctificatur, benedicitur, cum corpus in animum tranfit in viuificum. Quotidie nobis haec dona praestantur: quando corpus & sanguis in altari sumuntur. Itaque quia pater cuncta operatur per filium: sanctificat & benedicit per ipsum filium, qui patrem manifestauit hominibus, & cum ipso qui patri est coequalis & coaeternus: & in ipso qui est splendor & figura substantiae eius; & in quo est totus pater: & ipse totus in patre, Deo patri omnipotenti omnis honor & gloria. Hic ter signamus quasi per ipsum qui Crucifixus est, & cum ipso qui in cruce mortuus est, & in ipso qui vita est, Deo patri omnis honor & gloria: per filium enim pater clarificatur, & in filio honorificatur. Vnde scriptum est. *Qui honorificat filium, honorificat eum qui misit illum*. Hic iterum duas cruces facere solemus recolentes aquam & sanguinem, quae de latere filij fluxerunt. Venit enim in aqua & sanguine: vt fide suae passionis, & aqua regenerationis nos mundaret & sanctificaret. Quomodo in serie canonis representatur agonia dominicae passionis, & quomodo veritas velata fuerit sub veteribus figuris, intuitu diligentioris doctrinae, quasi recapitulando dignum duximus aperire. Quae in summa & eo ordine, quo facta sunt tractantur liquidius apparent, quam si in suis locis singula notarentur. Sciendum itaque est quod ab initio canonis, scilicet. Te igitur vsque ad finem, memorantur quae gesta sunt in septimana subsequente ramos palmarum. Sicut enim paschalis agnus luna decima de grege assumebatur in domibus Iudaeorum, & 14. immolabatur ad vesperam: ita hic noster agnus Christus

Ioan. 5.

Triplicis crux.

Ad Heb. 1.

Ioan. 1. Duplex crux.

Exod. 12. per totum.

Iesus nos saluans & viuificans, venit in Hierusalem 14. die celebraturus agnum paschalem, acclamante ei laudes populo Hebraeorum. *Osanna filio David, benedictus qui venit in nomine Domini*. Hoc autem significat responsio chori concinens sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Silentium quod sequitur illum concentum, designat certam memoriam instantis passionis & quod scriptum est. Iesus autem iam non palam ambulabat propter metum Iudaeorum. Quod autem Te igitur, incipit mysterium passionis: ex eo innuitur quod statim apponuntur signacula Crucis. Ea die quae dicitur rami palmarum: se incipit exponere manibus Iudaeorum. Quarta feria, est a Iuda traditus in cuius signum traditionis fit triplex signaculum Crucis. Secunda autem & tertia feria non ausi sunt contingere metu Iudaeorum: sed illis diebus docebat in templo nihil metuens furorem insidiantum. *Pontifex legalis cum sanguine semel in anno ingrediebatur sancta sanctorum, figurans illum qui proprio sanguine introiit in caelum*. Hoc autem representat sacerdos accedens cum sanguine ad hoc mysterium scilicet lachrymabili deuotione retinens in mente memoriam dominicae passionis. Quinta feria (de qua illud est, qui pridie quam pateretur) vetus Pascha celebrauit: & illud finiens, corpus & sanguinem suum discipulis tradidit. Sequenti nocte ligatur, & capitur & multis illusionibus irridetur. Sexta crucifigitur. Sabbato fuit in sepulchro. Tertia die resurrexit, discipulis pacem totius mundi nunciando. Cum dicitur, Nobis peccatoribus, solet rumpi silentium, paululum suppressa voce proferendo, vt veniat nobis in mentem latronis confessio, & pietas domini de Cruce dicentis. *Hodie mecum eris in Paradiso*. Cum veterum est ad haec verba, Per quem haec omnia: memoratur illud dominicum verbum, consummatum est, & quod voce magna exclamans emisit Spiritum, & velum templi scissum est: vnu corporale desuper calicem tollitur. Sublato corporali dicendo, Per ipsum, confessionem exprimit centurionis: qui viso terramoto, confessionem exhibuit Verbo Dei. Tunc Sacerdos & Diaconus calicem parum de altari eleuatum iterum deponunt: quia Ioseph & centurio & Nicodemus accepta licentia a Pilato, corpus de Cruce deponentes sepelierunt. Vnde calix iterum corporali cooperitur. Et quia clamor magnus factus est morte domini, tum ex lamentatione mulierum, tum voce Centurionis & aliorum lugentium: sacerdos rumpit silentium alta voce canendo. Per omnia saecula saeculorum. Post fit breue silentium, significans spacium Sabbati quo quieuit in sepulchro. Item eleuata voce sacerdote proferente, Pax domini, respicit illud quod Dominus stans in medio discipulorum ait illis, Pax vobis. Postea Agnus Dei cantatur, & osculum pacis iniucem datur quia Deus pater filium suscitauit ad dandam remissionem peccatorum: & cum resurgentem exaltauit, dans ei nomen quod est super omne nomen, & in caelo & in terra omnem potestatem, qua nos Deo Patri & Angelis reconciliauit. Post acceptum cibum salutarem sequitur communio: quod est gratiarum actio. Solemus enim Deo gratias agere in corporali refectione: multo melius in ea de qua qui gustabunt non esurient neque sitient. Quia in fine orationes

Luc. 12. g.

Hebr. 9. d.

Luc. 23. f.

Luc. 24.

Philip. 2. Agnus Dei Communio.

orationes proferuntur: in signum est quod Christus resurgens interpellat pro nobis.

Alia Canonis declaratio. CAP. XV.

hac igitur.

A B ILLO capitulo, In primis, vsque Communicantes, Aaron orabat intra sancta sanctorum: & Christus antequam pateretur, pro se suisque discipulis orauit, oranti dans exemplum: minister Euangelicus sequens vtrumque, pro vniuersa orat Ecclesia. A, Communicantes, vsque, Hanc igitur, minister noster commemorat nomina sanctorum quibus debet conformari, vita & moribus: vt in eo accendatur thuribulum feruens igne charitatis & odore virtutum: quod figuratum est in eo quod pontifex legis ferebat thuribulum intra sancta sanctorum, & in peccatore scripta nomina patrum. Christus autem plenus aromate omnium virtutum, ascendit in caelum: agnoscens conscientias, & nomina suorum. Dum leglais Pontifex orabat, fumo thymiamitis obumbratus erat: ne videretur dum oraret & incensum cremaret: quod erat figura Christi interpellantis pro nobis, quod excedit omnem intuitum, & intelligentiam. Nemini enim datur scire, quomodo Christus sedens ad dexteram patris interpellat pro nobis: nec etiam cogitari potest. Latet enim homines & Angelos, quanta virtus sit in verbis, & mysticis Crucis signaculis. A, suplices te rogamus, vsque, praecipit salutaribus, secundum legem exterius Sacramentum aspergebatur sanguine. Christus autem aspergit, dum nos sanctificat sui sanguinis effusione. Sacerdos aspergit, dum hoc sacrificio Deum placat, & datur gratia veniae. Quod nominat altare sublime, commemorat legis sancta sanctorum, & illud sanctum sanctorum in quo Christus semel introiit, & per sanguinem proprium. Bis recensentur in canone nomina sanctorum: vt ostendatur figuratiue ferre logion & superhumerali in quibus erant scripta nomina patrum. Peracto sacrificio legalis pontifex reuertitur ad populum lauans vestes, & immundus erat vsque ad vesperum: figurabat Christum qui quotidie venit ad nos miserendo, & fideles suos mundificando, nec eos deserens vsque ad saeculi consummationem. Sacerdos noster orando lauat populum, & immundus est tamen vsque ad vesperum: quia nullus adeo mundus quin in eo sit vsque ad mortem, quod lauetur. Vt dictum est, Omnis honor & gloria, est patri per filium, qui venit sibi & patri acquirere regnum: & discipulos suos orare monuit, & docuit. Monuit dicens: Vigilate & orate. Docuit quando orationem composuit, & in eo formam orandi instituit. Quarentes enim discipulos, vt doceret eos orare: hac oratione ad orandum informauit. Propterea sacerdos oraturus: monet alios secum orare dicens: Oremus, praecipit salutaribus scilicet Euangelicis moniti, & institutione huius orationis à Domino informati: fiducia instituentis qui praesens est & interpellans pro nobis ad impetrandam veniam: clamamus corde & voce. Pater noster. Cum hic dici solet oratio quam composuit: visum est beato Gregorio

melius vt oratio diceretur, qua discipulos ad orandum informauit, dicens. Pater noster, &c. Quod cum à Graecis accepisset: voluit tamen à solo sacerdote cantari, quae apud Graecos dicebatur ab omni populo. A responsione cleri succinentis, Sed libera nos: sacerdos sumit exordium iterum orandi. Rogat se & alios interuentu beatae Virginis & Apostolorum & aliorum sanctorum à malis liberari: & pacem fieri in diebus nostris: & chorus orat, vt praesente Rege pacifico, in pace & sine omni perturbatione sit Spiritus eius. Cum autem dicitur, Pax domini: intra Calicem fit triplex signaculum Crucis ad laudem & honorem sanctae Trinitatis, quae misit agnum qui per Crucem saluauit mundum, & fecit pacem hominum & Angelorum. Trina Crux fit intra ambitum calicis: ad significandum illud gaudium irreprehensibile & secretum quod erit in fruendo visione Trinitatis, per quam data nobis pax veniae, pax iustitiae, pax gloriae. Deinde sequitur vox Ecclesiae: supplicans agno largitori pacis & misericordiae. Ter cum eodem principio cantatur: & duplici fine terminatur, itaque orat, Miserere nobis: danda veniam. Miserere: conseruando iustitiam, dona nobis pacem: quae superat omnem sensum & intelligentiam. Miserere captiuis, miserere peregrinis, da nobis finem laboris, miserere peccatoribus, miserere exulibus: da requiem laborantibus: tribue peccatorum remissionem, perduc ad patriam certam mansionem: da post laborem, pacem & requiem. In fractione panis hostiae representatur minister legis, qui similitudinem particulatim offerrebat: & Dominus qui panem fregit in Coena, & quem fractione panis cognouerunt discipuli euntes in Emaus. Frangitur hostia & in tres partes diuiditur: sanctae Trinitati dedicata: quarum vna in calicem demissa sanguini immergitur: pro illa parte Ecclesiae, quae naufragio huius saeculi agitata multis perturbationibus passionum concutitur: aliae duae extra calicem sunt, pro illis, quarum vna igne examinatur quae est fidelium, altera est sanctorum, quae cum Christo regnat in aeternum. Tunc deuota memoria Christo praesenti, & ad dexteram patris sedenti, & interpellanti pro nobis: pro glorificationis grates referuntur: pro viuuis, vt illis ascribi mereantur: pro fidelibus, vt à poenis citius soluantur. Diaconus, Missae finem imponit, decantans. Benedicamus domino: vel, Ite missa est, in diebus festiuis, vel Requiescant in pace, vt in mortuorum exequiis. Hoc fit vt semper & sine intermissione pro acceptis beneficiis redemptori nostro gratias referamus: sanctos suos honoremus, quorum meritis & intercessionibus adiuuamur: & pro cunctis fidelibus defunctis (vt ipsi ad optatam requiem perueniant) exoremus. Hac salutatione mouentur astantes recedere: quia Missa est hostia, cui omnis laus & honor, Benedictio & gloria: ad quam de hoc exilio transire festinandum est celeri cursu, sanctoque mentis recessu. Ea enim ad reconciliationem nostram sufficiens legatio mittitur. Propterea ministerium sacrosanctum Missa nuncupatur.

Pax domini fit semper vobiscum. Triplicis Crux.

Agnus dei.

Luc. 24.

Triplicis finis Missae.

Expositio orationis Dominicae. CAP. XIX.



Mat. 6. a.

Septē vicia

Septē virtutes.

Septē beatitudines.

Math. 4. Prover. 1. Math. 11.

EXPOSITIONEM dominicæ orationis à patribus nostris plene & lucide digestam invenimus. Eam tamē paucis verbis exponere pro modulo nostro curavimus, non Spiritu arrogantia: sed ne lectori videatur onerosum quotiens hanc legerit, eam quærendo reuoluerit libros aliorum. Sermo iste dominicus breue est verbum & abbreviatum: pauper verbis, diues sententiis. Nam Dominus sub paucitate verborum docuit orare: confutata superstitione ethnicorum in multitudinē verborum gloriantium. Vnde Dominus. *Orantes nolite multum loqui.* Distinguitur septem petitionibus, pro septiformi gratia Spiritus sancti: qua liberati à septem viciis, & totidem virtutibus decenter orati, mereamur percipere septenarium fructum æternæ beatitudinis. Septem itaque sunt petitiones, septem dona, septem virtutes, septem vicia, septem beatitudines. Eorum quæ petuntur tria sunt, scilicet sanctificatio nominis, aduentus regni Dei, perfectio diuinæ voluntatis, quæ pertinent ad futurū statum. Quatuor ad temporale subsidium: hæc sunt panis quotidianus & spiritalis: qui licet sit æternus, quia quotidie sumitur, huic temporari accommodatur dimissio peccatorum: non moueri tentatione malorum, nec infestatione tribulationum. Quæ prius ponuntur, priora sunt dignitate: quæ posterius, priora tempore. Nam ex his quæ temporaliter aguntur, ad æterna peruenitur. Septem sunt gratiarum diuisiones: Spiritus sapientiæ, & intellectus, Spiritus consilij & fortitudinis, Spiritus scientiæ, & pietatis, & Spiritus timoris Domini. Non quod multiplex sit Spiritus secundum differentiam nominum: sed simplex vnus semper, & idem fons & origo omnium virtutum & bonorum. Idem enim Spiritus est à quo fiūt sapientia maturi, intellectu prouidi, consilio cauti, fortitudine liberi, scientia discreti, pietate mites, timore humiles. Septem sunt vicia: Superbia, Inuidia, Iracundia, A cecidia scilicet tædium mētis cum tristitia, auaritia, gastrimargia, luxuria: à quibus deriuantur omnium delictorum inquinamenta. Septem sunt virtutes, humilitas, pietas, compunctio, iustitia, misericordia, munditia, pax siue tranquillitas: humilitas conculcat superbiam, pietas extinguit inuidiam, compunctio mitigat iracundiam, iustitia exhilarat mentē: pellens omnem tristitiam: misericordia damnat auaritiam: munditia reprimat gulam: pax eliminat luxuriam.

Septem sunt beatitudines, regnum cælorum, terra viuentium, consolatio sine perturbatione, satietas sine esurie, misericordia sine iudicio, Dei visio, Dei filiatio seu similitudo, et si in nominibus & proprietatibus sit distinctio, vna tamen eademque est beatitudo. In his promerendis & adipiscendis necessaria est gratia septiformis, quam Esaias describit: sine qua nullum meritum pertingit ad salutem. Nota quod Esaias incipit à summo: Dominus in sermone suo ab imo. Ibi enim docetur dominus ad ima descendurus: hic, homo ad similitudinem Dei ascendurus. Itaque singulis meritis competentia assignat præmia, pauperibus regnum cælorum: quia initium sapientiæ timor Domini. Mitibus hæreditas patris: qui de se ait. *Discite à me quia mitis sum &*

A humilis corde. Lugentibus consolatio per scientiam, esurientibus & sitientibus quasi in fortitudine laborantibus refectio: misericordia misericordibus ope consilij. Mundis corde visio Dei, oculo mentis purgato intelligentia, id est, pacificis similitudo Dei tribuitur: vt ipsius filijs in quibus caro obtemperat spiritui, sensus subseruit rationi, moderatione & maturitate sapientiæ. Hæc prælibauimus vt facilius animus legentis præparetur ad intelligendum quod intendimus. Sciendam quod omnia quæ sunt salus & vita petuntur in oratione dominica: quia ipse interpellat pro nobis formam orandi docuit scilicet purgari fecit visiorum, decorari splendore virtutum, illustrante gratia spiritali, & perducere ad præmium repositum. Primo ergo petimus nomen domini sanctificari in nobis: vt pede humilitatis, calcata superbia, humillemur sub potenti manu Dei. Et ipsum sanctum à quo sanctificati timeamus & veneremur, timore casto permanenti in sæculum sæculi. Sanctificatio quæ nobis à Deo confertur, incipit ab humili eius aduentu, sicut Apostolus ait. Neque fornicarij, neque masculorum concubitores regnum possidebunt. Hæc quidem fuistis: sed sanctificati estis in nomine Domini Iesu Christi in Spiritu Dei nostri. Vnde nō sanctum sanctorum à quo omne sanctum sanctificari oramus: sed vt in sanctificatione nobis ab eo data perseueremus. Et qui ab eo recesseramus per superbiam vanitatem, ad ipsum reuertentes per humilitatem, sanctificati ei iungamur, & ad beatitudinem regni cælestis pertingere mereamur, de qua Dominus ait. *Beati pauperes Spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Secunda petitio est, *Adueniat regnum tuum.* In ordine donorum ascendendo, Spiritus pietatis ponitur donum secundum. Regnum Dei communis est salus omnium, quæ adueniet cum in fine sæculi manifestabitur eius regnum. Pietas siue benignitas compariando proximis, congratulando prosperis, & condolendo aduersis. Vnde pietatis est commune salutem relegare. Qui enim fideliter aliis operat sibi quod petit: inuidiam omnino excludit. Sed cum Deus ab æterno regnet, & regnum ipsius omnibus dominabitur: regnum eius petimus aduenire scilicet salutem promissam, passione filij sui acquisitam: vt exuti à corpore huius mortis siue seruitutis, cum Christo regnemus sicut pollicitus est, Percipite regnum Dei, quod paratum est vobis ab origine mundi. Itaque inuidia reprobata, benignitate siue mansuetudine Spiritu pietatis adepta, terram viuentium possideamus, quod est initium & stabile fundamentum. Iuxta illud. *Beati mites, &c.* Tertia est petitio: *Fiat voluntas tua sicut in celo & in terra.* Voluntas Dei est custodia mandatorum eius: in quibus exequendis retributio multa. Oramus voluntatem Dei fieri in celo & in terra, id est, in corpore & in anima: vt ei casto corpore seruimus & mundo corde placeamus. Cum enim corpus à terra, Spiritum ex celo habeamus: in nobis (qui sumus cælum & terra) voluntatem Dei fieri in utroque postulamus. Quod dato Spiritu scientiæ executioni damus: per quem scimus diuinæ voluntati obtemperare, & datur nobis iram indignationem, &

Gal. 5. a.

Scientia

Fortitudo.

1. Cor. 11.

Mat. 5. c.

Misericordia.

Math. 5.

Col. 3. c.

Math. 4.

nem, & prauos illicitos mitigare. *Caro enim concupiscit aduersus spiritum: & spiritus aduersus carnem.* Nam caro inclinatur ad ad terrena: spiritus erigit se ad cælestia. Ideoque implorandum est diuinum auxilium: vt mittat spiritum scientiæ cuius ope discernamus quid beneplacitum sit diuinæ voluntati: & corde conteramus postpositis sæcularibus gaudiis, vt in multitudinē dolorum & compunctio, spiritu scientiæ latificante spiritum nostrum, obtineamus inastimabilis lætitiæ perenne solatium, secundum illud. *Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur.* Tunc in nobis voluntas Dei perfectè complebitur: adeptio suæ consolationis. Quarta petitio est. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Cum mens tædio aciditæ languescens, ab interiorum amore bonorum retrahitur: animus in torporis lecto iacet quasi languidus, qui pane spiritali id est corpore Christi est reficiendus. Vnde spiritu fortitudinis optet animus à torpore excitari, & operibus iustitiæ inhiare: ne aliquo graui delicto intercedente, abstinemus ab illo pane de quo apostolus ait. *Probet se vnusquisque, & sic de pane illo edat.* Vnde precamur dari nobis panem nostrum quotidianum: vt ex iustitiæ operibus in Christo viuentes à corpore suo non recedamus, sed sit nobis cibus quotidianus, quo plene satiabitur iustus cum apparuerit gloria eius. Vnde Dominus. *Beati qui esurunt & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur.* Accepta fortitudine huius cibi spiritalis: statim redè petitur venia delicti. Vnde sequitur. *Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Peccata nostra dicuntur debita nostra: scilicet quia ei qui commodat, scilicet diabolo debitor existit homo. Quotiens delinquitur: debitum mutuatur. Qui enim fuerunt debitores Deo per iustitiam: peccantes, siunt debitores diabolo per iniustitiam. Commodat diabolus ad vsuram delinquentibus peccatorum malitiam: vt inde consequantur mortem æternam. Hoc debitum diabolus primo homini commodauit: qui Domino accepti beneficii debitor esse noluit. Si misericordes, beati: sanum est consilium aliis misereri, & non æstuari facibus auaritiæ, sed bona largiri. Hoc consilium datur per spiritum Dei, vt remittamus odia, iniurias: quatenus dominus dimittat peccata nostra, & misericordibus misericordiam impendat. Vnde ipse ait. *Cum steteritis ad orationem, remittite si quis aduersus aliquem habet querelam: vt & pater, qui in cælis est, remittat vobis.* Secundum hoc in die iudicij iudicaberis: vt quod feceris patiaris. Si beati mundo corde: mundemur mente & corpore: vitanda est ciborum crapula, gulæ irritamenta: interior refectio spiritu intelligentiæ est appetenda. Cum enim anima interiùs reficitur: minus moleste exteriori famem patitur. Vnde Dominus tentatori respondit. *Nomin solo pane viuit homo.*

A Orandum est itaque vt tentatio non deiciat: sed oculo mentis lucido tentationibus resistat: vt Deū contemplatione intueri non cessans, Deum in futuro sicut est videat. Vltima petitione comprehendit quicquid est necesse: scilicet à malo liberari. Nihil enim est vltra quod debeat queri cum sit perfectio totius religionis. Qui enim à malo est liberatus, in se requiescit, generans animum pacis & tranquillitatis: non est quod interiùs vel exteriori repugnet, quia nec caro per luxuriam, nec mundus per auaritiam, nec diabolus per maliciam possunt deicere à tranquillitate. Hoc fit spiritu sapientiæ: qui omnes motus sensuum componit, & rationi subiecit. De talibus dicit Dominus. *Ego Dixi, dijestis &c.* Vnde beati pacifici: quoniam filij dei vocabuntur. Congruenter videntur dominicæ orationi assignari quæ dicta sunt ab Esaiâ de spiritu Domini: & sermo quem locutus est in monte discipulis. Nam ille qui prophetiam edidit, & qui sermonem discipulis in monte fecit: ipse hanc orationem composuit. Sermo autem & oratio quasi riuali à fonte manant ab illo Esaiâ septenario, in quo est omnium bonorum plenitudo.

De additis ad officium Missæ per summos Pontifices. Cap. xx.

N Ora quod (sicut magister docuerat) Apostoli se & alios comunicando, consecrationem corporis & sanguinis domini facere ceperunt, & fieri per vniuersas ecclesias prædicando instituerunt. Primo sine aliquo ordinatu fiebat canonis mysterium, postea cum canone legebantur epistola, & Euangelium. Deinde à Romanis pontificibus quibusdam additis ad ornatum & decoratum ecclesiæ, celebranda aliqua susceperunt. Cælestinus Papa. 150. psalmos cum antiphonis cantari instituit. Ex hac institutione mos inoleuit vt omnis psalmis ex illis introitus, graduale, offertorium, communionem exciperentur. Gregorius à Græcis Kyrie eleyson assumpsit: & à solo clero sonora modulatio cantari præcepit, & orationem dominicam dici decreuit. Symmachus Gloria in excelsis Deo, in festiuis diebus addidit. Telephorus Papa tantum in natali domini Missas in ipsa nocte cantari voluit: & quæ sequuntur verba Angelorum dictauit. Gelasius præfationes composuit. Innocentius pacis osculum adiecit. Damasus, Credo in vnum Deum, ex decreto concilij Constantinopolitani post Euangelium cantari instituit. Alexander aquam vino misceri, vt nec vinum sine aqua, nec aqua sine vino offeratur: ad representandum vtrumque de latere Domini fluxisse. Sixtus, sanctus, triplicatum modulauit. Sergius, Agnus Dei inter communicandum tero contentu cecinit.

B. SAMONÆ GAZÆ CIVITATIS ARCHIEPISCOPI, DISCEPTATIO, CVM ACHMED SARACENO, PERSPICVE DOCENS, PANEM AC VINVM VTRVMQVE PER SACERDOTEM consecratum, verum esse & integrum corpus ac sanguinem Domini nostri Iesu Christi.



LIQVANDO forte proficiscamur Emesam cum multis aliis, & familiari colloquio de variis atque diuersis rebus vtentes, quod nos in itinere consolabatur, vltra quam decuit in sermone progressi sumus: ex quorum numero vir quidam doctus atque facundus, genere Saracenus, ad narrationem mysteriorum conuersus, me interrogauit his verbis: Heus ex te audire velim Episcopo, quamobrem vos sacerdotes Christianis illuditis, dum panem ex farina coctum eis minutim partientes, corpusque Christi nominantes, remissionem peccatorum exhibere posse iis, qui cum recipiunt confirmatis. Vobiscum ipsis illuditis, an eos, in quos habetis imperium?

Nutritio- nis ratio.

SAMONAS. Quid narras? panisne, Dei corpus efficitur? ACHMED. In vtram partem contradictionis respondeam, mihi incertum est. SAM. Tantumne quantus es te genuit mater tua? ACH. Minime. SAM. Sed quantum? ACH. Paruum. SAM. Quis te in magnitudinem ita produxit? ACH. Alimentum, Deo ita annuente. SAM. Ergo panis tibi in corpus conuersus est. ACH. Ita prorsus existimo. SAM. Quo tandem pacto panis tibi conuersus est in corpus? ACH. Haud quidem scio. Per guttur cibus & potus in ventriculum demittuntur, tanquam in ollam aliquam, Sed cum hepar calidum adiaceat stomacho, coquitur alimentum, & in chylum conuertitur: quodque crassum est, deorsum abijt: quod autem tenue, in chylum mutatur innatat. At verò cum iecur sit calidum, molle & laxum, ad se attrahit & in sanguinem conuertit: nec non vniuersum corpus per venas veluti per canales irrigat, alimentum in chylum conuersum in ventriculo distribuens, in ipsoque in sanguinem conuersum, singulis membris commutat, cuiusmodi est illud, Ossibus os, medullæ medullam, neruis neruum, oculis oculos, capillis capillum, cuti cutem, vnguibus vnguem: atque ita fit infantis incrementum in virum, pane ei in corpus mutato, & portione in sanguinem. ACH. Vera memoras. SAM. Eodem etiam pacto intelligas fieri nostrum mysterium. Sacerdos enim panem super mensam sanctam deponit, pariter & vinum: & comprecando, inuocatione sancta Spiritus sanctus descendit, & superuenit in ea, quæ sunt proposita: & igne suæ diuinitatis, in corpus & sanguinem Christi, panem & vinum commutat, non minus quam iecur alimentum in corpus cuiusdam hominis. An non, amabo, concedis posse sacrosantum Dei spiritum idem præstare quod tuum iecur? ACH. Concedo. SAM. Hoc igitur corpus & sanguinem assumimus in remissionem peccatorum, & in vitam æternam, domino nostro dicente. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. Iis verò qui non facillè credunt

Panis & vini in Christi corpus & sanguinem commutatur. Ioan. 6.

Ab id quod apparet, tanquam non videntibus iduenire quod res pollicetur corporaliter effici (panis enim & vinum apparent,) præterea iis qui dicunt, Quo pacto fieri potest, vt oratio & diuinæ virtutis inuocatio super pane facta, transmutet eum in carnem viuam simplex & vnica ratio fatis erit. Contra enim interrogabimus, cum ratio carnalis generationis, omnibus sit perspicua, qui illud humidum quod infunditur ad procreationem animalis in hominem conuertitur. Atqui nulla est in hac re ratio quæ ratiocinatione aliqua probabile excogitare queat. Quidnam enim commune definitio hominis collata cum illa qualitate quæ cernitur, habet? Nam homo est quiddam rationis particeps vique intelligendi præditum: illud autem in humida quadam qualitate cernitur. Nilque amplius quam id quod sensu cernitur comprehendit intelligentia: sed virtute diuina illud conuertitur in hominem: qua subblata, perstat immotum & inefficax. Si igitur illic, non id quod subiectum est hominem efficit: sed virtus diuina transfert id quod apparet in naturam hominis, extremæ est inscitia, illic tantamque immensam Dei potentiam attestantes existimare hic Deum impotentem esse, vt adimpleat suam voluntatem. ACH. Sed quid panis commune est cum carne? SAM. Dic mihi quæso, quid commune humori cum imagine Dei? Verum quemadmodum nil est illic nouum & inaudium, si volente Deo humidum transeat in animal nobilissimum: ita etiam hic pariter credendum est, non esse mirum si virtutis diuinæ accessu ad immortalitatem panis transeat, & in corpus Christi conuertatur. ACH. At verò quomodo Christus hoc discipulis suis tradidit, non multas preces effudit, neque sic vos admonuit dicere: quomodo igitur vos non ita facitis, imò dicitis Deum, dominus erat sui corporis & animæ, vt ipse ait, Potestatem habeo dandi animam meam, Ioan. 10. & vniuersum accipiendi eam. Cum igitur ipse natura esset Deus, illico tunc panem illum sua potentia diuina & gratia sanctificauit: Hoc est corpus meum, Mat. 26. dicens, habens patrem ac Spiritum sanctum in semetipso, sicque panem in corpus proprium conuertit: nec alio quopiam se præstantiore opus habuit qui sanctificaret panem. Nam quod inferius est, benedicitur à superiore. Si quidem ipse Christus, cum non sit inferior patri & Spiritu sancto, sua potentia quicquid vellet efficiebat. Sacerdos autem qui est apud nos, etsi Christi typum gerat, tamen homo est, omnino obnoxius peccatis, & obuius. (Nemo enim expers peccati, vt diuinus sermo habet, licet vnus horæ sit vita eius, nisi solus Deus) propterea indiget multis precibus, & proinde Heb. 7. quidem pro ignorantis propriis, deinde pro peccatis populi, vt ait Apostolus Paulus. Quocirca & omnis populus astas extra aditum, cum sacerdote comprecatur eumque adiuvat. Sacerdos igitur Deum patrem orat,

Mat. 26. 17.

Rationes cur Christus corpus suum edendum tradiderit credentibus in se.

Io. 6.

orat, vt pote qui sit inter Deum & homines constitutus legatus, ne quid intercedat impedimenti, quominus sacrosanctus Spiritus adueniat: sed rursus demittat spiritum diuinum, sacra huius operationis initiator & atque sanctificatore, qui nullo non loco præsens est, per quem omnia quæ in caelo & in terra, sancta dicuntur, participatione eius sanctificantis gratiæ sanctificantur, vt propositum panem & calicem in sacrificium perficiat, & ea commutet in illud ipsum dominicum corpus & sanguinem Christi. Nam patri complacitum est, vt aiunt oracula nostra, & filius habitauit, & virgo peperit Deum incarnatum, & Spiritus sanctus cooperatus est, qui ex virgineo sanguine parte sumpta, edificauit corporale templum Christi. Hinc quoque demonstramus inseparabilitatem, potentiam simul & naturæ æqualitatem, in super omnipotentiam sanctæ Trinitatis, licet tribus distinguatur personis: quod quæubi vna est trium personarum, ibi & simul natura ad sunt reliquæ quæ inseparabiliter, tanquam cooperatrices, suæque prouidentia vniuersitatem creaturarum moderantur. ACH. Probè arcana memoras: sed cur tandem Christum tradidit corpus suum edendum in se credentibus? SAM. Ineffabili erga nos benignitate, miraque dispensatione factum est: partim & ad conseruationem animæ nostræ simul & corporis: quando quidem non amplius fieri poterat, vt Christus vnà nobiscum in terra corporabiliter versaretur, & habitaret vsque ad consummationem sæculi, & omnifarios morbos nostros singulis horis sanaret: hanc sanè ob causam omnipotens, cum sit multum misericors, clemens, atque benignus, noluit nos à se separari: sed perinde atque filios suos secum esse per participationem atque comunione huius panis atque vini & aque, eò quod res istæ familiaris naturæ nostræ congruant, nec quisquam eas fastidiat aut execretur, quæ in corpus ipsius & sanguinem mutantur diuina virtute, iuxta illius præceptum, quod etiam credit in remissionem peccatorum & in vitam æternam, ac in tutelam animæ & corporis, dignè illud cum sincera fide assumuntibus. Nisi enim manducaueritis, inquit, carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quocirca nobis ita traditum & seruatum, & citra vllam controuersiam creditur, quoad ipse venerit, iuxta Pauli vocem. ACH. Hæcine communicatio & sacrificium corporis & sanguinis Christi, quod offerunt sacerdotes, Verumne est Christus, corpus & sanguis verus, an exemplar corporis eius, perinde atque sacrificium hirci, quod Iudæi offerunt? SAM. Absit quod nos appellationem exemplar corporis Christi, sanctam communionem: aut panem nudum, aut figuram, aut imaginem: quinimo corpus ipsum reuera, & sanguinem Christi Dei nostri in Deum conuersum assumimus, qui incarnatus, & genitus est ex sancta Dei genitrice sempereque virgine Maria. Sic enim credimus, & ita profitemur iuxta vocem ipsius Christi, quam ad discipulos in Coena illa mystica tradens eis panem viuificantem pronunciauit: Accipite, comedite, hoc est corpus meum. Similiter & calicem eis tradens, inquit: Hic est sanguis meus, non dixit: Hoc est exemplar mei corporis & sanguinis, aut imago. Et in plarisque aliis locis constat Christum dixisse,

Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. Cæterum cum ipsemet Christus testificetur, corpus suum esse reuera & sanguinem, id quod nos fideles offerendo assumimus, quid amplius est opus de hac re dubitare, si Deum & filium Dei ipsum esse credimus? Si enim ex nihilo mundum condidit, & verbum eius verum est, viuum, efficax atque omnipotens: & quæcunque voluit Dominus fecit omnia, nonne potest panem in suum ipsum corpus mutare, & aquæ & vini commixtionem in proprium sanguinem? Nam quemadmodum initio dixit: Germinet terra herbam virentem, & vsque in hodiernum diem, copluuiam mittente terra germinat herbas, quæ Dei auxilio proteguntur, eiusque iussu id præstare cogitur: ita loquutus est Deus: Hoc est corpus meum: &, Hic est sanguis meus, & hoc facite in meam commemorationem: idque omnipotentis mandato vsque ad eius secundum aduentum sit, diuina inspiratione & accessu Spiritus sancti. ACH. Sed quare Christus sub specie panis, vini, & aquæ abdit suum corpus & sanguinem potius assumendum tradidit, quam sub alia materia? SAM. De hoc superius dixi, rursus etiam dicturus: demittente enim se Deo, perque ipsius inenarrabilem prouidentiam, condonationem, & erga nos dignationem, factum est, vt per ea quæ nobis vsu ad edendum & bibendum familiaria sunt, transeamus, & ad ea sustollamur quæ nostram exuperant naturam, id est, ad mysteria diuina. Quinetiam inter alios omnes cibos, panis sibi primum locum vendicauit. Itidem & inter potiones aqua & vinum primas tenent. His igitur, panem, inquam, vino & aqua nobis assuescatis, Dominus coniuncta sua diuinitate, virtute sui verbi, qua omnia vt essent ex nihilo produxit, in proprium suum corpus & sanguinem ea transfert. Veruntamen panis & vinum assumuntur, & apparet. Idque prudenti dispensatione ac gratuita demissione sui ad captum nostrum, tollit à nobis horrorem atque metum, qui deterriti ab eo resiliissemus, si carnem suam in sua propria specie, & sanguinem iussisset nos assumere. Ad hæc exteræ quoque nationes condemnassent nos voracitatis carnis humanæ, dicentes nos more ferarum sanguinem bibere, & crudam carnem vorare: quæ propter incredulitatem solum panem & vinum intuentur: sed fideles corpus Christi & sanguinem ex incontactato eius latere effusum: quemadmodum & in lauacro baptismatis, qui sunt infideles, solum aquam in piscina vident: fideles autem, aquam, ignem, & spiritum contemplantur. Quomodo verò illi etiam participes baptismatis fuerint effecti, tunc ipsi quoque firmitatem ac robur à re sensibus percepta sumunt ad inuisibilem regenerationem. Itaque si qua est gratia in aqua, non est ex aquæ natura, sed ex aduentu Spiritus sancti. ACH. Non dubium est, quin omnibus modis, rectè prædices & recedat mysteria fidei Christianæ: verum de hac re ambigere quis possit, quo pacto cum sit vnus Deus & verum corpus Christi, in infinita corpora & partes diuidatur. multi sunt ergo Christi ea quæ diuiduntur, an vnus: aut in singulis partibus vnus & idem saluus & integer? SAM. His exemplis quæ sub sensum & materiam cadunt, declaramus ea quæ carent materia, & quæ supra

Verbum Dei efficax est.

Corpus Christi verum & integrum consistit sub vno quoque frusto panis consecrati.

naturam sunt. Audiat igitur quispiam hoc exemplum, & intelligat vim verbi quæ in eo abdita est. Ponamus ita esse: Quispiam habens speculum allisit terræ, & in multa fragmenta comminuit, in singulis tamen fragmentis vmbra sui saluam quis videre possit: sic intelligat oportet ex hac vmbra, carnem Christi esse saluam atque integram in vnoquoque frusto, quocumque tempore, quoties, & vbiunque frangitur. Rursusque tibi aliud exemplum assume. Omne verbum quod homo proferendo emittit, & qui loquitur ipsum audit atque intelligit, & qui circumstant: & si multi sunt qui audiant, non tamen diuisum, sed integrum audiunt. Eodem modo ponendum est & assumendum in corpore Christi: Illud Christi sacrosanctum corpus assidens patri, apud eum manet. Quin etiam panis consecratus per sacerdotem, in verum Christi corpus transformatus potentia diuina per accessum sacrosancti Spiritus, licet diuidatur, tamen integrum & saluum in vnoquoque frusto seruat: vt etiam oratio eius qui loquitur, omnibus qui audiunt, integra, nec diuisa auditur. Ita iis exemplis quæ sub aspectum & sensum cadunt, peruicaces nimiumque curiosos ad intelligenda Dei mysteria, quæ supra naturam, rationem, intelligentiam, & supra nos sunt,

adducimus, Quum igitur panis sanctificatus in partes diuiditur, qui sacrosanctum Christi corpus est; ne existimes, quod particulatim diducatur, aut auellatur, aut more membrorum à se auulsum diuidatur: incotaminatum illud corpus (nam immortale est & incorruptibile, quodque nunquam exhauriri & consumi poterit) sed quod partitio ea est accidentium, quæ sub sensum cadunt, duntaxat post sanctificationem, ad fidei robur & exhibitionem signi visibilis rerum quæ permanent, simul & in arthabonem, & in viaticum parandæ nobis vitæ æternæ. A C H. Digna prorsus sunt hæc admiratione, & paradoxa, Abba pater, & supra naturam, mentem, & cogitationem humanam ineffabilia mysteria fide Christianorum.

Quare tibi gratias ago, quod & nobis ostenderis quàm æquissimum, planum, & intellectu haud difficile, simul & verum esset dogma, quo Christum omnipotentem, benignum ac verum esse Deum demonstrasti, à quo mendacium quàm longissimè submotum est, procul explosa imaginaria omnis opinio. Ceterum his sancta & philosophica commentatione inter nos discussis, abundè nobis est. Deinceps enim equi nobis extimulandi sunt ad iter: nanque, vti video, dies deurgit in vesperum.

Partitio fit accidentium Eucharisticæ non autem corporis Christi.

D. GVITMVNDI, S. R. E. CARDINALIS, ET ARCHIEPISCOPI AYERSANI, AD GVILLIERMVM, I. ANGLORVM REGEM, ORATIO CVM RECYSARET EPISCOPATVM.

DE. D. GVITMVNDO, ET EIVS ORATIONE, EX ORDERICI VITALIS, ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ, LIB. 5. CAP. 17. CUIVS EST hoc Argumentum; De Guitmundo Monacho, S. Leuffredi; & eius, ad Regem Angliæ Guillelmum, Oratione pulcherrima.

Vitmundus venerabilis Monachus Cenobij quod Crux Heltonis dicitur; vbi gloriosus Confessor Christi Leuffredus, tempore Hildeberti & Hilperici iuniorum Regum, Domino feliciter 48 ministrasse annis, legitur; Regio insu accersitus, pontum transfretauit: & oblatum sibi, à Rege & Proceribus regi, onus Ecclesiasticæ regiminis omnino repudiavit. Erat enim auro maturus & religiosus ac scientia literarum eruditissimus, cuius ingenij præclarum specimen euidenter patet in Libro de Corpore & Sanguine Domini contra Berengarium, & in alijs Opusculis ipsius. Hic itaque cum à Rege rogaretur vt in Angliam secum moraretur & præstolaretur congruum tempus cum promouendi; secum subtiliter deliberavit, sique proposuit vtrum aliud esse demonstrans, Regi respondit.



VLTAE causæ me repellunt ab Ecclesiastico regimine, quas omnes singulatim nolo, nec decet exprimere. In primis infirmitates meas, quibus in corpore & anima incessanter premor, considero: quibus diligenter prespectis, diuinum examen vehementer pertimesco, mœrens quod in via Dei quotidie labor, & à veritate vacillo. Et dum meipsum salubriter moderari nequeo, qualiter aliorum vitam ad salutis viam dirigere valeo? Omnibus vigili mente perustratis, non video qua lege digniter præesse valeam illorum cunco, quorum extraneos mores, barbaramque locutionem nescio: quorum patres charosque parentes & amicos occidistis gladio, vel exheredatos opprimistis exilio, vel carcere, vel indebito intollerabilique seruitio. Scrutamini Scripturas, & videte, si qua lege sancitur, vt Dominico gregi pastor ab inimicis electus violenter imponatur? Ecclesiastica electio

prius debet ab ipsis subiectis fidelibus cum sinceritate fieri: ac postmodum astipulatione Patrum & amicorum (si canonica est) reuerenter confirmari. Alioquin cum charitate debet emendari. Quod bello & effusione multi cruoris truculenter rapuistis, quæ ratione mihi, aliisque contemptoribus mundi, qui sponte pro Christo nudati sumus proprijs, sine culpa impartiri potestis? Generalis omnium religiosorum lex est, à rapinis abstinere, & de præda (etiam si offerretur) pro iustitiæ obseruatiâ nolle recipere. Dicit enim Scriptura: Immolâs ex iniquo, oblatio est maculata. Et paulò post: Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Hęc & his similia diuinæ legis præconia pertractans expauesco, & totam Angliam, quasi amplissimam prædam, diuidico, ipsamque cum gazis suis, velut ignem ardentem contingere formido. Et quia Deus iubet, vt quisque proximū diligat, sicut seipsum, dicam vobis sine dolo id quod mihi cælitus est indictum. Quod mihi vile

vrile reor, vobis quoque salutare arbitror. Ergo, quod amicablem loquar, non videatur amarum: sed tu strenue Princeps & cõmilites tui, qui graue tecum imierit periculū, nostræ admonitionis benigno corde suscipite eloquiū. Opera dei cūctis diebus vitæ vestræ sagaciter cõsiderate: & iudicia eius, quæ incompræhensibilia sunt, in omnibus operibus vestris timete: & sic vestram vitam æqua lance moderati ad voluntatem Dei satagite, vt ipse arbiter æternus sit vobiscum in vltimo discrimine: Nō vos decipiant adulatores vana securitate, nec insolentes pro secundis euentibus præsentis vitæ, vos lethali ter obdormite suadeant in mundana prosperitate. Si vicistis Anglos in congressione, super hoc superbere nolite: sed spiritalis nequitie grauius ac periculosius certamen cautiùs agite: quod restat adhuc & imminet vobis quotidie. Mutationes regnorum frequenter factæ sunt in orbe terrarum: sicuti sparsim legitimus multiplicium per campos Scripturarum, quibus liberalium à Deo impertita est notitia literarum. Babylonij sub Nabugodonosor rege, Iudæam & Ægyptum, & alia regna sibi plurima subegerunt: sed post septuaginta annos ipsi cum Balthasar Rege suo, à Medis & Persis, quibus præerat Darius & Cyrus Nepos eius, victi & subiugati sunt. Deinde sub Alexandro magno Macedones post 230. annos Dariū Regem Persarum cum multis legionibus deuicerunt: & ipsi nihilominus post aliquot annos, Romanis per totum orbem phalanges suas destinantibus, cum Perseo Rege suo deuicti sunt. Græci sub Agamemnone & Palamede Troiam obsederunt, & Priamū Regem, Laomedontis filium, ac liberos eius, Hectorem & Troillum, Paridem & Deiphobum, Amphimachumque trucidauerunt: & famosum Phrygiæ regnum post decemnem obsidionem flamma & ferro depopulati destruxerunt. Troianorum vna pars sub Ænea duce regnum Italiæ obtinuit: alia pars cum Antenore per longum iter ac difficile, Daciam adiit, ibique sedem ponens, vsque in hodiernum diem habitauit. Romani Regnum Hierosolymorum, quod Dauid, aliique potentes successores eius spoliis Allophilorum ditauerant, & subactis barbaris gentibus, quæ in circuitu erant, sublimauerant, sub Vespasiano & Tiro subuerterunt: & nobile templum post primæ ædificationis eius annos mille lxxxix. diruerunt, quando vndecies centena milia Iudæorum ferro seu fame perierunt. Franci Gallis, tempore Sunnonis Ducis, associati sunt, & Romanorum iugo de ceruice sua viriliter excusso, super eos regnare cœperunt. Angli Saxones, ducibus Hengist & horfa Britonibus (qui nunc Galli vocantur) imperium dolis & fortitudine iam ferè sexcentis annis abstulerunt. Guinili, qui de Scandinauia insula forte eiecti sunt, regnante Albuino rege filio Audonis, partem Italiæ, quæ nunc Longobardia dicitur, inuaserunt, & Romanis diutiùs resistentes, nunc vsque tenuerunt. Omnes hi, quos victoria turgentes recolui, paulò post miserè subiacuerunt pernicii, parique cum victis contritione torti, irremediabiliter gemunt in cloacis Erebi. Normanni sub Pollone duce Neustriam Carolo simplici subtraxerunt, iamque centum nonaginta

annis, contradicentibus Gallis, & cum bellico tumultu sæpè calumniantibus tenuerunt. Quid de Gepidis & Vandalis, Gothis & Turcis, hunis & herulis: quid de alijs loquar Barbaris, quorum conatus ad nihil est aliud, nisi furari & rapere, & concitata pace iugiter furere? Terram turbant, ædes concremant, orbem vexant, opes dissipant, homines iugulant, omnia fœdant & inquietant. His itaque signis mundi portenditur finis, sicut ipse patenter edocemur voce veritatis: Exurget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum, & erunt terræ motus magni per loca, & pestilentia & fames, terroresque de cælo, & signa magna erunt.

Cladibus innumeris premitur sic iugiter orbis. His & multis huiusmodi rotatibus in rebus humanis solerter inspectis, non in se gloriatur Victor de ruina comparis: qui nec ipse stabit, nisi quantum iusserit dispositio conditoris. Conuersionem locutionis meæ nunc ad te, o rex faciam, quam tu (quæso tibi) benigniter haurias propter salutem æternam. Nullus patrum tuorum ante te regale stemma gessit, nec hæreditario iure tantum decus tibi prouenit: sed gratuita largitione omnipotentis Dei, & amicitia Eduardi consanguinei tui. Edgarus Aldinus, aliique complures ex linea regalis profapia orti, secundum leges Hebræorum, aliarumque gentium propinquiores sunt hæredes diadematis Anglici. Illis nimirum remotis fors tibi cessit prouectionis: sed Dei iudicium quantum occultius, tantò terribiliùs imminet tibi ad reddendam rationem commissæ villicationis. Hęc benigno ex corde sublimitati vestræ locutus sum, humiliter deprecans, vt mens vestra semper sit memor nouissimorum: nec vos nimis implicet prosperitas presentium, quam sequi solet intolerabilis dolor, & ingens luctus ac stridor dentium. Gratia Dei vos & amicos atque fideles vestros commendo, Normaniamque cum vestra licentia redire dispono, & opimam Angliæ prædam amatoribus mundi, quasi quilibet quilibet, derelinquo. Liberam paupertatem Christi amo, quam Antonius & Benedictus amplexati sunt, magis quàm diuitias mundi, quas Cræsus & Sardanapalus nimis amauerunt: & postmodum miserè pereuntes, hostibus suis deseruerunt. Christus enim pastor bonus vñ, diuitibus huius mundi minatur, qui voluptatibus vanis & superfluis hinc perfruuntur. Pauperibus verò spiritu promittit beatitudinem in regno cælorum, quam nobis det ipse, qui viuunt & regnat per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Admiratus Rex cum Proceribus suis insignis impendit ei decentem reuerentiâ: & competenter honoratum, iussit eum remeare in Neustriam: ibique, quo veller, suam præstolari præsentiam. Audium est passim, postquam Guitmundus ad septa Monasterij sui remeavit, quod ipse monachilem pauperiem diuitiis Episcoporum præposuerit: & quod obtentum Angliæ in præsentia Regis & optimatum eius rapinam appellauerit: & quod omnes Episcopos, vel Abbates, qui nolentibus Anglis in Ecclesiis Angliæ prælati sunt, rapacitatis re-

darguerit. Verba igitur eius per Angliam late divulgata sunt, & subtiliter ventilata, multis displicuerunt: qui sequaces eius esse spernentes, contra eum ingenti liuore exarserunt. Non multo post, defuncto Ioanne Rothomagensium Episcopo, Rex & alij plures, Guitmundum ad Archiepiscopatum elegerunt: sed æmuli eius, quos idem vituperauerat, ne Archiepiscopus fieret, quantum potuerunt, impediunt. In tanto verò nihil obiciendum inueniunt, nisi quòd filius esset Presbyteri. Ille autem ab omni auaritia purgari volens, & inter externos paupertate premi, quia inter suos dissensiones fouere malens, Odilonem, monasterij sui Abbatem reuertentem adiit, & humiliter ab illo licentiam peregrinandi petiit & accepit. Porro illiteratus Abbas mentiri nesciebat quantum sapientiæ thesaurus in præfatoro doctore latebat. Ideò desiderabilem Philosophum de monasterio suo facile dimisit: quem Gre-

Agorius septimus Papa venientem ad se, gaudens suscepit: Cardinalem sanctæ Romanæ Ecclesiæ præfecit: & Urbanus Papa iam probatum in multis, metropolitanum Aduersis vrbis solemniter ordinauit. Hæc vrbis tempore Leonis noni Papæ, à Normanis, qui primo Apuliam incoluerunt, constructa est: & à Romanis, quia ab aduersis sibi cætibz edificabatur, Aduersis dicta est. Hæc vrbique diuitiis opulenta, Cisalpinorum prompta strenuitate bellicosa, hostibus metuenda, fidei clientibus sociisque colenda, Normanorum optione soli Papæ grante obedit: à quo Guitmundum sophistam mystici decoris pallio insigniter redimiti, Pontificem accepit. Præfatus Archiepiscopus sibi commissam diu rexit, & apostolicis priuilegijs ab omni mortali exactione liber plaust. Plebè studiosè docuit, & orationibus protexit, atq; post multos agones in virtutum exercitijs ad dominum perrexit.

EXCERPTVM; A BEATO GREGORIO III. P. MAXIMO EDITVM, EX PATRVM DICTIS CANONVMQUE SENTENTIIS; De diuersis criminibus & remedijs eorum.

PRÆFATIO.

Ernimus in Ecclesia; quod nos valde sollicitat; quoniam ita confusa sunt iudicia pœnitentium in Presbyterorum nostrorum Opusculis, atque ita diuersa & inter se discrepantia & nullius auctoritate suffulta; vt vix, propter dissonantiam, possint discerni. Vnde fit vt concurrentes ad remedium pœnitentiæ; tam pro librorum confusione quàm etiam pro ingenij tarditate, nullatenus eis valeant subuenire. Quapropter ex multis allegoriarum floribus, & de magno- rum Tractatibus prolatisque sermonibus, Patrum dictis, Canonumque sententijs; id est, Isidori, Augustini, Gregorij, Bedæ, Gelasij, Innocentis, Theodori, Cassiani, Egberti, vel cæterorum; ad opus confacerdotum nostrorum excerptum, atque in simul colligere hunc libellum pœnitentialem studuimus. Et merito, Pœnitentialem dicitur, eò quòd sit pœnitentiæ conueniens. Pœnitentia autem dicta est, à pœnitendo; quòd scilicet aliquis corde pœniteat, & se peccasse coram Deo erubescat: Quia, Deo donante, nihil potest contra nos Diabolus in sua proficere nequitia, si putam volumus agere pœnitentiam; id est, vt vulnera vulneribus non superadiiciamus, & sanata nostra sauciamus; quia posteriora vulnera, peiora sunt prioribus. Et hoc animaduertendum est; quòd si carnales medici, contra infirmitates corporum, diuersa constituunt medicamina: quantò magis, Sacerdotes Dei, contra illicitos operæ carnis fructus, innumerabilia medendi debeant recompensare solatia? Cum ingenti timore dicimus; quia sunt nonnulli, nostri similes, tantæ tarditatis ignauia preffi; qui, nec sui nec subditorum errata valent ad parum de ducere;

C Et, per medicamentum pœnitentiæ, minime, lapsos sciunt solaciari. Vt arbitramur; de talibus scriptum est: *Canes muti non valentes latrare.* Et; si indocti ad Sacerdotium prouehuntur; considerandum est quid de Gregibus agatur, quando lupi Pastores fiunt. Et sunt nonnulli qui farcinam sacerdotalem non propter Deum, sed (quòd nefas est dicere) magis propter terrenum ambiunt lucrum. Cæci diuinæ sapientiæ: de talibus, quidam Doctor veridicus ait; timeo (inquit) quòd Canes assequuntur pastorale officium. Post hæc; necessarium censuimus, vt in hoc libello Pœnitentialem, discretionem personarum, siue culparum, vel temporum, prolixitudine promulgare studeremus; quomodo vnusquisque aut qualiter vel quam diu cum omni sagacitate in discernenda iudicia vnanimis haberemus. Et maximè prouidendum, vt vniciuique peccanti Domini adhibeatur misericordia, quia scriptum est; *Fili, in iudicando esto misericors.* Vnde & Apostolus; *Iudicium sine misericordia erit illi qui non facit misericordiam.* Ideoque, mensuram temporis in agenda pœnitentia non satis attentè præfigunt Canones pro vno quoque crimine; sed magis in arbitrio Antistitis vel Presbyterorum relinquendum statuunt, propter misericordiam: quia, apud Deum, non tam valet mensura temporis quàm doloris; nec abstinentia tantum ciborum, sed mortificatio potius vitiorum: propter quod; tempora pœnitentiæ, fide & conuersione Pœnitentum, ad breuianda præcipiunt. Hanc Epistolam commatico sermone perstrinximus; vt eius breuiatio lectori nocium demat fastidium, & cordis eius proficuum leuet & aperiat intellectum: Breuis etenim lectio auidius legitur, citius intelligitur, & memoriæ facilius commendatur & firmiter retinetur. Necessè est ergo vt hæc medicinalis excerptio frequenter à fidelibus legatur Sacerdotibus, & ipsi sapienter assidue

Fortè; in discernendis.

duè humiliterque recitentur; quia ibi inuenitur san- ditas cordis, & animæ medicina reperitur. Constat enim in hoc libello consolatio magna lugentium, spes beata iustorum, sanitas infirmorum, fortitudo & refugium periclitantium. Ergo cor pœnitens compungitur & proficuum ab eò lachrymarum imber roratur. Remissio peccatorum in eo concedi promittitur & laborantibus refectio cum gloria perpetua feliciter præparatur. Est enim in eo thesaurus sapientiæ & scientiæ absconditus, qui vitam æternam fidelibus ministrat pœnitentibus & sine defectu lugentibus ad aperendum perpetuus. Nolumus, fratres, accensam in nobis sub modio ponere lucernam, sed præcelso eam super ponere candelabro vt luceat omnibus, qui in domo Dei sunt, fratribus. Huius laboris atque operis illius gratia nobis subueniat, qui duobus discipulis euntibus, tertium se socium addidit in via, & aperuit illis sensus vt sanctas intelligerent Scripturas. Spiritus paracletus omni virtute & doctrina perfecta, cum charitatis scientia illustret pectora nostra, benignissimi fratres. Domine Deus Rex cælestis, qui nos indignos famulos tuos sanctæ tuæ Ecclesiæ præferri voluisti, vt congruo penitentes atque lugentes consolaremur medicamine, da propitius vt hic dicitina corporis & animæ sospitate valeamus potiri, & denud præmij regni cælestis feliciter participari, vt per salubria medicamina à prædecessoribus inculcata, populus instanter gaudeat, & ipsi cui seruit totus concentus cæli vnà nobiscum gratificas laudes in æternum lætus decantet. Hæc autem epistola nulli vilescat, sed sciat à maioribus nostris ex Sanctorum sententijs esse collectam, à nobis quidem excerptam, ne nimia prolixitate negligentibus lectoribus fastidium generaret.

Explicit prologus.

INCIPIVNT IVDICIA CON- GRAVA PœNITENTIBVS.

Que sit vera remissio peccatorum. C. A. P. I.

Rima itaque est remissio qua baptizamus in aqua: Secunda, charitatis effectus: Tertia, elemosynarum fructus: Quarta, perfusio lachrymarum: Quinta, afflictio cordis & corporis: Sexta, emendatio morum, hoc est abrenuntiatio vitiorum: Septima, intercessio Sanctorum: Octaua misericordiæ & fidei meritum: Nona, conuersio & salus aliorum: Decima, indulgentia & remissio nostra: Vndecima, passio martyrij, spes vnica salutis indulgentiæ, & latroni cruento respondente Domino; Amen dico tibi hodie mecum eris in Paradyso.

De furto Ecclesiæ, quod sacrilegium dicitur. C. A. P. II.

Sacrilegium, id est sacrarum rerum furtum, & hoc maximum est peccatum. Sacrilegium dicitur qui sacra violat, vel qui sacra furatur. Placuit secundum humaniorem diffinitionem, qui in hoc vitio corruunt, si Episcopus fuerit, duodecim annos pœniteat: Presbyter decem: Diaconus septem: Subdiaconus quinque: Clerici & laici quatuor. Sed valde

Tom. 6.

considerandum est, & Domini misericordia adhibenda, vt ipse Beatus adiecit Gregorius. Ex persona namque furis pensandum est qualiter valeat corrigi. Sunt enim quidam qui habent subsidia & furtum perpetrant, & sunt qui in hac re ex inopia delinquant: Vnde necesse est vt quidam damnis, quidam autem verberibus, quidam districtius vt iudicatum est, quidam autem lenius corrigantur, & cum paulò districtius agitur, ex charitate agendum est & non cum furore, quia ipsi hoc præstat, qui corrigitur, ne gehennæ ignibus tradatur.

De Homicidio. C. A. P. III.

Qui occiderit Episcopum aut Presbyterum vel Diaconum, Regi dimittendum est ad iudicandum. Qui occiderit minoris ordinis clericum, in iudicio Episcopi est iudicandus, vt arma relinquat & in monasterio Deo seruiat, vel septem annos cum luctu pœniteat. Si quis clericus homicidium fecerit, decem annos pœniteat, & ex his septem exul fiat. Qui patrem vel matrem, sororem aut fratrem occiderit, secundum humaniorem diffinitionem quatuordecim annos pœniteat, & ex his septem exul fiat. Si laicus occiderit alium laicum quadraginta dies abstineat se ab Ecclesia, & secundum antiquam diffinitionem quinque annos pœniteat: Si odij meditatione, quatuor: Si per iram, tres: Pro vindicta fratris, duos: Si casu, vnum: Qui in prælio. Si qua scemina furore zeli accensa flagris verberauerit ancillam suam, ita vt intra tertium diem animam cum cruciatu effundat; si voluntate, septem annos pœniteat; si casu, quinque. Quod si infra tempora constituta fuerit infirmata, accipiet communionem.

De Adulterio. C. A. P. IIII.

Adulterium dicitur, qui alterius violat uxorem vel Sanctimonialem. Adulter vocatur violator maritalis pudoris, eo quod alterius thorum pollut. Si Episcopus adulterium commiserit, duodecim annos pœniteat: Presbyter, decem: Diaconus, septem: Subdiaconus quinque: Clerici & laici, tres. Si autem in conscientia populi deuenerit, extra Ecclesiam fiant, & inter laicos pœniteant quandiu viuunt. Si qua scemina cum conscientia mariti fuerit adulterata, & ipse consenserit habitare cum ea, placuit nec in finem dandam eis esse communionem: Si verò eam reliquerit, post quintum annum accipiat communionem. Et si quis vir vel si qua scemina vsque in finem mortis suæ cum aliena scemina, vel ipsa cum altero viro fuerint adulterati, placuit nec in finem percipere communionem.

De Fornicatione. C. A. P. V.

Si quis Pontifex faciens fornicationem, secundum humaniorem diffinitionem, septem annos pœniteat: Presbyter, quinque. Diaconus quatuor: Subdiaconus, tres: Clerici & laici, duos. Si cum sanctimoniali, intelligant se adulterium perpetrasse, secundum antiquam constitutionem plus addatur ieiunium: Episcopus decem annos pœniteat: Presbyter, septem: Diaconus, quinque: Subdiaconus, quatuor: Clerici & laici, tres. Qui sæpè faciunt fornicationem siue Clerici, siue laici, siue scemina, primus Canon iudicauit vt septem annos pœniteat. Sed si paruerint, humanius diffiniunt, vt tres annos eorum pœnitentia sit.

De Concupiscentia nō cōsummata. C. A. P. VI.

In Canone Neocesariense ita habetur; Placuit vt si quis concupiscens mulierem, etiam si eius

Cc iij

concupiscentia desiderium habeat, non autem sub sequuntur effectus, manifestum est, hunc fuisse per diuinam gratiam liberatum. Ridiculosum est vt pro tactu vel osculo & amplexu mulieru quis damnatus inueniatur.

De Peritio. CAP. VII.

SI quis in altare vbi reliquiaz habentur, vel in Euangelio periurium incurrit, secundum antiquam diffinitionem septem annos poeniteat. Qui alium in periurium ignorate inducit, & ipse similiter septem annos poeniteat. Qui autem deductus est ignorans, & postea recognoscit, duos annos poeniteat. Qui vero suspicatur quod in periurium deducatur, tamen iurat per consensum, & ipse similiter duos annos poeniteat. Si quis coactus pro qualibet culpa causa necessitatis, tres annos poeniteat. Si quis vero in manu Episcopi vel Presbyteri, vel in cruce consecrata, secundum antiquam diffinitionem tres annos poeniteat. Humanius vnum annum diffiniunt.

De Ebrietate. CAP. VIII.

PLacuit secundum antiquam diffinitionem; Si quis Episcopus, Presbyter aut Diaconus in consuetudinem habuerit vitium ebrietatis; aut desinat, aut deponatur. Sed humanius diffiniunt, vt Episcopus, Presbyter aut Diaconus per ebrietatem vomitum facientes quadraginta dies poeniteant: Clerici & laici facientes septem dies. Si Presbyter aut Diaconus pro infirmitate, aut quia longo tempore se abstinerunt, & in consuetudine non erit eis multum manducare & bibere, & praegaudio natalis Domini aut Paschae, saltem pro alicuius Sanctorum commemoratione hoc fecerunt, & tamen plus non acceperunt quam decretum est a senioribus, nihil eis nocuit. Prorsus quicumque taliter inebriatur, vt statum mentis mutet, & lingua balbutiet, & oculi turbentur & ventris distensione dolor insequatur & tunc euomuerint Eucharistiam, Episcopus nonaginta dies poeniteat: Praesbyter septuaginta: Diaconus quadraginta: Subdiaconus viginti: Clerici & laici, decem. Et si canes comedant tale vomitum, centum dies poeniteant. Si non sciunt, quadraginta. Si infirmitas id agere compulerit, in Domini pendeat arbitrio. Qui cogit aliquem humanitatis gratia vt inebrietur, vt ebrius poeniteat: si per odium aut pro aliqua nequitia, iudicio Sacerdotis poeniteat, hoc est quadraginta dies.

De Furto. CAP. IX.

SI quis furtum capitale commiserit, id est aurum, argentum, quadrupes, vel domos effregerit, si potest reddere quod iniuste abstulit, multum breuiavit poenitentiam eius: Si autem quinque annos poeniteat. Quod si saepe illud fecerit, septem annos poeniteat. Humanius tres annos diffiniunt. Si puer amplius decem annorum fecerit furtum, quadraginta vel viginti dies poeniteat, prout aetas est & qualitas eruditionis. Pro modico furto, viginti dies poeniteat. Puer decem annorum, aliquid furti faciens, septem dies poeniteat.

De Idolatria. CAP. X.

PROhiberi placuit vt cum rationes suas accipiunt possessores, quicquid ad idolum datum fuerit accepto non ferant: Si post interdictum fecerint per quinquennij spatia temporum a communione esse arcendos.

De Incestis. CAP. XI.

INcesti dicuntur qui proprie illicitam committionem perpetrant: Vocati incesti quasi incasti.

INcesti namque tales dicti sunt, si filius cum matre, si frater cum sorore, si quis nouercam duxerit, aut cognatam, si quis consobrinus consobrinam aut sororis filiam, si quis relictae auunculi misceatur aut patri, vel priuignae concubitu polluantur, vel qui duas sorores, aut illa quae duos fratres. Si quis filius cum matre tam funestum atque nefarium vitium perpetraverit, secundum antiquam diffinitionem inermis quindecim annos cum fletu & luctu poenitentiae, & uxorem nunquam accipiat, & ex his septem annos extra metas ipsius terrae exul fiat, & non communicet nisi virgente mortis periculo. Si cum filia & sorore, simili sententia subiaceat. Si cum nepta vel cum matre, vel quae superius nominatae sunt, secundum paternam diffinitionem, duodecim annos se poenitentiae subdat & uxorem nunquam accipiat; & ille vir arma relinquat & exul fiat, nec communicet, nisi imminente die mortis periculo. Si qua mulier duos fratres, aut si quis vir duas sorores habuerit, a communione abstineatur vsque ad mortem, in mortem autem eis detur communio pro misericordia. Si vero superuixerint communione accepta & de infirmitate conualuerint, agant plenam poenitentiam tempore constituto in eodem concilio. Si quis post obitum uxoris suae, sororem duxerit & ipsa fuerit fidelis, quinquennium a communione placuit abstinere, nisi forte dari pacem velocius necessitas cogere infirmitatis.

DELator dictus eo quod detegit quod latebat. Si quis delator extiterit fidelis, & per delationem eius aliquis fuerit praescriptus vel interfectus, placuit nec in finem percipere communionem. Si leuior causa fuerit, intra quinquennium accipere poterit communionem. Sed sic humanius definiunt, post tres annos percipere communionem.

De Delatoribus. CAP. XII.

ALfalus testis prout est crimen abstinere: si tamen non fuerit mortale quod obicit, & probare nequiverit crimen quod impedit, biennij tempore abstinere: Si autem probauerit, conuento clero placuit per quinquennium abstinere.

De Falsis testibus. CAP. XIII.

ALfalus testis prout est crimen abstinere: si tamen non fuerit mortale quod obicit, & probare nequiverit crimen quod impedit, biennij tempore abstinere: Si autem probauerit, conuento clero placuit per quinquennium abstinere.

SI quis Episcopum, vel Presbyterum, vel Diaconum falsis criminibus appetierit & probare nequiverit, nec in finem dandam eis esse communionem censuimus.

De Odio. CAP. XV.

ODium pax pellit. Quicumque fratrem suum oderit, necesse est ei vt reconcilietur. Sciat se vnusquisque quandiu in corde tenuerit odium tam diu in pane & aqua poenitentiae subdi. Quia si homo homini seruat iram, a Deo non potest querere medelam; dicente Domino, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos.

De Auguriis vel diuinationibus. CAP. XVI.

AVgures dicuntur, qui in volatus auium vel voces intendunt. Arioli sunt, qui circa aras idolorum sacrificant. Auspicia sunt quae ab itinerrantibus obseruantur. Si quis auguria, auspicia, diuinationes, vel qui votum voverit praeter Ecclesiam, vel qui diuinationes faciunt in incantationibus suis, quod omnino diabolicum est, tres annos poeniteant. Humanius, duos vel vnum, aut dimidium iuxta qualitatem peccantium.

Si

De mulieribus fornicariis & auoculorum facientibus. CAP. XVII.

SI qua mulier fornicauerit & infantem occiderit A qui exinde fuerit natus, & quae studuerit abortum facere & quod conceptum est necare, aut certe vt non concipiat elaborare, siue ex adulterio, siue ex legitimo coniugio. Has tales mulieres in morte recipere communionem priores Canones decreuerunt. Nos tamen pro misericordia siue tales mulieres, siue concias scelerum ipsarum decem annos agere poenitentiam iudicamus. Si mulier paupercula occiderit filium suum in Canone septem annos dicit poenitentiam eius. Mulier quae concipit & occidit filium aut filiam in vtero ante quadraginta dies, vnum annum poeniteat: si post quadraginta dies, quasi homicida poeniteat. Si per culpam sine baptismo, tres annos poeniteat. Sine culpa tres quadragenas. Illae namque quae infantes suos opprimunt negligenter, vt homicidae poeniteant: Sin aliter in iudicio pendeat Sacerdotis.

De virginibus corruptis. CAP. XVIII.

SI quis virginem corruerit, nec eam postea sibi uxorem acceperit, aut in sponsam alterius tale facinus attentauerit, secundum antiquam diffinitionem quinque annos poeniteat. Humanius autem tres annos diffiniunt. Si quis sponsae alterius hominis sorori eius forsitan intulerit, eique inhererit tanquam suae, & sibi expectendam se copulauerit, hanc autem deceptam postea uxorem duxerit desponsatam: Illa vero quae vitium passa est, si forsitan necem sibi intulerit, omnes hi qui huius facti conscij, decem annos poeniteant secundum Canonum institutionem: Sed nonnulli septem annos diffiniunt.

De his qui rebaptizati sunt, quomodo poeniteant. CAP. XIX.

DE his qui in praeruaricatione rebaptizati sine aliqua necessitate; placuit vt circa eos illa Niceni statuti seruentur, id est vt septem annos inter catecuminos & duos inter laicos, & postea moderatione & clementia fidelibus in oblatione & Eucharistia communicent.

De violatoribus sepulchrorum. CAP. XX.

SI quis clericus aut laicus in demoliendis sepulchris deprehensus fuerit, quia facinus hoc pro sacrilegio legibus publicis sanguineum dicitur, oportet in tali scelere proditum a clericatus ordine submoueri, & poenitentiae triennio deputari.

De Sodomitis. CAP. XXI.

SI quis ordinatus in scelere Sodomitico coinquinatus fuerit, quod intantum coram Deo abhominabile describitur vitium, vt etiam igne & sulphure eorumdem ciuitates legantur subuersae; decem annos secundum antiquam constitutionem poeniteat. Quidam humanius septem annos diffiniunt. Illi autem qui nesciunt vim huius flagitij, tres annos praefixerunt vt poeniteant. Pueri vero qui illud exercere sciunt, oportet vt emendare festinent, videlicet quinquaginta dies poeniteant, insuper & verberibus afficiantur: quia necesse est vt seges quae male pullulat refecetur.

De his qui se animalibus commiscuerunt. CAP. XXII.

SI quis autem post vicefimum annum habens uxorem in hoc foedissimo vitio corruerit: Si cum buccula, decem annos poeniteat, & lac eius nec caro manducetur, sed canibus tradatur. Cum caeteris vero animalibus, secundum humaniorem diffinitionem, iuniores aetates minusque capaces septem annos poeniteant, aut tres, aut vnum.

De Maleficiis. CAP. XXIII.

MAleficia dicuntur quae malefacta vel credita auctores suos ex cruciat & ad ima demergunt nisi poeniterint. Si quis maleficus aut malefica-

lium suum aut filiam supra tectum aut in fornace pro sanitate februm posuerit, vel quando Luna obscuratur, vt clamoribus suis vel maleficiis sacrilego vsu se defendere posse confidunt, vel vt frater in honore, Iouis vel Belii aut Iani, secundum paganam consuetudinem honorare praesumpserit; placuit secundum antiquam constitutionem sex annos poeniteant. Humanius tres annos iudicauerunt.

De Pollutione. CAP. XXIII.

SI quis per impugnationem meris violenter coinquatus est, septem dies poeniteat, vel quousque cogitatio vincatur. Qui in somnis voluntate pollutus est, surgat cantetque genua flectendo septem psalmos poenitentiales, id est Domine, ne in furore & caeteros; & in mane triginta psalmos cantet. Volens autem in somnis peccare, si pollutus sit sine voluntate duodecim psalmos cantet. Peccans non pollutus tredecim psalmos cantet. In somno peccans, si ex cogitatione pollutus, viginti duos psalmos cantet: Si in somno peccans sine cogitatione, duodecim psalmos cantet. Si semen fuderit in Ecclesia dormiens cantet psalterium, vel tres dies poeniteat: Si voluntarie semen fuderit in Ecclesia mala cogitatione; si clericus est quatuordecim dies, Diaconus viginti duos; Presbyter quadraginta; Episcopus quinquaginta. Sed est in eadem illusione valde necessaria discretio, quae subtiliter pensari debeat: Ex qua re accidit menti dormientis; aliquando ex crapula, aliquando ex naturae superfluitate, aliquando ex necessitate, aliquando ex infirmitate. Omni modo haec illusio non est timenda, quia hanc animus nesciens pertulit.

De menstruis. CAP. XXV.

VI ad mulierem menstruo tempore non accedat. Quod si fecerit, quadraginta dies poeniteat. Mulieres menstruo tempore in Ecclesiam non intrent. Quod si praesumpserint, vt tres hebdomadas poeniteant. nonnulli Patres ita diffiniunt; Si qua mulier dum consuetudine menstrua patitur prohiberi in Ecclesiam intrare non debet, quia naturae superfluitas ei in culpa non valet reputari, & per hoc quod inuita patitur, iustum non est vt ab ingressu Ecclesiae priuetur. Nouimus namque quod mulier quae fluxum patiebatur sanguinis post tergiu Domini humiliter veniens, vestimenti eius fimbriam terigit, atque ab ea statim sua infirmitas recessit. Si ergo in fluxu sanguinis posita laudabiliter potuit Domini vestimenta tangere, cur quae menstrua patitur sanguine, ei non liceat Domini Ecclesiam intrare? Si igitur bene praesumpserit, quae vestimentum Domini in langore posita terigit, quod vni ex persona infirmitatis conceditur, cur non concedatur cunctis mulieribus, quae naturae suae vitio infirmantur? Sanctae autem communionis mysterium in eisdem diebus percipere non debent prohiberi. Si autem ex veneratione magna accipere non praesumit, laudanda est, sed si susceperit non diiudicanda. Menstrua enim consuetudo mulieribus non aliqua culpa est, videlicet quia naturaliter accidit.

De his qui Daemonibus immolant. CAP. XXVI.

VI immolat Daemonibus in minimis causis, id est ad fontes, vel ad arbores vnum annum poeniteat. Qui in machinis Daemonibus immolauerit, secundum canonicam institutionem decem annos poeniteat. Sed humanius septem annos diffiniunt. Vt arbitror Daemonibus in machinis immo-

larc, est suis turpissimis imaginationibus credere, A vel per quasdam quas Sanctorum sortes falsas vo-

De fidelibus conit- gant, si cu- Gētile pec- cauerint. C. A. P. XXVII.

Si quis fidelis homo habens uxorem cum Iudæa

De Eucharistia ne- gligētia. C. A. P. XXVIII.

Si quis Eucharistiam, id est sacrificium, causa ne-

De Suffo- cato & san- guine non edendo. C. A. P. XXX.

Si focum dicimus quod sine sanguinis effusio-

De diversis criminibus- que culpis. C. A. P. XXXI.

Si quis autem per temeritatem baptizauit non or-

De his qui quacun- que violentia sibi mot- te inferunt. C. A. P. XXXII.

Tem placuit ut hi qui sibi ipsis aut per ferrum,

De his qui iniuste deie- ctus in secunda Synodo innocens reperiatur. C. A. P. XXXIII.

Episcopus, Presbyter aut Diaconus, si gradu suo

RESPONSA

usu habetur, quadraginta dies pœniteat. Si his tem-

poribus nupserit, viginti dies pœniteat. Qui nup-

serit die Dominico petat à Deo indulgentiam, &

unum vel tres dies pœniteat. Qui causa inuidiæ de-

trahit fratrem suum, vel libenter audit detrahen-

tem, septem dies pœniteat. Si quis clericus venatio-

nes exercuerit, unum annum pœniteat; Diaconus

duos, Presbyter tres. Si quis per iram alium percuf-

serit, aut debilitauerit, quadraginta dies pœnite-

at. Si quis aream aut domum cuiuscunque volun-

tariè igne cremauerit, secundum antiquam dif-

finitionem tres annos pœniteat. Si quis cuiuslibet

hominis voluntariè membrum truncauerit, tres annos pœniteat: humanius unum annum diffi-

nierunt. Qui morticina comederit inscius, vi-

ginti dies pœniteat; sciens, quadraginta. Qui-

cum que furtiuum comederit & scit, si pauper est

vel hebes septem dies pœniteat; sani qui sciunt,

quadraginta; Qui sape hoc faciunt, tres quadra-

gesimas. Qui comederit vel biberit sordidatum à

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

RESPONSA CANONICA TIMOTHEI SANCTISSIMI ALEXANDRINI EPISCOPI; QUI FUIT VNVS EX CL. PATRIBVS qui Constantinopoli conuenerunt.

Interrog. Timotheus fuit sacramen- talis? & sic legitur in libro de sacra- mentis.



Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

BALS.

Interrog.

puellus catechumenus, ut po-

te annorum septem, vel homo

etiam perfectus, dum fieret o-

blatio, opportunè adfuerit, e-

iusque nescius particeps factus

sit, quid debet de eo fieri? Resp.

Debet illuminari: à Deo enim

vocatus est.

Interrog. Si catechumenus à dæmone corripiatur, & vo-

luerit ipse vel sui ut sanctum baptismum accipiat,

debetne accipere an non, & maximè si morti pro-

pinquus fuerit? Resp. Si is qui à dæmone corripitur,

non fuerit ab immundo spiritu mundatus, non po-

test sanctum baptismum accipere, sed in exitu à vi-

ta baptizatur.

Interrog. Si quis cum sit fidelis à dæmone corripitur, de-

betne esse sanctorum mysteriorum particeps an non?

Resp. Si mysterium non enūciat, nec vlllo alio mo-

do blasphemet, sit particeps. Sed non singulis die-

bus: sufficit enim si stas solum temporibus.

Interrog. Si quis cum sit fidelis à dæmone corripitur, de-

betne esse sanctorum mysteriorum particeps an non?

Resp. Si mysterium non enūciat, nec vlllo alio mo-

do blasphemet, sit particeps. Sed non singulis die-

bus: sufficit enim si stas solum temporibus.

Interrog. Si quis cum sit fidelis à dæmone corripitur, de-

betne esse sanctorum mysteriorum particeps an non?

Resp. Si mysterium non enūciat, nec vlllo alio mo-

do blasphemet, sit particeps. Sed non singulis die-

bus: sufficit enim si stas solum temporibus.

Interrog. Si quis cum sit fidelis à dæmone corripitur, de-

betne esse sanctorum mysteriorum particeps an non?

Resp. Si mysterium non enūciat, nec vlllo alio mo-

do blasphemet, sit particeps. Sed non singulis die-

bus: sufficit enim si stas solum temporibus.

Interrog. Si quis cum sit fidelis à dæmone corripitur, de-

betne esse sanctorum mysteriorum particeps an non?

Interrog. Si quis cum sit fidelis à dæmone corripitur, de-

betne esse sanctorum mysteriorum particeps an non?

Resp. Si mysterium non enūciat, nec vlllo alio mo-

do blasphemet, sit particeps. Sed non singulis die-

bus: sufficit enim si stas solum temporibus.

Interrog. Si quis cum sit fidelis à dæmone corripitur, de-

betne esse sanctorum mysteriorum particeps an non?

Resp. Si mysterium non enūciat, nec vlllo alio mo-

do blasphemet, sit particeps. Sed non singulis die-

bus: sufficit enim si stas solum temporibus.

Interrog. Si quis cum sit fidelis à dæmone corripitur, de-

betne esse sanctorum mysteriorum particeps an non?

Resp. Si mysterium non enūciat, nec vlllo alio mo-

do blasphemet, sit particeps. Sed non singulis die-

bus: sufficit enim si stas solum temporibus.

Interrog. Si quis cum sit fidelis à dæmone corripitur, de-

betne esse sanctorum mysteriorum particeps an non?

Resp. Si mysterium non enūciat, nec vlllo alio mo-

do blasphemet, sit particeps. Sed non singulis die-

vino, & cibo. Nota ergo nonnullos ex praesenti responsione dicere quod canonibus statutum est debere nos etiam a vino abstinere in sancta quadragesima, & in omni quarta & quinta feria. Placuit enim fideles aequè debere in quarta & sexta feria ieiunare ac in quadragesima Lege & xlix. can. syn. Laodic. & quae in eo scripta sunt. Lege & ex canonibus sancti Nicephori Patriarchae Constantinopolitani can. 7. qui suadet ut aegrotantes, infirmi & monachi in quadragesima vinum bibant. Quare ex contrario sensu qui non sunt infirmi, debent aquam bibere.

Interrog. 9 An debet clericus, praesentibus Arrianis, vel aliis haereticis, orare, & an eum laetèd quando facit orationem, seu oblationem? Resp. In diuina oblatione diaconus ante salutationem loquitur, Qui non communicatis, ambulate. Non debent ergo interesse nisi profiteantur se penitentiam acturos, & haereticum vitaturos.

BALS. Interrogatio de clerico facta est an debet praesentibus haereticis orare, aut incrementum sacrificium offerre, & respondit quod d quando ad sacram mensam sancta offerenda sunt, dicitur propheta * qui non communicatis ambulate, hoc est catechumeni exite. Si ergo catechumeni non sinuntur dum fit sacrificium, quomodo sinentur haereticis? Nisi se, inquit, poenitentiam acturos confiteantur, & ab haeresi cessaturos, & tunc quoque, ut existimo, intra templum esse non sinentur, sed foris cum catechumenis. Quod si se ab haeresi abstinuerint, sed expellentur, nec cum catechumenis quidem consistent, sed expellentur.

Interrog. 10 Si quis sit aegrotus, & ex vi morbi valde liquefactus, & attenuatus, & sanctum Pascha venerit, debetne omnino ieiunare, an eum absoluit clericus ut accipiat quod potest vel etiam oleum, & vinum? Resp. Absoluti debet aegrotus ut cibum, & potum capiat quantum ferre potest. Eum enim qui semel colliquefactus est, esse olei participem aequum est.

BALS. De eo qui aegrotat, & morbo consumptus est ac liquefactus est interrogatio, debetne in ieiunio propter Pascha omnino ieiunare, hoc est inexcusabiliter, & absque ulla commiseratione, an vinum & oleum sumere propter imbecillitatem. Responsio autem dicit, quod is qui morbo consumptus, & exhaustus est, capere debet vinum, & oleum, quantum ferre potest, perpetuo scilicet, vel in aliquibus diebus secundum iudicium eius qui eum dispensat. Nota autem ex hoc canone & viij. quod ieiunium quadragesimae Paschae est aridorum usus, & a vino abstinentia. Nonnulli autem dicunt in vtriusque his canonibus ieiunium in paschate esse sancta passionis, hebdomadam, & non omnem quadragesimam.

Interrog. 11 Si quis clericum vocauerit ut matrimonio coniungat, audiat autem esse illicitum matrimonium, utpote, vel amitae coniugium, vel defunctae vxoris esse sororem eam quae est matrimonio coniungenda, debetne sequi clericus, vel facere oblationem? Responsio. Vno verbo dicite, Si audiuerit clericus illicitum matrimonium, & legibus contrarium, non debet clericus alienis peccatis communicare.

BALS. Oportet, inquit, clericos qui ad matrimonij mysterium celebrandum vocantur, ut orent, & sponfos coniungant, si audierint esse illicitum matrimonium, nec orare, nec offerre, & sic alienis peccatis communicare.

Interrog. 12 Si laicus qui somniauit, clericum interrogauerit an debet ei permittere communicare an non? Resp. Si subest quidem mulieris desiderium, non

debet. Sin autem tentat eum satanas, ut per hanc occasionem, a diuinorum mysteriorum communionem alienetur; debet communicare. Neque enim cessabit illum eo tempore tentare quando debet communicare eum inuadens.

BALS. De iis quibus visa se in somnis offerunt, quibus etiam fit fortasse fluxus seminis, dicit hic pater quod si mulieris desiderio cogitatio antea in mentem ei venerit, & mens in desiderio perstiterit, eique assensus est, & ex eo illi visio oblata est, & fluxio seminis est consecrata, non debet communicare, & meriti. Assensus enim eius qui somniauit, mentem polluit, & quomodo hac cum cogitatione ad sancta accedit? Sin autem nihil tale praecessit, est diaboli tentatio, ut sic eum alienet a diuina communionem. Si enim sciuerit malus se per somnium effecere ne sit sacramenti participes, non cessabit homini insidiari quoties eum velle communicare cognouerit.

13 Iis qui matrimonij societate iunguntur, in quibusdam septimanarum diebus proponere oportet ut a mutuo congressu abstineant, & quibusdam potestatem habeant? Resp. Quod ante dixi, nunc quoque dico, Dicit Apostolus, Ne vos priuatis nisi forte ex consensu inuicem ad tempus, ut vacetis orationi, & rursus eodem conueniatis, ne vos tentet satanas propter intemperantiam vestram. Necessario autem sabbato, & die dominico abstinere oportet, quod spirituale sacrificium in eis domino offeratur.

14 Si qui cum suis compos non esset, tibi manum attulerit, vel etiam se praecipitauerit, sine oblatio an non? Resp. Hoc debet clericus discernere an reuera hoc fecerit cum esset emorae mentis. saepe enim ij qui ad eum cui hoc accidit attinent, volentes assequi oblationem, & orationem pro ipso, mentiuntur & dicunt eum non fuisse apud se: nonnunquam autem propter insultationem hominum, vel aliquo alio modo per negligentiam hoc fecit, tunc autem non est super eum facienda oblatio, est enim sui homicida, oportet ergo clericum accuratè sciscitari, ne in iudicium incidat.

BALS. Interrogatus sanctus an is qui non est sanae mentis, sed emorae, sibi mortem consciauerit, vel se deorsum praecipitem de dit, an pro eo facienda sit oratio, vel oblatio, dixit quod si homo quidem reuera emorae mentis, & nesciens quid ageret, sibi manum attulerit, vel se praecipitauerit, vel aliquo alio modo interemerit, fiet pro eo oblatio & oratio. Oportet autem eos qui ad orationem euocantur subtiliter inuestigare nunquid vel propter animi timiditatem, vel hominum insultationem, vel aliquo alio modo prudens ac sciens quid ageret sibi manum attulit. Pro eo enim nec orare, nec offerre oportet quoniam fuit sui homicida.

15 Si laicus vxor spiritu corripuit ut ferreo etiam compedes, & manicas gestet, vir autem dicat non possum continere, & velit aliam accipere, debetne aliam accipere an non? Responsio. In hac re quidem adulterium intercedit, nec inuenio quid de ea respondeam, spirituali tamen sententia non debet.

BALS. Interrogatio est de marito, qui habet vxorem quae spiritu malo scilicet agitatur, & ita furit, ut etiam ferreis compedibus, manicisque ligetur, ne seipsum interficiat, vel alios ledat, cum qua ipse rem habere non potest, dicit autem se non posse continere, & vult aliam vxorem legitime accipere. Responsio autem est se nihil posse dicere, est enim adulterium, si constante

si constante matrimonio vir aliam mulierem ducat in matrimonium. Ex nouella autem Imperatoris domini Leonis Philosophi marito concessum est, mulieris, quae perpetua insania laborat, soluere matrimonium, soluto autem matrimonio, licet marito aliam vxorem introducere.

Interrog. 16 Si quis ieiunans ut communice, os lauas, vel in balneo aquam bibit nolens, debet ne communicare? Resp. Quia etiam inuenit satanas occasionem prohibendi eum a communionem, frequentius hoc faciet.

Interrog. 17 Sermonem Dei saepe audientes, & non facientes, an sumus iudicio obnoxij? Responsio. Si non faciamus, nec nos accusare contingat, quod audi-

entes non pareamus. Est autem pars salutis, se ipsos accusare.

18 Ex quam aetate a Deo iudicantur peccata? Responsio. Ex vniuscuiusque cognitione, & prudentia, illi quidem a decennio, hi vero a maiori aetate.

BALS. Ex vniuscuiusque cognitione, & intelligentia dicit a Deo peccata iudicari. Pueri enim qui sunt acrioris, & vigilantioris natura, bonum & malum citius discernunt. Qui autem sunt hebetiores, tardiorisque ingenij, tardi sunt ad cognitionem eius quod fieri oportet, & ideo illis quidem dicit Deo ab anno decimo reputari peccatum, his vero a maiori & perfectiori aetate.

EX NOMOCANONE NESTEVSTÆ.

Cautè legendus si auctor ut qui multa scribit ex vita quatuor

De confessione. De confessionis prudentia.



Potest eum qui confessiones suscipit, videre & adolescentiam, & vires senectutis, & imbecillitatem, & loci differentiam, & modi per quem malum factum est, & an capto consilio ac praemeditato, an casu factum est, & an ex vino, vel ex fatietate, vel non sic, sed vel metu, vel immoderata potestate, vel paupertate, & quae sunt his similia. Is qui confessiones audit, debet examinare, & horam, & locum, & vitam, & prudentiam, Similiter & contritionem, & pudorem, & tristitiam, & metum, & fidei constantiam, vel inconstantiam, & misericordiam: similiter & doctum & indoctum, diuitem & pauperem, feruum & liberum, nobilem & ignobilem, & militem, & eum qui sanctum amicum suscepit, & qui in eis immoritur. Similiter & contemptorem, ac impudentem, & qui potest humiliari. Haec omnia debet examinare qui audit confessiones, & sic poenas iniungere: si autem haec quidem semel vel bis, vel iter fecerit, & sint intra triginta annos aetatis, sunt omnino misericordia digni: etiam si ea valde magna sint. Sin autem triginta annos superauerint, ij multis condemnationibus digni fuerint, etiam si ea sint multo minor. Debet etiam hoc quoque perscrutari, an saepe peccauerit, an etiam ad senectutem usque in eo sit enutritus. Et quaecunque sunt quidem praeter naturam, ut caedes voluntariae, adulteria puerorum, virorumque concubitus, iumentorum volucrumve initus, & incestus quoque & magni & parui. Similiter & si in consiliolis & filios ipsos peccaretur sustinuit, & quaecunque sunt eiusmodi, vel his etiam maiora, aequalem habent punitionem. Cautum enim est ac prouisum, ut excommunicationis segregatio ad sex annos, & septem, & octo, & nouem, & decem extendatur.

Quaecunque autem sunt secundum naturam, ut fornicationes, caedes inuoluntariae, stupra, periuuria, & quaecunque sunt eiusmodi ad annum vnum, & duos, & tres puniuntur, & qui minoris quidem sunt habitus monachi, & monachae fornicatores iudicantur. Qui autem maioris sunt habitus ut adulteri. In hoc autem toto penitentiae tempore, in Christi natiuitate & Epiphania, & in

tribus Paschae diebus, vel in magna quinta feria, & magno sabbato, & magno dominico, & in memoria sanctorum Apostolorum, pro communionem participes existant sanctificationis illuminationum, & sic ieiunium soluant, alij quidem caseo, & ouis, mundani vero carne. Antea enim diximus quod est in eorum, qui confessiones audiunt potestatem, vel leues vel graues poenas imponere. Eius enim qui confitetur certa & indubitata fides, & eorum quae habet elargitio, quam beatus Paulus fidei fructum appellat, cuiusque qui audit confessionem circumspecta cognitio, prudensque iudicium, & de summo iure remittens lenitas, scit omnia leuora facere, quae ad cibum & potum, precelsque & communionem pertinent, maxime si contingat, ut qui confitetur ante confessionem peccatum abscederit, vel si etiam confitens a confessione abscedat. Sunt enim multi qui confitentur, & dolore afficiuntur, sed tamen vel natura, vel malignitate, vel mala consuetudine rursus labuntur & in peccata incidunt. Hi ergo debent semper confiteri quoties ceciderint, etiam si iniunctas poenas compleuerint, quas ab eo qui ipsos ligauit acceperunt, nunquam autem communicare. Sin autem eorum omnino misereris, communicabunt: cauendum est tamen ne communicent donec peccatum abscederint. Misericordiae enim gratia sic quoque digni habebuntur. Quoniam autem sunt nonnulli, qui vi habitus ne in magna quidem quadragesima se possunt a peccatis continere, ipsi quoque saepe mulieres habentes, oportet postquam ipsi poenas iniunctas peregerint, si multum tempus praeterierit, nec potuerint communicare, eo quod in peccata semper incidant, in sancta quidem quadragesima se a peccato continere, & sic cum timore & tremore tribus Paschae diebus communicent. Hoc autem dicimus, eo quod dubitetur ne a carnis pollutionibus nunquam abstinere potuerint, & non quod alia fiat differentia. Si autem hi in quadragesima in molitiam inciderint, ne sic quidem communicent, Similiter & monachi, vel etiam alij concertatores, si in idipsum in quadragesima inciderint, caueant a communionem: est enim affectio miserabilis, & potentissima, & quae difficiliter auelli potest, etiam si solis quadraginta diebus non com-

municare eos debere, qui in id incidunt à patri- bus canonicè cautum est, id tamen verum est in aliis quidem anni, non in sanctæ quadragesimæ diebus. In rei autem sacræ celebratione omnes qui penitentiam agunt, & non communicant, di-

aximus catechumenorum edicto debere ex templo egredi, & stare in ferula: in matutino autem, vesperis, & reliquis, templi aditum non eis esse prohibitum, quominus possint ingredi, & in eo stare, si velint.

METHODII SANCTISS. PATRIAR. CONSTANTINOP. COM. DE IIS QUI ABNEGAVNT PER diuersos modos & ætates.



Baptismati Chrismate vnguntur & vestes novas ferunt. Quadragesimæ ieiunij. Sacrifcium.

I puer quidem comprehensus B vt solent inungi qui baptizantur, & ferat vestes nouas secundum ordinem eorum qui illuminantur. Sin autem sint adolefcentes, vel fenes seniove confecti, si quidem per tormenta negauerunt, clementer ac benignè cum eis agatur: sed duas quadragesimas ieiunent, vacantes orationibus, & genuum flexiones, assiduâque preces peragentes. Duarum autem Quadragesimarum sine appropinquante, octo diebus preces propiciatorias accipiant, & sub omnibus qui inueniuntur cum sacerdote qui pro-

eis Deum placat, eas faciant, & dicant intensa voce, Kyrie eleison, centies, & sicut superius statui- mus, lauentur, & vngantur secundum priorem constitutionem: & celebrato sacrificio sacrosanctis mysteriis digni habeantur, vacantes ecclesiæ & fa- crorum celebrationi octo diebus. Si qui autem sua sponte ad negandum transfugerunt, ij quidem ha- bent Canonem terribilem, sed propter commi- serationem duos annos ieiunent à carniū, & ca- fsei, & ouorum esu, & à vino abstinentes: genuum inflexiones facientes, si sint quidem iuuenes & ro- busti, quotidie centum diebus ducenties dicentes, Kyrie eleison. Duobus autem annis expletis ante octo dies preces propiciatorias accipiant, & quæ sequuntur, vt prius statutum est, in ipsis fiant, si- ue sint viri, siue mulieres, modo sint perfecti æ- tate.

TIMOTHEI PRESBYTERI SANCTISSIMÆ MAGNÆ EC- CLESIAE, ET VASORVM CVSTODIS SACROSANCTÆ Deiparæ, quæ est in Calchopratais, de differentia eorum qui accedunt ad sanctissimam nostram fidem.



Baptisma- te indigent qui rectè non sunt baptizati.

N uenimus tres ordines eorum D qui ad sanctam Dei Catho- licam & Apostolicam ecclesiam accedunt, sanctissime sacrorum comminister Ioannes, & mihi omnium dilectissime, & pri- mus quidem ordo est eorum qui sancto baptismate indigent. Secundus autem eorum qui non baptizantur, sed sancto Chrismate inunguntur. Tertius autem eorum qui nec bapti- zantur, nec inunguntur, sed solum anathematizant suam & propriam hæresin. Et qui baptizantur qui- dem sunt hi, Tascodrug, Marcionistæ, seu Artoty- ritæ, Saccophori, Apotactitæ, Valentini, qui etiam E Basilidij, & Hermæi appellantur, Nicolaitæ, Mon- tanistæ, Pepuzeni, Manichæi, Eunomiani seu Ano- mij, Paulianistæ, qui etiam à Paulo Samosatenno. Phorinistæ à Photino Syrmij episcopo. Sabellia- ni, Cerinthiani à Cerintho, Menandriani, Ebionæi, Simoniani à Simone Mago, Carpocratiani, qui à Carpocrate, Saturniani, & qui ab impio Marco ini- tium duxere. Et qui ab Apelle, & qui à Theodoro Coriario. Helcesaitæ qui à Nepote, qui à Pelagio & Cælestino, & Melchisedechitæ. Qui autem sancto Chrismate vtuntur, sunt hi Tescarsedechitæ, seu Te-

traditæ, Nouatiani, seu Sabbatiani, Arriani, Ma- cedoniani, Apolaristæ. Qui neque inunguntur, neque baptizantur, sed suam & omnem hæresin a- natematizant, sunt ij, Meletiani, schismatici, qui à Meletio schismatico orti sunt. Hi quidem non ha- bent malam opinionem, sed proprium schisma ana- thematizant. Nestoriani, Eutychnianistæ, & eorum socius Dioscorus, Seuerus, Iacobus, & reliqui ace- phali. Marcianistæ qui à Marciano Trapezita, Mes- saliani, qui etiam Euchitæ, & Enthusiastæ, & Cho- reutæ, Lampetiani, Adelpiani, & Eustathiani, A- poschitæ, qui & Doxarij, & Anthropocoptæ. Iam verò videmus in magnis, & vniuersalibus ecclesiis seu patriarchalibus, & metropolibus, & reliquis, quòd & Armenios & Iacobitas, & Nestorianos, & reliquos Acephalos, & quicumque eis similes ad fi- dem orthodoxam conuertuntur, inungunt, & non baptizant, eorum solum duces auctoresque anathe- matizantes, & hoc propter iustas causas nuper ne- cessario constitutū est. Nos ergo his omnibus cum prudentissimis patribus cōsideratis, ita etiam ab eis docti sumus, quòd quæadmodū Catholica ecclesia pridè accepit, & sicut nostra testimonium prohibēs consuetudo in patriarchatibus, & in metropolibus seruata est, ita etiam nos quoque sequi oportet.

Qui Chris- mate vntur veni- tes ad Ec- clesiam. Qui neque baptizan- tur, neque vnguntur Chrismate venientes ad ecclesi-

Qui bap- tizantur ac- cedentes ad Ecclesiam.

Chrisma sanctū quo vtuntur.

INTERRO-

INTERROGATIONES VNDECIM, QVORVNDAM MONA- CHORVM QVI EXTRA CIVITATEM EXERCEBANTVR, & Responfiones quæ ad eas factæ sunt à sancta Constantinopolitana Synodo, tempore sanctissimi Patriarchæ Domini Nicolai.

Quest. 1.



N oportet Monachum ad fan- ctum altare ingredi? Hoc enim prohibet xxxij. canon sanctæ Sin. in Trullo. quietiam nõ per- mittit cantare in ambone, vel legere Monachum aliquem, qui nõ characterem accepit, simi- liter & Sinodo Laodic. can. xv. & xxj. & Sin. Nic. secundæ, canon xiiij. Responf. Sine manuum qui- dem impositione, fungi Monachum lectoris officio, perinde ac si esset lector, est prohibitum: ad al- tare autem accedere. pro accendis cereis vel cã- delis, Monachum, qui nulli est affinis crimini, non B exilitio prohiberi oportet propter Monachalis habitus honestatem.

B A L S. Cùm sancta Synodus rectè, & diuinarum cano- num traditioni comenienter, ad questionem responderit, di- xerunt quidam quod Monachos quidè in ambone non legere, qui lectoris characterem nõ acceperint, est indistinctū: vt au- tem quilibet habitu Monastico indutus ad altare accedat, nõ indistinctè accipietur. Sed quoniam lxxix canon Syn. in Trullo statuit laicos non posse ad sanctum altare accedere: si is quidè, qui Monachali habitu dignatus est, etiam consuram est asse- cutus, ad sanctum altare absque vilo impedimento accedet. Sin autem propter probationem, cõuenienter canonibus, vestes Monasticas induit, quas etiam intra triennium deponere ei per- missum est, non ingreditur ad sanctum altare pro vlla causa, vt qui nondum in ordinem Monachorum sit relatus, sed ad- huc est laicus. Mihi autem videtur non posse quispiam, qui sanctas vestes vilo modo indutus est, eas abicere, & eas habe- re ludibrio. Non enim debet cum vestibus Monasticis proba- ri, sed cum habitu laico, & idè omnibus qui sacra veste in- duti sunt, erit absque vilo praiudicio aditum ad sanctum alta- re, vt qui ne in laici quidem locum venire possint. Lege etiam quæ à nobis scripta sunt in xiiij. canone sanctæ Synodi.

Quest. 2.

A non oportet in sabbato genu flectere, sicut nec in Dominico, vel Pentecoste? Respon. A cano- ne quidem non est prohibitum. Multi autem, quia ieiunium in sabbato non sequatur, ne genu quidem flectunt.

B A L S. Veneranda responfio multas breuiter contradi- ctiones dissoluit. Dixit enim, quod quoniam à sanctis Patri- bus non est expressè prohibitum in sabbato genu flectere, sicut est ieiunare prohibitum, qui genu flecti non reputabitur ad- uersari ecclesiasticis traditionibus, & multò magis si hoc facit propter exercitacionem. Quia autem à sanctis Patribus o- minino sunt propè ex æquata sabbata Dominica, & qui in iis ieiunant puniuntur: nec ei qui genu non flectit praiudicium afferetur. Dicit enim quoddam iuris præceptum hoc modo: Non omne quod non est prohibitum, est permiffum.

Quest. 3.

An oportet ieiunium in Augusto peragere? Responf. Erat prius in hoc tempore ieiunium, sed trãslatum est, ne cum gentiliū, quæ hoc tempore fiebant, ieiuniis incideret Sed tamen adhuc multi homines hoc ieiunium ieiunant.

B A L S. De hoc ieiunio aliquando questum est coram po- tenti & sancto nostro Domino & imperatore, presente san- Tom. 6.

A ctissimo illo Patriarcha Domino Luca, & qui cum eo inuenti sunt Antistibus, & nonnulli quidem dicebant, non debere nos ieiunare propter translationem, quæ in responfione decla- ratur. Alij autem contra dicebant, quod quoniam sancta Sy- nodus dicit absque vlla dubitatione ieiunium fuisse prius hoc tempore, sed fuisse trãslatum, non declaratur autem vbi & quomodo trãslatio facta sit, debemus necessariò ieiunare. Patriarcha autem & Antistes pronunciarunt esse inexcusa- bile ieiunium Augusti mensis, & ad dicti sui comprobatio- nem etiam vniuersi decisione vtiebantur, quæ tractat trigamos ter in anno esse sacramentorum participes, scilicet Paschate, & in festo dormitionis sanctissime Deiparæ, & in natiuitate Domini nostri Iesu Christi, eo quòd in eis præcederet ieiunij, & eius vtilitas. Quibusdam autem tunc quoque dubitatibus, quod nusquam inueniretur præscripta eius ieiunij dierū quan- titas, dixit ipse sanctissimus Patriarcha, quod cum dies huius, & illius, quod ante Christi natalem fit, ieiunij, non declaren- tur ab vlla scriptura, cogimur sequi non scriptam ecclesiasti- cam traditionem, & debemus ieiunare à primo die Augusti, & à xiiij. mensis Nouembris: sin autem propter corporalem imbecillitatem id soluere cogamur, Episcopali permissione dies declarati in angustum redigentur, nam hoc quoque placuit ex non scripta ecclesiastica traditione.

Et hæc quidem aliquando dicta sunt. Ego autem cùm postea considerassem videntiam & quomodo hæc duo ieiunia tradita sunt, scilicet dormitionis sanctæ Deiparæ, & natiuitatis Iesu Christi & Dei nostri, ac etiam ieiunium quod fit ante festum sanctorum Apostolorum, & ieiunium ante trãsfurationem & an necessariò debemus hæc ieiunare, & quot diebus, dico hoc quidem festorum ieiunium esse inexcusabile: eius autem dierum quantitatem non esse numero in omnibus æqualem. Vt est in magna quadragesima: sed ante septem quidem dies vniuscuiusque horum festorum, omnes fideles, laici scilicet & monachi, coguntur ieiunare inexcusabiliter, & qui non ita faciunt, ab orthodoxorum Christianorum communione alienantur. Monachi autem, qui suarum fundacionum consti- tutionibus coguntur amplius ieiunare, scilicet à festo omnium sanctorum, & à xiiij. mensis Nouembris, vel inuiti cogentur se qui statuta suarum fundacionum, quoniam hoc est canonici- cum & salutare, quemadmodum & laici, qui sua sponte ita ieiunant, laude & gratiarum actione digni habeantur. Quia autem horum omnium causas diuinis scripturarum sententiis & doctriinis, Deo fauente, confirmauimus, & in epistola o- stendimus, quam ad in primis venerabilem Monachum D. Theodosium Sarpiotem, qui in Valle sancti Auxentij inclu- ditur, scripsimus, eam lege. Hæc autem non sita est, vt quæ sit nimis proluxa. Eadem autem Epistola, nullo penitus mutato, scripta est etiam ad Clericos, & reliquos qui sunt in Throno magna ecclesiæ.

An oportet Dæmoniacum communicare sacra- mentis? Sanctus enim Timotheus in sibi propofitis quæstionibus aliter dixit, & sancti Apostoli aliter. Responf. Si quis atra bile agitur, vt videatur esse Dæmoniacus, non prohibebitur. Sed si est reuera Dæmoniacus, sacramentis minimè dignabitur, nulla est enim luci societas cum tenebris.

B A L S. Mihi videtur sanctus Timotheus, ei etiam, qui Dd ij

Quest. 4.

est per interualla Daemoniacus, concessisse diuinorum sacramentorum participationem eo tempore quo est sana mentis, & maxime, si eo tempore quo est furor percitus non blasphemet aduersus sanctos. Quemadmodum enim qui ab humore melancholico vexatur, si non nouit sacramentorum gratiam, immo etiam, quod magis est, blasphemat, non concedetur ei, ut sit sacramentorum particeps, ne diuina ex eo iniuria afficiantur: ita etiam qui furit per interualla, si sit dignus, & furoris tempore aduersus diuina mysteria non blasphemet, non impediatur eorum esse particeps eo tempore quo est sana mentis. In extrema autem respiratione existimo omnes debere dignos haberi diuino & sancto Viatico. Nam sanctus quoque Timotheus decernit eos tunc baptizari debere.

Quaest. 5. An oportet ea quae in ecclesia offeruntur, ut oblationes, panem scilicet & uinum, sacerdotem in discriminatim comedere, & an tanquam panem communem debet haec comedere, & si multa eiusmodi collecta fuerint, quid oportet his facere? Respon. Exaltata quidem oblationis fragmenta nequaquam, sed in sola debent ecclesia comedi, donec uniuersa consumperint, quae autem ex aliis supersunt, non cum lacte, & caseo, & piscibus, sed separatim, & per se.

B A L S. Consequuntur vij. can. Theophili Episcopi Alexandrini, qui situs est in compellatoria eius ad sanctum Theophanem oratione, & haec expresse definit: Quae pro sacrificio offeruntur, post ea, quae consumuntur in usum sacramentorum, Clerici diuidunt, & nec Cathecumenus ex eis comedat, vel bibat. Sed potius Clerici, & fideles fratres qui sunt cum ipsis, respondit sancta Synodus. Sed canon quidem non definit de fragmentis quae restant ex sancto pane exaltato, & reliquis: nec praecipit quomodo iis uti oporteat. Responso autem, eorum consumptionem in duo diuisit. Sed sancta quidem synodus de uino oblato nihil respondit. Sanctus autem ipsum quoque, similiter ac panes, consumendum decreuit, & re etiam, ut existimo. Neque enim exaltatur uinum, sed solum sanctificatur, lege etiam sanctorum Apostolorum canonem lxxij. Syn. Ancyr. can. vij. & viij.

Quaest. 6. Si uillus quandoque tonsus Monachus in aliquo quod eius animam offendit, laeditur, & uolens recedere, a suo Praefecto legatus fuerit, quid ageret? Damnum contemneret, an uinculum? Respon. Oportet eum dicere praefecto scopum propter quem laeditur, & si est ex eo manifestum periculum, recedere & non uinculum contemneret.

B A L S. Tertius canon prima & secunda Synodi, quae congregata est in aede sanctorum Apostoli, statuit ut segregetur Monasterij praefectus, qui non diligenter requirit Monachum suum qui aufugit, & quartus canon eiusdem Syn. segregat Monachum, qui sine iusta causa recedit, & eum qui illum excipit. Vnde etiam sancta Synodus respondit, non inconsiderate, & pro ea quae sibi apparuerit offensione licere unicuique Monacho, ex eo in quo tonsus est Monasterio recedere. Sed hoc praefectum docere, & si non correctionem assecutus sit, a Monasterio recedere, & uinculi sui praefecti nullam curam ducere. Accipe autem illud, uinculi nullam curam ducere, ad hoc ut non suspicetur aliquod sibi imminere periculum, eo quod recesserit antequam sit solutum uinculum: non etiam ad hoc ut ipse per se absoluat. Cogetur enim accedere ad loci Episcopum, & absolui a uinculo, vel eo praesente qui illi imposuit, vel etiam illo, postquam uocatus fuerit, non praesente.

Quaest. 7. Moriens Praefectus reliquit pro se alium, eo ligato ne recederet. Is autem sua imbecillitate cognita, recessit. Quid itaque faciendum est de uinculo?

Responso. Ratione caret uinculum, & ideo inuolidum, & accedens ad Episcopum ligatus absoluetur, cum sua ei exposuerit.

B A L S. xxxij. canon sanctorum Apostolorum, dicit eum qui ab Episcopo segregatus est, ab alio non suscipi, praeterquam ab eo qui ipsum segregauit, nisi forte fortuna moriatur qui eum segregauit.

Sicut ergo eo comprehenditur, respondit sancta Synodus inuisum uinculum defuncti praefecti solui omnino ab Episcopo regionis. Neque enim datum est alterius regionis Antistiti soluere uincula Praefecti qui non est suae Diocesis, & inuisa quidem segregatio sic soluetur. De eo autem, cui poena est imposita propter rem quae fieri non potest, vel causam manifeste iniustam, & non canonicam, ac considerandum est, & quare primum decretum quinti cap. primi tituli xj. libri imp.

An oportet sacerdotem qui propter crimen est depositus, vel qui sacerdotium sua sponte deposuit, cum seipsum condemnasset, praefari illud, Benedictus Deus, & hoc, Deus miserere nostri, vel hoc, Christus, qui est uerus, vel suffire suffitibus seu thymiamatibus, vel communicare in altari? Respon. Non. In laicorum enim locum redactus est.

B A L S. Xxij. canon sancti Basilij sacerdotem qui illicitum matrimonium contraxit insciens, dicit sola esse cathedra dignandum propter ignorantiam, non sinit autem eum alios benedicere. Nonus canon Synodi Neocesar. hac dicit expresse: Si Presbyter, qui corpore ante peccauit, promotus fuerit, & se ante ordinationem peccasse confessus fuerit, ne offerat, manens in caeteris, propterea quod alioqui bonus sit. Et lxxix. Nouelle Imperatoris Domini Leonis sapientis statuit, ut qui post ordinationem cum muliere coniungitur, deponatur quidem, sed ad Clericorum habitus, & alius ministerij in ecclesia, quod non est attingere illicitum, alienationem non condemnetur. Mihi itaque uidentur haec conciliari pro differentia operationis ecclesiasticae, & qui non sic operantur, iis quae ad sacerdotes per accessum ad altare, perueniunt, priuabuntur, sed operationibus quae pertinent ad Clericos qui sunt extra sacrum tribunal, non priuabuntur.

Quod dicit sanctus Basilius in paruis pœnis, sit a benedictione alienus pro lapsus proportionem, quid est? Respon. Priuari aliquem benedictione, quae datur in ecclesia.

B A L S. Benedictiones ecclesiasticae sunt omnia quae sunt, vel dantur ab Episcopis, vel sacerdotibus in ecclesiis, ad preces & stabilimentum fidelis populi. Vnusquisque ergo pro sui lapsus proportionem Ecclesiastica benedictione priuatur.

An oportet eos qui a sancta donatione sunt prohibiti, comedere exaltatas oblationes? Responso. Inuenimus in uita sancti Theodori Siceotae eos fuisse prohibitos.

An oportet, ut uult canonicum Nesteutae, canonicè se gerere? Respon. Hoc ius canonicum Nesteutae nimia indulgentia usum, multos perdidit. Qui itaque in boni cognitione existunt, & ab eo excidunt, corrigentur.

B A L S. Haec duo interpretationes clare sunt. Videmus ergo, quod permulti ex Monachis qui hominum peccatorum confessiones audiunt, cum eo iure canonico se canonicè gerunt. Ora ergo, ut fiat conuenienter huic salutaris responsioni. Quod autem exaltati panis fragmentum non accipiant, qui diuinorum sacramentorum esse particeps sunt prohibiti, actu fieri uideamus. Existimo autem quod mulieres, & si prohibita fuerint sanctis communicare, exaltati tamen panis fragmentum accipere non uetabuntur. Nam in diuersis etiam canonibus dicit Basilius,

Basilius, mulieres quae lapsae sunt, & propterea ecclesiastica excommunicationis poena tenentur, a sancta quidem participatione alienari, sed ab ecclesiastica communione ut uiros alienari, ne non bona de eis suspicio exoritur, & propter-

ea traducantur. Si itaque non datum eis fuerit in ecclesia exstentibus exaltati panis fragmentum, cognoscatur protinus malum propter quod sancta communione digna non habentur: Quod non uult sanctus.

D. NICETAE DE ORDINE QUI TVNC OBSERVATVR CVM QVIS A SARACENISMO AD NOSTRAM (HOC EST, CRHISTIANO-rum) fidem; puram quidem illam & ueram, transfugit, ex libro xx. Thesauri Orthodoxiae, Fragmentum.

De Saraceni Anathematismo, seu Abrenuntiatione.



Rimum; qui ad fidem Orthodoxam accedit; duas hebdomadas ieiunat, orationemque illam ediscit quae nobis à Domino nostro Iesu Christo sanctis in Euangeliiis tradita est; quam, sacrum Fidei Symbolum subsequitur.

Deinde sacerdotali stola exornatus sacerdos; in baptisterio, praesentibus aliis quoque Fidelibus quotquot adesse uolunt, eum accersit, & ante sacrum lacuum, sistens, reiectum caput habentem; ait illi: dic; heus tu qui à Saracenis hodie ad Christianorum fidem accedis, non ex uolentia quadam aut necessitate, neque dolo aut hypocrisis, sed ex tota anima & corde puro atque sincero quibus Christum & eius Fidem diligis: Renuntio omni Saracenorum religioni, & anathematizo Moamedum (qui aliàs Muchumerus dicitur) quem Saraceni, ut Dei Apostolum & Prophetam uenerantur. Posteaquam autem ille consensit, iisdem uerbis prolatis, vel à seipso uel per interpretem, si Graecè nesciat, uel per fide iustorem eius, si sit puer: tunc sacerdos subiungit ea quae sequuntur; quibus deinde respondetur eodem modo.

Fide iustus in Baptismo.

De Saraceni Catechismo seu institutione.

Anathematismo completo, Diaconus ait: Dominum oremus. Populus: Amen. Eoque qui ad Christum conuertitur, caput inclinante; Sacerdos, pro ipso ita precatur. Deus magne, magnique nominis; qui oris tui uerbo, priores tenebras illuminasti; qui unigenitum Filium tuum, in Mundum misisti ut esset propiciatio pro peccatis nostris; qui se des super Cherubim; quem glorificant Seraphim; cui omne genu flectitur, caelestium, terrestrium, & inferorum; quem omnis terra regem seculorum confiteretur; qui omem errantem, in Seruatoris nostri Iesu Christi Ouile reduxisti; qui conuertis peccatores, à uia ipsorum: ipse hunc quoque seruum tuum, à tenebris aduersariis, ad lumen aeternum conuerte. Reuoca ipsum ab errore diaboli, ad diuinitatis unigeniti Filij tui Iesu Christi cognitionem. Confirma cor eius, in fide & dilectione Christi tui. Patrem & hereditate ei largire in Ecclesia tua. Tu enim es Deus noster, & unigenitus Filius tuus, & Spiritus sanctissimus; nunc & semper in saecula. Mox; Amen responso, signoque Crucis impresso; eum dimittit; qui postmodum Carechumenis accensetur. Eum enim exutum & discalceatum, Sacerdos introducit, atque intra Templum uas ad Orientem sistit; ei que tertium insufflans, fronti & pectori eius signum Crucis imprimit, manumque

Insufflatio in Baptismo.

capiti eius imposita, orationem hanc pronunciat. In nomine tuo, Domine Deus ueritatis, & unigeniti Filij tui, & sancti tui Spiritus; impono manum meam super hunc seruum, qui ad nomen tuum confugere dignatus est; ut sub umbra alarum tuarum protegatur. Aufer ab eo ueterem illum errorem; eumque imple ea fide & charitate quae in te est, ut cognoscat te solum uerum Deum, & unigenitum Filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum, & sanctum Spiritum tuum. Da ei, ut in cunctis praecipis tuis ambulet; & quae tibi complacita sunt, obseruet: quia si fecerit ea homo, uiuet in eis. Scribito eum in libro uitae tuae, & unio eum cum Ouili hereditatis tuae. Glorificetur nomen sanctum tuum, in eo; & nomen dilecti filij tui Domini nostri Iesu Christi, & uiuifici Spiritus tui. Sint oculi tui intendentes in eum misericorditer, in perpetuum; & aures tuae, ut audiant uocem deprecationis eius. Exhilara eum in factis manum eius, & in omni generatione eius; ut glorificetur in te, adorans & glorificans magnum & sublimem nomen tuum, & laudet te in aeternum cunctis diebus uitae suae. Exclamatio. Te nanque laudat omnis Virtus caelorum, Mox; Amen, responso, signoque Crucis impresso, eum dimittit.

De Saraceni Exorcismo, seu adiuratione.

Postmodum per Exorcismum, seu adiurationem; religione obstringitur. Sacerdos enim illum denuo in Templum ducit; & insufflans ter in facie & aures eius, tandemque exorcismorum orationes adiciens, eum rursus signo Crucis munitum à se dimittit; atque ita denuo Carechumenus seu discipulus, in Ecclesia moratur, & scripturas audit. Deinde peractis omnibus Baptismi caerimoniis; dignus habetur, qui diuina regeneratione expietur.

Saracenicorum anathematismorum, seu execrationum forma haec est.

Ego qui à Saracenis hodie ad Christianorum fidem accedo; non ex uolentia quadam aut necessitate, neque dolo aut hypocrisis, sed ex tota anima & corde puro atque sincero, quibus Christum & eius fidem diligo. I. Renuntio omni Saracenorum religioni, & anathematizo Moamedum (qui aliàs Muchumerus dicitur) quem Saraceni ut Dei Apostolum & Prophetam uenerantur. II. Anathematizo Alim, Moamedi generum; item, Apompicertum, Bacicer, Amar, Talchan, Apupacren, Sadicenum, Maëuié, Zupeerum, Abdelan, Zeir, Isth, Saït, Vihman, & caeteros omnes Moamedi collegas, sodales, & successores. III. Anathematizo Gadisè, Aisè, Zeinep, & Omoclthum; primas easque impurissimas Moamedi coniuges, unà cum Phatuma eius filia. IIII. Anathematizo

eum qui dicitur Coré; hoc est, vniuersam Moamedi scripturam, quam sibi per Archangelum Gabrielem diuinitus delatam esse fingit; atque simul & semel, doctrinam eius vniuersam; leges, apocryphas narrationes, & mysteria, necnon traditiones, & omnes eiusdem blasphemias. V. Anathematizo Moamedi Paradisum, in quo fluuios quatuor esse ait; vnum aquælympidæ, alterû lactis suauitatem suam non amittentis, tertium vini dulcis, quartum mellis dulcissimi; atque futuro iudicij die, quem in annorum quinquagena millia definit, Saracenos in ipso commoratos vnâ cum propriis vxoribus, & cum illis carnaliter (vt ita dicam) & ἐμπαθῶς; (hoc est, cum perturbato & patherico affectu) congressuros; vitâque acturos sub vmbra quarundam arborum, quæ Sidra & Talech vocantur; atque auium quas cupient, carnes comesturos, & ex omnibus fructuû speciebus: Ad hæc ex fonte Caphura, & ex fonte Zinciber, qui Salsabila nominatur, bibituros: Item vino vsuros; cuius cornu quidē ex fonte Theonim. Quorum Saracenorû, tam masculorum quàm feminarum, ætates eiusdem cum cælo magnitudinis; membra autem cubitorum quadraginta, cum citra satietatem coram Deo Venera exercebunt: quia Deus (vt ait ille) nullo pudore suffunditur. VI. Anathematizo Angelos, qui propriis à Moamedo nominibus exprimentur; nimirum Aroth, Maronem, Tzapha, & Maroua: quos, piis, in Deum prodigioso mēdacio accēser; vnâque cum illis fabulosos eiusdē Prophetas & Apostolos, scilicet Chud, Zalech, vel Starech, Soaip, Edrés, Duaciphel, & Lochmam. VII. Anathematizo testimonia omnia Moamedi; quotquot scilicet ex veteri testamento adducit, quæ inuertit & adulterat; in finitâque ad eò mendacia de Noëo, Abrahamo, Isaaco, Iacobo, Iosepho, Iobo, Mose, Aarone, Dauide, Salomone, Elia, Iona, & Zacharia, Ioannis præcursoris patre congerit. VIII. Anathematizo quæcunque idem fermonem Chabarē (hoc est; doctrinam theologia, cum de cæteris Dei creaturis tum de Sole & Luna differit, cum equites eos esse fabularum. IX. Anathematizo apocrypham illam Saracenorum disciplinam, vnâ cum Moamedi promissione; qua clauigerum se paradisi fore ait, & introducturum in eum septuaginta milia Saracenorum iustorû. Deum autem, peccatores iudicaturû; quos quidem, tabellis collum cingentibus, Moamedi que libertos dictos, in paradysum ingressuros esse ait. X. Anathematizo impura omnia præcepta quæcunque de nuptiis, de nuptiarum solutione seu diuortio, de adulterarum vxorû purgatione, de vxorum & pelli cum numero, deniq; de cæteris id genus tradit. XI. Anathematizo Moamedi blasphemiam, qua sic loquitur; Deus quemcunque vult in errorem inducit & quencunque vult ad bonum dirigit. Item: si Deus voluisset, homines haudquaquam mutuis se bellis conficerent, sed ipse facit quicquid vult, idemque boni & mali omnis auctor est; Fortuna deniq; & Fatum rebus omnibus dominantur. XII. Anathematizo Moamedi nugæ; quibus ait, quod Dominus & Deus noster Iesus Christus ex Maria Mosis & Aaronis forore natus est sine femine, ex Dei Verbo & spiritu sancto: quodque cum adhuc infans esset, volatilia luto effingeret, & insufflando animam eis inspiraret, cæcos sanaret, mortuos suscitaret. Itē quod

Apostolorû hortatu petiit à Deo, & detulit è cælo mensam, & nutriuit eos. Item quod neque crucifixus est, neque re vera mortuus vt homo; sed, phantasia sola, ab Hebræis ea perpeffus. Item quod à Deo interrogatus; num seipsum in Mundo Deum nominasset, negauit dicens: tu scis omnia, & nosti quod nunquam me Deum aut filium tuum nominauit; seruus enim tuus sum, nec tamē eò superbiæ euado, vt eo me nomine dici velm. XIII. Anathematizo doctrinam Moamedi, quæ Christum Dei filium non esse, dicit; sed Apostolum & Prophetam: quia (inquit ille) Deo socius nullus est: & quicunque Christum illi socium adiungunt; ij puniendi sunt in gehenna ignis. XIII. Anathematizo Moamedi doctrinam, in qua domû orationis Deo ab Abrahamo & Ismaele ædificatam dicit, in Bacchis, seu Meke, vel Makech: quam quidem domum, Oratoriû obseruationis nominat: & mādāt vt vbicumque sint & orent, facies suas versus partē illam conuertāt. XV. Anathematizo insuper ipsâ orationis domû, quæ in Mecca est; in cuius medullio lapidē iacere aiūt, qui Veneris effigiē referat; cui tamē is honos deferatur, quasi super eū Abrahamus Agarē compresserit, vel camelum ei alligauerit cum Isaacum immolaturus esset. Ij autem, qui eò proficiscuntur; manû alterâ lapidi protendere, alterâ verò propriâ auriculâ detinere atque ita in orbē sese circumagere solebāt, donec tenebris excecati caderēt. XVI. Anathematizo verò ipsum quoque Meke, & ea quæ ambitu eius cōtinentur omnia; necnō Saracenos qui sepe ibi lapides cōtra Christianos iaciunt; omnem præterea orationē, omnē cultum, omnes denique ritûs eorû. XVII. Anathematizo Moamedi de camelo femina narrationē; quam cum sacra Deo esset, ab illius sæculi hominibus occidam fuisse ait, quocirca pœnas ab illis Deo repetiuerit. XVIII. Anathematizo eos, qui marulinam stellâ seu Luciferû & Venerem adorant; quâ Arabico etiam sermone Chabarē (hoc est; magnâ) nomināt. XIX. Anathematizo cūctas quoque Moamedi constitutiones, in quibus illos maledictis incessens ἀνθρώπους venales; κοινοὺς communiciatuios, & ἐπιπαιστας, sodalitati addictos vocat: & Saracenos in eorum cædem & odium instigat; viam Dei nominans, Bellum quod aduersus Christianos suscipitur; Saracenosque qui eo in bello moriuntur, dei filios, atq; Paradiso dignos appellans. XX. Anathematizo impias illas & impuras Moamedi de precibus constitutiones, in quibus & hoc addit; si aquâ in promptu non inueniant, minutum puluerē accipiant, eoque oculos & manûs terant. XXI. Anathematizo Moamedi doctrinâ de Adami seu hominis formatione; in qua quidē, homo ex terræ mole, gutta, hirudinibus, & subactione formatus est: hominēque formatum, cæteri quidem omnes Angeli, iussu Dei adorauerunt; solus autem Beliar adduci non potuit, vt illū adoraret. XXII. In primis autem Moamedi Deum Anathematizo; quem vnicum Deum, aurōque solido constantem Deum esse ait; qui nec genuerit, nec genitus sit, nec sibi similem quenquam habeat. Anathematizans imposturarum Mahumeticarum, Christianæ Fidei confessio subiicitur. Suprà dicta ergo omnia, ipsumque Moamedum, atque Deum eius ὁλοσφύρον, (hoc est; totum auto confictum)

confictum) Anathematizans, eisque renuntians; vt rō nunc demum solique Christo Deo adhæreo: Credōque in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum; sanctam, consubstantialē, indiuiduamque Trinitatem: necnon dispensationem illam in carne factam, atque ad homines aduentum vnus ē sancta Trinitate confiteor; nimirum vnigeniti filij & Verbi Dei, qui à Patre ante sæcula genitus est, per quem omnia facta sunt. Confiteor eum, hominem omnibus numeris absolutum re vera fuisse; qui sua tamen diuinitate non excesserit. Eundemque verè Deum & verè hominem esse, sine vlla confusione, conuersione, & commutatione, in vnica Persona & Naturis duabus: qui omnia passus vltro sit; qui carne crucifixus, diuinitate impatibili manente; qui sepultus sit, tertia die resurrexerit, in cælos assumptus sit, indēque venturus cum gloria vt viuos & mortuos iudicet. 11. Sanctam præterea Virginem quæ illum in carne peperit, Dei propriè verèque matrem esse credo & confiteor; eandemque, vt re vera Dei qui homo factus est, matrem; atque idcirco Dominam & Reginam omnis creaturæ diuinæ gratiâ effectam, adoro & veneror. 111. Panem insuper & vinum, quibus Christiani mysticè faciunt, quorumque participes, diuinis in Sacrificiis vnâ fiunt, credo & confiteor. Credo etiam Corpus & sanguinem Iesu Christi, re vera esse, quæ diuina eius virtute, intellectuualiter & inuisibiliter, supra omnem naturalem cogitationem, vtque solus ille nouit, transfmutata sint; eaque ita ego etiam me percipiturum polliceor; vt quæ re vera sint caro & san-

guis ipsius, in sanctificationem animæ & corporis, & vitam æternam, denique regni cælorum hæreditatem, transfmutata iis qui perfecti in Fide communicant. 1111. Rogo insuper, vt sancto Christi baptismo intingar; idque puro & minimè doloso animo, cordēque & fide sinceris; mihi procul dubio verèque persuadēs, ipsum expurgationem esse que solo percipiatur intellectu, necnon regenerationem animæ & corporis. v. Venerandam denique Crucem eiusdem veri Christi & Dei nostri; vt quæ non amplius sit interitus & execrationis instrumentum, sed libertatis æternæque vitæ atque victoriæ signum, quam ille de morte & diabolo reportauit. Venerandas etiam, tum Dei Verbi ad homines aduentus in carne, sanctæq; Virginis & Dei genitricis quæ illum ineffabili quodam modo peperit; Angelorum etiam diuina forma præditorum, & Sanctorum omnium imagines; tamquam prototyporum seu exemplarium symbola, approbo, veneror, & saluto. Imò verò ipsos etiam sacros Angelos, & Sanctos vniuersos qui Deo grati & accepti fuerunt, tanquam seruos & fideles ministros illius veneror & cultu diuino prosequor; eius honoris gratia, quæ Deo detulerunt. vi. Atque ita ex tota anima, & corde, verèque voluntate; me ad Christianorum fidem recipio. Quod si hæc ex hypocrisis & dolo à me dicantur; non autem ex fide, quæ tota ex anima, & corde Christum diligēte, procedat: sit mihi ἀνάθεμα & ἡ ἀποδομιὰ; hoc est, fūsq; deque facer & intestabilis ipse sim; animaque mea cum Satana dæmonibusque collocetur.

Virgo Dei para, domina & Regina omnis creaturæ. Christi corpus & sanguis, vt ille solus nouit, transfmutata in Sacrificio.

D. ODonis, Parisiensis Episcopi; Synodicæ Constitutiones.

DE VENERABILI ODONE EPISCOPO PARIENSI, EX PETRI BLESSENSIS EPISTOLA. 127. ET 128.

Do Henrici secundi Anglorum Regis, & Regis Gallorum consanguineus, inuitus ad Episcopatum Parisiensem Mauricio mortuo raptus est; puer elemosinas condiebat lachrymis, adolescentem Gregorius 8. pene pari Episcopis honore excepit, quem in Anglia redditum habere habebat tribus scolasticis pauperibus dispersit deditque, ita vt panitione sua ditaret. Vide plura ibidem. Vixit ad Ann. D. 1175.

IN NOMINE SANCTÆ TRINITATIS INCIPIUNT PROHIBITIONES ET PRÆCEPTA OBSERVANDA AB OMNIBVS SACERDOTIBUS, DATA À VENERABILI ODONE PARIENSI EPISCOPO.

De modo & tempore celebrandi Synodum. CAP. I.

Fit Iouis in luce Synodus que proxima Lucæ: Lux Iouis hac replicat tertia Pascha sequens.

In principio Synodi, antequam cantetur Veni creator spiritus: queratur vtrum præsentis sint Abbates & sacerdotes qui tenentur synodo interesse: Et hoc facto incipiat Episcopus altavoce, Veni creator: quo finito dicatur orationes his precibus præcedentibus, Pater noster: & ne nos, &c. Benedicamus patrem, &c. Post pat-

rum, &c. Lætamini in domino, &c. Fiat pax, &c. Domine exaudi orationem meam. Dominus vobiscum. Oratio. Omnipotens sempiternus Deus qui dedisti famulis tuis, &c. Actiones nostras quæsumus domine, &c. Deus qui salutis æternæ, &c. Propiciare quæsumus domine nobis famulis tuis per sanctorum tuorum, quorum corpora vel reliquæ in Ecclesia præsentis requiescunt, metita gloriosa, vt eorum pia intercessionē ab omnibus semper protegamur aduersis. Infirmiorem nostram quæsumus domine respice, &c. Deus à quo sancta desideria, &c. Per dominum, &c. Finitis oratio. Dd iij

Synodus olim celebrabatur ex toto triduo idque cum ceremoniis & precibus sollemnibus, quales ferè hic describuntur, vt videre est apud Ista. initio primi romi Concilio, & Burchardu, ad finem Concilij Salęgantadiensis.



nibus, residebunt, & legetur lectio, qua lecta fiet A Sermo.

CAPI. I. Inito sermone licentiabit Episcopus laicos & scholares, & alios clericos qui non debent Synodo interesse. Hoc facto legantur praecepta Synodi. His expletis, dicantur capitula quae sunt addenda & in fine districtè præcipiatur vt feruentur à sacerdotibus. Deinde sequuntur preces pro necessitate locorum, & personarum. Districtè præcipitur sacerdotibus vt ieiuni intrent synodum: in ieiunio enim debet fieri & oratione. [Districtè præcipitur vt induiti albis & stolis intrent sacerdotes Synodum illam quæ celebratur tempore paschali: illam verò quæ fit Septembri superpellicis tantum & stolis.

* Veniam aperiri faciat quilibet ad sanguinem elicendum prætexta morbi vt foris crimina alicuius cõfici abfena Synodo, cõtumacia non damnetur.

Prohibetur sacerdotibus ne causas adducant ad Synodum aut aliqua negotia quæ non petinent ad quosdam, & ne sibi tunc* minuatur, cum debent Synodo interesse prohibetur. [Præcipitur districtiùs vt omnes Presbyteri, maximè curam animarum habentes veniant ad Synodum: & si graui infirmitate detenti, aut alia necessitate inuitabili venire non potuerint, suum capellanum mittant aut clericum loco suo. [Præcipitur vt in eundo & redeundo à Synodo, honestè ambulent Presbyteri, & honesta quærant hospitia, vt in eis circumspèctè se habeant, ne status clericorum veratur in contemptum & opprobrium populo. Præcipimus in virtute Domini nostri & Dei, & obedientiæ, vt honor maximus & reuerentia debita singulis sacramentis sanctæ ecclesiæ præcipuè à sacerdotibus & clericis exhibeantur & vt laici similiter exhibeant in quantum sacerdotes moneant eos & exhortentur.

Capitula baptismum tangentia.

CAPI. III. I. Baptismus cum reuerentia & honore celebratur & cum magna cautela sub hac forma. N. Ego baptizo te, in nomine patris & filij & spiritus sancti, & caueat maximè in distinctione verborum & in prolacione, in quibus tota virtus consistit sacramenti & salus puerorum: f. N, Ego baptizo te in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Et in Romano sub eadem forma doceant frequenter sacerdotes, laicos baptizare debere pueros in necessitate: patrem etiam & matrem, in summa necessitate, & post inundationem ea facient sacerdotes pueris, quæ solent fieri post immersionem. 2 Pro baptismo nihil omninò ante exigatur: sed post, laudabilis consuetudo exigi potest. 3 Fontes sub fera clausi custodiantur propter sortilegia. Christma similiter & sacrum oleum sub claua seruetur. 4 Semper sacerdos interroget laicum diligenter, cum in necessitate baptizauerit puerum, quid dixerit & quid fecerit. Et si inuenierit laicum discretè & modo debito baptizasse, & formam verborum in Romano integrè protulisse, approbet factum: sin autem, baptizet puerum modo debito. Et hic est modus: Petre si es baptizatus non te rebaptizo, si non es baptizatus ego baptizo te, &c. 5 [Ad eleuandum paruam de fonte, tres ad plus recipiantur, quòd enim amplius est, à malo est.

Capitula de sacramento Confirmationis.

CAPI. III. I. Sacerdotes frequenter moneant populum ad Confirmationem puerorum. 2 Post baptis-

num debet suscipi sacramentum Confirmationis. 3 [Quòd si confirmandus adultus fuerit, confiteatur priùs, & post ea confirmetur. Sæpe dicatur laicis ne expectent diu, ad confirmandum pueros, aduentum Episcopi: sed ducant eos ad eum nisi adesse audierint propè: & quod possint nomina mutari pueris si velint in Confirmatione, aut si visum fuerit expedire. 5 [Nullus sacerdos confirmare aut consecrare virgines præsumperit: solius Episcopi est consummare, Virgines consecrare, Ecclesias dedicare, Ordines dare.

Capitula de Sacramento altaris.

CAPI. V. I. Summa reuerentia & honor maximus Sacris Altaribus exhibeatur, & maximè vbi sacrosanctum Corpus Domini reseruatur, & Missa celebratur. 2 [Lintheamina altaris & indumenta sæpè abluantur, ad reuerentiam & præsentiam saluatoris nostri, & totius curiæ cælestis quæ cum eo præsens adest quotiens Missa celebratur. 3 [Calices quibus infirmi communicantur, decorentur & mundi custodiantur, vt deuotiùs communicent infirmi. 4 [Ampululæ vini & aquæ in ministerio altaris mundæ & integræ habeantur: similiter ampululæ Christmatis & olei sancti. 5 Non permittat Presbyteri, diacones (comminatur Episcopus eis qui hoc non seruant) deferre infirmis sacrosanctum Corpus Domini, nisi in necessitate cum sacerdos absens fuerit: sed semper sacerdos cum magna reuerentia & maturitate deferat. In pixide eburnea bene clausa, propter casum, & cum lucerna præcedente, cantantes * septem psalmos penitentiales cum letania pro infirmo, eundo & redeundo: si longa via fuerit, addant quindecim psalmos, & alias orationes: si enim debitum persoluant infirmo, & audientes inuitant ad exhibendam Deo reuerentiam & honorem, & orationem. 6 [Frequenter moneantur laici, vt vbicumque viderint deferre corpus Domini, vt statim genua flectant, tanquam Domino & Creatori suo, & iunctis manibus quoaduèque transferit orent. 7 [In pulchriori parte altaris cum summa diligentia & honestate, sub claua sacrosanctum corpus Domini custodiatur. 8 [Nulli Clerico permittatur seruire altari malè ornato, seruato in maiori Ecclesia, vt nisi in superlicio aut cappa clausa. 9 [Nullus bis in die Missam audiat celebrare, aut cum duplici introitu, nisi in magna necessitate. 10 [Nullus antequam matutinas dixerit canonicas, & Primam, presumat aliqua necessitate celebrare Missam. 11 [Ad horas beatæ Virginis, semper tertius versus dicatur, capitulo vt obseruat H. S. Maria mater gratiæ, & cantentur in Ecclesia cum nota & deuotione, vel in regendo ac caluendo.

Capitula de Confessione.

CAPI. V. I. Sacerdotes circa confessionem maximam curam adhibeant & cautelam: scilicet, vt diligenter peccata inquirent: vtitata, sigillatim: inuitata, non nisi à longè per aliquam circumstantiam, sic tamen vt ex peccatis detur materia confitendi. 2 [Ad audiendum confessiones, communiorem locum in Ecclesia sibi eligant sacerdotes, vt communiter ab

CAPI. V.

* Sacerdotem intelligit cum comite Clerico, & aliis quotquot aduunt.

ab omnibus videri possint: & in locis abditis, aut extra Ecclesiam nullus recipiat confessiones, nisi in magna necessitate vel infirmitate. 3 [In confessione habeat sacerdos vultum humilem, & oculos ad terram, nec aspiciat vultum confitentis (maximè mulieris) causa debite honestatis, & patienter audiat quæ dixerit, in spiritu lenitatis, & ei pro posse suo pluribus modis persuadeat, vt confiteatur integrè: aliter enim dicat ei nihil valere.

Incestum faciens, deflorans, aut homicida Pontificem querens: Papam, si miser ignem, Sacrilegus, patris percussor, vel Sodomitæ, si percussisti clericum, Simon ve fustis.

Sacerdotes maiora referunt maioribus, in confessionibus, sicut homicidia, sacrilegia, peccata contra naturam, incestum, & stupra virginum: iniectiones manuum in parentes, vota fracta, & huiusmodi. 6 [Sunt tria in quibus nullus habet potestatem absoluedi, nisi dominus Papa vel eius vicarius, nisi in necessitate: scilicet in iniectione manuum in clericos, vel quosuis religiosos, in incendio, per quam sententiam sunt vocati Simoniaci: nihilominus tamen talium rei, remittendi ad Episcopum. 7 [In dubijs semper Sacerdos consulat Episcopum aut sapientes viros, nisi ex necessitate, quorum consilio certificatus, soluat securius aut liget, maximè prælatos suos. 8 * [Audita confessione, semper Confessor interroget confitentem si velit abstinere ab omni mortali: aliter verò non absoluat eum, nec iniungat ei penitentiam, ne inde confidat, sed moneat vt iterum faciat quicquid boni poterit, vt deus cor illius illustret ad penitentiam. 9 [In iniungendis paruis penitentijs sibi caueant sacerdotes, secundum enim qualitatem culpe & possibilitatem confitentis debet esse qualitas penitentie, alioquin quod minus est requiretur ab eis.

* videlicet consulat.

10 Cum furto raptus, cum fenore, Symones actus, 11 De sic possessis, elemosina non fit ab ipsis.

IN furto, rapina, vfura, fraude sibi valdè caueant sacerdotes: non alias iniungant penitentias, scilicet Missarum, elemosinarum, & huiusmodi priusquam reddiderint: non, n. tale dimittitur peccati, nisi restituatur ablatum. 12 [Nullus Missas quas iniunxerit celebret, nec tricenarium nec annuale, & pro minus nullus triennale & quinquennale. 13 [Frequenter presbyteri moneant ad confessionem, & præcipuè ab initio Quadragesimæ instanter præcipiant venire generaliter ad confessionem. 14 [In confessione, caueant sibi Confessores, ne inquirent nomina personarum cum quibus peccauerint confitentes, sed circumstantias tantum & qualitates & si confitens indicauerit, arguat eum Confessor, & secretum illud teneat sicut confitentis peccatum. 15 [Nullus ira, vel odio, vel etiam metu mortis in aliquo audeat reuelare confessionem signo vel verbo vllis, generaliter vel specialiter: vt dicendo, Ego scio quales estis. Et si reuelauerit, absque misericordia debet degradari. 16 [Omnes præcipiant instituta ieiunia seruari, vt ieiunium Quadragesimæ, quatuor temporum, vigiliarum, nisi ex magna & rationabili causa contra fiat, & sextæ feriæ: ex debito enim tenentur facere talia ieiunia.

Capitula circa matrimonium.

CAPI. VI. I. Matrimonium cum honore & reuerentia celebratur, nec cum risu & ioco, nec contemnat, etiam si secundæ & tertiæ fiant: & antequam fiat, semper tribus Dominicis aut tribus festiuis diebus æquè distantibus quasi tribus edictis, perquirat sacerdos à populo, sub pœna excommunicationis, de legitimitate sponsi & sponsæ qui debent coniungi, & ante fidem datam de contrahendo matrimonio: & ante hæc tria edicta, nullus audeat aliquo modo matrimonia celebrare. 2 [Prohibeant firmiter laicis, per excommunicationem, sortilegia fieri: malefici quoque, & celantes consanguinitatem, & alia impedimenta matrimonij, votum, ordinem, consanguinitatem, affinitatem, disparem cultum, compaternitatem, quæ tantum quatuor à matrimonio excludit personas: compatrem, commatrem, filiolum, & fratrem & sororem spirituales, scilicet filium vel filiam patrini. 3 * [Nullus sacerdos audeat perficere matrimonium in casu dubio, in consulto Episcopo, sed ad eum semper referat omnes matrimonij dubietates, si opus fuerit. 4 [Prohibetur districtè sub pœna suspensionis, ne vllus sacerdos aut capellanus exigat aliquid ante benedictionem nuptialem, siue pro testimonio ferendo, siue pro matrimonio celebrando, occasione ferculorum quæ debentur pro nuptijs: celebrato autem matrimonio, recipiat fercula sua, & exigat si necesse fuerit, sicuti consuetum est. 5 [Prohibeat sacerdos in Ecclesia, publicè, sub excommunicatione, ne alter coniugum transeat ad religionem, aut recipiat nisi per Episcopum.

CAPI. VI.

* Hic deest Excomunicati publicetur.

De sacramento Extreme Onctionis.

CAPI. VII. I. VM reuerentia deferatur oleum sanctum ad infirmos, & eos vngant sacerdotes cum magno honore, & orationum celebritate quæ ad hoc sunt ordinatæ, & nihil inde penitus exigatur, siue à paupere, siue à diuite. Sed si quid gratis datum fuerit, gratis accipiant. 2 Ad sacramentum Extreme Onctionis moneant populum Sacerdotes, non tantum diuites & senes, sed pauperes & iuvenes omnes, à tempore discretionis, maximè à quatuordecim annis & supra, & ad omnes communiter vt se paratos exhibeant cum necesse fuerit. Doceant frequenter populum huiusmodi sacramentum licitè iterari, & sæpè recipi, scilicet in qualibet magna infirmitate vnde metus est mortis: & post susceptum, licitè reuerti ad opus coniugale, eum qui conualuerit de infirmitate. 4 Librum qui dicitur Manualis, habeant singuli sacerdotes parrochiales, vbi continetur ordo seruitij Extreme Vnctionis, Catechismi, Baptismi, & huiusmodi. 5 [Habeant singuli canones penitentiales, & ordinarium Officiorum Ecclesiæ, secundum vsum & modum qui seruatur in Ecclesia maiori. 6 Moneantur sacerdotes ne testamenta sua ordinent per manum laicalem, & ipsi frequenter prohibeant laicis ne sua testamenta faciât sine præsentia sacerdotis, dicat, Episcopus quod nõ faciant eis in vnum.

CAPI. VII.

* Infirmi quomodo visitandi & admonendi snt, vide Conc. Nînet. cap. 4. Cap. 3.

Locus hic corruptus est, & deest quidpiam. Hic incipiunt communia præcepta Synodalia.

Præcipitur Sacerdotibus, vt omnes redditus & possessiones Ecclesiæ scribant in Missalibus suis, & prohibetur penitus presbyteris & parrochianis, ne de his quæ sunt Ecclesiæ aut presbyteri, alienent

ab Ecclesia, nisi per consilium Episcopi. 2 Prohibetur districtè, ne pro interragio corpus sepeliri deferatur, sed post sepulturam exigant laudabiles consuetudines: Idem dicimus de similibus. 3 Quicumque reedificauerit in cimiterio excommunicetur, si principalis pars domus per se ceciderit. 4 Tribus diebus continuis vocetur excommunicandus, & nisi ad iustitiam se obrulerit, & fidem dederit quod veniet ad diem sibi assignatam, ac diem aduersario nunciauerit, excommunicetur: & excommunicatus nullo modo absoluat, nisi à maiori, præterquàm in articulo mortis, & tunc tamen data cautione, quod stabit iudicio Ecclesie. 5 Presbyteri super citationibus faciendis, credat his qui dederint fidem: sed super excommunicationibus faciendis non credant sine literis. Sententias audaçter ferant, latus districtè feruent, vt citius quàm sententiæ deficiat, nemini parcentes, aut timore, aut amore, nec pro absolutis eos habeant, nisi eis bene constiterit. 6 Mortuæ in partu, scindantur si infans credatur viuere: tamen si bene constiterit de morte eorum. 7 Sacerdotes audito parochianorum suorum obitu, statim absoluant eos cum psalmis pro defunctis, & collecta. 8 Item inhibetur ne faciant designationes Ecclesiarum in manu Abbatum, vel quorumlibet patronorum, sed in manu Episcopi vel prælati sui. 9 Non permittantur prædicatores super arcas celebrare, nec pulsare campanas per vicos, nec loqui in Ecclesiis, nec præsentare reliquias, sed tantum deferant ferenda, & sacerdotes pro illis loquantur. 10 Exhortentur populum semper presbyteri ad dicendam orationem Dominicam, & Credo in Deum, & Salutationem beatæ Virginis. 11 Moneant semper populum, & maxime mulieres, ne faciant vota sua nisi cum magna deliberatione, & assensu viorum, & consilio Sacerdotum. 12 Nullus Sacerdos vel Capellanus teneat in domo sua aliqua occasione mulierem, nisi sit mater aut soror, aut talis de qua visum sit Episcopo, quod careat omni suspitione inhonestæ. Prohibetur penitus vnicuique Sacerdotibus ludere cum decijs, & interesse spectaculis, vel choreis assistere, & intrare tabernas causa potandi & sine amictu, scilicet Cappa vel palio vel super lico & comite clerico, vel laico intrare domos alienas, aut discurrere per vicos & plateas: & ne habeant cappas alatas & vestes inordinatas, omnino prohibetur. 14 Nullus clericus vel regularis accipiat decimam de manu laici, nisi per manum Episcopi. 15 Nullus clericus fideiubeat Iudæo vel feneratori, nec obliget pro pignore aliquo modo, ornamenta Ecclesie vel libros, Iudæo. 16 Nullus recipiatur ad prædicandum, nisi sit authentica persona, vel ab Episcopo vel Archidiacono missus. 17 Nullus clericus faciat iusurandum antequam fuerit Episcopo præsentatus. 18 Frequenter moneantur laici, vt non retineant decimas quas in periculum animarum suarum petinent. 19 Nullus clericus potest sibi retinere decimas iure hæreditario possessas, sed autoritate Episcopi possunt clerici fructus recipere, ita tamen quod semper laborent, & quod ad Ecclesiam reuertantur. 20 Die Dominica præcedenti Synodum sacerdotes qui capellanos non habent in suis parochijs, semper inquirant publicè in Ecclesia si qui sint infirmi in parro-

chia, & tertia sequenti die visitent eos si aliqui fuerint infirmi, etiam non requisiti, & faciant quicquid fuerit ad salutem animorum, ne mora quam facturi sunt in Synodo, fiat occasio periculi: eorum nihilominus tamen etiam salutem procurantes provisionem quam solent facere per Capellanos vicinos qui remanent & Diaconos proprios. 21 Sacerdotes die octavo semper renouent sacramenta ad fontem benedictum, oleo & crismate, & sanctam Eucharistiam, ne vetustate aliqui ad inuentionem moueri valeant aut errorem. 22 Si negligentia euenerit, vt perlecto Canone & peracta consecratione, nec vinum nec aqua reperiatur in calice, debet statim infundi vtrumque, & sacerdos reiterabit consecrationem ab illo loco canonis, *Simili modo posteaquam cenatum est*, vsque ad finem: ita tamen vt illas duas cruces obmittat, quas singulariter fecit super panem. Quod si de simplice vino, vel de aqua sine vino fiat consecratio, vinum reputatur pro sacramento, sed aqua non reputatur: & ideo ista negligentia de aqua posita sine vino, maior & maioris penitentia emendanda est. 23 Si quid ceciderit de sanguine Domini super corporale, rescindendum est ipsum corporale, & in loco reliquiarum obseruandum: si pala altaris inde tincta fuerit, rescindenda pars illa, & pro reliquijs seruanda. Si super infulam, casulam, vel super albam decurrat, similiter fiat. Si super quodlibet vestimentum, cõburenda est pars illa, & puluis in sacrarium reponendus est: si verò in terram ceciderit, lingenda est terra: si in ipsum sanguinem musca vel aranea, vel aliquid tale ceciderit, quia non sine vomitu & periculo corporis, est tergendus, & radendus locus ipse siue lapis, siue lignum, siue terra, & puluis in sacrario reponendus. 24 Potrò si in ipsum sanguinem, musca vel aranea, vel aliquid tale ceciderit, quia non sine vomitu & periculo corporis aliquando sumi potest, igne cremandum est, & tunc sanguis Domini sumatur, illud tamen quod intus ceciderit, prius debet in calice vino perfundi, & quanto cautius fieri poterit ablui, & postea super piscinam comburi, & illam abluentionem Sacerdos sumat quòd si de corpore Domini super pallam altaris aliquid ceciderit, vel super quodlibet aliud vestimentum, non incidatur, sed vino abluatur, & à ministro sumatur vinum ipsum: quod si in primo datum reijcitur, pro vt diligentius poterit, recipiat, & coniunctum cum vino in calice sumatur, sed integrum sumi non potest, eo quod ore alterius proiectum est. 25 Reus autem huius negligentie, & qui cum eo particeps fuerit culpæ, competenti subiaceat disciplina: si autem supra lignum vel lapidem ceciderit, modò supra dictus de sanguine Domini, tenendus est. 26 Prohibetur sacerdotibus, ne nimis festinent venire Parisios occasione Synodi, & ne magnam faciant moram sese visitando & reficiendo tam in via quàm in ciuitate: quidam enim iter arripiunt à præcedenti Dominica, vel à die lunæ summo mane, & moram faciunt vsque ad sequentem Dominicam, & magnum imminet periculum salutis animarum. 27 Districtè præcipitur, vt quilibet Sacerdos habeat in celebratione Missæ, propter munditiam vestimentorum circa altare, vnum manutergium. 28 Præcipitur presbyteris, vt cum in Canone Missæ

* Decit,
lingi potest.

Missæ inceperint, qui pridie tenentes hostiam, ne eleuent eam statim nimis altè, ita quod possit videri à populo, sed quasi ante pectus detineant, donec dixerint, *Hoc est Corpus meum*: & tunc eleuent eam vt possit ab omnibus videri: & post talem susceptionem tam Corporis quam Sanguinis, & vini puri, aliquid ab expuendo abstineant: & si abstinere non possunt, in piscinam hoc faciant suauiter & vrbane: vinum autem potius rubeum ministrerit in calice, propter similitudinem albi vini cum aqua. 29 Prohibetur districtè sacerdotibus, ne habeant secum prolem quam in sacro ordine susceperint propter scandalum: & ne in suis domibus habeant sacchos & aleas vel decios, omnino prohibetur. 30 Prohibetur districtè sacerdotibus, ne accipiant gazeras vel admodiationes, nisi de decimis, quoniam esset species negotiationis: & ne habeant in palis suis pecias nisi blau vel nigri coloris. 31 Similiter præcipitur presbyteris, quod immobilia de bonis Ecclesie acquisita, Ecclesiis suis tantummodo legent (nam de iure aliud facere non possunt) de mobilibus verò suis, rationabile faciant legatum. 32 Item præcipitur Sacerdotibus, vt frequenter Dominicis diebus & alijs festiuis diebus, in aliqua parte Sermonis proponant fideliter populo Symbolum fidei, & eis diligenter distingant articulos fidei, & in singulis confirmant populum, autoritatibus & rationibus sacræ Scripturæ pro posse suo, propter hereticos. 33 Sciat is quod excommunicati sunt omnes illi in Synodo, qui fidem dederunt vel acceperunt de clandestinis matrimonijs: & excommunicatio ista recitetur in parochijs à singulis sacerdotibus. 34 Prohibetur Sacerdotibus, ne habeant capellanos habentes cappas manicatas, sicut nec ipsæ personæ debent habere: præcipitur. n. omnibus clericis habentibus Ecclesias, vt ad singula tempora ordinum se ordinandos offerant: & hoc intelligitur in iuramento quod fecerunt. 35 Item præcipitur sacerdotibus districtè, & sub pœna magnæ emendatæ, vt custodiant præcepta Synodalia quæ scripta sunt in libellis suis: quidam enim licet iam elapsi sunt tres anni, ex quo prædictos libellos habuerint, ita sunt negligentes quod nondum habent pixidè eburneam, nec tabernaculum vbi referuerit cum honore Corpus Domini, nec Fontes sub claue, nec Chrisma vel Oleum in aliqua capsula. 36 Prohibeant sacerdotes, ne fiant Choreæ, maxime in tribus locis, in Ecclesijs, in Cimiterijs, & in Processionibus. 37 Prohibeant Sacerdotes per excommunicationem, & maxime tempore vindemiarum singulis diebus Dominicis, ne aliquis Christianus retineat apud se marchum vindemiarum quem Iudæi calcant aliquomodo, propter illam horribilem immundiciam quam in contemptum Sacramenti Altaris faciunt: & si remanserit, detur porcis vel expandant ad opus pro fimo. 38 Prohibeant per excommunicationem sæpe, ne carnifices permittant Iudæos laniare carnes suas, nisi totum detineant Iudæi. 39 Item districtè præcipitur presbyteris ne hostias licet non sacratas dent pueris villo modo, & inhibetur ne celebrent sine caligis. 40 Item prohibetur districtè, ne Sacerdotes cultellum portent cum cuspidè, nec clerici eorum. 41 Item districtè prohibetur Sacerdotibus, ne

permittant prædicare aliquos ignotos, siue literatos, etiam extra Ecclesiam, siue in vjs siue in plateis, siue in alijs locis parochiæ suæ: & sæpe de Dominicis diebus Sacerdotes moneant, & etiam sub pœna excommunicationis inhibeant parochianis suis, ne tales audiant propter pericula hæresium & errorum quos seminant. 42 Item districtè præcipitur presbyteris, quod moneant parochianos suos & parochianas, quod prouideant ecclesie Parisiensis, quæ multum indiget albis & stolis, & toallis, & huiusmodi. 43 Item moneant sollicitè & assidue parochianos suos, vt in Albigenes hæreticos se accingant, & iterum, eandem habeant indulgentiam quam alias habuerunt. 44 Item moneant presbyteri sub pœna excommunicationis, omnes illos qui crucem habuerint, & votum suum non sunt profecuti, quod crucem suam & proponant resumere, & portare. 45 Item præcipitur omnibus presbyteris, quod excommunicent in generali omnes illos qui fecerunt conspirationes contra presbyteros suos, vel contra Ecclesias suas. 46 Item præcipitur presbyteris, vt cum aliquis confiteretur eis se fidem dedisse alicui mulieri de matrimonio contrahendo cum ea, & post fidem datam cognouit eam, non dent ei licentiam contrahendi cum alia, quoniam sequens carnalis copula cum illa cui fidem dedit, matrimonium confirmat. 47 Item districtè præcipitur presbyteris, & sub excommunicatione ne aliquos matrimonio clandestino coniungant vel benedicant. 48 Item excommunicentur omnes illi qui faciunt se coniungi clandestino, aut benedici, & omnes illi qui interesse presument Sacerdotes. 49 Item præcipitur presbyteris, vt quotiens dubium erit quando aliqua ieiunia vel processiones institutæ fieri debent, sicut in festo sancto sancti Marci, petant à Decano loci, & sine eius consilio ea facere non presumant. 50 Item præcipitur presbyteris, vt quando mulieres post puerperium veniunt ad purificationem, dent eis tantummodo panem benedictum, & Corpus Domini eis nullomodo propinent, nisi expressè petant, & prius confessæ fuerint. 51 Item moneant presbyteri parochianos suos in Confessionibus, & in prædicationibus suis, vt saltem semel in anno, peregrinando visitent ecclesiam Parisiensem. 52 Præcipitur districtè omnibus presbyteris, vt pro domino Rege faciant specialem commemorationem quando poterunt. 53 Item præcipitur presbyteris, quod singuli scribant nomina parochianorum suorum Confratrum, Ecclesie Parisiensis, & etiam scribant pro quanto quilibet est Confrater. 54 Item præcipitur presbyteris, ne recipiant Capellanos sine conscientia Episcopi, vel Archidiaconi. 55 Item præcipitur presbyteris, quod nihil exigant à parochianis suis, eo quod testimonium dant pro eis, quando debent matrimonium contrahere. 56 Item prohibetur districtè, ne Diaconi vllomodo audiant Confessiones, nisi in arctissima necessitate: clauis enim non habent, nec possunt absoluere. 57 Præcipimus omnibus Decanis, quod inquirant de cætero, & inscriptum redigant nomina omnium presbyterorum qui in Decanatus suis decedent, eaque deferant ad Synodum, recitanda, vt oremus pro eis, & moneantur singuli presbyteri vt faciant seruitium speciale: hoc enim

libentissimè debent facere, quia cum decesserint, fiet similiter pro eis. 58 Item districtè præcipitur presbyteris omnibus, quod excommunicent ter in anno, scilicet in Pascha, in Natiuitate Domini, & in festo Ecclesiæ, omnes illos qui scienter celant feuda Parisi. & omnes illos qui sciunt super hoc, aliquid, nisi illud reuelauerint Parisiensi Episcopo, A vel eius mandario. 59 Item præcipimus singulis presbyteris, quod annuatim, idque in crastino sanctæ Trinitatis, Anniversarium omnium confratrum beatæ Mariæ, per totam Parisiensem Diocesim celebretur. 60 Præcipimus vt moneatur non Iudæis præstare rotas, secundum quod præceptum est, alioquin compellantur per excommunicationem.

D. GALONIS S. R. E. CARDINALIS, CONSTITVTIONES.

DE D. GALONE PARIENSI EPISCOPO, EX IVONIS CARNOTENSIS EPISTOLA. CXXXII. AD PASCHALEM. P. M.

DE cætero sanctæ Paternitati vestræ supplicando sugerimus vt Dominum Galonem Episcopum nostrum, de Beluacensi Episcopatu quem propter sacramentum Domini Ludouici habere non potest, per manum Senonensis Archiepiscopi transferri iubeatis, in Parisiensem Episcopatum; Et qualiter autem in eum Cleri & plebis vota conueniant, dicit vobis presentium portitor, Parisiensis Ecclesiæ canonicus; vt cognoscatis eum bene posse transferri, qui Sedem propriam nulla ratione præuaret adipisci. Vixit ad Ann. D. 1105.

In nomine Domini, nos Galo, miseracione diuina sanctæ Mariæ in porticu, Diaconus Cardinalis, Apostolicæ sedis Legatus, excommunicamus omnes Sacerdotes & clericos quoscunq; qui post legitimam ammonitionem, Focarias vel mulieres alias, de quibus mala suspicio suboriri possit, in domibus proprijs vel alibi, vnde populus vel Ecclesia scandalizetur, duxerint retinendas, nisi sint clerici qui in minoribus ordinibus legitime contraxisse præbentur, qui cum vxoribus ecclesiastica non debent beneficia retinere. Moneantur quoque, ne matres vel vxores, aliâsve coniunctas personas secum habeant: cum quibus etiam nihil scui criminis fœdus naturale existimari permittat, tamè frequenter suggerente diabolo, cum talibus nascitur fuisse facinus perpetratum. 2. Perhibemus etiam sub eadem excommunicatione, ne sacerdotes vel clerici occasione alicuius consuetudinis, pro baptismo, sepultura benedictione, alijsve sacramentis Ecclesiasticis, aliquid exigere vel extorquere presumant, sed ea liberaliter & sine difficultate studeant canonicè ministrare: moneantur tamen laici diligenter ne quod pro reuerentia sacramentorum deuotio fidelium introduxit, ex auaritia velint aliquatenus reuocare. 3. Item & prohibemus, ne Sacerdotes de cætero cappis manicatis vtantur, & constituti in sacris Ordinibus, manicas consutitias, sotulares rostratos, vestesque rubri coloris habeant, districtione consimili prohibemus. 4. Decanis quoque, Archiepresbyteris & Archidiaconibus, ne vestes rubri coloris, uel virides habere presumant: & specialiter Archidiaconibus & præpositis qui habent curam animarum, ne capps foratas habeant manicatas. 5. Monachi etiam vt capps sumptuosos & non nigris de cætero non vtantur, sub eadem pœna duximus inhiendum. 6. Inhibemus etiam omnibus tam clericis quam monachis sub excommunicationis vinculo ne scenus exercent, & ne aliquâ negotiationem exercent inhonestam, prohibentur distinctè. 7. Vt autem ab omnibus in tonsura, habitu & conuersatione, honestas ecclesiastica conseruetur, districtè præcipimus vniuersis Prælati,

sub attestacione diuini iudicij, firmiter iniungentes vt omnia supradicta obseruent: & quantum in ipsis fuerit, faciant à subditis, monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam inuiolabiliter obseruari. 8. Volentes autem (quantum cum Deo & honestè possumus) magistris & scolaribus, deferre eatenus ea ipsos rigorem, si quis est nostræ constitutionis duximus temperandum, vt antequam periculum excommunicationis incurrat, ammonitio generaliter fiat per magistris, & comminatio excommunicationis in transgressores: quibus præmissis, si qui fortè contumaces & rebelles extiterint, Iterum & nominatim sub eadem comminatione & in scholis moneantur, indulta nihilominus ad satisfaciendum dilacione competenti. 9. Quod si fortè nec taliter respicere voluerint, extunc per Cancellarium pro tẽpore fuerit, excommunicati denũtiantur & tãdiu ab omnib; euitetur, donec satisfecerint competenter, & ab Episcopo si fuerit præsens, vel eo absente ab Abbate sancti Victoris, cum forma Ecclesiæ, fuerint absoluti. 10. Præcipimus autem magistris in virtute Spiritus sancti, vt prædicta omnia (excepto tamen necessitatis in excusabilis articulo) diligentius exequantur, ne per negligentiam vel malitiam aliquorum nostræ constitutionis autoritas contemnatur.

Explicit constitutio Galoni Cardinalis.

D. VVILIELMI PARIENSI EPISCOPI ADDITIONES.

Præcipitur presbyter, vt clericis cuiuscunq; sint ordinis, in parrochia sua commorantes, moneant, quod tonsuram congruentem, & honestam habeant habitum iuxta Canones, & si alicui in hoc inobediens vel rebelles fuerint, monitione præmissa, ab ingressu Ecclesiæ arceantur. Quod si aliquis de huiusmodi presumptoribus tantæ sit potestatis, quod sine scandalo, à presbytero, prædicto modo coherceri non possit, Episcopo nũcietur. 2. Prohibetur sacerdotibus ne mercata frequentet, sed si ex aliqua causa necessaria, eos ad mercata ire oportuerit, in habitu honesto incedant, & quam

quam breuiorem poterunt, ibi moram faciant. A 3. In mercatis, non faciant commessationes, nec etiam alibi. 4. Prohibetur sacerdotibus, ne officium aduocacionis exercere presumant, nisi fortè in causa Ecclesiæ suæ, vel pro miserabilibus personis, pupillis & viduis parochianis suis quibus honestè deesse non possunt, & hoc absque præcij receptione, præter expensas moderatas. 5. Presbyteri vno die Missas duas non celebrent, nisi in necessitate: nec detineant corpora mortuorum super terram, occasione pecuniæ extorquendæ. 6. Præcipitur sacerdotibus, quod bis in anno ad minus, videlicet in Aduentu Domini, & in Quadragesima, peccata sua confiteantur confessoribus per singulos Decanatus constitutis. 7. Confessores, nomina confitentium scribant, & ad Episcopum ad Synodum deferant. 8. Presbyteri parochianos suos moneant, & frequenter in Ecclesijs suis denuncient, quod omnes, saltem patres familias & matres, ad confessionem veniant ante Pascha floridum: & qui in hoc negligent fuerint, in pœnam, vsque post octauas Paschæ, ad confessionem non admittantur, sed vsque ad illud tempus à carnibus ieiunabunt, sicut in Quadragesima. 9. Presbyteri parochianos suos solenniter pœnitentes, faciant venire in Capite Ieiunij ad Ecclesiam Cathedralẽ, vt per Episcopum solenniter ab Ecclesia eiciantur, & similiter in die Iouis proxima ante Pascha, vt per Episcopum Ecclesiæ reconcilientur. 10. Presbyteri iniungant parochianis suis confitentibus, quod omnia ablata, antequam testamentum vel legata faciant, plene restituant. 11. Præcipitur quod presbyteri parochianos suos qui tribus Dominicis continuis se ab Ecclesia sua absentauerint sine causa iusta & necessaria, interdiciant, & ad Episcopum mittant interdictos: militibus discurrantibus deferatur. 12. Præcipitur Sacerdotibus, quod diligentes & solliciti sint in monendo parochianos suos de electione, & legatis ad fabricam Ecclesiæ beatæ Mariæ faciendis, & legata fideliter quærant, & referant: scribant etiam nomina eorum qui legauerint, & ad Episcopum ad Synodum afferant, & sic eis appareat qui fuerint in hoc diligentes & negligentes. 13. Presbyteri in Ecclesijs frequenter denuncient eos qui matrimonia clandestina contrahunt & qui eis faciendis assistunt, esse excommunicatos. 14. Præcipitur quod commodationes Carrucarum, quæ sunt in festiuis diebus, quibus fieri solent per sacerdotem fiat ne in hoc aliqua inter commodantes interueniat confusio. 15. Præcipitur quod in celebratione Missarum, quando Corpus Christi eleuatur, in ipsa eleuatione vel paulò ante campana pulsetur, sicut aliàs fuit statutum, vt sic mentes fidelium ad orationem excitentur. 16. Presbyteri iniungant parochianis suis, quod quando matrimonium inter aliquos erit contrahendum, illi qui debent contrahere, confiteantur, ob reuerentiam sacramenti, peccata sua presbyteris suis, priusquam fidem præbeant de contrahendo, vel saltem antequam contrahant per verba de presententi. 17. Presbyteri verò tunc solliciti sint de inquirendo, maximè super impedimentis matrimonij.

Tom. 6.

CONSTITVTIONES, EX CONCILIO D. PETRI ARCHIEPISCOPI SENONENSIS.

Statuimus, vt Aduocati iurent de calumnia de cætero, in causis tam inchoatis quam inchoandis, aut non admittantur ad eas tractandas. 2. Si aliquis per annum & diem excommunicationem publicam sustinuerit, compellatur potestas secularis, vt excommunicatum ad unitatem Ecclesiæ per suam potestatem venire compellat, mittendo manum in ipsum & res eius. 3. Statuimus, ne Prior, nisi conuentualis, ultra summam quadraginta solidorum ab aliquo, sine licentia Abbatis sui, vel Episcopi sui si remotus fuerit Abbas, mutuo pecuniam accipiat: q; si fortè fecerit, abijciatur à Prioratu, nec deinde valeat Prioratum adipisci, quousque per Conciliũ Prouinciale fuerit restitutus. 4. Eidem pœnæ subiacet Prior, qui quamcunq; summam pecuniæ receperit à Iudæo. 5. Statuimus, vt Abbates, Priores, & alij Obedientiarij, de singulis prouentibus & redditibus & expensis, computent singulis annis diligenter in Capitulo. Et vt status tam Abbatiarum quam Prioratum, à Claustralibus cognoscatur, Computus in scriptis redigatur ita quod Conuentus penes se retineat vnũ scriptum, & Abbas aliud. 6. Nullus Abbas mutuo recipiat pecuniam, sine Capituli sui, vel maioris & sanioris partis Conuentus licetia, ultra summam ab Episcopo suo taxandam secundum Monasterij facultates: qui contra fecerit, per Episcopum suum puniatur. 7. Præcipimus Abbatibus & alijs Religiosis, vt ipsis vestibus & calceamentis ordini suo congruentibus vtatur: Et si Abbates in his obseruadis seu corrigendis fuerint negligentes, per Episcopos suos puniatur.

CONSTITVTIONES EX CONCILIO D. GALTERI, ARCHIEPISCOPI SENONENSIS.

Statuimus, vt Abbates & Priores conuentuales, qui nec venerint nec se excusauerint pretendendo Canonium impedimentum, per octo dies ab ingressu Ecclesiæ suspendantur, & pœna, quantum ad hoc Concilij statuta est, sub comminatione maioris pœnæ si alijs annis, supra his, culpabiles inueniantur. 2. Propter scdala grauia quæ ex Monialium conuersatione proueniunt, statuimus de Monialibus nigris, ne aliquè dispositũ (forte, aliquod depositũ) recipiant in domib; suis ab aliquib; personis, nisi de licetia Episcopi sui: maximè arcas clericorũ vel laicorũ, custodia causa, minime permittat apud se deponi. 3. Item cõmuniter omnes in Refectorio comedat, & in dormitorio dormiat, nisi ex causa iusta, & necessaria, de licetia speciali Abbatissæ, aliter fieri permittatur. 4. Itẽ cameræ monialium desruatur, nisi aliqua que in susceptione Episcopi necessariò retineatur, vel ad Infirmariã faciendã, vel alia de causa quæ Episcopo iusta & necessaria videatur. 5. Itẽ q; Moniales nullatenus exire permittatur, vel extra pernoctare, nisi ex magna causa & raro, & Abbatissis iniungatur ne ali-

† Videtur deesse. Ad Synodum.

* Videtur deesse. Multentur.

Ec

ter egredi permittantur : & si aliquando Abbatissa ex causa iusta alicui permittat, eidem iniungat quod sine mora reuertatur. 6 Ostia suspecta & superflua obstruatur circa hoc autem Episcopi diligentiam adhibeant & curam, per se & per ministros suos, & vitas & conuersationes ipsarum restringant, vt per eorum diligentiam, scandala quæ in presenti de vitæ earum proueniunt, sopiantur. 7 Statuimus, vt omnes Iudices tam ordinarij quam delegati, temperent se & refrenent à generalibus excommunicationibus, nec in generali participantes, excômicent, nisi valde gravis & enormis excessus contingat. 8 Moneantur Capitula secularium personarum, maxime Cathedralia, vt ipsi conueniant & ordinent & tractent, quod in Ecclesijs suis die & nocte, per se & per clericos Ecclesiarum, diuinum seruitium assidue, competenter, secundum numerum institutorum & facultatem ecclesiarum celebretur, & circa seruitium diuinum diligentiam & curam adhibeant efficacem, ita quod modus habendi se in Ecclesia, tam in Choro quam extra, euidenter & sufficienter ubi emendatione opus erit, emendetur infra annum. 9 Moneantur etiam Canonici & clerici seculares, quod ipsi, in habitu suo & alijs, præcepta tradita in generali Concilio, fideliter & obedienter obseruent. 10 Statuimus vt in locis siue Prioratibus, ubi conuentualis congregatio solet esse,

si facultates illius Ecclesiæ suppetant, Conuentus ibidem restauretur. 11 Item quod in domibus siue locis ubi solebant esse Prioratus, si facultates locorum sufficient, Monachi vel Canonici regulares ad diuinum seruitium ibidem celebrandum, reducantur. 12 Monemus Abbates & Priores conuentuales, quod tot seruitores in Abbatij & Prioratibus sibi subditis instituant, si ad hoc sufficient facultates locorum, quot ibi deseruire solent, & ne pensionem siue censum ab eisdem exigant, quam non solent exigere ab antiquo, nisi forte alicui iusta causa ab Episcopo suo permittatur. 13 Statuimus quod Clerici ribaldi, maxime qui vulgo dicuntur de familia Goliath, * per Episcopos, Archidiaconos, Officiales, & Decanos Christianitatis tonderi præcipiantur, vel etiam radi ita quod eis non remaneat tonsura clericalis, ita tamen quod sine periculo & scandalo ista fiant. 14 Item antiquum statutum Concilij provincialis rursus renouantes præcipimus, quod quando aliqua terra propter delictum domini terræ vel Balliuorum supposita fuit interdicto, nullatenus relaxetur donec ad arbitrium & moderamen relaxantis, presbyteris parochialibus de damnis & de perditis Interdicti occasione illatis plenè fuerit satisfactum, vel de satisfaciendo cautum.

* Fortè vt hodie dicitur Lutetie, Sicarij, filij de Matta.

MANVELIS PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI RESPONSA AD BELLÆ EPISCOPI INTERROGATIONES.



Saceratissimus Dyrrachij metropolitana Romanus, dilectus in Domino frater, & nostræ mediocritatis comminister, nostræ hodie assidens mediocritati synodice præsidet cum sacratissimis suis fratribus, Cæsareæ, Cappadociæ, Metrophanæ: Sardium, Andronico: Philadelphæ, Phoca: Ponto heracleæ, Nicephoro: Smyrnæ, Georgio: Methymnæ, Michaële: chartam in medium vt legeretur protulit: in qua erant interrogaciones piissimi Bellæ episcopi, quærentes synodicas solutiones. Erant autem interrogaciones huiusmodi.

1. Quidam cum per odium aut aliam quamlibet ob causam à suis vxoribus discessissent, peregrè degentes, non reuertuntur: & cum incertum sit ubi agant, sic eorum vxores durant per quinque annos vel plures: An eas oporteat alijs cõiungi viris. 2. Quidam sacerdotes in magna Quadragesima præsanctificatos diuinos panes in panarijs recondentes, iis deinde opera dæmonis ex septo diuino subreptis à muribus, & cane ostium aperiente, vel etiam cum sacerdos sacrificaret, & ad mensas precatones legeret, delitescens mus, post oblationem, consecratum diuinum corpus subripuit, Quam censure merentur sacerdotes? 3. Sacerdotes quidam à suis antistitibus excommunicati excommunicationem cõtemnunt, & sub pœnis cum sint, ingrediuntur & sacrificant: Quomodo sunt hi plectendi?

4. Laici cum secundas contraxerunt nuptias, liberis procreatis post quadragesimum annum postulant ad tertias conuolare, ob præexistentium liberorum educationem, & ne passim peccent: An sine reprehensione id faciant?

5. Antimensia scimus facta, postquam antistes per se operatus fuerit dedicationem, & ex panho substrato circumuolentè que mensam, in frustra dissecto & scripto, sacerdotib' dari, nec posse sine his sacrificare: Vbi igitur horum est defectus, quid faciendū, ne sine sacrorum celebratione sacerdotes maneat?

6. Quidam sacerdotes in magna Quadragesima benedictiones clam fecerunt: quales tandem sunt nuptiæ, & quibus tenentur pœnis sacerdotes qui sic sacras preces cõceperunt? Ad has igitur interrogaciones mediocritas nostra tales solutiones protulit.

Qui ob quamlibet causam ab vxoribus suis recesserunt, & alibi degunt, excômicationem merentur si perseuerent, nec velint ad vxores reuerti. Si verò incertū ubi sint, & mandato earum inquisicio processerit, præterieritque quinquennium ex quo viri disparuerunt, in bello fortè capti, aut quo alio modo de medio sublati: vxores eorum per legem non prohibentur alijs coniungi viris. Aliæ autem quarum adhuc viri supersunt, suos viros quærant.

2. Qui sic deliquerunt sacerdotes, vt præsanctificatos panes à se factos, canes templi ostium aperientes de medio sustulerint, ad tempus in cognitione Antistitis positum, à sacrorum operatione cessent, quod diligenter non cauerint. Alij autem qui panes in oblatione per mures amiserunt, inculpati

in culpati maneat (multa enim eiusmodi sæpè accidunt) qui etiam aliam oblationem mensæ apponent, oblatione que facta Sacrificium perficient.

3. Excommunicati qui sacrificant, deponitione sunt digni: idque in episcopi ipsorum cognitione positū esto.

4. Qui tertijs nuptijs implicari volunt post annum ætatis quadragesimum, vt polygamiam Christianis non conuenientem quærentes, re infecta dimittentur: quod si etiam vim inferant, censuram subibunt.

5. Antimensia in omnibus sanctis mensis ponere non est, sed in iis de quibus incertum consecratae sint, necne. Nam antimensia, consecratarum sanctorum mensarum locum obtinent: nec iis opus est ubi mensas consecratas esse constat.

6. Sacerdotes qui in magna Quadragesima nuptiales fecerunt benedictiones, si per simplicitatem id fecerint, medio cri correctione sunt digni: si autem per malitiam & clam commiserint, maiore pœna, quæ Antistitis iudicio irrogabitur. Ab iis autem facta connubia, vt sacra precatone munita, rata in cõcussa que manebunt. *Habuit illud, Mense Julio, Indiæ 8, & Viridis cere sigillum.*

EPIST. 82. ARGUMENTVM.

Honorio dei gratia excellentiss. ac Reuerend. patri suo, sanctæque Romanæ ecclesiæ summo pontifici H. humilis Turonorum minister debite integritatem obedientiæ. Philosophus ait, Colere officiis non exasperare verbis oportet potestatem. Ideo cumulat precibus exoro ne vos, Reuerende Pater, scriptum præsens exasperet: aut velitis de necessitate præsumptionem figurare. Etenim necessitate scripti eodem quo sum læsus iaculo, lædi metuens ecclesiæ sospitatem. Bonam spem in sinu meo gero: quia scribens pro iustitia gratiam patris non auertam. Quaslibet igitur appellaciones in Romana vigere & suscipi ecclesiæ Alpes auditum non est, nec ex sacris traditum institutis. Quia si forte huiusmodi emerit nouitas, vt placeat omnem indifferenter admittere appellacionem: pontificalis censura peribit: & omnino conteretur ecclesiasticae robur disciplinæ. Quis enim raptor ad solam anathematis comminationem, non statim appellabit? Quis clericus aut presbiter frustrator appellacionis refugio non patrebit aut etiam sepelietur in stercore suo? Quis Episcopus habebit in promptu, non omnem dico, sed aliquam vlcisci inobedientiam? Eius virgam quo quis appellatio quassabit, soluet constantiam, seueritatem emoliet, adducens & illi silentiū & reis impunitatem delictorum; sic fiet vt sacrilegia ac rapinæ, fornicationes ac adulteria pernicioso inundent incremento: cum præsul ad superfluas appellaciones clauerit ora, & deserit persequi priorū persecutores locorum, cum viduarū iniurias deservit vlcisci & orphanorum: dilatione nimirum censuræ facinora fouebuntur, & venient in profundū

iniquitatis impunè delinquentes super quos Evangelicum illud implebit præceptum, Exi cito in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles & cæcos & claudos introduc huc, Quis vel cæcum vel claudum intrare compellet, Si cæcus cum compelleretur appelleret? Denique pro delicto Heli nullus pontificum punietur, quoniam appellacionis excusatione suam quisque defenderet offensam. Exempla quædam censuræ semper viuunt, æmulatores autè eius quælibet appellatio sepeliet & viuos. Sanè parua est materia & exilis scientia quæ si iuxta Iob inter aquilas in præruptis lustrantes cum pullis earum sanguinem lambit satis est: nõ erubescit meam & attendere & profiteri mensuram. Inter ceteros tamen sacerdotes, ad me peruenit quas appellaciones Cisalpina suscepit ecclesia, quas & sine offensione sedis Apostolicæ renuit, abiecit: accepi enim, & vniuersitas ecclesiæ prædicat, quod grauatis iudicio, subuentus appellacionis debeatur: accepi quod suspectos habens iudices, aut infestos, quod formidant vim temerariæ multitudinis, eodem remedio possint & debeant releuari. Vnde etiam in decretis Cornelij Papæ: Taliter ecclesiæ traditum est si quis iudicem aduersum sibi senserit, vocem appellacionis exhibeat quod nulli oportet negari. Item in eodem: Nullus sacerdotum causam suam alieno committat iudicio nisi ad sedem apostolicam fuerit appellatum: sed vnusquisque comprouinciales iudices & notos habeat, nisi aliquam vim temerariæ multitudinis illic timuerit, aut infestos vel suspectos iudices ibi habuerit: pro quibus causis ad maioris autoritatis iudices & ad alias prouincias appellare & venire concessum est. Audiuimus etiam alias quoque appellaciones esse sed moratorias, nec aliquando recipiendas, de quibus in sacris legibus his legimus verbis: Quicumque non confidentia iustæ causæ, sed causa afferendæ moræ, ne contra eum sententia proferatur appellauerit, & si de facto suo confessus ne addicatur appellare voluerit, huiusmodi appellaciones non recipiuntur. Et quidem videri mihi plures talium species appellacionū quas prudens iudex ita necesse est discernat, vt circa iudicandos debitam in omnibus seruet æquitatem. Porro ea quæ prerogatiuam obtinent sicut paruitati meæ ministravit auctoritas, perstrinxerit: quæ si plura sunt & vsque ad ipsius cathedræ vestræ sedem Apost. cucurrere vigilantia: confiteor non transgrediendos esse terminos quos posuerunt patres nostri: Moratorias autem appellaciones omnino à vestra relegandas esse audientia: non sustinendum in horto domini plantari toxicum mortis: toxicum quo subuentus afflictorum morietur, quo iustitia in nihilum reuertetur, incrementum suscipiet vberitas delictorum. Vale.

Iob.

Ca. si quis iudicem. 2. q. 6.

NICEPHORI CONFESSORIS.

EX NICEPHORI CONFESSORIS CANONIBVS.



Portet monachos ieiunare die Mercurii & Veneris septuagesimæ: & vbicumque fuerint, casum comedere post præsanctificationum solutionem. *Enertit hic Canon Iacobi do-* Tom. 6.

1. *Egma & Tetradicarum harefim.*
2. Die Dominico sine impellente necessitate iter facere non oportet.
3. Apocalypsin Pauli, & ea que dicuntur brōtologia.
Ee ij

& felonodromia, aut calandologia, suscipere non A oportet: profana enim omnia.

4. Apocalypsin Esdrae & Zolimar, & duo sancti Georgij martyria, & sanctorum martyrum Ceteri & Iulitte, librumque Marci & successoris, suscipere non oportet: Reicienda haec, non admittenda.

5. Monachi in pœnis existentes, ad communem fratribus cibum & precationem admittendi sunt. Participes etiam esse debent benedictionis, id est, frusti, simul cum earum confessione.

6. Intestato morientium pia largitiones pro ipsis factae suscipiendae sunt, si quidem viuentes eo animo fuerint ut ita praestarentur.

7. Siquis infirmus sit, & sanctum baptisma sanctumque habitum requirat, dari ei sine mora oportet, nec gratia est deneganda.

8. Siquis ad annos viginti & deinceps, dissolutè & in luxu vixerit, deinde studiosus apparuerit virtutis, non est ordinandus: Sacrum enim impollutum est.

9. Non oportet operari hebdomade diaconesimi, neque sabbato apolytici canere Immaculatum, neque dies Iouis obseruare.

10. Bigamus non coronatur, sed in eo punietur ut annis duobus sacra non participet mysteria.

11. Trigamus annis quinque emendetur, & sic admittatur.

12. Qui pulsauerit patrem suum, & spote occiderit, annis trigintaquinque deget in pœnis homicidæ.

Eleemo-
sinae pro
defunctis.

13. Etiam simplex monachus ex causa baptizat, ut diaconus.

14. Si Antimensium per ignorantiam impletum sit non polluitur: sanctificatio enim in eo est: sacrum enim, impurum non efficitur.

15. Qui ex concubina & scorto, & ex bigamis & trigamis nati sunt, si virtutibus praediti appareant, & sint sacerdotio digni, ordinentur.

16. Infantes non baptizatos, oportet, si quo loco reperiat quis ubi non sit sacerdos, baptizari. Quod si vel pater aut quilibet alius, modò sit Christianus, baptizet, peccatum non committit.

17. Vsuram accipientibus non sunt elargienda sacramenta: nec cum perseverantibus in iniquitate, communiter cibus sumendus.

THEOPHILACTI

DE RISU ET VOCIFERATIONIBUS IN FESTIS.

C VIN & hunc morem introduxit, qui hodie obtinet, quod in splendidis atque solennibus festiuitatibus Deo & sanctorum recordationi sit contumelia per fœdas cantilenas acrisus, & inlatos clamores, quibus adhibitis sancti hymni cantantur.



IACOBI SANCTI GEORGII AD VELVM AVREVM DIACONI CARDINALIS, DE CENTESIMO SEV IUBILEO ANNO LIBER INCIPIT.

RVT RORVM ALIQV ID mandare memoriae Centesimo (quem Iubileum fore constat) anno: in his, quorum, quaedam, visa, quaedam, opinione didicimus; conceptum animo votum aggrediemur: rem siquidem, Deo auspice, & si notam praesentibus, non tamen inutilem; posteris verò necessariam &, vtriusque, oblectationis causam. Nam & quod res vulgatiores est; eò libentius sentire gliscimus, dum paucos praesentis aevi in aliud peruenturos speramus: paruique refert, grande minimum fuerit quod gestum est, dum vtrumque delectet obliuio. Inuocata itaque nobis humiliter, inefabili indinifibilis Vnitatis diuinitate; ac, ad intactae Virginalis pudicitiae thalamum, deindeque ad Apostolorum principes Petrum & Paulum (surgentis bases Ecclesiae) obnixè recurso; quò, suo imparibus viribus, opitalentur operi. Neque enim nancisci nostram sed ipsorum gestimus gloriam; ne inanis gloriae recepta mercede inueniendi vani, meritisque indigni, pœna verò digni reperiamur. Centesimi igitur exordium capiemus.

Petrus & Paulus, Apostolorum Principes, & Bases Ecclesiae surgentis.

IN LIBRVM DE IUBILEO IACOBI Cardinalis, Iulij Rosci Scholia.

IACOBI S. Georgij Cum ego de hoc quisnam esset diu adhibitaessem, tandemque illum Bonifacij VIII. nepotem

vel fratris, vel sororis filium fuisse statuissem: ecce reperio in libro quodam vetustissimo M. S. in quo omnium Cardinalium memoria continetur, quoniam esset IACOBY S. hic, nec à meo auctoris illius abhorruit sententia, liber est in manibus Alphonsi Cecharelli viri doctissimi cum in omnibus penè liberalibus artibus, tum in medicina praesertim. Ea verò quae in libro habebantur hac erant. IACOBY S. Caietanus Anag. Diaconus Cardinalis S. Georgij in velbro fuit nepos Bonifacij. VIII. Papa à quo fuit creatus Cardinalis, in prima creatione Cardinalium ab ipso facta anno. M. C. CXCV. Pontificatus verò primo, in quatuor temporibus aduentus Rom. Hac ille, cum igitur ea esset auctoritate apud Pontificem, ut ea apud illum plus valeret nemo: scripsit historiam hanc vniuersam, ut temporum illorum stylus & eruditio ferebat. Erat enim hac vetustissimorum temporum illorum conditio, ut quò magis eloquentiae studia iacebant, ita maxime Philosophiae & theologiae stadia florent. Nam post octauum annum à quo hac quae de Iubileo dicuntur gesta sunt, obiit ille subtilissimus & acutissimus Ioannes Serrus decus & ornamentum familiae D. Francisci, fuit & iis temporibus Petrus de Palude, floruit Alexander de Villa, Conradus dominicanus, Henricus de Gandauo, quibus omnibus maximum lumen Teologiae vniuersae illuxit, horum credo discipulus Iacobus hic tantum sibi eruditionem & gloriam comparauit.

LIBER INCIPIT.] Additur, incipit, & ad calcem, liber explici: qui mos non est amplius in usu, sed proprius illorum temporum fuit. Ita enim in libro quodam Alexandri Fornesij legitur, incipit liber geometrica

artis

artus conditus à Domino Gerberto Papa & Philo- A sopho, qui & Siluester II. est nominatus. Quem locum eò attuli, ut quod volui declararem & confirmarem: & ut etiam pateat ex Onuphrio ut errarit Platina existimans eum Pontificem diabolica dominandi cupiditate fuisse impulsam, & cum tandem pontificatum adeptus diabolum sciscitaretur, quando ea omnia quae hic adfert interpres ad Siluest. II. referenda sunt in pontificatu victurus esset, respondit humani generis hostis ambigere ut solet: si non attigeris Hierusalem diuines, & cum Dei nutu factum est id quod fertur in Basilica sanctae crucis, in Hierusalem Romae sacrificaret, factò moriturum se statim cognouit. Ac certè fabulam miram Onuphrii doctissimus, & demonstrat, ex Annonio libr. 5. de rebus gestis Francorum, cap. 46. & aliis, fictum totum esse. Quoniam verò temporibus illis, pauci erant Mathematici, si qui iis disciplinis operam dedissent magi, & Necromantici vocabantur. Demonstrat ille alibi de Ioanne, ut fuerit impostum ecclesiae Rom. sed de hoc ipse legatur.

Annotat. in Ioann. vij. Plat.

INVOCATA ITAQVE.] mira pietas ostenditur illorum temporum: & certè, hanc rationem inuocandi trinitatem initio operum Christianum est, cum ita etiam de Deo dicturus, Dionysius Aropagita Atheniensium iudiciorum splendor, & ornamentum fuerit exorsus: Trinitas essentia deitate, bonitate superior, diuina Christianorum sapientia dux, dirige nos in ipsum super ignotum, & praefulgens excelsumque mysticorum eloquiorum culmen.

IN IIS QVORVM.] Quam modeste historiam, rem nouam posteris & inauditam scripturus loquitur. Non ita ij qui ut libros edant, nihil spectant quò nouum, quò inauditum, quò vile, quò posteris demum fructuosum sit. Ego certè iis assentior qui proprium Christiana modestia esse arbitrantur, non sua posteris dare, sed à maioribus adepti, & explicata seruare. Et id tum verum est in omnibus, tum in iis quae ad Ecclesiam spectant, ut egregie Vincentius Lirinensis scribit, de quo adest ille exempla, quibus ad id imitandum instammemur, hic verò & nouitatem in historia in doctrina de Theauro, & indulgentia maiorum nostrorum auctoritatem, & admirationem rei diuinitus concessa sequutus est.

Petrus Hieroglyph.

NEQVE ENIM NANCISCI NOSTRAM.] Accommodatam rationem adfert, cur sibi, Dei, diuorumque auxilium implorandum putarit, quò non ad sui ipsius, sed ad Dei gloriam opus referret, nec alium expectaret fructum laborum suorum. Exemplum certè mirificum omnibus pietatis & religionis. Et quidem Aegyptij ipsi cum vellent doctrinam describere, vovis vberissimam copiam caelo delabentem exprimebant, quò cognitionem scientiamque diuinitus in hominum mentes delabi arbitrabantur. Quamobrem merito, Deo opt. omnium donorum gratia sunt habenda.

Cap. I.

ANCEPS & penè citra opinionis fidem de proximo nunc futuro Centesimo, cum millesimū tricentesimum praeforibus occursum monebamur, ad Rom. Pontificem delatus rumor aduenarat; qui tantam eius fore anni vim, ut quo Romani ad principis Apostolorum Petri basilicam pergentes; omnium plenissimum peccatorum dilutionem sortirentur, polliceretur. Hinc veterum reuolui librorum monumenta pius pater edixit; quibus, eius quòd quarebatur, nec ad plenum in lucem venit cognitio: forsitan (patrum si liceat retigisse famam) ex defidia; seu ex scismatum vel bellorum,

Tom. 6.

A quo Roma saepius turbine vastari, lugere potius quàm mirari vacet libris deperditis; seu quia nec tantum veritatis ut opinionis suberat: in Lateranensi Patriarchio, eodem residente Praefule; Centesimus oritur. Mira res! tota penè prima Ianuarij die, nouellae mysterium Remissionis occubuit: procliuo verò in vesperam Sole quo ad mediæ ferè noctis in tempestè silentium, paruūque eo Romanis patefacto, frequentes ipsi ad sacram B. Petri Basilicam properant: oppressi, altaria stipant; alternatimque, se (ut vix accedere fas esset) impediunt; tanquam ea, breui finienda, die; expirare gratiam vel maiorem autumarent. Accesserint ne; moti, cum aliquis matutinus, de Centesimo seu Iubileo, in Basilica factus ciceret sermo; spontene sua iam (quò credulitati magis proximum est) caelesti tracti nutu, qui Centesimi tranfacta memoraret, vel ad ventura disponeret; haud nihil ambigentes, affirmemus. Iis iniitiis; in dies, ciuium exterorumque fides & peregrinatio augeri cepit; quibusdam, primo Centesimi die, omnium culparum sordes deleri asserentibus; ceteris; annorum centum, indulgentiam fore. Sicque, ferè vsque ad bimestre tempus; & similiter; die, qua toti Orbi venerabilis reuelatur effigies (vulgò Sudarium seu Veronica dicta) longè plus solito compactis turbis conuenient; vtrumque dubij spectantes erant.

IN LATERANENSI.] Hinc luce clarius apparet, aliquando Pontifices incoluisse, eam partem ad Lateranensem Ecclesiam, cuius ruina cornitur & nunc. Est verò rationi maxime consentaneum amplificasse & exornasse locum illum adificijs, Constantium Imperatorem, de cuius pietate & liberalitate meminime multa vidisse, in quodam libro vetustissimo M. S. & nonnulla legere quisque potest apud Platina in Vita Syluestri primi, qui locus etiam vim maximam habiturus est, ad eorum confutandam temeritatem qui negant, Constantium à Syluestro baptizatum fuisse: quamquam de hoc egregie Cardinal. Polus ad calcem libelli sui de Concilio, ut verò ad propositum reuertamur, non dubitandum autem est illam aliquando fuisse sedem Pontificiam, quòd & confirmat hic idem autor, paulò post, ad calcem capitis quarti vbi ait, etiam consistorium fuisse. Qui verò causas mutationis loci, vel quia primus mutavit aedes scire voluerit, legat alios: non enim ad nos spectat istud docere. Platina verò in Ioanne v. ita scribit Ioannes, itaque vir singularis religionis & mansuetudinis vno omnium consensu Pont. creatus in Ecclesia saluat, quae Constantianus appellatur ad Lateranum, qui textus varietatem istam illustrabit.

PATRIARCHIO.] Onuphrius, vir in historia veterum maxime exercitatus, qui rursus ad idit vitas Platina & illustravit annotationibus suis: ita ut mihi certè praeclearam in eo operam posuisse videatur. Is in annotationibus suis ad vitam Bonifacij iij. tam multa testimonia de patriarchalium sedium priuilegiis affert, ut putidum sit aliquid addere. Legatur ille, locus est enim dignus qui legatur vbi multis probatur Romanam Ecclesiam primum locum obtinuisse.

SYDANVM SEV VERONICAM.] Est saluatoris imago, ad ingressum portae sanctae, quo loco religiosissimè asseruatur, ostenditurque. Et verò cum semper fuerit, eius maxima pietas & obseruantia, tum tempore Nicolai. Ec iij

v. apud Platinam legitur maxima omnium hominum frequentia colebatur. Nam ita scribitur in Vita Nicolai v. Tam attingerat annus iubileus, cum subito tanta multitudo Romam venit, quanta nunquam antea, unde cum semel è Vaticano visa saluatoris imagine ad urbem rediretur, facta obuiam multa quadam Petri Barbi Cardinal. S. Marci, cum neque venientes neque redeuntes ob infrequentem multitudinem cedere possent, cadente vno atque altero super mulam illam iam à multitudine oppressam, ad ducenta hominum corpora & equos tres obruta & suffocata in ponte Hadriani constat. Reliqua eo loco legantur.

CAP. II. Verum promotor noster Dominus Bonifacius vij. summus S. sanctæ Romanæ Ecclesiæ Pontifex, vt erat ingenio vigili, refertusque solertia; conseruabat hæc omnia, conferens in corde suo fudque more; præsentia dum haud prohibebat, frequentiam acceptam esse coniciebat, venientiumque firmabat votum. Nec, viuis præteritorum defuit testis; qui peregrinationis suæ centum & septem assuecans annos, multis etiam eodem Præsule coram (ob id ipsum ascitis) astrueret, meminisse, patrem alio Centesimo, Romæ (quousque, quem secum detulit agricola, suffecit victus) ob indulgentiam moratum: tæque admonuisse, vt, si (quod non putaret) aduenisset, vt venturo Centesimo, Romæ nequaquam puer adesse pigritaret: Nobisque idem seiscitantibus intulit, vnaquaque eiusdem anni die, illic centum annorum Indulgentiam lucriferi posse, ob quam peregrinaturus accesserat. Ast, Romæ, plenissimè dilui culpas; apud Gallos vulgarè crediti tanti æui duos adhuc diocesis Beluacensis, plurèscque alios Gallici soli superesse, qui meminissent nobis assertum. Quorumdam verò, ad ipsam principis Apostolorum Basilicam, dierum trium peregrinationem opportunam recedebat autumatio Centesimi, vetusta miseratione perituris; sed vt iam nobis prætractum, in iis multiplex fama vacillabat.

CAP. III. **G**ITVR de Centesimi noua iam ad plenum digesta materia, sacrum Patrum consultasse cœtum, nolentem extinguere Spiritum, præfulem; fauorabiliterque, ob Apostolorum merita, responsum, consultantem memoramus. Quamobrem quò limpidiùs scripto gerendæ rei claresceret veritas; exarari litteris concedendum discutiendumque priuilegium iustum, ipsius sapiusculè forma interlita ac ex hoc politiore facta, post colloquutiones ad Cõcilia præuias: eam Patres, manere, in gyrum consulti, suafere; diffinienque decreuit Præsul, cuius ea mens est: Basilicæ principis Apostolorum Dei, ipsa tantum fama crebrescente, tametsi incertum Centesimum indultum illibatamque subsistere. Quinimo; quibuscumque venerabiles Apostolorum Petri & Pauli Basilicas; externis, quindecim; Romanis, diebus triginta, visitantibus; quoquo centesimo vberrimam omnium peccaminum abolitionè impertiri: fructiferam, siquidem si penitentes & confessi, vel infra id temporis forent, quam ne eius tenori celetur vetustas; Alteramque ipsi iam tactæ principali formæ apodaueam: quia illius & inobedientes scismaticique, extorres fiunt, suis vtriusque infra completi verbis extimamus. Hæc coram decernente Præsule, Patres concij et si mutarent,

clam cæteris erant. Publicandi aderat tempus, Cathedralæ Beati Petri celebritas: offerendum Principi, in suo quam alibi honestiùs templo donec publicatur, sericis aureisque amboni circumfultia quò Romanus Præsul patresque conscenderant, orationeque facta ad turbam grandelætitæ munus littere ferizæ appensis bullis differuntur, quæ et si laterant prius datæ cõtineretur, illic tamen datas apud Sanctum Petrum suis iussit Præsul litteris ascribi, altæque impostum donum non impari forma Doctoris Gentium Basilicæ mixtum. Ea in certa Iubilei luce iubilians populus acclamare veniæ spe Deû reducitur, ac quique eo dierum explendum numerum accingitur.

HÆc mora totius orbis caput Roma ciuitatis populus, nullo sexus vel ætatis dum pubertatis annos exegisset discriminè ad suorum patronorum Basilicas, quoad dierum intervallum finè accepisset cursitabat. Nec defuere innuptæ, die ob virginitatis pudorem domi virorù aspectibus oblectæ, nocte sub fida marronarum custodia, ad sacras principum ædes migrantes, quid mirum? cum sacri cœtus primum quiq; in id viueret vel senilem gratam ageret visitando, vt ipis exemplar esset facilè, nempe qui maiorum exhortationum in præceps ruunt, ipsorum vita dirigitur: multoque salubriùs moribus quàm verbis minores informare. Nec me laboriosum fari, nec virtuosum reddit: operari verò non tam difficilè, quàm quo virtus parienda est, opusque sanè larum dum possibile ex alterius operatione conspicitur. Nec forsàn rulère obliuia, quod per sæpe eiusdem lucis manè post consistorium, magna ætate maturi Patres vtramque Basilicam visitaerint: Nobis verò magis quod ipsi egimus votum, non vt magnum, sed vt motiuum posteris pandamus. Concessa quidem indulgentia cum trans Tyberim iuxta Ecclesiam Dei genitricis, vnde in Saluatoris nostri Natiuitate, largo riuo olei fons vsque Tyberim scaturisse perhibetur: iam dudum tabernam meritoriam dictam, vndeque nobis natiuæ ac paternæ originis orsus moram traheremus diebus triginta continuis principum vtramque Basilicam peregrinationis causâ ingressi sumus, nec minùs sapiùs prius eadem die Lateranum ad consistorium matutina Luce properantes.

IVXTA ECCLESIAM DEI GENITRICIS.] Platina in Vita Calisti primi ita scribit, hunc edificasse Basilicam in transyberna regione in honorem B. Virginis Damsus scribit, non tamen crediderim hanc illam esse, quam hodiè tam celebrem & amplam cernimus, cum ea tempestate ob crebras persecutiones occulta essent omnia, & sacella potius atque eadem abdita & plerumque subterranea quam apertis in locis ac publicis fierent, hæc ille. Ego vero si tum illam ibi tamen fuisse non dubito cum illud quod diuinitus contigit ibi acciderit.

OLEI FONS.] Id ipsum etiam nunc celebri memoria constat factum fuisse, & Platina in Christi Vita quæ prima est & debet esse, apud ipsum ita scribitur: è taberna autem meritoria in transyberna regione ex terra oleum erumpit, vt ait Eusebius, Eutropius, vt notat Oniphrius, fluxitque toto, vel sine intervallo Christi gratiam gentibus, id vero templum exornatum

Ambo nos hodie pulpitum vocamus O. nuphin interp. voca. Ecclesiast.

CAP. III.

Iuuenes finguntur è senum moribus.

Lib. II.

CAP. V.

Concurfus populorù Roman. Iub. causa.

Marc. 6. Luc. 9. Plal. 84.

exornatum nunc est, à Iacobo Sabello Cardinal. amplissi. & sapientiss. cuius fidei crediti sunt iuuenes seminarij, quamobrem fir vt personent illic omnia eorum inuenum concionibus, sed quod ad oleum spectat miraculum putandum est, licet Strabo ita scribat in Asia descriptione, ij prope ochum effodientes olei fontem inuenierunt: nam verisimile quidem est, vt nitrosam quædam & aluminosa & sulphurea & bituminosa terram persuant, ita quoque pinguis inueniantur: Raritas enim efficit admirationem, at hoc ego & rarum arbitror nec à natura solum profuixisse, cum alia eo die contigerint, & ipse Augustus domini appellationem vt homo declinavit. Orosius lib. 6. cap. 22. Plat. in Christo.

Quam ciuibus nondum Romam ab exteris vento maturare viam, opportunum etenim per Italiz, Vngariæ, Alemanizque plagas, quibus & aliis Apostolorum peregrinatio notior, Centesimi indulgi rumore, quam oriùs inualecente, cateruatim populorum turmæ è vestigio urbem ingreditur tanta numerositate, vt quocunque pergerent exercitum examèn vt præfigurarent. Nam & intra & extra urbem mœnia compacta multitudo aggregabatur, eò amplius, quò magis in dies erat proccessum: Plurèscque multitudo oppressi deinde remedium et si haud penitus sufficiens salubre appositura facta in mœnibus alta, qua peregrinantibus compendiosior pateret via inter monumentum Romuli ac vetustum portum inopinus Romipetarum concursus cum tribus fermè mensibus ipsi in vitæ necessariis abundè sufficere Roma, inædiam minari cepit, præcipue quia multitudini nec furni nec prouentus, nec suffectura estimabantur molæ: vulgi que opinione redundans ex pluuiis aliquantisper Tybæ nutrebat: licet reuera rei frumentariæ satis foret, duplici tamen remedio ociùs subuentum est, vno nvanque prius Romam frumentum vicina oppida solita ea tempestate panem ferre iussa. Altero nam & aspernati casam se animaliaque venientes onusta efcis conferebant, dato exiis breui prouidentiaz spatio reintegrata necessitas adeo vt molendina, furni, panisque è canistris in vicis vepalis supereroganter satis essent. Nec quod presentes vehementer mirati forsàn miraturi venturi forsàn vehementius ij coaceruatam hoc Centesimo multitudinem intelligerent per totum Iubilei gyrum, nec Romæ cibus potiusve defecere, quia & messis magna, viuoque torcularia redundauerunt, magnaque fertilitas, nisi duntaxat carioribus rebus factis Octobri pluuiisque autumnalibus remanentibus, sed nec quicquam rerum prætia deuotionem Domini quæsitum inuenitur causandum talibus nunquã terrarum spatiis omnipotentis Christianitatis, ac omnium futuram prouidens verticem Romam constituit, vt ibidem & pro semet ac Gentium turbis exuberarent fata, & in tempore multiplicata coalescerent semina eo cum natura impartiente, qui de quinque panibus & duobus piscibus satiavit quinque milia hominum. Dominus enim dabit benignitatem, & terra dabit fructum suum.

MONUMENTVM ROMVLII.] Crediderim id dictum esse ex communi vulgi opinione: non enim Romulæ est illud monumentum sed alterius: cuius rei legatur Martianus qui doctè de hoc, & modo etiam in scriptum nomen alterius id ipsum demonstrat.

A EXERCITVM EXAMENVE.] Quasi potè dixit id, sic enim Virgilius i. Æneid. multitudo verò quanta fuerit ostenditur, sed libet hic celebritatem Iubileorum attingere, de primo iam constat, in altero etiam maxima multitudo fuit, nam quolibet die ducentum millia hominum fuisse narrantur, & ex qualibet orbis parte ad decem millia hominum. In tertio non tam multi fuerunt ob bella, quæ iis temporibus vigebant, sub Bonifacio IX. non admirandam multitudinem Romam venisse existimo, sed pauciores sub Martino v. ob perturbationem Morum temporum. Sub Nicolao v. maximus undique factus est concursus. Sixtus verò dum celebrat Iubileum ob peregrinorum multitudinem, vt modo Pontifex Sanctissimus Gregorius refecit, sed hic D. Maria ille Ianiculum suo nomine Sixtum appellauit, Sub Adriano vi. non tam multi fuerunt, vt & sub Clemente vij. ob Italia tumultus, sub Iulio maior credo hominum numerus fuit, at sub Gregorio xij. ea est omnium opinio, vt ea sit multitudo & celebritas huius anni, vt dies festus putetur, Iubileus verò aliorum annorum vt dies feriatas.

EXTRA ALVEVM TYBER.] Idem sub Sixto iv. factum legitimus, & certè mirandum est Iubileis omnibus aliquid mirum contigisse. Ecce tibi sub Bonifacio vij. Ottomanorum oritur gens, & Cometes videtur, & terræ motus maximi exaudiuuntur. Sub Clemente sexto cœlestis flamma ad solis obitum visa est, inde bella sub Bonifacio, ix. scilicet Alborum suboritur. Pests Nicolao v. pontifice inuersam penè Italia occupauit. Ardebat bello Italia sub Adriano sexto, & sub Clemente vij. Nec est animus omnia quæ contigerunt narrare nec causam adferre, legat qui vult librum Pici de causis calamitatum nostrorum temporù ad Leonem x. inde multa poterit aduersus Astrologos & alios colligere, vt veras causas in medium afferat. Dicemus & nos fortasse in historia nostra huius anni de Cometo qui visus est.

DVPLICI TAMEN REMEDIO.] Pont. verò qui nunc viuit multiplici ita vt satisfiat omnibus, nec quidem caritatis annonæ vel minimus rumor fuit. Illud certè audio editum fuisse, vt quot Roma 25. miliaribus distans, Romam granum aduehendum cuent. Dicerat alij de prudentia tanti Pontificis in cæteris.

ESTIVARE.] At Pontifex nec urbem quidem penè visus egredi hoc anno. Absoluto verò & clausis foribus Bononiam profecturus dicitur. Et quidem hic est omnium celebratus rumor, hæc omnium opinio.

ROMANI MORES.] Locus commendationis Romanorum liberalitatis, humanitatis & pietatis: nec tacebunt historia hoc anno quæ illi ob Peregrinos humaniter & officiosè præstiterint. Vidi ego effusam rotam nobilitatem ad hospitium trinitatis, quò omnium gentium fiebat concursus tantus vt mirum esset vnde illis cibus & quidem amplissimus suppeteret. Quid? ipsi pedes eorum maximo pietatis sensu abluunt, & liberalissimè exceptos cibo somnoque triduo reficiunt.

QVINQVE PANIBVS.] Miraculum Christi celebre de quo Sybilla sic cecinit olim.

In panibus simul quinque & piscibus duobus Hominum millia in deserto quinque satiabit: Et reliquias tollens, post fragmenta omnia, Duodecim coplinos implebit in specie multos.

INter hæc cum Dominicæ Resurrectionis afforet festum, extemplo æstiuare Anagrix Romanus Præsul Patresque vrbe digressi haud ante Octobris exordia regrediuntur. Peregrinatio iuxta dierum octo suscepta, interpolatione intercepta vrbs viros Ec iiij

CAP. VI.

mirè iterum complebat. Cæterum ne tempus te-
rentes frustra inuisi simus, Apuli, Sardi, Corsique,
torridam æstatem nacti, aliàs autumnò veniæ fe-
cere locum. At Hispanorum nonnulli, Prouinciæ
verò quàm plurimi, Galliæ quoque per maximè,
Angliæque ob guerras rari, & quicquid occidenta-
lium est conformen alioris suis regionibus quali-
tatem prætolati peregrè Romam Autumni fine
Hyemisque principio graui deuotique multitudine
se contulère. Quibus nec solis nec aëris intem-
peries opportuna fuit, quin tempore eodem Se-
ptentrionalium partium Alemanni, Vngarique rei-
terarent vices, totòque Centesimo semper præ-
stantias fieret. Ita nec solum paupertate tenues sed
nobilitate clari, stirpisque origine illustres sæpè la-
tenti habitu, humilique aduentauère. Prælatorum
verò copia Italiæ maximus, ac Galliæ non defuit,
adeò ij vt equorum quorum satis exercuerat nu-
merus pabula: Nec mirum plus longè solito onero-
sa molestant sic itaque cuiusque manere genus
adfuit, vt admirationem nec fortuna nec origo nec
sexus præterirent, profectò vbi plurimùm diuitia-
rum fordium non minùs, habes igitur Centesimo
valuas claudentem quid eum non minus habes
non imparem, & forsàn locupletiorum extitisse fa-
tis constat: Cuius vltimum penultimòsque dies si-
lere potius ipsorum infinità multitudinem quam ad-
mirari libet, cum loqui in animo est, vt iuxta sapien-
tis verbum, melior esset finis oratione quàm princi-
pium.

Eccles. 7.

CAP. VII.

Nec silentio prætereundum opinamur Romi-
peras, licet sapiùs recisus tempus apostolico
munere assequeretur, supplicationibus flagitaue-
runt. Ne quicquam exauditos, sed tribus modo vi-
cibus promeritos, vna in Cænæ Domini celebra-
te Laterani sub diuo ab ipso sancto Pontifice co-
gente multitudini gratiam. Altera qua & Roma-
nos, & de iuxta peregrinantes secludi instituit in
solemni Basilicarum dedicatione, ab vno ex patri-
bus ipsius iussu ad Petri Basilicam ob signanter de-
stinato. Tertia in tam sancti Centesimi crastino na-
talis Dominici die, dum fratrum vnus ipso qui in
Lateranensi Patriarchio celebrabat imperitante
Præsule gratiam indixit. Nec vt aliàs vacillantem,
profectò vbi præfulis monitu in scriptis exaratur
infra, nec vni tantum, sed sua etiam latinitate com-
prehensa, cuius causa ne forsàn incautè spei subre-
par error, torpentisve desidia, pleràque eius scri-
pturæ haud cuiusque Centesimi vis, sed huius tan-
tum priuilegium fore posteris enucleamus: alio-
quin incassum quindecim dierum moderatio, dum
quisque transisse centesimum vna se die expiando
arderet. Religiosis tamen quindecim vel decem
dies sufficere largitus in missis seu orationum suf-
fragia tempore residuum conuertit. Quos autem
Romani mores, quos ritus, quàmve in his exhi-
buère humanitatem? at tam benignè tam patien-
ter, tam ciuilliter, & toleranter in suscipiendis ex-
teris se præbuère, vt & ab hominibus & à Deo me-
ritum nancisci fas sit: quippe ipsa venientium mo-
destia, progressusque famularum merebatur cum
& septuagenarij & vltra infirmi etiam læticis de-

Iub. tepus
aliud pere-
grinis aliud
Romanis
præfixum.

ferrentur. Fuitque Centenarius de Sabaudia gene-
re non humilis, præteriti centesimi tanquam qui
fuerat memor, per filios allatus causa iam salubrem
aspiratus mortem. Nec vt aliàs vagè sed circumci-
sus labia, lumbos præcinctus, vel infra id temporis
quò metam iam putamus peregrinatio caperet in
caelis.

Hæc qui lætitas, multitudinem si capis, frugem
non ambigas: hic enim transacta inspicisse co-
libeat vt accuratiores in ventura præparemur: ij
namque Iubilæi mores, dum eominùs instabit vbi-
libet haud in obscuro sint, præparentur corda pro-
pensius ad tantam sancti Spiritus influentiam, qua
peccatorum omnium tabes abstergitur: suscepturi
pro se lætitiã, pro aliis meritum Romani circun-
spectiois munimine disquisitiùs tum quorum in-
cumbit providentiæ vellentur. Nec dudum ani-
marum salus in voto est, vnde torpeat, adsit inedia,
quam Apostolorum meritis præcellentique gleba-
rum si tu exultatã speramus, si pax haud desit, ne-
glectus quoque quo maxima quæquæ depereunt
ablit, cuius fidem præsentem vix præcognito solida-
tam Iubileo reddidimus. Caueant tum ne Centesi-
mo exaustis horreis, agris, venturo post eum anno
rektorum gemat imprudentiam plerumque: quippe
fit vt ei quod timetur discrimini occurso, acerbius
improvisè molestari vt quod graue experti Cente-
simo haud solum. Sed eum post venturo prouideri
anno memorauimus. Hæc præter aliquos indul-
gentiæ fructus enodamus, fidei nanque ex hoc ce-
censio quædam pullulansque incrementum.
Dumque Centesimus colitur, CHRISTI IESU
humanitatis memoratione decoramur. Accedit iis
debita Romanæ Ecclesiæ piæ matris agnitio. Quæ
proh dolor! apud Orientales nonnullos Apostolo-
rum forsàn visitandi limina desuetudine abiit. Nec
enim extra rationem creditur patribus licet pro-
missam à subiectis sibi fidei stipulari, quòdque
summè salubre ad contritionis acrimoniam, fan-
doque pudoris fucum delictorumque non fictam
satisfactionem, pleròsque curiali quodammodo ex-
citari, cum peccatorum omnium remissio, quam
verè his actis assequuntur propinatur. Quisnam
quor quibusve peccatorum nexibus circumplexi,
quorum sacerdotibus vulnera nunquam forsàn a-
liàs pandenda detexere, annumerare queat; quod
& ipsa recognouisse confessores, & confessos gra-
tulamur. Sic nanque mundiales cocos exorbitare
passim claruerat, vt à medicorum summo ne dum
non petita, sed ne animo concepta medicina ægris
sua bonitate exhiberetur. Iniuriæ nanque debitos
fouere cura magis quam optimi patris interest ge-
nitos.

CAP. VIII.

CAP. IX.

Et ne quicquam intactum obliuioni deseratur
temporalis Basilicis emolumentum, aliquid deuo-
tionis signum acreuit. Nanque quæ celeberrima
toro terrarum orbe altaria singulis iam dudum
annis, ex peregrinantium oblatibus Apostolorum
principis florinorù auri xxx. m. iij. c. v. florinorum.
auferebant millia triginta principis
circiter annum, & viginti milia doctoris hoc Cen-
tesimo nra.

Oblationes
Iubilicis
dis pecu-
tesimo nra.

tesimo retulère, non ex magnis auri vel argenti Do-
A vel pars eorum maior vana vel haud cognita appa-
ruit: cum Angelus in somniis Ioseph maioribus o-
missis, vnù euasionis causa insinuasse cuius nec fu-
turos pertaxum esse flagitamus liber: Ecclesiæ no-
stræ Beati Geörgij clericus, noctis sopore sedarat
curas, cui semita recta in longum diffusa ipsam vir-
ginem matrem Dei inueniret, ingressuro occurrit:
insidenti in thalamo filium Brachii baiulans, et si
diuinus sculpro cum sculpro filio ac si artificis opus
propius tum viuens facie venusta, vestibus fulgens
vera pueri flagrate humanitate visa est: demisso ge-
nu questam reperiens adorat cui pietatis mater, in-
quit, Omnibus miseris indulget Deus: ad quam ille
num mihi: subticuit mater: durusq; post morulam
insit omnibus miserans indulget Deus viuus & mor-
tois, substractus iterum num mihi: Cui nec iam res-
ponso dato, ne forsàn aliqua peccati labe fedaretur,
& viuus miserans Deus tibi que. Ac doctoris gen-
tium limina derisorio semel ingressum admonens
de quibusdam haud huius speculationis pauentem
alloqui dignatur exporretus vt monitus comperit.
Nam illo se semel tractu dum amicam comitarum
memorabat cautiore deinde viso, pluries eadem per-
lustrat loca.

Matt. 4.

Plal. 50.

Rom. 12. a

tesimo retulère, non ex magnis auri vel argenti Do-
A vel pars eorum maior vana vel haud cognita appa-
ruit: cum Angelus in somniis Ioseph maioribus o-
missis, vnù euasionis causa insinuasse cuius nec fu-
turos pertaxum esse flagitamus liber: Ecclesiæ no-
stræ Beati Geörgij clericus, noctis sopore sedarat
curas, cui semita recta in longum diffusa ipsam vir-
ginem matrem Dei inueniret, ingressuro occurrit:
insidenti in thalamo filium Brachii baiulans, et si
diuinus sculpro cum sculpro filio ac si artificis opus
propius tum viuens facie venusta, vestibus fulgens
vera pueri flagrate humanitate visa est: demisso ge-
nu questam reperiens adorat cui pietatis mater, in-
quit, Omnibus miseris indulget Deus: ad quam ille
num mihi: subticuit mater: durusq; post morulam
insit omnibus miserans indulget Deus viuus & mor-
tois, substractus iterum num mihi: Cui nec iam res-
ponso dato, ne forsàn aliqua peccati labe fedaretur,
& viuus miserans Deus tibi que. Ac doctoris gen-
tium limina derisorio semel ingressum admonens
de quibusdam haud huius speculationis pauentem
alloqui dignatur exporretus vt monitus comperit.
Nam illo se semel tractu dum amicam comitarum
memorabat cautiore deinde viso, pluries eadem per-
lustrat loca.

VISIO VEL ILLUSIO. Difficile certe est distin-
guere Spiritus: legatur Anulensis in Matthæum; vbi de hac
visione Ioseph scribit. Ille, multa vt solis; Angelus enim in-
citat ita somnum, vt ille cui aliquid declarat, vneatur credere:
Et quasi in vigilia esset, in illud aperuissimè intueatur, est no-
tissimè vt. gen. de Abimelech. Paulus verò nihil sentiebat,
sciebat tamen euidentiã in intellectu ad Cor. 12. 11.

O Patris exuberans pietas, ô fortiter suauiterque
disponens omnia sapietia, ô bonitas inuios re-
uolens: quibus enim sine te haud momento sub-
sistere largitum: ad te reuerti sine te negatum est,
sed miseris omnium, quoniam omnia potes cui-
que complacamus donis, ac non illuminationis no-
stræ sed plurimos sic nunc sortiri præcipuum, sin-
gularè que modum dignaris malle. Tu enim Deus
noster suavis & verus es, patiens & in misericordia
disponens omnia, hos effeceris hæc tamen sibi met
paupertate sufficere: Hos in proximos erogare di-
uitias: Hos non confundi opprobriis: Hos non la-
cessitos iniuriis: Hos non indignitatum fastu tur-
gescere, vt quorum non eges ad te ipsi gressus acce-
derent. At nunc omnium fuscitatem luminum, vul-
nerumque flagrantiam, macularum ve fordes vt co-
lirio sic eodem medicamine eademque æquè obli-
E uione purgari perspicuum est.

CAP. XI.

In imperi.
mod. Paro-
cinia est
codic colly-
rio medici
omnibus.

tesimo retulère, non ex magnis auri vel argenti Do-
A vel pars eorum maior vana vel haud cognita appa-
ruit: cum Angelus in somniis Ioseph maioribus o-
missis, vnù euasionis causa insinuasse cuius nec fu-
turos pertaxum esse flagitamus liber: Ecclesiæ no-
stræ Beati Geörgij clericus, noctis sopore sedarat
curas, cui semita recta in longum diffusa ipsam vir-
ginem matrem Dei inueniret, ingressuro occurrit:
insidenti in thalamo filium Brachii baiulans, et si
diuinus sculpro cum sculpro filio ac si artificis opus
propius tum viuens facie venusta, vestibus fulgens
vera pueri flagrate humanitate visa est: demisso ge-
nu questam reperiens adorat cui pietatis mater, in-
quit, Omnibus miseris indulget Deus: ad quam ille
num mihi: subticuit mater: durusq; post morulam
insit omnibus miserans indulget Deus viuus & mor-
tois, substractus iterum num mihi: Cui nec iam res-
ponso dato, ne forsàn aliqua peccati labe fedaretur,
& viuus miserans Deus tibi que. Ac doctoris gen-
tium limina derisorio semel ingressum admonens
de quibusdam haud huius speculationis pauentem
alloqui dignatur exporretus vt monitus comperit.
Nam illo se semel tractu dum amicam comitarum
memorabat cautiore deinde viso, pluries eadem per-
lustrat loca.

PEREGRINANTIVM OBLATIS. Hic locus
de muneribus nescio an etiam illustris factus sit nostris tem-
poribus. Ego certe nisi forte quid contigerit aduersi in huius
anni historia, omnium munera adnumerabo & sodalitates
quotquot circueverunt describam, vt nostra tempora cum illis
vel contendisse, vel nostra lōge multumque superasse ostendā.

CAP. X.

Visionibus verò de Centesimo, licet multas ve-
ras autememus, ne certa sub phantasia falsitate
nutet abstinuisse tutius. Quisnam vtrū visio, vel
illusio fecernere, qui spe quauis somnia, vel omnia,

Congrue verò eximia Petri & Cephæ in sine
præcæretur Deus. Enimvero ita fidei origo,
suòque fundamentum Ecclesiæ dicationis certi ip-
sius à Christo caput erectum est. Rursumq; ligandi
quodcumque, soluendique, vbertimū posse, à Deo
in successiones concessum transactumque, in eius
persona quis ambigat? At detestabile prorsus ingra-
tum esse, cæterum non tam Apostolorū præcipuus
authoritate, quam iure merito martyriique seueri-
tate ac insuper præpollentis Romanæ Ecclesiæ fa-

CAP. XII.

stijig proponas, ne inter Cerauniarum fluctus procellis absorbeatur nauis ipsius refugij tutamen pignificumque. Decet itaque (pastor Ecclesie) domum tuam, sanctitudo; & Coapostoli Pauli laudatio: quifnam electione vas, Gentiumque Doctorem ad tertij arcana celi prouectum, cooperatorem, Coapostolum, & compatronum Petri ab huius Iubilaei alacritate scernere aufit? Quifnam quos Deus coniunxit temerarius separet sub eiusdem nempe iudicis seruitia, eiusdem lucis alacritate, eiusdemque loci priuatu, Romam diuini nutus irradiante fulgore missi, roseis redemitti laureis triumphauere?

Ast laboris moderata partitio minor molestia, maiorem diuturniorumque animaduertimus Romanus quam exteris oportunitatem, quidni? domi totius anni gito, istis illis ab domo procul vix forte vno mense vagari permiffum est. Sed inquis laboris sudor accommodus. Nam ex viarum dispendiis aliquid culpis debita, pene recompensatio fit, quae maioris pnae remissionem, quam leuiter passim concessum extimare mauult. Ac deinde sicuti ex Apostolorum delubra visitandi frequentia, deuotio quam fiducia ita ex hac pretium instare quod exaudiri votiuum adestatur. Ex quibus tam macularum absterfionem, quam meritorum cumulum spectare licet. Nec a mysterio alienum quis censeat quod centesimo quoque hoc quo tam mirifica dona conceduntur, hoc quoque hoc quo se habeant modo differamus. Omnis namque centesimus cum bis quinquaginta conficiat iubilaeus est, quomodo veteribus iussa nouae legis tempora figura praecessere. At quinquagesimo ab emptoribus abque pretij refectioe venditas possessiones, domosque, ac familias venditores nan cifcebantur, seruique fruebantur libertate ergastulis erepti, quibus corollario inferendum, Centesimo delictorum plenissima dissolutione concessa, fideles animas tererrimae Diabolicae seruitutis circumplexos funes euadere, suauiumque virtutum species quas vt possessiones habitas fraudulento emptori vendiderant, bonis exercitiis, laboribus, diuoque numine, adiutas recuperare: tandemque caelestis patriae donum superiorumque ciuium adipisci familiam. Cur autem Centesimo potius quam quinquagesimo huiusce refloreat gratia, ne mentem forsam quaestio titillet inquirimus, quae raro exhibentur alimenta auidius sumuntur, dum quisque in vanum gratiam elabi qua sibi nonquam redituram sperat refellar, & ne terrae sanctae subsidium ex quo in Cismarinis saepius redundans indultum oris, patraretur, eo dato neglectui desit, quibus sic minime intimi, vt etiam alia grata forsam haud hoc ipsum consultius statui posse astruamus. Nec nota caret terrenis licet casu, Deo autem prouidentia compertum Centesimi scripto, hunc Bonifacium Octauum institutorem fore, quem in pastorum Chronicis ducentesimis fitebat.

Cur Iub. absolnator potius Centesimo quam Septuag.

NEC A MYSTERIO ALIENVM.] Cur Centesimus annus institueretur plura dici possent quam annuario ferret: illud tamen non est praeterendum illud factum esse, quia Centesimo quoque anno natalis Christi celebrata maxima esse consueuerat, quae ratio si vera est & fidem quibusdam habemus, non est quod alius addamus, vt longitudine temporis

magis optaremus vt imitaremur veteres Romanos in saeculi celebritate: vel alius ob causas quas hic narrat & Bonifacius in bulla, & adferit ille doctus interpres in decretalibus. Qui vero sequuti sunt immutauerunt annorum numerum. Nam Clem. 6. ad L. annum reuocauit. Urbanus 6. ad 33. Vitam Christi spectans Paulus ad 25. in quo nunc consistit.

QUOMODO VETERIBVS.] Quae veteres agerent in Iubileo habentur Len. 25. pene toto & lib. 3. antiquit. Iudaicarum cap. 14. apud Iosephum qui ait has de Iubileo leges Moysen in castris in Sina populo tradedas accepisse a Deo moxque litteris mandatas ad posteros etiam obseruandas transmississe. Ac propterea legitur in Deut. 15. erit tibi seruus, & c. id est tibi seruetur usque ad saeculum, id est, usque ad annum Iubilei, quo tempore in libertatem serui restituebantur.

Quid demum fructus remissio intendat, vtrumque vt sonat concedi fas fuerit, maioris inquisitionis arbitrium exposcit. Verum eo quod modice ingenij vi occurrit peregrinantium voris aspirantes, idque ipsum sublima Romanae Catholicaeque Ecclesiae, ac operi huic quicquid inferitur annontes, recludemus summam sermone reciso profluuio, contritionis vena culpas factos suis vicibus dieum interuallo vtrumque subeuntes, Basilicam in id omnium peccatorum plenissimam, vt abolita auctoritate Pontificis pna euolarent, veniam affectuos censemus, quae nanq; distantiae mora quodve iter retardabit incendium quin caelorum euehatur in regiam nil peccati debens expiatus: Profectò lignet cordis pnaitudine a miserante Deo insertu iubar eo maculas rore cuius caligines fulgore distregat haud dubie abstergere, etenim meritis congruam in temporanea bonitatis clementia pnam commutare, confessionique astringi reum, sicque fit qui quondam nunquam finiendo supplicio, & si purgari impar obnoxius reatu aliquando vel satisfactio de pna consistentem liberat: itaque ceu eius quae sola superest pna ex iis tam remissionem litteris intendi Papalibus claret. Sic totius minimi cunctandum, inquit enim plenam, largiorem, & plenissimam. Ac si Sacerdotalis Pontificalis Papalisque liberationis munificentiam polliceatur, & ne plenissimam absolute forsam valde plenam astruamus eam superlatiue positam distributione gradus manifestata. Quicquid expiandis est, qui nisi de iniunctis pnaententis vt alias soli tum meminit largisue confecisse autumetur. Nec quem diuersis distantis vsa verbis coloratio remissionis, siquidem indulgentiae venieque ad seculum adducat oppinari: vbi iam dictum inferit intelligentia vigorem, praesertim cum nobis minimo totoque casu coram huiusce indulto inquantum se clauium potestas, Petrique auctoritas extendebat, a se concessum iri fatetur.

Hanc secus alteram suam deinceps ordine vtraque quaestionem attigisse molimur, vt quam totius expiatorem fieri Praesulem voluisse comprobatum totius & potuisse constet. Quid hoc quippe qui vincit nasci dignatus, instituit eximia Deus & homo Iesus singulis mori charitate minime detractat. Qui cum peccatum non fecit, verè langores nostros ipse tulit, & peccata nostra portauit. Immemrita capiti pna in membra diffunditur roseis in filios

Hanc secus alteram suam deinceps ordine vtraque quaestionem attigisse molimur, vt quam totius expiatorem fieri Praesulem voluisse comprobatum totius & potuisse constet. Quid hoc quippe qui vincit nasci dignatus, instituit eximia Deus & homo Iesus singulis mori charitate minime detractat. Qui cum peccatum non fecit, verè langores nostros ipse tulit, & peccata nostra portauit. Immemrita capiti pna in membra diffunditur roseis in filios

Cap. xiii.

Fructus Centesimi.

Cap. xiiii.

Gutta sanguinis Christi in infinitum munda mundum precium.

Iob 38. d.

Matt. 16.

Philip. 2.

lius emanat cruor: se precium Deo patri dilectus filius pro nobis culpa inquam longè capacius precium luit. Quidni? eius vel sola distillans sanguinis gutta, calido hosti, mundorum plusquam millia centum eriperet: profluens igitur cruoris eius haud incassum vnda purpuraei, salutare mysteriū in filios Praesulis dispositione agnente eos sibi sponsa imperitendum ipsius thesaurum locupletat. Thesaurus tuus, thesaurus infinitus quo fit vt cum orbis vnus essentialiter, missor vnus, & Dei filius in personae vnitate, humanitatis velamē complexus eius sponsa colūba vna, fides vna, baptisimus vnus ne regnum in se diuisum deoleatur, & vt ad caelestis instar hierarchiae militans formetur Ecclesia. Sublimium enim, inquit speculator Iob: Nunquid nosci ordinem caeli aut pones rationem eius in terra. Vnum ipsi vniuersale Ecclesiae vni Apostolorum principem Petrum praetatum fore protestatur, ipsum Pastorem, Dispensatorem, instructorem post se sponsum: Inquit enim. Tu es Petrus, & super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam, & portae inferi non prauallebunt aduersus eam: & tibi dabo clauas regni caelorum, & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis, & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelis. Ego rogavi pro te, vt non deficiat fides tua & tu aliquando confirma fratres tuos. Et diligis me plus aliis, pasce oves meas, hac & successorem licet meriti imparem, auctoritate parem plenitudine sublimat. Nec enim eam sic quin eadem praesentem persequi aetatem dignatione, sibi interna charitate indissolubiler innixam venerandum sit. Pro hac etiam ille vna factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis qua de re vel temporalem quam ciuilibus decertans lex arguit prolem adoptasse vel si non omne prouisum foret a quo accusare minas prouidum arbitrabimur. Neutrum dicturi sumus similiter vel verius eadem Petri successione potestate radiato munificum Deum prudenter miserantem collaudamus.

Iis Ecclesiae maximis inextimabilibusque gazofilatio referto excellentium ipsum alia opulentant clenodia, sanctorum siquidem lachrymae iustorum pnaentitates, Martyrum veneranda supplicia, quinedum sibi, sed veluti ipsorum perfecta omnia faciens communia Charitas scenciebat, toti prodesse Ecclesiae congerie decreuere.

TV ES PETRVS.] Egregie hic demonstrat vnum esse Christianae ecclesiae pastorem, & affert loca ex scripturis ad id probandum vt mihi quidem videtur efficacissima. Tu vero adde & illud ex Arist. 12. prima philosophiae vltimis verbis: at rerum natura male administrari non vult: & multorum dominatus ac principatus non est utilis, vnus ergo sit princeps, vide etiam Archid. in bullam Bonifacii 8. vbi ille hac de re pluribus.

Cap. xv.

His igitur Romanus Praesul diuina Apostolorum suaque fratribus auctoritate dispensat oves, has in filiorum alimenta distribuit, qui fide recti, spe longanimes capiti inuicemque charitate iunguntur. Quod Apostolorum reuerentiam horitari, populi necessitatem pulsare, altorem pietatis

intelligere Deum fatemur. Nunquid obliuiscetur misereri Deus, aut continebit miram misericordiam suam, qui non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat: cuique nunc cum nondum extet iudicij sed miserendi tempus, haud incendio solum sed aliquali quo in suis honoratur Apostolis labore ad ipsos reuerentia, satisfat. Sic reges sui suorumve honoris causa aris vel virtutis insignitate longioris carceris macerationi addictos a pnae laxant. Quinimo caetera de indulgentiae fructu Apostolorumve excellentia, prolixiori supra sermone retexta cause decentiam sanciebant cause rationalitatem propinabant. Consequens deinde Praesulem maturo nec praecipiti haud tantum suo, sed fratrum liberamine monente, vniuersaliter Dei nutu. Ecclesiam indulgentem minime errasse, vt sic non trepidae discussioni, sed caeteri festinationi futuro locus relinquatur aeo. Quifnam enim errare titubet, cuius iudicium populorum tanta subsequuta salus rectori manifestata, pro quo illustissimi Petrus & Paulus suam apud Deum causam agunt, pro cuiusque, ne deficiat, fide Christus deprecatur. Absit a qua doctrina veritas elucet, morum species corruscat, potestatis auctoritas emanat, sede Petri exorbitante, tot populorum millia in deuium ducit: quin felices potius quosque oblari iubilei huius opportunitate functos Davidico sermone erupturos. Beatus, inquit, populus qui scit iubilationem: infelices vero qui torpore vel temeritate, dum alterius sibi forsam aeuum iubilei spondent neglexerint.

Hactenus Iubilei gestis indulgentiae motibus eius volito concedentis plenitudine, & si non sufficienter nobis tamen supra vires referatis. Dehinc in iis haereticum parumper metrum aggressuri, profanae finem captis stabilitemus, caeteris haec sufficere rati, quos vetustiori nec moderno necnon minus nobis familiari, veritati tamen resque gestae magis grauitati congruenti stylo, scriptasse iuuat: legentium ad apostolorum principem gentium doctorem, deuotarum precum iuamenta flagitantes, hortantisque ne in vacuum gratiam recipiant, quibus ab illibatae virginis prole Salvatore nostro Iesu corporea frui aurea, centesimo quouis venturo concedetur: Qui cum Patre & Spiritu sancto viuut & regnat Deus in saecula saeculorum. Amen.

D. IACOBI, S. GEORGII, AD VELVM AVREVM; DIACONI Cardinalis: de Centesimo, seu Iubileo; profanae liber explicit.

Eiusdem; de Iubileo; Carmen haereticum.



Vna Centeno consurgunt saecula Phoebos, Et radiat caeleste iubar, miseratus ab alto Filius aeterni Patris de virgine carmen Indutus, redimitur que suo de sanguine culpas Grande datum miseris, Romam, qui limina Petri

(Cui referare Polos datur, & concludere caelum)
 De properant, Paulique ducisque pia templa reniſit
 Nam gemini Roſis urbem ſacrare triumphis
 Luce pari, nec Roma deſit, nec praemia ſerui
 Iudicis, hinc cumulant templis ſua munera Diui
 Quae ſedes Romana ſequens ſuſtulit aequae tantis
 Auxiliis iubilans Centeno ſolis in ortu,
 Diluit omne neſus plene quin plenus omne
 Diluit, & veniam culpae dberima confert
 Gratia ſi atbercam paſſim ſaedare ſiguram,
 Haud timidi culpas compuncti corda recludant,
 Diuorumque Patrum Petri Paulique ſubintrent
 Limina, vicinis vicibus Romanus & exiter.
 Quindenſis, rutilans orbem quoad exiit axis.
 Quiſnam igitur latitaret quanam recordia, quanam
 Segnities compeſcit iter, quin friget aſtus,
 Et caleat glacies, liquiduſque extoret humor.
 Certè magna quies, parvus labor, aurea ſemper
 Tempora, dum tibi ſaedantur corda relucunt
 Romipetra, ieiuna fames, ſitis anxia per quem
 Gibboſi montes, Vallè cana gutta reſudans,
 Florida iam ſoboles, domus alta relicta ſipellæ,
 Vxor flere vacans pompoſo gloria ſtirpis,
 Flumina, diſcurſus, ſumptus, turgidus hoſpes,
 Et ſentium, ſexus vigilans labor aura ſubintrans
 Relacerent animos patet his nam regia caeli,
 Nec poterant auferre lucra, ſed gratia ſummæ
 Sedis Apoſtolicae, Chriſti ſubnixæ cruro
 Purpureo, diſpenſat opes quas vulaera Chriſti
 Sanctorumque Patrum S. dant dum crimina laxant.

Explicit primum Car. heroicum.

Sequitur Eiuſdem de eodem Carmen aliud breuius.

Discite Centeno detergi crimina Phæbo,
 Discite ſi latebras ſcabroſi criminis ora
 Depromant contrita ſinu, dum circulus anni
 Girat perque dies quindenſis exiter, & Urbis
 Incola tricenos delubra patientia Patrum
 Ætherei Petri, Pauli quoque gentibus almi
 Doctores ſubeant, ubi congerit vna ſepultos.

Explicit alterum Carmen.

FORMA PRIVILEGII PAPALIS

bullati, conceſſi Baſilicæ Apoſtolorum Petri &
 Pauli de vrbe à Sanctiſſ. Patre Bonifacio
 Papa VIII. ſuper indulgentia Cen-
 teſimi ſeu Iubilei cuius in opere
 ſuperiori fit mentio.

Bonifacius Episcopus ſeruus ſeruo-
 rum Dei, ad certitudinem præſen-
 tium & memoriam futurorum. An-
 tiquorum habet fida relatio, quod
 accedentibus ad honorabilem Baſi-
 licam principis Apoſtolorum de vr-
 be conceſſa ſunt remiſſiones magnæ & indulgen-
 tiæ peccatorum. Hos igitur qui iuxta officij no-
 ſtri debitum, ſalutem appetimus & procuramus,
 libentius ſingulorum huiusmodi remiſſiones &
 indulgentias omnes & ſingulas rectas, & gratas

A habentes, ipſas auctoritate apoſtolica, confirma-
 mus & approbamus: ac etiam innouamus & præ-
 ſentis ſcripti patrocinio communimus. Vt tamen
 Beatiffi. Petrus & Paulus Apoſtoli eò amplius ho-
 norentur, quo ipſorum Baſilicæ de vrbe deuotius
 fuerint à fidelibus frequentatæ, & fideles ipſi ſpi-
 ritualium largitione munerum, ex huius frequen-
 tatione magis ſenſerint ſe reſertos. Hos de omni-
 potentis Dei miſericordia, & auctoritate conſiſi, de fra-
 trum noſtrorum conſilio, & Apoſtolice plenitu-
 dine poteſtatis, omnibus in præſenti anno mil-
 leſimo trecentefimo, à feſto natiuitatis Domini
 noſtri Ieſu Chriſti præterito proximè inchoato,
 & in quolibet anno Centefimo ſequuturo ad Ba-
 ſilicas ipſas accedentibus reuenter verè peni-
 tentibus & confeſſis, vel qui verè pœnitebunt &
 confitebuntur in huius præſenti, & in quolibet
 Centefimo ſequuturo non ſolum plenam & largio-
 rem imo pleniffimam omnium ſuorum concedi-
 mus veniam peccatorum: ſtatuentes, vt qui vo-
 luerint huius indulgentiæ à nobis conceſſæ fore
 participes, ſi fuerint Romani ad minus triginta
 diebus continuis, vel interpolatis, & ſaltem ſe-
 mel in die: ſi verò peregrini fuerint, aut forenſes
 modo ſimili diebus quindecim ad Baſilicas caſ-
 dem accedant. Vnuiſque tamen plus merebitur,
 & indulgentiam efficacius conſequetur, qui
 Baſilicas ipſas amplius & deuotius frequentabit.
 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi-
 nam noſtræ confirmationis approbationis, inno-
 uationis, conſeſſionis & conſtitutionis infringere,
 vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem
 hoc attentare præſumpſerit, indignationem
 omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apo-
 ſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum
 Romæ apud ſanctum Petrum octauo Cal. Mar-
 tij Pontificatus noſtri anno tertio.

D BONIFACIUS SERVVS.] Qualis hic Pontifex
 fuerit plena ſunt omnium volumina: legatur Platina in eius
 vita & in vita Cœleſtini V. quo loco ſcribitur copioſè vt pon-
 tificatum fuerit adeptus, ſi tamen verum illud eſt quod nar-
 ratur, habes etiam nonnulla de eo in vita Nicolai IV. hanc
 verò bullam eandem iſdemque verbis eſſe in Lapide polito ad
 D. Petri fores conſtat, & omnium eo in loco ſpectanda eſt
 oculis: Nec quis eſt qui dubitet eandem pluribus declarari in
 VI. decretalium.

NON SOLVM PLENAM.] Plena plenior & ple-
 niſſima indulgentia, vt differant vel potius conueniant multi
 docuerunt. Ille Archid. multa commentatur. Ego certè exi-
 ſtimo cum qui plenariam indulgentiam conſequitur, & ple-
 niorem & pleniffimam eandem conſequetur, & totius
 poenæ remiſſionem, quanquam tum dubito ab extrinſeco ali-
 quam poſſe aſignari differentiam, de qua non eſt noſtrum diſ-
 ſerere alibi enim de hoc diximus.

FORMULA DECLARATIONIS

Papalis bullatæ, Sanctiſſ. Pat. Du. Bonifacij Pap.
 VIII. Per quam rebelles eccleſiæ excluduntur
 à beneficio indulgentiæ Centefimi ſeu Iubi-
 lei, in ſupraſcripto privilegio conceſſæ.
 Cuius & in opere ſuperiori
 fit mentio.

Bonifacius

Bonifacius Episcopus ſeruus ſeruo-
 rum Dei ad perpetuam rei memo-
 riam. Nuper per alias noſtras litteras
 omnes remiſſiones & indulgentias
 peccatorum conceſſas accedentibus
 ad honorabilem Baſilicam principis Apoſtolorum
 de vrbe ratificandas & approbandas duximus, &
 etiam innouandas, vt tamen beatiffimi Petrus &
 Paulus Apoſtoli, eò amplius honorentur, quò ip-
 ſorum Baſilicæ de vrbe deuotius forent, & fidelius
 frequentatæ: & fideles ipſi ſpiritualium largitione
 munerum, ex huiusmodi frequentatione, magis ſe
 ſentiret reſectos. Nos de omnipotentis Dei miſe-
 ricordia, & eorundem Apoſtolorum eius, meritis
 & auctoritate conſiſi, de fratrum noſtrorum con-
 cilio, & Apoſtolice plenitudine poteſtatis: omni-
 bus in præſenti milleſimo trecentefimo, à feſto na-
 tiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti præterito, pro-
 ximè inchoato, & in quolibet alio Centefimo ſe-
 quuturo anno, ad Baſilicas ipſas accedentibus re-
 uenter, verè penitentibus & confeſſis: vel qui
 verè pœnitebunt & confitebuntur, in huiusmodi
 præſenti, & quolibet Centefimo ſequuturo annis,
 non ſolum plenam & largiorem, imò pleniffimam
 omnium ſuorum cōceſſimus veniam peccatorum,
 provt in iſtis aliis noſtris literis continetur. Verum
 quia multi indulgentiarum gratia ſe reddunt indig-
 nos, declaramus expreſſè, & dicimus manifeſtè,
 quod illos falſos & impios Chriſtianos, qui porta-
 uerint, vel portabunt merces, ſeu res prohibitas ſa-
 racentibus, vel ad terras eorum reportauerunt, vel re-
 portabant ab eis, necnō Fredericū natura quōdam
 Petri, olim Regis Aragonum: Ac Siculos nobis & ec-
 cleſiæ Romanæ hoſtes, & apoſtolice ſedis rebelles:
 & qui receptabant Columneſes coſdem, & ge-
 neraliter omnes & ſingulos publicos hoſtes & re-
 belles præſentes, & futuros eccleſiæ memoratæ, &
 impugnatōres ipſius: & qui dabunt ſcientes ſupra-
 dictis, vel eorum alicui, vel aliquibus auxilium,
 conſilium, vel fauorem, publicè, vel occultè dum
 in ſua malitia perſiterint, nec ad dictæ ſedis man-
 data redire curauerint, indulgentiarum huiusmo-
 di cum non ſint capaces, nolumus eſſe participes.
 Ipſoſque pœnitentibus ab eiuſdem. Nulli
 ergo hominum omnino liceat, hanc paginam no-
 ſtræ declarationis voluntatis & excluſionis infrin-
 gere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem
 hoc attentare præſumpſerit, indignitatem omni-
 potentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſto-
 lorum eius, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ
 apud ſanctum Petrum Cal. Martij pontificatus no-
 ſtri anno ſexto.

Regē Fræ-
 ciaz & Co-
 lumnentis
 anathema-
 te noſtrauit
 Plat. in e-
 ius vita.

PETRI OLIM.] Hiſtoriam ſi quis vult legat apud
 Platinam in vita Nicolai IV. niſi fallor & in honorio IV.
 & alibi. Quod verò de Columneſibus legant Iouium ſci-
 rit & eandem conſuetudinē eſſe feſtis diebus Paſchæ, ſed an
 iidem malè Bonifacij acceperint, an Romani diſſentiant Iou-
 nius & infortunius quidam numero VIII. ad calcem hi-
 ſtoriarum iſtius, ille in Romanum populum hic in Colum-
 neſes. Viderint alij quicquid voluerint de hoc, fuit enim id
 aliquando ſi fuit, nunc noſtra tempora ſpectanda ſunt, non
 Tom. 6.

A antiquorum memoria ab in ſeris reuocanda, niſi quæ ad vir-
 tutis exemplar proponatur & gloria ſolida & vera immor-
 talitatis.

SVMMA GRATIA NON BVL-
 lata quam Dominus Bonifacius Pp. VIII. conceſſit
 peregrinis, in die Natiuitatis Domini ſine, videli-
 cet Centefimi qui fuit, milleſima trecent-
 eſima cuius & in opere ſuperiori
 fit mentio.

AD honorem rei & Beatorum Apo-
 ſtolorum, Petri & Pauli attendens
 dominus noſter Dominus Bonifa-
 cius Pp. VIII. Deuotionem quam
 vidit in populo Chriſtiano, fauo-
 rem fidei, viarum tædia, perſonarum labores, & o-
 nera expèſarum, vult idem Dominus noſter, quod
 omnes forenſes, qui hodie ſunt in vrbe, licet non
 compleuerint indulgentiam, vt læti reuertantur ad
 propriam plenam indulgentiam conſequantur.
 Item placet ipſi domino noſtro ſummo Pontifici,
 & vult, quod omnes illi qui venerunt ad indulgen-
 tiam conceſſam per eum & mortui ſunt in via vel
 in vrbe, numero dierum taxato in ipſa indulgentia
 nondum decurſo, plenam indulgentiam conſe-
 quantur. Item vult idem dominus noſter ſummus
 Pontifex, quod omnes illi qui arripuerint iter ad
 iſtam indulgentiam annuò complendi eam, & iu-
 ſto impedimento impediti, vel non peruenierunt,
 vel peruenientes non compleuerunt, eandem ple-
 nam indulgentiam conſequantur. Item quia an-
 nus iſte Iubileus finitur hodiè volens, idem domi-
 nus noſter, velut pius Pater prouidere ſaluti anima-
 rum, omnibus illis qui ſunt verè confeſſi, ſecun-
 dum formam indulgentiæ ſuæ, & non ſatisfece-
 runt de alieno infra annum, nec poſſunt commo-
 dè ſatisfacere, propter temporis breuitatem pro-
 rogat terminum ad ſatisfaciendum duntaxat, viſ-
 que ad feſtum reſurrectionis dominicæ proximum
 venturum. Declarat inſuper idem Dominus no-
 ſter ſummus Pontifex, quod annus iſte Iubileus
 trecentefimus hodiè ſit finitus, nec extendatur ad
 annum incarnationis, ſecundum quosdam, ſed
 ad annos Domnini, ſecundum ritum Romanæ
 eccleſiæ.

VELVM AVREVM.] Ego certè exiſtimo legen-
 dum in velabro, quanquam in antiquo Codice, vnde librum
 hunc deſcripſi quem illuſtro ſcholiis legatur ad velum au-
 reum. Eſt autem templum illud ſi Platina credimus in vita
 Zachariæ. i. conditum à Zachariæ ipſo priore huius nominis,
 Ira enim ſcribit, idem quoque Baſilicam B. Georgij in vela-
 bro condidit eoque loci caput ipſius ſancti collocauit, ex quo
 Velabrum dicendum duca cum Onophrius diligentiffimus
 antiquitatis in eo nihil mutauerit.

AMBONI CIRCVM.] Per, Ambonem; intellige
 ſuggeſtum: ita enim Platina ſcribit in vita Xpſti, III. or-
 nauit & Ambonem Eccleſiæ porphyreticis lapidi-
 bus: quem, nos ſuggeſtum appellamus, vnde Euangelium
 & Epiftoła cantari audiunt.

Ff

VVALAFRIDI STRABONIS, DE EXORDIIS ET INCREMENTIS RERVM ECCLESIASTICARVM LIBER VNVS.

PRÆFATIO AVTHORIS AD REGIMBERTVM.

IN nomine Dei Patris & Filij & Spiritus sancti. De ministris ecclesie & ministeriis ipsorum, necnon & de multiplicibus Sacramentorum, officiorum, & observationum rationibus, multi multa dixerunt: ita vt pauca vel penè nulla remanserint, quæ non iam per illuminationem Spiritus sancti, sint demonstrata: non solum qualiter debeant fieri, verum etiam quomodo singula mysticè debeant vel possint intelligi, diligenti examinatione excussa. Quorum omnium copiam, cum secundum solertissimum in rebus ecclesiasticis studium tuum, & libris habeas & memoria comprehensam, o venerande in Christo pater Regimberte, salubri curiositate ardens, quædam non à prioribus penitus omissa, sed breuius quam volueras tacta, à me addi desideras: quasi aliquid illos aufugerit, quod nos possimus inspicere: cum potius verè fateri debeamus, omnia quæ illi inuenta, nobis scriptis suis reliquerunt, nec ipsa discendi instantia nos assequi posse. Sed est quod huiusmodi in cæptis sensus sui viuacitate videbantur perspicua. Scribam igitur, in quantum Dominus dederit facultatem, sicut ex authenticorum dictis, quæ adhuc attigimus, addiscere potui, de quarundam Ecclesiasticarum exordiis & causis rerum, & unde hoc vel illud in consuetudinem venerit, & quomodo processu temporis auctum sit, indicabo: habiturus et si non pro scientia laudem, tamen pro obedientia certam mercedem. Et primùm de sacris ædibus, in quibus ipsa celebrantur sacra, dicendum videtur.

Spiritus humilitatis in authore. Argumentum libri.

CARMEN AVTHORIS AD LECTOREM.

Hoc opus exiguum Vualafridus pauper, hebesque collegit, Patrum dogmata lata sequens. Sed non sponte sua tam magnos venit in ausus.

Dura Regimberti iussio adegit eum. Si quid in hoc Lector placet, assignare memento. Id Domino: Quicquid displicet, hocce mihi.

DE EXORDIIS TEMPLORVM ET ALTARIVM.

CAPVT PRIMVM.

Genes. 8. 16. 21. 31. Altaria antiquiora tabernaculo & templo.

ALTARIA quidem, Noe, Abraham, Isaac, & Iacob, Domino (vt legitur) extruxerunt. Moyses verò primus tabernaculum, iuxta exemplar diuinitus sibi demonstratum, in deserto Sinai, filiis Israël de seruitute Ægyptia liberatis erexit. Salomon quoque longo iam tempore eodè populo in terra repromissionis de gente, & regie dignitatis apice, gètibz circumpositis præminente, templum illud mirificum, in Hierusalem (quod Dauid Pater caput eius regni instituit) magnis ædificauit sumptibus, & diuersis dotauit ornantibus. In quorum vtroq; tabernaculo videlicet ac templo, & arca testamenti, & altaria cum vtenilibz suis, aliæ quæ species religioni illius temporis congruæ fuisse leguntur: tam multiplices & tam consuta rationis prouise, vt quicquid modo spiritalibus Ecclesie celebratur in studiis, totum in illis constructionu figuris plenitèr & (vt ita dicam) consignanter delineatum atq; constructum videatur. Paganos etiam templa fecisse Diis suis, vel potius Dæmonibus, seductoribus suis, non solum ex ipsorum libris, sed etiam ex diuinæ scripturæ testimoniis agnoscimus: Quia & templum Dagon in Samuele legitur, & Regem Sennacherib in templo Neferach trucidatum: Daniele quoque in

Quid in tabernaculo & templo fuerit.

1. Reg. 5.

templo Belis, sacerdotum eius strophas deprehendisse: Et Antiochum reliquiarum populi Dei persecutorem grauissimum, & templi, quod post reuersionem de captiuitate reedificatū est, violatorem: in templo Nanæ corruisse cognoscimus. Et multa alia, quibus approbatur quod dicimus. Nolumus autem de libris Paganorum eiusdem rei testes adsciscere, ne inter ecclesiasticæ edificationis eloquia, lectoris animum inutilibus fabulis occupemus.

Qualiter religiones diuersæ, se inuicem imitatur sint, & quid commune habuerint, quid diuersum. CAP. II.

ET primis quidem temporibus, tam veros Dei cultores, quam etiam dæmonum veneratores, in locis congruis, suæ religionis cultum, sub dio celebrasse credendum est. Sed quia dæmones hominibus persuaferunt, in contumeliam creatoris, imaginem incorruptibilis Dei, in similitudinem corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentum commutare, & seruire creaturæ potius, quam creatori: consequenter etiam ædificationem templorum, & sanguinis non solum animalis, sed etiam humani immolationem, ad maiorem persuasi erroris vindictam, sibi fieri exposcebant. Ideoque omnipotens & patiens creator, facturæ suæ volens vndecunque

4. Reg. 19. Dan. 14.

2. Mach. 6.

Idololatria per dæmones introducta. Rom. 1.

Causa instituti templi & sacrificia.

Legis naturalis præcepta. Mat. 7. Tob. 4.

Imitatio gentium in cultu Deorum suorum.

Iosephus de bello Iud. lib. 1. c. 5. Iulianus Imp. Mat. 4.

Ioan. 4.

Loca orandi in primitiua ecclesia. Lucæ vii.

Act. 1. & 2.

Act. 16. 20.

vndecunque consulere (quia verò propter fragilitatem carnaliū, omnes consuetudines pariter tolli non posse sciebat) permisit & iussit quædam sibi obedienter à pijs exhiberi, quæ dæmonibus damnablem ab impijs soluebantur: sicut sunt ædium constructiones, & diuersorum genera sacrificiorum. Et factum est, vt quæ prioribus propter infirmitatem concessa sunt, ad exclusionem erroris nobis sequentibus per Christi passionem patefacta, proficerent ad causam perfectionis, dum & in illis materialibus structuris ædificium ecclesie spiritale & in carnalibus victimis ac solennitatibus passionē Christi & virtutū documēta sentimus. Sicut autem quædam præcepta moralia, nobis & veteribus voluit deus esse communia, vt sunt ea, quæ ad morum honestatem, & ad ius inter homines pertinere conferuandum: ita quædam flagitiosa, quæ dæmonum voluptate instituta, & illis & nobis statuit omnimodo fugienda maleficia videlicet ac mendacia stupra, & superstitiosos errores, & similia. Hæc cum ita sint dicta, sciendum est, quædam esse omni religioni communia, vt est: Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris: & quicquid ex naturali lege, diuinis congruum inuenitur mandatis. Hoc tamē in illis distat quod quidam illa propter honestatē, vt philosophi: quidam propter timorem, vt Iudæi: alij propter dilectionem, vt Christiani obseruant. Vt autem ad proposita reuertamur, sicut Deus, vt destrueret opera diaboli, quædam sibi exhiberi voluit à cultoribus suis, quæ dæmones prius persuaferunt errantibus: ita cultum à Deo institutum, maximè in sacrificiorum & cæremoniaram multiplicitate, sibi deinceps dæmones exposcebant, sicut scriptum est de libris legis Dei: de quibus scrutabantur gentes, similitudinem simulachrorum suorum, vt scilicet, quomodo lex Domino seruire præcepit, eisdem ritibus, deceptores suos dæmones, deceptæ gentes venerarent. Nam & temporibus Tiberij & Caij Cæsarium, idola in templo Domini legitimè collocata. Et Iulianus Apostata totum Ecclesiasticum ordinem ritus, ad diabolorum honorem detorqueere conatus est. Et ipse diabolus, à Christo se pro Deo voluit adorari.

De profectu religionis Christianæ. CAP. III.

POSTquam itaque venit tempus, quado veri adoratores in spiritu & veritate, non in Hierusalem tantum vel monte Samariæ, id est, nō localiter, sed spiritaliter cæperunt adorare patrem, & in omnes gentes secundum Domini iussionem doctrina salutatis emissa est: cæperunt fideles loca munda quæ: rere, & à tumultibus ac negociis carnaliter conuerfantium semota: in quibus orationes mundas, & sacrosancta mysteria, & mutæ ædificationis solatia celebrarent. Quibus enim secundum Euangelistā, erant discipuli cum credentibus semper in templo vel cœnaculo laudantes Deum, & orationi ac ieiunio insistentes: tamen post aduentum Spiritus sancti, legitur eos circa domos orationes & fractiones panis celebrasse. Et non solum inter vrbium ædificia, verum & extra in locis secretis conuenisse. Nam & Paulus processisse legitur in Philippis extra portam, iuxta flumen, vbi videbatur oratio esse, & ipse cum Ephesius orauit in litore. Cum autem multiplicaretur numerus credentium: cæperunt

Tom. 6.

domos suas facere Ecclesias, vt in gestis sanctorum creberrimè legitur: & priuatas habitationes, ad publicas fidelium contulerunt utilitates. Sæpe etiam persecutorum rabiem declinantes, in cryptis & in cœmeterijs, & speluncis, atque desertis montibus & vallibus conuenticula faciebant. Deinde magis magisque proficiente Christianæ religionis miraculo, & per lucra Christi, damno succedente diaboli: non solum nouæ ad orandum domus constructæ sunt, sed etiam templa Deorum, abiectis & exterminatis idolis cum spurcissimis cultibus suis in Dei mutabantur ecclesias.

In quas plagas cæli, Orantes vertantur. CAP. IIII.

ET quia diuersitas idololatriæ, diuersis modis templa construxerat, non magnoperè curabant illius temporis iusti, quam in partem orationis loca conuerterent, dum tantum videretur, vbi eliminatæ sunt dæmonum sordes, ibi Deum creatorē omnium; qui vbique est, coli & adorari. Quamquam itaque sapiens dicat, nos ad Orientem lucis adorare Deum, & reuera congruum est, & salubri more institutum, vt Orientem versus, facies orando vertamus: quia sicut ab Oriente lucis aduentum suscipimus corporeæ, sic in orationibus illuminari super nos vultum illius depōscimus, de quo scriptum est: Ecce vir, Oriens nomen eius: Et, Visitauit nos Oriens ex alto. Tamen quia & templi & tabernaculi introitus ab Oriente fuit, vbi altare & labrum erat, & omnes victimarum & sacrificiorum ritus fiebant: certum est in vtroque, ab Oriente multos orasse contra Occidentem. Siquidem & Salomon dedicans templum, stetit ante altare & extendit manus in cælum, & effudit orationem tam deuotione, quam prolixitate mirabilem. Priora autè & anteriora templi vel altaris, Orientem respiciebant. Vnde & apud veteres, Orientales templorū, & antica: Occidentales, postica: Aquilonares; sinistra: Meridianæ, dextra dicebantur. Quod & de templi Domini latere meridiano sic scribitur: Ostium lateris medij, erat in parte domus dextræ. Quia ergo portæ trium arriorum vna contra alteram posite, recta linea ad Orientem patebant, ita & Sol æquinoctialis exoriens, radios suos per illas æqualiter contra medietatem templi dirigeret; eodè modo per ostia porticus & ipsius templi, in ostia sancti sanctorum altrinsecus posita, pertenderet: sicut traditur à Maioribus, illi qui in exterioribus atrijs positi, ab introitu interioris, quibusdam quasi rationabilibus causis prohibebantur: per portarum contra se positarum, patulum prospectum; oculos vsque ad introitum templi dirigentes: quò pedibus non audebant, precibus & votis, & Salutationibus accedebant. Sed & ipse Salomō, in illa cœlestri oratione de populo, in peregrinatione propter peccata sua venturo, dixit ad Deum: Si orauerit contra ciuitatem quam elegisti, & templi quod ædificauisti nomini tuo, & reliqua. Quod Daniel quoque Prøpheta, & talis in quo suspicio nulla potuit reperiri, legitur fecisse. Apertis enim fenestris cœnaculi sui cōtra Hierusalem, tribus vicibus orauit per singulos dies. His & aliis exēplis edocti cognoscimus; non errasse illos, vel errare, qui templis vel no-

Diuersa olim loca orandi.

Orare versus Oriem.

Zach. 6. Luc. 1. Iudæi orauerunt versus Occidentem. 3. Reg. 8.

for. Antica & postica templi. 3. Reg. 6.

Orate versus templi. 1. Par. 6. Dan. 6.

Ff ij

uiter Deo constructis, vel ab idolorum squalore mundatis, propter aliquam locorum opportunitatem, in diuersas plagas altaria statuerunt: Quia non est locus, ubi non sit Deus. Verissima enim relatione didicimus, in Ecclesia quam apud Eliam Constantinus Imperator cum matre Helena, super sepulchrum Domini mirae magnitudinis in rotunditate constituit: Itemque Romae in templo, quod ab antiquis Pantheon dictum, a beato Bonifacio Papa permittente Foca Imperatore, in honorem omnium Sanctorum consecratum est. In Ecclesia quoque beati Petri principis Apostolorum altaria non tantum ad Orientem, sed etiam in alias partes esse distributa. Haec cum secundum voluntatem vel necessitatem fuerint ita disposita, improbare non audemus. Sed tamen vsus frequentior (secundum quod & supra memorauimus) & rationi vicinior habet, in Orientem orantes conuerti, & pluralitatem maximam ecclesiarum eo tenore constitui.

Vnusquisque in sensu suo abundet. Proprie est Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate, & longe a peccatoribus salus: Appropinquemus Domino, & appropinquabit nobis. Alioquin peccator etiam si fugerit, eum qui vbique est, euitare non poterit. Quia neque ab Oriente, nec ab Occidente, neque a desertis montibus, subaudi, patet locus fugiendi, quoniam Deus iudex est, hunc humiliat, & hunc exultat. Cui etiam Propheta dicit: Quod ibo a spiritu tuo: & quod a facie tua fugiam? Si ascendero in caelum tu ibi es: si descendero in Infernum, ades.

De vasis quae simpliciter signa dicuntur. CAP. V.

De vasis vero fusilibus vel etiam producilibus, quae simpliciter signa vocantur, quia eorum sonoritate quibusdam pulsibus excitata, significantur horae, quibus in domo Dei statuta celebrantur officia: de his, inquam, hic dicendum videtur, quod eorum vsus non adeo apud antiquos habitus proditur: quia nec tam multiplex apud eos conuentuum assiduitas, ut modò est, habebatur. Apud alios enim deuotio sola coegit ad statutas horas concurrere. Alij praenunciationibus publicis inuitabantur, & in vna solennitate proximè futuras discabant. Apud quosdam tabulis, apud nonnullos cornibus horae prodebantur. Vasorum autem, de quibus sermo ortus est, vsus primò apud Italos affirmant intentum. Vnde & à Campania, quae est Italiae prouincia, eadem vasa maiora quidem campanae dicuntur: Minora vero, quae & à sono tintinnabula vocantur, nolas appellant, à Nola eiusdem ciuitate Campaniae, ubi eadem vasa primò sunt comentata. Quia verò tubas aereas & argenteas in lege habemus, & Propheta quasi tuba vocem praedicationis exaltare iubet: congruè his vasis vtimur in conuocatione fidelium, ut praedicatione nostra in Ecclesia, pura in argento, in aere significetur durabilis & sonora, id est, ut nec haeretica caedatur rubigine, nec negligentiae lassetur pigritudine, nec humana supprimatur formidine.

Expositio nominum quorundam, sacris rebus adiacentium. CAP. VI.

Haec à nobis, ut potuimus, dicta sunt: Nunc de nominibus, quae ipsis sacris locis vel aedificiis,

Altaria in diuersas plagas respicientia. Pantheon Romae. Ecclesia S. Petri in Vaticano. De vbi que est. Psal. 144. Psal. 118. Iac. 4. Psal. 74. Psal. 138.

Varia olim signa conuocandi ad ecclesiam. Campanae & nolas. Num. 10. El. 98. Quid significet tuba aerea & argentea.

non fortuito, sed rationabiliter imposita sunt, pauca dicamus: ut lector dum causas aedificiorum & exordia didicerit, cur etiam ita vel ita dicta sint, possit aduertere. Ecclesia quidem Graecum nomen est, & interpretatur conuocatio vel conuentus: cum sit vel generalis sanctorum vnitas, in vna fide & dilectione coniuncta, vnde vna & Catholica dicitur ecclesia: vel singulorum societas sancta locorum, vnde & multae dicuntur Ecclesiae. Tamen etiam ipsa domus, in qua ad diuina vel dicenda vel celebranda, conuenit multitudo fidelium, Ecclesia vocatur: à re quae ibi geritur, illud vocabulum mutuatur. Horum exempla Apostolus insinuat, dicens: Ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam neque rugam: Et sicut in omnibus Ecclesiis sanctorum doceo. Et, Mulieres in Ecclesia taceant, & multa his similia. Vnusquisque etiam electorum, domus & templum Dei dicitur, sicut Apostolus & in suo, & Prophetico confirmat exemplo: Templum, inquit, Dei sanctum est, quod estis vos: sicut dicit Dominus, quia inhabitabo & inambulabo in vobis, & reliqua. Et petrus, Vos tanquam lapides vivi, super aedificamini domus spirituales, & reliqua. Sicut ergo Ecclesia in Ecclesia, si multae domus & templa in domo Dei & templo conueniunt. Domus autem dicta est à domate, quod Graecè tectum vocatur. Dicitur etiam domus, familiae totius sub vno tecto commorantis consortium, sicut vrbstotius populi, & orbis totius generis humani est domicilium.

Templum est dictum quasi tectum amplum. Vnde & excellentioribus aedificiis, hoc congruit nomen: Sicut Rex Salomon sapientissimus in regia vrbe templum: Moyses verò in itinere dicitur tabernaculum condidisse. Dictum est autem tabernaculum, à tabulis & cortinis, eò quod interstantibus tabulis, cortinae desuper tenderentur. Vnde & militum tentoria, quibus in itinere Solis ardore, tempestates imbrium, frigidisque iniurias vitant, tabernacula dicuntur. Aedes & aedificia, ab edendo putant dicta, quasi primitus ad edendum facta. Vnde Plautus dicit: Si vocassem vos in aedem ad prandium. Potest enim fieri, ut aedes ad edendum in eis, sicut caenacula ad caenandum, primò sint facta, & postea longo vsu in aliud verterentur. Sicut tabernaculum primitus plebeiorum domicilia, quod sex tabulis ligneis fierent, dicebantur: vnde & tabernaculum diriuari quidam volunt. Nunc autem cauponum ecclesiae sic vocantur.

Basilica Graecè, Latine regalis vel regia dicitur, à Basileo, id est, Rege. Nam & carnalium regum palatia ita dicuntur, sicut scriptum est de Hester: Stetit in atrio domus regiae, quod erat interius contra Basilicam Regis: Nostra autem domus orationis, id est, regia dicitur, quia regi regum in ea seruitur, vel quia Reges & sacerdotes, id est, summi regis & sacerdotis membra, qui motibus corporis imperant, & spirituales hostias immolant Deo: ibi regenerantur ex aqua & spiritu, & salutari nutriuntur doctrina. Absida Graecè, Latine lucida dicitur, quia lumen acceptum per arcum intromittit. Exedra, est absida quaedam, separata modicum quidè à templo vel palatio. Et dicta inde, quod extra haereat: Graecè autè cyclò vocatur. Aram quidam vocatam dixerunt, quod ibi incensae victimae arderent: Alij à precationibus, quas Graeci

Ecclesia. variè accipiunt. Ephe. 1. Cor. 4. 1. Tim. 2. 1. Cor. 3. 2. Cor. 6. Domus. Templum. Tabernaculum. Aedes. Basilica. Hester. Absida. Exedra. Ara.

Graci aras vocant: Vnde & imprecationes antaranos in multis veram imitari Graecorum & Romanorum intelligant philosophiam. multae res sunt apud singulas gentes, quorum nomina, ante cognitionem ipsarum rerum, apud alias incognita sunt. Sicque fit sapissimè, ut rerum intellectus, alij ab aliis addiscentes, nomina quoque & appellationes earum vel integrè, vel corruptè, cum noua intelligentia in suam proprietatem trahant. Vt ab Hebraeis Graeci, Latini, & Barbari, Amen, Alleluia, & Osanna mutati sunt. A Graecis, Latini & omnes qui libris Latinorum & lingua vtuntur, Ecclesiam, Baptismum, Christum, & omnium penè radices dictorum acceperunt. A Latinis autem Theotisci multa & in comuni locutione, ut schamel, fenster, lectar: in rebus autem diuino seruitio adiacentibus penè omnia: Item à Graecis, sequentes Latinos, ut kylich calicem, Vatter Pater, mater Mutter, genez à gynaece, quae Graecè dicuntur κολυβή, μήτηρ, γυναικείον. Cum in quibusdam horum non solum Latini, vt genitor & genitrix, sed etiam Theotisci proprias habeant voces, vt atto, & amatodo, & toda. Ab ipsis autem Graecis kylich à Kyrios, & Pappst à Papa, quod cuiusdam paternitatis nomè est, & Clericorum congruit dignitati: & her, ab eo quod est heros, & Monn, & Monath à μόνος, & alia multa acceperunt. Sicut itaque domus Dei, Basilica, id est, Regia, à Rege: sic etiam Kyrica, id est, Dominica, à Domino nuncupatur: quia Domino dominantium, & Regi regum in illa seruitur. Si autem quaeritur, qua occasione ad nos, vestigia haec Graecitatis aduenerint, dicendum & Barbaros in Romana Republica militasse, & multos praedicatorum Graecè & Latina locutionis peritos, inter has bestias cum erroribus pugnantes venisse: & eis pro causis, multa nostros, quae prius non nouerant, vtilia didicisse, praecipueque à Gothis, & Getis, cum eo tempore, quo ad fidem Christi, licet non recto itinere, perducti sunt, in Graecorum prouincijs commorantes, nostrum, id est, Theotiscum sermonem habuerunt. Et (vt historiae testatur) postmodum studiosi illius gentis, diuinos libros in sua locutionis proprietate transfulerint, quorum adhuc monumeta apud nonnullos habentur. Ex fidelium fratrum relatione didicimus, apud quosdam Scytharum gentes, & maxime Tomitanos, eadem locutione, diuina haec nomina celebrari officia. Haec autè permixtiones & translationes verborum, in omnibus linguis tam multipliciter sunt, vt propria singularum tam non sint penè plura, quam cum alijs communia, vel ab alijs translata: vt De Imaginibus & picturis. CAP. VII.

Quomodo Theotisce domus Dei dicatur. CAP. VIII. Iam tamen etiam secundum nostram barbariam, quae est Theotisca, quo nomine eadè domus Dei appellatur: ridiculus futurus Latinis, si qui forte haec legerint, qui velint simiarum informes narros, inter augustorum liberos computare. Scimus tamè & Salomonis (qui in multis typum gessit Domini saluatoris) inter pationes, simias fuisse delatas. Et Dominus qui pascit columbas, dicitur eorum pullis conuocatum inuocantibus eum. Legant ergo nostri, & sicut religione, sic quoque rationabili locutione, Tom. 6.

Altare, Porticus, Coemeterium. Crypta. Martyria. Sacrarium Analogium. Pulpitum. Ambo. Cancelli. Maxime. Ianuæ. Valuæ, Fores, Portæ. Camera. Laquearia. Theotisca, i. Theotoni. 3. Reg. 10. Psal. 146.

nos in multis veram imitari Graecorum & Romanorum intelligant philosophiam. multae res sunt apud singulas gentes, quorum nomina, ante cognitionem ipsarum rerum, apud alias incognita sunt. Sicque fit sapissimè, ut rerum intellectus, alij ab aliis addiscentes, nomina quoque & appellationes earum vel integrè, vel corruptè, cum noua intelligentia in suam proprietatem trahant. Vt ab Hebraeis Graeci, Latini, & Barbari, Amen, Alleluia, & Osanna mutati sunt. A Graecis, Latini & omnes qui libris Latinorum & lingua vtuntur, Ecclesiam, Baptismum, Christum, & omnium penè radices dictorum acceperunt. A Latinis autem Theotisci multa & in comuni locutione, ut schamel, fenster, lectar: in rebus autem diuino seruitio adiacentibus penè omnia: Item à Graecis, sequentes Latinos, ut kylich calicem, Vatter Pater, mater Mutter, genez à gynaece, quae Graecè dicuntur κολυβή, μήτηρ, γυναικείον. Cum in quibusdam horum non solum Latini, vt genitor & genitrix, sed etiam Theotisci proprias habeant voces, vt atto, & amatodo, & toda. Ab ipsis autem Graecis kylich à Kyrios, & Pappst à Papa, quod cuiusdam paternitatis nomè est, & Clericorum congruit dignitati: & her, ab eo quod est heros, & Monn, & Monath à μόνος, & alia multa acceperunt. Sicut itaque domus Dei, Basilica, id est, Regia, à Rege: sic etiam Kyrica, id est, Dominica, à Domino nuncupatur: quia Domino dominantium, & Regi regum in illa seruitur. Si autem quaeritur, qua occasione ad nos, vestigia haec Graecitatis aduenerint, dicendum & Barbaros in Romana Republica militasse, & multos praedicatorum Graecè & Latina locutionis peritos, inter has bestias cum erroribus pugnantes venisse: & eis pro causis, multa nostros, quae prius non nouerant, vtilia didicisse, praecipueque à Gothis, & Getis, cum eo tempore, quo ad fidem Christi, licet non recto itinere, perducti sunt, in Graecorum prouincijs commorantes, nostrum, id est, Theotiscum sermonem habuerunt. Et (vt historiae testatur) postmodum studiosi illius gentis, diuinos libros in sua locutionis proprietate transfulerint, quorum adhuc monumeta apud nonnullos habentur. Ex fidelium fratrum relatione didicimus, apud quosdam Scytharum gentes, & maxime Tomitanos, eadem locutione, diuina haec nomina celebrari officia. Haec autè permixtiones & translationes verborum, in omnibus linguis tam multipliciter sunt, vt propria singularum tam non sint penè plura, quam cum alijs communia, vel ab alijs translata: vt De Imaginibus & picturis. CAP. VII. Vnde de Imaginibus & picturis quibus deus Ecclesiarum augentur, dicenda sunt aliqua. Quia & earum varietas nec quodam cultu immoderato colenda est, vt quibusdam stultis videtur, nec iterum speciositas ita est quodam depectu calcanda, vt quidam vanitatis assertores existimant. Quis enim sanum sapientis, contra id quod scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruis: Et iterum: Non facies tibi oxymum similitudinem hominum, quae in caelo, vel in terra, vel in aquis sub rebus visis parabit in tabernaculo vel templi constructione, fecisse Moysen & Salomonem? Cum & illo secundum diuinam iussione, cortinaeque adiacerent &

Nomina ab aliis translata. Translatio facrarum locutionum. Cultus. Deut. 5. Exod. 26.

indumētum sacerdotale, diuersis ornauerit figuris: & ille secundum sapientiam diuinitus sibi attributam, picturis & sculpturis non tantum animalium, sed etiam arborū & herbarū, penē omne opus templi distinxerit? Vterque insuper Cherubin similitudinem super Arcam & Propiciatoriū stauerit: Cū certum sit & illos ita sensisse, & nos ita sentire debere quod videlicet non sint Deo debitis cultibus & honoribus colenda, quæ ab illis vel nobis facta sint vel fuerint, aut significandi alicuius mysterij causa: vt tabernaculi & templi structura omnis, aut ob cōmemorationem rerum gestarum, vt picturæ historiarum: aut ob amorem eorum quorum similitudines sunt, animis videntium arctius imprimenda, vt imagines Domini & sanctorum eius. Neque enim frustra superiori sententiæ subiunctū est, Non adorabis, neque coles ea. Vnde videlicet intelligamus, in his faciendis deuotionem & vilitatem, qua cōmoneri vel instrui appetimus, non esse culpandū: sed in his colendis, superstitionem & hebetudinē, qua spiritalem cultū ad corporalia traducere erronei nituntur, esse damnandam. Sanē, si cui videtur ars pictorum vel fabricatorū ob hoc culpanda, quasi ea quæ ab ipsis sunt, propter artis decorem & conuenientiam, ad cultū sui illiciant insipientes: poterit consequenter & Dei obtreddare facturis, quare ipse vel luminaria cœli tāti splendoris, vel herbas & olera tantæ creauerit venustatis & odoris: cū ipsa sicut & alia creaturæ, a quibusdā errantibus diuinis honoribus adorata sint & culta, qui error non authori bonorum ascribendus est, sed dæmonū persuasioni & hominū consensui iniquo; qui bonis in malum abuti didicerunt. Notandum verò, quod sicut quidam easdē imagines, vltra quā satis est venerantur: ita alij, dū volunt cautiōres cæteris in religione videri, illas vt quædam idololatriæ species respuunt, & præsumptionis fastu, simpliciu corda scandalizant. Huius rei questio, apud Græcos sæpe tantas contentiones excitauit, vt sub Gregorio Papa iuniorē, Cōstantinus Imperator apud Cōstantinopolim omnes imagines deposuerit: & sub Gregorio tertio Romæ Synodus sit facta contra supradictā (vt dixerunt) heresim: in qua firmatum est, vt sanctorū imagines, secūndum priscum Catholicæ Ecclesiæ ritum, restituerentur. Ipsa denique querela Græcorum, tēporibus bonæ memoriæ Ludouici Imperatoris, in Frāciam perlatā, eiusdem Principis prouidentia scriptis Synodalibus est confutata. Quam etiam Claudius quidam Taurinensis Episcopus, sed in veritatis itinere, nominis sui similitudine nutūdus, inter cæteras vanitatum suarū ineptias, cupiens renouare, ante quā diuersorum cōtra eum scriptionū aculis perfoderetur, suo iudicio damnatus interijt: & fortasse qui Imperatoris fidelium veluti in nummo cōtempnit imaginem, ante tribunal ipsius, proteruitatis suæ pariter & inquietudinis penas exoluit. Non enim leuem iniuriam fecerit sibi putabant illam, si imaginem suam vel nomen, quolibet nummulari, a subiectis despici cognouerint & calcari. Non autem (quia populus Israël in deserto, vel Ieroboam Rex vitulorum fabricacione Deū offenderant) serpentis aenei, quæ ex iussu Domini Moyses fecit, contemnendus erat: quippe cū percussis a veteris serpentibus, imaginarij serpentis cōtemplacione

ratione

fanarentur: quem quia populus, semper ad idololatriam procliuis, postmodum quadam superstitiosa veneratus est religione, Ezechias Rex Iuda religiosissimus legitur fregisse. Ergo cū Christianus populus tanta sit in diuinis rebus docilitate, in interiora sapientiæ spiritalis inductus cellaria, vt non dicā picturam & imagines, sed ne ipsos quidem sanctos homines viuos vel mortuos, diuinis credat colendos honoribus, vel adorandos: Rogamus enim sanctos, non vt ipsi præsentent per se, quæ salutis nostræ necessaria sunt: sed vt ab auctore bonorum, a quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum, vt pote illi proximiores meritis, & idē certius audiendi, impetrent quæ salutis petentium opportuna non nesciunt. Deum autem oramus, vt sua bonitate gratua, meritis & intercessionibus sanctorum, quæ nobis iudicat commoda largiatur. Et huic quidem vt Deo, Domino, iudici, creatori, omnipotenti & saluatori, supplicamus: Illos verò, vt Dei amicos, Domini famulos, patronos, verè honoratos, & pleniter saluatos, in adiutorium vocamus. Tales esse preces fidelium, qui publicas ecclesiæ orationes considerate norunt, dubitare non poterunt. Cū itaque talis sit Christiani perfectio sensus, nō sunt omnimodis honesti & moderati imaginū honores abiiciendi. Si enim idē, quia nouimus non adorandas nec colendas iconas, conculcandæ sunt & delendæ picturæ, quasi non necessariæ vel nociuæ: Ergo & quia credimus, quod creator omnium, qui vbiq; est, & cœlum & terram implet, non habitat in manufactis, destruenda sunt templa, ne videamur parietibus & tectis inclusū credere creatorem: Sicque poterit euenire, vt dum cauemus, ne vspiam sit aliquid, vbi insipientium mens possit errare, nihil penè habeamus, vel vel deuotionem nostram fabricatis, vel simplicibus & ignaros ad amorem inuisibilium trahere valeamus. Quantum autem vtilitatis ex picturæ ratione proueniat, multipliciter patet. Primum quidem, quia pictura est quædam literatura illiterata, adeo vt quidam priorum, legatur ex picturis didicisse antiquorum historias. Deinde (vt breuitatis causa præmittam plurima) in gestis Syluestri Papæ legitur, Constantinum Imperatorem, per thoracidas Apostolorum quod ipsos in visione viderit, cognouisse. Et videmus aliquando simplices & idiotas, qui verbis vix ad fidem gestorum possunt perducere, ex pictura passionis Dominicæ, vel aliorum mirabilium ita compungi, vt lachrymis testentur exteriorēs figuras cordi suo quasi lituris impressas. Ergo sicut omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil sunt. Et sicut boni etiam malis bene, sic mali etiam bonis male videntur. Sic itaque imagines & picturæ habendæ sunt & amandæ, vt nec despectu vilitas adnulletur, & hæc, in reuerentia in ipsos, quorum similitudines sunt, redundet iniuriā: Nec cultu immoderato fidei sanitas vulneretur, & corporalibus rebus honor nimis impensus, arguat nos minus spiritualia contemplari.

De templis & altaribus dedicandis. CAP. IX.

Quod templa Dei, dedicatione solēni consecranda sint, exemplis antiquorum & congrua

ratione docemur: Quia & Iacob Patriarcha crexisse lapidem legitur, & oleo desuper fuso unxisse eum, & vocasse domum Dei: Idēque super altare erectum inuocasse fortissimum Deum Israël. Tabernaculum autem Moyses & Salomon templum, celeberrimis dedicationibus consecrasset legitur. Vnde in testimoniū diuinæ ostensionis & visitationis, ignis de cœlo descendens, oblata consumpsit, & superatranque domum fumus ac nebula diuinæ protectionis apparuit. Notandum verò, quod non tantum in prima constructione templi dedicatio est celebrata, sed etiam secūndo vel tertio, post euerfionē & prophanationē eiusdem templi, propter peccata populi perpetrata ad Gentibus, cū readificatum sub Zorobabel, siue sub Machabæis fuisset purificatum, iterata dedicacione subsecuta: Vnde ea, quæ nouissimè facta est hyemis tempore, vsque ad tēpora passionis Christi obseruata cognoscitur, sicut scriptum est in Euangelio Iōannis: Facta sunt Encenia in Hierosolymis, & hyemis erat, & reliqua. Nam cæteræ duæ alij anni temporibus factæ, septimo videlicet & primo mense, narrantur. Inuenitur etiam Concilio Agathensi statutum, vt altare vngatur & benedicatur. Hæc quidē & alia ex plura dedicandorum habemus templorum & altariū, non minùs ad hanc obseruantiam probabili ratione perducti. Si enim Pagani tēpla & statuas sui erroris testimonia, dæmonis deceptoribus suis, per quædam execramenta magis, quàm Sacramētā, deuouere & dedicare noscuntur, vt & suam deuotionem Diis, quibus placere desiderant, arctius insinuent, & ad se inuisendos dæmonum gratiam hac familiaritate sibi conciliant: sicut legitur Nabuchodonosor Rex Babylonis fecisse dedicacionē statuarū, quam crexerat in campo Duran. Quare non potius nos, templa & altaria, nostræ religioſitatis indicia, Deo saluatori nostro per illibata & vera Sacramēta dedicare curemus vt & cum nostræ deuotionis officij diuinæ maiestati placeamus: & ipse nos semper inuisere, & mansionem sibi in nobis facere dignetur, qui per Prophetam dicit: *Panete ad sanctuarium meum*, & reliqua.

Quid fieri debeat in locis Deo consecratis. CAP. X.

Quid autem fieri debeat in locis Deo consecratis, Dominus per Prophetā & per seipsum manifestat, dicens *Domus mea, domus orationis vocabitur cum sitis gentibus*. Et Psalmista: *Intraibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum*, & multa his similia. Angelorum etiam presentiam in locis talibus haberi, & Iacob agnouit, quando scala in Bethel erecta, vidit, *Angelos ascendentes & descendentes*: Et Dauid testatur, dicens: *In conspectu Angelorum psallam tibi & adorabo ad templum sanctum tuum*. Vota etiam & sacrificia in his Deo offerri debere, & lex Moysis pleniter docet, & psalmista commemorat: *Vota mea (inquies) Domino reddam in conspectu omnis populi eius*, &c. Doctrinæ quoque verbum populo in ecclesia dispensari, & Moyses ostendit, cū ad ostium tabernaculi mandata Domini populo exposuit: & ipse Dominus in templo duodenis inuentus est, in medio doctorum sedes: Et creberrimè in Euangelio reperitur, in templo sermonem fecisse, sicut & in passione sua faceret, se palam in Synagogis docuisse & in templo, quo omnes Iudæi conue-

niunt. Sed & Petrus cū Iōanne in templo orauit, & Paulus vota persoluit, & omnes Apostoli docuerunt. Vnde cū eadem domus Dei, Oratorium dicitur, potest & deprecationibus in ea faciendis, & locutione doctrinæ, ita dicta putari, quia oratio, id est, oris ratio, & non tantum humilis postulatio, verum & rationabilis intelligitur hoc nomine locutio. Inde est quod primi ordines in ecclesia, vtuntur orariis, quia ad ipsos pertinet docendi officium. Et publici declamatores, ac sapientes dictionum compositores, Oratores vocantur. Baptisimum quoque ibi conuenientissimè celebratur, quia ante tabernaculum lauacrum, & ante templū mare ac decē lateres positos legimus, in quibus & oblaturi sacerdotes, & victimarum carnes lauarentur. Et dignum profectō est, vt in Christi templo Christiani regenerentur.

Quid item fieri non debeat. CAP. XI.

Lia verò negociorum carnalium, in Deo consecratis ædificiis opera, fieri non debere, vt nō dicam, quæ nusquam licent: sed & quædam alia, quæ alibi interdum venialiter exercentur, inde esse mouēda, Dominus ipse ostendit, cū zelo domus Dei ductus, vendentes & emētes eiecit de templo. Et per Prophetam quodam loco queritur, dicens: *Dilectus meus in domo mea fecit scelera multa*. Apostolus quoque Corinthios in Ecclesia dissensiones habentes, itemque conuiuantes increpat, dicens: *Primum quidem conuenientibus vobis audio scissuras esse, & reliqua*, & in consequentibus, *Conuenientibus vobis in vnum, iam non est Dominicam cœnam manducare*. Vnusquisque enim suam cœnam presumit ad manducandum. Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnit, & confundit eos, qui non habent? Et post multa subiungit: *Itaque fratres mei, cū conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis esurit, domi manducet, vt non in iudicium coramiat*. Et superius, de inordinatis orantium gestibus præmittit, *Hoc autem præcipio, non laudans, quod non in melius, sed in deterius conuenitis*. Vnde B. pater Benedictus in regula Monachorum præcipit, vt Oratorium hoc sit quod dicitur, nec ibi quicquam aliud geratur aut condatur. Vbi ostenditur, eos culpabiles esse, qui nulla necessitate coacti, indigna ibi committunt, vel loca sancta in hortea & apothecas cōuertunt: Cū in Canonibus quoque sæpius sit interdictum, ne in Ecclesiis conuiuia vel prandia fiant, nisi quis itinere necessitate cogatur.

De orandi modis ac distantia vocum. CAP. XII.

Qualiter autem orandum sit, idē pater breuius verbis, & maxime illis concludit, dicens: Breuis & pura debet esse oratio, & non in multis loquio, sed in puritate cordis, & compunctione lachrymarum, nos exaudiri sciamus: & non in clamorosa voce, sed in lachrymis & intentione cordis. Et item: Consideremus, qualiter in conspectu Diuinitatis & sanctorum Angelorum esse oporteat, & sic stemus ad psallendum, vt mens nostra conuideret voci nostræ. Intelligamus ergo his exemplis, quid Dominus, in templis suis fieri velit, & quid prohibeat. Qui & filios Hebræi, propter scelera circa

Tom. 6.

FF iij

Exod. 1.6. 3. Reg. 6.

Ad quid valet vltima imaginum.

Abusus culpandus est, non res ipsa.

Dissensio de imaginibus.

Greg. 1.

Greg. 3.

Exod. 31. 3. Reg. 14. Num. 21.

4. Reg. 18.

1. Cor. 11.

Non sunt imagines delendæ.

Vtilitas ex picturis.

* Literis.

Conclusio de imaginibus.

cap. ix.

Ab. 3. Act. 17.

Vnde oratio & orator.

Exod. 30. 3. Reg. 7.

Abusus in templis Ioan. 2.

Hic. 11.

1. Cor. 11.

Regu. 5. Benedicti de Oratorio.

Qualis debet esse oratio.

1 Reg. 10. Act. 4.

Qualis fuit oratio Annæ.

Vox apud Deū valida.

3 Reg. 8. Apoc. 6.

Quomodo clamatur ad Deum. Exod. 14.

Quorum cultus deo gratus est.

Hier. 12. Mat. 23. 1. Reg. 4.

tabernaculum commissa, punitur: & Annam matrem B. Samuelis, in secreto cordis, motu tantum laborum sine strepitu vocis oratem, in filij petitione exaudiuit, ipsūque Samuelē, quia fideliter in domo Domini ministravit, reprobo sene, in Prophetam, sacerdotem, & ducem elegit. De cuius matre modestissima, & in oratione discenda est instantia humilis, & post orationem perseverantia salutaris. Legitur siquidem de illa, quia vultus illius non sunt amplius in diuersa mutati. Qui enim aut in oratione aliud, quam debet, petit: aut alio modo, quam magister humilitatis insinuat, deprecatur: vel orare nescit, vel minus quam potuit, proficit. Qui vero peracta oratione, vel ad malam consuetudinem, vel ad noua facinora, sine respectu mox profilit, fructum orationis perdit. Nam quidam in oratione pectus pugnis pavimentant, caput contundunt, voces muliebri gracilitate submitunt: & in proximo vel verbis vel factis alios conturbare, & semetipsos non metuunt culpabiles exhibere. Hi nimirum contra iudicem, quem orando honorant, moribus pugnant. De vocum autem differentia dicendum, illā esse diuinis laudibus aptā, quæ qualitercunque sonuerit, ex bono thesauro cordis profecta, internæ intentioni concordat. Nam & in bono legitur vox alta, dum dicitur in dedicatione templi Salomonis, vox Sacerdotum & Leuitarū in tubis, & hymnis exclamantiū, longius sonuisse, & sancti martyres sub ara Dei, voce magna clamasse leguntur. Vbi quamuis intelligi possit, sicut & in aliis multis locis, illam esse magnam vocē, quæ quamuis sit sono humilis, ex bona deuotione procedit, sicut ad Moysen dicit Deus, Quid clamas ad me: cum non legatur ibi aliquid clamasse: Tamen bonum & omni quieti præferendum, in laudem Dei decenter & simpliciter laborare. Cumque omne genus laudationis diuinæ secundum rationem exhibita, sit laudandum: illud probabilius est dicendum quod habuerit vanitatis & iactantiæ minimum. Lege libros confessionum sancti Augustini, & inuenies, quantum ille iudicauerit esse periculi in cantilenarum cum melodia dulcedine.

Quibus proficit cultus diuinus, & quibus non.

CAP. XIII.

Sciendum sanè, ita demum templorum & officiorum sacrorum Deo vniuersorum creatori, cultus esse acceptos, si hominum pectora, quorum ob causam hæc sibi exhiberi permittit vel iubet, ipsius in habitatione fuerit digna. In vapum enim ligna & lapides poliunt, qui mores non componunt. Frustra, dona & pecunias comportant, qui interiori diuinæ subtilitatis oculum non placant. Nam quia Iudæi Dominum interiori non audierunt, exteriora eorum contempsit & abiecit, per Prophetam dicens: *Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam. Et per seipsum: Relinquetur vobis domus vestra deserta.* Ergo propter peccata hominum, loca sacra à Deo negligi, testis est arca ab Allophylis capta, templum toties euersum vel profanatum, & multæ Christianorum ecclesiæ, nunc à barbaris vastatae vel subuersæ, nunc ignibus vel fulminibus desolatæ, nunc tetramotibus vel turbidibus dirutæ. Vnde & Dominus per Hieremiam, peccatori populo confidentiam vel maximam aufert, dicens:

Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum Domini, templum Domini, &c. Non solum autem Dei protectionem, sed etiam Angelorum custodiam & sanctorum curam à locis quondam sanctis discedere, cum prius habitatores vel cultores locorum à Deo discesserint: ex eo certum est, quod omnis militia sanctorum solio Dei assistit: & ubi Deus non fuerit, ibi esse non possunt. Secundum gratiæ ostensionem dico, non secundum diuinæ potentiae immensitatem: quia neque infernalis deest, qui cælum implet ac terram. Scribit enim Iosephus, imminente propter peccata vrbis excidio, auditam fuisse custodum inuisibilem vocem de interioribus templi, transcamus ex his sedibus. Neque verò sacra loca illis profunt, qui sanctitatem proiciunt: sicut nec loca horrida obsunt his, qui Domini gratia protegentur. Nam & in prædicta Hierusalem subuersione, omnibus malis attriti, suffusos lachrymis oculos retorquentes ad templum, liberari non meruerunt, sicut scriptum est: Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret, ad Dominum: nec exaudiuit eos. Subiungitur enim in eodem Psalmo, quo merito: Filij alieni mentiti sunt mihi, & reliqua. Præsumptores enim & negligentes in locis sanctis multatant, vt Nadab & Abiud offerentes ignem alienum. Item Core cum seditionis, ante tabernaculum igne Dei deuoratur. Heli sacerdos in loco sancto, fractis ceruicibus expirauit, Bethsamera in conspectu Arce damnantur. Iuxta arcam permittitur Ioab, iuxta altare trucidatur. Ozias sacerdotum indignè vsurpans, lepra profunditur. Econtra humiles & Deum timentes, in locis infimis & exitalibus, iustitia tuente, saluantur. Ioseph in cisterna non perit, in carcere non dimittitur. Moyses in fluuiio non necatur, Job de sterquilinio erigitur, Hieremias de lacu cænofo sustollitur. Daniel inter leones, Tres pueri inter ignem illæsi seruantur. Petrus liberatur de carcere, Paulus euadit de mari. Et quid amplius dicam? Iniquitas de celo Angelos deiecit, Iustitia de inferno homines liberauit.

Iustus oblationes & magis virtutes quam corporalia munera Deum desiderare.

CAP. XIII.

Postremò admonendi sacrarum structores ædium vel ornatores, vt suæ deuotionis affectum rebus iuste acquisitis ostendant, Quia Dominus per Prophetam testatur, *se odio habere rapinam in holocausto.* Et alibi scriptum est: *Qui offert victimam de rapina pauperis, quasi qui maclet filium ante patrem.* Et in Prouerbis: *Hostia impiorum abominabiles, quia offeruntur à scelere.* Itemque, *Hostia Domini de tuis iustis laboribus, & reliqua.* Meminerit etiam Dauid, Regem noluisse accipere arcam A reuna Iebusæi, ad ædificandū altare Domino, ipso gratis dare volente, nisi primū iusti precij rependeret quantitatem: Et reuera, non est remediū peccati, si contempto salutis præcepto, ipsius signa contemptus obiciatis præceptorum. Deinde, qui iuste quidē offert, sed maiora & utiliora legis madata postponit, audit cū Cain: *Nonne si recte offeras, recte autē nō diuisas, peccasti, quiesce.* Qualibus Saluator dicit: *Vobis qui decimatis mentibus & riuam, & omne olus: & gratiora sunt legis, præteritiū, misericordiam, iudiciū, & veritatem.*

Mat. 7. Mar. 25.

Heb. 9.

Greg. pauperum studioior quam templorum.

Num. 10.

1. Reg. 11.

Mich. 6.

Gen. 4.

Gen. 3.

ritatem. Hæc autem dicimus, non quo ædificatium & ornantium loca sancta deuotionem culpemus, sed quo doceamus, eleemosynam in pauperes, huic præferendam. Quia vt beatus Hieronymus ait, superstitiosum est, parietes auro fulgere, Christūque ante ianuas fame & nuditate torqueri. Ipse enim nos iubet thesaurizare, ubi neque ærugo, nec tineæ demolitur, ubi fures, non effodiunt, nec furantur. Et in iudicio veniens, non vtrū Ecclesiæ ædificassemus, sed vtrū membris eius minimis profuissemus, inquisiturus est. Hæc quidem ornamenta, sanctum seculare Apostolus nominat: quia sunt alia quasi sancta cœlestia, sicuti sunt ornamenta animarū. Quæ quominus apud homines habent splendore, tanto plus apud Dominum habent meriti & mercedis. Legitur enim de B. Gregorio Papa, quod non sicut alij in extructione Ecclesiarum laborauerit, sed in doctrina & eleemosynarum largitate: quā non solum apud suos, verum etiam apud longe & in exteris prouinciis positos, exercere curauit. Si ergo in condendis vel ornandis sacris ædificiis, summa sanctitas esset, debuerunt earundē studiosissimi rerum, alijs qui minus his faciendis institerunt, meritorū præminere distantia. Sed quia legimus Moysen tabernaculi structorem, ad aquam contradictionis Dominū offendisse, & idcirco ad terram repositionis non peruenisse: Salomonem quoque post singularem templi mirabilis extructionē, mulierum seductum amore, Domini incurrisse offensam. Vnde & regni eatenus vniti potentia, à semine eius discissa, in aliam tribum perniciosa diuisione diligit, etiam sine materiali compositione semper sibi placere demonstrat, dicens per Michæam Prophetam: *Indicabo tibi o homo quid sit bonum, & quid Dominus querat à te: Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo.* Vnde multos sanctorum & ante vsum templorum sacrorum placuisse Deo. Alios verò, postquam neo per loca diuersa sanctuarium sunt constituta, in desertis & squalentibus locis commorantes, scimus Omnipotentī Dominō solis virtutibus militasse.

De oblationibus veterum. Cap. XV.

Hæc de sacrorum fabricis & vrbibus locorum, nos pro modulo tarditatis & ignauitæ nostræ commemorasse sufficiat. Nunc de sacrificiis & oblationibus, quæ in eis Deo exhibentur, quod ipse dederit, adiungamus. Abel & Cain, primi Domino munera obtulisse leguntur: Ille quidem de naturalibus ouium, quas pascebat, fœtibus: de terrenis iste, quas arte & labore acquisiuit frugibus. Sed dona amborum non vna dignatione suscepta, quia dispari fuerant ratione oblata, testis est diuini censura respectus, & inuidens fraternæ felicitati Cain vsque ad homicidij reatū prolapsa dementia,

Noe quoque post diluuium, de mundis animantibus obtulit Domino in odorem suauitatis. Abraham etiam & Iacob, & patientiæ Iob exemplar, sacrificia & holocausta Domino immolasse leguntur. Iam verò in lege quàm multiplicia sunt oblationum præcepta, ex ipsis libris discendum est. Vbi quadrupedum & volucrum carnes & sanguis, terræ fruges, & fructus arborum, diuersis modis offerri iubentur. Quæ omnia, cum legalium obseruationū vmbra, licet Euangelij veritatem sua præfigurauerint exhibitione: tamen infirmo, & quasi carnem & sanguinem sapienti populo, imposita sunt eatenus obseruanda, donec veniret Dominus legis & Prophetarum, & omnia quæ de se fuerant apertis vel mysticis dictis prænunciata, vel imaginariis victimarum, sacrificiorum, & solennitatum ritibus præsignata, compleret: ita sanè, vt illucescente Euangelij veritate: nec credentes ex Iudæis ab illis obseruandis quasi rebus sacrilegis & prophanis prohiberentur: nec de gentibus ad fidem venientes, ad ea suscipienda, quasi salutari Christianorum necessaria, cogerentur.

De sacrificiis Noui testamenti, & cur mutata sunt per Christum sacrificia. CAP. XVI.

Itaque Christus, qui credentibus finis est legis, Noui testamenti dispensationem subiens, legis statuta vt carnis dispensationem subiens, legis statuta vt pote à Deo non respuit, quin potius in se, vt terminaret, expleuit. Noui verò testamenti, noua mysteria ad instruendum nouum hominem tradidit: Et morte sua vetera perficiens, resurrectione sua, noua firmavit. In cœna siquidem, quam ante traditionem suam vltimam cum discipulis habuit, post Paschæ veteris solennia, corporis & sanguinis sui Sacramenta in panis & vini substantia eisdem discipulis tradidit, & ea in commemorationē sanctissimæ suæ passionis celebrare perdocuit. Nichil ergo congruentius his speciebus, ad significandam capitis atque membrorum vnitatem, potuit inueniri: Quia videlicet, sicut panis de multis granis aquæ coagulo in vnum corpus redigitur, & vinum ex multis acinis exprimitur: sic & corpus Christi, ex multitudine sanctorum coadunata, completur. Vnde consultè à prioribus statutum est, ne vinum in sacrificio sine aquæ admixtione offeratur, vt videlicet per hoc indicetur, populos, qui secundum Ioannem aquæ sunt, à Christo, cuius sanguis in calice est, diuidi non debere. Ergo nec vinum sine aqua, nec aqua sine vino offertur: quia nec Christus aliter, quàm pro populo suo passus est, nec aliter populus, quàm per passionem Christi potest saluari. Quia verò Christus sacerdos esse dicitur secundum ordinem Melchisedech, quod Apostolus Paulus copiosissime astruit, salua multiplicium ratione figurarum, quibus idem sacerdos dei summi, Iesus Christus filius Dei, qui semetipsum patri pro nobis obtulit, pronunciaffe cognoscitur: congruū genus sacrificij Dominus noster, sacerdos verus, in corporis & sanguinis sui mysterium prouidere dignatus est, vt videlicet sicut Melchisedech ante circuncisionem & legis cæremonias, viuens ex fide, panē & vinū legitur obtulisse: ita ipse Dominus, Pontifex factus secundum ordinē, non Aaron, sed Melchisedech, iustus, & iustificas cū, qui ex fide est, post expletionem legis eisdē species sacrificij fidelibus

Legalian: te aduentu Christi figurauerunt.

Noui test. sacrificium in cœna à Christo institutum.

Aquæ admixtio:

Apoc. 17:

Heb. 7:

Gen. 24:

fuis tradidit. Nec dubitemus, nos sine operibus legis, iustificari per fidem: dum illos imitamur libertate fidei & deuotionis, quos sine seruitute legis coactiua, Deo cognoscimus placuisse per fidem. Ergo dum notus esset in Iudæa Deus, dumque in vno tabernaculi vel templi loco sacrificia deberent offerri, præceptum est, vel potius permissum carnalibus, varias & sumptuosas oblationes exhibere, vt seruilis religio grauius defudaret obsequiis. At verò postquam super omnem terram laudabile nomen Domini illuxit, dumque in omnibus locis & gentibus, non speciale, sed generale sacerdotium geritur, tota fidelium vnitate, non in vnum corporaliter locum, sed in vnam spiritaliter fidem concurrente, statutum est fidelibus, oblationes simplices Domino consecrare, quæ & veritatem mysterij continent, & filios adoptionis nulla sumptuositate comprimerent. Non est autem discutendum ratione mortalium, cur hæc vel illa, isto vel illo tempore, quasi diuersa & discrepantia, ille, qui semper idem est, & mutari non potest, statuerit vel iusserit: cum ipsorum conditor & ordinator temporum, quicquid in tempore fit, non temporali sapientia suæ ratione, sed æterna, iuste, conuenienter & vtiliter, quamuis sæpius occulte, disponat. Notandum tamen, quòd nō de maioribus, fortioribus, sanctioribus, vtilioribus, ad minora, infirmiora, viliora, inutiliora genus humanū vocauerit: sed sicut persona filij seruis præmissis, vel Angelis videlicet vel hominibus, naturæ suæ præminet maiestate: sic ipse in carne adueniens, illis maiora instituit, & à carnalibus ad spiritalia, à terrenis ad cœlestia, à temporalibus ad æterna, ab imperfectis ad perfecta, ab vmbra ad corpus, ab imaginibus ad veritatem docuit transeundum.

De virtute sacramentorum, & cur ab eis criminosi suspendantur. CAP. XVII.

Igitur cum ipse filius Dei dicat, Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus: ita intelligendum est, eadem redemptionis nostræ mysteria, & verè esse corpus & sanguinè Domini, vt illius vnitatis perfectæ, quam cum capite nostro, iam spe, postea re, tenebimus, pignora credere debemus. Inde & Sacramenta, à sanctificatione vel secreta virtute, dicuntur. Vnde etiam criminum sceleritate capitalium, à membris Christi deuiantes, ab ipsis sacramentis Ecclesiastico suspenduntur iudicio. Qui enim corpus & sanguinem Domini dignè manducat & bibit, designat se esse in Deo, & Deum in eo: Qui verò medicinam vel non habet, vel ea indignè vitur, longè se à medico esse, languendo testatur. Non enim mentitur qui dicit, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, & reliqua. Sciendū enim à sanctis patribus ob hoc vel maximè constitutum, vt mortaliter peccantes, à Sacramentis Dominicis arceantur, ne indignè ea percipientes, vel maiori reatu inuoluantur, vt Iudas, quem post panem temerè à Magistro susceptum, diabolus dicitur plenus inuasisse: vt crimen quod prius scelerata præmeditatione cœceperat, iam sceleratissimo consummaret effectu. Vel ne (quod Apostolus de Corinthiis dicit) infirmitatē corporis & imbecillitatem, ipsamque mortem præsumptores incurrant.

Graviora & sumptuosiora fuerunt legis sacrificia, quæ nostra.

Non scrutandum curiosè de factis Dei. Psal. 101.

Ad meliora vocati sumus sacrificia.

Ioan. 6. Vnio nostra ad Christum per Sacramenta.

Criminosi non debent communicare.

Ne quis communicet indignè.

Ioan. 13.

1 Cor. 11.

Et vt à cōmunionē suspensū, terrore ei⁹ exclusionis, & quodam condemnationis anathemate compellantur, studiosius penitentia medicamentū appetere, & auidius recuperandæ salutis desiderijs inhiare.

Quid offerendum sit in altari. CAP. XVIII.

Quanuis autem eorundem Sacramentorum, vt sus ab ipso Domino traditus, & ab Apostolis Apoitolicisque viris in totam Ecclesiæ Catholicæ latitudinem sic transmissus: tamen primis temporibus, quosdam alia quædam genera oblationum offerre solitos, intelligimus ex Canonibus, & maxime Apostolorum, in quorum tertio capitulo ita scribitur: Si quis Episcopus aut presbyter, præter ordinationem Domini, alia quædam in sacrificio offerat super altare, id est, aut mel, aut lac, aut pro vino ficeram, confectaque quædam, aut volatilia, aut animalia aliqua, aut legumina, contra constitutionem Domini faciens, congruo tempore deponatur. Et in quarto, Offerri non liceat aliquid ad altare, præter nouas spicas & vuas, & oleum ad luminaria, & thymiana, id est, incensum, tempore quo sancta celebratur oblatio.

Dum ergo quædam prohibentur offerri, ostenditur, ea à quibusdam (licet extraordinariè) oblationibus adhibita. Vnde Eutyechianus 28. sedis Romanæ præsul constituit, fruges super altare tantum fabæ & vuarum benedici. Et hæc idcirco fortasse, quia vino, sanguinis Domini mysterium celebratur: faba verò, abstinentium cibus est: Alias autem diuersarum species rerum statutum est vtiliter benedici à sacerdotibus: vel si ad altare benedicenda quælibet deferantur, speciali benedictione à cōsecratione Dominicorum Sacramentorum omnimodis discernenda: vt sicut pro innumeris legis mandatis, breuiatum Evangelij verbum Dominus fecit super terrâ: ita pro diuersis sacrificiorum ritibus, simplex oblatio panis & vini fidelibus sufficit, qui non in multitudine vmbraarum apparituram quærunt veritatem, sed eam in manifestatione factorum tenent perspicuam. Vnde quorundam simplicium error de Iudaicarum superstitionum feminario natus, & ad nostra vsque tempora quædam vetustatis extendens vestigia, iam ex magna parte sapientium studio compressus est. Et sicubi adhuc perniciosum huius pestis germen reuirescere fuerit comprobatum, mucrone spiritali radicitus est amputandum. Illud dico errorem, quo quidam agni carnes in Pascha, iuxta vel sub altari eas ponentes, benedictione propria cōsecrabant, & in ipsa resurrectionis die, ante cæteros corporales cibos de ipsis carnibus percipiebant. Cuius benedictionis series adhuc à multis habetur. Quod quàm sit superuacuum, & à Sacramentis Christianæ perfectionis abhorrens, facile perspicit, qui veraciter intelligit, quòd *Pascha nostrum immolatus est Christus, & vult epulari non in fermento veteri, sed in azymis sinceritatis & veritatis.*

Non ab aliis quàm à ieiuniis, communicandum. CAP. XIX.

Hoc quoque cōmemorandū videtur, quòd ipsa sacramenta quidam interdū ieiuniis, interdum pransi percipisse leguntur, vt legitur in Canonibus Concilij Africani capitulo octauo, his verbis: Vt Sacramenta altaris non nisi à ieiuniis hominibus celebrentur,

Execr. mutatio medicinalis.

Canones Apostolorum.

Benedictiones rum corporalium.

Esā. 10.

Error de agno Paschali superstitionis.

Olim à nobis ieiuniis cōmunicatio celebrata fuit.

celebrentur, excepto vno die Anniversario, quo cœna Domini celebratur, & reliqua. Isti quidem eodice post prandium communicandum esse censebatur, quia Dominus post legalis Paschæ cœnam, noui testamenti Sacramenta legitur discipulis tradidisse. Alij verò, secta quadam singulari, non semel in anno sicut superiores, sed crebrius ante Sacramentorum perceptionem cibis corporalibus refici debere iudicantes: post prandia & plenitudinem stomachi, quasi confirmatis, sacris rebus necessitate corpora cōmunicabant, vt testatur Socrates in historia sua Ecclesiastica, vbi de diuersis Ecclesiis consuetudinibus faciens mentionē, post multas ieiuniorum & solennitatum varietates, hæc inter cetera ponit: Sed etiam circa celebritatem collectarum, quæ diuersitas inuenitur. Nam dum per Ecclesias in vniuerso terrarum orbe constitutas, die sabbatorum per singulas hebdomadas sacrificia celebrantur, hoc in Alexandria & Roma quidam prisca traditione non faciunt. Ægyptij vero Alexandria vicini, & Thebaidis habitatores, sabbato quidem collectas agunt, sed non sicut moris est, Sacramenta percipiunt. Nā postquam fuerint epulati, & cibis omnibus adimpleti circa vesperam oblatione facta communicant. Et paulò inferius: In Antiochia verò Syriæ, altare non ad Orientem Ecclesiæ, sed magis ad Occidentem habent. De qua re etiam nos quidem superius disseruimus. Et hi quidem, inquit, singulis sabbatis, isti post prandium vel cœnam cōmunicabant: Quæ auctoritate id facere voluerint, non adeò liquet. Illud verò, quòd superiores in Anniversario cœnæ Dominicæ pransi, cōmunicare permitti sunt, ex occasione supra exposita, emeruisse videtur. Sed à sequentibus honesta & rationali deliberatione statutum esse cognoscitur, vt omni tempore à ieiuniis sacrosancta celebrentur mysteria. Non enim idèò prius prandere, & postea cōmunicare debemus, quia Dominus cōpletor legis, author gratiæ, prius legale Pascha perfecit, deinde Sacramenta Euangelica instituit: Sicut nec prius corporaliter cogitur circūcidi, & postmodò baptizari cum sciam⁹ Dominū nostrum factum ex muliere, factum sub lege, primò secundum legis statuta circūcisum, ac deinceps ad expletionē omnis iustitiæ, lauacri salutaris subiisse, nobisque consecrassè primordia.

Ergo à ieiuniis semper celebrari debere eadem Sacramenta, & generalis totius iam comprobatur vsus Ecclesiæ, & dicta Synodi Bracarensis ostendunt. Vbi etiam supra memorata in die cœnæ Dominicæ communicatio, post solum ieiunium, anathematis interpositione abscinditur. Si itaque illo die, post prandium communicare non licet, cui & exemplum Domini, & quorundam assensus suffragari videbatur: multò minus aliis temporibus licet quibus horum neutrum cognoscitur attributum. Hoc autè ita fieri, non solum honestas sobrietatis, per quam receptacula pectorum tantæ sanctitati percipiendi præparati conueniunt, ne si indignè sumatur, in iudiciū transeat medicina: sed etiam ratio necessitatis magna poscebat, quia videlicet prandentes ante cōmunicationem, proficiente (vt adsolet) in peius mala consuetudine, de paruis refectionibus, vsque ad ebrietatis ingluuiem, interdum prolapsos credibile est. Et quid tam absurdum, quàm tunc spirita-

lem atque vitalem percipere victum, cum ex nimicitate ingestorum, nec corporalia alimèta potest trahere? Apostolus autem præcipit dicens: Omnia vestra honestè & secundum ordinem fiant. Quæ moderaciones, quanuis in singulis sanctorum operibus necessariae sint, tamen etiam atque etiam in sanctissimi sanguinis & corporis Domini veneratione debent seruari, vt videlicet honestè, hoc est, humiliter pacem & charitatem in corde tenentes, ieiuni & sobrii, cum munditia corporis & cordis, quantum fieri potest, ipsa sacramenta cōtingamus. Secundum ordinem autem, vt sanctificationem eorum à cibis cæteris, vt pote animæ vitam significantium, longè distare sciamus. Et primò horum consolatorie refectione, deinde corporis sustentacula capiamus. Quòd autè neque ante, neque post cōmunicationem in Ecclesiis sit coniuuandum: & Canones discretè & manifestè loquuntur, & nos superius commemorauimus.

Quòd alij rariis, & crebrius, alij quotidie communicandum dicant.

CAP. XX.

Via verò de ratione Sacramentorum pauca perstrinximus, videtur subnectendum, qualiter ad quotidianam celebrationem eorundem mysteriorum vsus peruenerit. Et quoniam multiplex est eius rei apud doctores relatio, colligamus summam, quæ possumus, ita vt nomina singulorum auctorum propter prolixitatem non ponamus. Nihil verò conemur adstruere, quod non vel ita legimus, vel ex lectione coniectauimus, vel veracium verbis percipimus, vel vsu insinuante cognouimus. Alij, vt ex patrū collationibus discimus, semel in anno communicandum censebant, vt videlicet diurna præparatione corpus & animam purificantes, tandem ad cōmunionem mensæ cœlestis dignè pertingerent. Et quidem horum alij ipsam celebracionem annuam, in die cœnæ Dominicæ faciebant, vt ibi solum Sacramentorum gratia iteraretur illorum, vbi primitus est offensa. Vnde & ipsa die soluebant ieiunium, sicut in festis aditare solemus: & ante meridiem collectas explebant. Quod in canonibus partim ostenditur, & penitus prohibetur. Sed aliis cautiorebus visum est, istos eo indigniores ad annuam suæ obseruationis celebritatem peruenire, quo se putabant longa dilatione defæcatis, quandoque ad sacrorum perceptionem satis dignos accedere: meliusque credebant, quamuis animus indignus sit, crebrius iterari quæ sancta sunt: Quia talis est illa spiritalis medicina, vt & sanos adiuuet ad perseuerantiam sanitatis, & vulneratis subueniat ad redintegrationem virtutis. Et eo dignius percipitur, quo percipientes per humilitatis custodiã substrati nūquam se ad eius perceptionem satis dignos arbitrantur. Qui autem tardiùs secundum iudiciū spiritaliū medicorū ipsi admittuntur medele, idèò ad tempus abstinere debent, ne præpropere incōgrua suis valitudinibus ingerentes medicamina, grauius ægrotent: & quod aliis est reparatio, illis fiat damnatio. Alij omni Dominica vel omni sabbato apud Orientem & Hispanias Missas facientes, commemoracionem passionis Dominicæ omni septimana si facerent, sufficere credebant. Vnde etiam orationem Dominicam, quæ ab ipsis (vt credimus) Apostolis,

Omnia honestè & secundum ordinem fiant in nobis. 1 Cor. 14.

Sup. c. 15.

Communicantur alij semel in anno ex humilitate.

Spiritalis medicina.

Alij omni die Dominica cōmunicant.

Hist. trip. hb. 9. c. 18.

Sup. c. 14.

Rationabile decreta.

vel Apostolorum temporibus, ante communicationem & panis fractionem dicebatur: quidam illo tantum tempore recitanda crediderunt, quo sacrificia celebrabant. Quia panem illum, qui in eadem oratione petitur, substantialem intelligi, non quotidianum voluerunt. Et sic fiebat, ut qui semel per hebdomadam communicabant, semel etiam orationem Dominicam recenserent. Cyprianus autem quotidie dicendam esse ostendit, dicens: Ita que in oratione dominica panem nostrum id est, Christum dari nobis quotidie petimus, ut qui in Christo manemus & vivimus, a sanctificatione & corpore eius non recedamus. Item Hilarius: Et quia quotidiana oratio est, quotidie quoque panis vitæ, ut detur, oratur. S. Augustinus dicit. De quotidianis parvisque peccatis, sine quibus vita hæc non ducitur, quotidiana oratio fidelium, satis facit errori. Superioribus quidem, ita ut prædictum est, complacuit: Aliis vero non solum in Dominicis & festis generalibus, ut sunt Natiuitas, Epiphania, Pascha, Ascensio Domini, & Pentecoste: verum etiam in Natalitiis sanctorum, diuinorum munerum celebranda esse mysteria. Legitur enim Felix 27. Papa constituisse, ut super memorias martyrum, Missæ celebrarentur. Sed B. Greg. Papa in ordine 66. præcepit, super corpus B. Petri Apostoli fieri Missas. His ita obseruatis, cæperunt iuniores tempore sequenti ferias ieiuniorum augere, veraciter intelligentes panem illum quotidianum & quotidie petendum, & quotidie ab illis, quibus competit, offerendum & accipiendum. Quia verò Melchisedech 33. ordine, Romæ præfulatum agens, statuit ut nulla ratione Dominica aut feria ieiunium quis fidelium ageret, Paganis enim his diebus quasi ieiunia frequentabat, idem B. Greg. supra dictus, in dispositione officiorum anni, infra quadragesimam v. feriam vacante dimisit, ut quia festiua erat veluti dominica, etiam officio diei Dominicæ celebris haberetur. Quæ v. feria, quoniam postmodum cepit ut cæteræ ieiuniis applicari, Greg. iunior statuit, eam Missis & orationibus esse solennem, & vndeque colligens, eiusdem diei augmentauit. Cum ergo Hebræi carnales suas oblationes quotidie ex iussione Domini celebrasse legantur, quare non Christiani hostias suas spirituales quotidie offerant, & in monumentum suæ salutis frequentent? Lege etenim B. Greg. (cuius supra fecimus mentionem) testante, Cassiū narnien. Episc. post ordinationem suam, omni die sacræ oblationis hostiam Domino immolasse, & diuina dignatione, ut solitis instaret operibus comonitum, ac magna promissionis gratia, ad perseverantiam confortatum.

Ganadius autem Missilien. presbyter, in dogmate Ecclesiastico, quasi inter veteres & iuniores medius existens, id est cum adhuc alij Dominicis tantum, ita quoque nonnulli quotidianis communicarent diebus huiusmodi libramine sententiam suam temperat, ut quotidianam Eucharistiæ perceptionem nec laudare, nec vituperare se dicat: Omni verò Dominica communicare, si capitalia peccata non prohibebant, & mens in delectatione peccandi posita non sit hortatur. Apud Græcos quoque illi qui duas Dominicas vel tres sine communionem transierint, excommunicari dicuntur. Quia verò venerabilis Papa Syuester 34. à Petro, ferias Clericum habere docuit, ut sicut apud Paganos ferie tantum dies aliquibus festis insigniti

Panis non fieri quotidianus. Quotidiana oratio.

Missæ in sanctorum Natalitiis.

Diutioris officii dispositio à Gregor. facta.

Quotidie celebrare Missam.

Syuester ferias instituit.

dicebantur: (sic enim per Moysen dicitur, Hæ sunt ferie Domini) ita Christianis & maxime clericis, omnes dies in ferias deputentur: videtur ratione plenissimum, ut per singulos dies, sacris occupemur officiiis. Et quantum mentis vel corporis grauiores maculæ non obsistunt, panem & sanguinem Dominicum, quibus sine viuere non possumus iugiter ambiamus, & desiderio illius tuitionis potius, quam præsumptione nostræ puritatis, sumamus imitantes primitiæ Ecclesiæ studium salutare, de quo in Actibus Apostolorum ita scriptum est, Erant autem perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. Et infra: Quotidie quoque perseverantes manum in templo, & frangentes circa domos panem: sumebat cibum cum exultatione, & simplicitate cordis, laudantes Deum. Et iterum, Omni autem die in templo & circa domos non cessabant, docentes & euangelizantes Christum Iesum. Nota quod dicit, prius eos regisse panem, ac deinde sumpsisse cibum.

Utrum semel vel sæpius in die offerre conveniat, & communicare. CAP. XXI.

Diuersitas autem quedam inter sacerdotes oboriri solet: Quia est talis, qui semel tantum in die Missam celebrare velit, nimirum credens, idem mysterium passionis Christi cunctarum necessarium esse generale subsidium: quia unus, qui dominator & iudex est viuorum ac mortuorum, semel pro peccatis nostris mortuus est, ad multorum exhaurienda peccata. Alius verò bis, ter, vel quoties libet, eadem mysteria in die iterare congruum putat, credens tantò amplius Deum ad misericordiam flecti, quantò crebrius passio Christi commemoratur. Et fortasse consuetudinem suam inde confirmadam existimat: quia Romanorum vsus habet, duas vel tres interdum vnus solennitatis facere Missas: ut in Natiuitate Domini saluatoris, & aliorum festis sanctorum. Siquidem Telephorus nonus in ordine Romanæ sedis Episcopus, in Natali Domini noctu tres Missas celebrari constituit. Et reuera non esse absurdum crediderim, si dum plures in vna die faciendæ sunt Missæ, vnus sacerdos duas vel tres necessitate, vel voluntate persuadente, celebrat potius, quam quasdam dimittat. Ad hoc accedit, quod totius vsus Ecclesiæ habet, sæpius Missas agere pro viuis, pro defunctis, pro elemosynis, & aliis diuersis causis, quod etiam officia his attributa testantur. In diebus itaque publica celebritate conspicuis, aut illarum diuersarum rerum necessitates sunt intermittendæ, aut concurrentibus sibi met, publica obseruatione & priuata necessitate, vniuersque expletio tres est discernenda officiiis, vel (quod superius commemorauimus) vna oblatione diuersarum causarum explendæ.

Fidelium relatione virorum in nostram vsque peruenit notitiam, Leonem Papam (sicut ipse fatebatur) vna die vij. vel ix. Missarum solennia sæpius celebrasse: Bonifacium verò Archiepiscopum & Martyrem, semel tantum per diem Missas fecisse: Qui & non longè ante nostra fuerunt tempora, & ambo tam scientia quam gradu præcipui. Itaque vnusquisque in suo sensu abundet, dum fides concordet, ut nec sæpius offerentes, æstiment Deum aliter petitiones non posse discernere: nec semel hostias per diem immolantes,

Leuit 23.

* quando.

Communio quotidiana in primitiua Ecclesia. Act. 2. Ibidem.

Sæpius in die celebrare Missam.

Plures vno die celebrare Missas.

Ex vniuersis quæ supra abegimus.

lantes, putent suæ fidei subtilitatem potius quam A superiorum deuotionem diuinis accepta consecutibus.

De ordine Missæ, & offerendi ratione. CAP. XXII.

Quoniam igitur, qualiter ad celebrationem quotidianam Missarum solennia peruenerint, qualiter unque monstrauiimus, hinc de officio Missæ, quid, quando, & à quibus statutum sit, quantum inuenire potuimus, exponamus. Quod nunc agimus multiplex orationum, lectionum, cantilenarum & consecrationum officio, totum hoc Apostoli, & post ipsos proximi (ut creditur) orationibus & commemoratione passionis Dominicæ, sicut ipse præcepit, agebant simpliciter. Vnde circa domos, secundum superius commemorata testimonia, frangebant panem. Quod etiam alia sententia Lucas declarat, dicens: Vna autem sabbati, cum conuenissemus ad frangendum panem, & reliqua. Et relatio Maiorum est, ita primis temporibus Missas fieri solitas, sicut modò in parafæce Paschæ (in quo die apud Romanos Missæ non aguntur) communicationem facere soleamus, id est, præmissa oratione Dominica, & sicut ipse Dominus noster præcepit, commemoratione passionis eius adhibita eos corpori Dominico communicasse & sanguini, quos ratio peruitebat. Proficiet de hinc religione, amplius aucta sunt à Christi cultoribus officia Missarum, quod vel pax præstita latius terminos propagauit Ecclesiæ, vel sanctorum copia, vsu facta est conualescente frequentior. Quod & in sacrarum ædium constructione vel ornatibus ita prouenisse, iam diximus: non quod aliqui sequentium, Apostolis fuerint scientia vel religiositate maiores: sed quia illi maxime curabatur, ab infidelitate ad fidem, à tenebris homines ad lucem vocare, & in veritate stabiles reddere, ipsa facilitate religionis, melius quod volebant, rudibus persuadere poterunt. Vnde etiam (sicut legitur) credentes primi de gentibus, legalium pondere mandatorum deprimi voluerunt. Multi itaque apud Græcos & Latinos Missæ ordinem, ut sibi visum est, statuerunt. Et Romani quidem vsum obseruationem à beato Petro principe Apostolorum accipientes, suis quique temporibus, quæ congrua iudicata sunt, addiderunt. Quorum morem idem in sacris rebus tam multæ gentes imitantur, quia & tanti magisterij ex apice Apostolico primordiis clarent, & nulla per orbem Ecclesia æquè ut Romana, ab omni hærese non cunctis retrò temporibus pura permansit. Ambrosius quoque Mediolanensis Episcopus, tam Missæ quam cæterorum dispositionem officiorum, suæ Ecclesiæ & aliis Liguribus ordinauit. Quæ & vsque hodie in Mediolanensi tenentur Ecclesia. Igitur ordinem Missæ Romanæ, ut possumus, exequamur. Antiphonas ad Introitum dicere, Cælestinus Papa 45. instituit, sicut legitur in gestis Pontificum Romanorum, cum ad eius vsque tempora, ante sacrificium lectio vna Apostoli tantum & Euangelium legeretur. Litaniam autem quæ sequuntur, id est, Kyrie eleison & Christe eleison, à Græcorum vsu sumptæ creduntur, quia & Græca sunt verba, & ea ipsi Græci sæpius in suis iterant Missis. Hymnum autem Anglicum, in quo paucis verbis, quæ-

dam ab Angelis circa Natiuitatem Dominicam, in laudem Dei sunt prolata, sequentes sancti patres ad communem sanctæ & indiuiduæ Trinitatis laudationem, dulcissimas & congruentissimas dictiones addiderunt: ut sicut eius principium à celestibus est ordinatum ministris, ita etiam tota eius series diuinis esset plena mysteriis. Illum, inquam, hymnum ante sacrificium dici, Telephorus 9. Romanorum præful constituit, ut ad tantæ sanctitatis celebrationem, congregatorum animi Angelicæ modulationis dulcedine mulcerentur. Sed in hoc loco queri potest. Si idem hymnus huius Papæ temporibus ante sacrificium cepit dici: cur logo tempore post sub Cælestino legatur, tantum ante sacrificium lectionem Apostoli & Euangelium præcessisse, ut ille necessario de Psalmis David antiphonas, quæ ante ipsas lectiones cantarentur, præposuisse videatur? Vbi respondendum est, vel constitutum quidem fuisse à Telephoro, ut idem hymnus in capite Missæ diceretur, sed apud posteros ipsam eius constitutionem intermissam, donec à sequentibus plenus totus ordo Missæ componeretur: vel ita statutum ab eo, ut ipse hymnus in summis festiuitatibus & à solis Episcopis vsurparetur, quod etiam in capite libri Sacramentorum designatum videtur, & idem scriptum est, vsque ad tempora Cælestini ante sacrificium lectiones tantum habitas: ut subintellegatur, quamuis ille hymnus interdum ante missas diceretur, ut prædiximus, non fuisse tamen, quod iugiter in omnibus Missis ab omnibus sacerdotibus ante lectiones poneretur, antequam idem Cælestinus antiphonas ad Introitum dicendas instituit. Vel ita potuit euenire, ut idem Cælestinus, Sæctus, sanctus, sanctus Dominus Deus; & reliquos ante sacrificium docuerit dicere, quod nihilominus hymnus Angelicus dici potest, quia principium eius Iaias Propheta Seraphim pronunciauit commemorat: sed ab imperitis quibuslibet in eodem loco, ubi Telephorus dicitur hymnum Anglicum ante sacrificium posuisse, additum sit, Gloria in excelsis Deo, putantibus nullum alium intelligi hymnum Anglicum, nisi quem Angeli nato Domino cecinerunt. Quæ verba, id est, Gloria in excelsis Deo, si non essent posita in capitulo Telephori, non nasceretur quæstio superscripta, & intelligeretur hymnus Anglicus ille, qui ante actionem cantatur.

Huic assertioni videtur illud suffragari, quod legitur, Symmachum 53. Romanorum præfulem constituisse, ut omni Dominica, vel Natalitiis sanctorum, Gloria in excelsis Deo, diceretur. Aut enim (sicut prædiximus) illum hymnum Telephorus non apposuit, aut si fecit, statutum illius longo tempore imperfectum remansit. Orationes, quas Collectas dicimus, quia necessarias earum petitiones cõpendiosa breuitate colligimus, id est, concludimus, diuersi authores, utcunque videbatur congruè, confecerunt. Solebant enim non solum inter officia Missæ, verum etiam in aliis orationibus conuenientibus, & colloquutionibus, quo cæteris aderant eminentiores, breui oratione opus concludere. Quod & in sanctorum Patrum exemplis agnoscimus, dum alij alios honorificentiam causa, orationes colligere postulabant. Et venerabilis Doctor Augustinus, in quibusdam sermonibus suis ad populum, ita ter-

Quid sit Missa tempore Apostolorum.

Act. 20.

Aucta cum tempore Missarum officia.

Act. 17.

Romani à Petro receperunt ordinem Missæ.

aliis legitur. Introitus Missæ à Cælestino.

Alius hymnus Angelicus. Ela. 6.

Gloria in excelsis, à Symmacho.

Collectæ à diuersis.

Diuersitas
Collectarum

minauit locutionem vt diceret extremò , Con-
uerſi ad Dominum. Vbi intelligitur, oratione ſub-
iuncta, communem petitionem ad Dominum di-
rexiffè: Sicut etiam nunc ſolent ſacerdotes in con-
cluſionibus nocturnæ vel diurnæ ſynaxeos, oratio-
nes breues, id eſt, Collectas ſubiungere. Sunt enim
tales, vt non alibi, quàm circa ſacrificij celebra-
tionem, ſunt dicendæ. Sunt verò aliæ, quibus & in offi-
cio miſſæ, & non minus in alijs locis poſſumus vti.
Crefcente autem (ſicut prædiximus) religionis cul-
tu diuinæ, creſcebat etiam paulatim orationicæ &
officiorum Eccleſiæ compoſitio, multis & ex ſum-
ma ſcientia, & ex mediocri, & ex minima addenti-
bus, quæ congrua rebus explicandis videbantur.
Ideoque credimus Cõcilijs, Carthaginenſi & Mi-
leuitano ſtatutũ, vt preces & orationes à quibuſlibet
compoſitæ, niſi probatæ fuiſſent in Concilio,
non dicerentur. Nam & Gelafius Papa in ordine 51.
ita tam à ſe, quam ab alijs compoſitas preces, dicitur
ordinariſſe, & Gaſſiarum Eccleſiæ ſuis orationi-
bus utebantur, quæ & adhuc à multis habentur. Et
quia tam incertis authoribus multa videbantur in-
certa, & ſenſus integritatem non habentia, curauit
beatus Gregorius rationabilia quæque coadunare,
& ſeculiſ his, quæ vel nimia vel inconcinna vide-
bantur, compoſuit librum, qui dicitur Sacramen-
torum, ſicut ex titulo eius maniſteſſimè declara-
tur. In quo ſi aliqua inueniuntur ad hunc ſenſum
claudicantiæ, non ab illo incerta, ſed ab alijs minus
diligentibus poſtea credenda ſunt ſuperaddita. Le-
ctiones Apoſtolicas vel Euangelicas quis ante ce-
lebrationem ſacrificij primum ſtatuerit, non ad eò
certum eſt. Creditur tamen à primis ſucceſſoribus
Apoſtolorum eandem diſpenſationem factam, ea
præcipuè cauſa, quia in Euangelij eadem ſacrificia
celebrari iubetur: & in Apoſtolo, qualiter celebra-
ri debeant, docetur: Et vt ante ſanctiſſimæ actionis
myſterium, ex Euangelio ſalutis & fidei ſuæ reco-
gnofcerent fundamentum: & ex Apoſtolo, eiufdem
fidei & morum Deo placentium caperent in-
ſtrumentum. Antepoſitur autem in ordine, quòd
inferius eſt dignitate, vt ex minoribus animus au-
dientium ad maiora ſentienda proficiat, & grada-
tim ab imis ad ſumma conſcendat. Statuit autem
Anaſtaſius 41. Papa, vt quotieſcũque ſanctum Euā-
gelium recitaretur, ſacerdotes non recti, ſed curui
ſtatent, vt videlicet humilitatem, quæ à Domino
docetur, etiam corpore demonſtrarent. Videtur
autem, non alias lectiones ante Euangelium fuiſſe
tunc poſitas, niſi tantum Apoſtoli Pauli, quas ſolum
nominauit, qui geſta Pontificum ſcripſit, cum An-
tiphonarum mentionem ſubiunxit.

Epiftola &
Euangelij
cur legun-
tur.

Id eſt Ca-
nonis.

Paulatim
aucta offi-
cia.

Quod antè non fiebat, niſi tantum Epiftola beati
Pauli Apoſtoli legebatur, & ſanctum Euangelij.
Quod etiã ſanctus Damafus Papa ad Hieronymũ
ſcribès, penè eiſdem verbis oftendit. Et fortaiſſe im-
primis folijs Pauli lectiones eo loco legebantur.
Poſtea autem omnibus latius augmentatis, aliæ le-
ctiones, non tantum de nouo, verum etiam de veteri
(prout feſtorum ratio poſcebat) intermixtæ ſunt
teſtamento. Nec mirum videri debet, quod paulati-
m aucta narratur officia, dum adhuc multa in rebus
neceſſarijs deſuiſſent: Cum videamus vſque
hodie, & lectiones & collectas, & diuerſas laudum

A ſpecies, iam penè abundantibus omnibus, ſuperad-
di, vt & in hoc illud Propheticum, videatur imple-
ri: *Pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia.* Sed vi-
dendum eſt (ſicut beatus Auguſtinus ait) vt ea can-
tantur, quæ ſcripta ſunt vt cantentur.

Dan. 11.

Graduale
& alleluia.

Reſponſoria & alleluia, quæ ante Euangelium
cantantur, deinde adiuncta videntur, poſtquam An-
tiphona ad ingreſſum dici expirant, quæ & vi-
dentur prohibita Canonibus Hiſpanorum, qui lō-
go poſt tempore ſunt conſtituti. In illis enim iube-
tur, ne aliquis hymnus, inter lectionem Apoſtolicã
& Euangelium, in ordine Miſſæ ponatur. Ex quo
intelligitur, id aliquos tentariſſe tunc temporis, ſed
propter nouitatem rei, ſtudium eorum nondũ fuiſſe
à quibuſdam receptum. Quod tamen poſtea vſu
Romano commendatum, ad omnes Latinorum
peruenit Eccleſias. Symbolum quoque fidei Catho-
licæ, rectè in Miſſarum ſoleniſſis poſt Euange-
lium recenſetur, vt per ſanctum Euangelium corde
credatur ad iuſtitiam, Per ſymbolum autem, ore
confeſſio fiat ad ſalutem. Et notandum, Græcos
illud ſymbolum, quod nos ad imitationem eorum
intra Miſſas adſumimus, potius quàm alia, in Can-
tilenæ dulcedinem idè tranſtuliffè, quia Conſtan-
tinopolitani Concilij proprium eſt, & fortaiſſe
aptius videbatur modulis honorum, quàm Nice-
num, quod tempore prius eſt. Et vt contra hæreti-
corum venena, in ipſis etiam Sacramentorum cele-
brationibus, medicamenta apud regiæ ſuæ vrbiſe-
dem confeſta, fidelium deuotione replicaret. Ab ipſis
ergo ad Romanos ille vſus creditur perueniſſe. Sed
apud Gallos & Germanos, poſt deiectionem Feli-
cis hæretici, ſub glorioſiſſimo Carolo Francorum
Reſtore, damnati, idem ſymbolum latius & cre-
brius in Miſſarum cepit officijs iterari. Concilio
quoque Toletano ſtatutum eſt, omni Dominica
idem ſymbolum, ſecundum morem Orientalium
Eccleſiarũ recitari: vt priuſquam dominica dicatur
oratio, fides vera maniſteſta teſtimonium habeat,
& ad corpus Chriſti ac ſanguinem prælibandum,
pectora populorum purificata accedant. In eiufdem
loci Concilio ſtatutum eſt, vt etiam hymnus Trium
puerorum, ad Miſſam omni Dominica in pulpito
cantaretur. Quod Romani, propter multiplicita-
tem officiorum, non faciunt, niſi quatuor per an-
num diebus, quibus lectionũ XII. numerus adim-
pletur. Offertorium, quod inter offerendum can-
tatur, quamuis à prioris populi conſuetudine in vſum
Chriſtianorum veniſſe dicatur: tamẽ quis ſpeciali-
ter addiderit officijs noſtris, apertè non legimus, ſi-
cut & de antiphona, quæ ad cõmunionem dicitur,
poſſumus fateri: cum verè credamus, priſcis tempo-
ribus patres ſanctos ſilentio obtuliſſe vel commu-
nicaffe, quod etiã hætenus in Sabbato ſancto Pa-
ſche obſeruamus. Sed ſicut ſupradictum eſt, diuer-
ſis modis & partibus per tempora decus proceſſit
Eccleſiæ, & vſque in finem augeri non deſinet. Tra-
ditur denique, beatus Gregorium, ſicut ordinatio-
nem Miſſarum & Conſecrationum, ita etiam can-
tilenæ diſciplinã, maxima ex parte in eam quæ hæ-
tenus, quaſi decentiſſima obſeruatur, diſpoſitio-
nem perduxiffè, ſicut & in capite antiphonarij cõ-
memoratur. Sciendum autem, quosdam inordina-
tè offerre, qui attendentes numerum oblationum

Hymnus
Trium pue-
rorum.

Offertoriũ
& antipho-
na Com-
munionis.

Cæſus Gre-
gorianus.

potius,

Vna obla-
tio Miſſæ
pro multis
ſeri potèſt.

Offerre ſin-
gulatim
pro ſingulis
quo modo
licet.

Actio ſeu
Canõ Miſ-
ſæ.

Antiquitas
ſacti Ca-
nonis.

potius, quàm virtutem Sacramentorum, ſapè in il-
lis tranſeunter offerunt Miſſis, ad quas perſiſtere nõ-
lunt. Rationabiliſ ſiquidẽ eſt ibi offerre, vbi velis
perſiſtere, vt qui munus Domino obtuliſti, offeras
pariter pro eodem munere ſuſcipiendo poſtulationem
deuotam. Nõ enim fruſtrã in actione dicitur.
Qui tibi offerunt: non dicit. Qui obtulerunt, vt in-
telligamus eos perſiſtere debere in offerendo, donec
oblata ad hoc perueniant, ad quod oblata ſunt. Sed
& in hoc error nõ modicus videtur, quod, quidam
ſe non poſſe aliter plenam commemorationem eor-
um facere, pro quibus offerunt, niſi ſingulas obla-
tiones, pro ſingulis offerant, vel pro viujs & defun-
ctis non ſimul eſtimum immolandũ, cum verè ſciã-
mus, vnum pro omnibus mortuũ, & vnum panem
eſſe & ſanguinem, quem vniuerſalis Eccleſia offert.
Quod ſi cui placet, pro ſingulis ſingulatim offerre:
pro ſolijs deuotionis amplitudine, & orationum
augendarum delectatione id faciat, non autem pro
ſtulta opinione, qua putet vnum Dei Sacramen-
tum, non eſſe generale medicamentum. Quodam-
modò enim in fide imperfectus eſt, qui putat Do-
minum non diſcernere, quando vna petitione pro
multis rogatur, quid cui ſit neceſſe: vel faſtidire
eum eſtimat, cum eadem oblatio nunc pro vno,
nunc pro alio exhibetur. Præſationem actionis,
qua populi affectus ad gratiarum actiones incita-
tur, ac deinde humanæ vocis ſupplicatio, cæle-
ſtium virtutum laudibus admitti depoſcitur, vel
ipſam actionem, qua conficitur ſacroſanctum cor-
poris & ſanguinis Domini myſterium (quam quo-
que Romani Canonem, vt in Pontificalibus ſepius
inuenitur, appellant) quis primus ordinauerit, no-
bis ignotum eſt: Auſtam tamen fuiſſe, non ſemel,
ſed læpius, ex partibus additis intelligimus: quia
& præſatio in quibuſdam feſtis aliter, quam die-
bus quotidianis dicitur: Et interdum non ipſa mu-
tatur, ſed inferuntur in medio ſpeciales quarundam
rerum commemorationes. Actio verò ſiue Canon
ex eo cognofcitur maximè per partes compoſitus,
quòd nomina ſanctorum, quorum ibi cõmunio
& ſocietas flagitur, duobus in locis poſita repe-
riuntur. Non enim verum eſt, quod quidam dicunt,
Ideo duos ordines nominum ibi factos, quia poſte-
rius poſiti nondum coronati fuiſſent, cum priores
in illo Canone ponerentur, cum ſciamus Ioannem
Baptiſtam, ipſis Apoſtoliſ non tantum parem tem-
pore, verum & priorem: Stephanum verò parem, &
vtrunque ante Apoſtolos coronatum: Cæteros
quoque, qui in ſequenti ordine numerantur, eiſdem
fuiſſe temporibus, quibus fuerunt, qui prius ſunt
poſiti. Vnde conſtat, ſequentes Eccleſiæ Doctores,
antiquis Patrum ſtatutis, quæ congrua viſa ſunt, ad-
diſiſſe: vt ſicut religioſorum aucta eſt multitudo,
ita & religionis creſcerent inſtituta. Primam verò
partem Canonis prædicti, ex eo vel maximè anti-
quam eſſe cognofcimus, quia in eo ordo Apoſtolo-
rũ non ita eſt poſitus, ſicut in emendatioribus Euā-
gelij inuenitur. Quod idè fortaiſſe euenit, quia
pars illa prius compoſita eſt, quàm Euangelia ad eã
veritatem, quæ nunc habetur apud Latinos, corri-
gerentur. In prioribus enim editionibus (vt Hiero-
nymus teſtis eſt) non ſolum Euangelistarum muta-
tus eſt ordo, ſed etiam verborum & ſententiarum

Tom. 6.

erat confula cõmixtio. Alexander, ſeptimus Papa in
numero, miſcuit paſſionem Domini in preceatione
ſacerdotum, quando Miſſæ celebratur. Quod cum
ita de eo in Pontificalibus ſcriptum ſit, dubium vi-
detur, vtrum ille eam tantum partem actionis, qua
paſſio Domini commemoratur, ordinauerit, vel
totam à capite vſque ad ipſum locum. Sed huic ſe-
cundæ æſtimationi videtur contrarium, quod in ea
parte ſancti nominantur, qui & ante illum, & qui
poſt illius tempora longè fuerunt: niſi dicamus, ab
illo eos tantum, qui ante illum fuerunt, commemo-
ratos: Cæterorum verò nomina, ſuis quæque tem-
poribus, ab alijs ſuperimmiſſa. Vnde & ipſius nomẽ
Alexandri, in ſequenti ordine reperitur: Gregorius
verò (de quo ſuperius ſæpius fecimus mentionem)
augmentauit in preceatione Canonis, Dieſque no-
ſtros in tua pace diſponas: Vbi quidam volũt intel-
ligi, totam ab eo loco Canonis conſequentiam, vſ-
que in finem, per illum fuiſſe compoſitam. Cui ſen-
ſui repugnare videtur, quòd paſſio Domini, quam
Alexander eidem preceationi inferuit, poſt hos ver-
ſus habetur. Vnde nonnulli credunt, non amplius
Gregorium, quàm illas tres petitiones, id eſt, pro
pace temporum, & ereptione ab æternis ſupplicijs,
& confortio ſanctorum obtinèdo, prioribus ſuper-
addidiſſe ſtatutis. Leo quoque, 47. loco apud Ro-
manos Pontificatũ agens, conſtituit, vt intra actio-
nem ſacrificij diceretur, ſanctum ſacrificium & re-
liqua. De hoc etiam queri potèſt, vtrum ab eo loco,
quæ ſequuntur addiderit, vel ipſa tantum verba, id
eſt, ſanctum ſacrificium, immaculatam hoſtiam, eo
loco intermiſcuerit. Quod quia maniſteſte non legi-
mus, nolimus diſſimulare. Ex hoc tamen apparet,
Gregorium, qui longè poſt Leonem fuit, non totum
Canonẽ, ab eo loco quo ſua inferuit, vſque in
finem compoſuiſſe. Gregorius deinde III. eiſdem
nominis Papa, faciens Oratorium in Baſilica beati
Petri, in honorem omnium Sanctorum, & quoti-
diana ibidem officia, ac Miſſas in eorum veneratio-
nem conſtituens celebrari, pariter inſtituit in Ca-
none, à ſacerdote dicendum: Quorum ſolenitas
hodie in conſpectu tuæ maiestatis celebratur, Do-
mine Deus noſter, toto in orbe terrarũ: quod quia
ſpecialiter ad illam pertinet celebritatem, non eſt
Canonis, qui generaliter dicitur, adnotatum. Actio
dicitur ipſe Canon, quia in eo Sacramenta confi-
ciuntur Dominica: Canon verò eadem actio nõ-
minatur, quia in ea eſt legitima & regularis Sacra-
mentorum confeſſio. Sequitur oratio Dominica,
cum appoſitionibus congruis. Vna enim præcedes,
eam fiduciam prædicat, qua Dominum creatorem,
parrem dicere præſumamus: altera ſubſequentis ex-
plicat, quo modo, & à quibus malis, per Dominum
nos liberari petamus. Quæ oratio Dominica, quia
priuſquam cætera, in conſecratione ſacrificiorum
aſſumpta eſt, in expletione eiſdem ſacratiffimæ
actionis dignè ponitur: vt per hanc purificati qui
communicaturi ſunt, quæ ſanctè confeſta ſunt, di-
gnè ad ſalutem veram percipiant.

Pacem ante cõmunionem dari, Innocentius Pa-
pa decretis ſuis inſtituit: ſcilicet, vt quod in oratio-
ne ſancta ſub ſponſione remiſſionis præmittimus,
pccatos nos ipſo opere demonſtrems. Agnus Dei
in conſractione corporis Domini, à Clero & popu-
G g ij

Additio
Alexandri
Pape pri-
mi.

Additio
Gregorij.

Additio
Leonis I.

Additio
Greg. III.

Oratio Do-
minica in
Canonis.

Agnus Dei

lo decantari Sergius LXXXVI. Romanorum An-
 tistes constituit, vt dum pręparatur ad dispenſandũ
 corpus Dominicum, rogent accepturi, quatenus il-
 le, qui pro eis oblatuſ eſt innocens, faciat eos ſalu-
 briter pignora ſalutis eterne percipere. Porro quod
 Canones præcipiunt, eum ad pacem non accedere,
 qui non communicat, quidã ſic intelligunt: Quod
 non debeat pacem accipere quis in aliis Miſſis, niſi
 in quibus communicat. Alij verò volunt, illum tã-
 rum à pace prohiberi, qui iudicio ſacerdotali à cõ-
 munionẽ ſuſpenſuſ eſt. Illum autem, qui quadam
 ratione illo tempore differt communionem, cum
 tãmen non ſit extra communionem, non debere à
 pacis gratia ſeparari, ne humilitas eius, grauiorum
 criminum ſuſpitione noſetur. Et quia de commu-
 nicandi varietate quædam præmiſimus, hoc addẽ-
 dum videtur: Eſſe quosdam, qui ſemel in die com-
 municare, etiam ſi pluribus interfuerint Miſſis,
 pro dignitate Sacramentorum ſufficere credant:
 Eſſe verò alios, qui ſicut in vna, ſic in omnib. qui-
 bus affuerint Miſſis, in die communicare velint.
 Quorum neutros culpandos exiſtimo, quia ſicut
 Auguſtinuſ ait de hiſ, qui quotidie communicant,
 & illis qui rariuſ. Iſtoſ reuerẽtia ſanctarum retrahit
 rerum, illoſ verò amor ſalubrium inuitat Sacramẽ-
 torum. Nam & ipſe ſacerdoſ, quoties in die Miſſas
 facit, communicare non omittit. Quod ſi non faciat,
 Canonico eſt feriendus iudicio. Et hoc nõ eſt
 mirũ, ita de ſacerdote intelligi, cum Conciliis, Cæ-
 ſarauguſtano & Toletano, cõmuniter ſit ſtatutum
 de omnibus, vt qui acceperit Euchariftiam, & non
 ſumpſerit, quaſi ſacrileguſ repellatur. Eſt autem legi-
 titimum tempuſ communicandi, ante vltimam
 orationem, quæ dicitur ad complendum: quia eius
 petitio maximè pro eis eſt, qui communicant. Vn-
 de etiam eorum, qui per ſingulaſ Miſſas communi-
 care volunt, accendi videtur voluntas. Quia per
 totam Miſſam pro eis quàm maximè, & quaſi nomi-
 natim oratur, qui tibi offerunt, atque communi-
 cant. Poſſumus autem & debemus (vt eadem ſancta
 Miſſarum celebratio, non paucis, ſed multis pro-
 deſſe credatur) dicere: ceteroſ in fide & in deuotio-
 ne offerentium & communicantium perſiſtentes
 eiufdem oblationis & cõmunionis dici & eſſe par-
 ticipes. Quamuis autem, cum ſoli ſacerdoſeſ miſſas
 celebrant, intelligi poſſit, illoſ eiufdem actionis eſſe
 cooperatoſ, pro quibus tunc ipſa celebrantur of-
 ficia, & quorum perſonam in quibuſdam Reſpon-
 ſionibus ſacerdoſ exequitur: Tamen fatendum eſt,
 illam eſſe legitimam Miſſam, cui interſunt ſacer-
 doſ, reſpondens, offerens, atque communicans, ſi-
 cut ipſa compoſitio precum, euidenti ratione de-
 monſtrat. Statutum eſt autem Aurelianenſi Con-
 cilio, vt populuſ ante benedictionem ſacerdotis
 non egrediatur de Miſſa. Quæ benedictio intelli-
 gitur illa vltima ſacerdotis oratio.

De tempore Miſſæ. C A P. XXIII.

Tempuſ autem Miſſæ faciendæ, ſecũdum ratio-
 nem ſolenitatũ, diuerſum eſt. Interdum enim
 ante Meridiem, interdum circa nonam: aliquando
 ad veſperam, interdum noctu celebratur. Nam Te-
 leſphoruſ Papa conſtituit, vt nullo tẽpore ante ho-

ra tertie curſum, vlluſ præſumeret Miſſam celebra-
 re: qua hora Dominuſ noſter, ſecũdũ Marci Euã-
 gelium, crucifixuſ aſſeritur. Inter hæc notandum,
 neque ieiunandum in Dominicis & feſtiſ maiorib.
 ubi non cogit neceſſitas, ſicut & Canoneſ oſtẽ-
 dunt: nec in diebus ieiuniorum, vel vnquam poſt
 meridiem, hymnum Angelicum, id eſt, Gloria in
 exceliſ Deo, vel Alleluia, dicendum, niſi in duo-
 bus Sabbatiſ Paſchæ & Pentecoſteſ, quæ ſpeciali-
 bus myſteriis adornantur.

De vaſis & veſtibus ſacriſ. C A P. XXIII.

Vaſa quoque, quibus præcipuè noſtra Sacra-
 menta imponuntur & conſecrantur. Caliceſ
 ſunt & Patenæ. Calix dicitur, à Græco nomine κ-
 λικ-ũ. Patena à patẽdo, quod patula ſit. Ampulla, qua-
 ſi parum ampla. Zepherinuſ Ro. Pontifex 16. paten-
 niſ vitreis Miſſas celebrare conſtituit, Tum deinde
 Vrbanuſ 18. Papa, omnia miniſteria ſacrata, fecit
 argentea, & patenas. 25. In hoc ſicut & in reliquiſ
 cultib. magiſ & magiſ per incrementa temporũ
 decuſ ſuccevit Eccleſiæ. Bonifaciuſ martyr & Epi-
 ſcopuſ interrogatuſ, ſi liceret in vaſiſ ligneiſ Sacra-
 menta conſecrare, reſpondit: Quondam ſacerdoſeſ
 aurei, ligneiſ calicib. utebantur: Nunc econtrã,
 ligneiſ ſacerdoſeſ aureiſ vtũtur calicib. Sylueſter
 Papa conſtituit, Sacrificiuſ altariſ non in ſerico,
 non in panno tincto celebrari, niſi tantum lineo è
 terra procreato: ſicut corpus Domini Ieſu Chriſti
 in ſindone munda ſepultum eſt. Veſteſ etiam ſacer-
 dotaleſ per incrementa ad eum, qui nunc habetur,
 auctũ ſunt ornatuſ. Nam primis temporib. com-
 muniſ indumẽto veſtiti, Miſſas agebant, ſicut & ha-
 ctenuſ quidam Orientaliuſ facere perhibentur.
 Stephanuſ autem 24. conſtituit, ſacerdoſeſ & Le-
 uitaſ veſtibuſ ſacraſiſ in vſũ quotidiano nõ vti, niſi
 in Eccleſia tantum. Et Sylueſter ordinauit, vt Dia-
 conoſ Dalmaticis in Eccleſia vterẽtur, & pallio lino-
 ſtimo eorum læua tegetur. Et primò quidem ſacer-
 doſeſ Dalmaticis ante Caſularum vſum induc-
 bantur: poſtea verò cum Caſuliſ vti cõpiſſent, Dal-
 maticas Diaconibuſ conceſſerunt. Ipſoſ tamen
 Pontificeſ eiſ vti debere, ex eo claruſ eſt, quod
 Gregoriuſ vel alij Romanorum præfulẽſ, aliis Epi-
 ſcopiſ earum vſum permiſerunt, aliis interdixerũt.
 Vbi intelligitur non omnibuſ tunc fuiſſe conceſ-
 ſum, quod nunc penè omneſ Epiſcopi, & nonnulli
 præbyteroſ ſibi licere exiſtimant, id eſt, vt ſub
 Caſula, Dalmatica veſtiantur.

Statutum eſt autem Concilio Bracarenſi, Ne ſacer-
 doſ ſine orario celebret Miſſam. Addiderunt in
 veſtibuſ ſacriſ alij alia: vel ad imitationem eorum,
 quibuſ veterẽſ utebantur ſacerdoſeſ, vel ad myſti-
 cæ ſignificationis expreſſionem. Quid enim ſingula
 deſignẽt, quibuſ vtimur nunc, à prioribuſ noſtriſ
 fatiſ expoſitum eſt. Numero autem ſuo antiquiſ
 reſponderent.

Quia ſicut ibi tunica, ſuperhumeraliſ linea, ſuper-
 humerale, rationale, balteuſ, feminalia, tiara & lâ-
 mina, ſic hic Dalmatica, alba, mappula, orarium,
 cinguluſ, ſandalia, caſula & palliuſ. Vnde ſicut
 illorum extremo ſoli Pontificeſ, ſic horum vltimo
 ſummi tantum paſtoſeſ vtuntur.

De horiſ

De horiſ Canoniciſ & genuum flexione. De Hymniſ item
& Antiphoniſ, & incrementiſ eorum.
C A P. XXV.

Præmiſſiſ hiſ, quæ de ordine Miſſæ videbantur
 dicẽda de Canoniarum ſtatutiſ horarum, quæ
 Dominuſ dederit, adiungamus. Sciẽdum eſt, mul-
 tra poſt reuelationem Euangelij tempora tranſiſſe,
 antequàm ita ordinarentur quarundam per diem
 & noctem horarum ſolenνια, ſicuti nunc habentur.
 In veteri autem Teſtamento legituſ, quaſdam
 certaſ orationiſ horaſ, vt tempuſ matutini & veſperini
 ſacrificij. Et quod Daniel legitur ter in die genu in
 oratione flexiſſe, non abſque ratione feciſſe cre-
 dendum eſt.

In nouo quoque, non tantum orandi, ſed etiam
 genua flexendi, copioſa repertiũtur exempla. Nam
 Dominuſ Ieſuſ Chriſtuſ ante paſſionem ſuam, pro-
 cidens in faciem ſuam, adorauit patrem. Et Stephanuſ,
 poſtiſ genibuſ, pro lapidantibuſ exorauit. De Bartho-
 lomæo etiam legitur Apoſtolo, quod centiſ in die,
 centiſ in nocte flexerit genua. Quamuiſ autem
 geniculatiõnem morem tota ſeruet Eccleſia tamen
 præcipuè huic operi Scorotum inſiſtit Natio: quo-
 rum multi pluribuſ, multi paucioribuſ, ſed tamen
 certis vicibuſ & dinumeratiſ, per diem vel noctem
 genuſ flexentes, non ſolum pro peccatiſ deplorandiſ,
 ſed etiam pro quotidiana deuotioniſ exple-
 tione, ſtuduſ illud frequentare videntur. Quibuſ
 autem horiſ vel temporibuſ inter publica officia
 ſine genuum flexione orandum ſit, Canoneſ lo-
 quuntur, id eſt, in Dominicis & feſtiſ maioribuſ,
 & Quinquageſima, iuxta quos Canoneſ, publicè
 pœnitenteſ, ſemper genua flexere debent. Horæ
 igitur Canonice, quamuiſ omneſ rationaliſ autho-
 ritate celebrentur, & nihil in eiſ obſeruetur, quod
 non exempla vel dicta ſanctorum patrum confir-
 ment, tamen quædam maniſteſioribuſ ſunt dedi-
 cata documenta, vt ipſum Dominum noſtrum,

in oratione legituſ permoſtaſſe: Paulum quoque & Si-
 lam noctiſ medio oralle in carcere, terræ motuſ oſten-
 dit. Circa tertiam in Apoſtoloſ oranteſ Spirituſ ſan-
 ctuſ deſcendit. Hora ſexta Petruſ aſcendit in cenaculuſ,
 vt oraret: itemque cum Ioanne in templum ad ho-
 ram orationiſ nonam, in qua etiam oranti Cornelio
 Angeluſ apparuit, Teſtiſ enim etiam Philo, Pri-
 mitiuſ apud Alexandrinuſ Eccleſiam inter alia
 bona, hymnoſ ante Gallicantuſ lucanoſ celebraſ-
 ſe. Ex hiſ itaque & ſimilibuſ intelligimuſ, apud
 multoſ Horaſ, quæ & nunc celeberrimæ ſunt, ob-
 ſeruatæ: ſed non ea diſtributione. Pſalmorum vel
 orationum, qua nunc vtimur. Quam & circa tem-
 pora Theodoſij ſenioriſ inchoatam, ac deinceps
 expletam multiſ animaduertiſ cauſiſ. Ambro-
 ſiuſ enim Mediolanenſiſ (vt in libriſ confeſſionum
 ſuarum, beatuſ Auguſtinuſ teſtaſtur) hymnoſ diui-
 næ laudationiſ populo componenſ, perſecutio-
 nem Iuſtinæ Auguſtæ, rerum nouitate leniuit. Quo
 in tempore (ſicut etiam in vita ipſiuſ Ambroſij ſcri-
 bitur) Antiphonæ, Hymni, & Vigiliæ, in Eccleſia
 Mediolanenſi celebrari cõperunt. Hylariuſ quo-
 que Piſtauiceniſ hymnoſ compoſuit. Et de Gelafio
 Papa ſcribitur, quod tractatuſ & hymnoſ, in mo-
 rem beati Ambroſij compoſuerit. Damafuſ, vter

Tom. 6.

conſtituit, vt pſalmi die noctuque canerentur per
 omneſ Eccleſiaſ vel Monafteria: & præcepit hoc
 Epiſcopiſ & præbyteriſ, Deinde Ioanneſ Conſtan-
 tinopolitanuſ, primuſ auxit in nocturniſ hymniſ
 orationeſ, ob hanc vel maximè cauſam. Arriani ex-
 tra ciuitatem collectaſ agebant. Sabbato autem at-
 que Dominica intra portaſ & porticuſ congregati,
 hymnoſ & antiphonaſ ex Arriano dogmate com-
 poſitaſ, decantabant: Et hoc maxima noctiſ parte
 facienteſ diluculo cum ipſiſ antiphoniſ, per mediã
 ciuitatem egreſſi portaſ ad ſuam Eccleſiam con-
 currebant.

Cumque hoc crebro, quaſi ad vituperationem
 Orthodoxoſ, facere non ceſſarent, (Frequenter
 enim etiam hoc canabant: Vbi ſunt, qui dicunt
 tria virtute vnũ?) tunc Ioanneſ, ne ſimpliceſ hu-
 iuſmodi cantibuſ traherentur, inſtituit ſuum popu-
 lum vt & ipſi nocturniſ occuparentur hymniſ, qua-
 tenuſ & illorum obſcuraretur opuſ, & fideliuſ pro-
 feſſio firmaretur. Studium ergo Ioanniſ nimis vti-
 le, cum turba periculoliſque finitum eſt. Hæc in de-
 cimo libro hiſtoriæ Eccleſiaſtica, quæ Tripartita
 dicitur, ita inferuntur: in quibuſ & hoc ſubnectitur
 paulo inferiuſ: Dicendum tamen eſt, vnde ſumpſit
 initiũ, vt in Eccleſia Antiphonæ decantentur. Ignati-
 uſ Antiochiæ Syriæ, tertiuſ poſt Apoſtolum Pe-
 trum Epiſcopuſ, qui etiam cum ipſiſ debebat Apo-
 ſtoſiſ, vidit Angelorum viſionem, quomodo An-
 tiphonaſ ſanctæ Trinitati dicebant & hymnoſ: Iſ-
 que modum viſioniſ Antiochenę tradidiſſe probat
 Eccleſiæ, & ex hoc ad cõctas tranſiit Eccleſiaſ.

Norandum autem hymnoſ dici non tantum, qui
 metriſ vel rythmiſ decurrunt, qualeſ compoſue-
 runt Ambroſiuſ, Hylariuſ & Bedã Anglorum pa-
 ter, & Prudẽtiuſ Hiſpaniarum Scholaſticuſ, & alij
 multi, verum etiam ceteraſ laudationeſ, quę verbis
 cõuenientibuſ, & ſoniſ dulcibuſ proferuntur. Vn-
 de & liber Pſalmorum, apud Hebræoſ liber hym-
 norum vocatur. Et quamuiſ in quibuſdam Eccleſiaſ
 hymni metriſ non cantantur, tamen in omnibuſ
 generaleſ hymni, id eſt, laudeſ dicuntur, cantandoſ
 etiã illoſ, qui legitime componuntur. Toletani au-
 thoritaſ Concilij oſtendit, inter alia ſic dicent: Et
 quia à nõnulliſ magnò ſtudio, in laudem Dei atque
 Apoſtolorum, & Martyrum triumphoſ, compoſi-
 ti eſſe noſcuntur, ſicut ſunt hi, quos beatiſſimi do-
 ctoreſ Hylariuſ atque Ambroſiuſ ediderunt: Quoſ
 tamen quidã ſpecialiter reprobant, eò quod de ſeti-
 pturiſ ſanctorum Canonum, vel Apoſtolica tradi-
 tione non exiſtunt. Reſpiciant ergo & illuſ hym-
 num ab omnibuſ compoſitum, quem quotidie pu-
 blico priuatõque officio, in ſine omnium pſalmoruſ
 dicimus: Gloria & honor Patri & Filio & Spiritui
 ſancto, in ſæcula ſæculorum, Amẽ. Sed & ille hym-
 nuſ, quẽ nato in carne Chriſto, Angeli cecinerunt,
 Gloria in exceliſ Deo, & in terra pax hominibuſ
 bonæ voluntatiſ, reliqua quæ ibi ſequuntur, Eccle-
 ſiaſtica doctoreſ compoſuerunt. Ergo nec ipſi in Ec-
 cleſiaſ canendi ſunt, quia in ſanctarum ſcripturarum
 libriſ non inueniuntur. Compoſuerunt Miſſæ ſue
 preceſ vel orationeſ, ſive commendationeſ, ſeu
 manuſ impoſitioneſ, ex quibuſ, ſi nulla decantantur
 in Eccleſia, vacant omnino officia Eccleſiaſtica.
 Hiſ verbis oſtenditur, multa in Eccleſia nouiter
 Gg iij

De conf. diſt. 2. c. Relatum.

Si nõ omneſ communicant.

Si ſoluſ ſacerdoſ cõmunicat.

Marci 16.

Calix & Patena.

Dicunt ee lebre Bonifacij martyriſ.

Sacrum veſtiuſ vluſ.

Dalmaticę

Erod. 29. Dan. 6.

Luc. 22. Act. 7.

quibuſ diebuſ geniculati non licet, Exempla Chriſti & ſanctorum

Luc. 6. Act. 16. Act. 10. & 3.

Hymniſ Ambroſij.

Hylarij. Gelafij. Damafij.

Hymni Arrianoſ.

Antiphonę ab Ignatio inſtituta.

componi, quæ non sunt (si à fide veritatis nõ abhorreant) abicienda. Porrò hymni metrici ac rhythmi, in Ambrosianis officiis dicuntur, quos etiam aliqui in Missarum solenniis, propter compunctionis gratiam, quæ ex dulcedine concinna augetur, interdum assumere consueverunt. Traditur siquidem, Paulinum Foriulensem Patriarcham, sapius & maximè in priuatis Missis, circa immolationem Sacramentorum, hymnos, vel ab aliis, vel à se compositos, celebrasse. Ego verò crediderim tantum tantæque scientiæ virum, hoc nec sine auctoritate, nec sine rationis ponderatione fecisse. In officiis quoque, quæ beatus Benedictus Abbas, omni sanctitate præcipuus, ordinauit, hymni dicuntur per horas Canonicas, quos Ambrosianos ipse nominans, vel illos vult intelligi, quos confectus Ambrosius, vel alios ad imitationem Ambrosianorum compositos. Sciendum tamè, multos putari ab Ambrosio factos, qui nequaquam ab illo sunt editi. Incredibile enim videtur, illum tales aliquos fecisse, quales multi inueniuntur, id est, qui nullam sensus consequentiam habentes, insolitam Ambrosio in ipsis dictionibus rusticitatem demonstrant. Dicendum verò de hymno, qui ob honorem sanctæ & vnice Trinitatis officiis omnibus interferitur, eum à sanctis patribus aliter atque aliter ordinatum. Nam Hispani (sicut superius commemorauimus) ita eum dici omnimodis voluerunt. Græci autem, Gloria patri & filio & spiritui sancto, & nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen. Latini verò, eodem ordine & eisdem verbis hunc hymnum decantant, addentes tantum in medio, Sicut erat in principio. Pro quibus etiam particulis, quidam Græci minus sapientes, Latinos, proximis ante nos temporibus, calumniis impetere conati sunt. Intelligimus tamen nos in hoc non errare, credita consempiternitate gloriæ patris & filij & spiritui sancto, pariterque scientes, quod Romani firmissimi fidei seruatores, remotis cæteris compositionibus, hunc huius hymni tenorem nõ aliter suscepissent, nisi eum purum ab omni errore cognouerint: Affirmant siquidem multi, hymnum istum Niceni concilij sacratissima sanctione prolatum, vt omnibus officiis & orationibus intermixtus, & fidem coæternæ Trinitatis incollet: & in singulis petitionibus ipsa cõfessio melius fauorem diuinæ exauditionis obtineat. Hunc itaque hymnum, nonnulli omnibus penè psalmis, & interdum incisionibus Psalmorum copiant: Responsoris verò paucioribus, vt illi qui statuta patris Benedicti in horis sequuntur Canonici. Romani eum in Psalmis rarius, in Responsoris crebrius iterat sanè versum, qui in capite omnium (præter Missas) officiorum, quæ horis Canonicis exhibentur dici solet, id est, Deus in adiutorium meum intende, & reliqua, Patres antiqui suis collationibus inueniuntur statuisse omnibus, non tantum officiis, sed etiam operibus præmittendum, vt inuocatio diuinæ opitulationis, initio cuiuslibet actionis assumpta, faciliorem faciat & postulandi constantiam, & obtinendi virtutem. In Agendis autem mortuorum, & circa passionis Dominicæ solennitatem, inchoationes & expletiones officiorum, non vt in cæteris sunt: tristitiæ videlicet significantis causa, nisi aliquo grauiori decreto. Quia verò

Hymnus, Gloria patri, &c.

Calumnia Græcorum de, sicut erat.

Vfus huius hymni in Psalmis & responsoris

Deus in adiutorium meum, &c.

tanta est in ipsis diuersitas officiorum, nõ solum pro varietate gentium ac linguarum, verum etiam in vna gente vel lingua, pro temporum mutatione: vel magistrorum studiosa institutione: vt si velim cuncta replicare, quæ de hac multiplicitate iam legitimus, magis onerosus, quàm profectuus videar auditoris: Omittã igitur, quæ infinita sunt, hoc tantum affirmas, quod plenarius officiorum ordo, qui nunc per Romanum orbem seruatur, post antiquitatem multis temporibus euolutã, institutus, & ad omnem eminentiam sanctæ religionis est dilatatus. Crescente enim fidelium numero, & hæresium pestilentia multiplicius pacem maculã Catholicam, necesse erat augeri cultum veræ obseruationis: vt & clarior religio accedentium ad fidem animos inuiteret, & auctior cultus veritatis, constantiam Catholicorum aduersus inimicos ostenderet. In tantum denique vel cantilenæ, vel Psalmodi memoriter exercendæ vsus erat rarus apud priores, vt de nouissimis penè Romanorum Præsulibus, & qui nec ducentis annis nostra tempora præcesserunt, quasi memorabile quiddã & singulare scribatur, si qui eorũ in rebus prædictis eminentiores cæteris videretur. Hormisda enim in ordine LIII. Clerum cõposuit & Psalmis erudiuit. Leo LXXXII. & Benedictus post eũ proximus, itemque Sergius LXXXVI. Psalmodia & cantilenæ scientia floruisse dicitur. De Gregorio autem III. velut inauditum quiddam & nouum refertur, quod omnes Psalmos memoriter tenuerit. Vbi intelligi datur, paucos priorũ ita Psalmi didicisse. Solebat enim Psalmos, æquè vt cæteras scripturas, partim etiã lectitando, suis officiis inferere. Quod si diligenter aduertas, multis scripturarũ documentis apparet. Ordinè autem cantilenæ, diurnis seu nocturnis horis dicendæ. B. Gregorius plenaria creditur ordinatione distribuisse, sicut & supra de Sacramentorum diximus libro: cum multi ante, siue post eum orationes, antiphonas, vel responsorias cõposuerint. Nam & de antiphonarũ inchoatione superius diximus, & responsoria ab Italis primum inuenta traditur, vel Ambrosio videlicet, vel alij noua diuinarum laudum augmentatione gaudeti. Et quia Gallicana Ecclesia, viris nõ minus peritissimis instructa sacrorum officiorum instrumeta habebat non minima, ex eis aliqua Romanorum officiis immixta dicuntur, quæ plerique & verbis & sono se à cæteris cantibus discernere posse fateatur. Sed priuilegio Romanæ sedis obseruato, & cõgruentia rationabili dispositione apud eam factarũ persuadente, factũ est, vt in omnibus penè Latinorũ ecclesiis, cõsuetudo & magisterium eiusdẽ sedis prævaleret: Quia non est alia traditio æquè sequenda, vel in fidei regula, vel in obseruationum doctrina. Est etiã ille ordo officiorum laudabilis, quem beatus pater Benedictus monachis constituit obseruandũ; scilicet, vt qui proposito à cæteris discernuntur, etiam continuè seruitutis penso aliquid amplius cæteris persolvere studeant. Quam dispositionem ideò à pastoribus Ecclesiarũ non interdici putamus, quia & vicina, est authoritati Romanæ: Et quia beatus Gregorius vitam egregiè patris Benedicti describens, regulã ab eo cõscriptam, in qua idem officiorum ordo habetur, collaudas sua auctoritate, statutis eius fauere videtur. Sunt tamen, qui nescio qua præsumptione,

Magna in diuinis officiis diuersitas.

Hic est Leo II. Greg. III.

Ordo cantandi à Gregor. I.

Ritus Ecclesie Gallicanæ.

Ordo officiorum diuini cultus à S. Benedicto dicto datus.

Psalterium Gallicanũ.

Exo. 14. Ioan. 3.

Ioan. 1.

Matt. 3.

Lauacrum regenerationis. 1. Pet. 1.

Ioan. 3. Act. 8.

Christi. Act. 8.

presumptione, non ea velint constitutione vt volentes pigritiam vel proteruitatem suam illo excusare permittit, quo sanctissimus vir per humilitatis suæ magnitudinem videtur concedere, vt si cui displicuerit distributio eius, quam fecit, Psalmorum, ordinet, si aliter melius iudicauerit: quasi quiddam melius possint, subque ordini congruentius inuenire, quàm ille qui spiritu omnium sanctorum dicitur plenus fuisse. Psalmos autem cum secundum lxx. interpretes Romani adhuc habeant, Galli & Germanorum aliqui, secundum emendationem, quam Hieronymus pater de lxx. editione composuit, Psalterium cantant. Quam Gregorius Turo-nensis Episcopus à partibus Romanis mutuatam, in Galliarum dicitur Ecclesias transtulisse. Cantilena verò perfectiorem scientiam, quam penè iam tota Francia diligit, Stephanus Papa cum ad Pipinum patrem Caroli Magni imprimis in Franciam pro iustitia sancti Petri, à Longobardis expetenda, venisset, per suos clericos, petente eodem Pipino, inuexit, indeque vsus eius longè lateque cõualuit.

De baptismi incremento & mersione, & causis baptismi. CAP. XXVI.

DE baptismo etiam dicenda sunt aliqua, quod præfiguratum in transitu maris rubri vel Iordanis manifestè, secretius autem aliis multis figuris præfiguratum cognoscitur. Hoc Ioannes primus initio nouæ gratiæ ad fidem Christi conuersis ostendit, non sua adinventione, sed diuina constitutione prouisit, sicut ipse testatur dicens: Qui misit me baptizare in aqua, & reliqua. Baptizauit autem non in remissionem peccatorũ, quod Christi baptismo agi consuevit: sed in penitentiam, dicens in eum, qui venturus erat, vt crederent, hoc est, in Iesum. De quo etiam testimonium perhibuit, dicens: Ego quidem vos baptizo in aqua in penitentiam. Qui autem post me venturus est, fortior me est: cuius non sum dignus calcemã portare, ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igne. Et planè dignum erat, vt in noua generis humani, per aduentum filij Dei in carne, saluatione, nouum panderet purificationis mysterium: quatenus sicut sacerdotes. Leuitici generis, lauari cõsueuerant ante oblationem carnalium hostiarum ita omnes Christiani nominis hæredes, qui dicuntur regale sacerdotium lauacro spiritali à peccatorum labe mundati, offerant Deo hostias spirituales in odorem suauitatis. Sciendum autem, primo suppliciter in fluuiis vel fontibus baptizatos credentes: Ipse enim Dominus noster Iesus Christus, vt in nobis idè consecraret lauacrũ, in Iordane baptizatus est à Ioãne, & sicut alibi legitur: Erat Ioãnes baptizans in Aenon iuxta Salim, quia aqua multa erat ibi: Et Philippus Euangelista eunuchum baptizauit in fonte, quem reperit in via. Sicut autem supra ostendimus, crescente processu temporum, religionis honore, institutionum Ecclesiasticarũ vsq; ad plenitudinẽ decus creuissit: ita & huius mystici lauacri gradatim per temporum augmenta, in maius celebratio creuit. Ad dederunt alij Christum in uisione, quam ex veteri sumptam consuetudine, nemo est qui dubitet: cum primis temporibus impositione manuum, baptismum confirmari solet, quod in Samaria

fecisse Petrum legitur & Ioannem. Quæ confirmatio & tunc ad primos Ecclesiæ pastores pertinuit, & nunc pertinere non dubitatur. Vnde in Canonibus sepe interdicitur presbyteris ne Christum conficiant, neque baptizatos in fronte consignet: quod solis debetur Episcopis. Testantur hoc decreta Innocentij Papæ, & statuta Syluestri, quia & ipse instituit, vt presbyter baptizatum Christum te linat, propter occasionẽ transitus mortis. Quod si à Diacono vel quolibet alio homine baptizatus, casu ante confirmationem transierit, credendum non est perire propter hoc, quia sub fide qua credit, poterit esse saluus, si eum post commissã peccata non perimant. Lege concilij Eliberitani decreta. Alij addiderunt in baptismatis Sacramento Exorcismos, alij consecrationem fontis, alij salis vel saluæ infusionem, alij Catechumenorum ordinabilem instructionem, alij scrutinia diligentissimè ad tantum mysterium præparationis statuerunt. Sed & multa alia, quæ & exemplis diuinorum actuum, vel doctorum inuenta sunt, & congruentissimis spiritalium profectuum significationibus plena notantur: sicut copiosa priorum de eisdem rebus documenta demonstrant. Celebratur autem ipsum baptismum verum, non nisi in nomine summæ Trinitatis, quod & Dominus ipse ostendit, & Canones Apostolorum docent. Vnde quicumque vel ab hæreticis in Trinitate baptizantibus, vel ab alio quolibet homine, sub appellatione legitima eiusdem sanctæ Trinitatis fuerit baptizatus, rebaptizari non debet, ne inuocatio summæ diuinitatis ad nullari videatur: sed Christumate & manus impositione, quod imperfectum erat, perfici debet. Hoc in Canonibus & decretis patrum frequẽs habetur. Legitur quoque in vltimo Ecclesiastica historia libro, quod Athanasius adhuc puer, inter coeuos baptismatis similitudinem per ludum exercuerit, Alexandrum etiam Alexandriæ præsulẽ, cognita interrogatione baptista & responsione baptizatorum, & cæteris, quæ quauis per ludum, tamen iuxta nostram religionem gesta sunt, non rebaptizandos iudicasse, sed vltimè Ecclesiæ confirmandos, mysterijs. Concilio quoque Eliberitano, fidelibus plenim baptismum habentibus, in necessitate baptizare permittitur. Victor etiam xv. Romano-rum Pontifex constituit, vt necessitate faciente, licet ubi inuentum fuisset, siue in fluuio, siue in mari, siue in fontibus, Christianæ credulitatis cõfessione clarificata, quicumque ex gentilitate veniens, baptizaretur: In hoc tamen & similibus non tribuitur quibuscumque baptizandi in discreta licentia, cum Concilio Carthaginiensi mulieres prohiberentur baptizare: sed demonstratur per hæc, vbi inuitabilis necessitas potest, melius baptizari vbi duntaxat & a quoqueque in nomine Trinitatis, quàm per illam, sine remedio deperire. Vnde etiam tempora baptizandi legitima in talibus necessitatibus obseruanda non sunt: sed iuxta decreta concilij aguntur, persequutione, obsidione & naufragio periclitantibus, semper est succurrendum: Et concilio Gerundeni, vultus dici infans, si in dissepimine sit baptizari iubetur. Eos autem, de quibus incertum est, id est, qui nullo testimonio probare possunt se esse baptizatos, ex concilio Cartha-

Multa ad baptismi solennitatem addita.

Licentia baptizandi in necessitate.

ginesis, & decretis Leonis discimus, baptizari debere: Illos vero, qui baptizatos se quidem nouerunt, sed in qua professione ignorant, eiusdem Leonis Pape decreta, sub manus impositione suscipiendos constituunt. Tempora autem Baptizandi legitima; Pascha & Pentecoste praefiguntur, secundum decreta Siricij, Leonis vel Gelasij Episcoporum, quibus Concilio Gerundensi, Natalis Domini & Pascha ponantur. Alij quoque in Epiphania Domini baptizare voluerunt, quia in eo tempore Dominum nostrum traditur baptizatum, quod & ipsum ab alijs prohibetur. Quia vero secundum Apostolum in morte saluatoris baptizatur, & ipse Dominus intratus celorum, ex aqua & spiritu renasci debere praemonstrat, congrue a praesulibus Romanorum, haec duo tempora sola ad celebrationem praefixa sunt baptizatis, id est, Pascha & Pentecoste: quorum vno, passio Domini & resurrectio; altero, aduentus celebratur spiritus sancti. Alij trinum immersionem volunt, in similitudinem triduanae sepulturae, ut in Canonibus Apostolorum statutum habetur, & Romanorum consuetudo obseruat. Alij vnam, propter diuinitatis unitatem contendunt, ut in concilio Tolerano plenissime habetur: vbi etiam commemoratur, quod B. Gregorius interroganti super hoc Leandro inter cetera ita responderit, quia in vna fide nihil officit Ecclesiae consuetudo diuersa. Nos autem quod tertio mergimus, triduanae sepulturae Sacramenta signamus, ut dum tertio ab aquis infans educitur, resurrectio triduanis temporis exprimitur. Quod si quis forte etiam pro summe Trinitatis veneratione existimet fieri, neque ob hoc aliquid obstitit, baptizandum semel in aquis mergere, quia dum in tribus subsistentiis vna substantia est, reprehensibile esse nullatenus poterit, infantem baptismate ter, vel semel mergere, quando & in tribus immersionibus personarum trinitas, & in vna potest diuinitatis singularitas designari. Quae singularis immersio quamuis tunc ita Hispanis complacuit, diuersis. Trinam immersionem ideo vitandam, quia haeretici quidam dissimiles in Trinitate substantias dogmatizare ausi sunt, ad consubstantialitatem. Si Trinitatis hegandam, tamen antiquior usus praualuit, & ratio supradicta. Si enim omnia deseruimus, quae haeretici in suam peruersitatem traxerunt, nihil nobis restabit: cum illi in ipso Deo errantes, omnia quae ad eius cultum pertinere visa sunt, suis erroribus quasi propria applicarint. Notandum autem, non solum mergendum, verum etiam desuper fundendo, multos baptizatos fuisse, & adhuc posse ita baptizari, si necessitas sit, sicut in passione B. Laurentij, quendam vna deo allato legimus baptizatum. Hoc etiam solet conuenire, cum pro uocatorum granditas corporum, in minoribus vasis hominem tingi non patitur. Notandum deinde, primis temporibus, illis solum modo baptismi gratiam dari solitam, qui & corporis & mentis integritate iam ad hoc peruenierant, ut scire & intelligere possent, quid lenuolenti in Baptismo consequendum, quid confuendum atque credendum, quid postremo renatis in Christo esset seruandum. Refert siquidem Venerabilis pater Augustinus de seipso in libris confessionum suarum, quod penes usque ad xxv. annorum aetatem

Roma. 6.

Ioan. 3.

Trina immersio.

Mergere aut superfundere.

Catechumenorum olim instructio.

Sancta Gema

catechumenus perduravit: & ea videlicet intentione, ut per hanc temporis moram, de singulis edoctus, ad eligendum quodlibet libero diceretur arbitrio: & deseruissent lubrica aetatis incedijs, melius quod sequendum erat, seruare potuissent. Sed augefcente diuinae religionis diligentia, intelligentes Christiani dogmatis amatores, peccatum ad originale non solos eos tenere obnoxios, qui suis operibus praeruaricationem auerunt, sed etiam eos, qui sine suis commissis: quia secundum Psalmistam, in iniquitatibus concepti & nati sunt: immunes a peccato esse non possunt, dum de polluta radice procedunt: ut merito de omnibus dicatur per Apostolum, Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, iustitiam gratis per gratiam ipsius. Et de Adam, In quo omnes peccauerunt. Hoc ergo sentientes sanae fidei sectatores, ne perirent paruuli si sine remedio regenerationis gratia defungerentur, statuerunt eos baptizari in remissionem peccatorum: Non sicut haeretici, quidam gratiae Dei repugnantes, contendeant, nulla necessitate paruulos baptizari, quia nondum peccassent. Quod si verum esset, vel non baptizandi erant, vel si extra necessitatem baptizarentur, imperfectum & non verum in eis erat baptismi sacramentum, quod in symbolo consistit dari in remissionem peccatorum: Ergo quia omnes, quos gratia Dei non liberat pereunt in originali delicto, etiam qui sui secleris non adiecerunt augmenta, necessario paruuli baptizantur. Quod & S. Augustinus in libro de baptismo paruulorum ostendit, & Africana testantur Concilia, & aliorum patrum documenta quam plurima. Ex hac igitur occasione inuentum est, ut Patris vel Matris adhibeantur, suscepturi paruulos de lauacro: & pro eis respondeant omnia, quae ipsi per aetatis infirmitatem confiteri non possunt. Pariterque debet spiritalis pater vel mater ei, quem de fonte regenerationis suscipit, cum ad intelligibilem peruenit aetatem, insinuare confessionem, quam pro eo fecit, ut qui aliena confessione, sicut paralyticus fide portantium, meruit a peccato rursus solui languore, si deat saluti praestita viuere non indignus, & sua impleat executione, quod illorum confessus est ore, si non vult saluatione carere, quam illorum meruit fide. Non autem pater debet vel mater de fonte, suam suscipere sobolem, ut sit discretio inter spiritalem generationem, ac carnalem: Quod si casu euenerit, non habebunt carnalis copulae deinceps ad inuicem consortium, qui in communi filio: compariter aetate spiritali uicium susceperunt. Baptizandi sunt itaque, non solum per aetatem loquentes, & intelligentes quae aguntur, sed etiam nondum per se vel pro se loquentes. Sicut etiam Synodus Carthagenensis baptizandos statuit aegrotos, qui iam loqui non possunt, cum voluntatis eorum testimonium, si dixerint, aut ipsi aliquibus signis comprobare potuerint. Mortuis vero baptisma vel Eucharistiam dari, supradicti loci prohibetur Concilio: primis quamuis praedicationis Euangelicae temporibus, tanti seruatoris quidam in diuina credulitate referuntur fuisse, ut pro quibusdam charissimis, ante annunciationem veritatis, vel baptismi perceptionem defunctis, baptizari studerent: Quod Apostolus Paulus ad astraendam resurrectionis fidei

Baptismus paruulorum.

Psal. 50.

Rom. 3.

Error Pelagianorum.

Patris & matris.

Mat. 9.

Non pater aut mater sui baptismi.

1. Cor. 15.

dem commemorat: Quia nisi crederentur resurrexerunt, stultum erat pro eis, qui iam non existerent laborare.

De decimis dandis. CAP. XXVII.

Decimas Deo & sacerdotibus Dei dandas, Abraham factis, Iacob promissis insinuat, deinde lex statuit, & omnes doctores sancti commemorant. Et profecto dignum erat, ut Israelitae decimas pecorum & frugum, & omnium pecuniarum Domino darent, qui ut eos liberaret, decem plagis percussit Aegyptios, & in nouissima plaga primogenita cunctorum disperdidit, gratiamque suis praestitit, ut impetratis pecuniis spoliaret Aegyptum. De quibus decimis Augustinus Doctor mirabilis dicit: Decimae ex debito requiruntur. Quid si diceret Deus? nempe, Meus es, o homo, mea est terra quam colis, mea sunt semina quae spargis, mea animalia quae fatigas, meus est calor solis, & cum omnia mea sint, tu qui minus accommodas, solam decimam merebaris: sed refero tibi nouem, da mihi decimam. Si non dederis decimam mihi, auferam nouem. Si dederis mihi decimam, multiplicabo nouem. Cum itaque Iudaicus populus, praecceptum decimarum tanta diligentia obseruaret, ut de minimis quibusque olusculis, ruta videlicet, menta & cymino (ut ipse Dominus testatur) decimas daret: cur non maiori studio plebs Euangelica eandem impleat iussione? cui & maior est numerus sacerdotum, & syncerior cultus Sacramentorum? Ideo ergo dandae iunt decimae, ut hac deuotione Deus placatus, largius praestet quae necessaria sunt, sicut superius ostendimus. Ac ut sacerdotes & ministri Ecclesiae cura & sollicitudine necessitatum corporalium, sine quibus haec vita transigi non potest, reuelati, liberioris fiant ad meditationem diuinae legis, & doctrinae administrationem, atque spiritalis seruitij voluntariam expletionem: & ut munus populi, in quotidianam oblationem Domino immoletur, nec non secundum statuta Canonica, in sustentationem pauperum, & restaurationem Ecclesiarum proficiat. Quatuor enim partes iuxta Canones fieri, de fidelium oblationibus debent: ut vna sit Episcopi, altera Clericorum, tertia pauperum, quarta restorationi Ecclesiarum seruetur.

Verba August.

Mat. 23.

Cur sacerdotibus debentur decimae.

III. partes ex oblationibus.

De litanis agendis. CAP. XXVIII.

Litanias, id est, Rogationes publicas (quas maiores vocamus) Romani vna die denominata, id est, 7. Calend. Maij annuatim facere solent: Quas Gregorius Papa initio ordinationis suae instituit, dum post aquarum inundationem insolitam, inquinata & infolita lues, primo Pelagio Papa extincto, populum vastaret Romanum. Quia tunc eodem modo septenam ordinauit Litaniam, sicut Paulus in gestis Longobardorum commemorat, ut precaturos Dominum, in septem turmas distribuere: quo pietatem Domini multiplicius implorarent. In primo choro fuit Clerus, in secundo Abbates omnes cum monachis suis, in tertio omnes Abbatissae cum congregationibus suis, in quarto omnes pueri, in quinto omnes Laici, in sexto omnes Viduae, in septimo omnes mulieres coniugatae. Tri-

Litania maior.

Litania minor. diebus Rogationum.

duarum autem Litaniarum, quae proximis diebus ante ascensionem Domini, annue per omnes Galliarum vel Germaniae Ecclesias celebrantur, in Gallis sunt constitutae. Temporibus siquidem Clodouici regis Francorum, qui cum gente sua primus Christianus effectus est, dum ciuitas Viennensis crebro terrae motu subrueretur, & bestiarum desolaretur incursum. Sanctus Mamertus eiusdem ciuitatis Episcopus, eas legitur pro malis, quae praemisimus, ordinasse. Quas Aurelianensis Synodus & eo tempore iubet fieri, & ab opere seruilis, ut plenius celebrentur, omnes vacare. Hispani autem, propter hoc quod scriptum est, Non possunt filij sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponfus, infra quinquagesimam Paschae recusantes ieiunare, litanias suas post Pentecosten posuerunt, quinta, sexta & septima feriis eiusdem hebdomadae, eas facientes. Alij eorum Idibus Decembribus triduanum statuerunt ieiunium, Alij Calendis Decembribus. Notandum autem, Litanias non tantum dici illam recitationem nominum, quae sancti in adiutorium vocantur infirmitatis humanae: sed etiam cuncta quae supplicationibus fiunt, orationes appellari. Litaniam autem sanctorum nominum, postea creditur in usum assumpta, quam Hieronymus Martyrologium, secutus Eusebium Caesariensem, per anni circulum conscripsit, ea occasione ab episcopis Chromatio & Eliodoro, illud opus rogatus componere, Quia Theodosius religiosus Imperator, in Concilio Episcoporum laudauit Gregorium Cordubensem Episcopum, quod omni die Missas explicans, eorum martyrum, quorum natalicia essent, nomina plurima commemoraret.

Mat. 9.

Innocentio sancto id Litanias.

De aqua sparsionis. CAP. XXIX.

Quam sparsionis cum sale benedici, & in habitaculis fidelium spargi, Alexander Papa constituit. Sicut enim populus prior legalibus institutis deseruiss, sanguine lustrabatur, ita nouus Christianorum populus, Baptismi Sacramento renatus, dignae aqua benedicta adspersitur, ut sicut sanguis agni in postibus ad repellendum percussorem ponebatur, ita mysterium aquae, corpora & loca muniat renatorum.

Exod. 12. & 24.

De benedictione cerei. CAP. XXX.

Cereum autem benedici, non solum in principalibus Ecclesijs, sed etiam in parochijs, Zosimus Papa constituit. Quod ipsum Concilio Tolerano ostenditur, quosdam Hispanorum obseruasse, quosdam neglexisse.

Comparatio Ecclesiasticorum ordinum & secularium. CAP. XXXI.

Irca harum calce rerum, placet inserere quandam secularium atque Ecclesiasticarum comparationem dignitatum: quamuis non nesciam ordinationes potestatum & officiorum, tanta diuersitate pro varietate getium, locorum & temporum perplexas, ut de eis vix aliquid certi possit exponi. quos enim quisque est, qui se scire fateatur, quibus (non dico Assyriorum, Medorum & Macedonum, sed vel Romanorum, quod notius & proximus nobis est) imperium distributum fuerit & ordinatum administrationibus & officiis, cum per

Magna secularium potestatum diuersitas.

longitudinem temporum, aliaz potestates aliis mutatae sunt, aliaz subdita, addita, vt ipsa instabilitate rerum, humanum esse & temporarium comprobetur, quod quadam in constantia, & in maius extenditur, & in minus contrahitur: Omisiss ergo incertis, quae notiora sunt, inuicem comparemus, vt ostendamus ordinationes mundanae sapientiae, in spiritali Ecclesiae vniuersalis reipublicam sacris distinctionibus commutatas, in similitudinem antiquae historiae, qua vel pecuniae Aegyptiorum, in vsum tabernaculi; vel Cedri de Libano caesi, in templi aedificationem profecisse; Raab quoque & Ruth & Achior, in numerum populi Dei translati narratur. Sicut autem gens Romanorum, totius orbis Monarchiam tenuisse fertur: ita summus Pontifex in sede Romana, vicem Beati Petri gerens, totius Ecclesiae apice sublimatur. De quo Sardicensi Concilio statuitur, cunctorum statuta ad eum referri debent, idque obseruandum, quod ipse statueret. Sicut vero summus saeculi principatus, non tantum apud Romanos, verum etiam apud aliarum partium gentes interdum fuit: ita & aliae Ecclesiae, dignitati sedis Romanae conficiantur, id est, Antiochenis in Asia, Alexandrina in Africa. In concilio enim Niceno, harum trium priuilegium ecclesiarum, caeteris omnibus anteferendum ostenditur: sed potest trium locorum eminentia, ad vnam dignitatem referri: Quia in duobus horum ipse Petrus sedit, Tertium nihilominus, id est, Alexandriae, per Marcum filium suum & Euangelium, quod ex ore eius ipse Marcus descriperat, suam effecerat sedem. Similiter intelligendum de principalibus saeculi, quod quamuis in diuersis orbis partibus, per tempora sua fulserint, tamen ad ius Romanum, quasi vnum apicem postremo omnes penes relati sunt. Comparetur ergo Papa Romanus Augustis & Caesaribus. Patriarchae vero Patricii, qui primi post Caesares, in Imperiis fuisse videntur: Ita & isti, qui satis pauci sunt, primi post trium sedium praefules habentur. Deinde Archiepiscopus, qui ipsis Metropolitanis praerminent Regibus conferamus. Metropolitanos autem ducibus comparemus, Quia sicut duces singularum sunt prouinciarum, ita & illi in singulis prouinciis singuli ponuntur. Vnde in Chalcedonensi Concilio iubetur, Ne vna prouincia in duos Metropolitanos diuidatur. Quod Comites vel praefecti in saeculo, hoc Episcopi caeteri in Ecclesia expleant. Fertur enim in Orientis partibus, per singulas vrbes & praefecturas, singulas esse Episcoporum gubernationes. Sicut Tribuni militibus praerant, ita Abbates Monachis, athletis spiritalibus praefesse noscuntur. Quemadmodum sunt in palatiis praepotes vel comites palatii, qui secularium causas ventilant, ita sunt & illi, quos summos Capellanos Franci appellant, Clericorum causas praelati. Capellani minores ita sunt, sicuti, quos Vassos Dominicos Gallica consuetudine nominamus. Dicti sunt autem primitus Capellani, a cappa beati Martini, qua Reges Francorum, ob adiutorium victoriae, in praesentibus solebant secum habere: quam ferentes & custodientes, cum caeteris Sanctorum reliquiis, Clerici, capellani ceperunt vocari. Porro sicut Comites quidam missos suos praeposunt popularibus, qui minores causas decernunt, ipsis maiora referunt:

1. Reg. 5.
Iosus 2.
Ruth. 4.
Iudic. 6.
Alij Patriarchae.

Comparatio inter seculares & Ecclesiasticas potestates.

Capellani vnde dicti.

ita quidam Episcopi coepiscopos habent, qui in rebus sibi congruentibus, quae iniunguntur, efficiunt. Centenarii, qui & centenariones, vel vicarii, qui per pagos statuti sunt, Presbyteris plebium qui Baptismales Ecclesias tenent, & minoribus presbyteris praesunt, conferri queunt. Decuriones vel Decani, si sub ipsis vicariis quaedam minora exercent, minoribus presbyteris titularum possunt comparari. Sub ipsis ministris centenariorum, sunt adhuc minores, qui Collectarii, quaterniones, vel duumviri possunt appellari: quia colligunt populum, & ipso numero ostendunt se Decanis esse minores. Sunt autem ipsa vocabula, ab antiqua consuetudine mutata in qua officia praetorum, dicebantur ex numero subiectorum: Vt sunt Chiliarchi Graece, Latine millenarii, centenarii vel centuriones, Pentarchi, vel quinquagenarii: Decani, vel decuriones, Quaterniones, duumviri. Ad horum similitudinem sunt diaconi & subdiaconi, presbyterorum adiutores in verbo, Baptismo & quotidiano officio. Sunt etiam archipresbyteri, in Episcopis Canonicorum curam gerentes. Habent & potestates saeculi consiliarios in domesticis, & liberorum Pedagogos suorum, habent ipsi procuratores rei familiaris: Similiter in quibusdam ecclesiis Archidiaconos, quos familiae respicit gubernatio. Sunt in secularibus quaestuarij, id est, qui reos examinant: Sunt in Ecclesia Exorcistae, demonum excludentes. Habent aulae potentium ianitores, habet & domus Dei ostiarios: Habet mundus veredariorum, commentarienses, ludorum exhibitores, carminum pompaticos relatores: habet Ecclesia acolythos, atque lectores, cantores, Psalmistas. Caeterum ex vtriusque ordinis coniunctione & dilectione, vna domus Dei costruitur, vnum corpus Christi efficitur, cunctis membris officiorum suorum fructus mutuae utilitati conferentibus, dum oculus est in sapientibus, qui veram lucem & percipiunt & insipientibus, os in doctoribus, auris in beneuolis auditoribus, nasus in discretionis amatoribus, manus in operatoribus, pedes in proficientibus, venter in compatientibus, humeri in laborum tolerantibus, & cuncta in caeteris: vt non sit schisma in corpore, sed si gloriatur vnum membrum, congaudeant omnia membra: si contristatur vnum, cuncta condoleant. Ista conuenientia eousque tenenda est, donec occurramus omnes in virum perfectum, vt sit Deus omnia in omnibus.

Presbyteri titularum.

Graecorum potestatum nomina.

Archipresbyteri.

CONCLUSIO LIBELLI.

Gravi pondere tandem solutus, & vtinam tam profectuoso quam magno, in fine conclusionis lecturos obtestor, ne quod obedientia subij, isti tribuant temerariae praesumptioni. Fateor enim, me nec reperisse cuncta, quae dilucidari cupiui, nec cuncta potuisse, quae reperi: cum & rerum magnitudo sciendi cupiditatem succenderet, & diuersitatum confusio fastidij nimietatem praepareret. Habebit tamen in his lectoris mei curiosa vestigiatio, & si non copiam satietatis qua delectetur, qualemcumque tamen causam inquisitionis, qua melius exerceatur.

Explicit VValafridi Strabonis liber de Ecclesiasticarum rerum exordiis & incrementis.

BERNONIS

BERNONIS AVGIENSIS ABBATIS, DE QVIBVSDAM REBUS AD MISSAE OFFICIUM PERTINENTIBVS LIBELLVS, cuius haec sunt capita.

Qualiter prius Apostolorum temporibus Missarum celebratio ageretur.

CAPVT PRIMVM.



Titur in exordio nascentis Ecclesiae non eo, quo nunc, modo vel ordine sacra celebrabantur Missarum solennia, teste etiam beatissimo Gregorio Papa, qui inter multa quae constituit vtilia, cum in celebratione Missarum, tum etiam in vario ecclesiasticarum rerum vfu, ad conficiendum corpus & sanguinem Christi, orationem Dominicam fecit decantari, sicut de eo scriptum est: Orationem Dominicam mox post Canonem super hostiam censuit recitari. De hoc & de aliis cum quosdam murmurare sentiret, piissimus Pater inter alia non dedignatus est huiusmodi rationem reddere, dicens: Orationem Dominicam idcirco mox post precem dicimus, quia nos Apostolorum fuit, vt ad ipsam solummodo orationem, oblationem hostiam consecraretur. Et valde mihi inconueniens visum est, vt precem, quam scholasticus composuerat, super oblationem diceremus, & ipsam traditionem, quam redemptor noster composuit, super eius corpus & sanguinem non diceremus. Sed crescente statu religionis, simul accreuit decus Ecclesiastici honoris. Attamen ipsum canonem non vnus solus totum composuit, sed per tempora aliud aliud interposuit vel adiecit, sicut de hoc sanctissimo Papa legimus: In Canone apposuit, Diesque nostros in tua pace dispo[n]e, atque ab aeterna damnatione nos eripe, & in electorum tuorum iubeas grege numerari. De Alexandro quoque Papa, qui a beato Petro septimus erat in ordine, ita legimus: Hic passionem Domini miscuit in precatione sacerdotum, quando Missae celebrantur. Leo Papa constituit, vt intra actionem sacrificij diceretur, Sanctum sacrificium, & caetera. Deinde Gregorius tertius eiusdem nominis Papa, faciens oratorium in basilica S. Petri Apostoli in honorem omnium sanctorum, quotidiana Missarum solennia ibidem celebrare constituit, pariterque in Canone a sacerdote dicendum ordinauit: Quorum solennitas hodie in conspectu tuae maiestatis celebratur, Domine Deus noster, toto in orbe terrarum. Quod quia specialiter ad illam pertinet celebritatem, non est canon, qui generaliter dicitur, adnotat. Haec de canone, qui & actio dicitur, dicta sint: nunc de caeteris quae Dominus dedit, videamus. Celestinus Papa constituit, vt Psalmi Dauid cetum quinquaginta ante sacrificium psallerentur in ordine Antiphonarum ex omnibus, quod antea non fiebat, nisi tantum epistola beati Pauli recitabatur, & sanctum Euangelium. Litaniae, id est, kyrie eleison, Christe eleison, quae sequuntur, a Graecorum vfu sumptae creduntur. Orationes autem, quas Collectas dicimus, a diuersis authoribus compositae creduntur, a Gelasio praefule Romano, & beato Gre-

gorio Papa. Vnde & in vita ipsius legimus: Sed & Gelasianum codicem de Missarum solenniis, multa subtrahens, pauca conuertens, nonnulla superadiiciens, in vnus libelli volumine coarctauit. Quod volumine librum Sacramentorum praetitulauit. Et fortasse primis temporibus solius Pauli epistolae legebantur, postmodum intermixtae aliae lectiones sunt, non tantum de nouo, verum etiam de veteri, prout solennitatum ordo postebat, testamenti. Vbi notandum, vt sicut sanctum Gregorium, quicumque has vel has cantilenas composuisset libri Sacramentorum, & Antiphonarum: ita & beatum Hieronymum credimus ordinatorum lectionarij, vt ipse testatur prologus appositus in capite eiusdem Comitis: (sic eum appellauit.) Postea cum Gradualia & Alleluia inter Apostolicam & Euangelicam lectionem ceperunt frequentari, Hispani quasi nouitate rei percussus, multum restiterunt, dicentes: In quibusdam Hispaniarum ecclesiis laudes post Apostolum decantantur priusquam Euangelium praedicetur, dum Canones praecipiant, post Apostolum non laudes, sed Euangelium annunciare. Praesumptio enim est, vt anteponant ea, quae sequi debent. Nam laudes ideo Euangelium sequuntur, propter gloriam Christi, quae per idem Euangelium praedicatur. Veruntamen ex autoritate sanctae Romanae Ecclesiae, postea est constitutum, vt responsoria & Alleluia canantur ante sanctum Euangelium. Idem etiam in Toletano statuerunt concilio, vt hymnus trium puerorum omni Dominico die, & in solennitatibus Martyrum in pulpito decantetur: quod tamen Romani minime faciunt, nisi quater in anno, his sabbatorum diebus, qui praetitulatur. In duodecim lectionibus Symbolum quoque fidei catholicae post Euangelium recitatur, vt per sanctum Euangelium corde credatur ad iustitiam, per symbolum autem ore confessio fiat in salutem. Quod tamen non secundum Nicenum concilium sed secundum Constantinopolitanum canimus translatum. Concilio quoque Toletano statutum est, id omni die Dominico secundum morem Orientalium ecclesiarum decantari.

Rom. 10. Conc. Tolet. 3. cap. 11.

Agnus Dei, in contractione corporis Domini, a clero & a populo Sergius Papa dici constituit. Offertorium, quod inter offerendum cantatur, quamuis a prioris populi consuetudine in vsum Christianorum venisse dicatur, tamen quis specialiter addiderit, apertum non legimus, quemadmodum de illo angelico hymno, Sanctus, sanctus, sanctus: vel de illa antiphona, quae post communionem dicitur, fateri possumus, cum veraciter credi possit, priores sanctos silentio obrulisse vel communicasse, quod etiam haecenus in sabbato S. Paschae solemus obseruare. Quanquam non desint, qui affirmant Xistum Papam, supradictum hymnum, Sanctus, san-

ctus, sanctus, ad Missam addidisse. Verum in his omnibus est attendendum, quia sicut sapientissimus Papa Gregorius librum Sacramentorum diligentissime ad veritatis lineam correxit, ita musicæ quoque modulationis harmoniam satis vtiliter composuit ac ordinavit.

De Gloria in excelsis. CAP. II.

Nunc stylus ad mouendam quæstionem se vertat, ad quam totus hætenus sermo habitus intendebat, videlicet, cur non liceat omni die Dominico vel Natalitiis sanctorum, presbyteros illum hymnum canere, quæ nato in carne Domino Angeli cecinere, dicentes: *Gloria in excelsis Deo*. Quod si concessum est illum cantare in Pascha secundum prætitulationem Missalis, non multo minus licitum puto in natiuitate Domini, quando primum cæpit audiri ab hominibus in terris, qualiter ab angelis canebatur in caelis. Proferant contradictores in medium, vbi nam sit à sanctis Patribus, vel ab ipso sanctissimo Papa Gregorio interdictum, & si ad hæc respondere non valemus, meritò manus damus. Quisquis enim vult ex sacræ scripturæ autoritate aliquid confirmare, debet ex Prophetarum oraculis, Apostolorum dictis, antiquorum Patrum cõciliis, necnon & eorum scriptis vel gestis, & quod omnibus his maius est, ex sancti Euangelij veritate locum ostendere, vnde velit sententiam suam corroborare. Vnde solemus dicere, Scriptum est in illo, & in illo loco: & legimus in decretis Pontificum, vel in tali concilio in illo capitulo. Sed cum sancti Gregorij nusquam legamus ipsum hymnum interdixisse, liceat nostros quoque testes idoneos introducere, quo eorum testimonio possit probari, vtrumnam iure debeat decantari. Nam cum scriptum sit, *in ore duorum aut trium testium stet omne verbum*, prius proferam duos, deinde multos. Denique Telephorus Papa à beato Petro octauus, constituit, vt ante sacrificiũ hymnus diceretur angelicus, hoc est, *Gloria in excelsis Deo*. Qualiter eius debeat credi testimonio, restatur martyrium, quod sustinuit pro Domino. De Symmacho quoque Papa ita legimus: Hic constituit, vt omni die Dominica vel Natalitiis Martyrum, *Gloria in excelsis*, hymnus diceretur. Cuius sanctitatis vir iste fuerit, de bonis eius operibus, quæ fecit, ex libro Dialogorum legere volentibus, satis liquebit. Vbi beatus Papa Gregorius narrat, quod quidam Paschasius sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconus, cum tanti meriti apud Deum esset, vt quidam demoniacus tacta eius post mortem Dalmatica, à dæmone sit liberatus, tamen quia tanti Pontificis ordinationi resistit, cuida religioso viro in purgatorij pœnis constitutus, non per somnium, sed visibiliter apparuit, ac pro qua culpa hæc pateretur, innotuit. Ecce de hoc hymno Angelico duo testes inuenti sunt idonei, qui à nemine, vt puto, possunt refelli. Quod si adhuc tertius quæritur, non iam vnus sed sexaginta Episcoporum in medium profero testimonium, qui in quarto Tolerano concilio, in nomine Domini congregati, tam super hoc, quam super aliis huiusmodi hymnis promulgauerunt decretum cap. 12. De hymnis, inquit, etiam canendis & Saluatoris & Apostolo-

Tol. con. 2.
pa. 730.
Matt. 16.
Ephes. 5.

rum habemus exemplum. Nam & ipse Dominus hymnum dixisse perhibetur, Mattheo Euangelista testante: Et hymno dicto, exierunt in montem Oliueti. Et Paulus Apostolus ad Ephesios subscripsit, dicens: *Implemini spiritu sancto*, loquentes vobis in Psalmis & hymnis & canticis spiritualibus. Et quia cernebant nonnullos in Ecclesia eos hymnos spernere, qui humano ingenio videbantur in laudem Apostolorum & Martyrum triumphos compositi esse, vehementer arguebant eos huiusmodi verbis, dicentes: Respuant & illum ergo ab hominibus compositum, quem quotidie publico priuatoque officio in fine omnium Psalmorum dicimus: *Gloria, & honor patri & filio & spiritui sancto in secula seculorum, Amen*. Pro quo nos canimus, *Gloria patri & filio & spiritui sancto vsque in finem*. & post hæc inferunt: Nam & ille hymnus quem nato in carne Christo Angeli cecinere, *Gloria in excelsis Deo*, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, angelicus est: Reliqua quæ ibi sequuntur Ecclesiastici doctores composuerunt. Ergo nec ipsi in Ecclesiis canendi sunt, quia in sanctorum scripturarum locis non inueniuntur. Componuntur Missæ siue preces, vel orationes siue commendationes, seu manus impositiones, ex quibus si nulla decantatur in Ecclesia, vacat officia omnia ecclesiastica. Et paulò post: Sicut igitur orationes, ita & hymnos in laudem Dei compositos, nullus nostrorum vltterius improbet, sed pari modo Gallia Hispaniaque celebrent, sintque excommunicatione plectendi, qui hymnos reuicere fuerint ausi. Vnde sanctus Pater Benedictus iubet nos monachos ad omnes regulares cursus celebrare hymnos, quos ille vocat Ambrosianos. Ad hæc potest aliquis dicere, tunc temporis Gallos & Hispanos in Missarum suarum celebritate nondum habuisse vsum sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Quod & nos non negamus. Testatur hoc Abbas Hilduuinus, vir in diuina lege ad primè eruditus, in ea Epistola quam ad Ludouicum Imperatorem direxit pro passione sanctorum Martyrum Dionysij & sociorum eius, vbi inter alia, quæ suæ narrationi videbantur congrua, hæc adiecit: Cui ad stipulari videntur antiquissimi & nimia vetustate penè consumpti Missales libri continentes Missæ ordinem more Gallico, qui ab initio receptæ fidei vsus in hac Occidentali plaga est habitus, vsquequo tenorem, quo nunc vtitur, Romanum suscepit. In nostri quoque monasterij archiuo habetur Missalis longè aliter ordinatus, quam Romanæ Ecclesiæ se habeat vsus. Et quod iis omnibus maius est, cum vna sit fides, cur super Missarum celebratione, Galliarum Ecclesiæ à Romana discordent, Augustino requirenti, Gregorius respondit: *Novit fraternitas tua Romanæ Ecclesiæ consuetudinem, in qua se meminit enutritam*. Sed mihi placeat, vt siue in Romana, siue in qualibet Ecclesia aliquid inuenisti, quod plus omnipotenti Deo possit placere, sollicitè eligas, & Anglorum Ecclesiæ, quæ adhuc noua est, ad fidè institutione præcipua, quæ de multis Ecclesiis colligere potuisti, infundas. Non enim pro locis res, sed pro bonis rebus loca amanda sunt. Ex singulis ergo quibusque Ecclesiis, quæ pia, quæ religiosa, quæ recta sunt, eligas, & hæc quasi vasculo collecta, apud Anglorum mentes in consuetudinem

fuerudinem vertas. His satis instrui exemplis nil nos delinquere si ea, quæ ex autoritate Pontificum, qui illum sanctum virum tempore præcesserunt, instituta suscepimus, & vel ex Gallicanarum Ecclesiarum, aut Hispanicarum vsu mutauimus, fideli deuotione seruiamus, imitantes ipsius beatissimi Papæ prædicandam humilitatem. Qui cum reprehenderetur à quibusdam, quod aliarum Ecclesiarum morem sequeretur, inter alia fatetur, dicens: *Si quid boni vel ipsa, videlicet Constantinopolitana, vel altera Ecclesia habet, ego & minores meos, quas ab illicitis prohibebo, in bono imitari paratus sum*. Stultus est enim, qui in eo se prium existimat, vt bona, quæ viderit, discere contemnat. Nam si idè, vt sæpè dictum, illum angelicum hymnum prohibemus in festiuis diebus canere, eo quod Romanorum presbyteri non solent eum canere, possumus simili modo post Euangelij Symbolum reticere, quod Romani vsque ad hæc tempora diuæ memoriæ Henrici Imperatoris nullo modo cecinerunt. Sed ab eodem interrogati, cur ita ageret, me coram assistente, audiui eos huiusmodi responsum reddere, videlicet quod Romana Ecclesia non fuisset aliquando vlla hæreseos face infecta, sed secundum sancti Petri doctrinam, in soliditate Catholicæ fidei permaneret inconcussa: & idè magis his nec necessarium esse illud Symbolum sæpius cantando frequentare, qui aliquando vllè hæresi potuerunt maculari. At Dominus Imperator non antea desit, quam omnium consensu id Domino Benedicto Apostolico persuasit, vt ad publicam Missam illud decantarent. Sed vtrum hanc consuetudinem seruetur adhuc, affirmare non possumus, quia certum non tenemus. Eo etiã modo possunt abiici multa, quæ post sancti Gregorij tempora causa decoris videntur adiecta, cum econtrariò Psalmista dicat: *Adiuciam super omnem laudem tuam*. Et mirum valde videtur, cum certa ratione discretum, quid soli liceat episcopo, non autem presbytero, videlicet, vt ad episcopum pertineant ordinationes clericorum dedicationes ecclesiarum sacri Chrismatis consecratio, ad dandum Spiritum paraclitum sacra impositio manuum, quid aliud esse possit in sacramentis diuinis, quod non sit presbyteris commune cum episcopis, præcipuè cum id quod excellentissimè est in omnibus sacramentis sanctum videlicet corpus & sanguinem Christi, quotidie sicut Episcopi, ita & consecrèt presbyteri, nec sanctius sit illorum, quam istorum. Vnde sanctus Hieronymus dicit de iisdem presbyteris: *Hinanque in benedictione cum episcopis consortes sunt mysteriorum, ac nulla in conficiendo corpore Christi ac sanguine inter vos & episcopos credenda distantia est, quia & Eucharistiam pridem presbyteros benedictam, si necessitas exegerit, accipere debet. Et post pauca: Nam si quis ad iniuriam reuocat, vt putet non debere se accipere Eucharistiam, quæ presbyter benedicit, is profectò peruersus est, credens Deum duo corpora habuisse, vnum maius, aliud minus: quod episcopus cõficiat maius, quod presbyteri minus: qui Christum ita diuidit, Deo iniuriam facit, super hæc omnia cum in capite libri Missalis, quædo presbyteri Romani, Gloria in excelsis Deo, canere & non canere soleat, legimus*

Tom. 6.

solummodò prætitulatum: nusquam autem vel à B. Papa Gregorio, vel aliquo sanctorum patrum nobis interdictum puto, quin omni die Dominica vel in sanctorum natalitiis liceat nobis sæpè dictum hymnum canere ad augmentum laudis diuinæ.

De octaua Pentecostes. CAP. III.

His ita vt cunquæ digestis, non ab simile videtur, si quid de octauis Pentecostes loquamur. Nam dum adhuc apud Gallos esse constitutus, non modicam super hac re quæstionem cognoui exortam in illis regionibus, aliis adfirmantibus, quod sicut Dominicæ natiuitatis ac resurrectionis, ita oporteret celebrare & octauas Pentecostes, præcipuè cum sæpius in nostris officialibus libris scriptum legamus, post octauam pentecostes. Alii è regione contendentes, in hac solennitate, qua Spiritus sanctus super Apostolos in linguis igneis apparuit, non plus quam septem dies debere expendi, iuxta dona eiusdem Spiritus sancti. Sed ad hanc litem inter vtrasque partes dirimendam, ipso S. Spiritu adiuuante, ostendamus cui parti meritò fauere debeamus. Nam cum S. Augustinus doctor egregius de sermone Domini in monte habito disputaret, & singulas beatitudines septem donis Spiritus sancti compararet: nam prima beatitudo incæpit, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum, cum ad octauam perueniret, ita intulit: Octaua tanquam ad caput redit, quia consummatum perfectumque ostendit & probat. Itaque in prima & octaua nominatum est regnum caelorum. Cum dicitur autem, *Quis nos separabit à charitate: tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius?* Septem sunt ergo quæ perficiunt, nam octaua clarificat, & quod perfectum est demonstrat, vt per hos gradus perficiantur & cæteri, tanquam à capite rursum exordians: Videtur ergo mihi etiam septiformis operatio Spiritus sancti, de qua Esaias loquitur, his gradibus sententiisque congruere. Et post aliquanta: Hæc octaua sententia quæ ad caput redit, perfectumque hominem declarat, significat fortasse & circuncisionem octaua die in veteri Testamento, & Domini resurrectionem post Sabbatum, qui est vtiq; octauus dies, idèmq; primus dies, & celebrationem octauarum feriarum, quas in regeneratione noui hominis celebramus & numero ipso Pentecostes. Nam septenario numero septies multiplicato, quo fiunt 49. quasi octauus additur, vt 50. compleantur, & tanquam redeatur ad caput, quo die missus est Spiritus sanctus, quo in regnum caelorum inducimur, & hæreditatem accipimus & consolamur, & pascimur, & misericordiam consequimur, & mundamur, & pacificamur, atque ita perfecti omnes extrinsecus illatas molestias pro veritate & iustitia sustinemus. Ex his sancti Augustini verbis liquidò potest intelligi, quid de octauis Pentecostes possit sentiri. Sed interim vel breuiter de Sacramento nostri baptismatis aliquid loquamur, quod in similitudinem mortis, sepulturæ, resurrectionis Christi legitur, Apostolo teste qui ait: *Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus*.

Hh

Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & in novitate vite ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus, & cætera. Vnde & Beatus Papa Leo: In baptismatis, inquit, regula & mors interuenit interfectione peccati: sepulturam tri-duanam imitatur dimertio & ab aquis eleuatio, resurgens instar est de sepulchro. Vnde rectissime Sancti patres duo tantum legitima tempora ad baptizandum, si nulla necessitas interuenit, constituerunt, sabbatum videlicet Paschæ, & sabbatum Pentecostes. Quæ utraque per octo dies celebrantur. Merito conspeliuntur Christo baptizati in sabbato, ut cum ipso valeant resurgere die Dominico. Sicut enim sabbatum requiem animarum, sic Dominicus dies, qui est primus & octauus, significat resurrectionem corporum. Si enim certi gratia mysterij per octo dies noster baptismus colitur, ita ut octaua die vestimenta mutantur baptizatorum, cur non magis celebratur per octo dies baptismus Apostolorum? Quod enim Apostoli per aduentum Spiritus sancti, qui in igne apparuit, baptizati sunt in die sancto Pentecostes, testatur in Euangelio Ioannes Baptista, qui confluentibus ad se turbis, ait: *Ego quidem vos baptizo in aqua in poenitentiam. Qui autem post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calcementa portare. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igne.* Et ipse Dominus ad Apostolos ait: *Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabit in Spiritu sancto non post multos hos dies.* De qua quidem octaua Pentecostes solennitate dicit quidam doctor egregie: Octauus dies est, qui & primus, secundum formam octo beatitudinum. Prima beatitudo dicit: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Octaua ita, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Ad regeneratos pertinent hæ sententiæ, ut qui pauperes sunt in hac vita, propter regnum cælorum vsque ad finem vitæ perseverantes sint, ut accipiant regnum, pro quo hic laborauerunt. Baptismus verò Neophytorum, quanuis in sabbato agatur, ad illum baptismum pertinet, quem Apostoli acceperunt in die sancto Pentecostes, cuius octaua est dies Dominica sequens, quam solemus appellare octauas Pentecostes. Et iterum post aliqua: Celebratur per septem dies opus septiformis spiritus, & octaua die consummatio & declaratio & glorificatio eiusdem operis. Quod si ita est, meritò eandem glorificationem in nostris officiis recolit 8. dies, quæ redit ad caput, quæ & 1. dies. Itaque sicut celebrauimus maiestatem Spiritus sancti in Pentecoste, celebremus & in octauis eiusdem festiuitatis, quatenus sæpissime recolendo eius dona, dignetur charitas eius se profusus infundere cordibus nostris. Ex his omnibus manifesta ratio patet, quòd hi qui octauam Pentecostes celebrant, rectius agunt, quam qui hoc agere nolunt. Igitur iustissime & rectissime, à sancta matre Catholica ecclesia toto orbe terrarum diffusa, octaua Pentecostes solennitate celebratur, veneratur, & colitur. Siquis verò huic sanæ diffinitioni contradi-

Matt. 3.

Acto. 1.

cit, eiusdem matris ecclesiæ vitæ scindit. Finito tandem eo, quo hæctenus vtēbamur, sermone, libet aliam rationem inchoare.

De aduentu Domini. CAP. IIII.

Dominica prima de aduentu Domini, Dominica secunda, Dominica tertia, Dominica quarta, quæ proxima est ante Natiuitatem Domini. Aliter verò in Lektionario, quem librum comitis appellauit, sic: Dominica quinta ante Natiuitatem Domini, quam Amalarius præparationem Domini, Deinde Dominica quarta ante Natiuitatem Domini, Dominica 3. ante Natiuitatem Domini, Dominica secunda ante Natiuitatem Domini, Dominica prima ante Natiuitatem Domini, ut conuerso modo quæ apud Hieronymum dicitur prima vel proxima ante Natiuitatem Domini, apud Gregorium dicitur Dominica quarta de Aduentu Domini, non inconuenienter, ut reor, propter quinque huius seculi ætates, in quibus hominum genus sub iugo diaboli captiuum tenebatur, quousque per intacta virginis uterum nascendo in carne appareret, qui carnis peccata per sui corporis hostiam aboleret, & inicitium sextæ sequentis ætatis sanctificaret: vel quia interior noster homo per quinque sensus corporis corrumpitur, ita ut in nobis mors operetur, sicut Propheta dicit: *Introuit mors per fenestras vestras*, quatenus in his quinque hebdomadibus hospitium mentis illi Regi nostro præparetur, quem propheticæ lectio in ipsa hebdomada quinta his verbis pronuntiat venturum: *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit Rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra.* Quaternarium verò numerum, quem, ut supra notauit sanctus Gregorius, in quatuor Dominicis de Aduentu Domini diebus posuit, tali celebrant sacramento, ut homo qui quatuor consistit elementis, per quatuor hebdomadas eius expectet aduentum, quem per tres ordines librorum, legis scilicet, Prophetarum, Psalmorum, olim promissum, & per quartum, id est principij Euangelij Angelo sanctæ Mariæ semper virgini conceptum, ac natiuitatis eius ordinem narrante, ad salutem humani generis certissime sciunt huic mundo præsentatum. Et ne tantilla paruitalis meæ attestatio, quam ex aliorum magis, quam ex propria protuli sententia, videatur paruipendenda, Maior dicta ponantur in medio, ut vel ex his liquidò comprobetur, quorum vsus rectior habeatur. **E**rit nempe Amalarius diuinorum officiorum scrutator non contemnendus: In antiquis libris Missalium & lectionariorum reperitur scriptum, hebdomada quinta ante Natiuitatem Domini. Totidem enim lectiones habemus in lectionario, & rotidem Euangelia à tempore memorato per dies Dominicos vsque ad Natiuitatem Domini. Antiphonarius habet tria officia diurna, & quartum in die Dominico, qui vacat post lectiones duodecim: Nocturna verò quatuor, ut superius dixi, per dies Dominicos. Author lectionarij excitat fidem nostram ad recolendum Domini nostri Iesu Christi venturi in mundum præconium per quinque ætates

Iere. 9.

Luc. 11.

Iere. 31.

Ioan. 6.

Rom. 11.

Psal. 24.

for. * au- res.

Psal. 47.

forte deest hic, * quia tria in antiphonario ordinant diurna of-

ætates mudi. Author Missalis, qui nominatur Gregorialis, & Antiphonarij nos tangit, ut recolamus Natiuitatem Domini celebratam per tres ordines librorum, scilicet legis, Prophetarum, & Psalmorum, necnon & per quartum, id est, principium Euangelij, in quo narratur Gabriel Archægelus missus ad Zachariam, videlicet nuncijs præcursoris Natiuitatis Domini, verum etiã & Prophetia Zachariæ de aduentu Domini, & Gabriel missus ad Mariam virginem, narrans ei conceptionem saluatoris nostri, & cætera talia vsque ad ipsam Natiuitatem. Nempe & ipsa quarta hebdomada, hoc est, quæ proxima est ante Natiuitatem Domini, siue in qua celebratur, singularis est: Habet in matutinali officio per vnamquam feriam antiphonas proprias in Psalmis. Et alio modo author lectionarij docet nos, quàm fortis sit Dominus, qui venturus est ad nos, & intraturus domum nostram, ut in ea habitet, quem nos solemus fordidae quinque sensibus nostris: Illices formæ intrant per oculos: Suspiciunt mala de fratre, per aures: odor libidinosus per nares: per os ingluuius polluit, per tactum crudelitates. In fordibus non vult habitare Rex vëturus, nisi ita purgetur hospitium, ut nec saltem pulvis talium phantasmatum remaneat, non dignabitur hospes vëturus intrare in illud. Ideò scribit author lectionarij quinque lectiones quinque hebdomadarum, ut nos horetur circuncidere quinque sensus nostros ab omni vitio, & parare mansionem dignam Regi & Domino atq; vero prophetæ. De ipso Rege dicit prima lectio: *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit Rex, & sapiens erit.* At verò de Domino, *Et hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus iustus noster.* Et iterum in Euangelio de Propheta: *Quia hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum:* Author Missalis siue Antiphonarij, eandem præparationem hortatur nos facere per quatuor hebdomadas. Sicut enim homo internus quinque sensibus ad animam benè aut male operatur, ita per quatuor elementa aut ruit ad mala opera, aut furgit ad bona. Quapropter, ut dixi, hortatur nos author memoratus, ut si vsque modo torpuidus negligentia, dehinc furgamus ad mundandam domum nostram, ut qui non excitatus est in quinta hebdomada, saltem in quarta furgat. Ipsum enim sonat lectio, quæ legitur in quarta hebdomada, *Scimus quia hora est immos de somno surgere, & reliqua.* Non dubito propterea cantorem in memorata hebdomada cum tuba sua exaltare vocem, *Ad te leuavi animam meam*, ut exciter eos qui in quinta hebdomada sopore negligentia oppressi sunt. Quomodo nostram domum præparare debeamus, in sequentibus memorata lectio monstrat: *Non in conversatione & ebrietatibus, non in cubilibus & in potationibus, non in conuentione & amulatione, sed induimini Dominum Iesum Christum.* Eandem præparationem inculcat in * aras cordis nostri sacramentarium: *Suscipiamus, inquit, Domine misericordiam tuam in medio templi tui*, ut reparationis nostræ ventura solennia congruis honoribus præcedamus. Hæc autem causa est, qua patrum sententia fulcitur, * Omnis enim omnipotentis verbi humanati dispensatio, sanctæ Trinitatis indiuidua est operatio. Et quantum ad solum filium respi-

ciat humanitatis assumptio, tamen ad totam Trinitatem pertinet effectiua nostræ redemptionis consummatio. Quapropter æquum per omnia fore & conducibile censetur, quatenus tres tantum hebdomadæ obseruentur in aduentu Domini. Quòd si aliquid supercreuerit, synecdochicè accipitur, ne tanti mysterij ordo & regula præsumptuose (quod absit) annulletur. Est autem & alia eiusdem negotij ratio haudquaquam vilipendenda, quo gloriosus ecclesiæ author & doctor exitimius Hylarius in libro officiorum vtitur: Sicut, inquit, pater ille familiars in Euangelio trino aduentu infructuosam siculneam visitauit, sic sancta mater ecclesia Saluatoris annuo recursum per trium septimanarum secretum spatium sibi incitauit. *Veni enim filius hominis quæere & saluum facere quod perierat.* Venit ante legem, quia per naturalem intellectum, quid vnicuique sequendum, quidve agendum sit, innotuit: Venit sub lege, quia Patriarcharum exemplis & Prophetarum præconiis, femini Abrahæ legalia confirmauit decreta. Venit tertio post legem per gratiam, ad vocationem gentium, *ut à solis ortu vsque ad occasum laudare discerent, pueri nomen Domini*, quos vsque ad finem mundi ad suæ maiestatis cultum exhortari non desinit.

ficia aut aliquid dicitur.

Luc. 19.

Psal. 118.

De Missa, Deprecationem nostram, & concordia officiorum Dominicalium. Caput 7.

DE Missa, Deprecationem nostram, quæsumus Domine, benignus exaudi, quæ in quibusdam sacramentorum libris bis solet poni, primò videlicet peracta Pentecostes hebdomada, post officia ieiunij mensis quarti, quæ pratitularur in Missali, Dominica vacat. Item secundò, post duas Dominicas, tertia incipiente. Vbi querendum reor, quo loco rectius dicatur: Nam per singula quatuor tempora peracto ieiunio, sequens Dominica vacat ab officio, quamuis Missæ non desint inde compositæ. Et quia officia ieiunij primi mensis, in prima quadragesimæ hebdomada Pentecostes inueniuntur conscripta, licet semper eodem perueniant ordine, tamen sicut peracta prima quadragesimæ hebdomada, ea Dominica quæ ibi posita est, dicitur & lectiones Apostoli & sancti Euangelij leguntur, ita & hic agendum esse, rectè & præcipue cum eadem Missa lectio Apocalypsis Ioannis & Euangelium, quæ eodem die leguntur, miro inter se concordant modo. Nam sacerdos & sua & ecclesiæ voce deprecatur sibi præstari supplicandi affectum, & defensionis auxilium: & in lectione scriptum est, *procieterunt viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in secula seculorum, Amen.* Et in Euangelio, *princeps Iudeorum Nicodemus venit ad Iesum nocte, rogans & interrogans de animæ suæ salute.* Et deinceps finita hac eadem hebdomada vsque ad aduentum Domini, par numerus inuenitur tam officiorum, quam & Missarum. Nam viginti tres hebdomadæ cõputantur ita concordantes, ut aliquando omnis cantus videlicet antiphonariorum, quæ dicuntur Introitus gradualium, offertoriorum, communionum,

Apocal. 4.

Ican. 5.

cum lectionibus Apostolicis & euangelicis ita conueniant, vt velut quoddam organum distantis inter se vocis concordem symphoniam reddant. Vt enim exempli gratia pauca ex plurimis proferamus, primam Dominicam post octauam Pentecostes intendamus, vbi Introitus ita incipit: *Domine, in tua misericordia speravi.* & responsum: *Ego dixi, Domine, & vers. Beatus qui intelligit super egenum.* Offertenda quoque, *Intende voci orationis meae.* Nonne suis vocibus videtur tibi, prophetam in voce pauperis Lazari vel in persona sanctae ecclesiae hoc quidem tempore pauperis & afflictæ, ad Deum proclamare, vt in hac conuale lachrymarum dignetur misereri membrorum suorum? Et quid ipso die lectio Ioannis, nisi tota charitatis melle redundat, dum dicit, *Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo?* Et paulo superius: *Deus dilexit nos & nos debemus inuicem diligere.* Quid autem sanctum euangelium sonat, nisi vt ad misericordiae opera nos prouocet, quando & pauperis Lazari patientiam in sinu Abraham remuneratam, & diuitis superbi auaritiam ostendit damnatam? Pro huiusmodi re sacerdos illum deprecatur, qui est in se sperantium fortitudo, vt addit inuocationibus nostris propitius, & quia sine illo nihil potest nostra mortalitatis infirmitas, sicut nec Lazari sine eius adiutorio potuit, praestet nobis auxilium gratiae suae, vt in exequendis mandatis eius illum diligendo ex toto corde, & ex tota anima, & ex omnibus viribus, & proximum nostrum sicut nosmetipsos, & voluntate illi & actione placeamus, vt quandoque post huius vitae terminum, in sinu Abraham recepti, vnusquisque nostrum, laeto cordis iubilo cantare possit cum Lazaro: *Narrabo omnia mirabilia tua, & laetabor & exultabo in te, psallam nomini tuo altissime.* Et in hunc modum per viginti-tres hebdomadas, si illa Missa superius dicta, tertio loco praetermittitur, aut omnia cum omnibus, aut aliqua cum aliquibus, maxime autem, si diligenter inspiciatur, Missa concordant cum euangelicis lectionibus. Et ne multiplex sermo lectori fastidium gignat, praetermissis plurimis, pauca adhuc dicamus sub exemplis: Qualiter illa euangelica lectio, qua Dominus Petro praedicat, *Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens: & ille subductis ad terram nauibus, cum sociis suis secutus est illum,* congruat orationi Missae, non est laboriosum inuestigare, quae huiusmodi componitur prece: Deus qui diligentibus te bona inuisibilia praeparasti, infunde cordibus nostris tui amoris affectum, vt te in omnibus & super omnia diligentes, promissiones tuas, quae omne desiderium superant, consequamur. Vt haec omnia cum Apostolis mereamur consequi, hortatur nos Petrus in lectione, omnes vnanimis in oratione existere. Iterum illi Euangelicae lectioni, vbi Dominus quatuor milia hominum septem panibus & pisciculis paucis pavit, haec Missa congruit: Deus, cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur, te supplices exoramus, vt noxia cuncta submoueas, & omnia nobis profutura concedas. Prouidit enim Deus, quid elicienti populo esset facturus. Merito populi diuinæ largitatis pabulo refecti, cum Daniele Propheta decantant laeti: Sicut in holocausto arietum, rogantes, vt sic fiat sacrificium in con-

Psal. 12.

Psal. 41.

Psal. 5.

1. Ioan. 4.

Ibidem.

Luc. 16.

Psal. 9.

Luc. 5.

specu Domini, vt placeat sibi. Et quia haec verba ad legalia pertinebant sacrificia, & ea nunc in mysterium corporis Christi & sanguinis sunt mutata, restantur verba secreta, quae ita incipiunt: Deus qui legalium differentia hostiarum vnus sacrificij perfectionem sanxisti: Illi Euangelio, in quo Dominus *super ciuitatem Hierusalem fleuit*, haec oratio congruit: Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime & miserando manifestas, multiplica super nos misericordiam tuam. Illud Euangelium, *Duo homines: & illa Apostolica lectio, quae ea die legitur, bene concordant, dum Apostolus dicit: Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei.* Et publicanus à longè stans, nolebat nec oculos ad caelum leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens: *Deus, propitius esto mihi peccatori.* Inter hos medius stans Sacerdos, orat & dicit: Omnipotens sempiternus Deus, qui abundantia pietatis tuae & merita supplicum excedis & vota, effunde super nos misericordiam tuam, vt dimittas quae conscientia metuit, & adicias quod oratio non praesumit. Nunc videamus de duodecima Dominica post octauas Pentecostes, quae concordia in illo officio esse possit. Nam in Euangelio secundum Marcum eo die legimus, qualiter adducunt *Domino surdum & mutum, & deprecabantur illum, vt imponat illi manus.* Et post pauca: *Et statim aperta sunt aures eius, & solutum est vinculum linguae eius, & loquebatur rectè.* Quod intuens Propheta, ex persona infirmantis in Introitu deprecatur Deum, dicens: *Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina.* Congruit etiam titulus eiusdem Psalmi, qui ita inscribitur: In finem Dauid in rememorationem, eo quod saluum me fecit Dominus. Cernens sacerdos hanc sanitatum gratiam, non nisi ex diuino munere euenire, orat ad Dominum huiusmodi prece: Omnipotens & misericors Deus, de cuius munere venit, vt tibi à fidelibus tuis dignè & laudabiliter seruiatur, tribue quæsumus nobis, vt ad promissiones tuas sine offensione curramus. Vnde & in lectione Apostolus proficitur fiduciam se habere per Christum ad Deum. Et in responso iam quasi soluto linguae vinculo, propheta laudes de Deo promittit referre, dicendo: *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. In Domino laudabitur anima mea.* In lectione introducitur nomen Moysis, & in offerenda, precatu est Moyses in conspectu Domini pro peccatis populi sui, vt sicut in Euangelio corpore infirmum, ita hic sanet Dominus populum in anima languidum. Vnde scriptum est: *Et placatus factus est Dominus de malignitate, quam dixit facere populo suo.* Et in versu, *Dixit Dominus ad Moysen, Inuenisti gratiam in conspectu meo, & scio te pro omnibus.* Sic vterque populus noui ac veteris testamenti curatus, diuina commemorat beneficia: ita canens cum Propheta, *De fructu operum tuorum Domine satiabitur terra, & educas panem de terra, & vinum letificet cor hominis.* Terra quae in primo homine maledicta, spinas & tribulos germinauit, nunc caelesti imbre perfusa, ac bonorum operum fructu satiata, illum panem producit, qui de caelo descendit, cuius gustu reficimur, & vini poculo in mysterio sanguinis Christi potamus, vt oleum

Luc. 19.

Luc. 18.

1. Cor. 15.

Marc. 7.

Psal. 69.

Psal. 35.

Exo. 31.

Exod. 33.

Psal. 103.

oleum diuinæ misericordiae faciem interioris hominis exhilarat, & panis eiusdem cor hominis confirmet. Illi euangelio, vbi Dominus legisperitum de mandato interrogat, & ille respondens, dicit: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum sicut teipsum, & Samaritanus curat illum vulneratum, & stabulario dat, & promittit praemium,* congruit haec oratio ad Dominum: Omnipotens sempiternus Deus, da nobis fidei, spei, & charitatis augmentum, & vt mereamur assequi quod promittis, fac nos amare quod percipis. Haec & alia, quae vel praetermissa, vel dicta sunt, vel quae adhuc restant, si diligentia cura obseruentur, concordia sine concluduntur, si tamen illud officium, exultate Deo, nullo canitur die Dominico. Nam cum caeteræ Dominicae, quae post ieiunia vacant, lectiones & euangelia habeant constituta, & haec Dominica, quae hic vacat, ita non habeat, iure illud officium praetermittitur, vt in caeteris concordia restructur. Si quis verò obiicit, cur officium quartæ feriae non hic similiter cantetur, sicut in aduentu Domini, & in Quadragesima: respondemus, quia cum quatuor hebdomadae in Dominico aduentu, ante Natale Domini sint praenotatae, & in quadragesima per singulos dies singula sint officia constituta, vt in aduentu Domini quarta, & in Quadragesima, secunda Dominica vacent, merito ab ecclesiasticis viris est constitutum qualiter illi dies supplerentur per officia quartarum feriarum. At verò finita Pentecostes hebdomada, & sequenti Dominica, quae vacat, non iam officium quartæ feriae repetitur, sed spiritus Domini, canitur: ita & finito septimimense ieiunio, non repetendum puto quartæ feriae officium, sed magis, si necesse fuerit, aliquod officium obseruandum, & non occurrat aliqua festiuitas sanctorum, rectius prioris hebdomadae officium, sicut solet fieri in Galliarum ecclesiis, repetitur quàm concordia euangeliorum & officiorum dissipetur. Nec satis mirari queo, quid causæ obstat, cur non liceat vnum officium, si ita euenierit, cantari per duas, sicut & vnam historiam cum suis responsoriis, per duas vel per tres vel per quatuor hebdomadas.

Nam finita hebdomada quae vacat; in Introitu Missae Cantor pacem à Domino rogat, vt prophetæ eius fideles inueniantur. Et responso Prophetae Dauid, *Letatus sum* (inquit) *in his, quae dicta sunt mihi in domum Domini ibimus: & in versu, Fiat pax in virtute tua.* In euangelio facit Dominus mentionem Prophetæ Moysis, dicens: *Super cathedram Moysis sederunt Scribae & Pharisei.* Sequens offerenda ita incipit: *Sanctificauit Moyses altare Domino.* & primus versus, *Locutus est Dominus ad Moysen: Secundus versus, Orauit Moyses Dominum.* Et in communionem hortatur nos Psalmista cum Moysè tollere hostias, & introire in atria Domini, adorare Dominum in aula sancta eius. Et quia Deo nec in sacrificio, nec in oblatione hostiarum sine eius adiutorio placere possumus, nec in atria eius introire, nec in aula eius adorare eum, merito sacerdos ex sua & nostra voce Deum deprecatur, dicens: Dirigat corda nostra domine quæsumus, tuæ miserationis operatio, quia

Mat. 22.

Luc. 10.

Psal. 121.

Mat. 23.

Psal. 95.

tibi sine te placere non possumus. In sequenti Dominica, in Introitu, consolatur nos ipse, dicens: *Salus populi ego sum, & caetera.* Vnde & in Euangelio non solum sanat paralyticum, quem ei offerebant iacentem in lecto, verum etiam dimittit peccata, sicut eidem dicit: *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Vnde & merito nos Dominum in oratione Missae rogamus, vt omnipotens & misericors deus vniuersa nobis aduersantia propitiatus excludat, & sicut paralyticus ex miseratione Dei liberò gressu incedebat, ita & nos mente & corpore expediti, quae Dei sunt liberis mentibus exequamur. Et quia Apostolus quosdam de scribis sciebat intra se dixisse, Hic blasphematur: in epistola sua praemonebat, dicens: *Propter quod loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo, & nolite locum dare diabolo.* Deinde occurrit illa Dominica, vbi illud euangelium legitur, in quo quidem ad nuptias filij Regis inuitati, neglexerunt venire, sicut scriptum est: *Et abiērunt, alius in villam suam, alius ad negociationem suam: Reliqui verò tenuerunt seruos eius, & contumelia affectos occiderunt.* Quos nos praecauere volens Apostolus, in epistola sua admonet, dicens: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu sancto.* Vbi etiam inter discumbentes, *Rex videns hominem non vestitum veste nuptiali, iussit eum ligatis manibus & pedibus mittere in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium.* Quod intuens populus ecclesiasticus, super flumina, inquit, Babylonis sedimus & fleuimus, dum recordaremur Sion, Et cantor volens iustum iudicem placare, & beneuolum reddere, huiusmodi verbis confitendo incipit canere: *Omnia quae fecisti nobis Domine, in vero iudicio fecisti, quia peccauimus tibi, &c.* In responso iam adspirans ad conuiuium Dei, ita canit: *Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das illis escam in tempore opportuno.* Propter haec omnia rogat sacerdos pium iudicem, vt fidelibus suis largiatur indulgentiam placatam & pacem, vt pariter ab omnibus mudentur offensis, & secura tibi mente deferant. Et in communionem iam quadam spe ex diuino munere Propheta animatus, ex persona fidelium canit laetus: *Memento verbi tui seruo tuo Domine, in quo mihi spem dedisti, hac me consolata est in humilitate mea.* Concordia inter lectionem euangelicam & Apostolicam, offerendam & Missam, in ea, quae subsequitur hebdomada, in propatulo est. Nam in Euangelio Dominus infirmum reguli filium sanat, & offerenda narrat de beato Iob, qualiter Satan à Domino petiit, vt tentaret eum, & data ei potestate in facultatem & in carnem eius, perdidit omnem substantiam ipsius, & filios, carnem quoque eius graui vlcere vulnerauit. Ad resistendum huiusmodi insidiis, hortatur nos Apostolus exemplo B. Iob, confortari in Domino, & in potentia virtutis eius. *Induite vos* (inquit) *armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli, & caetera, vsque ad finem lectionis.* Et in Euangelio legimus, quia postquam cognouit pater, quia illa hora sanatus est puer, in qua dixit ei Iesus, *filius tuus viuit, credidit ipse & domus eius tota: Domus eius, intelligitur familia eius.* Pro qua familia, id est, Ecclesia de gentilitate collecta, rogat sacerdos his verbis.

Mat. 23.

Eph. 4.

Mat. 22.

Dan. 9.

Psal. 142.

Iob. 1.

Eph. 6.

Ioan. 5.

bis: Familiam tuam, quæsumus Domine, continua pietate custodi, ut à cunctis aduersitatibus te protegente sit libera, & in bonis actibus tuo nomini sit deuota. In responforio propheta beneficia iusti iudicis potestatem que commemorat, dicens: Domine refugium factus es nobis, &c. vsque ad finem subsequentis versus: Vnde & cantor in Introitu confiterur, quod in *Voluntate Domini inuicta sint posita*, & non sic qui possit resistere eius voluntati. In communione quoque propheta ex persona B. Iob vel sanctæ ecclesiæ, multimodis persecutionibus subditæ, orat ad Dominum, dicens: *In saluari tuo anima mea, & in verbo tuo superperui quando facies de persequentibus me iudicium. Iniqui persecuti sunt me, adiuua me Domine Deus meus*. Nunc superest tantum, ut dicamus de Dominica vigesima secunda post octauas Pentecostes, quam conuenientiam illud officium totum cum euangelio habeat: in quo introducit persona Regis, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Cui cum oblatu esset debitor decem milliurum talentorum, nec haberet unde redderet, miseris eius, dimisit ei debitum. Sed quia ille noluit misereri conserui sui, iratus Dominus, debitum quod dimisit, repetit, tradiditque eum tortoribus, quoadufque redderet vniuersum debitum. Quod hæc parabola tendat, Dominus manifestè denunciat, dicens: *Sic & pater meus celestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris*. Quam sententiam propheta pertimescens, in Introitu clamat ad Dominum, dicens: *Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit?* Et quoniam sciebat eum iustum iudicem esse, hac voce studebat eum beneuolum reddere. Quia (inquit) apud repropiciatio est Deus Israel. Vnde sacerdos confidenter Dominum rogat, dicens: *Deus refugium nostrum & virtus, adesto piis ecclesiæ tuæ precibus, author ipse pietatis, & præsta, ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur*. Tunc enim fideliter petimus, si conseruis nostris debita dimiserimus, ut & nos nostris debitis per Dominum absolui valeamus. Nam & Apostolica lectio de obseruanda fraternæ charitatis vnitate fati nos admonet, dum Apostolus seipsum in exemplum ponens, inter cætera sic dicit: Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam vos omnes in visceribus Iesu Christi. Et hoc oro, ut charitas vestra magis ac magis abundet in scientia & in omni sensu, ut probetis potiora, ut sitis sinceri, & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum in gloriam & laudem Dei. Quam charitatem commendat responforium, dicens: *Eccè quam bonum & quam iucundum, habitare fratres in vnum*. In offerenda, beata Hester ecclesiæ typum gerens, Dominum rogat recordari sui, & ut det sermonem in os eius. Si enim rectus sermo in ore nostro sonuerit, videlicet peccata nostra confitendo, pœnitendo, proximis nostris debita remittendo, statim in communione illa ad nos diuina dirigitur promissio: *Dico vobis, gaudium est angelis Dei super vno peccatore penitentiam agente*. De vicefima autem tertia Dominica, quoniam tractauit in quadam epistola, quam ad Aribonem Archiepiscopum de aduentu Domini composuit,

Pfal. 89.

Pfal. 118.

Mat. 18.

Pfal. 129.

Pfal. 45.

Pfal. 132.

Mat. 18.

A nunc aliquid dicere superfedeo. CAPVT. VI.

Inter hæc nō ociose querendum puto, cur author officiorum tātummodò viginti-tres inter octauas Pentecostes & aduentum Domini, Ordinator verò lectionarij viginti-quinque lectiones posuerit, exceptis his, quæ in octaua Pentecostes & Dominica quinta ante Natiuitatem Domini, & in sancta Trinitate legi solent. Quæ si viginti-quinque adduntur, xxvij. numerus adimpletur. Qui officia ordinauit, embolismales anno in decemnouenali cyclo attendit, in quibus Pascha viginti-tres occurrere, & breuiora temporum spatia, inter octauas Pentecostes & aduentum Domini conficere: alter verò communes in quibus eadem Paschalis festiuitas maturius consueuit prouenire. Dicamus sub exemplo, quando vltimus terminus Paschalis 14. Kalēdis Maij, & ipse Paschalis dies septimo Kalendas eiusdem mensis occurrit, qui diligenter cōputare voluerit, non plus quam viginti-tres hebdomadas ab octaua Pentecostes, vsque ad aduentum Domini inuenire poterit. Et ita accidit ut officium *Domine in tua*, necessariò debeat cantari in ipsa octauæ Pentecostes hebdomada. Quando verò terminus primi Paschæ duodecimo Kalendas Aprilis, ipsum verò sanctum Pascha statim in crastinum, hoc est, 11. Kalendas Aprilis euenit, tunc ab octaua Pentecostes vsque ad aduentum Domini, completur numerus viginti octo hebdomadarum, iuxta computationem lectionarij: dignus profectò numerus, qui inter has solennitates Spiritus sancti & Domini aduētus medius incedat, quia non solum iuxta huius mundi sapientes, eo quod partibus suis cōsistat, perfectus esse dignoscitur, verum etiam magis propter sacramētum septiformis gratiæ & euangelicæ doctrinæ. Nam septenario quater ducto, in hæc perfectionis summam excrescit, ut sicut fenarius infra denarium, ita & iste infra centenarium numerum perfectus inuenitur. Quod prudens calculator facile intelligere quibit, si partium eius diuisiones diligenter in vnum colligit. Nulli verò dubium, quin septem ad Spiritum sanctum, quatuor verò pertineant ad euāgelium, quia per septiformem gratiam Spiritus sancti prædicatur euāgelium per quatuor plagas mundi. Si quis verò cōtentiosè conatus fuerit reprehēdere, quod in prædictis officiis non æquè omnia omnibus ex toto conueniant, huiusmodi responsum à B. Augustino percipiat: Non sanè omnia quæ gesta narrantur, aliquid etiam significare putanda sunt, sed propter illa quæ aliquid significant, adduntur. Solo enim vomere terra profcinditur: sed ut hoc fieri possit, etiam cætera atrari membra sunt necessaria. Et soli nerui in citharis atque huiusmodi vasis musicis aptantur ad cantum, sed ut aptari possint, insunt & cætera in compagibus organorum, quæ nō percutiuntur à canentibus, sed ea quæ percussa resonant, his connectuntur: Ita in Prophetica historia dicuntur etiam aliqua, quæ nihil significant, sed quibusdam adharereant, quæ significant, & quodammodo religantur.

De ieiunio quatuor temporum.

CAP.

CAP. VII.

Terminos rectæ fidei sanctæq; doctrinæ posuerunt ab initio patres Catholici, quos omninō nefas est transgredi. Sed & multæ consuetudines ecclesiasticæ inueniuntur à sanctis Patribus in sacra canonica regulæ terminos constitutæ, sicut sunt aduentus Domini, septuagesima, sexagesima, quinquagesima, quadragesima, Litaniam maior, dies rogationum ante Ascensionē Domini, vigiliæ quorundam Sanctorum, necnon & hæc ipsa quatuor temporum ieiunia, quæ præ manibus habentur, aliæque per plura, quæ omnia iure perpetuo absq; vlla transgressione nobis sunt obseruanda ac pro lege tenenda, dicente sancto Augustino ad Casulanū presbyterum de ieiunio sabbati: In his enim rebus, de quibus nihil certi statuit scriptura diuina, mos populi Dei vel instituta Maiorum pro lege tenenda sunt. Accedit etiam hoc, quod nihil sine ratione in ecclesiasticis consuetudinibus à sanctis patribus constitutum reperitur, si causa diligenter inquiratur. Ut ex veterum ac præcipuè S. Augustini sermonibus intelligi potest, necessarium est nostræ religioni, annuatim quatuor ieiunia celebrare. Nam quatuor temporibus voluitur annus: Vere, æstate, autumno, hyeme. Hæc quatuor tempora solent nos per delectamenta sua reuocare ab amore creatoris. Quare de re ieiunandum est in vnoquoque tempore, ut castigentur nostra quatuor elementa, ne surripiantur à delectatione mundi. Ipsa quatuor elementa coniuncta sunt quatuor temporibus anni. Ver est humidum & calidum, & in eo facimus vnum ieiunium, ut elementum humoris in nobis castigaretur, ne consentiat falsæ pulchritudini veris. Ex humore enim & calore nascitur pulchritudo terræ. Aestas sicca est & calida, in qua alterum ieiunium facimus, ut castigaretur elementum caloris in nobis, ne consentiat incendio carnali. Tertium fit ieiunium in autumno, qui est frigidus & siccus, ne aliquo languore animi arescamus ac defluamus, & inueniamur sine pinguedine olei in æterno tabernaculo: etenim illo tempore congregamus, quo fruamur in futuro. Quartum ieiunium fit in hyeme, quæ est frigida & humida, ne membra nostra fluxu atque luxu soluantur in comestationibus & potationibus, & per hoc negligatur amor Dei. At quia quatuor tempora annorum nos impediunt à amore Dei, quatuor ieiunia facimus, per singula quæque tempora suum ieiunium, vnumquodque pro suo tempore. Simili modo diurna curricula quatuor nos impediunt ab amore scilicet celestium: Matutinum, meridianum, vespertinum, nocturnum. Per hæc etiam quotidie ab amore æternorum retrahimur. In vnoquoque tres dies sunt. Quia vnumquodque tempus tres menses habet, pro vnoquoque mense singuli dies ieiunio consecrantur. At verò quia quotidiana peccata aggrauant, non sufficit vnum ieiunium per vnumquodque tempus, ac per hoc quadragesimale tempus inducimur quo quotidiana peccata affligantur. Eadem verò quatuor temporum ieiunia his diebus solent celebrari, scilicet quarta feria, sexta, & sabbato. Ideò quarta, quia Iudæi in ea fecerunt consilium, ut occiderent Christum. Sexta, quoniam occiderunt eum: sabbato, ex autoritate

* ab amore

A sanctæ Romanæ ecclesiæ, concluditur ieiunium, propter tristitiam Apostolorum, quam de morte nostri redemptoris habuerunt, sicut Innocentius Papa in suis Decretalibus narrat. Sabbato (inquit) ieiunandum esse ratio euidentissima demonstrat. Nā si diem Dominicum ob venerabilem resurrectionem Domini nostri Iesu Christi non solum in Pascha celebramus, verum etiam per singulos circulos hebdomadarum, ipsius diei imaginem frequentamus, ac si sexta feria propter passionem Domini ieiunamus, sabbatum prætermittere non debemus, qui inter tristitiam atque lætitiā temporis illius videretur inclusus. In quo etiam sabbato cōsecratio ordinum ecclesiasticorum celebratur, causam etiā eiusdem consecrationis, sancto Augustino dicente ad Ianuarium: Sabbatum, inquit, commendatum est priori populo in ocio coporaliter celebrandum, ut figura esset sanctificationis in requie Spiritus sancti. Nusquam enim legimus in Genesi sanctificationem per omnes priores dies, sed de solo sabbato dictum est: Sanctificauit Deus diem septimum. Quia ergo charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, idè sanctificatio in septimo die commemorata est, vbi requies commendatur. Nunc de lectionibus videamus. In quarta feria duæ lectiones leguntur, ut hi qui in sabbato sunt consecrandi ad moneantur, ut notitiam legis & Prophetarum habeant, quæ maximè in quarta ætate vigeant. Sexta feria vna tantum legitur, quia lex & prophetia in vno euāgelio recapitulatur, quod nunc in sexta mūdi ætate prædicatur ac legitur. De duodecim lectionibus, quæ prætitulatur in libro Sacramentorum, die sabbati, sic in literis Patrum reperitur scriptum: Sex lectiones ab antiquis Romanis Græcè & Latinè legebantur. Qui mos apud Constantinopolim hodie quoque seruat propter duas causas: vnam quia aderant Græci, quibus incognita erat Latina lingua: aderantque Latini quibus incognita erat Græca: alteram quoque propter vnanimitatem vtriusque populi. Duodecim lectiones dicuntur propter duodecim lectores, nō propter duodecim sententiarum varietates. Sex Lectiones sunt tantummodo in sententiis. Neque enim si dixerimus amē, verum: propterea duas veritates intelligere debemus, sed vnam. Sed de his hæcenus: nunc ad propositum redeamus. Quæstio tua, si ritè recordor, talis erat, ut scire optares, vtrumnam statim in primo sabbato Martij sit ieiunandum etiam si idem mensis quinta, sexta, aut septima feria incipiat, an ad aliud sabbatum propter quartam feriam sit differendum. Ad quod tibi ex consuetudine sanctæ ecclesiæ, quæ pro maxima autoritate tenenda est, respondeo, quod absque vlla refragatione semper eiusdem mensis quarta feria debeat expectari, quoniam idem ieiunium quod quarta feria incipitur, sabbato finitur: nequaquam Februario, sed totum Martio deputatur, ea videlicet ratione, ut in eo mense primum ieiunium nostrum Domino consecratur, in quo principium anni ac ipsa creatio mundi cœpit. Vnde iste terminus firmiter est obseruandus, ut nec ante IIII. Nonas Martij, nec post VI. Idus eiusdem mensis aliquis statuat ieiunandum, sed

Tom. 6.

Hh iij

in his septem diebus vbicunque primum euenierit, ieiunare licitè valebit. Ex quo velut intellectualem quodam filo rectissimæ regulæ linea, per quatuordecim hebdomadas vsque in secundum Iunij mensis sabbatum, itémque inde per alias quatuordecim ad tertium Septembris sabbatum: itém siue per tredecim, siue per quatuordecim, ad illud proximum ante natiuitatem Domini sabbatum, vt absque errore eorundem sabbatorum termini possint inueniri. Ad hoc demonstrandum constituantur feriae septem cum diebus totidem mensis Martij, id est, à quarta Nonarum, vsque in septimam Idus, per quos primi sabbati termini solent variari, vt his inspectis res ipsa de nobis aperiat. Vt enim ab vltimo incipimus, Martius aut quinta feria incipit, & sabbatum in quo est ieiunandum, sexto Idus occurrit: aut mensis sexta feria, sabbatum verò septimo Idus, aut ille feria septima, istud verò octauo Idus: aut mensis prima, quæ est Dominica, & sabbatum nonis: aut si ille feria secunda, istud pridie Nonarum: Si verò tertio, istud tertio Nonas, at si Martius, feria quarta, sabbatum quarto Nonas. Si ex his singulis terminis adhibita computatione ad terminos Septembris per quatuordecim hebdomadas aciem rectè dirigis liquidò peruidebis, in quarto seu septimo mense quartas ferias iuxta sui quantitatem suis sabbatis minus deesse, excepto Septembri, quâdo ipse incipit feria quinta, Iunius quarta, Martius tertia.

Qua ex re sic eueniat, prudenti calculatori ad indagandum nequaquam erit difficile. Ex his omnibus ratio manifesta docet, firmiter ac stabiliter esse argumentum, quod ex hebdomadarum numero collectum nunquam mutatur, quàm quod ex feriarum consideratione compilatum aliquando vacillat.

De mense verò decimo nihil aliud dicendum est, nisi vt proximum ante natiuitatem Domini semper obseruetur sabbatum, excepto quando vigilia euenierit in sexta feria. Scio me pro certo ita dixisse, & quàm verum sit etiam in hac re, de qua præsens tractatus habetur, qua potero breuitate ex dictis maiorum curabo demonstrare. Igitur Amalarius diuinorum officiorum indagator solertissimus, cuius dicta Catholicorum virorum sententia fulgent munita, cum de iisdem disputaret ieiuniis, sic inter alia dicit: Primi Apostolici semper in Decembri mense, in quo Natiuitas domini nostri Iesu Christi celebratur, consecrationes ministrabant, vsque ad Simplicium, qui fuit à beato Petro quadragesimus nonus. Ipse primus consecrauit in Februario, nisi fallor, nullam ob aliam causam, nisi intimando coniungendos propinquos Christi corpori, qui per sacrum mysterium prouehuntur. Quod nullo modo satius fieri potest, quàm si per eos patriarchas, ex quibus Christus natus est, generentur. Quod impossibile est secundum carnem, secundum spiritum dignum & habile, hoc est, vt per interpretationes nominum Patriarcharum nascatur mente, qui genealogiæ Christi videntur familiaris adscisci. Et quia incongruum est, sicut vnicuique generationi singularis hebdomada deputatur, ita per vnquamque hebdomadam consecrationem celebrari, causa congruenti per singula tempora, quæ conuenire possunt virtutibus & interpretationibus Patriarcharum, qui in articulis

Amalarius lib. 2. cap. 1.

A genealogiæ positi sunt, consecratio celebratur spiritalis. Per tres tesseradecades annuales, fuit hebdomadæ quadraginta-duæ. Tot generationes secundum Mattheum Christi sunt cum ipso, tot enim hebdomadæ inueniuntur, à primo sabbato primi mensis, vsque ad quartum sabbatum decimi mensis. Consecratio prima celebratur primo sabbato primi mensis, quæ quasi in loco Abraham generat Christum. Abraham interpretatur pater multarum gentium, cui dictum est: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Si quis consecratus sit in semine multorum conuertentium per sua exempla ad Deum, est à primo patriarcha Abraham genitus, est ipsum semen Christus, in quo semine promissum est Abraham, benedici omnes gentes. Ipsa consecratio verno tempore celebratur, quod tempus habile est procreationibus. Nam & Abraham tertia ætate fuit huius mundi, quæ ætas comparatur adolescentie, quæ habilis est generationi filiorum. Secunda consecratio est in quarto mense, secundum sabbatum, quod est initium secundi catalogi quatuordecim hebdomadarum. Hæc deputatur in loco filiorum David. David interpretatur manu fortis, ipse prostravit Goliath, id est, humilitas superbiâ. Qui consecrantur, propterea consecrantur, vt fortes sint & per humilitatem deiiciant superbiâ. Ipsa celebratur in Iunio mense, quâdo feruor magnus solis est super terram. Omnibus notum est, David bellicosum fuisse. Tempus Iunij aptum est bellis.

Tertia consecratio celebratur in septembrio tertio sabbato, quod est initium tertij catalogi. Hæc deputatur generationi Iechonias. Iechonias interpretatur præparatio Domini. Nulli que dubium si omnes oportet præparari in aduentum Domini, quin potissimum eos, qui consecrantur. Neque hoc sine ratione est, si computetur catalogus nouissimæ tesseradecadis, & semel computetur Iechonias, non amplius inueniuntur cum ipso Christo quàm tredecim generationes: si ipse bis computetur, quatuordecim inueniuntur. Sanctus Augustinus causa mysterij perhibet factum esse, quod Iechonias, qui interpretatur præparatio Domini, bis numeretur, in fine prioris, & in capite sequentis catalogi, lapidem angularem, id est, Christum significans: in quo præparauit Deus pater duos populos quasi parietes in vnâ iungere domum. Quamquam beatus Hieronymus vitio scriptorum & longitudine temporum inter Græcos & Latinos confusum esse narret, & patrem qui in Hebræo Ioachim nominatus est, nõ in Chaldæam ductum, sed defunctum in terra sua, & filium Ioachim de captiuitate redeuntem Salathiel genuisse affirmet. Igitur supradictus doctor hoc voluit intelligi, vt tredecim & quatuordecim hebdomadæ præfiguraret in mysterio, quod Iechonias semel aut bis poneretur in catalogo. Enimverò omnibus annis tredecim inueniuntur, exceptis his, hoc est, quâdo Martius feria tertia vel quarta, Natiuitas verò Domini nostri Iesu Christi Dominica aut secunda feria acciderint. De hoc ieiunio, quod in ipsa solebant vigilia antiquiores celebrare, supra nominatus dixit Amalarius: Quæ consecratio habet finem in ipsa natiuitate Christi, sicut quorundam Italarum, nescio an omnium, adhuc mos est agere, vt ego ipse ibidem positis cognoui: sed vsus in nostris

in nostris excreuit ecclesiis, vt in anteriora hebdomada antici perur, quia illa duo officia ieiunij & natalis Domini, non conueniunt simul celebrari. Nã sicut præueniendo istud anticipamus, ita secundum sabbatum Iunij mensis cum vigilia Pentecostes si prouenerit, prolongâdo in proximum differimus, licet nostri antecessores vtrunque in ipsa vigilia sæta simul celebrarent, sicut prætitulatione librorum euidens habemus testimonium. Quid adeo opus est, nunc inquiri, quod tam longo tempore cepit dedisci: at tamen ne huiusmodi scientia frauderis, talis inscriptio super hac re habetur in libris nostris: Si euenierit duodecim lectiones in sabbato sancto Pentecostes, tunc in quarta feria cantetur & legatur antiphona, Exaudi Domine: * Missa, Preces nostras quæsumus Domine. Require in prima hebdomada quadragesimæ. Lectio, Dixit Salomon. Item oratio, Deuotionem populi. Lectio Esaiæ Prophetæ, Audi Iacob. Alleluya, Domine Deus salutaris. Euangelium secundum Lucam, Accedentes discipuli. Offert. Viri Galilæi. Communio: Pater, cum essem. Feria sexta antiphona, Exaudi Domine: * Missa: Esto Domine propitius. Lectio, Exultate filij Sion. Alleluya, Domine refugium factus es. Euangelium secundum Lucam: Venit ad Iesum vir nomine Iairus. Offertor. Viri Galilæi. Communio, Pater cum essem. Sabbato omnes parati primitus cætent Litaniam. Deinde Kyrie eleison. Gloria in excelsis Deo. Postea oratio, Mentibus nostris. Alia, Illo nos igne. Tertia, Deus qui ad animarum. Quarta, Præsta quæsumus omnipotens Deus, vt salutaribus ieiuniis. Quinta, Præsta quæsumus omnipotens Deus, sic nos. Subsequuntur lectiones cum Gradualibus: Propitius, Protector, Ad Dominum, Dirigatur & Benedicite. Ad Missam, Præsta quæsumus omnipotens Deus, vt claritatis. Lectio: Cùm Apollos esset Corinthi. Alleluya, Confitemini. Tractus, Laudate Dominum. Euangelium secundum Ioannem, Si diligitis me. Offertor. Emitte Spiritum, Comm. Vltimo. Vtrique secundum consuetudinem antiquam. Gradualia, sicut non solum in nostris libris habetur insertum, sed etiam vt in quodam ordine secundum sancti Gelasij Papæ auctoritatem reperi prætitulatum. Quimos vsque hodie, vt compertum habemus in sancta Romana feruatur ecclesia. Videtur quoque id huic narrationi assensum præbere, quod in authenticis antiphonariis duo tantum alleluya inueniuntur descri-

* oratio.

* oratio.

pta, hoc est, Emitte spiritum. Spiritus Domini, cætera verò à modernis sunt composita. Quapropter intuentum est, quia si in monasteriis Alleluya cantus abundat, quid simplices villarum presbyteri agunt, qui vix duorum tantum notitiam habent? Vt omnium vulgari proverbio vtar, Aut cantant quod sciunt, aut tacere compelluntur quod nesciunt. Non tamen hæc scribens, sanctissimorum auctoritatem sacerdotum præiudico, quos in sancto Spiritu congregatos, iam dudum audiui in synodalibus suis decretis statuisse, vt magis debeant Alleluya decantari. Sed simpliciter quæ sentire potui, ad interrogata respondere curavi, cõsulere volens etiam, si possum, mei simillimis imperitis, qui tot alleluya non norunt cantare. Sic in quodam libello de hoc ordine legi per singulas orationes, debemus mentis humilitatem per genuum flexionem ostendere, excepto, infra Pentecosten. In sola oratione de camino ignis, non flectimus genua, quando Nabuchodonosor compellebat populum adorare statuam quam fecerat: vt separata sit nostra oratio, quæ est ad vnum Deum, ab errore gentium. Similem ob causam etiam in parascæue genua non flectimus pro perfidis Iudæis, qui illudendo genua flectebant coram Deo, ne videamur illos imitari, qui opus bonum studebant malè operari: quemadmodum tunc ab osculo abstinemus, propter Iudæ traditoris exemplum, qui per simulatæ pacis osculum, tradidit Dominum Iesum Christum. Si quis ieiunia quatuor temporum legitimo ordine celebrare desiderat, supra scriptum argumentum ex sententiis sanctorum patrum collectum, obseruare non negligat. Primum sabbatum Martij, cum præcedente eiusdem mensis quarta feria, nota diligenter, & ab ipso quatuordecim hebdomadas vsque in secundum Iunij mensis sabbatum computa, iterumque alias quatuordecim hebdomadas abhinc vsque in tertium Septembris sabbatum, quod nullo modo te fallit, connumera, indeque proximum sabbatum ante natiuitatem Domini, siue quatuordecim siue tredecim fuerint, semper obserua, & in his singulis quatuor sabbatorum diebus, absque vilo errore occurrerit tibi legitime illud ieiunium, quod in sacramentorum libris prætitulatur cum duodecim lectionibus celebrandum. Quod si vigilia Natalis Domini in sabbato venerit, in hebdomada priori idem ieiunium debet anticipari.

MICROLOGVS DE ECCLESIASTICIS OBSERVATIONIBVS.

OPVSVLVM ANTE ANNOS QVINGENTOS CONSCRIPTVM AB HOMINE ANTIQVITATIS Ecclesiasticæ studiofissimo.

De Introitu Missæ. CAP. I.

Psal. 84. 85. 115.

RESBYTER, cum se parat ad Missam, iuxta Romanam consuetudinem decantat hos psalmos: Quam dilecta, Benedixisti, Inclina Domine, Credidi: Deinde, κύριε ἐθέλει πᾶσι, Pater

nofter, cum precibus & oratione pro peccatis: videlicet vt intus & exterius summo sacerdoti placeat: quem cū sacratissima oblatione sibi, omnibusque Christianis placare desiderat. Paratus

Confessio
Sacredotia
cur infir-
mita.
Prou. 12.
Heb 7.
Leu. 16.

autem intrat ad altare, & facit confessionem: quia scriptum est, *Sapiens accusator est sui in principio: & antiqua legis sacerdotes primum pro se, deinde pro populo offerre soliti erant.* Interim cantatur Antiphona ad Introitum, quæ ab Introitu sacerdotis ad altare hoc nomen meruit habere. Hanc ad Introitum dici, Cælestinus Papa in ordine quadragesimo quintus instituit, cum usque ad eius tempora ante sacrificium Epistola tantum Pauli & Euangelium legeretur. Litanæ quæ sequuntur, propter ipsa Græca verba, à Græcis assumptæ creduntur.

De gloria in excelsis, & Dominus vobiscum.
CAP. II.

Tertius
saltem esse
debet sacerdos
Missas celebraturus.

IN omni festo quod plenum habet officium, excepto intra aduentum Domini, & septuagesimam, & natali Innocentium, tam presbyter quam Episcopus, Gloria in excelsis, dicunt. Quod etiam nunquam post meridiem legitur dicendum, nisi in Cæna Domini, ubi Chrisma conficitur, & in sabbatis Paschæ & Pentecostes. Deinde versus ad populum, dicit: Dominus vobiscum. Respondetur: Et cum Spiritu tuo. Norandum ex his verbis, Plures esse debere respondentes, & vnum salutantem. Sicut enim inepte responderetur, Et cum Spiritu vestro, cum vnus esset saluator: sic incongrue salutatur per, Dominus vobiscum, cum vnus tantum asit vel nullus. Hoc vtique beatissimi patres Apostolici, Anacletus, qui à beato Petro quintus, & Soter in ordine decimus-tertius decretis suis firmauerunt, vt sacerdos semper vel tertius esset, dum Missas celebraret. Zacharias autem vir Apostolicus, in ordine nonagesimus tertius, constituit, ne sacerdotes ad celebranda Missarum solennia cum baculo intrarent, nec velato capite altari adstarent. Sancti quoque patres in Aurelianensi Concilio, capitulo tertio, constituerunt, vt ad salutationes sacerdos non solum clericis, & Deo dicati, sed & omnis plebs cõsona voce respondeat.

De prima oratione in Missa. CAP. III.

1. Cor. 5.

Collectæ
quæ proprie
nuncupentur.

Sequitur oratio quam Collectam dicunt, eo quod sacerdos, qui legatione fungitur pro populo ad Dominum, omnium petitiones ea oratione colligat atque concludat. Illæ tamen orationes specialius Collectæ vocari videntur, quæ apud Romanos super collectam populi fiunt, dum colligitur, vt procedat de vna Ecclesia in aliam, ad stationem faciendam: vt in capite Ieiunij illa oratio, Concede quæsumus, apud sanctam Anastasiam supra Collectam populi dicitur, qui stationem apud sanctam Sabinam celebraturus est.

De numero orationum in missa. CAP. IIII.

Iuxta Romanum Ordinem non nisi vnam orationem ante lectionem dicere debemus, vt Amalarius in Prologo libri sui De officiis, se ab ipsis Romanis didicisse fatetur. Hoc vtique & institutio officiorum exigere videtur, vt, sicut ad vnâ Missam, vnam tantum lectionem & Euangelium legimus, item vnum introitum, immò vnum officium can-

tamus, nihilominus & vnam orationem dicamus. Sed hoc iam pauci obseruant: immò plures intantum orationes multiplicat, vt auditores suos sibi ingratos efficiant, & populum Dei potius auertant, quam ad sacrificandum illiciant. Hoc autem sapientioribus multum displicet, qui etsi aliquando antiquam traditionem, aliis morigerando, excedunt: in ipsa tamen sua excessione modum tenere, & aliquam rationem attendere solent. Vnde & in Missa, etsi non semper vna tantum oratione sint contenti, septenarium tamen numerum in orationibus raro excedunt: quem vtique numerum nec Dominica oratio excedit, quæ cum solis septem petitionibus omnia corpori & animæ necessaria comprehendit. Hoc autem summo opere solent obseruare, vt in Missa aut vnam, aut tres, aut quinque, aut septem orationes dicant. Vnam, propter Romanam traditionem: Tres, quia Dominus ante passionem suam ter orasse legitur: Quinque, propter quinque partitam eius passionem, in cuius commemoratione hæc eadem celebramus officia: Septem, quia & Apostoli septem petitiones Dominicæ orationis ad consecrationem eorundem mysteriorum frequentasse leguntur. In nativitate tamè Domini ad Missam in mane, Romani orationem de sancta Anastasia adiciunt: quia stationem in ecclesia eiusdem martyris ad eandem Missam agunt. Et nos quoque illos in illa adiectione imitatur, licet non eandem adiectionis occasionem habere videamur. Rarissime quidam diligentiores officiorum obseruatores, alios in orationibus numeros admittunt, nisi & quos nos supra competentem mysterio insignitos notauimus.

Septenarium numerum rationes excedunt.

De authenticis orationibus. CAP. V.

Alias quoque orationes, nisi antiquas & Gregorianas, difficillime admittunt, vt potè quas in antiquioribus & emendatioribus Sacramentariis maxime inueniunt. Nam octauum Africanæ provincie Concilium (sanctus Augustinus, immò ducenti & quatuordecim sancti patres interfuerunt) capitulo duodecimo ita constituit: Nullæ preces, vel orationes, vel Missæ, vel præfationes, vel commendationes, vel manus impositiones dicantur, nisi in Concilio fuerint probatæ. Item tertium Carthaginense Concilium (cui item sanctus Augustinus interfuit) capitulo vigesimotertio: Nullus ad altare Patrem pro Filio, vel Filium pro patre nominet, sed semper orationem ad Patrem dirigat, nec qualibet oratione vtatur nisi probata. Oratio quidem ad Patrem dirigenda est, iuxta Domini præceptum, qui discipulos suos ita instruxit, cum eum interrogarent, qualiter orare deberent. *Cum stabitis, inquit, ad orandum, dicite: Pater noster, qui es in cælis, &c.*

Cartag. conc. Can. 13. Ad patrem semper dirigenda oratio. Matth. 11. Matt. 6.

De conclusione orationum. CAP. VI.

Concludimus autem orationes, per Dominum nostrum, videlicet Patrem orando per Filium, iuxta eiusdem Filij præceptum, qui in Euangelio ita præcepit: *Vsque modò non petistis quicquam Patrem in nomine meo: petite, & accipietis, qui & effectum nostris petitionibus, si per ipsum rogauerimus, promittit, dicens: Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Vnde & orationes plurimas, vel

Ioan. 16.

733
autem.

Conc. Nic. Can. 19. & 4. Synodus. Ca. 97.

Rom. 14. Mat. 18.

Amen, orationum confirmatio.

vel penè omnes, satis congruè ita cõcludimus: Per Dominum nostrum. Paucissima, enim inueniuntur, quæ pro competentia sensûs, alia conclusione finiuntur. Vt illa, Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, vt natus Saluator. Qui tecum viuit & regnat. Item & illa: Deus, cuius filius in alta cælorum. Dominum nostrum Iesum Christum qui tecum viuit, &c. In qualibet autem conclusione commemorationem sanctæ Trinitatis obseruare solemus, iuxta quod in emendatioribus Sacramentariis expressum inuenimus. [Ad eò enim sancti patres inuocatione sanctæ Trinitatis in orationibus siue benedictionibus obseruabant, vt nec in ipsis sacrum aliquid ratum censerent, quorum consecrationi inuocatio S. Trinitatis desinisset, vt in sacris Paulianistarum, quorum & baptismum sine ordinatione in conuictis iteranda cessauerunt.] Sciendum autem, in illa visitata conclusione, Per Dominum nostrum, quod Romanus ordo & antiquissima exemplaria nomè Dei interponunt, vbi dicitur: Qui tecum viuit & regnat Deus, quod tamen moderni post nomè Spiritus sancti subiungere solent. Et hæc vtique cõsuetudo etiam apud Romanos vsquequaque ad eò inualuit, vt antiquæ traditionis executio iam non sine scandalo locum habere possit: quod iuxta Apostolum & Euangelium in tam leuibis causis summo studio deuitare debemus.

Iterum de conclusione seu confirmatione orationum.
CAP. VII.

Conclusio in excelsis.

Secundum Romanam autoritatem, nullam orationem, Per eum qui venturus est, concludimus, nisi sit exorcismus, in quo diabolus per diuinum iudicium, vt à creatura Dei discedat, exorcizatur, siue adiuratur. Nam in aliis orationibus, quas, Per Dominum nostrum, concludimus, patrem, vt nobis per amorem filij sui subueniat, imploramus. In exorcismo autem diabolus per Dei iudicium, vt aufugiat increpamus. Omnes autem astantes, iuxta antiquam sanctorum patrum traditionem, in signum confirmationis, Amen, subiungere debent, vt communem orationem, quam sacerdos pro omnibus Domino libauit, confirmet. Vnde & in ipsa secreta, Per omnia sæcula seculorum, altius dicit, vt præmissa oratio, per Amen à populo possit confirmari.

De Epistola, ad Missam legenda. CAP. VIII.

† quartus.

* pulpito.

Solis subdiaconibus inter inferiores gradus Romana autoritas concedit, vt sacris vestibus induti, Epistolam legant ad Missam. Quod tamen non ex eorum consecratione: sed potius ex ecclesiastica concessione meruerunt obtinere. Vnde & rationalius esse videtur, vt ipse sacerdos sibi epistolam legat, quàm vt aliquem nondum ordinatum, sibi adsciscat ad legendum. Nam beatus Hormisda à sancto Petro quinquagesimus tertius Papa, capitulo tertio, illum deponit, quicumque non ordinatus, officium ordinati vsurpauerit, quod vtique non ex consecratione, nec ex ecclesiastica consuetudine vnquam promeruit. Canones etiam, alios nisi ad hoc ordinatos in Ecclesia legere, vel * in publi-

co psallere, vel Alleluya dicere, vel alicubi exorcizare, in diuersis Conciliis prohibere. Nihil autem obstat, quin sacerdos in Missa inferiorum ordinum officia, si necesse fuerit, expleat: quem & omnes inferiores obtinere constat, qui & in Missa sacris vestibus est indutus, sine quibus ad altare iuxta Romanum ordinem ministrare non debemus. Vnde & congruentius ipse sibi officium subdiaconi representat, quàm quemlibet inordinatum, nec sacris vestibus indutum, hoc explere permittat.

De Euangelio, in qua parte sit legendum.
CAP. IX.

Diaconi quoque officium in Missa nihilominus & ipse conuenientius explebit, quàm alius qui sacris vestibus non fuerit indutus. Nam etiam Diaconus tempore oblationis & lectionis, Alba indutus esse debet, iuxta quadragesimum primū Carthaginensis Concilij quarti capitulum, cui sanctus Augustinus, immò Duceti septem & decem sancti patres interfuerunt. Iuxta decretum Anastasij Papæ, non sedetur † donec euangelium legitur: quæ † reuerentia, vt aiunt, & Apostolicæ lectioni apud Græcos exhibetur. Diaconus cum legit Euangelium, iuxta Romanum Ordinem in ambone vertitur ad Meridiem, vbi & masculi conueniunt: non ad Aquilonem, vbi feminae consistunt. Ad principalem enim sexum meritò vertitur, cui, vt Apostolus instituit, infirmior sexus domi instituendus committitur. Quod autem presbyteri ad legendum Euangelium, non se ad Meridiem vertunt, hoc idè inoleuisse credimus, quia nec ordo illis iniunxit, vt in ambonem ad legendum, sicut Diacones, ascenderent, vbi necessariò ad masculos potius, quàm ad feminas, se vertere deberent. Nam iuxta ecclesiasticam consuetudinem ad altare legunt, vbi nulla diuersitas auditorum approximat, quæ legentes magis in hanc partem, quàm in aliam conuerti exigat. Nusquam ibi feminae, sed soli religiosi ad dexteram & ad sinistram permittuntur stare. Ad sinistram verò cornu altaris habent librum, cum legunt Euangelium, vel cum sacrificant: vt in dextra parte sint expeditiores ad suscipiendas oblationes, siue ad conficienda altaris sacramenta. Vnde ad Aquilonem magis, quàm ad Meridiem versi videntur, cum annunciant Euangelium. Hinc * itaque illa vsurpatio emerisse videtur, vt etiam diacones in ambone, cõtra Romanum ordinem, se vertant ad Aquilonem, potiusque se ad partem feminarum, quàm masculorum, vertere non vereantur. Quæ vsurpatio iam ad eò inoleuit, vt apud plerosque quasi pro ordine teneatur. Sed quia certissimè contra ordinem est & inhonestum, à diligentioribus ordinis seruatoribus meritò refutatur. Ordo quoque præcipit, vt, qui lecturus est Euangelium, crucem sibi faciat in fronte, videlicet, iuxta Augustinum, in sede ipsius gnomis, & curia peccatoris. In fine de illo erubiturum prædixit, quicumque cum hinc, vel verba eius coram hominibus erubuerit. Faciat etiam sibi in pectore crucem, ne aliqua suggestio diaboli eum impediatur, quin puro corde Euangelium Dei annunciare valeat. Presbyter cum legit euangeli-

Femina ad altare stare non permittitur.

* vtique.

In fronte cur fiat Crucis gnomis, & curia peccatoris. Rom. 11.

gelium, Romano more p'anciam in dextrum leuat humerum, vt expeditum se terrenis affectibus esse demonstrat ad euangelizandum. Eadem quoque ratione & Diaconi, cum legunt, planetam tantum in sinistro humero ponere videntur. Item Romanus ordo precipit, vt incensum semper precedat Euangelium, cum ad altare siue in ambonem portatur: non autem concedit, vt oblatio in altari thurificetur, quod & Amalarius in prologo libri sui de officiis, Romanos deuitare fatetur: quanuis modò à pluribus, immò penè ab omnibus, vsurpetur.

De oblatione in altari componenda. CAP. X.

Finito Euangelio, statim est offerendum, dum & offerenda canitur, quæ nomen de oblatione mutuauit. Nam ordine præposito deinceps offertur, postquam in altari proposita oblatione sacerdos populum hortatur ad orandum. Sanctus Alexander Papa, quintus à beato Petro, constituit, vt panis tantum & vinum aqua mixtum in sacrificio Domini offeratur, quia de latere Domini sanguis & aqua simul profufluxerunt. vnde Sanctus Cyprianus: In calice, inquit, Dominico aqua vino deesse non debet, ne populus, qui per aquam iuxta Apocalypsin significatur, à Christo separatus esse videatur. Ita autem iuxta Romanum ordinem in altari componenda sunt, vt oblata in corporali posita, calix ad dextrum latus oblata ponatur, quasi sanguinem Domini suscepturus, quem de latere Domini profufluxisse credimus. Nam oblata siue panem in verum Christi corpus, sicut & vinum in sanguinem Dominicum conuerti non dubitamus. Solent autem presbyteri, dum sine ministris offerunt, deposita oblata in altari patenam abscondere sub corporali, & fortasse idè quia iuxta ordinem Acolytus debet eam tenere inuolutam inter sacrificandum. Cooperitur quoque calix, non tam causa mysterij quam cautela, vsque dum finito Canone dicitur: Oremus, Præceptis salutaribus moniti. Discooperitur tamè, dum leuatur, vbi dicitur, Accipiens & hunc præclarum calicem: & ibi, Per ipsū & cum ipso. & hoc fortasse idè, quia cautiùs leuatur sine operimento, quam cooperitus.

Quid super oblatione sit dicendum. CAP. XI.

Composita autem oblatione in altari, dicit sacerdos hanc orationem iuxta Gallicanum ordinem: Veni sanctificator omnipotens, eterne Deus, benedic hoc sacrificium tuo nomini præparatum, Per Christum Dominum nostrum. Deinde ante altare inclinatus, dicat hanc orationem, non ex aliquo ordine, sed ex ecclesiastica consuetudine: Suscipe sancta Trinitas hanc oblationem, quam tibi offerimus in memoriam passionis, resurrectionis, ascensionis. Quæ vtique oratio à diligentioribus ordinis & comprobata consuetudinis obseruatoribus, tam pro defunctis, quam pro viuis sola frequentatur: qui etsi multoties plurimorum consuetudini cedant, superflua tamè summopere deuitat. Romanus tamen ordo nullam orationem instituit post offerendam ante secretam. Erectus autem presbyter, populum hortatur ad orandum, & ipse

† profufluxit Cyprianus epist. ad Cæciliam de sacramento calicis. Oblatam vocat hostiam. Oblatio sine ministris.

post finitam secretam, præfationem orditur in Canonem: in qua superiorum ciuium ordines merito connumerantur, quia eisdem mysterijs quæ ibi conficiuntur, iuxta attestacionem sanctorum patrum, interesse creduntur. Vnde & angelicus hymnus, id est, Sanctus, sanctus, sanctus, subsequitur, quem beatus Sixtus Papa in ordine octauus constituit, vt ante sacrificium diceretur. Hunc autem hymnum & ipse sacerdos cum aliis necessariò debet dicere, ne seipsum sua prece videatur priuasse, qui & suas voces & aliorum Angelicis laudibus admitti deprecatus est in præfatione. Iuxta Romanum ordinem nunquam Missam absque lumine celebramus: non vtique ad depellendas tenebras, cum sit clara dies: sed potius in typum illius luminis, cuius sacramenta ibi conficimus, sine quo & in meridie palpabimus vt in nocte.

Quid auctum sit in Canone. CAP. XII.

Orationem, quam Canonem, siue actionem, propter regularem sacramentorum confectionem, Romano more appellamus, quis composuerit, apertè non legimus: nisi quòd S. Gregorius quædam Scholasticum illa composuisse testatur. Multa tamen eidem Canonis à sanctis patribus inserta legimus: sicut à sancto Alexandrino Papa in ordine quinto, ipsius Domine passionis, commemoratio interferi iubetur. Item sanctus Gregorius Papa primus, Dièsq; nostros in tua pace disponas: vsque Per Christum Dominum nostrum: Et magnus Leo, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam, in Canone addiderunt. † Item quoque Gregorius Dominicam orationem se Canonis adiecisse in registro suo asserit, vbi quibusdam inde murmurantibus, humili responsione satisfecit: inconueniens esse asserens, vt oratio quam Scholasticus composuit, super oblationem diceretur, & illa præmitteretur, quam ipsi Apostoli ex institutione Domini in confectione eorumdem sacramentorum vtitasse † crederentur. In summis quoque festiuitatibus quædam Canonis in illo loco, vbi dicitur, Communicantes, vel, Hanc igitur oblationem, interponimus, quæ tamen ex antiquioribus & emendatioribus sacramentariis interponenda esse didicimus, videlicet in Natiuitate Domini, In Epiphania, in Cæna, in Pascha, in ascensione, in Pêrecoste. [Huicmodi interpositiones efficiunt, vt illud, Communicantes, apertius per se, quasi in Catholica communione manentes, intelligamus, quàm ad subsequendum sanctorum communionem ipsum referamus.] Nihil autem temerarium videtur, vt nos aliqua Canonis ad nostrum libitum adiciamus, nisi quæ à sanctis patribus adiecta, vel adicienda esse cognouimus, præcipue cum inter ipsos sanctos patres nulli aliquid adiecisse legantur, nisi qui & Apostolica auctoritate præditi, hoc facere poterunt. Optimum ergo videtur, vt in hac causa terminos nostrorum patrum non excedamus, nec nos Apostolicæ auctoritatis reos efficiamus, si, quod soli Apostolicæ auctoritati competere, Canonem nostris interpositionibus augmentare præsumamus.

Præfatio Canonis.

D. Greg. Registri lib. 7. epist. 63. ad locum Syriacum.

† creduntur.

* cõuenit.

Quid

* scripti.

Mors Christi, non Natiuitas, in hoc sacrificio cõmunitur.

* passionis resurrectionis & ascensionis commemoramus.

* quorumlibet.

* que super oblata sunt.

Aritate præcipuum, immò Apostolicam traditionem per ipsum in consecrandis mysterijs potissimum imitari decreuimus. Sicut nos ipsi per ipsum & per Episcopos qui eum imitati sunt, accepimus, impari numerum semper in dispensacione signorum super oblationem obseruamus, videlicet vnâ Crucem, vel tres, vel quinque faciendo, & hoc vtique non sine certi causa mysterij. Nam in vna & tribus, vnum & trinum Deum intinamus. In quinque autem, quinquepartitam Domini passionem significamus. Merito autem impar numerus in ecclesiasticis officiis frequentatur, quia nunquam in duo æqualia vnitatem impediende diuiditur, sicut vnitatem sanctæ ecclesiæ nullatenus, eam in duo secari patitur. In primis vbi dicitur, Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia, tres tantum Cruces super panem & vinum communiter facimus, nec vnquam panem à calice separamus in cõsignatione, nisi vbi separatim nominantur in Canone. Ita autem illa communiter signamus, vt erecta pars Crucis tantum super panem: transuersa autem super calicem protendatur. Nam erecta pars Crucis, corpus Domini sustinuit: transuersa autem, ipsius brachia distendit. Vnde & calix congruè sub brachio eius collocatur, quasi de latere Domini sanguinem Domini suscepturus. Cum dicimus, Hanc igitur oblationem, vsque ad altare inclinamur: ad exemplar Christi, qui se humiliavit pro nobis vsque ad mortem Crucis. Erecti autem cum dicimus, Benedictam, ascriptam, ratam, tres cruces super vtrumque simul facimus. Non enim hic sola oblata signanda est, vt quidam faciunt, sed vtrumque signatur in oblatione. Nam sequitur: vt nobis fiat corpus & sanguis, subauditur, hæc oblatio. Et hoc cum dicitur, quarta Crux super panem, & quinta super calicem separatim imponitur. Congruè autem prius tres tantum Cruces super vtrumque facimus, licet quinque voces ad signa facienda equipollentes haberemus, id est, Benedictam, ascriptam, ratam, rationabilem, acceptabilem, videlicet vt quinarium numerum non excederemus, & quintam Crucem super calicem quasi quinti vulneris indicem, vnde sanguis profufluxit, competenter faceremus.

Signorum impar numerus semper obseruandus.

* brachia. Inclinatio vsque ad altare.

* facimus.

De acceptione oblationis in manus. CAP. XV.

Deinde panis in manus accipitur, & antequam reponatur in altare, benedicitur. Item & calix eleuatus, ante depositionem benedicitur. Nam & ipse Dominus in Euangelio vtrūque legitur benedixisse antequam dimitteret è manibus. Accepta enim in manibus benedixit, postea discipulis dedit. Item, vbi dicitur: Hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, tres cruces super vtrumque simul facimus: quia & vtrumque simul in eisdem verbis intelligimus. Quartam autem Crucem super panem, & quintam super calicem separatim infigimus, iterum sanguinem Dominicum, de latere Domini profluentem, designantes.

Mat. 26.

Quinque cruces post consecrationem.

De commemoratione Domine passionis.

CAP. XVI.

Notandum autem, per totum Canonem Domine passionis commemoracionem potissimum aditari, iuxta Domini præceptum in euangelio:

Hæc, inquit, quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis, Et illud Apostoli: Quotiescunque hoc sumiseritis, mortem Domini annuntiabitis. Vnde & ipse sacerdos per totum Canonem in expansione manuum, non tam mentis deuotionem, quam Christi extensionem in cruce designat: iuxta illud: *Expandi manus meas tota die.* Non ergo digiti sunt contrahendi semper, vt quidam præ nimia cautela faciunt. Malè enim cauti sumus, si Christum imitari summoperè non studemus. Congruum ergo est, vt manus expandamus infra Canonem, hoc tamen obseruato, ne quid digitis tangamus præter Domini corpus. Notandum quoque in ipso Canone quinquies, per Christum Dominum nostrum, haberi: & in ipsa quinarya cõclusionem non incongruè quinaryam Domini venerationem intimari. Presbyter autem manus raro remittere solet, nisi cum necessariò propositam oblationem benedicere debet. Presbyter & humiliationem Domini vsque ad crucem, vt prædiximus, nobis indicat: cum se vsque ad altare inclinat, dicendo: *Hanc ergo oblationem.* Statim enim in sequentibus narrationem de Dominica passione orditur, cuius typus vsque ad, Supplices te rogamus, obseruatur. Ibi videlicet sacerdos se iuxta altare inclinans, Christum in cruce inclinato capite spiritum tradidisse significat.

De commemoratione mortuorum, & reliquis obseruantis, vsque in finem Canonis. CAP. XVII.

Defunctorum commemoratio.

Post mortem Christi in cruce, commemoratio mortuorum subsequitur, quia nec aliorum mortuorum cõmemoratio agenda est, nisi qui in Christi morte redempti sunt, & in Christo hanc vitam finierunt. Cum autem sacerdos vocem exaltat, dicens: *Nobis quoque peccatoribus, Centurionem illum designat, qui vifa morte Christi vocem exaltavit dicendo, Verè filius Dei erat iste.* Tres verò cruces super corpus & sanguinem communiter facit, cum dicit: *Sanctificas, viuificas, benedixit: in honorem sanctæ Trinitatis.* Postea cum corpore Dominico quatuor cruces super calicem facimus, dicendo: *Per ipsum & cum ipso & in ipso, & quintam in latere calicis, videlicet iterum vulnus Domini lateris significando.* Vnde & calicem ex eodem latere cum oblata tangimus iuxta Romanum ordinem. Multi tamen tres tantum cruces super calicem, & duas in latere eius faciunt: sed videtur incongruum, cum Christus nullum vulnus in latere habuerit nisi vnum. Sed reuerendæ memoriæ Gregorius Papa fecit, vt prædiximus, quod beatus Anselmus Lucensis Episcopus ita ab eo se didicisse testatus est, & hoc ita semper obseruauit, nobisque itidem obseruandum firmissimè inculcauit. Cum dicimus, *Per omnia secula seculorum, Corpus cû Calice leuamus, & statim in altari deposita cooperimus: Quia & Ioseph corpus Dominicum de cruce leuauit, & in sepulchro depositum, lapide cooperuit.* Hucusque calix pro cautela cooperitus videbatur, deinceps autem magis pro mysterio cooperitur, quia sicut Christus tres dies in sepulchro fuit cooperitus: ita & nos corpus Domini & calicem cooperimus: vsquedum tres articulos orationis cõpleamus, quippe præfationem Dominicæ oratio-

Anselmus Lucensis.

Curealix operitur.

nis, & ipsam Dominicam orationem, & illam quæ sequitur, quæ embolis Dominicæ orationis nuncupatur, iuxta Romanum Ordinem cum dicitur, Et ab omni perturbatione securi, accipit archidiaconus à subdiacono patenam nudam, quam acolythus tenuit inuolutâ, & osculatam dat vni ex diaconibus tenendam, ad contractionem in ea faciendam. Vnde sacerdos sine ministro sacrificans, ad eundem locum eam de sub corporali absconditam resumit, & osculatam in altari deponit, vt hostiam in ea confringat. Cum autem dicit, *Per Dominum nostrum, rumpit hostiâ ex dextro latere iuxta Ordinem, ad designandam Domini lateris percussionem.* Deinde maiorem partem in duo confringit, vt tres portiones de corpore Dominico efficere possit.

Patena v. fus.

Nam vnam in calicem, faciendo crucem, mittere debet, cum dicit: *Pax Domini sit semper vobiscum, ad designandum corporis & animæ coniunctionem in resurrectione Christi.* Alteram verò ipse presbyter necessariò sumit, ante calicis participationem, iuxta Dominicam institutionem. Tertiam autem communicaturis siue infirmis necessariò dimittit, nec hoc vtiq; sine certi causâ mysterij. Tripliciter enim corpus Domini intelligitur: vnum quod resurrexit à mortuis, quod significat particulam in sanguinem missâ: Aliud, quod adhuc viuunt in terra, significatum per particulam à sacerdote consumptam: Tertium, quod iam requiescit in Christo, quod & à tertia particula in altari seruata aptè figuratur, quam viaticum morietium appellare solemus.

Hostiæ diuisio in tres partes.

Orationes post communionem.

De panis fractione & communicatione. CAP. XVIII.

Post immisionem autem panis in calicem, iuxta Romanum ordinem, dicit sacerdos sub silètio: *Fiat commixtio & consecratio corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi.* Beatus Innocentius Papa in ordine quadragesimus quintus constituit, pacem dari post cõfectionem sacramentorum. Cû pacem damus, dicere solemus: *Pax tecum. R. Et cû spiritu tuo. Congruè autem pax datur ante communionem, quia iudicium sibi manducat & bibit, quicunque non prius fratri suo repacificatus, communicare præsumpserit.* Sergius Papa in ordine octogesimo sextus constituit, vt in tẽpore contractionis Domini corporis: *Agnus Dei, à clero & populo decantetur.* Videlicet vtille nobis propicietur, cuius corpus ibi confringi videmus & credimus. Facta autem contractione, debent omnes communicare, interim cû & Antiphona cantatur, quæ de communionem nomen mutuauit, cui & Psalmus subiungendus est cum, *Gloria patri, si necesse fuerit.* Sciendum autem, eandem Antiphonam semper eundem Psalmum cum introitu habere, si non habet proprium ex quo sumpta videatur. Orationem, qua inclinari dicimus, antequam communecemus, non ex ordine, sed ex religiosorum traditione habemus, scilicet (hanc) Domine Iesu Christe, qui ex voluntate Patris. Item & illud, Corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi, quod dicimus, cum aliis Eucharistiam distribuimus. Sunt & alix multæ orationes, quas quidam ad pacem & communionem priuatim frequentant: sed diligentiores antiquiorum traditionum obseruatores, nos

Sergius Papa Agnus Dei cantari instituit.

nos in huiusmodi priuatis orationibus breuitati A studere docuerunt, potiùs què publicis precibus in officio Missæ occupari voluerunt. Nam beatus Innocentius Papa, scribens sancto Augustino & Aurelio Episcopis, asserit quod nos plus communibus & publicis, quam singularibus & priuatis orationibus proficere poterimus.

De vitanda intinctione. CAP. XIX.

Curealix

Intinctio prohibita à Iulio Pontifice.

Curealix

Orationes post communionem.

Non est autem authenticum, quod quidam corpus Domini intingunt, & intinctum pro complemento communionis populo distribuunt. Nam ordo Romanus contradicit, quia & in parafcece vinum non consecratum, cum Dominica oratione & Domini corporis immisione iubet consecrare, vt populus plenè possit communicare. Quod vtiq; superfluo præciperet, si intinctum Dominicum à priori die corpus seruaretur, & ita intinctum populo ad communicandum sufficere videretur. Iulius quoque Papa, in ordine trigésimus sextus, Episcopis Ægypti scribens, huiusmodi intinctionem penitus prohibet, & seorsum panem, & seorsum calicem, iuxta Dominicam institutionem, sumenda docet. Vnde & beatus Gelasius Papa in ordine 51. scribens quibusdam episcopis, excommunicari illos præcepit, quicunque sumpto corpore Dominico, à calicis participatione se abstinerent. Nam & ipse in eodem decreto asserit: *Huiusmodi sacramentorum diuisio sine grandi sacrilegio provenire non poterit postquam omnes communicauerint: dicit sacerdos hanc orationem sub silentio (iuxta Romanum Ordinè) Quod ore sumpsimus, Qua finita, sequitur oratio siue orationes post cõmunionem dicendæ, quæ eodem numero & ordine orationibus ante lectionem, siue pro secreta ante præfationem dictis, debent respondere. Quæ vtiq; orationes, non pro his qui communicaturi sunt, sed qui iam communicauerunt, iuxta proprietatem sui nominis agunt. Ergo & ante ipsas communicare non negligant, quicunque earundem orationum benedictionem foueri desiderant. His ita finitis, subsequitur, Benedicamus Domino: vel, *Ite Missa est: si tamen aliquod festum fuerit, quod, Gloria in excelsis, habere debuerit. Respondent omnes, Deo gratias, iuxta Apostolum, pro collatis benedictiis gratias agentes.**

Repetitio à superioribus Missæ. CAP. XX.

Luc. 24.

VT autem à superioribus aliquantulum repetamus, postquam sacerdos resurrectionem Domini per cõiunctionem corporis & sanguinis Domini denotauerit, subsequenter etiam pacem populo offerre debet, sicut & Christus post resurrectionem discipulis suis pacem obtulit, dicens: *Pax vobis.* Fractio oblationis, illam nobis fractionem panis insinuat, quam Dominus post resurrectionem suam coram discipulis fecit. Communicatio populi, typum illius cõiuij gerit, quod nõ semel Dominus post resurrectionem suam cum discipulis inuisse legitur. Hos etiam post vltimum conuiuium ab eis discessurus in cœlũ, benedixit, sicut & sacerdos populum cum oratione post cõmunionem benedicit, videlicet ita citò discessurus ab eo: cui tamè Tom. 6.

prius, vt ipse discedat, per, *Ite Missa est, denũciat, in figurâ Angelorũ qui discipulis, discedente Domino ab eis, dixerunt: Vini Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum? & reliqua. Quo audito, discipuli adorantes Dominũ, reuersi sunt in Hierusalem cum gaudio magno: sicut & populus, relata Deo gratiarum actione, ad propria cum gaudio.*

De benedictione post missam. CAP. XXI.

Prius tamè ab episcopo benedicitur, si adest: si autem, à presbytero qui missas celebrat. Quãuis beatus Damasus Papa hoc presbyteris nõ licere dicat, vbi de vana chorepiscoporum superstitione tractat, si tamen nos mendositas exemplaris non fecellit. Sed magnus Leo Papa, & beatus Gelasius Papa, eius successores, in Ecclesiasticis officiis apprimè eruditi, in decretis suis, vbi diligentissimè, quid presbyteris liceat, quid vè nõ liceat, describunt: nullatenus illis benedictionem, nisi episcopo præsentè, interdiciunt. Beatus quoque Hieronymus, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis presbyter, quæ sub beato Damaso, & post ipsum vsque ad sextum successorem eius, ecclesiasticis institutis studiosissimè inuigilauit: Ipse, inquam, Rustico Narbonensi episcopo de Ecclesiasticis ordinibus scribens, presbyteros à benedictione super populum nõ prohibendos esse asserit: *Si, inquit, presbyter Christum consecrat, cùm in altario Dei sacramenta benedicit: benedicere populum non debet, qui Christum meruit consecrare? Et post pauca: Hoc in ecclesiis suis tui presbyteri faciant, quod Romæ, siue quod in Oriente, quod in Africa, quod in Hispania, quod in Britannia, quod in Gallia, quod in omnibus locis vbi humilitas perseverat. Ex his ergo conicere possumus, beatum Damasum Papam huiusmodi benedictionem presbyteris illicitam, aut penitus non dixisse, aut si dixit, Ecclesiasticam tamen consuetudinem in hoc præualuisse, præcipuè cû ipsius verba ita possint intelligi, vt presbyteros doceret, quod eis quasi ex proprio officio vsurpare non liceret, quod eis ab episcopali autoritate cõcedi possè non ignorarent. Sic enim confirmatio Neophytorum, penitus separata est ab officio presbyterorum: quam tamen sanctus Gregorius Papa primus quibusdam presbyteris concessisse legitur, scribens Ianuario Calaritano Episcopo: *Item & susceptione pœnitentium, non ex sua consecratione, sed ex Episcoporum cõcessione, presbyteri habere meruerunt. Quod illũ non latebit, quicunque ordinè consecrationis eorum, siue statuta sanctorum patrum, diligenter inspexerit. Agathense quoque Conciliũ capitulo quadragesimo quarto benedictionem super populũ presbyteris prohibere videtur, sed hanc prohibitionem de episcopali tantum benedictione factam interpretantur, quæ vtiq; benedictio iuxta decimum octauũ Toletani Concilij capitulũ, & attestationem sancti Augustini ad Paulinũ Episcopum; ante communionem populo à solis episcopis debet impedi. Si quis verò hoc de hac ipsa benedictione, de qua agimus, dictũ putauerit, sententiã tamè Prouincialis Cõcilij tã generali Ecclesiasticæ cõsuetudini præiudicare nõ poterit. Idèò autè huiusmodi benedictio fortasse antiquitus presbyteris**

Benedictio in locum communionis successit.

interdicta est: quia & ad episcopale officium pertinere videbatur, & Ecclesiastico conuentui, nondum adeo necessaria reputabatur. Nam soli communicantes, confectioni sacramentorum antiquitus intererant: quibus & oratio post communionem, quae pro solis communicantibus instituta est, pro benedictione potuit satisfacere. Apud modernos autem cum iam populus communicare cessaret, nec tamen à diuinis mysticis se subtraheret: necessarium promissum est, ut à presbytero benediceretur, ne tam benedictione, quam communionem priuatus discere videretur. Siue autem ea occasione, siue alia hoc presbyteris permitteretur ab Episcopis: ad eum tamen in usum iam vsquequaque deuenit, ut nequaquam absque graui scandalo à presbyteris in populo intermitri possit, nisi forte Apostolica sedes generaliter & synodaliter prohibere voluerit.

Quid sacerdos agat post Missam. CAP. XXI.

Initis omnibus, osculatur sacerdos altare, dicens: Placeat tibi sancta Trinitas. Deinde sacris vestibus se exuens, cantat hymnum trium puerorum, iuxta quod patres in quarto Toletano Concilio decreuerunt capitulo 14. videlicet, ut excommunicationi subiaceret, quicumque sacerdos eundem hymnum post Missam dicere negligeret. Psalmum quoque, Laudate Dominum in sanctis eius, in gratiarum actionem subiungens, cum, Pater noster, & versibus ad hoc competentibus, concludit eam cum oratione illa: Deus qui tribus pueris. Sciendum autem, iuxta decreta Pontificum, quod presbytero non licet coram Episcopo, nisi eo iubente, vel sacrificare, vel populum benedicere, vel salutare, vel exhortari. Vnde cum legit Euangelium coram Episcopo, benedictionem petit ab eo. Item, cum vult sacrificare, inclinatur se episcopo pro concessione, qui etiam cum populo inclinatur, pro vltima benedictione.

Breuis descriptio celebranda Missae. CAP. XXIII.

Preparationes ad Missam.

Presbyter cum se parat ad Missam, in primis cantat Psalmos: Quam dilecta, Benedixisti, Inclina, Credidi propter. Deinde: Kyrie eleison, Pater noster, Et ne nos inducas, Vers. Ego dixi Domine. Convertere Domine, Fiat misericordia, Sacerdotes, Protector noster aspice, Domine exaudi. Oratio. Aufer à nobis Domine iniquitates nostras & peccata nostra, ut mereamur puris mentibus introire, Alia: Actiones nostras quæsumus Domine & adspirando præueni, & adiuvando prosequere, ut cuncta nostra operatio per te sepe incipiat, & per te cæpta finiatur, Per Dominum nostrum, &c. Paratus autem, Venit ad altare dicens. Ant. Introibo ad altare Dei. Psal. Iudica me Deus & discerne. Et facit confessionem. Confiteor Deo omnipotenti, istis sanctis & omnibus sanctis & tibi frater quia peccavi in cogitatione, in locutione, in opere, in pollutione mentis & corporis. Ideo precor te, ora pro me. Misereatur tui omnipotens Deus, & dimittat tibi omnia peccata tua, liberet te ab omni malo, & confirmet te in omni opere bono, & perducat nos pariter Iesus Christus filius Dei viui, in

Confessio ante Missam.

vitam æternam. Amen. Indulgentiam & remissionem omnium peccatorum nostrorum tribuat nobis omnipotens & misericors Dominus, Amen.

Cum sacerdos accipit oblationem, dicit: Acceptabile sit omnipotenti Deo sacrificium nostrum: Deinde calice in altari ad dexteram oblatæ deposito, dicit: Veni sanctificator omnipotens æternæ Deus, benedic hoc sacrificium tuo nomini præparatum, Per Christum &c. Erinclinatus ante altare, dicit: Suscipe sancta Trinitas hæc oblationem, quam tibi offerimus in memoriam passionis, resurrectionis, ascensionis Domini nostri Iesu Christi, & in honorem sanctæ Dei genitricis Mariæ, sancti Petri, & sancti Pauli, & istorum atque omnium sanctorum tuorum, ut illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem, & illi pro nobis dignentur intercedere, quorum memoriam agimus in terris. Per Christum &c. Deinde, Orate. Sequitur secreta.

Canon iuxta Romanam auctoritatem est iste: Te igitur clementissime Pater, per Iesum Christum filium tuum Dominum nostrum supplices rogamus & petimus, uti accepta habeas & benedicas, hic signat sacerdos oblationem & calicem tribus vicibus: sub vna cruce, hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata: In primis quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta Catholica, quam pacificare, custodire, adunare, & regere digneris toto orbe terrarum, vna cum famulo tuo Papa nostro N. & antistite nostro.

Memento Domine famulorum, famularumque tuarum. hic nomina viuorum memorentur, si volueris, sed non Dominica, omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est, & nota deuotio, qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis pro se suisque omnibus, pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis atque incolumitatis suæ tibi reddunt vota sua æterno Deo viuo & vero. Communicantes & memoriam venerantes imprimis gloriosæ semper virginis Mariæ genitricis Dei & Domini nostri Iesu Christi, sed & beatorum Apostolorum ac martyrum tuorum, Petri, Pauli, Andreæ, Iacobi, Ioannis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthei, Simonis & Thaddæi, Lini, Cleti, Clementis, Sixti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chrysoconi, Ioannis & Pauli, Cosmæ & Damiani, & omnium sanctorum tuorum, quorum meritis precibusque concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per Christum Dominum nostrum.

hic inclinatur vsque ad altare, dicens: Hanc igitur oblationem seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ, quæsumus Domine, ut placatus accipias, disesque nostros in tua pace disponas, atque ab æterna damnatione nos eripias, & in electorum tuorum iubeas grege numerari, Per Christum Dominum nostrum. Erectus autem, cum tribus crucibus benedicit: Quam oblationem tu Deus in omnibus quæsumus, benedictam, ascriptam, ratam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris. hic separatim signat oblatam & calicem. Ut nobis corpus & sanguis fiat dilectissimi filij tui Domini nostri Iesu Christi. Qui pridie quam pateretur, accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas, eleuatis oculis in cælum ad te Deum patrem suum omnipotentem, tibi gratias agens, benedixit, fregit, dedit discipulis suis, dicens:

Offertorium.

Canon Missæ.

Commemoratio viuorum.

Inclinatio ad altare vsque.

Consecratio.

dicens: Accipite & manducate ex hoc omnes: Hoc est enim corpus meum. Simili modo postquam cenatum est, accipiens & hunc præclarum calicem in sanctas ac venerabiles manus suas, item tibi gratias agens, benedixit, dedit discipulis suis, dicens, Accipite & bibite ex hoc omnes: Hic est enim Calix sanguinis mei noui & æterni testamenti, mysterium fidei, Qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis. Vnde & memores nos Domine serui tui, sed & plebs tua sancta, Christi filij tui Domini Dei nostri tam beatæ Passionis, necnon & ab inferis resurrectionis, sed & in cælum gloriosæ ascensionis, offerimus præclaræ Maiestati tuæ de tuis donis ac datis: Hic tres cruces super vtrunque simul facit, & quartam super oblationem, & quintam super calicem.

Hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, panem sanctum vitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ. Super quæ propicio ac sereno vultu respicere digneris, & accepta habere, veluti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificium Patriarchæ nostri Abraham, & quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam, hic inclinatur se iuxta altare, dicens: Supplices te rogamus, omnipotens Deus, iube hæc perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum, in conspectum diuinæ maiestatis tuæ, hic erigit se, dicens: Ut quoque ex hæc altaris participatione sacrosanctum filij tui corpus & sanguinem sumperimus, omni benedictione cælesti & gratia repleamur. Per Christum Dominum nostrum. hic duas orationes dicuntur. Memento etiam Domine & eorum nomina, qui præcesserunt cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis: & recitantur nomina. Ipsis Domine, & omnibus in Christo quiescentibus locum refrigerij, lucis & pacis, ut indulgeas, deprecamur, Per Christum Dominum nostrum. Nobis quoque peccatoribus famulis tuis de multitudine miserationum tuarum sperantibus partem aliquam & societatem donare digneris, cum tuis sanctis Apostolis & martyribus, cum Ioanne, Stephano, Matthea, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cæcilia, Anastasia, & cum omnibus sanctis tuis, inter quorum nos confortium, non æstimator meriti, sed venia, quæsumus largitor admitte. Per tres cruces super vtrunque simul facit, Sanctificas, viuificas, benedicas, & præstas nobis. Hic cum oblata quatuor cruces facit super calicem, & quintam in latere ipsius. Per ipsum & cum ipso, & in ipso est tibi Deo patri omnipotenti in vnitæte Spiritus sancti omnis honor & gloria. Hic eleuat oblatam cum calice, dicens: Per omnia sæcula sæculorum. Responso: Amen: Et deponit oblatam, dicens: Oremus: Præceptis salutariibus moniti, & diuina institutione formati, audeamus dicere: Pater noster, qui es in cælis vsque, libera nos à malo. Libera nos Domine ab omnibus malis, præteritis, & præsentibus, & futuris, Et intercedentibus beata & gloriosa semper virgine Maria, & beatis Apostolis tuis Petro & Paulo atque Andrea.

Commemoratio defunctorum.

Oratio Dominica. Embolis Orationis Dominice.

Hic nominat quotquot sanctos voluerit, cum omnibus sanctis, da propicius pacem in diebus nostris, ut ope misericordiæ tuæ adiuti, & à peccato simus semper liberi. hic patenam accipiat, & osculata deponat, & ab omni perturbatione sæculi. hic corpus in patena super tria diuidat, dicens: Per Dominum nostrum Iesum Christum: vsque, per omnia sæcula sæculorum. Respon. Amen. hic etiam tertiam partem in calicem mittat, dicens: Pax Domini sit semper vobiscum. Respon. & cum spiritu tuo. Et subiungit orationem istam: Fiat commixtio & consecratio corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi accipientibus nobis in vitam æternam, Amen. & osculato altari, dat pacem adstanti, ita dicens: Pax tecum. Respon.

Et cum spiritu tuo: Inclinatus autem dicit, antequam communicet: Domine Iesu Christe, qui voluntate patris cooperante Spiritu sancto, per mortem propriam mundum viuificasti, libera me per hoc sacrosanctum corpus & sanguinem tuum ab omnibus iniquitatibus meis, & à malis meis, & fac me tuis in hæretis mandatis, & à te nunquam in perpetuum separari. Qui cum patre. Cum distribuit eucharistiam, dicit: Corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi proficiat tibi in vitam æternam. Amē. Postquam omnes communicauerunt, dicit: quod ore sumpsimus, mente capiamus, & de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum. Finita Missa, dicit: Placeat tibi sancta Trinitas obsequium seruitutis meæ, & præsta, ut hoc sacrificium quod oculis tuæ maiestatis ego indignè obtuli, mihi & omnibus, pro quibus illud obtuli, te miserante sit propiciabile, Per Christum, &c. Exuens se vestibus sacris, dicit Psal. Benedicite omnia; Laudate Dominum in sanctis, Kyrie eleison, Pater noster. Consecrantur tibi Domine omnia operata. Exultabunt sancti in gloria. Exultent iusti in conspectu. Non nobis Domine, non nobis. Domine exaudi orationem. Deus qui tribus pueris. Altitudo nes nostras.

Consecratio corporis Domini.

Orationes ante communionem.

Pura mentis orationes post communionem ad missam faciem.

De ieiunio vernali. CAP. XXIII.

Gregorius Papa septimus cum Apostolicæ sedis præficeret constituit, ut ieiunium quod dicitur Martij, in prima hebdomada quadragesimæ omni anno celebretur, sicut & sancti patres illud instituisse leguntur. Nam sanctus Gregorius Papa primus, tam in Sacramentario quam in graduali libro, siue Antiphonario officia eiusdem ieiunij primæ quadragesimali hebdomadæ ascripsit: Item sanctus Hieronymus in libro Comitis, lectiones & Euangelia de eodem ieiunio eidem hebdomadæ iniunxit. Ipsa etiam vacas Dominica, quam sanctus Gregorius in quadragesima secundam esse voluit, euidentissimè insinuat, quod ieiunium Martij nihilominus omni anno ipsa in prima hebdomada præcedere debeat: Nō enim eadem Dominica propriè vacans dicitur, si non sabbatum. 12. lectionū cuestigiò subsequeretur, quod proprium est omnium Dominicarum vacatium, quæ cum proprio careant officio, ex præcedenti hebdomada inofficiantur, si tamen necesse fuerit: ut assumatur. Vnde & hæc Dominica, de qua agimus, ex quarta feria præcedentis ieiunij officium mutuauit. Necessarium est ergo, ut illud illam præcedat, cum nō aliud, nisi ex eius præfessione eadē

Dominica nomen & officium obtineat. Sed & Iunior Gregorius Papa, scribens de ordinatione sancti Bonifacii Archiepiscopi ad Moguntiacenses, præcepit, vt ordinatio quæ ieiunio Martij ascribitur, in ingressu quadragesimæ cum eodem ieiunio semper celebretur. Beatissimus quoque Leo Papa primus, in sermone, De ieiunio septimi mensis, verum ieiunium in quadragesima, æstiuum in Pentecoste, autumale in septimo mense celebrandum esse denunciauit. Item B. Gelasius Papa in Decretalibus suis, capitulo xi. constituit, vt ordinationes presbyterorum & diaconorum, nõ nisi certis temporibus fiant, quippe in ieiunio quarti & septimi & decimi mensis, id est, Iunij, Septembris, atque Decembris, necnon in quadragesimalis initij ieiunio, quod proculdubio Martij intelligitur. Videns ergo, quàm aperte idem ieiunium cum ordinatione sua primæ quadragesimali hebdomadæ ascribatur, cum tam signanter quadragesimalis initij ieiunium cognominetur? Hoc autem initium Quadragesimæ, non à capite ieiunij, sed à subsequenti Dominica est computandum.

Nam quàmuis à capite ieiunij pro quodam complemento quadragesimalis abstinentiæ incipiamus: à subsequenti tamen Dominica iuxta assercionem sancti Ambrosij & sancti Gregorij & aliorum sanctorum patrum, Quadragesimam propriè exordimur. Nullum autem commoueat, quòd tempore Henrici secundi Imperatoris, duodecim Episcopi Moguntia cõgregati, aliter de hoc ieiunio statuisse leguntur. Cum enim apud ipsos non modica varietas de huiusmodi ieiuniis accideret, eo quòd antiquam sanctorum patrum traditionem in hac re minus attenderent, pro huiusmodi cõfusione corrigenda hanc sibi regulam proposuerunt, vt deinceps in prima quarta feria Martij, & in secunda Iunij, & in tertia Septembris, omni anno ieiunaret. Sed hæc regula Apostolicæ authoritati præiudicare, nec debet nec potest: præsertim cum euidentissimè statutis sanctorum Patrum videatur repugnare. Si enim prædictam regulam adueniat obseruamus, multoties non solum in Quadragesima, sed etiam ante Quadragesimam ieiunabimus. Cùm & statuta Apostolicorum virorum, & institutio officiorum, vt prælibatum est, illud infra quadragesimam, immò in prima Quadragesimæ septimana, semper celebrare decernant. Indubitanter ergo refutare debemus, quicquid tam euidenter Apostolicæ authoritati contraire videmus, vnde totius Christianæ religionis & ordinis exordium & formam accepimus.

Nec mireris hoc ieiunium potius Martio, quàm Februario ascribi, quàmuis in Februario, cum ipsa quadragesima nonnunquã occurrat: Semper enim idem ieiuniũ, aut Kalendaria aliquando, aut Lunatione Martij, aut vtrunque simul incurrit: Februario autem Kalendaria aliquando, Lunationem verò nunquam attingit. Ergo multo congruentius martio ascribitur, quem nunquam relinquit, quàm Februario, què multoties penitus nõ attingit. Obseruatur sanè hoc ieiunium cum ipsa quadragesima secundum Lunationem, sicut & Pascha. Vnde non incongruè ipsum Martio propter Lunatione ascribitur, quàmuis in Februario occurrat. Sicut & Pas-

Exstat. c. 13. epist. ad episc. per Lucaniam. Tom. C6.1.

Apostolicæ authoritati concilium prouinciale non potest præiudicare.

cha Aprili semper ascribitur, quàmuis sæpè in Martio contingat. Nec hoc vtiq;e probabili exemplo carebit, si sacrorum ordinum dispensatio nonnunquam fiat in Februario dum hoc exegerit quadragesimalis initij præmaturatio. (nam reuerendissimi patres nostri, sanctitate & Apostolica authoritate præcipui, videlicet, Simplicius, Gelasius, Symmachus, Felix, in Februario ordinationes fecisse leguntur) cum iam sancta Romana Ecclesia ieiunia Quatuor temporum in ordinatione obseruare decreuerit, hocque aliis quoque Ecclesiis ita obseruandum promulgauerit. Ergo absque omni dubio obseruare debemus, vnde tam certa præcepta & exempla sanctorum patrum Apostolica authoritate præditorum sufficienter habemus, præsertim cum & facilius obseruetur, quod prouida antiquitas & auctoritas instituit, quàm quod cõsiderata nouitas & infirmitas adinuenit. Nulli enim dubium est, quin facilius sit omni anno idem ieiunium martij in eadem hebdomada cum eisdem officiis in consule celebrare, quàm de hebdomadam non sine confusione officiorum, vt multi solent, illud annuatim mutare.

De Ieiunio æstiuo. CAP. XXV.

Gregorius Papa septimus Apostolicæ sedi præsidens constituit, vt æstiuale ieiunium infra octauam Pentecostes annuatim celebraretur. Quod quidem sapientioribus reuerentia sedis Apostolicæ facile persuasit: simplicioribus autem nonnulla dubitatio super huius statuti promulgatione remansit. Nam non parum à consuetudine eorum discrepat, quàm à quibusdam scriptis non ad eò authenticis mutauerant, id est, à Moguntiacensi concilio, tempore Henrici secundi Imperatoris factò, hoc enim hæc regulam ieiuniis Quatuor temporũ præfixit, vt in prima quarta feria Martij, in secunda Iunij, in tertia Septembris, omni anno ieiunetur.

Præterea & hoc attendunt, quod in quibusdam sacramentariis inueniunt, quod & in primo sabbato Martij, in secundo Iunij, in tertio Septembris, ieiunare debeamus. Illo etiam non minus obseruato, vt de vno sabbato 12. lectionum vsque in aliud, iuxta Amalarium quatuordecim hebdomadæ computentur. Si igitur, inquit, iuxta statutum Domini Apostolici infra Pentecosten annuatim ieiunaueris, non semper secundum quartam feriam, vel secundum sabbatum Iunij obseruare poteris. Sed cur more Pharisæorũ liquamus culicem, glutientes camelum? Cur, inquam, huiusmodi scripta præuaricari plus vereamur, quàm sedis Apostolicæ decretum, præsertim cum ob eorum adinuicem repugnantiam, se obseruare non permittant? Si enim iuxta Moguntiacense concilium, in prima quarta feria Martij, in secunda Iunij, in tertia Septembris, omni anno ieiunatur: primum sabbatum Martij, secundum Iunij, tertium Septembris annuatim obseruare nequibus, nec iuxta Amalarium quatuordecim hebdomadas eisdem ieiuniis internumerare valebis: quod illum non latebit, quicumque diligenter interiacentes hebdomadas singulis annis dinumerabit. Nunquam sanè huiusmodi regulæ simul obseruari poterunt, nisi eò anno, cum Kalendaræ

Cur ieiunium hoc Martio ascribitur.

Ieiunium æstiuale.

Authoritas sedis Apostolicæ.

* diuisam sed continentiam.

Quadragesima post Pentecosten.

Kalendaræ Septembris in tertia vel in quarta feria occurrunt. Sed in hac causa Amalarium non ad eò notandum est, quòd nõ tam aliquam consuetudinem instituerit, quàm de instituta competentem aliquam figuram elicere conseruit. Cur autem ista replicamus, cum etiam si prædictæ regulæ sibi annuatim conuenirent, authoritati tamen sedes Apostolicæ nullatenus præiudicare possent, cui omnes per omnia absque omni hæsitacione debemus obedire, cui nunquam debitam exhibemus obediẽtiam, si eius statuta potius iudicare, quàm implere curamus? Hoc est enim priuilegium obediẽtiæ, de sententiã sui præceptoris non iudicare, in iis duntaxat rebus, quas Canonicis scripturis contraire non videmus, immò statim exequi, quod iubetur.

Nam quicumque facere noluerit, nisi quod prius sua ratione probauerit esse faciendum: non tam præceptori suo, quàm propriæ voluntatis arbitrio satisfecisse iudicabitur. Hanc ergo puram obediẽtiam cum omnibus spiritualibus nostris præceptoribus certissimè debeamus, maximè tamen Apostolicæ sedi ex intimo corde debemus, quæ totius Christianæ religionis caput est & origo. Sed quia hæc ratio simplicioribus fortasse non sufficit, operæ precium videtur de superioris statuto latius tractare, & quàm rationale, quàm canonicum, quippe sanctis patribus quàm consonum reperitur, elucidare. Beatissimus Leo Papa primus, in ordine quadragesimæ septimus, cuius auctoritate congregatum & confirmatum est sanctum Chalcedonense concilium, in libro sermonum, quarti mensis ieiunium non nisi hebdomada Pentecostes celebrandum esse denunciat. Nec hoc tantum in vno sermone, sed in pluribus, quos de Pentecoste in diuersis annis fecisse legitur: quod illum subterfugere non poterit quicumque eundem librũ diligenter perlegerit. Ibi enim euidentissimè doceritur, ex Apostolica traditione huius ieiunij obseruantia descendere, nec * diuersam, sed continuam post diem Pentecostes celebrari debere. Sed ne aliquis cum hoc de quadragesimali ieiunio, quod post Pentecosten agit, non de ieiunio quarti mensis, præcepisse putaret: subsequenter decernendo admonet, vt infra eandem hebdomadam quarta & sexta feria ieiunetur, & in sabbato apud sanctum Petrum vigiliæ celebrentur, quem denunciationis modum penè in omnibus suis sermonibus obtinuit, cum ieiunia quatuor temporum denunciarer. Nam illa quadragesima post Pentecosten, non omnibus vt hoc ieiunium, sed solis pœnitentibus obseruanda imponitur: Nec in hoc tantum triduo infra Pentecosten, sed in omnibus triduis, vel etiã diebus sex hebdomadarum custodiri iubetur. Præterea idem vir Apostolicus in sermone, De ieiunio septimi mensis: Ieiunium, inquit, verum in quadragesima, æstiuum in Pentecoste, autumale in septimo mense celebremus. Vbi euidentissimè indicauit, ieiunium quarti mensis non nisi in hebdomada Pentecostes esse celebrandum. Si enim istud in Iunio mense, sicut autumale in Septembri, semper ieiunandum decerneretur, non minus Iunium quàm Septembrem nominare posset. Ergo iuxta sententiam huius Apostolici, sicut autumale semper in Septembri, ita æstiuum in

Pentecoste semper debemus celebrare. Sanctus quoque Gregorius Papa primus, à quo omnia Ecclesiastica officia penè habemus, beato Leoni optimè cõcordat, qui & in sacramentario & in diurnali Antiphonario, eidem ieiunio nullas orationes vel cãtus ascribit, nisi infra Pentecosten dicendos. Liber etiam Comitum sive Lectionarius, quem sanctus Hieronymus cõpaginauit, eidem ieiunio lectiones ad festiuitatem Spiritus sancti pertinentes attribuit. Sicut igitur ieiunium Decembris de aduentu Domini, & ieiunium Martij de quadragesima, sua mutuauerunt officia: sic etiam illorum menses ieiunia nunquam alio tempore celebrantur, nisi eo ipso, vnde & officium habere videntur. Denique ieiunium Martij, & ante statutum nostri Papæ Gregorij, cum aliquãdo ante quadragesimam iuxta Moguntiacense concilium eueniret, propter quadragesimale tamen officium vsque ad quadragesimam differebatur. Incongruum enim esset, vt eiusdem ieiunij lectiones specialiter quadragesimã intimantes, & orationes super populũ, extra quadragesimã dicerentur: Eadem igitur ratione & æstiuum ieiunium infra Pentecosten obseruamus competẽter, propter officia de eadem solennitate mutuata. Qui enim illud extra Pentecosten obseruant, magnam officiorum confusionem faciunt: cum quadragesimales cantus & orationes lectionibus de Pentecoste associant. Concordiam quippe officiorum Pentecostes dissipant, quam sancti patres maxime in huiusmodi officiis obtinere studebant: & cum extra Pentecosten de hoc ieiunio nullũ inueniant officium, ipsi sibi officia componere, immò confundere temerario ausu præsumunt. Nõ mireris autem quòd hoc ieiunium Iunio potius quàm Maio adscriptũ reperiri malunt, quàmuis iuxta superiorem tractatum, & in Maio sæpius celebretur: Ipsa enim Pentecoste cum qua hoc ieiunium semper obseruatur, in maio sæpius quàm in Iunio celebratur, quæ tamen iuxta computationem, Luna Iunio semper ascribitur. Nam hoc festum, sicut & Pascha, non iuxta rationem mensium, sed Lunationum annuatim obseruatur. Et illud quidem Aprili, hoc autem Iunio propter obseruationem Lunationum eorundem mensium, semper adscribitur, quàmuis eosdem menses multoties anticipet, sicut & ipsæ Lunationes. Eadem igitur ratione & hoc ieiunium Iunio ascribimus, quod & cum Pentecoste sub eadem Lunatione annuatim obseruare debemus. Hoc sanè ieiunium semper Lunationem Iunij, sæpè etiam & Kalendaria eius obseruat, nunquam autem Lunationem Maij, nec semper Kalendaria eius attingit. Semper vtiq;e aut Kalendaria, aut Lunationem Iunij possidet. Maij autem sæpenumero nec Kalendaria, nec Lunationem obtinet. Quare & Iunio competentius articulantur, quem nunquam dimittit, quàm Maio, quem multoties omnino prætermittit. Has igitur rationes quicumque, deposito contentionis studio, fideliter cõsiderare voluerit, proculdubio Dominum Apostolicum de ieiunio verno sive æstiuo, non tam suum, quàm sanctorum patrum statutum instituisse iudicabit, & idem ipsum authenticis rationibus confirmatum, generaliter obseruandum esse non dubitabit.

De autumnali ieiunio. CAP. XXVI.

Ieiunium autumnale iuxta statuta sanctorum patrum Leonis, Gelasij & reliquorum, in 7. mense debemus celebrare: quod tamen nec institutio officiorum, nec suppositio vacantis Dominicæ, nec statuta sanctorum patrum, alicui septimanæ tam specialiter ut reliqua ieiunia, videtur assignasse. Est autem Ecclesiastica consuetudo, ut in tertio sabbato Septembris ieiunetur: quæ utique consuetudo & nobis debet sufficere, præsertim cum Apostolicis institutis nusquam videatur contraire.

De hyemali ieiunio. CAP. XXVII.

Ieiunium hyemale, iuxta traditionem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, semper in tertia hebdomada de aduentu Domini debet celebrari: sicut & sancti patres instituerunt, qui eiusdem ieiunij officia eidem hebdomadæ indiderunt, & sequentem Dominicam vacatam vocauerunt, nec ad hoc villo speciali statuto indigemus, in quo sanctorum patrum vestigia non excedimus.

De officiis eorundem ieiuniorum. CAP. XXVIII.

DE annua transmutatione officiorum in vernali ieiunio, vnde hæcenus multum frustra laborauimus, non necesse est ut deinceps laboremus: cum iuxta antiquam institutionem, omnia huius ieiunij officia suo loco & ordine, sicut instituta sunt, obseruare debeamus. In æstiuo autem ieiunio illum ordinem officiorum competenter annuatim obseruamus, quem & Maiores nostri in eodem ieiunio tenuerunt, cum illud infra Pentecosten aliquando obseruarent: Videlicet ut in quarta & sexta feria cantetur & legatur, quod in eadem hebdomada eidem feriis ascriptum reperitur. In sabbato autem cum officio quod ibi habetur, hæc lectiones legantur: Lectio, *Diligite iustitiam, Audi Iacob, Exultate, Effundam*. Ad missam, *Iustificati*: quæ utique omnes festiuitati Spiritus sancti optimè conueniunt. Euangelium, *Egressus Iesus*, sicut etiam in antiquis Breuiariis ordinatum reperimus. Et hoc utique obseruandum est, ne in quarta feria vel sabbato quadragesimalia offertoria, id est, *Meditabar, Domine Deus salutis*, dicamus, sed in honorem Spiritus sancti, Alleluia, tum offertorium, *Emite spiritum*, pro utroque cantemus. Nec gradualia: sed, Alleluia prædictis lectionibus subiungere debemus: *Spiritus Domini, Paraclitus, Emitte, Veni sancte spiritus*. In autumnali autem ieiunio omnia, ut instituta sunt, obseruamus. In quarta feria Antiphona, *Exultate*: Graduale, *Quis sicut*: Graduale, *Tribulationes*: Offertorium, *Meditabar*: Communio, *Comedite*: Cum lectionibus, *Ecce dies veniunt, Congregatus est*. Euangelium, *Respondens vnus*. In sexta feria Antiphona, *Letetur cor*: Graduale, *Conuertere*: Offertorium, *Benedic*: Communio, *Aufer à me*. Lectio, *Conuertere*: Euangelium, *Rogabat Iesum*.

Quæ omnia adiuuicem magnam habent concordiam. In sabbato Antiphona, *Venite adoremus*: offertorium, *Domine Deus salutis*: Communio, *Mense*

A septimo. Lectiones, Decimo die, Quinto decimo, *Domine Deus noster, Factum est*. Euangelium, *Arborem fici*: Gradualia verò eadem, quæ & in ieiunio vernali. Quæ etiam apud diversos diuersè assumuntur, in quamplurimis tamen libris ita reperitur: *Protektor, Propicius, dirigatur, Saluum fac populum*: Quæ & in autumnali ieiunio, ut in vernali ordinatur, nisi quod in autumnali graduale, *Protektor*: post Graduale, *Propitius canitur*. Et hoc utique concordia officiorum exigere videtur. Nam in vernali prima lectio, *Respice domine de sanctuario, & bened. c. populo tuo*, optimè congruit Graduali, *Protektor noster*, à quo & subsequens oratio initiatur, *Protektor*.

Secundæ autem lectioni Graduale, *Propicius*, non incongruè adaptatur. Nam quod in lectione de corporali liberatione populo Israel promittitur, hoc sancta Ecclesia in graduali spiritualiter nobis adimpleri supplicat: ne gentes demonum nobis præualeant, sicut nec gentes paganorum illis præualuerunt. In autumnali autem Graduale, *Propicius*, præponitur, quia & hoc magis primæ lectioni conuenit, quæ nobis diè propiciationis, & ut Deus nobis propicietur, præscribit. Secundæ verò lectioni Graduale, *Protektor*, magis competit, quia filios Israel septem diebus sub protectione umbra culorum annuatim solemnizare præcepit. Tertium autem Graduale, *dirigatur*, tertiæ lectioni in utroque ieiunio optimè congruit: quia & in vernali Iothathas, & in Septembri Michæas orationes suas ad Dominum pro populo Dei dirigunt. Similiter quartum Graduale quartæ lectioni competit utriusque. Nam in vernali, pro salute populi postulatur, quæ in autumnali promittitur populo, si tamen à veritate non discesserit. Satis ergo congruum videtur, ut & nos eorum librorum traditionem sequamur, qui eadem Gradualia vernali & autumnali ieiunio pariter ascribunt. Nam cum lectionibus utriusque ieiunij, magnam habent concordiam, ut prælibauimus: quam potissimum in dispositione officiorum nos attendere sancti patres docuerunt. In hyemali ieiunio, quod in proximo sabbato ante vigiliam Natiuitatis Dominicæ semper est obseruandum, nihil in officiis variatur. Et notandum, omnes Apostolicos à beato Petro vsque ad Simplicium Papam, ordinationes tantum in ieiunio Decembris celebrasse, ut in Romano Pontificali legitur. Vnde & istud ieiunium non immeritò plenius quàm reliqua, suum habet officium. Nam reliqua, aliunde nunc ex toto, nunc ex magna parte per suas ferias inofficiantur. In omni ieiunio Quatuor temporum, nisi infra Pentecostè, genua flectimus. In quarta quidè feria, ad priorem ratum orationem sine salutatione prolatam. Nam secunda sine genuflexione cum salutatione profertur. Oratio autè in sexta feria cum salutatione & genuflexione recitatur. In sabbato autè omnes orationes genuflexio sine salutatione præcedit, præter illam de camino, quæ salutatione sine genuflexione exigit. Ad illam nempe genua flectere prætermittimus, more trium puerorum, qui statum adorare noluerunt cum genilibus. Ordo etiam præcipit, ut infra hymnum eorundem puerorum non sedeamus: ne illis in camino laborantibus, nos inertie sessionis dediti esse videamur. Hoc autem sabbatum,

Epistola
Decretali.

sabbatum, quàmuis sex lectiones tantum habeat, dicitur tamen 12. lectionum, eo quòd antiquitus eadem lectiones, bis legebantur, Græcè videlicet & Latinè. Sciendum autem, sanctum Calixtum Papam & martyrem, huiusmodi ieiunia quater in anno celebrari constituisse, quæ prius ter tantum in anno celebrata sunt. Sicut idem Apostolicus ad Benedictum Episcopum scribens, testatur.

De vacantibus Dominicis. CAP. XXXIX.

QUATUOR Dominicæ, quæ huiusmodi ieiunia proximè subsequuntur, in libro sacramentorum vacantibus præstitulantur, eo quòd propriis careant officiis. Vnde & ex præcedentibus quartis feriis ieiuniorum, Romano more inofficiantur, ut illæ duæ quæ vernale ieiunium subsequuntur, & hyemale. Illa autem post æstiuale ieiunium, non cum quarta feria, sed multo conuenientiùs cum officio Pentecostes suppletur, eo quòd sit octaua eius. Post ieiunium etiam autumnale, quidam ex quarta feria, Dominicam sequentem inofficiant, ut paucitati Dominicalium officiorum in æstate hoc supplemento subueniant. Sed Romani huiusmodi penuriam repetitione Dominicalium officiorum suppleunt. Vnde & prædictam compilationem ex quarta feria, quasi non necessariam, ibi prætermittere solent. Hæc autem Dominicæ antiquitus ab officio vacabant, quia celebratio ordinationum iuxta decreta sanctorum patrum, tam serò fiebat in sabbato, ut potius Dominicæ, quàm sabbato ascriberetur. Nam beatissimus Leo Papa primus, vsque in mane Dominicæ diei ordinationes ritè celebrari posse testatus est, continuato tamen sabbati ieiunio, immò ipsas Leuiticas ordinationes & sacerdotales nunquam, nisi in Dominica, iussit celebrari, Dioscoro scribens Episcopo: Consecrâdis, inquit, nunquam benedictio detur, nisi in Dominica, quæ à sabbati vespera initiatur. Itè beatus Gelasius Papa successor eius, omnibus Episcopis scribens, decreuit ut in sabbatis quatuor temporum, ordinationes circa vesperam celebrarentur: Vnde & Romanus ordo in quadragesima in sabbato ordinationum orationem super populum interdicit, ad quam Antiqui non solum capita, sed & genua flectebant, quod Niceni canones in Dominica fieri penitus vetant. Sanctus quoque Gregorius dies ordinationum suis hominibus insigniuit ut Dominicas. Videlicet hæc duo Euangelia. *Anno quindodecimo, & Arborem fici exponens ad populum*. Item sanctus Leo Papa illud Euangelium, *Assumpsit Iesus*, de ieiunio Vernali exposuit: quasi Dominicæ diei satisfaciens, infra quâ ipsè semper ordinationes fieri constituit.

Genue-
flectiones in
Dominica
prohibite.

De aduentu Domini. CAP. XXX.

AD aduentu Domini vsq; ad Natiuitatem eius, *Te Deum laudamus, Gloria in excelsis Deo*, Ite missa est, dimittimus: quia maior gloria noui Testamenti, quàm veteris, cuius typum infra aduentum Domini obseruamus. Aliquantò etiam festiuus natale Domini suscipimus, si huiusmodi glorificationes aliquandiu suppressas quasi de nouo illa die incipimus. Quidam infra aduentum Domini ca-

fulis pro Dalmaticis vtuntur. Quidam solito more vestiuntur, eo quòd Missam ad tertiam & Alleluia, sicut & rota æstate dicunt. In natiuitate tamen Apostolorum, siue dedicatione Ecclesiæ, prædictas glorificationes non omitimus. Hinc vsque post octauam Pentecostes, solitam mentionem sanctæ Crucis ad vesperam siue ad matutinas, & in feria sexta, & de sancta Trinitate Dominicis diebus, reticere solemus. Nam quod quidam illo breuissimo spatio, quod Purificationem sanctæ Mariæ & septuagesimam aliquando disiungi mentionem sanctæ crucis resumunt, non ad eò congruum videtur, cum illo tempore, de infantia Christi potius, quàm passione, cantetur atque legatur.

De Euangelio, Cum appropinquaret.
CAP. XXXI.

IN Dominica prima de aduentu Domini, quidam legunt Euangelium, *Erunt signa*, eo quòd sanctus Gregorius in libro homiliarum illud imprimis posuerit. Sed parum attendunt, quia idem Apostolicus in eodem libro huiusmodi ordinem non attendit: in quo plura Euangelia penitus non tetigit, in super & quæ exposuit, multoties posteriora prioribus anteponebat consuevit. Alij initium Marci Euangelistæ legunt, sed quia inusitatum est, pauci assentiuntur. Nos autem ex antiqua traditione, cum appropinquaret, legimus, non utique sedi Apostolicæ, si aliter iusserit, præiudicantes, sed interim auctoritatem sanctorum Patrum sectantes. Nam & sanctus Hieronymus in libro Comitis ita ordinauit, cuius libri ordinem & sanctus Gregorius diligentissimè obseruauit, siue dum lectionibus & Euangelis Missales orationes in sacramentario adaptaret, siue dum Antiphonas ex eisdem Euangelis quàm plurimis diebus in Antiphonario articulare. Ipsum quoque Euangelium, cum appropinquaret, etiam de itinere Domini ad passionem agere historialiter videatur, non tamen istius aduentus omnino obliuiscitur, cum pueri Hebræorum in laudem eius illud Psalmistæ in altum proclamant: *Benedictus qui venit in nomine Domini*. Quod auctor Antiphonarij de hoc aduentu proculdubio intellexit, cum inde Responsorium in historiam Dominicæ natiuitatis * composuerit.

De historia, Clama. CAP. XXXII.

VIDAM historiam, *Clama*, à quarta feria hyemalis ieiunij omni anno incipiunt, etiam si adhuc 12. dies vsque ad natiuitatem Domini remaneant. Æstimant enim hanc historiam pro eodem ieiunio esse institutam, sed falluntur. Si enim Romana auctoritas illam ad hoc institueret, ante Dominicam vacantem, id est, *Canite tuba*, hanc quoque sicut diurnalia eiusdem ieiunij officia collocaret. Nam hoc in omnibus huiusmodi ieiuniis obseruatur, ut officia eorum semper Dominicam vacantem præcedant, quæ etiam post ista semper obseruatur, iuxta statuta sanctorum patrum, aut penitus prætermittitur. Nec utique aliqua Dominica vacans, proprie dicitur: nisi quæ huiusmodi ieiunij officia indiuisè sequitur, à quibus & ipsa inofficiatur, si necesse fue-

* adposit.

rit, vt obseruetur. Præterea si eadem historia pro ieiunio instituta esset, superfluo secundam, tertiam, quartam, quintam feriam eodem modo, vt sextam, in officiaras haberet, cum tamen nihil ad illas prædictum ieiunium pertinet. Præter ergo hanc historiam non pro ieiunio, sed potius ad hoc esse institutam, vt proxima hebdomada ante Natiuitatem Domini, sicut & ante Pascha, tanto plus in officii habeat, quanto vicinior Dominicæ solennitati existat. Nam & Antiphonarius hoc innuere videtur, qui historiam, *Canite tuba*, proximam Dominicam ante natiuitatem vocat, & hanc, id est, *Clama*, infra hebdomadam eiusdem Dominicæ canendam subsequenter innuit, singulis feriis singulas matutinales laudes attribuens. Sunt autem ita descriptæ, vt eo anno obseruentur, cum natiuitas Domini in dominicam, & vigilia in sabbatum occurrit, quod & Antiphona, *Nolite timere*, in quarta feria præcedenti descripta, & Antiphona, *Exspectetur*, de Cantico sabbati vigiliæ ascripta, demonstrant. Vnde & ipsum sabbatum speciali matutinali laude insigniri non necesse habuit. Nam omni anno, aut eiusdem vigiliæ officium obtinebit, aut alterius feriat, quam eadem vigilia eo anno occupauerit. Illo non negligenter obseruato, vt sabbatum semper de vigilia feriale pſalmum & canticum cum Antiphona obtineat, & vigilia eius feriat, quæ sibi vendicauit, feriale pſalmum & antiphona possideat.

De septem diebus ante Natale Domini.
CAP. XXXIII.

Sciendum itaque est, quod prædicta officia non sunt ieiunij, sed Dominicæ, & quinq; feriarum ac vigiliæ, vnde & annuatim eadem officia ab octaua die, quæ Natiuitatem Domini præcedit, congruè incipimus, vt totam illam septimanam statutis officiis celebrem habeamus, nec tamen aliquem diem præter sanctorum institutionem huic celebritati ex nostra parte applicemus. Et hoc quoque non ocioso notandum, quia huius septimanæ officia, etsi specialiter pro ieiunio, vt probatum est, non sint instituta, nunquam tamen illud omnino relinquunt, nisi eo anno, dum Natiuitas Domini in Dominica occurrit. Tunc enim vigilia in sabbato euenit, & hoc ieiunium extra hanc septimanam in præcedenti sabbato celebrari compellit. Nam officium vigiliæ & ieiunij simul vna die competenter nequeunt obseruari. In omnibus autem aliis annis, idem ieiunium aut ex integro, aut ex aliqua parte prædictæ septimanæ includitur, & per legitimas eius ferias celebratur. Vnde & antiphonæ, de Euangelis huius ieiunij, quàmuis cum ipso multoties anticipentur, meritò tamen in quarta & sexta feria & sabbato eiusdem septimanæ describuntur, quia easdem ferias idem ieiunium adeo frequenter, vt vix vno anno illas ex integro derelinquat. Hoc quoque prouidendum, quod vigilia cum in Dominica euenit, sex sibi Responsoria de Dominicali historia cum Dominicalibus Pſalmis assumat: tria verò vltima & matutinales laudes cum ferialibus Pſalmis sabbato concedat. Ad Missam omnia de vigilia, sed festiuè cum *Alleluia*, *Veni Domine*.

De Natali Domini. CAP. XXXIII.

IN Natali Domini finit nono responsorio, Euangelium, *Liber generationis*, legitur deinde, *Te Deum laudamus*, cum pulsatione signorum dicitur: sicque finitis nocturnalibus vigiliis, Missa, *Dominus dixit*, ante matutinales laudes, cum, *Benedicamus Domino*, non cum, *Ite Missa est*, completur: ne populo quasi licentiam abeundi infra matutinales dedisse videamur, quas statim post Missam, iterum concrepantibus signis, incipere solemus.

De secunda vespera sancti Stephani. CAP. XXXV.

Omnes authentici antiphonarij secundam vesperam sancto Stephano concedunt ex integro, vnde & reliquis festiuitatibus per annum hoc exemplo secundam vesperam ex toto concedimus, etiam si maior festiuitas subsequatur. Non enim congruum est, vt pſalmos vespertinales tantummodo præcedenti festo, reliqua verò subsequenti tribuamus. Nam sancti Patres nullum nobis inde exemplum reliquerunt, qui potissimum nos concordiam officiorum singulari diligentia seruare docuerunt. Summa tamen festiuitas si quando minorem subsequitur, secundam vesperam prioris festi ex toto sibi non incongruè vendicabit, vt octaua Domini secundam vesperam sancti Syluestri. Vesperam quidem de quolibet festo vniformiter perficimus, deinde alterius festi, si necesse fuerit, post, *Benedicamus Domino*, memoriam facimus, vt de sancto Stephano, & de sancto Ioanne obseruamus.

De Innocentibus. CAP. XXXVI.

IN natiuitate Innocentium, *Gloria in excelsis*, & *Alleluia* secundum ordinem reticemus. Item, *Te Deum laudamus*, & *Ite Missa est*, quæ cum Gloria in excelsis, Romano more solent admitti vel prætermitti. Hæc, inquam, omnia omittuntur, nisi Dominica fuerit. *Gloria patri*, verò nunquam dimittimus, nisi de passione Domini. Meritò autem passio sanctorum Innocentium minus festiuè quàm aliorum sanctorum celebratur, quia licet martyrio coronati, nondum tamen ad gloriam, sed ad infernalem penam discesserunt. Nam ante descensum Christi ad inferos, nullus sanctorum ad illam gloriam peruenit, ad quam Christus antiquos sanctos perduxit, & deinceps suos sequaces perducere non desinit. Sed quia ipsi in resurrectione Dominica, cum reliquis sanctis liberari & conglorificari meruerunt, conuenientissimè & ipsi iuxta ordinem, solitam gloriam in officiis cum reliquis sanctis obtinebunt, si natalis eorum vsque ad diem resurrectionis, id est, Dominicam peruenit. Octauam quoque eorum eodem modo, vt aliorum sanctorum, celebramus, quia iam transacta die resurrectionis, non dubitamus eos gloriarum cum aliis sanctis.

De officio, Dum medium silentium.
CAP. XXXVII.

SI Natiuitas Domini, vel aliqua subsequentium solennitatum, in Dominica euenit: officium,

Cur in missa prima non, Ite Missa est, sed benedicamus Domino, decantetur.

Dum medium silentium, post natalem Innocentium ad priuatos dies congruè seruatur: sicut & in aliis Dominicis agimus, si aliquando celebrius in iis festum habuerimus. Vnde etiam idem officium Romano more repetitur, si quando ab octaua Domini vsque ad Epiphaniam, Dominica euenit, Omnis enim Dominica à natiuitate Domini, vsque ad Epiphaniam, ex antiqua traditione illud obtinebit: quæ tamen celebriori festo occupata non fuerit, nam cum hoc officium de Natiuitate Domini agat, conuenientissimè illis Dominicis adaptatur, quæ & reliqua officia de eadem solennitate solent obtinere. Non enim illi sunt audiendi, qui hoc officium, eo quod de Natiuitate agat, nunquam post octauam Domini dicendum existimant: cum tamen ipsi vigiliam Epiphaniæ de Natiuitate Domini ex integro inofficiare soleant & debeant. Ipsi quoque si Dominica in octaua sancti Stephani vel aliorum euenit, Dominicam de octaua inofficiant, dum tamen Ecclesiastica solennitas, non pro octaua sancti Stephani, sed pro octaua Domini agatur. Hoc autem sancti patres in dispositione officiorum summo peritè procurauerunt, vt officium semper instanti celebritati concordaret: ne clerus aliud quàm populus, in ecclesiasticis celebritatibus obseruaret. Præterea omnes Dominicæ solennitates sibi inuicem affines, hoc habent priuilegium, vt obseruatio earum adinuicem continuetur: vt resurrectionis vsque ad ascensionem, & ascensionis vsque ad Pentecosten commemoramus, & omnes Dominicæ iis solennitatibus interpositas de eisdem inofficiamus. Sic quoque & natiuitatis Dominicæ vsque ad Epiphaniam memoriam agimus, nisi in quantum festis sanctorum vel octauis eorum satisfacere cogimur. Eodem quoque modo infra hunc terminum occurrentes Dominicæ, officium de Natiuitate possidebunt.

De eodem officio in alia dominica repetendo.
CAP. XXXVIII.

Quamuis autem duæ Dominicæ multoties eueniant eo tempore, nunquam tamen ambas dominicali officio occupari festis sanctorum permittent: nisi eo tantum anno, dum vigilia Epiphaniæ in Dominica euenit. Vnde & sanctus Gregorius satis competenter vnum Dominicale officium eo tempore ordinauit, eo quod & ibi vna tantum Dominica omni penè anno occurrat, quæ huiusmodi officio indigeat. Nec hoc vtique sanctus Gregorius, vel post Epiphaniam, vel post Pentecosten seruare curauit, vt tot officia semper haberemus, quot dominicæ possent euenire. Nam optime præuidit, huiusmodi inæqualitatem, repetitione officiorum facile emendari posse. Vnde & nos, cum vigilia Epiphaniæ in dominica occurrit, prioris Dominicæ officium pleniter repetimus. Sic & in dominicis post Epiphaniam & post Pentecosten, quoties necesse fuerit, iuxta Romanam consuetudinem facere debemus. Sicut enim historias dominicarum, in quantum tempori sufficit, repetimus, nihilominus & officia earum repetere possumus. Nam & dominicale officium alij dominicæ quæ eiusdem obseruantur est, non competentius adhi-

bebitur, quàm singulis priuatis diebus, quibus dominicarum officia dum recipiunt, ex festiuis feriæ efficiunt: hoc tamen non tam ex Ecclesiastici conuentus necessitate, quàm ex propria deuotione vsquequaque vsitamus. Non ergo magis incongruum videatur, si dem officium in alia dominica, vt ecclesiastico conuentui satisfiat repetatur.

De octaua Domini. CAP. XXXIX.

IN octaua Domini, iuxta Romanam authoritatem, non officium, *Puer natus est*: sed, *Vultum tuum*, vt in graduale libro habetur, cum *Alleluia*, *Post partum virgo*: cantamus: & orationem Gregorianam, *Deus qui salutaris æterna: nō illam, Deus qui nos Natiuitate*, dicimus. Et notandum, huius octauæ officium euidētissimè de sancta Maria agere. Vnde & Romani ea die ad sanctam Mariam stationem faciunt, nec immeritò: nuper enim cum natiuitatem Domini celebraremus, nullum tam speciale officium matri eius attribuere potuimus. Vnde non incongruè illam specialius in octaua Domini veneramur, ne solennitate Filij sui expertus esse videatur, quam tamen in eadem solennitate post Dominum maximè honorandam esse non dubitamus. Matutinales quoque laudes huius octauæ, de sancta Maria agunt expressissimè. Vnde & illa responsoria de Natiuitate Domini, quæ de sancta Maria commemorant, huic dici congruè attitulantur, ne à Gregoriano eiusdem diei officio discrepemus in aliquo. Aptè autem omnia in hunc modum ordinari possunt. Ad vesperam Antiphona, *Tecum principium*, cum reliquis. Responsorium, *Congratulamini*. Hymnus, *A solis*. In Euangelio Antiphona, *Magnum hereditatis*. Inuitatorium, *Christus natus est*. Antiphona, *Dominus dixit*. Antiphona, *In sole*. Antiphona, *Eleuamini*. Responsorium, *Descendit*. Responsorium, *O magnum*. Responsorium, *sancta & immaculata*. Antiphona, *Speciosus*. Antiphona, *Rex omnis*. Antiphona, *Suscipimus*. Responsorium, *Beata & veneranda*. Responsorium, *Congratulamini*. Responsorium, *Continet in gremio*. Antiphona, *Homo natus*. Antiphona, *Exultabunt*. Antiphona, *Notum fecit*. Responsorium, *Confirmatum est*. Responsorium, *Nesciens mater*. Responsorium, *Verbum caro*. Matutinales laudes, *O admirabile*, per ordinem. Eadem Antiphonæ, in secunda vespera super Pſalmos de Natiuitate Domini leguntur. In Euangelio Antiphona, *Qui de terra est*. In Dominica autem post Natiuitatem Domini, ita ordinabitur: Inuitatoriū, *Christus natus est*. Pſalmi Dominicales, cum tribus Antiphonis de Natiuitate Domini. Responsorium, *Descendit*. Responsorium, *Quem vidistis*. Responsorium, *O magnum*. In 2. noctur. Responsorium, *Continet in gremio*. Responsorium, *Confirmatum est*. Responsorium, *Hic quia aduenit*. In tertio nocturno Responsorium, *Ecce Agnus Dei*. Responsorium, *Benedictus*. Responsorium, *O regem*. Matutinales Laudes, *Quem vidistis*. In Euangelio: *Dum medium*. Notandum autem, in octaua Domini nocturnalem cantum de sancta Maria multum agere, quia & diurnale officium in honorem eius videtur institutum. In Dominicali autem nocte, non tam de sancta Maria, quàm de Natiuitate Domini agimus: quia & in diurnali of-

Vide Guil. Durandi Rationale diuino.

ficio specialiter de Natiuitate Domini comemoramus: Est autem traditio sanctorum Patrum, vt in huiusmodi festiuitatibus officio Missæ reliqua concordat officia.

De Epiphaniâ. CAP. XL.

SI vigilia Epiphaniæ in Dominicam euenerit, in nocte, vt prædictum est, canimus. In die quoque officium, Dum medium, vt in priori Dominica, pleniter obseruamus. Si autem in alia die occurrit, idem quidem officium, sed cum lectione, Scimus: & Euangelio, Defuncto Herode (vnde & communio, Tolle puerum, supra est) cantamus: quia hoc officium ante usum huius vigiliæ ibi cantabatur, vt pote Dominica eiusdem hebdomadæ, sicut & Vocem iocunditatis, canitur in vigilia ascensionis, & assumitur communio de eiusdem diei Euangelio. In Epiphania ad nocturnas, iuxta Romanum Ordinem, Inuitatorium recitemus, vt à dolosa inuitatione Herodis discrepemus: ab Antipho. Asserte, ea nocte incipitur. Antiphona, Fluminis, cum Psalmo in tertiam nocturnam differatur: quia maior laudatio, quam Alleluia sonat, sub gratia est, cuius typum tertia nocturna gerit, quam ante legem vel sub lege, quod præcedentes nocturnæ significant, vnde & omnes historiae, quæ sibi Alleluia, vendicant, plus Alleluia in tertia nocturna frequentant. Si Epiphania in Dominicam euenerit, nihil in ea die de officio Dominicæ tangimus. Quod tamen infra Octauam eius ideo obseruare solemus, vt lectiones & Evangelia ferialia, quæ de baptismo Domini sonant, eo tempore recitentur, cum & festum de baptismo Domini agitur.

De Dominicis post Epiphaniam. CAP. XLI.

SI autem per interiacentes dies ab Epiphania usque in octauam eius, Dominica euenerit, necessario eo die Ecclesiastico conuentui, cum Dominicali officio satisfacimus, quem non pro Epiphania, sed pro Dominica conuenisse scimus. Dominicales quoque Psalmi, cum cantu de Epiphania, sunt recitandi. Si enim omnem Dominicam, Dominicis solennitatibus interpositam, nec tamen celebriori officio occupatam, de eisdem inofficiare solemus. Priuatos quoque dies solennitatibus interuenientes, ita obseruamus, vt inuitatorium & vnam Antiphonam super feralem Nocturnam: item vers. Responsorium, & Matutinales laudes, & cætera, de festo dicamus. Iuxta Romanum enim ordinem, feralem nocturnam nunquam dimittimus, cum tria tantum responsoria dicimus, nisi in hebdomada Paschæ & Pentecostes. Primæ ergo Dominicæ officium infra hanc octauam omni anno ritè obseruatur, etiam si propter pluralitatem hebdomadarum vsque ad septuagesimam, repetendum videatur: sicut & alia duo officia. Omnis terra, Adorate, cum multoties sex occurrant hebdomadæ, his officiis inofficiandæ. Cum autem vna tantum Dominica inter Epiphaniam & septuagesimam accidit, duo officia, nullo Ecclesiastico conuentu fieri hoc exigente, in vnam hebdomadam coniungere debet, quicunque nullum eo anno statutis

Cur nocte Epiphaniæ Inuitatorium non dicatur. Vide eadē de re Guil. Duranum.

officiis prætermittere voluerit. Non ergo minus competenter idem officium aliquando in alia Dominica reperimus, cum nullum celebrius officium habuerimus, vnde Ecclesiastico conuentui ritè satisfacere valeamus. Ipsi quoque priuati dies, Romano more, officium prioris Dominicæ recipiunt, si non aliunde competenter inofficiari possunt. Tamen & aquæ benedictæ adspersionem, iuxta decretum sancti Alexandri Papæ, & Credo in vnum, non dimittimus.

De duobus festis in vnum diem concurrentibus. CAP. XLII.

VM duæ festiuitates nouem lectionum in vnum diem concurrunt, quarum vtraque plenum per se exigit officium, celebriorem ex integro obseruamus, alterius verò postea tantum memoriam agimus. Si autem vtraque pleniter obseruanda videtur, aut in ipsa die ambabus singula officia persoluantur iuxta quod & sanctus Gregorius in Sacramentario, & in Graduali libro aliquoties vni diei bina ascripsit officia: aut vna in earum in sequentem diem differatur, sicut sanctus Gregorius Papa festum sancti Pauli, post festum sancti Petri voluit obseruare. Nam illam vsurpationem, quæ ex duobus officiis in vna die obseruandis, vnum in compositè compingit, sanctorum patrum auctoritas non admittit, (quæ semper nos in officiis concordiam custodire præmonuit) videlicet vt vnam nocturnam de vno festo, reliquas de alio obseruamus. Eo enim pacto si vtrique festo satisfacere niteremur, neutrum debita officiorum reuerentia celebrasse conuinceremur. Vt autem duorum festorum officia in vno die separatim compleantur, vel vnum eorum in alium diem differatur, non tam generali totius Ecclesiæ obseruationi, quam priuatae religiosorum vacationi adiacere videtur, qui nullum de statutis officiis prætermittere volunt.

De Martyribus Romanis Pontificibus. CAP. XLIII.

Gregorius huius nominis Papa septimus, Apolliticæ sedi præsidens, constituit, vt sanctorum omnium Romanorum Pontificum & Martyrum festiuitates, solenniter vbique cum pleno officio celebrentur. Nam cum quælibet Ecclesia sui patroni, etiam si confessor fuerit, festum solenniter obseruet, quanto magis eorum, qui totius Ecclesiæ non tam patroni, quam patres extiterunt, quam etiam vsque ad martyrium verbis & exemplis instituere non desisterunt? Nota autem sanctum Gregorium Papam primum in graduali libro de his martyribus, sicut de confessoribus, Pontificalia instituisse officia, vt de S. Marcello, Antiph. Statuit: & de S. Felice, Antipho. Sacerdotes, & hoc vtrique satis congruè, propter excellentiam dignitatis Apostolicæ. Hoc etiam attendendo, Maiores nostri de eisdem sanctis confessorum officia ad cursum diei & noctis leguntur obseruasse, quæ & Pontificij dignitatem eodem modo insinuant, nec tamè in aliquo eorum martyrio præiudicant. Idem & de sancto Apollinare obseruandum esse gradualis liber demonstrat:

Festum & memoriam sancti Pauli à D. Gregorio institutum.

monstrat. Et de iis quidem sanctis Hymnus, Inuitatorium, Versus: Gloria & honore, Posuisti Domine, Magna est gloria eius, cantantur vt de Martyribus: reliqua verò per ordinem, & de confessoribus. Quidam autem moderni, minus concordiam officiorum attendentes, de illis omnem cantum, vt de martyribus obseruant, præter ad missam: afferentes congruum esse, vt nocte de Martyrio eorum: ad Missam autem, de sacerdotali eorum dignitate agatur. Sed conuenientior videtur superiorum obseruatio. Nam missa in quolibet festo, reliqua solet informare officia.

De octauis Sanctorum. CAP. XLIIII.

Iuxta Romanam auctoritatem, nullorum sanctorum octauas obseruare debemus, nisi vnde certam aliquam traditionem à sanctis Patribus habemus. Eorum quoque, quorum octauas celebramus, nullam quotidianam mentionem per interiacentes dies agimus, quia nullam auctoritatem inde habemus: exceptis de sancta Maria, & de sancto Petro, quorum memoriam & alio tempore non cessamus frequentare. In festo cuiuslibet sancti trium Responsoriorum nocturnam non dimittimus: sancto tamen Inuitatorium, Responsorium, & matutinales laudes, & alia, vsque ad finem Missæ, concedimus: Reliqua de ferialibus. Nam iuxta Romanam consuetudinem, nullius sancti trium Responsoriorum, mentionem facimus post Missam, siue illa canatur ad tertiam, siue ad sextam. Immo cum ipsa Missa mentione sancti finimus. In festo autem nouem lectionum, omnia vsque ad secundam vesperam de festo agimus.

De priori vespera Dominicali. CAP. XLV.

Post octauam Epiphaniæ, siue priuata dies sit, siue Dominica, leguntur Epistolæ Pauli vsque ad septuagesimam. Prior vespera cuiuslibet Dominicæ, crastinam exigit oratione: quia capitulum ante Magnificat, sequenti ascribitur Dominicæ: sicut in Dominica de aduentu Domini, & Quadragesimæ siue passionis Dominicæ comprobatur, quod & in aliis solennitatibus penè vsque quaque frequentatur. Hoc vtrique & responsoria & Antiphonæ indicant, quæ de crastina historia ad priorem vesperam solent anticipari. Aliquando tamen vltima Antiphona de Euangelio prioris Dominicæ, ad vesperam prædictam referatur, vt in Dominicis post Epiphaniam & Pascha, quæ tamen ad eam concordant, vt Antiphona præcedentis Dominicæ, orationi subsequenti optime conueniat.

De aqua Asperisionis, Gloria in excelsis, Ite Missa, & Credo. CAP. XLVI.

Alexander Papa quintus à beato Petro, constituit, vt sal & aqua benediceretur ad conspergendum populum, & habitacula eorum: quod & nos in omni Dominica iuxta Canones sequimur. Symmachus Papa in ordine 50. constituit, vt in Dominicis diebus & natalitiis martyrum, hymnus, Gloria in excelsis, dicatur, quod & nos obseruamus in Tom. 6.

omni Dominica, & in festis nouem lectionum, excepto infra aduentum Domini, & à septuagesima vsque in Pascha, in iis tamen diebus natalitia Apostolorum & festa sanctæ Mariæ iuxta Romanam consuetudinem, Gloria in excelsis, recipiunt. Semper autem cum Gloria in excelsis, etiâ, Te Deum, & Ite Missa est, recitamus: nisi de Natiuitate domini in nocte, & in Cæna Domini, & in vigilia Paschæ & Pentecostes. Congruè autem & in festiuis diebus, Ite missa est, dicitur, quia tunc generalis conuentus celebrari solet, qui per huiusmodi denunciationem licentiam discedendi accipere solet. Ad quotidiana autem missarum solennia, non generaliter ab omnibus, sed à religiosis conuenitur, qui plus spiritualibus negociis quam sæcularibus inuigilant, qui & reliqua, dum licet, officia quotidie frequentant. Ergo conuenienter illis post Missam, vt non statim discedant, sed vt Dominum benedicant, denunciatur. Huic assertioni & Ecclesiastica consuetudo videtur astipulari, quia cum, Ite Missa est, dicimus, ad populum vertimur, quem discedere iubemus: cum autem, Benedicamus Domino, dicimus, non ad populum, sed ad altare, id est, ad Dominum vertimur, nosque ipsos non ad discedendum, sed ad benedicendum Domino adhortamur. Sciendum tamè, quod, Ite Missa est, infra aduentum Domini & septuagesimam, non recitatur: non quasi eo tempore nullus fiat conuentus, qui sit dimittendus, sed potius pro tristitia temporis insinuanda. Sic & Gloria in excelsis, dimittitur. Credo in vnum, iuxta Canones, in omni Dominica, & in omnibus Dominicis solennitatibus, item in festis sanctæ Mariæ & Apostolorum, & sanctæ Crucis, & omnium Sanctorum, & dedicationis, debet cantari, nec immerito: nam & de iis singulis in eodem symbolo aliqua reperitur commemoratio. Hoc quoque notandum, quod cum, Gloria in excelsis, semper Dalmaticæ & subdiaconalia resumuntur.

De septuagesima. CAP. XLVII.

IN septuagesima Heptateuchum incipiunt. Vnde & Alexander Papa secundus constituit, vt responsoria de eadem historia in eadem Dominica incipiantur, quæ & in sequenti Dominica reperantur, Alleluia etiam in sabbato ad vesperam iussit dimitti ante septuagesimam. Ab hinc vsque in cenam Domini, Te Deum, Gloria in excelsis, Ite missa est, Ite Dalmaticæ, & subdiaconalia antiquo more dimittuntur. In bissextili anno Natiuitatem sancti Martini Apostoli colimus in illa die, quæ vigiliam eius proximè sequitur, non in alia, quæ propter bissexturno eo anno in eodem calendario iteratur.

Annus bissextilis.

De festis infra LXX. vel L. concurrentibus. CAP. XLVIII.

SI Purificatio sanctæ Mariæ infra septuagesimam euenerit, nihil in ea iuxta Romanam consuetudinem præter Alleluia, de solita glorificatione mutamus. Sergius Papa à beato Petro 86. constituit, vt in diebus annuntiationis Domini, & Dormitionis, & Natiuitatis sanctæ Mariæ, & sancti Simeonis, quod K k

Vide Bedā
Retract.in
A. et. Apof.
c. 16.

Græci *ἡμέραν* vocant, Litaniam exeat à sancto Adriano, & ad sanctam Mariam populus occurrat. *ἡμέραν* autem nuncupatur obuiatio, quia venerabiles personæ Simeon & Anna eo die obuiauerunt Domino, dum præsentaretur in templo. Item cathedram sancti Petri etiam infra septuagesimam, & Annunciationem sanctæ Mariæ infra quadragesimam solemnissimè cum Dalmaticis & Gloria in excelsis, Romano more celebramus. Sciendum autem, quòd Laodicense Concilium capitulo 51. constituit, vt natalitia martyrum in Quadragesima non celebrentur, sed eorum commemoratio fiat in diebus sabbatorum, vel Dominicorum. Quod hic soli martyres nominantur, hoc ideo, quia nondum apud antiquos memoria Confessorum adeò celebris fuit. Sancti quoque Patres in Tolitano Concilio, de Annunciatione sanctæ Mariæ constituerunt, vt de Quadragesima in 15. Kalendas Ianuarij transferretur, vbi annuatim solemniter & conuenienter ante Natale Domini posset celebrari: vt puta cum omnia illius temporis officia de eadem resonent annunciatione, vt in Ambrosiana observatur Ecclesia. Sed nos magis sanctæ Romanæ Ecclesiæ morem gerentes, infra Quadragesimam, illam celebramus, sicut & aliorum quorundam sanctorum. Synodaliter autem legitur statutum, vt eadem annuntiatio, si in triduo ante Pascha occurrat, in sabbato ante Palmas anticipetur, qui dies & proprio officio caret, & per totum annum venerationi sanctæ Mariæ solet obsecundare: quæ anticipatio & omni necessaria videretur anno, dum eadem festiuitas idem sabbatum subsequitur, eo quod duæ subsequentes septimanæ propriis officiis intantum sunt occupatæ, vt tantæ solennitati dignè nequeant deseruire. Sed nos nihil in hac editione temerè canonizatum deprehendimus. Cum autem festiuitates nouem lectionum in quadragesima agimus, omnia de festo, die ac nocte, & Missam de ipso ad tertiam festiuè dicimus. De quadragesima verò, post Benedicamus, Antiphonam feriale cum precibus & oratione, & hoc ad matutinum, & vesperum tantum: Missam quoque de Quadragesima, ad Nonam cum genuflexione.

De capite Ieiunij. CAP. XLIX.

In capite Ieiunij, Missam dicimus ad Nonam, & omnia facimus vt in quadragesima. Cum enim illi quatuor dies pro complemento quadragesimalis ieiunij recipiantur, necessario quadragesimalem obseruantiam obtinebunt, videlicet vt tandem post vesperam ieiunium soluat, sicut in Canonibus præcipitur, quod tamen alio tempore statim post nonam soluitur, cum & Missa ad sextam celebratur. In hoc enim quadragesimale ieiunium ab alijs differt diebus, quod in alijs post nonam, in hoc autem post vesperam rescire debemus. Nec iuxta Canones quadragesimaliter ieiunare censetur, si ante vesperam rescimus. Ergo & in iis quatuor diebus, similiter ieiunare debemus, si cum iis quadragesimale ieiunium adimplere volumus: Vnde & Missa in iis diebus, non ad sextam, sed ad nonam meritò celebratur. Est enim Ecclesiastica consuetudo, vt ad nonam resciamur,

cum ad sextam missam celebramus, ad vesperam autem cum ad nonam sacrificamus: vt ergo & in iis diebus vsque ad vesperam ieiunemus, Canonicum est, vt & Missam ad Nonam differamus. Sciendum autem, non solum modernos, vt quidam putant, sed & antiquos à capite ieiunij incæpisse, cum & sanctus Gregorius jbi Quadragesimalia officia videatur initialle. Sic enim in Gregorianis sacramentariis siue Gradualibus libris euidentissimè declaratur. Subsequens tamen Dominica propriè initium Quadragesimæ dicitur: vnde & 42. dies vsque in Pascha computantur, quibus cum sex Dominicas subtrahimus, non nisi triginta sex in abstinentia obseruamus. Ergo à capite ieiunij necessariò incipimus, si cum Domino ieiunium quadraginta dierum complere volumus. Exinde etiam orationem super populum iuxta Gregorij institutionem exordimur, quam nunquam dicimus, nisi cum & quadragesimaliter ieiunare debemus.

De Quadragesima. CAP. L.

In Quadragesima dicitur præfatio, Qui corporali ieiunio, iuxta statutum Pelagij Papæ, non minus in Dominicis, quàm in earum feriis. A Dominica tamè Palmarum, eo quod ibi passionem legere incipimus, præfationem de Cruce dicimus vsque in cœnam Domini, videlicet per illos quinque dies quinquepartitam Domini passionem intimantes: Ipsamque hebdomadam, quam sancti patres maiorem vocant, eadem præfatione adornantes: nam & conuenientissimè eo tempore dicitur, cum de passione Domini tam specialiter agitur. In prima hebdomada Quadragesimæ celebradum est ieiunium vernale, sicut & sancti patres, Leo Magnus, Gelasius, Gregorius Papa primus, & secundus, & septimus, constituisse leguntur. Tractum, Domine non secundum, quem in Quadragesima frequetamus, non tam ex Romano Ordine, quàm ex nostra consuetudine vsurpamus. Melchias Papa à beato Petro 33. constituit, vt nullus in Dominica nec in quinta feria ieiunaret. Vnde sanctus Gregorius in dispositione officiorum quintam feriam infra Quadragesimam, vacantem dimisit, vt quia festiua erat, sicut Dominica, etiam officio Dominicali honoraretur. Sed quia eadem feria ieiunijs postmodum applicata est, vt reliquæ, Gregorius Iunior statuit esse solennem, officiis vnde cunctis collectis, & maximè ex æstivalibus Dominicis, vnde & Antiphonæ ex Dominicalibus Euangelijs quintis feriis adhuc ascriptæ reperiuntur, vt ex Euangelio, Homo quidam erat diues: &, Ibat Iesus: & in hebdomada quoque Pentecostes, quinta feria officio Dominicæ inofficiatur. Sabbata ante Quadragesimam & ante Palmas Dominicarum suarum officia recipiunt: nec immeritò, cum quilibet dies priuari de suis Dominicis soleant inofficiari. Ad omnes horas Quadragesimales genua flectimus. Item ad Missam, etiam si saluatio præcedat orationem, nisi alia oratio sine saluatione præcesserit: tunc enim ad priorem tantum genua flectimus: excepto, in quarta feria post Palmas, vbi ad vtraque iuxta Romanum Ordinem genua flectimus.

De

* vt qui.

Orationem super populum in Quadragesima, ideo frequetamus: quia cum maiorem conflictum in ieiunijs & orationibus contra spirituales nequitias sumimus, necessariò nos instantius Deo commendare debemus. Nam oratio post communionem, pro solis communicantibus solet orare. Populus autem etsi quotidie in Quadragesima cõueniat, non tamen quotidie, vt deberet, communicat. Ne ergo populus ita oratione, vt communionem careret, adiecta est oratio super populum. In qua non de communicatione, sed pro populi protectione specialiter oratur. In Dominicis tamen diebus non dicitur, quia genuflexio vitatur, quæ huic orationi à populo antiquitus persoluebatur: vel potius ideo, quia omnes iuxta attestationem sancti Ambrosij, in Dominicis diebus communicare debent, quibus & oratio post communionem pro benedictione sufficere posset. Sciendum est autem, iuxta antiquos patres, quòd soli communicantes diuinis mysterijs interesse consueuerunt, vnde & ante oblationem iuxta Canones iubeantur exire Catechumeni & penitentes, videlicet qui nondum se parauerunt ad communicandum. Hoc quoque ipsa sacramentorum innuit confessio. In qua sacerdos non pro sola sua oblatione & communicatione, sed & aliorum rogar, & maximè in oratione post communionem, pro solis communicantibus orare videtur. Nec propriè communicatio dici potest, nisi plures de eodem sacrificio participent. Apud Græcos etiam, vt legitur, excommunicandus est, qui vsque ad tertiam Dominicam non communicauerit. Beatissimi quoque patres nostri Ambrosius & Augustinus, ad quotidianam nos hortantur communionem. Sed quia hoc modò nec ab omnibus presbyteris in xl. nedum à laicis obseruatur, congruè adiecta est oratio super populum, vt vel eo tempore vltima benedictione populus non careret, dum tamen communicare non foret. Hinc quoque & illa consuetudo apud modernos, quæ non fuit apud antiquos, inoleuisse videtur, vt & in alijs temporibus, etiam presbyteri post finem Missæ benedicant, ne populum ita benedictione, vt communionem, priuatum discedere permittant.

De diebus Dominicæ passionis. CAP. LII.

A Dominica de passione Domini, non dicitur vsque in Pascha, Gloria patri, ad Responsoriam vel ad Introitus, vel ad psalmum, Venite, ad quem etiam repetitio Inuitatorij solet mutari, id est, vt ad primum versus à medio, ad secundum autem à principio repetatur, & sic vsque in finem alternetur. In psalmis ad tertiam nocturnam, legitur homilia de Euangelio, Cum appropinquaret. Iuxta ordinem non dimittitur saluatio ad passionem, nisi in Parasceue, vbi & sacerdotale officium recitatur, sed, Gloria tibi Domine, non subiungimus. Sciendum autem, si quando infra passionem Domini de aliquo sancto agimus, Gloria patri, non omitterimus. In feria secunda & tertia post palmas, duæ lectiones leguntur continuatim ad Missam, Tom. 6.

* à sacer-
dote offi-
cium.

vt in Natiuitate Domini. Item in sabbato post mediam Quadragesimam, & in quarta feria, post Palmas, duæ lectiones leguntur, & singulæ accipiuntur in eadem die in Antiphona ad introitum, Omnia cœlestia & terrestria & infernalìa ad genuflexionem pro passione Domini hortatur, quæ in hac die consilio Iudæorum facta legitur: quod enim in hac die Iudæi consiliati sunt, hoc in Parasceue peractum est. Sicut ergo Parasceue plus quàm alia feriatæ in genuflexionibus celebris habetur: sic & in hac quarta feria plus quàm in alijs, genuflectere meritò debemus. Cum enim omnes quartas ferias pro passione Domini feruamus, quis negat illam nobis maximè obseruandam, quæ nobis eandem specialius passionem annuatim repræsentat? Iuxta Romanum quoque ordinem, easdem orationes cum genuflexionibus in quarta feria dicere debemus, quæ & in Parasceue ante salutationem Crucis sancta Ecclesia solet obseruare. Præterea hac hebdomada iuxta Romanum ordinem maior appellatur, eo quòd ex sanctissimo Dominicæ passionis sacramento insignior cæteris habeatur. Iure ergo eandem & lectionibus & genuflexionibus siue in alijs obseruationibus celebriorem, quàm alias habemus. Iuxta Romanum Ordinem in Cœna Domini, in Parasceue & sabbato sancto, ad matutinales laudes post Benedictus, sub silentio dicendum est, Kyrie eleison, preces & orationes. In Cœna Domini, Gloria Patri, & Gloria in excelsis recitur, nisi vbi Christma consecratur: Diaconi tamen Dalmaticis, & subdiaconi subdiaconalibus vtuntur. In qua die sub anathemate interdicitur, ne quis soluat Quadragesimale ieiunium, vt Priscillianistæ faciunt. Sic enim patres nostri in Laodicensi & in Tolitano concilio constituisse leguntur. Hinc beatus Leo in sermone de quadragesima: Qui, inquit, in quadragesima vnū diem prætermittit, totam Quadragesimam violauit, præcipuè illam, quæ cum finis sit quadragesimæ, magis est obseruanda, quàm alij, quia omnis laus in fine canitur quàm maximè. In parasceue officium à lectione, nõ ab oratione, iuxta ordinem incipitur: Nam oratio finis esse solet potius officiorum, quàm principium, vt in ipsa Missa patet, & in singularibus cõfessionibus. In eadem die ante singulas orationes, præter illam de Iudæis, flectamus genua, dicimus: statimque, Leuate: Postea orationem subiungimus, Romano more, sicut & in alijs diebus continuamus.

* singulæ
recipiuntur.

* Romanæ
authorita-
tem.

* illa præ-
cipuè dic.

De sabbato sancto. CAP. LIII.

In sabbato sancto Zozimus papa cercum magnū benedici constituit, qui & ante benedictionem illuminadus est, & in octauis Paschæ populo distribuendus ad suffu migandum rebus eorum, quem Diaconus accepta benedictione ab aliquo sacerdote debet benedicere. Duodecim lectiones iuxta Romanum Ordinem legendæ sunt absque titulis, ante baptismum. Post baptismum presbyteri demum possunt Missam, si necesse fuerit, priuatim celebrare, quia iam renati sunt, de quibus specialiter in Missa agere debemus: nec postea à lectionibus, quas iã audiimus, sed à Litaniam, incipere solemus. K k ij

Missæ pri-
uata.

De Paschali obseruatione. CAP. LIIII.

Iuxta Romanam autoritatem, Agnus in Pascha benedicetur, non ad altare, sed ad communem mensam. Credo in vnum, & alia huiusmodi, quotidie vsque in octauam dicimus, vt in die sancto. Versum Gradualis, Benedictus qui venit, in quinta feria: Lapidem, in sexta feria congruè dicimus, in qua Dominus à Iudæis reprobatu est. In sabbato infra octauas Pasche, Antiphona: Cùm esset serò, ad vesperam catur, eo quòd idem Euangelium apud antiquos vsque ad, Thomas autem, in eodem sabbato legebatur, sicut adhuc breuiaria Euangeliorum testantur. Ad hanc vesperam feriales psalmi dicuntur cum Alleluya, & in nocte Dominica nocturna & nouè lectiones iuxta Romanum ordinem. Et sic deinceps feriales psalmos ad vesperam & ad nocturnam cū Alleluya dicimus, nisi festum occurrat nouem lectionum. Semper tamè ad matutinas, Dominus regnauit, recitamus. Sed quia quamplures, omnes dies hinc vsq; in Octauam Pētecostes cū tribus psalmis & lectionibus obseruare volunt, opere precium videtur vt ad autoritatē sedis Apostolicæ recurramus, & inde quid nobis faciendum sit, exploremus, vnde totius Christianæ religionis formam accepimus. Gregorius Papa in Apostolica sede constitutus, * in hac causa tale statutum promulgauit: A die, inquit, resurrectionis, vsque in sabbatum eiusdem hebdomadæ, tres psalmos tantum ad nocturnas, tresque lectiones antiquo more cantamus & legimus. Omnibus aliis diebus per totum annum, si festiuitas est, nouem Psalmos & nouem lectiones & Resp. dicimus: aliis autem diebus duodecim Psalmos & tres lectiones recitamus. In diebus Dominicis octodecim Psalmos, excepto die Paschæ & die Pētecostes, & nouem lectiones dicimus. Hoc etiam vsquequaq; iuxta Romanum Ordinem ita fieri statuimus, vt supra notauimus. In octaua Paschæ historiam, Dignus es Domine, & Apocalypsin, iuxta ordinem incipimus.

De festis infra Paschale tempus. CAP. LV.

A octaua Paschæ vsque in Pentecosten, in festo trium Responsoriorū, vnum Alleluya tantum: Nouem verò lectionum, duo Alleluya ad Missam cantamus, siue de resurrectione, siue de alio festo. Et cū duo Alleluya dicimus, non primum, sed secundum repetimus. Præfationem quoque vsque in Ascensionem Domini, nō omittimus, quia die & nocte Paschale officium celebramus. Incongruum enim esset, vt sola præfatio ferialiter, & omnia alia paschaliter obseruentur. In natiuitate tamen Apostolorū Philippi & Iacobi, præfationem de Apostolis dicimus: sicut & de Cruce in Inuentione ipsius. Hoc tempore nullius festi vigiliam ieiunare vel obseruare iubemur, nisi Ascensionis & Pentecostes. Hoc quoque congruè in omnibus vigiliis obseruatur, vt Nona de futuro festo peragatur, si tamen post Missam differtur, videlicet, vt postquam de festo post Missam incipimus, nullam deinceps cum Nona dissonantiam officiorum faciamus: quam maximè sancti patres in dispositione

A eorundem deuitare studuerunt. Sciendum autem quòd antiqui de sanctis communiter in Paschalibus cantare solebant, vnde & adhuc de vno quæ ad plures pertinent, cantantur, vt Alleluya, Gaudere: & offeritorium, Confitebuntur: & Responsorium, In feruis suis. Et hoc ideo, quia vniuersali resurrectione, cuius typus eo tempore agit, communis est lætitia & festiuitas iustorum. Ideò etiam inuenitur in Martyrologiis, siue in sacramentariis, festiuitas sanctorum Iacobi & Philippi, & omnium Apostolorum. Eusebius Papa à beato Petro 32. constituit, vt omnes Christiani inuentionem sanctæ Crucis 5. Nonas Maij solenniter celebrarent. Vnde & nos illam cum pleno officio obseruare debemus, quod non incongruè ita ordinare possumus. Antiphona, Helena. Inuitatorium, Alleluya, Regem crucifixum. In 1. nocturn. Antiphona, Adoremus. Antiphona, Adoramus. Antiphona, Tuam Crucem. Psalm. * Domine Deus noster. Conferua me. Domine in virtute. Vers. Omnis terra Responsorium, Hoc signum Crucis Responsorium, Agnus Dei Christus. Responsorium, Ecce vicit leo. In secundo nocturno, Antiphonæ, Crucem sanctam. Per signum Crucis, Nos autem. Psalmi, Domini est terra. Magnus Dominus, Iubilare. Versus, Dicite in nationibus. Dominus regnauit à ligno. Responsorium, Dignus es Domine. Responsorium, Audiui, Responsorium, Dulce lignum. In tertio nocturno, Antiphona, Saluator mundi. Antiphona, Salua nos, Antiphona. O magnum. Psalmi, Cantate, prim. Dominus regnauit, exulter, Cantate, secund. Vers. Mihi autem absit gloriari. Responso. Bonum est confiteri Domino. Responsorium. Bonum est confiteri Domino. Responsorium. Dicant nunc. Responsorium. O Crux benedicta. Ad laudes matutinales, Antiphona: Helena Constantini. Antiphona, Tunc præcepit. Antiphona, Helena sancta. Antiphona. Cùmque ascend. Antiphona, Orabat Iudas. In Euangelio, Antiphona: Cùm orasset Iudas. De sancto autem Alexandro & fociis eius, post Benedicamus, commemorare solemus. Exaltatio autem sanctæ Crucis non adeò generaliter & solenniter celebratur, & hoc fortassè ideo, quia nullum inde tam speciale statutum, vt de inuentione, reperitur.

De Pascha annotino. CAP. LVI.

Romani annotinum Pascha quasi anniuersarium Pascha dicunt, quia antiquitùs apud illos, qui in priori Pascha baptizati erant, in sequenti anno eadem die ad Ecclesiam conuenere, suæque regenerationis anniuersarium diem cum oblationibus solenniter celebrauerunt. Cuius diei hoc erat officium, Resurrexi, per totum. Lectio, Vidi Ostium. Euang. Erat homo ex Phariseis, cum orationibus ad hoc competentibus: quæ omnia apertissimè de gratia regenerantium agere videntur. Sed quanuis huiusmodi anniuersarius à paucis vsquam obseruetur, authentici tamen libri ipsum obseruari debere innuunt, qui nobis lectionem & Euangelium sub titulo Paschæ annotini, annuatim præscribunt. Si enim quilibet suum natalem, quo ad æternam mortem natus est, obseruat: quanto

quanto magis illum obseruare deberet, quo ad æternam vitam regeneratus est:

De Litanis. CAP. LVII.

Maior Litania à beato Gregorio Papa primo, pro pestilentia ipsius temporis instituta est, quia & Ioanni Episcopo Rauennati scribens, diem Litanie, tempus cineris & cilicij appellat. Triduana autem Litanie ante Ascensionem Domini, nō Romanæ, sed Gallicanæ sunt: * quia illis sanctus Mâmerus Viennensis Episcopus instituisse legitur: quas sancti patres non equitudo, non vestibus preciosis vtendo, sed in cinere & cilicio, sicut & maiorem Litaniam, obseruari stauerunt. In quarum vltima die, id est, in vigilia Ascensionis Domini, canitur officium, Vocem Iucunditatis. Offeror. Viri Galilæi. Communio, Pater cū essem.

De hebdomada Pentecostes. CAP. LVIII.

Ieiunium æstiuale semper infra Pentecosten est celebrandum. Nam orationes & lectiones de eodem ieiunio, agunt de * Spiritu sancto. Sicut ergo ieiunium vernale semper infra quadragesimam est celebrandum, eo quòd quadragesimalia habeat officia: ita & istud infra festum Spiritus sancti, vnde haber officia, aptè celebratur. Sic enim sancti patres de vtroque ieiunio constituisse leguntur. In ieiunio Pentecostes, genua non flectimus, iuxta Romanum Ordinem. Quidam etiam ad Missam ieiunij, nec Gloria in excelsis, prætermittunt, sed incongruè, cū eadem Missa de tertia mutetur ad sextam. Sunt enim tres horæ in die, ex Dominica passione ad celebranda mysteria consecrata, videlicet, Tertia, in qua linguis Iudæorum: Sexta, in qua manibus gentilium crucifixus est. Nona, in qua emisit spiritum. Inter quas hora tertia in festiuis diebus maximè obseruatur, ea fortassè ratione, quia inter reliquas passionis horas, tempore Dominicæ resurrectionis siue Natiuitatis propinquior esse videatur. Sexta verò vel nona, ieiuniorum officiis deputantur. Excepto autem in Cena Domini, In sabbato sancto Paschæ & Pentecostes, nunquam alicui Missæ, Gloria in excelsis, ascribitur, nisi illi, quam & festiue ad tertiam celebrare debemus. Ergo non incongruè & Missis huius ieiunij, Gloria in excelsis, subtrahimus, quas non festiue ad Tertiam, sed ad Sextam obseruare solemus. Quidam autem satis aptè in hoc ieiunio duas Missas cantant, vnam ad Tertiam solenniter, cum Gloria in excelsis, vt festo Spiritus sancti satisfaciunt: Alteram post Sextam pro ieiunio, sicut festo S. Thomæ satisfaciunt in ieiunio hyemali, & festum sancti Matthæi in ieiunio autumnali. Item sancto Marco in Litania maiore, & annunciationi sanctæ Mariæ in quadragesima, videlicet vt prior Missa festo, secunda verò satisfaciat Ieiunio. Ad * quam etiam non gradualia, vt antiquitùs, sed alleluya cantamus.

De octauis Pentecostes. CAP. LIX.

Sequitur Dominica vacans, cui attribuitur lectio, Vidi ostium: orationem verò. i. Deprecationem Tom. 6.

A ex quadragesima, & Euangelium de Pascha annotino mutauit: officium autem de ipso die Pētecostes, eo quòd octaua eius sit, competenter accipit. Ad nocturnam, nouem lectiones iuxta Romanum ordinem dicimus, licet totidem responsoria de Spiritu sancto, in antiquis Antiphonariis non inueniamus. Et hoc fortassè ideo, quia Romani non singulis lectionibus singula semper subiungunt responsoria, nam Tertium siue nonum multoties prætermittunt. Nos tamè prædictis nouem lectionibus totidem Responsoria Alleluyata vndecunque collecta, Gregoriano more subnectimus, id est, communionem pro Responsorii accipientes, vt in aliquibus libris reperitur. In crastinum autem de libris Regum ad nocturnam legimus & canimus, & officium ad Missam: Domine in tua, nisi aliquid † celebre festum habeamus. Ipsum etiam officium in sequenti Dominica Romano more possumus repetere, si tamen eo anno vsque in aduentum Domini plures hebdomadæ fuerint. Sin autem, officio: Domine in tua, solæ ferie * sufficiant, sicut cuiuslibet Dominicali officio ferie * sufficiunt, cuius dominicam aliquod celebre officium occupauerit.

De officio sanctæ Trinitatis. CAP. LX.

Quidam autem officium de sancta Trinitate, in octaua Pentecostes instituunt, licet nō sit Alleluyatum, quod & per totam subsequentem hebdomadam obseruandum putant, sed non est authenticum. Nam quidam Leodiensis Stephanus idem officium, sicut & historiam de inuentione sancti Stephani, composuisse asseritur, quæ vtraque ab Apostolica sede respuuntur. Vnde piæ memoriæ Alexander Papa de † hac re inquisitus, respondit, iuxta Romanum Ordinem nullum diem specialiter ascribi debere solennitati sanctæ Trinitatis, sicut nec sanctæ vnitatis præcipuè cū in omni Dominica, immò quotidie vtriusque memoria celebraretur. Sciendum autem quendam * Alboinum magistrum Karoli Imp. rogatu sancti Bonifacij Archiepiscopi, vt aiunt: Missales orationes de sancta Trinitate composuisse, & in secunda feria de sapientia, In tertia de Spiritu sancto, In quarta de charitate, In quinta de Angelis, In sexta de Cruce, In sabbato de sancta Maria. Et hoc ideo, vt presbyteri illius temporis nuper ad fidem conuersi, nondum etiam librorum copia præditi, vel aliquid haberent, cum quo officium suum qualibet die possent explere. Vnde & adhuc quidam easdem orationes quotidie, etiam cū † proprio abundant † officio, nolunt prætermittere. In singulis quoque hebdomadibus, sexta feria de Cruce, & sabbato de sancta Maria penè vsquequaque seruatur, non tam ex autoritate quàm ex deuotione. Sicut igitur huiusmodi obseruationes nulli magis hebdomadæ, quàm alij, ascribuntur. Ita nihilominus & illa de sancta Trinitate. Incongruum ergo videtur, vnam Dominicam cū orationibus Albini, & cantu Stephani, De sancta Trinitate celebrari: cū omnes Dominicæ authenticis abundant officiis, quæ non minùs nobis intimant honorem sanctæ Trinitatis. Præfationem autem de sancta Trinitate, quã in diebus Dominicis

* de hoc.

* Domini est terra.

* festo S. Spiritus.

Horæ, tertia, sexta, & nona.

* quod.

† festum celebrare debeamus.

* sufficiant.

† hoc inquisitus.

* Alboinum.

† propria officia.

frequentamus, non ex Albino, sed ex Romana au-
thoritate suscepimus. Nam hæc est vna ex illis no-
uem, quas solas Pelagius Papa antecessor Gregorij
constituit obseruari. Fecit tamen idem † Albinus
in sancta Ecclesia non contemnendum opus: nam
Gregorianas orationes in libris sacramentorum
collegisse asseritur, paucis aliis adiectis, quas tamen
sub obelo notadas esse indicauit. Deinde alias ora-
tiones siue præfationes, et si non Gregorianas, ec-
clesiasticæ tamen celebrati idoneas collegit, sicut
prologus testatur, quæ post Gregorianas orationes,
in medio eiusdem libri collocavit.

De concordia & ordine officiorum. CAP. LXI.

Sciendū autem, quodd sanctus Gregorius ita Ec-
clesiastica ordinavit officia, vt prima oratio in
Missa, officio, lectioni & Euangelio semper con-
cordet: sicut in omnibus solennitatibus deprehen-
di potest. Sed hanc concordiam in æstualibus Do-
minicis illi maxime confundunt, qui vacantium Do-
minicarum orationes incongruè assumunt. Verbi
gratia, vt illam orationem, Deprecationem, quæ
est in octaua Pentecostes post ieiunium quatuor
temporum legitime ponatur, multoties tamen &
inter Dominicas in tertio loco reperitur: hoc idè,
quia & prædictum ieiunium in secunda hebdoma-
da post Pentecosten aliquando, licet incongruè, ce-
lebratur. Qui ergo prædictam orationem tertio Do-
minicali officio applicauerit, concordiam officio-
rum vsque in aduentum Domini secundum ordi-
nem disturbabit. Eodem modo & ille peccabit, si
quis post ieiunium autumnale orationi vacantis Do-
minicæ, siue illi orationi, Absolue, quæ ieiunium
præcedit * aliquid ex Dominicalibus officiis ada-
ptauerit. Is ergo præmissis, ita Missales orationes
singulis officiis feriatim copulentur, vt illa oratio,
Omnipotens sempiterne Deus, qui abundantia pic-

† Alboi-
nus.

* aliquod

tatis, illi Euangelio, Duo homines, societur, quæ
adiuicem ad eò concordant, vt deuotio Publica-
ni in ipsa oratione exprimi videatur. Item illa secre-
ta, Deus qui legalium * differentia sacrificiorum,
seper iungenda est illi offertorio, Sicut in holocau-
sto. Nam quanuis & aliæ huiusmodi orationes suis
officiis indubitanter concordent, in prædictis ta-
men euidentior concordia noratur: quam qui dili-
genter obseruauerit, nec antea, nec postea concor-
diam officiorum disturbabit, si per ordinem officii
orationes viritim sociare voluerit.

B De Dominicali officio non facillè prætermittendo.
CAP. LXII.

Iuxta Romanam consuetudinem, in omni Do-
minica ecclesiastico conuentui cum officio * Domi-
nicæ satisfacimus, nisi aliqua multum cele-
bris festiuitas in ipsa die occurrat, vt festum Io-
annis Baptistæ vel sancti Petri Apostoli: pro qui-
bus non minus quam pro Dominica populus
solet congregari, quas & in aliis diebus solen-
nissimè celebraremus. Item cum plures * sint
Dominicæ quàm officia, non vt quidam disse-
rimus, sed quoties necesse fuit, aliqua repeti-
mus: Illo duntaxat obseruato, vt vltimum of-
ficium in proxima tantum hebdomada ante ad-
uentum Domini cantetur. Est enim præparatio
Dominici aduentus, qui semper in quinta Do-
minica ante Natale Domini debet initiari, vide-
licet vt sicut antiqui patres per quinque ætatum
curricula, siue per quinque libros Moyſis, de ad-
uentu Christi edocti sunt, nihilominus & nos
per quinque Dominicas de aduentu eius instrua-
mur, vt iuxta Euangelium eiusdem diei, de quin-
que panibus, cum quinque millibus hominum sa-
turari mereamur.

* differen-
tia holocau-
rum.

* Domi-
nicali.

* Sunt.

RADVLPHI DE RIVO, DECANI TVNGRENSIS,
DE CANONVM OBSERVANTIA, LIBER.

PROPOSITIO I.

Vt Canoniam vitam professi, in Canonis officiis canones seruent & canonicos bonos mores.

RELIGIOSIS patribus Domi-
nis, Priori de Vvindeshen, &
suis Comprioribus, Fratribus-
que ordinis S. Augustini. dice-
sis traiecten. aptum modū viuē-
di ad ambulandū in via Dei, in
qua alius sic, alius sic ibat:
Apostolus veritatis, primæ ad Corinthios deci-
mo quarto, in fine scribit: Omnia honestè & secū-
dum ordinem fiant à vobis. Honestum propter se
est eligibile, vt dicitur primo Rhetoricæ. Et secū-
dū B. Augustinū, Honestum sua dignitate nos allicit,
& utilitate trahit, Et vt dicit B. Augustinus libro de
natura boni, cap. 3. Omnia quanto magis modera-
ta & ordinata sunt, tanto magis vtique bona sunt:
Quanto autem minus moderata, minus speciosa,
minus ordinata sunt, tanto minus bona sunt. Et li-

bro de vera religione, capite vicesimo quinto: Ni-
hil est ordinatum, quod non sit pulchrum. Et sic
ait Apostolus, Omnis ordo à Deo est. Et beatus
Bernardus in quibusdā dictis: Discretio omni vir-
tuti ordinem ponit, ordo modum tribuit & deco-
rem & perpetuitatem. In præmissis igitur verbis
admonemur, in agendis reprobata fugere, digna & v-
tilia querere, & quæ sita secundum suum ordinem
custodire. Nam qui ordinem agendorum in Dei o-
bedientia non custodit, agenda perturbat, & in pe-
riculum peccati se ponit. Si igitur in omnibus acti-
bus nostris custodire tenemur honestatem & ordi-
nem, incomparabiliter magis honestè & secundum
debitum ordinem ea, in quibus Deo obligamur,
facienda sunt: vt in illis honesta, digna & appro-
bata, non apocrypha, dubia vel reprobata admitta-
mus, & ordo in omnibus approbatus teneatur, vt-
que

que nec plus, nec minus, quàm oportet, obseruetur. A
Charissimi, si sacri Canones ecclesiastici, prout à
sanctis Patribus sunt instituti, & illis cessantibus,
tam locorum ordinis vestri, quàm cæterarum religio-
num canonici boni mores, omiſſis secularibus
vſibus, in locis partium vestrarum, in quibus nunc
Religio reuireſcere incipit, acceptarentur, omnia
honestè & secundum ordinem fierent à vobis, & ap-
ud vos nulla diuerſitas, nulla varietas seu discre-
pantia in diuinis Officiis & cæteris obseruantis re-
gularibus ad loca alia appareret.

Omnia enim legenda, cantanda, & in diuino
Officio seruanda, ex Canonicis Scripturis, Maiorū
que statutis, ac vestræ & cæterarum Religionū
vſibus generalibus, diu ante sunt præscripta: ita vt
Deo militantes, opus non habeant secularibus ne-
gotiis implicari. Sed quia non id quod traditum
est, sed quod ex secularibus quibusdam Ecclesiis
vſum fuerit, tenendum æſtimatis, antiquæ tradi-
tiones humana præſumptione corrumpuntur, or-
do rei perturbatur, regula vestræ offenditur, & inter
confratres qui sunt in Brabantia, & inter vos
& diuerſa & varia sine causa in ecclesiis celebran-
tur. Hanc igitur diuini & Canonici Officij diuerſi-
tatem, in vnam concordiam honestè & secundū
ordinem, & secundum præceptum regulæ vestræ
infra ponendum affectans deduci, & dudum in
partibus, & deinde Romæ plura ex diuerſis eccle-
ſiis & libris scriptatiui, proponens omnia in vnum
fasciculum, postquam Romæ scriptitata, quæ ad-
huc sunt in via, recepero, colligare. Ex paucis ta-
men, quæ mecum detuli, & aliis scripturis, modò
charitati vestræ aliqua offero, antequam regiones
ad messem abeant, super imperfectis veniam hu-
militer postulans & deuotè.

Propos. 7.

PROPOSITIO II.

In rebus Ecclesiasticis auctoritas præ omnibus
est sequenda.

* si de facie
Aug. l. 1. c. 1.
cap. 1. con-
tra Faustū
Manichæi.
Et hæc au-
thoritas ec-
clesiæ po-
test esse ex
tribus, vt
tradit idē
August.

* traditio
vniuersalis.
* institutio,
instructio.

Catholica enim auctoritas * valet ad fidem
Ceclesiæ. Vnde beatus Augustinus in libro
contra Manichæos; & ponitur vndecima distin-
ctione, Palam est, quod in re dubia, ad fidem &
certitudinem valet Catholicæ Ecclesiæ authori-
tas, quæ ab ipsis fundatissimis sedibus Apostolo-
rum vsque ad hodiernum diem succedentium sibi
Episcoporum serie, & tot populorum consensio-
ne firmatur. Regitur enim ecclesia auctoritate, tra-
ditione generali, & speciali. Vnde Augustinus
libro de fide Christiana, & ponitur eadem distin-
ctione, Catholica ecclesia per orbem diffusa tri-
bus modis probatur existere. Quicquid enim in
ea tenetur, aut auctoritas est scripturarum, aut
traditio Maiorum vniuersalis, aut certè propria
& particularis * constitutio: Sed auctoritate tota
constringitur: vniuersali traditione Maiorum ni-
hilominus tota: Priuatis verò constitutionibus &
propriis informationibus vnaquæque pro loco-
rum varietate, prout cuique vſum est, subsistit &
regitur. Et idem Augustinus alio loco dicit: Euan-
gelio non crederem, nisi me commoueret Catho-
licæ ecclesiæ auctoritas. Extra hæc autem intro-
ducta, rescari debent. Vnde idem doctor, cu-
Tom. 6.

ius doctrina tota Catholica fulget ecclesia, ad in-
quisitiones Ianuarij de diuerſis moribus ecclesiæ,
lib. 1. scribit, & ponitur. 12. distinctione: Omnia
talia, quæ neque sanctarum scripturarum auctori-
tatis continentur, nec in Concilijs episcoporum
statuta inueniuntur, nec consuetudine vniuersalis
ecclesiæ roborata sunt, sed diuerſorum locorum
diuerſis moribus innumerabiliter variantur, ita vt
vix aut nunquam omninò inueniri possint causa,
quas in eis constituendis homines secuti sint, vbi
facultas tribuitur, sine vlla dubitatione rescanda
existimo. Quanuis enim neque hæc inueniri pos-
sint, quomodo contra fidem sint, ipsam tamen
religionem, quam misericordia Dei paucissimis &
manifestissimis celebrationum sacramentis voluit
esse liberam, seruilibus oneribus ad eò premunt,
vt tolerabilior sit conditio Iudæorum, qui etiam-
si tempus libertatis non cognouerunt, legalibus
tamen Sacramentis, non præſumptionibus huma-
nis, subiiciuntur. Ex qua auctoritate notandum,
quod in officio Ecclesiastico, cæteris paribus, sunt
seruanda faciliora & breuiora, præſertim in con-
gregationibus pauciorum.

PROPOSITIO III.

Sanctæ matris nostræ Romanæ ecclesiæ, & sanctorū Pa-
trum antiquæ Traditiones, doctrinæ, & statuta seruentur,
quia illorum transgressores grauius puniuntur.

Enimverò quia in speculum & exemplum, san-
cta & Romana ecclesia, cui Christus sanctum
Petrum & eius successores præesse voluit, posita est
idè ab omnibus, quicquid statuit, quicquid ordi-
nauit, perpetuò & irrefragabiliter obseruandum est,
decimanona distinctione, Enimverò. Vnde S.
Calixtus Papa scribit omnibus episcopis, & ponit
duodecima distinct. Non decet à capite mem-
bra discedere, sed iuxta scripturæ testimonium
omnia membra caput sequantur. Nulli verò du-
bium est, quod Apostolica ecclesia mater sit om-
nium ecclesiarum, à cuius vos regulis nullatenus
conuenit deuiare: Et sicut filius venit facere vo-
luntatem patris, sic & vos implete voluntatem ma-
tris vestræ, quæ est ecclesia, cuius caput, vt prædi-
ctū est, Romana ecclesia existit. Et capite sequenti
ad idem beatus Gregorius: Præceptis Apostolicis
non dura superbia resistatur, sed per obedientiam
quæ à sancta Romana ecclesia & Apostolica au-
thoritate iussa sunt, salutiferè impleantur, si eiuf-
dem sanctæ Ecclesiæ Dei, quæ est caput vestrum,
communione habere desideratis. Et beatus Leo
Papa, hoc vestræ indicimus charitati, vt ab Apo-
stolicis institutis, nullo vterius recedatis excel-
su: quia inultum esse non poterit, si quisquam
Apostolicas Regulas in aliquo crediderit negligē-
das. 11. distinctione, Hoc vestræ. Et beatus
Gelafius ait, Decreta venerabilium sanctorum,
nos quoque magnopere custodire nitimur. Et in-
frā, Cùm sedes Apostolica superior his omnibus
faucte Domino, quæ paternis canonibus sunt
præfixa, pio deuotòque studeat tenere propo-
sito, satis indignum est, quenquam vel Pontifi-
cum, vel Ordinum subsequentium, hanc ob-
KK iij

Dist. 119.
cap. 19.

Dist. 19.
ca. Enim-
vero.

seruationem refutare, quam beati Petri sedem & sequi videat, & docere. Satisque conueniens sit, vt totum corpus ecclesie in hac sibi obseruatione concordet, quam illic vigere conspiciat, vbi Dominus ecclesie totius posuit principatum: de consecrationibus distinctione 1. Basilicas. Idem habetur vndecima distinctione, Nolite. Et beatus Gregorius dicit: Ecclesiasticae moderationi omnino est conueniens, vt quae ordinata fuerint, vel decisa: nulla in posterum debeant refragatione turbari. 25. dist. quæst. 2. Ecclesiasticae. Et Iulius Papa dicit, Ea quæ sunt ab Apostolis, eorumque successoribus instituta, nulla desidia negligantur, nulla discessione violantur, nulla concertatione turbentur. eadem quæstione. c. Amputato. Et Leo Papa, lus traditæ nobis antiquitatis dignitatis, intemperatum haberi debet, ita vt à regulis præstitutis, nulla aut negligentia, aut præsumptione discedere liceat. 25. quæst. Igitur. Et Leo III. dicit, Ideo permittente Domino, Pastores sumus effecti, vt quod Patres nostri sine in sanctis Canonibus, sine in mundanis affixere legibus, excedere minimè debeamus. Contra eorum quippe saluberrima agimus instituta, si quod ipsi diuino statuerunt consilio, intactum non seruamus. 25. quæstione 1. Ideo. Et Leo Papa dicit, quod sanctorum patrum canones spiritu Dei conditi sunt, & totius mundi reuerentia consecrati. 25. quæstione 2. Igitur. Quia vt dicit sanctus Agatho Papa, Omnes Apostolicæ sedis sanctiones ita accipiendæ sunt, tanquam diuina voce beati Petri firmatæ. 19. dist. Sic omnes. Et sicut dicit beatus Augustinus lib. 3. Confessionum, propè finem, & ponitur. 8. distinctione, Quæ contra mores. Quando Deus aliquid contra morem aut pactum quorumlibet iubet, quanuis nunquam ibi factum sit, tamen faciendum est. Et si ommissum sit, instaurandum est. Et si statutum non erat, instituendum est. Quia si hoc licet Regi in sua ciuitate, quanto magis Deo regnatori vniuersæ creaturæ suæ ad ea, quæ iusserit, sine dubitatione seruiendum est? Et beatus Bernardus in libro de præcepto & dispensatione: Ait siquidem Papa Gelasius: Vbi necessitas non est, immutabilia maneant sanctorum Patrum decreta. Leo quoque Papa, Vbi necessitas non est, nullo modo violentur sanctorum Patrum constituta. Et infra: Vbi ergo necessitas fuerit ad utilitatem Ecclesie, qui potestatem habet, ea dispense. Ex necessitate enim fit dispensatio legis. Transgressores autem sanctorum Canonum valde puniuntur: quia dignum est, vt severitatem ecclesiasticæ disciplinæ sentiat, qui salubriter à sanctis patribus instituta contemnit, 25. distinct. Nullus, in fine. Nec alicuius sit, sine sui status periculo, vel diuinas constitutiones, vel apostolicæ sedis decreta temerare, 25. q. 1. Nulli. Et si quis in illa commiserit, veniam sibi honoris deinceps nouerit denegati, eadem. q. c. Omnia. Et qui factis obedire Canonibus nec communionem accipere sit dignus. c. q. c. Hac consona. Et ab Adriano Papa constitutum est, vt execrandum anathema fiat, & velut præuicator fidei Catholicæ semper apud Deum reus existat, quicumque deinceps Romanorum Pontificum decreta in

*diffensio-
ne.

A quoquam credi derit violanda.

Nam vt beatus Gregorius scribit Bonifacio defensori, Nimis est asperum, & præcipue bonis sacerdotum moribus inimicum, niti quempiam quantacunque rationis excusatione, quæ bene sunt ordinata, rescindere, & exemplo docere suo ceteros sua quandoque posse constituta dissoluere, 25. q. ij. Institutionis. Et Stephanus Papa scribit, Reum quippe ante conspectum diuini iudicis se nouerit esse, qui nititur vtiliter definita rescindere, aut ausu quolibet violare. 35. q. 9. c. Loci. Et iterum B. Gregorius dicit, Si ergo ruinæ suæ dolore prostratus, quisquis Apostolicis voluerit contraire decretis, nec locum deinceps inter sacerdotes habeat, sed extorris à sancto fiat ministerio, nec de eius iudicio quisquam postea curam habeat. Quoniam iam damnatus à sancta & Apostolica ecclesia pro inobedientia atque præsumptione, à quocumque esse non dubitatur. 19. dist. Nulli. Et sanctus Damasus Papa ait, & proponitur. 25. q. 1. Violatores Canonum voluntarij grauitè à sanctis Patribus iudicantur, & à sancto spiritu, cuius instinctu ac dono dictati sunt, damnantur. Quoniam blasphemare spiritum sanctum non incongruè videntur, qui contra eosdem sacros Canones non necessitate compulsi, sed libenter, vt præmissum est, aliquid aut proteruè agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus spontè consentiunt. Talis enim præsumptio manifestè vnum genus est blasphemantium spiritum sanctum, quoniam vt iam prælibatum est, contra eum agitur, cuius nisu & gratia sancti Canones editi sunt. Et beatus Bernardus vbi supra: In quo inobedientie crimen absque dubio sit, apud Samuelem aduertit. Quasi (inquit) peccatum ariolandi est, repugnare: & quasi scelus idololatriæ, nolle, acquiescere. Non ait, Non acquiescere: sed, Nolle acquiescere? Vt non mandati simplex ipsa transgressio, sed voluntatis superba contentio, scelus idololatriæ reputetur. Non enim idè est, Nolle obedire: & Non obedire. Hoc quippe interdum erroris est, nonnunquam & infirmitatis: illud verò aut odiosæ pertinaciæ, aut cõtumaciæ non ferendæ: Quod & ipsum repugnare, est resistere spiritui sancto: Et si ad mortè vsque perdurauerit, blasphemia est, non remittenda siue in hoc sæculo, siue in futuro. Non ergo qualicumque mandati præteritio criminalem facit inobedientiã: sed repugnare, & nolle obedire, secundum beatum Bernardum. Ita maximè hinc collegi propter sanctum Canonem. In die, infra propositione. 10. prædicandum, cuius contemptus & contrarius vsus, mortale periculum non euadunt.

PROPOSITIO IIII.

Cessante auctoritate, mores & instituta Maiorum sunt seruanda.

Mos enim antiquis perdurare debet. 65. distinctio. Mos antiquus & vetusta traditio semper obtinuit, vt in casu, Vnde Augustinus ad Casulanum episcopum, & ponitur in dicta epistola, & vndecima distinctio. In iis rebus, de quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi & instituta Maiorum pro lege sunt seruanda. Et sicut præuicator legum diuinarum,

diuinarum, ita & contemptores consuetudinum A & doctrinas hominum docentes. Esa. 29. Itè Marci 7. In vanum colunt me, docentes præcepta & doctrinas hominum. Relinquentes enim mandata Dei, tenetis traditiones hominum. Et sequitur, Vnde irritum fecistis præceptum Dei, vt traditiones hominum seruetis.

Ad idem B. Gregorius 12. distinctio. Scit. S. Romana ecclesia, quod nihil obsunt salutem credentium, diuersæ pro loco & tempore consuetudines, si illis Canonica non obsistat auctoritas, pro qua eis obuiare debeamus. Vnde nihil iudicamus eis debere vel posse resistere. Et idem sanctus papa, B. Augustino Anglorum Episcopo scribit, & ponitur 12. distinctio. Noui fraternitas tua Romanæ ecclesie cõsuetudinem, in qua meminit se esse nutritam. Sed mihi placet, vt siue in Romana Ecclesia, siue Galliarum, siue in qualibet Ecclesia inuenisti, quod plus omnipotenti Deo possit placere, sollicitè eligas, & in Anglorum Ecclesia, quæ adhuc in fide nouella est, in constitutione præcipua, quæ de multis ecclesiis colligere poteris, infundas. Non enim pro locis res, sed pro rebus loca amanda sunt. Ex singulis ergo quibuscunque ecclesiis, quæ pia, quæ religiosa, quæ recta sunt, elige. Et hæc quasi in fasciculum collecta, apud Anglorum mentes in consuetudinè depone. Hæc ille. Non videtur ergo beati Gregorius fuisse consilium, vt voluntariè per priuilegium ad vnam arctaremur Ecclesiam secularem in horis Canonicis obseruandis.

PROPOSITIO V.

Auctoritate & vsu discrepantibus, vsus cedat veritati.

Vnde beatus Isidorus in synonymis, & ponitur 11. distinctione, cap. 1. Vtus auctoritati cedat: prauum vsus lex & ratio vincat. Et Nicolaus Papa Michaeli Imperatori eadem distinctio. cap. 2. Consequens est, vt quod ab huius sedis rectoribus plena auctoritate sancitur, nullius consuetudinis impediens occasione, proprias tantummodo sequendo voluntates, remoueatur, sed firmiter atque inco ncessè teneatur.

Et Cod. quæ sit long. consue. lib. 2. Canonizata eadem distinctione, Consuetudinis vsusque longæui non vilis auctoritas est, verum non vsque est sui valitura momento, vt aut rationem vincat, aut legè scriptam. Et beatus Augustinus lib. 2. de vnico baptismo, & ponitur octaua distinctio. Veritate manifesta, cedat consuetudo veritati. Item, Nemo consuetudinem rationi & veritati præponat: quia consuetudinè ratio & veritas semper excludit. Et beatus Augustinus in libro de baptismo paruulorum, & ponitur ead. distinctio. c. Qui contempto, Dominus in Euangelio inquit: Ego sum veritas. Non dixit. Ego sum consuetudo. Itaque veritate manifesta, cedat consuetudo veritati. Reuelatione igitur facta veritatis, cedat consuetudo veritati.

Quia & Petrus qui circumcidebar, cessit Paulo veritatem prædicanti. Igitur, cum Christus veritas sit, magis veritatem, quam consuetudinem sequi debemus, quia consuetudinem ratio & veritas semper excludit. Et beatus Cyprianus ead. distinctio. Si solus Christus audiendus est, non debemus attendere, quid alius ante nos faciendum putauerit, sed quid, qui ante nos est, Christus prior fecerit. Neque enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed Dei veritatem, cum per Esaiam prophetam loquatur Deus, & dicat: Sine causa colunt me, mandata

PROPOSITIO VI.

In diuino officio est à nouitatibus omnimodo abstinentum.

Depositum custodi, deuitas prophanas vocum nouitates, prima ad Timotheum. cap. vlt. in fine. Depositum est, quod custodiendum alicui datū est, dictū ex eo quod ponitur. Præpositio enim de, auget depositum: vt ostendat, totum fidei eius commissum, quod ad custodiam rei pertinet. ff. depositi. l. 1. in prin. Cum ergo sacri Canones sint custodiendi, extra de const. c. 1. apud vos tamen qui ab illis Græcè Canonicorum & Latinè Regularium nomen vendicatis, à sancta Romana ecclesia specialiter depositi sunt, non tradentis, sed recipientiū gratia. Igitur custodite sacri Canonis depositum, quod vos ad exactissimam custodiam obligat, & cuius ratione tenemini de leui culpa. Prophanæ verò vocum nouitates hic accipiuntur noui cantus, nouæ historiæ, nouæ lectiones, vel orationes, & cetera huiusmodi noua, quæ patres nostri non coluerunt, de quibus infra latius proponetur. Hæc prophanæ vocum nouitates secūdam Apostolum sunt deuitandæ: quia in rebus nouis constituendis, euident debet esse utilitas, vt recedatur ab eo, quod diu æquum visum est. ff. de constitutione princ. l. 1. In rebus. Nouitates enim sine causa inducendæ non sunt, quia mutationes sunt periculosæ, & reprehenduntur qui nouitates inducunt, 11. dist. Quis nesciat.

Et contra ecclesie ritum præsumpta nouitas, mater est temeritatis, soror superstitionis, & filia leuitatis, secundum B. Bernardum in epist. ad Canonicos Lugdunenses. Vnde Augustinus, & ponitur in epistola superius allegata: Ipsa quippe mutatio consuetudinis, etiam quæ utilitate adiuuat, nouitate perturbat. Et Nicolaus Papa, inter cetera sic scribit Hincmaro Rhemensi Archiepiscopo, & ponitur 12. dist. Ridiculum est & fatis abominabile dedecus, vt traditiones, quas antiquitus à patribus suscepimus, infringi patiamur. Et beatus Maximus in quodam sermone de martyribus: Magni itaque periculi res est, si post Prophetarum oracula, post Apostolorum testimonia, post Martyrum vulnera, veterem fidem tanquam nouellam discutere præsumas, & post Martyrum sudores, ociosa disputatione de veritate religionis contendas. Et Zosimus Papa, Narbonensibus: & ponitur vicesima quinta, quæstione prima: Contra statuta Patrum condere aliquid vel mutare, nec huius quidem sedis potest auctoritas. Apud nos enim inconuulsis radicibus viuunt antiquitas, cui decreta Patrum sanxerunt reuerentiam. Et B. Gregorius Maurentio Magistro pro causa Theodori: Graue nimis est, inquit, contra veterum vsus sacerdotes sibi quicquam arripere. Idem, omnia quæ vsus antiquitatis statuit, intemerata seruetur. Et Leo III. scribit Iudici Sardinie: Nec mos, nec nouiter introducta cõsuetudo

noſtræ Eccleſiæ, noſtris prædeceſſoribus fuit, con-
tra ſtatuta canonum noua vel inuſitata præſume-
re. Et beatus Gregorius Felici epiſcopo, & ponitur
viceſima quinta, quæſtione ſecunda: Si ea deſtrue-
rem, quæ anteceſſores noſtri ſtatuerunt, non con-
ſtructor, ſed euerſor eſſe iuſtè probarer, teſtante
veritatis voce, quæ ait: Omne regnū in ſe diuiſum,
non ſtabit: & omnis ſcientia & lex aduerſum ſe di-
uiſa, deſtruetur. Et idem ſanctus Papa ait: Abſit hoc
à me, vt ſtatuta maiorum cum ſacerdotibus meis in
qualibet eccleſia infringam. Mihi iniuriam facio,
ſi fratrum meorū iura perturbo, ead. quæſt. Quod
verò infideles etiam & pagani immutationes anti-
qui cultus ſimiliter non admittebant, qui legata ad
modos illicitos & inſuetos conuerti ſtatuerunt in
modos licitos & honeſtos, vt in lege ciuili. ff. de v-
ſufu. lega. l. Legatum quæ dicit, Legatum ciuitati
relictum eſt, vt ex reſtitibus ſingulis annis in ea ci-
uitate memoria conſeruandæ deſuncti gratia ſpe-
ctaculum celebretur, quod illis celebrare non licet.

Quæro quid de legato exiſtites? Modeſtinus re-
ſpondit, Cum teſtator ſpectaculum coli voluerit
in ciuitate: ſed tale quid ibi celebrare non liceat,
iniquum eſſe hanc quantitatem, quam in ſpecta-
culum deſunctus ordinauit, in lucro hæredum ce-
dere. Ergo adhibitis hæredibus & primoribus ciui-
tatis, diſpiciendum eſt, in quam rem conuerti de-
beat fideicommiſſum vt memoria teſtatorum alio
& licito genere celebretur. Hæc ſecularis lex con-
fundit noſtrates, qui noua feſta componunt, quæ
in præiudicium temporalis officij non eſt licitum
obſeruare.

PROPOSITIO VII.

*Officium ergo diuinum maiorum auctoritate, non diuerſo-
rum arbitrio, regi debet.*

Hæc propositio concluditur ex præmiſſis, & in
ſpeciali traditur in regula Canoniorum, vbi
ſic dicitur: Et nolite cantare, niſi quod legitis eſſe
cantandum. Quod autem non ita ſcriptum eſt, vt
cantetur, non cantetur. Vbi venerabilis Hugo de
ſancto Victore in expoſitione regulæ ſic dicit: Non
enim decet, vt cantus & vſus eccleſiaſticus fieri de-
beat ſecundum arbitrium diuerſorum, ſed firmiter
ſeruandus eſt ſecundum ſcripta & inſtituta maio-
rum. Similiter cæteræ coſuetudines monaſterij cū
auctoritate & diſcretionem ordinandæ ſunt. Si quid
autem mutari oportet aut conſtitui, non debet hoc
cito aut leuiter fieri; nec arbitrio tantum duorum
aut trium, ſed cōuocatis fratribus, ſicut ſanior pars
canonicæ congregationis decreuerit, ordinandum
eſt. Et notandum, quod in omnibus auctoritas ec-
cleſiaſtica magis imitanda eſt, quàm ratio: Quo-
niam auctoritas ſemper obedientiæ & humilitatis,
ratio nonnunquam præſumptionis.

Hoc autem ſeruandum eſt in ordine, vt ſemper
matutitas & grauitas teneatur. Nunquid leuitate
vſus ſum, inquit Apoſtolus ſecundæ ad Corinthios
primo capite propè finem, vt apud me ſit, Eſt, &
non? Honeſtum quippe & religioſum, non facilè
quicquam aut leuiter variare. Et I. I. diſtinctione
dicit Iulius Papa: Nolite errare fratres mei, doctri-
nis variis & extraneis nolite abduci, & inſtituta A-

poſtolorum & Apoſtolicorum virorum, Canones
que habeatis: & contra Apoſtoli voluntatem noli-
te circumferri omni vento doctriinæ, duodecima
diſtinct. cap. de his. Gelafius Papa ſecūdus, in qua-
dam epiſtola ad fratres Regulares Canonicos, præ-
cipit vt officiorum celebrationes apud eos iuxta
omnem catholicæ eccleſiæ conſuetudinem cele-
brentur. Cum Norbertus nouam quandam reli-
gionem Canoniorum ſub regula B. Auguſtini in-
ſtituiſſet, G. Magalonensis eccleſiæ, quæ ordinis
veſtri exiſtit, epiſcopus in quadam epiſtola ad fra-
tres regulares Calmoſiacenſes ſcripta, ſic dicit: Sit
Dominus Norbertus religioſus & ſanctus, ſit mul-
tis & diuerſis virtutibus pollens, ſit in diuinis ſcri-
pturis exercitatus, ſit in prædicatione præcipuus:
plus illis ſanctis Patribus, quorum nomina ſcripta
ſunt in libro vitæ, credere, quàm ſibi debuimus,
quorum memoria miraculis coruſcat, quorum ex-
plis quotidie fouetur & dilatatur eccleſia, per quo-
rum etiam ſtudium Canonicus ordo hodiè floret
& fructificat.

Ipſe enim licet inter homines pro oſtentione
bonus appareat, vtrum tamen ante Deum electus
ſit ignoramus. Porrò Canonici officij mutatione,
quam neſcio per quas Antiphonarum & Pſalmo-
rum varietates, trifaria temporum permutatione
prædicat eſſe ſequendam, ſacris Canonibus & ipſi
B. Auguſtino obuiare teſtamur. Si enim Canonici
vocamur, & Canonicam vitam profeſſi ſumus, Ca-
nones à Romana eccleſia matre noſtra nobis datos,
à quibus etiam vocabulum ſumpſimus, amplecti
præ omnibus, & præcipuè in eccleſiæ officio imi-
tari debemus, ita vt & hæreticus comprobetur, qui
contra eam falſas aut nouas opiniones aut gignit,
aut ſequitur. Vt ergo nos cum nimia præſumptio-
ne in alternatione officij errare monſtrems, ſan-
ctos Patres noſtros in medium deducimus, quibus
ab hac ſuperſtitione tam vos, quàm nos defendi-
mus. Et deinde capite, Si inſtituta, c. Quis neſciat,
vndecima diſtinctione, ſupra allegatis. ca. In die.
De conſecratione, diſtinctione quinta. Inferius ſo-
lennizando. Ca. Obſeruetur. C. illa autem. Duo-
decima diſtinctione, C. In his rebus, Vndecima
diſtinctione, & C. Illud te breuiter, duodecima di-
ſtinctione poſitis & inſertis cōcludit. Ecce quibus
auctoritatibus & conſuetudinibus religionem ve-
ſtram, immo totam eccleſiam ab illis vanis inſtitu-
tionibus excuſamus? Et in fine concludit: Volu-
mus, tum rogamus & conſulimus, vt ab huiusmodi
contentionibus diſcedatis: per quas & ſchiſma ſu-
ſcitari, & ſcandalum in populo Dei poteſt exoriri.

Reuertamur ad verba regulæ: Et nolite. Impera-
tius ſermo eſt, cadens ſub præcepto, vt in ſimili in
Cle. Exiui. ſ. Vt autem hoc de verborum ſignifica-
tione, de officio fratrum minorum declaratur, vbi
Dominus Papa verba regulæ. B. Franciſci, vt clerici
faciant officium ſecundum ordinem ſanctæ Ro-
manæ eccleſiæ, dicit eſſe præcepti, & tanquam ob-
ligatoria à fratribus obſeruanda. Vnde præuarican-
tibus in crimina ſunt. Quod igitur præcipitur, im-
peratur, quod imperatur, neceſſe eſt fieri. Si nō fiat,
pœnam habet. Vbi conſilium datur, offerentis ar-
bitrium eſt. Vbi præceptum, neceſſitas ſeruientis,
ſecundum beatum Gregorium, & ponitur decima-
quarta,

quarta. q. i. Quod præcipitur. Sequitur in regula,
Cantare. Generaliter videtur intelligendum de om-
nibus ſive pſallendis & legēdis, ſive cantandis, quæ
in diuinis officiis dici debent, propter rationis idē-
tatem, quia communi ſermone omnia Cantica
dici poſſent. Sequitur: Niſi quod legitis in ſcriptu-
ris approbatis.

De reprobis enim non loquitur ſanctus doctor.
Sequitur: Quod autem non ita ſcriptum eſt: Iſtud
videtur ſuperfluum, cum prius quæ ſcripta non ſunt,
nec per conſequens legi poſſint, prohibuit decan-
tandæ. Sed prius de iſtis canendis, hic verò de mo-
do canendi præcipit. Vt ea quæ cantanda ſunt, nō
aliter, nec alio modo, quam ſecundum quod ſcri-
pta ſunt, decantentur. Deuteronomij duodecimo
in fine: Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Do-
mino, nec addas quicquam, nec minuas. Tria ergo
præcipit Regula, vt quæ ſcripta ſunt, obſeruentur:
nō ſcripta abiiciantur, nec ſcripta aliter quam ſcri-
pta ſunt, decantentur. Et ſupponit, prout verum
eſt, quod omnia ſufficienter habentur in ſcripturis.

Non dicit regula, quod à ſecularibus conſuetum
eſt, quod à iuriſperitis conſultum eſt, quod à Papa
imperatum eſt, ſed quod ſcriptum eſt, quod præ-
ceptum eſt, quod inſtitutum eſt, hoc legatur, hoc cā-
teretur, hoc in officio obſeruetur. Non ſcripta verò,
nec vniuerſaliter conſuetæ, reſutentur, vt ſupra pro-
poſitione 2. Si obiiciatur. Immo videretur, quod
relictis ſacris Canonibus, epiſcoporum ſtatutis, &
generalibus conſuetudinibus, modus pſallendi ec-
cleſiæ Metropolitanæ ſit ſequendus, quia ſcriptum
eſt 12. diſtinct. c. de iis. De conſecratione diſt. i. Al-
taria. Et diſt. 2. c. Inſtitutio. Reſpondetur, quod di-
cta cap. loquuntur in iis, quæ nec Canonibus, nec
ſtatutis, nec generali conſuetudine determinata
ſunt, vt dicitur in prædicto c. de iis, ſed in aliis
certis, certa & determinata ſunt ſequenda.

PROPOSITIO VIII.

*Multorum exemplis & auctoritatibus probatur, ſanctis
Patribus Pſalmos in vſu continuo fuiſſe, & in diuino
debere officio frequentari.*

Impleamini ſpiritu ſancto, loquentes vobis metip-
ſis in Pſalmis, & Hymnis, & Canticis ſpiritu-
alibus cātantes, & pſallentes Deo in cordibus veſtris,
ad Ephe. 5. cap. Et concordat ad Coloffenſes cap. 3.
vt infra propoſitione duodecima. Tria principaliter
in officio diuino frequentamus, videlicet Pſal-
mos, Lectiones & cantus.

Et hæc tria in dictis verbis Apoſtoli intelligi poſ-
ſunt, vt ex quibuſdam dictis B. Hieronymi tradit
Amalarius de Officiis eccleſiaſticis libro ſuo quar-
to. In lectionibus enim tam maioribus, quæ in Vi-
giliis nocturnis leguntur, quam paruulis, quæ dicū-
tur ad alias Horas, & Capitula appellantur, laudem
Dei, agimus & pronunciamus. Omnis autem laus
Dei, largo nomine Hymnus dicitur: Antiphonæ
autem, Reſponſaria, & metrici Hymni, manifeſtè
Cantica ſunt: quia altiori voce per notulas diuerſi-
ficantur. Si igitur in dictis verbis Apoſtoli, per Hym-
nos, lectiones & capitula atque orationes, & per cā-
tica, antiphonas, & reſponſoria, & laudes Dei me-

tricas, quas vulgariter Hymnos appellamus, intel-
ligere volumus, omnia diuinarum laudum officia
habebimus. Sequendo igitur præceptum Apoſto-
li, primo de pſallendis, ſecundo de legendis, & ter-
tio de cantandis videamus. De pſalmis autem, quia
principales ſunt, aliqua quæ in Pſalterij expoſi-
tionibus reperiuntur, præmittamus, ad exhortan-
dum deuotos, vt ſic continè in Pſalmis ſe exer-
ceant. Et primo de illorum frequentatione proba-
tur propoſitio antedicta. Caſſianus lib. ſecundo de
inſtitutis cænobiorum per plura capitula tradit,
quod antiqui Patres Orientales per Pſalmos prin-
cipaliter officium diuinum celebrabant: quia in
congregatione viuentes, quotidie binā vice con-
ueniebant, ſcilicet de nocte & hora vespertina, &
certum numerum Pſalmorum perſoluebant. Ali-
qua monaſteria plures, & aliqua monaſteria pau-
ciores, donec cælitus angeli magiſterio numerus
deklararetur vt infra propoſitione 10. dicitur. Ad
tertiam autem, ſextam, & nonam, in eorum cellis
certum numerum pſalmorum ſimiliter perſolue-
bant. Et cuiſlibet pſalmorum orationem iungen-
tes, in vigiliis noctis & vespertina ſynaxi, lectiones
de veteri & Nouo Testamento adiungebant. Da-
maſus Papa, ſecundum Sigibertum & omnes ſcri-
ptores Chronicarum, inſtituit Pſalmos in eccleſia
noctè diè que cantari, & rogatu B. Hieronymi in fi-
ne Pſalmi dici, *Gloria patri*. Vt autem chori in duas
partes diuiſi, ipſos Pſalmos alternatim decantaret:
iam tempore Conſtantij Imperatoris eccleſia An-
tiochena inſtituerunt primi Flauianus & Diodo-
rus viri probatæ vitæ & doctriinæ: Quod inde ad
terminos totius orbis vſque peruenit. Hæc Sigiber-
tus. Beatæ recordationis Ambroſius in officio ſuo,
quod Mediolanenſes ſeruant primam partem Pſal-
terij quindenatim, ſecundam verò partem, ſepti-
manatim perſolui inſtituit. Sancti verò patres, Hie-
ronymus ad mandatum S. Damasi Papæ prædicti,
& B. Benedictus Pſalterium taliter diuiſerunt, vt
qualibet ſeptimana ex integro in officio diuino
pſalleretur. B. verò Auguſtinus in lib. Admonitio-
num, qui regula ſecunda dicitur, capitulo 6. Pſal-
mos ſecundum tempus anni ſub certo numero tra-
dit decantandos, quamuis ille modus nunc non ſit
in vſu. Leo Papa, Hormiſda, & plures alij ſancti vi-
ri in ſtudio & frequentatione pſalmorum leguntur
floriſſe. B. Hieronymus plures ſacratas virgines, &
alias perſonas, ad Pſalmorum lectiones in ſuis epi-
ſtolis exhortatur. Vnde ſcribit ad Ruſticum Mona-
chum, & eſt epiſtola 75. & ponitur de conſecratio-
ne diſtinct. 5. Nunquam de manu tua aut oculis
tuis liber Pſalterij diſcedat. Diſcatur ad verbum
oratio ſine intermiſſione. Vigilet ſenſus, nec vagis
cogitationibus patens ſit. Corpus & animus tendat
ad Dominum. Iræ vince patientia. Ama ſcientiā
ſcripturarum, & carnis vitia non amabis. B. Augu-
ſtinus Pſalmos à vobis frequentari voluit, cum di-
cit in regula: Pſalmis, hymnis, oratis Deum, id ver-
ſetur in corde, quod proferetur in voce. Et inter cæ-
tera opera ſua.

Volumen quod ſuper Pſalterium ſcripſit, quanti-
tate & dulcedine præcellit. Vnde de eo cantatur in
Hymno. Et propinas potum vitæ de pſalmorum
nectare. Et in Antiphona, Flebat igitur vberimè in

Videatur
Sigibertus.

psalmis & hymnis, & Canticis. Et in fine libri de A
 vita Christiana, quem videtur scripsisse forori suæ,
 inquit: Ante omnia incessabiliter Domini tui me-
 ditare mandata, orationibus & Psalmis instanter
 incumbe, vt si possibile est, nemo te aliquando non
 legentem inueniat aut orantem. Et cum fueris ta-
 lis, nostri memento, qui te tantū diligimus, vt quod
 tibi præfentes præstare non possumus, conferamus
 absentes. Et in vita sua legitur, quod in lecto suæ
 agritudinis, semper Psalmos penitenciales in pa-
 riote scribi fecit, quos iugiter legebat, & vbertim
 flebat. Gregi autem ex institutione B. Basilij Ma-
 gni, in diuino officio multum continuant Psalmo-
 diam, vt Romæ audiui. In Pragenfi ecclesia Metro-
 politana Bohemiæ, agitur iugis, & continua laus
 Dei die noctūque per Psalmodiam horis videlicet
 & temporibus, quibus alia diuina officia non cele-
 brantur. Et felicitis memoriæ Carolus III. Eccle-
 siasticus Imperator, ad huiusmodi continuam lau-
 dem agendam, aliud quam psalterium congruen-
 tius non inuenit. Psalterium enim, vt scribunt ex-
 positores, in ecclesia Dei plus frequentari debet ex
 eo, quia est consummatio totius theologiae. In eo
 enim describuntur præmia bonorum, & supplicia
 malorum, rudimenta incipientium, progressus pro-
 ficientium, profectus peruenientium, vita actiuorū,
 & speculatio cōtemplatiuorū, vt dicit Cassiodorus
 in proemio. Item, frequentius legitur propter sp̄
 veniæ, vt nullus quantumcunque peccator despe-
 ret cum audit peccatorem tantum, scilicet David,
 tanta gratia sublimatum: Sicut ex Sauli conuerfio-
 ne & promotione, de Dei misericordia plenē cer-
 tificamur. Vnde & epistolæ eius frequentius in ec-
 clesia leguntur. Item, quia David apertius & per-
 fectius loquitur de Christo, quam alij prophete, ita
 quod magis videtur Euangelizare, quam Prophe-
 tare. Item, quia nulla scriptura alia habet tot ora-
 tiones immixtas, & tot salutare affectus, pro quib⁹
 assequendis fiunt orationes. Propter rationes igi-
 tur prædictas, iuste in orationibus Psalmi inueni-
 tur, & in frequentiori vsu ecclesiæ habentur. Hinc
 est quod omnes viri ecclesiastici, & præcipuē reli-
 giosi, ad hunc librum per diligens studium meritō
 debent se transferre, vt ea quæ tenentur quotidie
 orare & psallere, discant intelligere, & sic intelligē-
 do gustent interiori gustu dulcedinē ipsius sapien-
 tiæ salutaris, scilicet libri diuinæ laudis. Nam secū-
 dum beatum Augustinum, si sacerdos Psalterium
 ignorat, nomen sacerdotis vix in eo constabit. 28.
 dist. Quæ ipsi sacerdotibus. Et præter utilitates su-
 pra politas, etiā ex hoc distractiones per varias co-
 gitationes plurium phantasmatum diaboli instin-
 ctu & suggestione incidentes, ac ipsos orantes &
 psallentes periculosē impediētes, facilius euitan-
 tur, tædium psallendi & orandi melius tollitur. In-
 teresse diuino officio quilibet eo amplius delecta-
 tur, fructu orationum suarum non priuatur, meritū
 suum augetur, tota cœli curia lætificatur & iocun-
 datur. Norandum verò, quod Ambrosiani vtuntur
 speciali translatione Psalterij: Romani autē habent
 translationem B. Hieronymi, quæ Romana appel-
 latur, ex qua officium ecclesiæ est sumptum. Aliæ
 nationes vtuntur translatione Hieronymi, quæ di-
 citur Gallicana, quam nos habemus. Et hanc apud

paucos benè correctam & distinctam inuenietis,
 nisi in antiquis Psalteriis & apud Carthusienses.

PROPOSITIO XI.

Psalmi vltra alias sacras scripturas affluenter laudationes
 diuinas & omnem affectum continent
 salutarem.

Sicut olim manna habuit omne delectamentum
 & omnem saporem suauitatis: ita nunc psalmi
 habēt effectum omnium orationum, & sensum cu-
 iuslibet intentionis.

In choro canentium, sunt verba Deum laudan-
 tium: in ore iusti, verba gratias agentis: in ore pec-
 catoris, verba veniam deprecantis. Pro defunctis,
 verba animæ de supplicio ad Deum clamantis, &
 quocunque se intentio canentis conuerterit, illud
 se sensus Psalmorum, affectui canentis conforma-
 bit. Cum maledicente, maledicit membra diaboli:

vt ibi, Maledicti qui declinant à mandatis tuis. Cū
 benedicente, benedicat membra Christi: vt ibi, be-
 nedicti vos à Domino, qui fecit cœlum & terram.

Dum cogitas Psalmos, Christus in mente tua est:
 Dum ore psalmos decantas, Christus in ore tuo est:

Dum meditaris Psalmos, hunc ex meditatione fru-
 ctum capies, vt in ipsis tibi vtrunque occurrat Te-
 stamentum. Psalmorum deuotio præsentiam Chri-
 sti conciliat, Angelorum congratulationem gene-
 rat, ignitos mentis affectus suscitatur, mala purgat, dæ-
 mones fugat gladio spiritus, quod est verbum Dei,
 quia deuotionem psallentium sustinere non possunt.

Psalmorum radices non in terra, sed in cœlo fixæ
 sunt: quia ibi est Christus, qui omnium Psalmorū
 materia est & intentio. Ibi est conuersatio ecclesiæ,
 quæ est corpus Christi, quæ etiam per maximè Psal-
 morum partem continet. Deuotionem psallendi
 docet Apostolus, cum dicit. 1. ad Corint. 14. cap.

Orabo spiritu, orabo & mēte: Psallam spiritu, psal-
 lam & mente. Deuotioni psallentium, congratula-
 tionem angelicam adesse docet Psalmista, qui ait:
 In conspectu angelorum psallam tibi. Quod psal-
 lentibus admisceri soleant sancti angeli, idem Psal-
 mista manifestat, vbi ait: Præueniunt principes,
 id est, angeli, coniuncti psallentibus. Vnde cauē-
 dum est, ne propter nostram desidiam angeli reced-
 ant. Si enim boni spiritus se à nobis elongauerint,
 imperum malorum quis sustinebit? Cauendum est
 etiam, ne maledictionem incurramus Prophetæ,
 dicentis: Maledictus omnis qui opus Dei facit ne-
 gligenter. Dignum quippe est, vt mens nostra con-
 cordet cum voce, quādo ad diuinū opus assistimus,
 & cum diligentia à præsentibus vniuersis quisque
 se retrahat, & diuinis inhæreat, vt cœlestia ei dona
 reuelentur. Nihil enim est in hac vita mortali, in quo
 possimus familiaris Deo inhære, quam in laude
 diuina. Psalmorum deuotio, spiritui sancto mētem
 preparat, & omnium gratiarum dona meretur. Vnde
 ait Augustinus de laude & cantu psalmorum, &
 secundum alios Gregorius: Prophetiæ spiritus nō
 semper Prophetarum mentibus præsto est: quate-
 nus cum hunc non habent, tunc se cognoscant ex
 dono habuisse, cum haberent. Vnde propheta He-
 lizus cum de futuris requisitus, Prophetiæ spiritū
 deesse cognouit, Psalmen fecit sibi applicari, vt Pro-
 phetiæ

phetiæ spiritus per laudem psalmodiæ descēderet, A
 atque eius animus de futuris repletur. Cum enim
 intentē agitur vox psalmodiæ, per hanc omnipotē-
 ti Deo ad cor iter paratur: vt intētā menti, vel pro-
 phetiæ mysteria, vel compunctiōnis gratiam infun-
 dat. Vnde scriptum est, Sacrificium laudis honori-
 ficabit me, & illic iter, dum ostendam illi salutare
 Dei. In sacrificio igitur diuinæ laudis, ostenditur
 iter ad Iesum: quia dum per Psalmodiam compun-
 ctio infunditur, via nobis in corde fit, per quam ad
 Iesum in fine peruenit. Nullus itaque mortalium
 potest mente aut verbis virtutes Psalmorum expli-
 care. Si intentē consideres, in Psalmis inuenies Do-
 minici verbi incarnationem, Passionem, Resurre-
 ctionem, Ascensionem, integram confessionē pec-
 catorum, integram deprecationem misericordiæ
 diuinæ, omniumque rerum, quæ tibi accidunt, di-
 gnā gratiarum actionem. Imprimis cōfiteris mi-
 seriam atque infirmitatem tuam, & per id ipsum in-
 uitas Dei misericordiam.

Si à Deo mereris, vt tibi reuelat secreta psalmo-
 rum, omnes in eis inuenies virtutes. Si vis penitē-
 tiam agere, & peccatorum confessionem non cele-
 ritate verborum, sed intenta mente: decanta septe-
 nos David penitentiæ Psalmos, & celerrimam ex-
 perieris Dei clementiam, tuam mentem spirituali
 gaudio illuminare, & magnam tibi sp̄i indulgen-
 tiam promittere. Si vis orare, laxa mentem tuam
 in virtute Psalmorum, quorum initium est, Ad te
 leuauit, In te Domine speraui. Inclina Domine,
 Deus in adiutorium, Deus in nomine tuo, Deus
 miseretur nostri. Exaudi Domine iustitiam. Et
 nullatenus humanus sensus potest tā perfectē mi-
 seriam ac tribulationem tuam, angustiasque tenta-
 tionum explicare, & Dei misericordiam implora-
 re. Si vis maiestatem Dei laudare, omniumque be-
 neficiorum gratias agere, decanta Psalmos, quorū
 titulus est, alleluia, aut etiam, Benedic anima mea
 Dominum: & sacrificiū dulce super mel & fauam
 offers omnipotenti. Si humanis vel spiritualibus
 tērationibus affligeris, vt à Deo videaris derelictus
 (plerunque enim sanctos suos, vt probentur, ad tē-
 pus derelinquit) intima mente decanta Psalmos:
 Deus Deus meus respice in me. Exaudi Deus ora-
 tionem meā cum deprecor, Saluum me fac Deus,
 quoniam intrauerunt: clemens Deus statim pon-
 dus tentationis tibi alleuiabit. Si præfens vita est ti-
 bi fastidiosa, & ardētī desiderio ad videndum Deū
 omnipotentem & supernam patriam attendis, hos
 psalmos decanta: quemadmodum. Quam dilecta,
 Deus Deus meus ad te, & ceteros, & complebit de-
 siderium tuum. Si in tribulationibus derelictum à
 Deo te intelligas, compunctus corde, hos psalmos
 decanta, Vt quæquo domine: Deus auribus nostris:
 Miserere mei Deus, miserere mei, quoniam in te
 confidit: Exaudi Deus orationem meam, & ne de-
 spereris: In te Domine speraui: & statim Deus visi-
 tabit angustias tuas propitius. Accepta autē quiete
 & prosperitatis tempore, hos psalmos decanta in
 laudem Dei, Benedicam Dominum: Benedic ani-
 ma mea, primum: Exaltabo te Domine Deus meus
 Rex. Et semper siue prosperitatis siue aduersitatis
 tempore, hymnum Trium puerorum psalle. Nullus
 mortalium huius hymni virtutem explicare potest,

Psalm. 14.
 30. 81.
 Psalm. 69.
 38. 66.
 Psalm. 66.

Psalm. 11.
 Psalm. 69.
 Psalm. 68.

Psalm. 133.
 Psalm. 102.
 Psalm. 144.
 Dan. 3.

in quo omnis creatura, ad laudandum Creatorem
 inuitatur. Si in diuinis laudibus, & mandatis cœle-
 stibus exerceri cupis, Psalmum, Beati immaculati,
 frequenta: Et licet vsque in finem vitæ, huius hym-
 ni virtutem scruteris, illum intelligere perfectē nō
 poteris: In quo nullus est versus, in quo non legitur
 vel via, vel Lex, vel mandatum, seu Verba, vel iusti-
 ficationes, vel sermones, aut iudicia Domini de-
 scripta: Et ideo non est opus, vt per diuersos libros
 animo diffundaris. In psalterio enim solo vsque ad
 obitum, habes materiam legendi, docendi, scrutā-
 di. In quo inuenies prophetas, Euangelia, Aposto-
 los omnesque diuinos libros spiritualiter atque in-
 telligibiliter ex parte tractatos atque descriptos.
 Item de laudibus psalmorum & eorum salutaribus
 dicit B. Augustinus, prout in pluribus psalterij ex-
 positionibus annotatur: canticum psalmorum ani-
 mam decorat, inuitat angelos in adiutorium, effu-
 gat dæmones, expellit tenebras, efficit sanitatem,
 omni peccatori reuertiō mentis est, delet peccata,
 simile est eleemosynis, sanctorum auget fidem, si-
 cut sol illuminat, sicut aqua sanctificat, sicut ignis
 peccatum exurit, sicut oleum defluit, oleum est
 misericordiæ, sol iustitiæ, pars angelorum electa,
 Deum ostendit, diabolum offendit, voluntatem
 illicitam extinguit, asperitatem eiicit, omnem fu-
 rorem deprimit, iracundiam frangit, laus Dei est
 assidua, simile est mellī: Canticum psalmorum, car-
 men est electum apud Deum, omne peccatum ex-
 pellit, vinculum charitatis nectit, omnia penetrat,
 omnia suffert, omnia implet, omnia docet. Cor læ-
 tificat, sensus aperit, animam impinguar, & totum
 hominem clarificat, omne malum occidit, perfe-
 ctionem instruit, excelsa demonstrat, desiderium
 regni cœlestis donat: pacem inter corpus & animā
 facit, ignem spiritualem in corde accendit, contra
 omnia vitia sollicitudo est: certamen bonum quo-
 tidie est, radices omnium malorum extirpat. Sicut
 lorica induit, sicut galea defendit, spes est salutis,
 consolatio doloris, protectio laboris, notitia veri
 luminis, fons sanctitatis, omnem iuuenem castigat,
 regnum cœlorum super terram dat, tædium animæ
 tollit, tuba est mirabilis. Qui diligit Canticum Psal-
 morum assidue, non potest amare peccatum.

Qui habet laudem Dei in corde suo, postremò a-
 pud Deum gaudebit, & animam suam in cœlo vi-
 uificabit in sæcula sæculorum, Amen. Nedum pro-
 positiones duas iam præmissas, sed & omnes alias
 præcedentes ponere delectabat principaliter pro-
 pter propositionem iam sequentem.

PROPOSITIO X.

Omni Dominica octodecim f. stinitatibus nouem Psalmi, &
 quoties tres lectiones & tria responsoria dicuntur, salua
 hebdomada Pasche & Pentecostes, duodecim Psalmi
 ad noctis vigiliis psalluntur: Cæteris horis
 secundā pars Psalterij deputatur.

Si uide Psalmodiam, & date tympanum, Psalterium
 Si iocundum cum cythara, & laudate Dominum, Psal. 150.
 quoniam bonus est Psalmus. Et vt Deo nostro io-
 cunda decoraque in psalmis sit laudatio, dictā pro-
 positionem pro qua principaliter alia præcedentes
 sunt præmissæ, efficaciter comprobemus. Pro qua

P'salterij
duarum pat-
tes.

Officium
Ambrosia-
num.

sciendum, quod psalterium duas habet partes: primam vsque, *Dixit Dominus*, pro officio nocturnali: secundum, abinde pro officio diei. Primam partem Ambrosius diuisit in decem nocturnos, nullo Psalmo prætermisso, quos vulgus sui loci, digurias appellat. In prima diguria sunt sedecim psalmi, in secunda quatuordecim, in septem sequentibus, decem & decem: in vltima, octo psalmi consistunt. Istæ decem diguriæ in officio Ambrosiano frequentantur per totum annum quindenam ad quindenam: scilicet vna hebdomada, Feria secunda, tertia, quarta, quinta, sexta, quinque primæ: & altera hebdomada, eisdem feriis aliæ quinque. Sabbato autem & dominica Ambrosianum habet certa cantica. Et dictæ diguriæ dicuntur etiam in festis quibuscunque, exceptis tribus vel quatuor festis Domini, & excepta hebdomada ante Natiuitatem Domini, & ante Pascha, & post pascha. Secundam verò partem psalterij pro horis diurnis prima, tertia, sexta, nona, vespers, & completorio Ambrosianum habet diuisam, sicut habetur in officio Romano. Vnde credendum est, quod Hieronymus in illa parte Ambrosiū sit secutus. Venerabiles verò patres, Hieronymus & Benedictus, ex sanctorum patrum obseruatione considerantes totum psalterium ex integro, qualibet hebdomada persolui debere, aliter psalterium distinxerunt.

Nam pro aliquibus horis diurnis, certis psalmis referuatis, residuos omnes in septem nocturnos distribuerunt, videlicet Hieronymus pro dominica octodecim, & Benedictus duodecim: Ambo verò pro qualibet feriarum similiter duodecim psalmos deputantes. Festiuitates autem B. Benedictus in numero psalmorum dominicis adæquauit, vt cap. 33. Hieronymus verò illas respectu dominicæ mediauit: quia illis tantum nouem psalmos dedit, & si tres psalmi addantur, qui more Romano in festiuitatum vigiliis de sero persoluantur, vt dicam infra positione vicecima prima. Similiter in festiuitatibus ad noctem psalmi duodecim habebuntur. In secunda autem parte psalterij distribuenda, Benedictus discrepat ab Ambrosiano & Hieronymo. Eius autem diuisio ex sua Regula sciri potest. Vtriusque autem diuisione licet alia & alia, totū psalterium qualibet septimana, nisi festiuitas occurrat, est complendum. Vnde beatus Benedictus tandem cap. 33. sic concludit: Hoc præcipue commonetes, vt si cui forte hæc distributio psalmorum, displicuerit, ordinet, si melius aliter iudicauerit, dum omnimodis attendatur, vt omni hebdomada psalterium ex integro numero centum quinquaginta psalmorum, psallatur, & Dominico die semper à capite repetatur. Ad vigilias, quia nimis iners deuotionis suæ seruitium ostendunt Monachi, qui minus psalterio cum canticis consuetudinariis per septimanæ circulum psallunt, sicut legimus sanctos patres nostros vno die strenue impleuisse, quod nos tepidi vtinam septimana integra persoluamus. Hæc ille. Quare autem beatus Benedictus omni nocte duodecim psalmos tam de tempore, quam de sanctis, B. verò Hieronymus primo nocturno dominicali & cæteris ferialibus noctibus similiter duodecim psalmos deputauerunt, non humana, sed diuina existebat adinuentio. Vnde Cassianus libro 2. de institutio-

tis cœnobiorum cap. 4. Igitur per vniuersam Ægyptum & Thebaidem, duodenarius psalmorum numerus, tam in vespertinis, quam in nocturnis solennitatibus custoditur, ita vt posthinc duæ lectiones, Veteris scilicet ac Noui Testamenti, singulæ subsequantur. Qui modus antiquitus constitutus, idcirco per tota secula penes cuncta illarum prouinciarum monasteria intemeratus nunc vsque perdurat.

Quia non humana adinuentione statutus à senioribus affirmatur, sed cœlitus angeli ministerio patribus fuisse delatus. Et cap. 5. sic ait: Cumque pro suo vnusquisque feruore, infirmitatis immemor aliene, id statui debere censeret, quod contemplatione fidei ac roboris sui facillimum iudicabat, parum discutiens, qui generaliter plenitudini fratrum possibile esset, in qua necesse est infirmorum quoque partem maximam reperiri, diuersoque modo enormem psalmorum numerū instituere pro animi sui virtute certarent. At alij quinquagenos psalmos, alij sexagenos, nonnulli verò, ne hoc quidem numero contenti, excedi eum debere censerent, essetque inter eos pro religionis regula, piæ contentionis sancta diuersitas, ita vt tempus solennitatis vespertinæ, sacratissimæ succederet quæstioni, quotidianos orationum ritus volentibus celebrare, vnus in medium psalmos Domino cantaturus exurgit.

Cumque sedentibus cunctis, vt est moris nunc vsque in Ægypti partibus, & in psallentibus verba omni cordis intentione defixis, vnde decem psalmos, orationum interiectione distinctos, contiguis versibus parili pronuntiatione cantasset, duodecim sub alleluia responsione cõsummans, ab vniuersorum oculis repente subtractus, quæstioni pariter & cæremoniis finem imposuit. Ex hinc venerabilis patrum Senatus, intelligens Angeli magisterio, congregationibus fratrum, generalem Canonem non sine dispensatione diuina constitutum, decreuit hunc numerum tam in vespertinis, quam in nocturnis conuentibus custodiri. Hæc ille. Sed in dicto Psalmodum numero, & in Psalmis ad vigilias noctis decantandis in communibus sacris quotidianis hodie multi, maxime seculares regulæ sanctæ Romanæ ecclesiæ & sanctorum Patrum Constitutiones seruare contemnunt. Et ne super hoc, ignorantia à quoquam valeat allegari, in decretis Iuristarum de consecratione distinctione 5. cap. In die, hucusque positus est & scriptus sacratissimus Canon magni viri Gregorij Papæ VII. editus in sacra Synodo generali. Qui etiam Canone in Ordine vestro contemnatur, positus est de verbo ad verbum in epistola Magalonensis episcopi superius allegata. Et illum omnes super Officio diuino scribentes, in eorum operibus consueuerunt ponere, & vt dictus numerus seruetur, sæpius allegare. Est autem talis tenoris: In die Resurrectionis vsque ad sabbatum in Albis, & in die Pentecostes vsque ad sabbatum eiusdem hebdomadæ, tres Psalmi tantum ad noctem tresque lectiones antiquo more & cæramus & legimus. Omnibus aliis diebus per totū annum si festiuitas est, nouem Psalmos & nouem lectiones dicimus. Aliis autē diebus, duodecim Psalmos & tres lectiones recitamus. In diebus Dominicis, octodecim Psalmos, & excepto die Paschæ & Pentecostes, & noue lectiones celebramus. Illi autē qui

qui quotidianis diebus, tres Psalmos & tres lectiones tantum videntur legere, non ex Regula sanctorum patrum, sed ex fastidio & negligentia comprobantur facere. Romani autem diuerso modo agere ceperunt, maxime à tempore quo Teutonice concessum est regnum Romanæ Ecclesiæ. Nos autem & ordinem Romanum inuelligantes, & antiquum morem nostræ Ecclesiæ statuimus fieri, sicut supra notauimus, antiquos patres imitantes. Hæc ibi. Ponite hæc verba in cordibus & in animis vestris, & suspendite ea pro signo in manibus, & intra vestros oculos collocare, & docere filios vestros, vt illa meditentur. Quia hic est aptus modus viuendi ad ambulandum in via Dei, in qua alius sic, alius sic ire contendit, & pauci recte, maxime seculares, & religiosi plures. Omni igitur Dominica per totum annum, quando non tenetur festiuitas, dicendi sunt 18. psalmi, etiam in tempore paschali, præter diem Paschæ & Pentecostes, & similiter etiam in Dominicis infra Octauas maiores, vt natiuitatis Domini, Epiphaniæ, ascensionis, assumptionis & natiuitatis Mariæ, Petri & Pauli. Item in omnibus diebus trium lectionum, siue de tempore siue de sanctis agatur, & per Octauas maiores, & etiam tempore paschali præter dictas duas hebdomadas, ad vigilias noctis soluendus est nocturnus 12. psalmorum ferialis. Et hoc seruant Monasteria ordinis vestri in Italia & in partibus superioribus Occidentis, & vbiq; prout notauit Guilielmus in suo Rationali diuinarum, vbi loquitur de septem diebus Paschalibus. Item & idem seruant seculares Ecclesiæ Italiæ, & paucis diebus subtractis, Ecclesiæ per Alemaniam, Religiosi plures, vt Domini de domo Teutonorum, Carmelitæ satis probe seruant. Et præterea secundum distributionem B. Benedicti, idem seruant Carthusienses, Cistercienses, & cæteræ religiones Monachales. Immo obediendo dicto sacro Canonis, & seruando beati Benedicti regulam in psalterio hebdomadam persoluendo, inter Canonicos & Monachos differentia aliqua non existit. Nam vbi monachus dicit nocturnum secundum suam diuisionem, Canonici in simili die nocturnum dicere tenentur, secundum Romanam diuisionem. Et cum Monachi à sua regula adhuc non declinauerint, tamen Canonici quam plures in diuersis nationibus à dicto Canone diuersimode declinauerunt. Primum autem plures nationes per totum tempus paschale, tres tantum psalmos, & tres lectiones dicere contendunt, & dicunt, allegantes quod Alcuinus Magister Caroli & Ludouici filij eius, rogatu Bonifacij Archiepiscopi Moguntini, approbante Concilio Moguntino, illud instituisse. Sed hoc reprobat Guilielmus in loco supradicto, & dicit oppositum concludi in ascensione Domini, vbi sunt nouem responsoria, & nouem Psalmi, cum eorum antiphonis. Sed hæc institutio, Apostolicæ authoritati præiudicare nec debet, nec potest, præsertim cum euidenter statutis sanctorum patrum videatur repugnare. Nam constitutiones contra canones & decreta præfulum Romanorum, vel bonos mores, nullius sunt momenti, 10. dist. Constitutiones. Indubitanter ergo refutare debemus, quicquid tam euidenter Apostolicæ authoritati videmus contra-

ire, vnde totius Christianæ religionis & ordinis exordium & formam recepimus: cum & securius obseruetur, quod prouida antiquitas & autoritas instituit, quam quod inconsiderata nouitas & infirmitas adinuenit. Sunt & alij seculares, qui extra tempus Paschale, de sanctis trium lectionum, nunquam nocturnum persoluant, sed nouem Psalmos de ipsis sanctis dicere volunt, & dicunt. Sed quod hi psalmi illo casu dici possint, nec autoritate, nec ratione probatur. Et quod non est sanctorum Patrum decreto sancitum, superstitiosus non est adinventionibus præsumendum de translatione, inter corporalia. Immo secundum præmissa, omnino est reprobandum. Nec loca vestra de priuilegio nuper obtento se defendere debent. Nam sicut iuramentum non est vinculum iniquitatis, nec debet nutrire peccatum: ita nec priuilegium. De priuilegio, cap. Ex tuarum. Et si Canonici seculares, quibus durus est hic sermo, abierunt retro, & cum dicto Canone amplius nolunt ambulare: nunquid & vos vultis abire? Certissime vos qui inter Religiosos & Ecclesiasticos viros in canonica degitis vita, debetis cum monachis, qui non declinauerunt, remanere. Nam dicit Nicolaus Papa, quod religiosi Canonici à sancto monachorum consortio non sunt seiuncti, 20. quæst. 3. ca. Præfens clericus, prope finem. Licet irregulares Canonici regulæ inferuiant laxiori. De ista. 1. quod Dei. Suscipite igitur suauem iugum Domini, quod à sancta sede Romana vobis imponitur, licet importabile videatur, vnde scribitur 19. distinct. In memoriam B. Petri Apostoli, honoremus sanctam Romanam ecclesiam & Apostolicam sedem, vt quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat ecclesiasticæ magistræ rationis. Quare seruanda est cum omni mansuetudine humilitas. Et licet vix ferendum ab illa sancta sede imponatur iugum, illud tamen feramus, & pia deuotione toleremus. Immo vt dicit Bernardus libro de præcepto & dispensatione: Perfecta obedientia legem nescit, termino non arctatur, neque contenta angustiis professionis, largiori voluntate fertur in latitudine charitatis: & ad omne quod iniungitur, spontanea, vigore liberalis alacrisque animi modum non considerans, in infinitam libertatem extēditur. Et cum propter dicti canonis obligationem, in Dominicis paschalibus supra dictis, & infra octauas maiores occurrentibus, Psalmi Dominicales sint persoluedi, tamen ad primam propter temporis iocunditatem dominicales quinque recitentur. Et similiter cū tempore paschali in feriis, & in diebus sanctorum 5. lectionū, dicitur nocturnus ferialis, ad laudes tamen psalmi consueti leguntur. In numero autem psalmorum ad primam, tertiam, sextam, nonam, vespers, & completam, concordant fatis nationes: Saluo, quod aliqui in prima Dominicali extra tēpus Paschale, ex quadam desidia omittunt dictos quinque psalmos, post ipsos, octodecim subsequentes. Psalmus autē *Confitemini*, more Ambrosiano, omni dominica, etiam si festiuitas agatur, & in hebdomada paschali, est addendus. Psalmi quoque vespertini quotidie ad psalterij complementū connumerari debent: Saluo, quod de natiuitate domini, de Apostolis, de sancto Stephano in Antiphonario Romano psalmi cum antiphonis propriis habentur. Et

quando dominicales in hebdomada Paschæ & Pē-
tecostes, & in die ascensionis persoluuntur. In fe-
stiuatibus quoque ad secundas vesperas, fratrum
Minorum vsus ponit Psalms dominicales, vltimo
secūdam festiuatē mutato. Gallici verò in ma-
ioribus festiuatibus per psalmos *Laudate* solenni-
zant: sed Alemanni, vbi possunt, se tenent ad feria-
les. Nunc de psalmodum antiphonis aliquid in ge-
nere addatur. Sciendum quod tres Horæ principa-
les, scilicet Vigiliæ noctis, & laudes, & vespere, ma-
gis solenniter sunt decantandæ: quinque verò par-
ue horæ, humiliter sunt faciendæ. Inde est quod
secundum ordinem Romanum, in Psal. in dictis
horis quoties laus sanctæ Trinitatis, *Gloria patri* cā-
tatur, semper sequi debet antiphona. Antiphonæ
enim pertinent ad psalmos cantados. Et ita B. Gre-
gorius ad singulos Psalmos dictarum horarum an-
tiphonas ordinavit. Sed aliqui aliquando in laudi-
bus, aliquando in vespere hunc decorem peruer-
tunt, de quo posterus dicitur. Dictæ verò quinque
horæ minores seruari debent sub vna Psalmodum
Antiphona. Immo in Ambrosiano officio non ha-
bent antiphonas. Et Benedictus in minoribus con-
gregationibus concedit in illis Psalmos dici dire-
ctancē sine Antiphona. Et debent Antiphonæ im-
poni ante inchoationem Psalmodum. Et hoc ob-
seruetur, etiam si quis priuatim dicat horas, vt ser-
uent Romani & Ambrosiani. Cantantur autem
Psalmi Ambrosiano & Romano more in fine ver-
suum per tonos. In medio verò Ambrosianū Psal-
mos in omni tono psallit planè. Romanum autem
officium habet diuersas meditationes. In quibus sūt
diuersi mores secūdam diuersas Ecclesias & natio-
nes: tamen Romæ in antiquis libris vidi mediatio-
nes satis nostro vsui Alemannico concordantes.

PROPOSITIO XI.

*Nec ad vigilias noctis, nec aliis in officio diuino legatur
nisi sacra scriptura, & alia scriptura ab vni-
uersali ecclesia approbatæ.*

DE autoritate sanctæ scripturæ dicit Augusti-
nus de vnico baptismo, libro secundo, & ponit
nona distinctione: Quis nesciat sanctam scri-
pturam Canonicam tam veteris, quam noui Testa-
menti certis terminis contineri, eamque postero-
ribus omnium Episcoporum literis ita præponi, vt
de illa omninò dubitari ac disceptari non possit, v-
trum verum, vel vtrum rectum sit, quicquid in ea
confiterit? Qualiter autem sacra scriptura per an-
ni circulum sit legenda, tradit beatus Gelasius Pa-
pa 15. dist. cap. Sancta Romana, dicens: Quod Pē-
rateuchus ponendus est in septuagesima vsque ad
decimum quintum diem ante Pascha, à quo vsque
in Cœnam Domini ponitur Hieremias. In triduo
ante pascha, tres primæ lectiones de Lamentatio-
nibus Hieremias: tres mediæ de tractatu sancti Au-
gustini in psalmum 57. Exaudi Deus deprecationem.
Tres vltimæ de Apostolo Paulo, vide eas ibi
annotatas. In pascha & infra hebdomadam, Ho-
milias pertinentes: In octaua Paschæ, Apocalypsis,
Actus Apostolorum, & Epistolæ Canonice, vsque
ad octauam Pentecostes. Et abinde vsque ad Calē-
das Augusti, ponuntur libri Regum & Paralipo-

menon. In mensē Augusto, Salomon: In Septem-
bri, Iob, Tobias, Hester, Esdras: In Octobri, libri
Machabæorum: In Nouembri, Ezechiel, Daniel,
& minores Prophetæ: In aduentu, Esaias, vsque in
Natiuitatem Domini. In natali & Epiphania Do-
mini, tres primæ lectiones de Esaiâ: deinde sermo-
nes vel Homiliæ ad ipsum diem pertinētes. In Na-
tali sanctorum Stephani, Ioannis, Innocentium, &
Syluestri, Homiliæ de ipsorum. In Dominica post
natiuitatem Domini, vsque in Septuagesimam, po-
nuntur Epistolæ Pauli. Et beatus benedictus cap.
28. dicit: Codices legantur in vigiliis tam Veteris
quam Noui testamenti diuinæ autoritatis, sed &
expositiones earum, quæ à nominatissimis docto-
ribus, orthodoxis Catholicis Patribus factæ sunt.
Ex vsu B. Bernardi cap. 41. Quando renouatur hi-
storia, Liber ille, qui tunc inchoatur, cum sua
fatione incipiendus est in ecclesia, & legendus in
refectorio. Item eodem cap. Cū libri Machabæo-
rum perfecti fuerint, legimus quatuor libros euan-
geliorum in refectorio tantum vsque ad Pascha, &
dimissis passionibus, quod reliquum est, finiatur.
Hæc ibi. Sic itaque in primis Deo offerendis tota
scriptura partim ad Vigiliis nocturnas, partim ad
refectorium persoluatur. Præterea in dicto capi-
tulo. Sancta Romana, beatus Gelasius tradit hæc
opuscula, in ecclesia Catholica recipienda, ex qui-
bus in diuino officio legi potest, scilicet beati Cy-
priani Martyris Carthaginensis episcopi, beati
Ioannis Chrysostomi, beati Hilarij, beati Ambro-
sij, beati Augustini, beati Hieronymi, beati Isidori,
beati Leonis papæ. Item opuscula atque Tractatus
omnium raturum orthodoxorum, qui in nullo à
sanctæ Romanæ Ecclesiæ deuiauerunt consortio,
nec ab eius fidei prædicatione, sed vsque ad finem,
in illius communionem, Dei gratia perstiterunt. Itē
Origenis nonnulla opuscula, quæ vti B. Hierony-
mus non repudiat. Præterea vitas patrum, Antonij,
Hilarionis, pauli, & omnium eremitarum, quos
tamen B. Hieronymus scribit. Et actus B. Sylue-
stri, & scripta de inuentione sanctæ crucis Domi-
nicæ. Apocrypha autē quæ in diuino officio omni-
no repudiari debent, tradit in dicto cap. videlicet
itinerariū B. petri Apostoli, quod appellatur sancti
Clementis. Actus, nomine Andreæ, philippi, petri,
& Thomæ apostolorum, & liber de infantia Salua-
toris, de Natiuitate B. Mariæ, & de transitu B. Ma-
riæ. Istæ enim scripturæ legi non debent. Et B. Au-
gustinus liber. 2. contra Faustum, capite 2. legen-
dam B. Thomæ Apostoli apocrypham dicit. Vide
de hoc in Summa Lombardica de sancto Thoma.
Venerabilem autem Bedam Anglorum Doctore,
nec Romani, nec Carthusienses legunt. Sed Galli-
ci & Teutonici cū Anglicis, ex eius homiliis quin-
quaginta cum commentis suis super Marcum &
Lucam sæpius habent lectiones. Vitam B. Agnetis
scripsit Ambrosius, & vitam B. Benedicti scripsit
Gregorius: ideò illas duas vitas duntaxat legunt
Carthusienses, passionem & vitam Sanctorum Andreæ
Apostoli, Laurentij, & Sebastiani, Clementis, Ioā-
nis & pauli, Maurij, Martini, & Nicolai, Cæciliæ,
Agathæ, & Lucie, æqualem autoritatem cum cā-
tu ipsorum habere videntur, cum eorum cantus
quos Romani continent Antiphonarij, ex illorum
vita

vita & passionibus sint recepti. Vitæ etiam eorun-
dem Nicolai, & Martini, Augustini, Ambrosij ap-
probatores auctores videtur habuisse. Passio verò B.
Georgij, tam à B. Gelasio quam in Martyrologio, a-
pocrypha reputatur. Et passio B. Margarete vi-
di Romæ apud Lateranum in dicto Canone B. Ge-
lasij, Apocryphis annumeratam. Passionem B. Vin-
centij dicit Milleloquium à B. Augustino descri-
ptam. Passio Matthæi Apostoli, hæresim habet cō-
tra declarationem Benedicti XII. de visione facia-
li. Passio B. Barbaræ, qua vtuntur nostrates, omni-
no videtur apocrypha & contemnenda, quia multa
habet incredibilia, vt quod fōt fecerit, & seipsam
baptizauerit, & de ouibus in locustas, (& secundū
alios) in lapides conuersis, & de oratione sua in
extremis. Non enim conuenit debet, quod Sancti in ex-
tremis tales præsumpsissent orationes, sicut qui-
dam fabulantur de B. Catharina. Et de decem mi-
libus martyrum, quæ fabulose (dicam donec aliud
videro) finguntur omni genere passionis Christi
perpessi fuisse in monte Ararat prope Alexandria,
nec eorum passio in aliquo Martyrologio authen-
tico annotatur, nec ipsorum diem Romæ in ali-
quo Calendario antiquo potui reperire. Vnde dicit
B. Cyprianus de lapsis, & ponitur quinquagesi-
ma distinct. Si quis præpostera: Quod si sancti mar-
tyres mandent aliqua fieri, quæ non sunt scripta in
lege Domini, antè sciendum est, illos à Deo impe-
trasse, quæ postulant, & tunc facere quæ mandant.
Neque enim statim videri potest, diuina Maiestate
cōcessum, quod fuerit humana pollicitatione pro-
missum. Nā Moises Exod. 32. cap. pro peccatis popu-
li petit, nec tamen veniam, quam petiit, accepit.
Similiter passiones sanctorum Bartholomæi, Simo-
nis & Iudæ, Petri & Pauli, vitæque & passiones a-
liorum sanctorum multorum, quas hinc inde sub
quadam deuotione indiscreta colligunt sacerdo-
tes, periculose in officio diuino leguntur. Et apud
vos, & in ordine vestro simpliciter etiam in vna le-
ctiuncula legi non debet, nisi id, de quo confi-
terit euidenter, quod ab ecclesia fuerit approba-
tum. Nam vt dicit B. Augustinus ad Hierony-
mum, & ponitur nona dist. Si ad scripturas san-
ctas admissa fuerint vel officiosa mendacia, quid in
eis remanebit autoritatis? Quæ tandem de scri-
pturis illis sententia proferretur? Cuius pondere cō-
tentione falsitatis obterretur improbitas: quasi dicat,
Nullius: Officiosa autem secundum Glossam dicitur,
quæ continent pietatem, quæ nulli obsunt, &
alicui profunt. Sicut in officio dicitur testamē-
tum, quod est contra officium pietatis. Et ideò sæ-
pius miratus sum, quomodo adeò reprobos seu in-
certas scripturas affectent: ex quo ecclesia Catholi-
ca sufficientes habet pro salute nostra in officio per-
legendas. Vt autem legenda fiant honestè & secun-
dum ordinem, sequuntur verba memorati B. Gela-
sij Papæ, quæ ponit in dicto Canone, Sancta Roma-
na, vbi sic dicit: Gesta sanctorum martyrum, qui mul-
tiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabili-
bus confessionum triumphis irradiant, quis ita ef-
se Catholicorum dubitet, maiora eos in agone fuisse
perpessos, nec suis viribus, sed Dei gratia & adiu-
torio vniuersa tolerasse? Sed ideò secundum anti-
quam autoritatem vel consuetudinem, singularem
Tom. 6.

A cautela, in sancta Romana ecclesia non leguntur:
quia & eorū qui scripserunt, nomina penitus igno-
rantur, & ab infidelibus aut dictis superflua, aut mi-
nus apta, quàm rei ordo fuerit, scripta esse putan-
tur. Sicut cuiusdam Cyrici & Iulitæ, sicut Geor-
gij, aliorumque passiones huiusmodi, quæ ab hære-
ticis perhibentur conscriptæ: propter quæ (vt di-
ctum est) ne vel leuius subfannandi oriretur occasio,
in sancta Romana ecclesia non leguntur. Nos
tamen cum prædicta ecclesia omnes martyres, eorū-
que gloriosos agones qui Deo magis quam
hominibus noti sunt, cum omni deuotione vne-
mur. Hæc ibi. Et videtur notandum, quod idem B.
Papa quamuis in vno loco dicti sacri Canonis vi-
tam B. Siluestri, Canonicis scripturis annu-
uerit, sub his verbis: Item actus B. Siluestri Apo-
stolice sedis præfulis, licet eius, qui scripsit, nomen
ignoremus, à multis tamen in vrbe Roma catholi-
cis legi cognoscimus, & pro antiquo vsu, multæ
hoc imitantur ecclesie: tamen in sequenti parte di-
cit. In die ipsius B. Siluestri, Sermones vel homi-
lias in officio Diuino legendas esse: Per hoc innuēs
vt legenda & cantanda in ecclesia Dei vltra omnia
debeant esse pura, clara, & facilia, absque hæsitati-
one quacunque. Et addēdum est præmissis, quod
decorem lectionum, quem idem B. Papa statuit in
natali Domini & in Epiphania, vt potè, quod in
primo nocturno legatur de veteri testamento, in
secundo sermones, in tertio Euangelij expositio.
Romani extēdunt ad Dominicas magis præcipuas
scilicet in Aduentu, & à septuagesima vsque ad
Pascha. In octaua Paschæ, in die ascensionis, in quin-
que festis Petri & Pauli, in natiuitate Mariæ, in tri-
bus diebus post natiuitatem Domini: vt in iis die-
bus in primo nocturno legatur de veteri testamen-
to vel nouo. In secundo, sermones. In tertio, Ho-
milias Euangelij. Similem decorem faciunt de san-
cto Laurentio Martyre magno Romano, vt in pri-
mo nocturno de eius passione legatur. In secun-
do, Sermo. In tertio, Homilia. Et ad reuerentiam
dominicalis festiuatatis obseruant, vt in ipsa domi-
nica Lectiones responsorii cōcordent, vbi cadere
possunt. Quamuis per hebdomadam, Biblia in alia
parte continuetur: vt sic festiuat Domini, sicut
festiuat sanctorum continuationem Biblię inter-
rumpat. Sciendum etiam quod Romani more fra-
trum Minorum nō legunt de sanctis Romanis Le-
ctiones chronicales, sumptas ex Pontificali Chro-
nico Damasi & cæterorum, sed eorum ecclesiæ ha-
bent libros, sermonibus & homiliis multis, & san-
ctorum passionibus plenos, prout videmus apud a-
lias nationes, libros ecclesiasticos constitutos, nec
dictorum fratrum sensus est ordinatus ad Romanæ
ecclesiæ antiquas consuetudines, vt infra dicitur
propositione vicefima secunda.

PROPOSITIO XII.

*Similiter in eodem officio Cantus debet esse authenticus
& approbatus.*

Verbū Christi abundet in vobis abundanter, in
omni sapientia, docentes & cōmonentes vos-
metipsos in psalmis, & hymnis & canticis spiritualib⁹
in gratia, cātantes in cordibus vestris Domino. Ad
L1 iij

Colloſſenſes. 3. cap. quomuis prius hec tria, Pſalmi, hymni, & cantica differenter intellecta ſint: tamen hic hymnos & Cantica intelligamus, ea que voce ſonora in laudibus ſunt diuinis. Et nunc ſpecialiter de iis cantandis in eccleſia Dei fiet ſermo. Pro quo ſciendum, quod ab initio diuinum officium omnimodo conſtitutum erat in iſtis Pſalmis, abſque hoc, quod aliqua cantarentur, ſed cuiſlibet pſalmorum alleluia cum oratione adiungebatur. Et huiusmodi orationes in antiquis pſalteriis reperiuntur elegantes. Bina autem vice ſancti patres conueniebant ad pſallendum: videlicet in nocte ad vigilias, & hora lucernarum ad veſperas. Perſolutis autem ſuo numero pſalmis, lectiones ex veteri & nouo teſtamento addebantur, ſed in Sabbatho & dominica tantum de nouo. Ad tertiam autem, ſextam, & nonam, in eorum cellis ſimiliter pſalmos ſed pauciores, perſoluebant. Miſſæ autem in eccleſia Dei primitus fiebant cum lectionibus vtriuſque Teſtamenti & Euangelio, abſque cantu. Ad quas Cæleſtinus Papa pſalmos, ſicut ad alia officia, decantari inſtituit. Legitur autem in hiſtoria Tripartita libro. 3. capitulo octauo, beatorum virum Ignacium vidiffe angelos in cælo antiphonam cantantes, & antiphonarum uſum in eccleſia Antiochena inſtituiſſe, & exinde uſum Antiphonarum ad eccleſias cæteras tranſuiſſe. Vnde Iſidorus lib. 3. Etymologiarum, Antiphona ex Græco interpretatur vox reciproca, in duobus ſcilicet Choris alternatim pſallentibus, ordine commutato, ſive de vno ad vnum. Quod genus pſallendi, Græci inueniſſe traduntur. Tamen ex hoc vniuerſaliter in eccleſiam dei cantus non fuit introductus: ſed poſtmodum tempore Theodoſij iunioris, ſicut in vita B. Ambroſij legitur, in eccleſia Mediolanenſi, Cantus & hymni ceperunt frequentari. Et tempore ſucceſſiuo à beato Ambroſio apud Latinos, & ad Miſſam, & ad alias horas diuinas, cantus publicus cum hymnis metricis eſt introductus. Vnde in Chronicis legitur, quod Ambroſius ritum Antiphonarum in eccleſia canendarum, primus à Græcis tranſtulit ad Latinos. Hic etiam poſt Hilarium, hymnos canendos, primus compoſuit. Officium enim Ambroſianum ad nocturnos, & Martinas, atque veſperas, Laudes, necnon ad miſſam, habet ſolennem & fortem cantum, omnino alium à Romano, quem hodieſis die, ſonora & forti voce ſeruant clerici ciuitatis & diocæſis Mediolanenſis. Et exinde apud Romanos beatus Gregorius & Vitalianus Papæ cantum Romanum receperunt, qui per eos ſeu per alios ſub tenore & tono, qui hodie cantatur, vbique extitit magis planè dulcoratus & ordinatus. Romanus iſte antiphonarius deinde in Franciam tempore Pipini per Stephanum Papam delatus fuit, ut dicit Vualefridus. Et tempore Caroli Magni in Alemannia publicatus. Vnde Sigibertus in Chronicis, Anno ſeptingenteſimo ſeptuageſimo quarto, Carolus rex offeſus diſſonantia eccleſiaſtici cantus inter Romanos & Gallos, & iudicans iuſtius eſſe, de puro fonte, quam de turbato riuo, bibere: duos clericos Romam miſit, ut authenticum cantum à Romanis diſceret, & Gallos doceret. Et per hos primum Metenſis eccleſia, & per illam, omnis Gallia ad authoritatem Romani catus reuocata eſt. Itē anno ſeptingenteſi-

mo nonageſimo Carolus, honeſtati eccleſiaſtice omnino intentus, legendi & pſallendi diſciplinam diligenter correxerat. Perpendens enim iterum Gallos à Romanis in cantando diſcrepare, Metenſis verò, ſola naturæ leuitate paululum quid diſſonare, per Catores ruſſum ſibi ab Adriano Papa, à Roma directos diſſonantiam cantus correxerat. Hæc ibi. Omnis autem Cantus eccleſiaſticus conſiſtit in antiphonis, ſuper quas pſalmi pſalluntur, quæ à B. Ignatio initium habuerunt: aut in reſponſoris ad lectiones ordinatis, quæ Itali ſcribuntur reperiſſe. Vnde Iſidorus libro ſexto Etymologiarum: reſponſoria Itali tradiderunt. Quid inde reſponſorios cantus vocant, quod alio deſinente, alter reſpondeat. Inter reſponſoria & antiphonas hoc diſfert, quod in reſponſoris vnus verſum dicit, in antiphonis autem Chori alternant verſus. Antiphonæ enim generaliter dicuntur, ſive ſint illi cantus, quos vulgariter antiphonas appellemus: ſive inuitatoria, quæ Benedicte appellat antiphonas: ſive ſecundum officium Romanum, Introitus, offertorium & poſtcommunio: ſive ſecundum officium Ambroſianum, Pſallenda, Ingreſſa, Antiphonæ, poſt euangelium, Offerenda, Contraſtio, & Tranſitorium. Reſponſoria verò ad lectiones adiunguntur in vtroque officio & in Ambroſiano ad veſperas, & in vtroque ad lectiones in Miſſa. Sed in Romano, in Miſſa, nominantur Gradualia: & in Ambroſiano, Pſalmeli. Et quia Cantus Miſſalis modicum conſuevit alterari: videamus de cantu Vigiliarum, Laudum, & veſperarum. Pro quo prænotetur quod antiphonæ & reſponſoria ad vnum diem, vel obſeruationem pertinentia, vocantur hiſtoria. Omnes autem nationes fatiſ vniformiter habent hiſtorias temporales, ſive de tempore, Antiphonario Romano concordantes. Sed de ſanctis, ſive de diebus ſanctorum Italianæ eccleſiæ, Romano magis ſe conformant: quia proprias hiſtorias ſanctorum minus admittunt. Deinde Eccleſiæ Gallicanæ, deinde Anglicanæ, & poſtremò Alemannicæ eccleſiæ ad hiſtorias ſanctorum proprias magis ſe dilatauerunt. Sed quoad antiphonarium Romanum, hoc ſuſtinendum eſt, quod in ordine reſponſoriorum, & in verſibus eorundem, occurrit ſæpè apud diuerſas nationes & eccleſias, varietates. Nam nec ſimiles verſus communiter habentur, nec idem ordo reſponſoriorum & antiphonarum vbique ſeruat. Immo in libris Romanis ſæpius eandem horam varietatem. Ideo notandi videntur, qui in ordine reſponſoriorum, aut in verſibus ſcrupulum ponunt, & in propoſitione 10. ſupra dicta largam conſcientiam admittunt.

His præmiſſis, per hiſtorias temporales, & ſanctorum breuiter tranſcurramus, donec de Vrbe veniat id quod erit magis perfectum. Sancti ergo dominici dies excellentius in Romano, quam Ambroſiano officio hiſtoriis ſolennibus ſunt decorati. Singulæ namque Dominicæ in aduētū, & à Septuageſima vſque ad paſcha, propriis hiſtoriis decorantur. Tempus paſchale per quindenas, & tempus poſt Epiphaniam & Trinitatem ſecundum quæritatem temporis, & deinde ab Auguſto per meſes, propriæ hiſtoriæ imponuntur. Præterea feſta domini nora, & tria feſta Virginis glorioſæ, angelorum, vtraque feſta S. Crucis, & Baptiſtæ,

Baptiſtæ, Petri & Pauli, Andrea, & Ioannis Euan- gelia, Stephani, Laurentij, Clemētis, Sebaſtiani, Innocentium, Ioānis & Pauli, Mauritij martyrum, Martini & Nicolai Confeſſorū, Agnetis & Cæciliæ, Agathæ & Lucie Virginū. De ſanctis Paſchali- bus, & in communi de apoſtolis, de Martyribus, de vno Cōfeſſore, & de vna virgine, propriis gaudent hiſtoriis in antiphonario antiquo Romano, quæ vnus aliquis ſunt inexplētæ. Et noſtrates ab eccleſia gallicana, hiſtorias de S. Remigio, & de S. Dionyſio, & laudes de S. Briſcio proprias habent commodatas. Stephanus Tungrorum Epicoſopus de inuentione S. Stephani, & de S. Lãberto, & de S. Trinitate proprias ordinauit hiſtorias, ut dicit Sigibertus in libro de illuſtribus viris, quæ communiter in iſtis partibus obſeruantur. monachi de S. Benedicte hiſtoriã habent ſumptã ex dialogo B. Gregorij, & ſecundum tonū Romanum, in Antiphonario Romano decantatã Religioſi Antiphonas nouem Lectionū communiter ſeruant hiſtoriam B. Auguſtini ſumptã ex libro ſuarum confeſſionū, ſed de iſtis duabus hiſtoriis nihil ad ſeculares. De præmiſſis hiſtoriis aliquæ ſumptę ſunt hinc inde ex ſacra ſcriptura ſecundum verba cōgruentia, & duæ ex Pſalterio, ſcilicet, Domine in ira: &, Si oblitus alia, ex Lectionibus ſeu Paſſionibus, quæ tunc leguntur: alia ex ſanctorum ſermonibus ſive dictis, prout plura reſponſoria & antiphonæ reperiuntur de Natiuitate Domini, & de B. Virgine. Omnes autem prædictæ hiſtoriæ, authoritatem habere videntur ex libris antiquis Romanis, quorum Exemplaria mecum etiam detuli, ſaluis iis, de quibus præmiſi. Carthufenſes autem nec reſponſoria, nec antiphonas admittunt, niſi ſumptas de ſacra ſcriptura. Nec moueat, quod fratres Minores ſæpius non habent antiphonas ſeu reſponſoria antiqua ſecularium à Romanis recepta: quia plura in libris Romanis reperta, ab eorum uſu reſeruaerunt. Item antiphonæ nocturnales trium dierum poſt natalem Domini, & de ſanctis Petro & Andrea, quibus ſeculares vruntur, non ſunt de antiphonario Romano, in quo alia breuiores & faciliores continentur, ſed à Gallicis compoſitæ aſſeruntur. De B. autem Virgine Antiphonæ. Ecce tu pulchra, & cætera pro nocturnis, & longiora ad Benedicte & Magnificat de Canticis ſumptas ſeculares plures obſeruant. Cum autem etiam ſi reſeruaerentur omnes antiphonæ & Reſponſoria, de quibus certa authoritas non habetur: adhuc remaneret ſufficiens pro congregatione pauciore. Ideo ordo veſter multum curioſè inquirere debet, quæ reſponſoria & quas Antiphonas in officio admittatis, quia in iis omniſpiritui non eſt credendum. Hiſtoriæ temporales frequentius abundant in reſponſoriis, ut etiã pro diebus ſerialibus plura ſupercreſcãt Sed aliqui Religioſi, ut prædicatores & eos ſequentes ſerialia reſeruaerunt, & Dominicalia ſecundum ordinem repetunt ſerialium. In Romano tamen uſu primū dominicale nunquã reperitur in feriis, ſed omnibus expletis, ſi ſit feria, incipitur à ſecundo. Et quibus hoc placet, videant fratrum Minorū notas. Itē, Gloria patri reſponſoriorum, Romæ in libris antiquis reperitur integrè cantatã ad notam Toni, ſicut facimus poſt introitū. Et quia poſteris non placuit totū cantari, ideo deciſe cantatur in quolibet octo

tonorum; vſque. Sicut erat. Et ita cantant Carthufenſes, Colonienſes, Leodiēſes, & plures ſolennes eccleſiæ. Poſt Gloria patri reperitio debet eſſe breuior, quam poſt verſum, ut etiam ſeruant Romani & Carthufenſes. Sunt etiã in officio diuino, breuia reſponſoria, quæ in officio Romano ad paruas Horas, ut ad Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, & completorium dicuntur, & de pſalmis ſeruantur, excepta Prima. Verſiculi verò parui, qui in Ambroſiano, & in libris antiquis Capitula nominantur, ſimiliter de Pſalterio ſumi debent. Benedicte verò officium in paruis horis verſiculos habet, & ad Laudes, & Veſperas, & ad vnicam lectionem æſtuelem, reſponſorium breue. Authoritate verò Romana, & B. Parris Benedicte reſponſoria, nec breuia, nec magna dici debent cum alleluia, niſi tempore Paſchali. Vnde idem Benedicte in regula, cap. 34. Reſponſoria verò nunquam dicantur cum alleluia, niſi à Paſcha vſque ad Pentecoſten. Et in hoc puncto in paruis reſponſoriis plures abutuntur contra Romanum uſum ſanctum, & decorem cœleſtem alleluia facientes, quod ſancti Patres duntaxat dicto tempore ſine intermiſſione dici voluerunt, id alteri tempore non concedentes.

PROPOSITIO XIII.

Hymni eccleſiaſtici, Capitula, orationes, in officio obſeruanda, authentica eſſe debent.

DE hymnis canendis, & Saluatoris & apoſtolorum habemus exemplum, de conſecratione diſtinctione prima, cap. de Hymnis. Nam & ipſe Dominus Hymnum dixiſſe perhibetur, teſtante Martheo Apoſtolo. Et hymno dicto, exierunt in montē Oliueti. Et Paulus tam apoſtolus ad Ephēſios, quã ad Colloſſenſes, de hymnis cantandis ſcripſit, ut ſupra à propoſitione octaua & duodecima. Eſt autem Hymnus, laus Dei cum cãtico: ut eſt hymnus, Gloria Patri, qui in fine pſalmorum dicitur: & hymnus, Gloria in excelsis quem Angeli Chriſto nato cecinerunt: & hymnus, Te Deum laudamus, ab Ambroſio & Auguſtino compoſitus, ut probatur in Proemio Milleloquij, & cæteri hymni metrici, quos beatiffimi doctores Hilarius & Ambroſius ediderunt, ut in dicto capite de hymnis. Sanctus autem Teleſphorus Papa inſtituit, ut in nocte Natiuitatis Domini, fierent tres Miſſæ, & in illis hymnus angelicus, Gloria in excelsis, diceretur, de Conſecrat. diſt. prima, cap. Noctē ſancta. Deinde Symmachus Papa natione Sarduſ, & Stephanus tertius natione Siculuſ conſtituerunt, ut omni die Dominico, & in feſtiuitatibus ſanctorum apoſtolorum & Martyrum, dictus hymnus angelicus, Gloria in excelsis, ad Miſſam cantaretur. Sic itaque idem hymnus ſanctorum patrum authoritate ad feſtiuitates duntaxat eſt conſtitutus: & tempore triftitiæ, ut in Aduentu & in Septuageſima intermittere debet. Nec Leo Papa nonus in huiusmodi intermiſſione aliquas excipit feſtiuitates, de conſecratione, diſtinctione prima, cap. Hi duo hymni. Et quoniam hymnus, Te Deum laudamus, pariter reſonat laudem ſanctæ Trinitatis, ſicut hymnus, Gloria in excelsis: ideo Romana obſeruatio-

ne introducta est regula, ut hi duo hymni pariter in Laudibus, & alius in Missa debeant cācari, & pariter intermitti, ut ponit beatus Innocentius Papa tertius, extra de celebratione missæ, capite cōcilium, in fine, ubi idem Papa aliam dat nobis auctoritatem: ut sicut ad festiuitates Dominicales & sanctorum, hi duo hymni suis temporibus decantantur: ita eisdē tēporibus, in diebus profestis, hoc est, procul à festiuitate, scilicet in dieb⁹ priuatis, quādo tres fiunt lectiōnes, dicti duo hymni cantari nō debent: ut inter commemorationem & solennitatem differentia ostendatur. Et hoc debent obseruari, qui diligunt decorem domus Dei.

Nam sicut decor est, illos in festiuitatibus seruare: ita decor est, illos dimittere in diebus priuatis. Quādo enim has glorificationes dieb⁹ priuatis magis supprimimus, tanto illas iucundius in festiuitatibus suscipimus. Et istud videtur decere ordinem vestrum. Nam idē sequuntur plures religiones. Et si ita scriptum est, ut cantari non debeant extra dominicas & festiuitates, secundum præceptum Regulæ non contentur. De hymnis autem metricis valde curandum est, ne cantentur aliqui, nisi approbati & edicti, ut supra dictum est. Reprobi autem ut plurimum nosci possunt, vel quia non sunt generales, vel quia metrum habent corruptum. Ad Primam autē, Tertiam, Sextam, & Nonam Hymni consueti more Romano non mutantur: & in minori congregatione sub facili Tono seruari debent. Nam hoc generaliter custodiendum est, ut quinque paræ Horæ sub humilitate seruentur, & tres maiores festiuius celebrētur. Ad quod accedit auctoritas beati Benedicti, qui in minori congregatione Psalms in paruis Horis directaneē dici permittit. Aliquorum autem congregatio paucis temporibus illos Horarum hymnos cantat sub tono festiuitatis, vitimo versu variato. Et aliquorū vsus ad Primam, Tertiam, Sextam, & Nonam, tempore natalis Domini, habet hymnum, *Agnoscat*, qui in Hymnariis Romanis reperitur. Sed qui quotidie in festiuitatibus Hymnos consuetos omittunt, & ad eandem Horas diuidunt hymnum festiuitatis, nec auctoritatem habent, nec exemplum, sed nimium abutuntur. Ideo illos sequi non debetis: sed in humili cōgregatione vestra, humillima decantare. Qui in completorio hymnum post Capitulum dicunt, agunt contra auctoritatem Romanam, & Ordinem B. Benedicti, in quorum officii statim psalmos locatur, sicut in aliis quatuor paruis horis hymnus dicitur ante psalmos. Et in Ambrosiano, tam in completorio, quā in eisdem paruis horis dicitur similiter ante psalmos. Præterea in Ambrosiano officio ad matutinas semper dicuntur duo hymni, in principio & in fine.

Et similiter in Romano & Benedictino officio, ad nocturnos dicitur vnus hymnus, & ad laudes alter: & hoc seruāt omnes Religiosi Italici, Gallici, & Anglici, Alemanni autem in hoc degenerant. Nā ad Nocturnos nullum dicunt, & ad laudes rarō. Ex quibus videtis, quos sequi debeatis. Hymni autem subsequentes, videntur obseruandi. In aduentu ad Vesperas, *Conditor*: ad Nocturnos, *Verbū*: ad Laudes, *Vox clara*: ad completorium, secundum alios, *Veni redemptor*, qui est Ambrosianus de Natiuitate Domi-

ni. Item de Natiuitate ad vespas, *A solis*: Ad completorium, *Fit porta*: Ad nocturnas, *Corde natus*: Ad Laudes, *Chysie redemptor*: Ad paruas horas, *Agnoscat*, ut supra. In Epiphania, ad vespas ac Laudes, *Hosius Herodes*: Ad nocturnos, *A patre vnguent*: vel Ambrosianus, *Illuminans altissimus*. Dominicis quotidianis in Sabbato, *Deus creator*, qui est Ambrosianus vespertinus quotidian⁹, cuius meminit Augustinus libro 7. Confessionum, quādo per somnum à lectu anxio in dolore mortis Matris recepto fuit curatus. Et hunc hymnum fratres Minores, & alios plures malē omittunt, quia authenticus est, & multū pulcher. Ad Nocturnos in hyeme, Primo dierum: & ad laudes, *Aeternæ rerum conditor*, qui in Ambrosiano, omni die dicitur in principio ad matutinas. Item ad Nocturnos in æstate, *Noctē surgentes*: & ad laudes, *Eccē iam noctis*. In secundis vespas Dominica, *Lucis creator*. Feria secunda, in Nocturno, *Somno*: in laudibus, splendor *paterna*, qui est Ambrosianus temporalis in fine matutinorum: In vespas, Immenſe. Feria tertia, in nocturno, *Confors*: In laudibus, *Ales dici*: In vespas, *Telluris*. Feria quarta, in Nocturno, *Rerum creator*: In laudibus, *Nox & tenebra*: In vespas, *Cæli Deus*: Feria quinta, in nocturno, *Nox autem*. In laudibus, *Lux ecce*. In vespas, *Magne Deus*. Feria sexta in Nocturno, *Tu Trinitas*: In laudibus, *Aeterna oculi*: In vespas *Plasma*. Sabbato, in nocturno, *Summe Deus*: In laudibus, *Aurora iam spargit*. Omnes isti hymni feriales romano vsu, vnicam & facilem habent notam. De nostris autem Alemannis, aliqui omittunt Nocturnales, ut Colonienſes: aliqui, omiſſis laudū hymnis, nocturnales ponunt ad Laudes, ut Leodiensēs: alij, omnes feriales omittunt, & Dominicales æstiuales, in feriis repetunt, ut prædicatores.

Securius est, sequi morem Romanum. De Quadragesima sunt hymni, *Audi benigne*: Ad nocturnos, *Ex more*: In laudibus, *O Nazarenē*: Secunda quindena, Ad vespas, *Nunc tempus*: In Nocturno, *Clarum decus*: In laudibus, *Iam Christus*: ad Completorium, per mēsem, *Christe qui lux*: qui est Ambrosianus. Aliorum vsu sunt alij hymni quadragesimales, cū in his raro vsus se concordent. De passione ad vespas, *Vexilla*: Ad completorium, *Cultor Dei*: Ad nocturnos & laudes, *Pange lingua*, quia fit diuifio. de resurrectione sunt hymni, *Ad cœnam agni*. Ad completorium, *Iesu nostra*: & *Aurora lucis* cum verbis, qui diuidi possunt ad nocturnos & ad laudes, ut faciūt Prædicatores. Romani habent in Nocturno [] & in laudibus dicunt hymnum, *Aurora*, integre. Est & Ambrosianus, *Hic est dies verus*. de ascensione, *Festum nunc celebre*, *Aeterna cæli gloria*, & *Hymnum canamus*: & Ambrosianus, optatus vocis. De sãcto spiritu, *Veni creator*: In nocturno, *Iam Christus astra*: qui est Ambrosianus. In laudibus, *Beata nobis*. De sancta Trinitate ad vespas, *O lux beata*: in Nocturno, *Tu Trinitas*: in laudibus, *Om. Deus*. De Natiuitate Ioannis, *Vt queant laxis*: qui est prolixus, & diuidi potest per Nocturnum & laudes. In Ambrosiano est, *Almi Propheeta*. De apostolis Petro, *Aurea luce*: & hymnus, *Festum per omnes*. Ex quibus Minores aliquot versus habent, reliquis refectatis. Est Ambrosianus, *Apostolorum passio*. De sancto Laurētio sunt plures. *En martyr: martyr Christi*, qui Sapphicus,

Sapphicus, & Ambrosianus, Apostolorum.

De Ascensione, *O quam glorifica*: & *Gaude viscibus*. Et pro quolibet festo ad vespas, *Aue maris stella*: ad Nocturnum, *Quem terra*: & ad laudes eius portio, *O gloriosa*: & Ambrosianus, *Mysterium ecclesiæ*. De sancto Michaële ad vespas & Laudes, *Christe sanctorum*: in Nocturno, *Tibi Christus*: & Ambrosianus, *Mysterium*. De sancto Martino, locales plures habetis. Ambrosianus habet, *Bellator armis*. In dedicatione Ecclesiæ communiter habetur, *Vrbs beata*: qui diuidi potest. Ambrosianus habet, *Christe sanctorum*. De Apostolis ad vespas, *Exultet*: in nocturno, *Aeterna Christi munera*: qui est Ambrosianus prolixus, Romano more partim capitum in nocturno Apostolorum, partim in Nocturno Martyrum, De Apostolis ad laudes, *Ortu Phæbi*.

De vno Martyre ad vespas & Laudes, *Martyr Dei*: in Nocturno, *Deus tuorū*: qui est Ambrosianus. Sed ibi prolixior aliis placet, hos duos contra dici. De Martyribus ad vespas: *Sanctorum meritis*: In Nocturno, ut supra: In laudibus, *Rex glorioſe*. De vno Confessore, *Iste confessor*. Sunt alij duo, *Iesu redemptor omnium*, *Iesu corona celsior*: qui est Ambrosianus. De vna Virgine ad vespas & laudes, *Iesu corona virginum*: qui est Ambrosianus, in Nocturno, *Virginis proles*. Omnes autem prædicti hymni, & adhuc plures alij reperiuntur Romæ in hymnariis antiquis, & aliqui in Officio Ambrosiano: Necessarij autem hymni & authenticij admitti debent. Et securius de communi cantabuntur, quā locales & apocryphi admittantur. Quo autem loco ad Laudes & Vespas hymni dici debeant, infra dicitur Propositione 14.

De Capitulis.

Nunc de capitulis videatur. Sciendum quōd situr ad Vigiliis noctis leguntur lectiōnes magnæ, ita ad Laudes & Vespas: & ad quinque paruas horas dicuntur paræ lectiōnes, siue lectiunculæ, quas sanctus Benedictus in Regula sua vocat *Lectiōnes*. Et ita sæpè appellantur in multis scripturis. Communi autem vsu sæculari, appellantur Capitula. In Ambrosiano autē & sæpius in quibusdam antiquis libris, Versiculi parui, qui de Psalmis recipiuntur, appellantur capitula. Et ita ponitur de Consecratione, dist. 5. cap. Conuenit. Recipiendo autem priorem significationem, notandum quōd regulariter Romano more in officiendo Dominicas & festa, habentur tria propria duntaxat Capitula, ad Tertiam, Sextam, & Nonam, quorum primum reperitur ad vtraq; Vesperas, & ad Laudes. Et hoc sumptum est ab Ambrosio, qui duntaxat ad Tertiam, Sextam, & Nonam ponit huiusmodi propria capitula, licet pauca. Et iste modus dicendi seu reperendi capitula, est multum generalis in orbe religionis Italici, Gallici, & Anglici. Et sicut lectiōnes nocturnales non sunt vbique eadē, ita in huiusmodi capitulis rarō est concordia. Nam vnus vsus habet ista, & alius alia. Omnia tamen vbique sumuntur, & sumi debent de sacra scriptura, & secundum beatum Benedictum ex corde recitari. Alemanni autem plures alium modum habent capitulandi. Nam ipsorum multæ ecclesiæ in officio habent sex propria Capitula & Orationes, scilicet ad vtraque Vesperas, Laudes, Tertiam, Sextam, &

Nonam. Inter quæ præcipuū existit Capitularium Stephani Tungrorum Episcopi. Idem enim Episcopus, ut dicit Sigibertus in lib. de Viris illustribus ad Robertum Metēſis Ecclesiæ Episcopum, in qua nutritus fuit, scripsit librum capitularium, in quo per totum anni circulum singulis Dominicis & festiuitatibus maioribus Capitula & orationes recollectit. Huiusmodi autem Capitulis & Orationibus vtuntur multæ Ecclesiæ harum partium aliq̄ integræ, aliæ in multis particulis variauerunt, ut Traiectensēs. Aliæ, vnica Oratione contentæ, solum Capitula receperunt. & hoc sequuntur fratres vestri de Viridi Valle. Et quoniam generali vsu mundi, in huiusmodi capitulis licet sequi libros Ecclesiarum, nec in illis tenetur identitas, sicut nec in lectiōibus matutinis: videtur, quōd fratres vestri de Amstein retinere licitè potuissent absque scrupulo Capitularium Viridis Vallis, quod authorem prædictum habere noscitur. Indiscretus enim scrupulus esse videtur, formare consciētiam de hoc vel illo capitulo, Responſorio, Versu, & huiusmodi recitando, dum tamen sint authenticij & Romani per præmissa, & non habere consciētiam de vno integro Psalterio aliquando omittendo, ut supra propositione 10. Vidi etiam sæpè in libris monachorum, & aliquando secularium, pro vno officio Dominica vel festiuitate, plura Capitula notata generaliter, nec assignatum specialiter, ut ad hanc vel illam horam recitentur. Multi quoque Alemanni ad omnes horas vnicum ponunt Capitulum, sicut & in Romano, vnica dicitur Oratio. Hic tamen modus capitulandi, nec auctoritatem habet, nec exemplum. Sequitur videre de orationibus, in quibus vsus generalior existit, ut vnica pro omnibus horis habeatur. Ambrosianum quoque officium plures dicit Orationes, & in officio proprias plures habet. Similiter monachi illas multiplicat, & dein magis Alemanni. De orationum verò auctoritate faciendā dicitur in quodam paruo Rationali, quod dicitur Micrologus, cap. 5. in hæc verba: Alias quoque Orationes nisi antiquas & Gregorianas, difficillimè admittunt, ut potè quas in antiquioribus & emendatioribus Sacramentariis maximè inueniunt. Nam octauum Africane prouinciæ Concilium cui sanctus Augustinus, immò ducenti quatuordecim Patres interfuerunt, capitulo duodecimo ita constituit: Nullæ preces, vel orationes, vel Missæ, vel Præfationes, vel commendationes vel manus impositiones dicantur, nisi in Concilio fuerint probatæ. Item tertium Carthagenſe Concilium, cui item sanctus Augustinus interfuit, capitulo viceſimotertio: Nullus ad altare Patrem pro Filio, vel Filium pro patre nominet, sed semper Orationem ad Patrem dirigat, nec qualibet oratione vtatur, nisi probata. Oratio quidem ad Patrem dirigēda est, iuxta Domini præceptum, qui discipulos suos ita instruxit, cū interrogarent eum qualiter orare debuissent: Cū stabitis (inquit) ad orandum, dicite, Pater noster, hæc vbi supra. Stephanus Tungrensis in Capitulario supra dicto ad Capitula singula, singulas adiungunt orationes & valde multas sumptit ab Ambrosiano, & ex officio Monachorum. Romæ etiam in libris vidi orationes, Veneranda nobis: & Supplicationem

feruorum tuorum, ad Collectam apud S. Adrianū, & alias plures à fratibus Minoribus omiffas. Hæc dico ne credatur, quod omnia officij Romani ab eisdem fratribus obseruentur. De hoc latius propositione 22. Omnes autem Orationes quorumcunque vsuum, de quibus certitudo non habetur iuxta præmissa Concilia, tanquam Apocryphæ respuantur. Nam sufficiunt pauciores, vt dicam propositione 23. in fine Missæ.

PROPOSITIO XIII.

De nocte in vigiliis, & septies in die laudes Domino sunt canenda.

SAncti Patres, vt supra dictum fuit propositione 12. per Psalmos obseruabant quinque horas: scilicet Vigiliis noctis, Vesperam, Tertiam, Sextam, & Nonam. Deinde quia scriptura sæpius iungit Mane & Vespere, addita est laus Matutina. Multorum quoque Episcoporum statutum erat, vt clerus & populus mane & sero preces & orationes Deo fundent cum *Pater noster* & Symbolo. Idco ad hoc introductæ sunt duæ alie horæ, Prima & Completa, vtraque cum precibus, Oratione Dominica, & Symbolo. Itaque octo sunt Canonice horæ, scilicet Vigiliæ nocturnæ, & septem diurnæ, & scripturis auctoritatem habentes. Vnde B. Benedictus capitulo 25. vt ait Propheta: Septies in die laudem dixi tibi. Qui septenarius numerus sacratus, à nobis sic implebitur: si Matutinæ, Primæ, Tertie, Sextæ, Nonæ, Vesperæ & Completorii tempore, nostræ seruitutis officia persoluamus. Quia de his horis dicit Propheta: Septies in die laudem dixi tibi. Nam de nocturnis Vigiliis idem ipse Propheta ait: Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Ergo his temporibus referamus laudes creatori nostro super iudicia iustitiæ suæ, id est, Matutinis, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vesperis, Completorio, & nocte surgamus ad confitendum. Hæc ibi. Ad idem concordat Cassianus lib. 2. de institutis cœnobiorum, & extra. de celebratione Missæ, cap. 1. Et quauis secularis iungant Vigiliis Matutinis laudibus, & abusuè vtrunque appellent Matutinas: tamen sunt distinctæ horæ, & diuisim à Monachis per Orationes terminantur. Igitur Vigiliæ noctis, fiunt per tres nocturnos & nouem lectiones, vt Dominicis & festiuitatibus, seu per duodecim Psalmos, & tres Lectiones duntaxat, vt diebus priuatis. Ambrosiano autem officio omnes Matutinæ fiunt cum tribus Lectionibus per totum annum, nisi in Natiuitate Domini & Epiphania, vbi nouem fiunt Lectiones. Quia illos duos dies Domini, extra tempus Paschale duntaxat festiuitates reputat; In Parasceue autem habet sex Lectiones; Vigiliæ autem sunt Canonice horæ per se, non habentes cum aliis parilitatem: sed Laudes & Vesperæ inter se; Item, Prima & Completorium inter se: & Tertia, Sexta, & Nona inter se habent parilitatem, & similem officij Ordinem atque modum. De parilitate Tertie, Sextæ, & Nonæ, satis euidenter est de aliarum parilitate videamus. Quod autem Laudes & Vesperæ, simili modo debent officij, habemus duobus iura posita in Decretis, 12. dist. cap. vltimo. Et de Consecratione, distinct. quinta, capite, *Conuenit.*

Psal. 118.

Primum est Concilij Bracaren. quod sic dicit: Placuit omnibus communi consensu, vt vnus atque idem psallendi ordo in matutinis vel Vespertinis Officiis teneatur, & non diuersæ ac priuatæ, neque Monasteriorum consuetudines cum Ecclesiastica Regula sint permixtæ. Matutini Officium appellant, quod vocamus Laudes. Vtrobique ergo debet esse idem Ordo psallendi, quia ambo similiter inchoantur. Vtrobique sunt quinque Psalmi, qui vtrobique debent habere quinque Antiphonas. Vtrobique dicuntur Capitulum, Hymnus, Versus, Canticum cum Antiphonis, Oratio cum memoriis similibus. De monachorum consuetudine ideo dicit, quia in Benedictino officio ad Laudes sunt quinque Psalmi, & ad Vesperas tantum quatuor. Et laudes in principio habent psalmum directum, aliàs in illo officio pariliter inofficiantur. Secundum est Concilij Agathensis, quod sic dicit: Conuenit, ordinem Ecclesiæ ab omnibus æqualiter custodiri. Vnde statuendum est, vt sicut vbi que post Antiphonas collationes ab episcopis vel presbyteris dicantur, & Hymni matutini vel vespertini diebus omnibus decantentur, & in conclusione Matutinarum, Missarumque post hymnos, Capitula dicantur: & plebs completa oratione ad Vesperam ab Episcopo dimittatur cum benedictione. Hæc ibi. Et expone post antiphonas, id est, post Psalmos antiphonatim dictos in laudibus & Vesperis, Collationes, id est, Lectiones quas capitula nominamus, vt in propositione præcedenti. Et Hymni matutini. Nota, quod vtrobique debet hymnus dici, Missarumque, hoc est, complementorum in Vesperis, Capitula, hoc est, Versiculi parui, vt in propositione præcedenti. Et sic nota ordinem, vt ad Vesperas & ad Laudes post quinque Psalmos antiphonatim dictos, sequatur Lectio, hoc est, Capitulum, deinde Hymnus cum versu dicatur, & ita generalius seruatur. Debent igitur Laudes & Vesperæ eodem ordine inofficiari. Sed à multis iste ordo tripliciter immutatur, addendo, subtrahendo, & transponendo. Addendo, vt qui Laudibus versiculum sacerdotalem præponunt, & ad Vesperas in certis cantibus Responsorium cantant, quorum vtrunque Romani nusquam faciunt. Sed vtriusque generalis consuetudo contraria præualuit, cuius rationem ponunt Rationalia diuinorum subtrahendo, vt qui in Laudibus aliquando nullum habent hymnum, seu aliquando decurratum. Et isti manifestè offendunt dictum Concilium, Romanum, Benedictinum, & Ambrosianum Officium, quorum quodlibet semper habet hymnum. Transponendo, vt qui alio Ordine dicunt Hymnum in vno, quam in altero. Additio tolerari potest, subtrahitio autè & transpositio videntur vitiosa. Completorium verò & Prima, ferè similem habent Officiationem: quia vtrobique est Hymnus in vno ante, & in altero statim post Psalmos: Vtrobique fit Confessio & absolutio: & vtrobique sub quatuor Gloria, sunt quatuor Psalmi. Et vtrobique capitulum, Responsorium paruum in Romano, versus, Preces, & cætera sub collecta, sed completorium præcellit in cantico. Et quia sicut cætera horæ parua, solam debent habere antiphonam: ideo excellentiori vsu, Psalmi Completorii directæ sunt cum

for. * communitati- bus: aut canonice tribus abbreuiatio huiusmodi hic erat, cantibus.

cum alleluia, & ad Canticum antiphona collocatur. Et præterea hanc parilem Officiationem quando prima habet, *Miserere mei Deus*, vsu approbatiore Completorium præcedens semper illud idem habet. Cum enim festiuitas præcedit, illa in secunda vespera terminatur (vt infra dicitur propositione 19.) & completorium ad diem pertinet subsequentem. Et sciendum, quod Ambrosiano, Benedictino, & Romano more completorium per totum annum est vniforme, nec aliqua mutantur, nisi propter tempus aliqua subtrahantur. Prima verò Ambrosiana est vniformis. In prima versus responsorij in Natiuitate Domini, in apparitione, resurrectione, & Ascensione generali vsu sic mutari solet. Eisdem temporibus, & in Aduentu, & in Quadragesima atque Pentecoste, secundum vsus celebriores, & multorum scripturas, Antiphonæ duntaxat transmutantur. Cætera semper vniformia remanent, nisi in triduo ante Pascha & hebdomada sequenti. Antiphona etiam S. Trinitatis in prima, vniformis esse debet, nisi in Aduentu, & Quadragesima, in Natiuitate, Apparitione, Resurrectione, Ascensione, & Pentecoste, & de Virgine gloriosa. Sed propter parilitatē completorij & primæ supra dictam, ad mutationem Antiphonæ Primalis, multi ab vniformitate completorij declinantes, mutant in illo hymnum & antiphonam ad *Nunc dimittis*. Aliis temporibus quibus versiculus responsorij in prima mutatur, mutat etiam in completorio capitulum cum versu. Alij verò quoties libet, in festiuitatibus completorium mutare volunt. Nimia mutatio, vitiosa videtur, nec stabilibus religiosis congruere, qui facilia & breuia sequi debent. Communiore autem vsu seruatur ad Primam capitulum, *Domine miserere*: Oratio, *Deus, qui ad principium*: cum oratione, *Actio- nes nostras*, quæ sunt Ambrosianæ. Ad completorium: *Tu autem*: & Oratio, *Illumina quæsumus Domine*. Et conuenit, vt vtrobique intercessio Virginis gloriosæ, & omnium sanctorum inuocetur in oratione, sicut fit in Ambrosiano. In officio autem capituli, quod fit post Primam, sunt tria: primò, memoria sanctorum in recitatione Martyrologij, cū versu, *Pretiosa*: & capitulo, *Sancta Maria*. Secundò memoria defunctorum in anniuersariis recitandis, cum *Miserere mei Deus* & Collectis. Tertiò, quia tunc labores diurnos præparari debemus. Adduntur preces congruentes, dicendo ter, *Deus in adiutorium*. Et contra B. Benedictum cap. 55. agunt, qui huic versui triplicato quicquam addunt. Deinde ter *Kyrie eleyson, Pater noster*, cum Versu, & *Respite*, & Oratio, *Dirigere*, Ambrosiana. Item Romanū Officium ad Primam & Completorium habet preces ex causa dicta supra in principio: Ad cæteras verò horas nequaquam, nisi de tempore agatur. Ambrosianū autem quotidie in paruis horis duntaxat, post lectionem, quam capitulum dicimus, habet Responsorium breue, Versiculum, Kyrie eleyson ter, Pater noster, cum precibus & Collecta. Benedictinum autem similiter habet ad omnes horas: sed ad paruas, nullum dicit Responsorium. Dictæ quoque quinque parua horæ debent obseruari sub humilitate: & Vigiliæ, Laudes, Missa & Vesperæ, magis eleganter. Vnde magis solene est, vt hymni paruarum horarum in eorum nota facili non muten-

tur. Et in Ambrosiano officio quasi omnes hymni faciliem habent notam.

PROPOSITIO XV.

Dominici dies festiui, feriales verò humiliter debent inofficiari.

Constituere diem solennem in frequentationibus vsque ad cornu altaris: quia sanctus dies Domini est, nolite contristari. Diem enim Dominicum leges seculares iubent omnimodè venerari. C. de feriis, 50. Dies festos. Omnes enim dies festiui, qui ex factò Domini nomen habent, vt Dominicus dies, Natiuitatis, Circumcisionis, & ceteri, vltra alios dies Sanctorum sunt honorandi. Vnde in Concilio apud Compendium, & ponitur de feriis, capitulo primo, Omnes dies Dominicos à vespera in vesperam cum omni veneratione decreuimus obseruari. Constituere ergo diem solennem, scilicet Dominicum, in frequentationibus. Ita habet Romana & Ambrosiana translatio, vt est, vt frequenter Dominicis diebus seruatur officium Dominicale, nisi magna festiuitas occurrat. Vsque ad cornu altaris, hoc est, etiam Officium Missæ Dominicale obseruando. Et hoc excellentius obseruatur in officio Ambrosiano: in quo die Dominico nullius sancti, etiam Virginis gloriosæ festiuitas agitur, sed occurrens in illo transfertur. Romanus autem vsus cæteris vsibus post Ambrosianum meliùs se habet: in quo omnia festa nouem lectionum cedunt Dominicis, nisi sint B. Mariæ, S. Crucis, Ioannis Baptistæ, Apostolorum, & proprium cantum habentium. Quando autem propria historia in alia Dominica locum habere non potest, omnis festiuitas differtur. Vnde festum Matthæi Euangelistæ, in Dominica non tenetur Romano vsu. Et in Aduentu, & à Septuagesima vsque in Octauam Paschæ inclusiue nullum festum agitur in Dominica: quia Dominica interim occurrentes propriis historiis decorantur. Propter quod præcipiunt Statuta Colonienfium & Leodiensium, vt in Aduentu Domini, & in Quadragesima nullum festum in Dominica obseruetur. Vtbanus tamen 6. Purificationem faciebat in Dominica septuagesimæ obseruari. Romana igitur consuetudine secundum Micrologum cap. vltimo, In omni Dominica, Ecclesiastico Conuentui cum Officio Dominicali satisfacimus, nisi aliqua multum celebris festiuitas in ipsa die occurrat. In quibus non minùs quam pro Dominica populus solet congregari, quas & in aliis diebus solennissimè celebramus, & nisi propter historiam, vt est dictum. Abusus est ergo nimius, vt festum S. Andree in Dominica teneatur: cum Romana consuetudo Metropolitanum Statutum, & omnes de officio scribentes obuiet huic modo. Quorum autem sanctorum officia in feriis seruanda sunt, posterius dicitur. Nunc de officiis Dominicalibus pauca perstringamus seruanda, nisi aliud assignetur. Generaliter autem quæ Antiphonæ in Vigiliis, laudibus, & vespertis super Psalmos ex Psalmista dici debent, in his seruatur vsus loci, & librorum continentia. Quia in Antiphonario Romano aliquando ad eundem Psalmum sunt plures Antiphonæ vt supra *Dixit Dominus*, Antiphona, *Sede à dex-*

ria, & antiphona *Dicit Dominus*, de quibus vnus vnus habet vnā, alter aliam. De capitulis, & hymnis & orationibus dictum est supra. Generali consuetudine secularium & Monachorum, quando noua historia est inchoanda, ad vesp̄as Sabbatinas ex iucunditate responforium cantatur. Et regulariter seruatur secundum, nisi aliud habeatur speciale, vt sabbato primo Aduētus responforium, *Ecce dies veniant*. Versiculus Sabbatinus, vesp̄ertina oratio: ceteris diebus versiculus, *Dirigatur*. Ad vtrunque, *Magnificat* & ad *Benedictus*, sequamur libros, & in suffragiis loci vsū. Ad vigilias noctis in hyeme, aliqua sunt longiora, & plura, vt Inuitatoria & hymni, & in c̄stat: secus. Vnde in hyeme sunt plura inuitatoria Dominicalia de Psalterio, in c̄state solū: *Venite exultemus*. Vtique autem seruetur Hymnus, vt supra dixi. Ad tres verō nocturnos Dominicales in libris Romanis, & in omnibus vsibus mundi sunt nouem Antiphonae communes de Psalms sumptae semper obseruandae, nec in aliquo tempore alterandae, nec in toto antiphonario Romano reperi alios Nocturnales, saluo quod dicam de duabus Dominicis ante Natiuitatem Domini, & ante Pascha. Praedicatorum, & quidam alij habent quasdam antiphonas metricas, *Fro fidei n̄ eritis*, cum alijs, quae tanquam apocryphae, omnino respueant: & quia captiuę sunt tam in metro, quam in verbis: similiter respuantur quaedam aliae, quae incipiunt [*] In versiculis tam Dominicarū, quam feriarum, securius Romanum sequimur vsū. Romani post *Pater noster*, non dicunt versum, sed habent absolutiones ante lectiones, quae secundum ferias repetuntur, quae pia & religiosae videntur. De lectionibus & resp̄orijs fiat, prout supra positum est. Romani in vltimis responforiis similem modum seruant, vt quoties *Te Deum* dicitur, vltimum omittatur, & *Gloria Patri* ad penultimum obseruetur. Sed dictum modum non sequuntur aliae nationes. Ad laudes Dominicales super *Benedicite* in antiphonario Romano, multae habentur antiphonae, quae in hyeme secundum ordinem dicuntur: In aestate autem, sola scilicet, *Tres pueri iussu Regis*. Super reliquos autem quatuor Psalms aliqui seruant antiphonas per alleluia, vt Fratres Minores. Alij verō cuilibet Psalms suam tribuūt Antiphonam iuxta considerationem datam Propositione decima. Et hęc in dicto antiphonario ponuntur, scilicet *Regnavit Dominus*, cum alijs. Romano enim ordine, qui mente tenendus est, in vigilijs noctis, in laudibus, & in vesp̄is, quolibet laus sanctae Trinitatis post Psalms decantatos, suam antiphonam habere debet subsequentem. Et hic decor officij diuini, vt in dictis horis fiat, & in alijs paruis, vnica antiphona decantetur. De psalms Primae Dominicalibus dictum est Propositione decima. Et resp̄atur ille abusus apocryphus, vt sicut *Te Deum* sequitur ad *Gloria in excelsis*, quoddam ita *Cōstremini* in prima, sequi debeat ad *Credo in vnum Deum*. De resp̄orijs & versibus ad Tertiam, Sextam, & Nonam, omnes vsus concordant. Sed in antiphonis Dominicalibus ad Primam, Tertiam, Sextam, Nonā, vbi in Romano laus Dei agitur per tria alleluia, aliae nationes illam agunt per antiphonam *sanctae Trinitatis*. Quando festiuitas in Sabbato vel feria secunda occurrat, primo

Inuitatoria.

De antiphonis nocturnalibus.

Hic videntur quaedam deesse.

casu festiuitas habet secundas vesp̄as, nisi sit Dominica praecipua. Secundo casu Dominica habet illas, nisi fuerit duplex. Missae vero Dominicales, quando fit seruitium de illa in Dominica, non debent omitti, etiam tempore Paschali, & infra Octauas maiores, & in Sanctorum vigilijs, sed festiue decantari, prout beatus Gregorius illam eo die instituit decantandum. de hoc, Propositione vltima. In seruitio autem feriali ad singulas horas ad Officium mortuorum ad horas beatae Mariae, & ad septem Psalms in principio, & ad preces & orationes, & in alijs punctis debitis, obseruandae sunt prostrationes, quarum vsū loca vestra congruē recipere possunt à Carthusiensibus & Cisterciensibus, quos non multum perpendi à secularibus distare. Ex Romano vsu autem quaedam preces habentur ad Vesp̄as, Laudes, Tertiam, Sextam, & Nonam seruandae, quibus iungitur *Miserere mihi Deus*. Et similiter ad preces Completorij, atque Prime. Ad Vigilijs verō noctis, singulae feriae habent Inuitatorium sub simili Tono, Versiculum proprium post Nocturnum, & Laudes proprias: Versiculū ante Laudes, *Fiat misericordia*, & ante *Benedictus*, versiculum, *Repleti sumus*, & quando opus est, Antiphonae ad *Benedictus* & *Magnificat*. Lectiones verō & responsoria sumuntur ex historia Dominicali. Quando super ex crescentia Responsoria dicta sunt, tunc iterū incipitur à secundo Responforio Dominicali, vsu Romano. In Responforijs & versiculis ad Tertiam, Sextam & Nonam, omnes concordant. Officium autem mortuorum in Vesp̄is, Vigilijs, & Laudibus obseruatur, vt vigiliae dicantur secundum ferias, secundum vsū communem, & Missa fiat pro eisdem. Et modo obseruandi Officij mortuorum, instruamini à Carthusiensibus & Cisterciensibus ante dictis. Nam in hoc officio cum secularibus se conformant. Septem Psalms poenitentiales cum precibus & altero Psalmo & collectis, seruandi sunt in illis locis, quae illorum vsū habent. Et idem de quindecim Psalms Gradualibus cum eorum sequelis. Ad Maiorē Missam aliquando repetendum est Officium Dominicale cum Epistolis & Euangelij de Feria quarta & sexta. Aliquando seruandae sunt Missae peculiare de beata Virgine, de sancta Cruce, suo tempore, de sancto Spiritu, & similes, secundum exigentiam Ordinis & loci. Et praemisssa, de vtroque seruitio Dominicali & Feriali intelligenda sunt, vbi aliae proprietates non habentur, nec etiam assignantur.

PROPOSITIO XVI.

In officio temporalis obseruando Aduētus Domini, Quadragesimale, Paschale, & Quotidianum tempus specialiter denotentur.

VT autem seruitium temporale honeste & secundum ordinem fiat, tam Ambrosiano, quam Romano ordine, considerantur quatuor tempora supra dicta, in quibus in quibusdam ex tempore ipso singularia obseruantur. Aduētus Domini apud Romanos incipit prima Dominica post crastinum Catharinæ. Ambrosianus Aduētus habet sex septimanas, & incipit Dominica post Martini. Apud Romanos etiam in Aduentu Domini ieiunium agitur.

agitur. Aduētus partim est lætitiæ, quia Alleluia dicitur, & Cantus in iucunditate cantatur: Partim tristitiæ, quia *Te Deum*, *Gloria in excelsis*, & *Tre Missae* est, recitentur. Nec in festiuitatibus sine autoritate dici debent, vt Propositione decimatertia, & in nigris vestimentis fit seruitium. In quatuor Vesp̄is Dominicalibus, & in tribus sabbatinis dicuntur super Psalms Antiphonae de Dominica praecedenti. Responforium in omni vesp̄a Sabbatina dicitur. Nulla festiuitas in Dominica seruatur, sed trāsfertur, vt supra in praecedenti Propositione dicebatur. Ad Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, secundum vsū antiphonae seruentur. In Responforijs & versibus concordant omnes nationes. De capitulis & Orationibus vt supra. In Euangelij Dominicalibus à Romano discrepant ceterae nationes. In tribus prioribus Dominicis dicendae sunt ad Nocturnos, Antiphonae de Psalterio: & omittendae illae tres *Horae*, cum alijs, quia non sunt Romanae, nec in hoc tempore speciales. Et maxime ex eo, quia isti sancti dies Dominicales debent habere nouem Antiphonas, adeo & magis, quæ sunt sancti, Martinus, Laurentius, & quicumque cætorum. Inuitatoriū feriale in Tono feriali, *Regem venturum*, Versiculi & cetera de Dominica, Lectiones ex Eiaia. In prima & secunda hebdomada, Responsoria incipiuntur à secundo Dominicali, expletis ferialibus, & Laudes ex Psalms. In tertia hebdomada semper eueniūt quatuor tempora, quae habent proprias Homilias Responforijs. Vigilię obseruatur cum nouem lectionibus. Vna hebdomada in qualibet feria habet proprias Laudes, quae in antiquis Antiphonarijs repositae sunt incompetenter in quarta hebdomada. Immo debito situ collocari debent cum suis Antiphonis ad *Benedictus* & *Magnificat* in tertia hebdomada, in qua sunt quatuor tempora, & continuari in suis feriis vsque ad Vigiliam Natiuitatis. Antiphonae verō ad *Benedictus* & *Magnificat* tertiae hebdomadae dicendae sunt ad tres Nocturnos Dominicales Dominicae quartae. Si festum Luciae cadit in Dominica, in Sabbato praefertur, vt Laudes feriae secunda habeant locum. Antiphona *Nolite timere*, ad *Benedictus* dicenda est Dominica, quando festum Thomae à Dominica in diē lunae differtur. Et quando idem festum Thomae cadit in feriam quintam, sextam, vel sabbatum, Laudes, & Responsoria illius antici panda sunt in simili feria, in hebdomada praecedenti. Dies verō hebdomadae quartae, quantum opus est, recipiunt Antiphonas super *Benedictus* & *Magnificat* super crescentes. Et per istas breues considerationes euitabuntur longae tabulae, quas aliqui posuerūt hic per septē. Aduētus. Quando Vigilia Natiuitatis cadit in Dominicam, in hebdomada praecedenti à feria tertia, eius officium super crescens, quod in Dominica locum non habet, debet praeniri, & in ipsa Dominica cæterum officium persolui. Secundum Rationalia diuinorum bene authentica, de Octauis Stephani, Ioannis, & Innocentium, infra Octauas nulla memoria seruatur. Vide infra Propositione 19. Dominica post Natiuitatem Domini, ex Responforijs eiusdem super crescentibus, nouem habet Responsoria, quae communiter huic Dominicae solent ascribi. Item habet propriam homiliam, & proprium officium

Missae, à cuius Introitu intitulatur. Hęc historia ita est imponenda. Si aliqua trium dierum post Natiuitatem in Dominica euenit, in illius octaua imponetur cum memoria de octaua. Si verō aliqua trium dierum post diem Innocentium in Dominica cadat, in illa plenē imponatur. Et eidem tribus diebus eius officium suppleri oportet, quando Natiuitas Domini venit in Dominica. Ad Vigilijs autem noctis, Psalms Dominicales cum Antiphonis de Natiuitate cantentur. Et secundum beatum Gelasium legetur de epistolis Pauli, vt Propositione decima dictum est: Cetera suppleantur de die Natiuitatis. Et huius obseruantiae autoritas nendum ex vsu Carthusiensium habetur: sed ex tricesimo septimo capitulo Micrologi, quod sic dicit: Si Natiuitas Domini, vel aliqua subsequenti solennitatum in Dominica euenit, Officium *Dum Micrologium silentium*, post Natale Innocentium, ad priuatos dies congruē seruatur, sicut & in alijs Dominicis agimus, si aliquando celebrius in iis festum habuimus. Idem etiam Officium Romanum more recipitur: si quando ab Octaua Domini vsque ad Epiphaniam Dominica euenit. Omnis etenim Dominica à Natiuitate Domini vsque ad Epiphaniam, ex antiqua Traditione illud obtinebit, quae tamen celebriori festo occupata non fuerit. Nam cum hoc Officium de Natiuitate Domini agat, conuenientissimē illis Dominicis adaptatur: quae & reliqua officia de eadem solennitate solent obtinere. Non enim illi sunt audiendi, qui hoc officium, eo quoddam de Natiuitate agat, nunquam post Octauam Domini dicendum existiment: cum tamen ipsi Vigiliam Epiphaniae de Natiuitate Domini ex integro inofficiare solent & debeant. Ipsi quoque si Dominica in octaua sancti Stephani vel aliorum venerit, Dominicam de octaua inofficiant: dum tamen Ecclesiastica solennitas non pro oct. sed pro Dominica agatur. Hoc autem sancti Patres in dispositione officiorum summo opere procurauerunt, vt officium semper instanti celebritati concordaret, nec clerus aliud, quam Populus in ecclesiasticis celebritatibus obseruaret. Praeterea omnes Dominicae solennitates sibi inuicem affines, hoc habent priuilegium, vt obseruatio earum adinuicem continetur, vt Resurrectionis vsque ad Ascensionem, & Ascensionis vsque ad Pentecosten commemoramus, & omnes Dominicas his solennitatibus interpositis, de eisdem inofficiamus. Sic igitur & Natiuitatis Dominicae vsque ad Epiphaniam memoriam agimus, nisi in quantum festis sanctorum, vel Octauis eorū satisfacere cogimur. Eodem quoque modo infra hunc terminum occurrentes Dominicae, officium de Natiuitate possidebunt. Et capitulo sequenti, quanuis autem duae Dominicae multoties eueniunt eodem tempore, nunquam tamen ambas Dominicali officio occupari festa Sanctorum permittant, nisi eo tantum anno, dum Vigilia Epiphaniae in Dominica euenit. Vnde & sanctus Gregorius satis competenter vnum Dominicale officium eo tempore ordinavit, eo quoddam & ibi vna tantum Dominica omni penē anno occurrat, quae huiusmodi officio indigeat. Nec hoc vtiq̄ sanctus Gregorius, vel post Epiphaniam, vel post Pentecosten seruare curauit, vt

tot officia semper haberemus, quot Dominicæ pos-
sunt euenire. Nam optimè præuidit, huiusmodi in-
æqualitatem repetitione officiorum facile emen-
dari posse. Vnde & nos, cum Vigilia Epiphaniæ in
Dominica occurrit, prioris Dominicæ officium
pleniter repetimus, sicut & in Dominicis post Epi-
phaniam, & post Pentecosten, quoties necesse fue-
rit iuxta Romanam consuetudinem facere debe-
mus. Sicut enim historias Dominicarum, inquan-
tum tempori sufficit, repetimus: nihilominus & eo-
rum officia Missæ repetere possumus. Nam & Mis-
sæ officium Dominicale, alteri Dominicæ, quæ ei-
usdem obseruantia est, non incompetenter, immò
competentius adhibebitur, quàm singulis priuatis
diebus: qui dum Dominicarum officia recipiunt,
ex festiuis ferialia efficiunt. Hoc tamen non ex Ec-
clesiastici Conuētus necessitate, sed ex propria de-
uotione vſitamus. Non ergo minus congruum vi-
deatur, si idem officium in alia Dominica, vt eccle-
siastico conuentui satisfiat, repetatur. Hæc ibi. Ex
præmissis ita latè scriptis, sciant illi se errare, apud
quos officium huius Dominicæ, nullo casu, in Do-
minica locum habet. Octauæ autem prædictæ tres
minores, & vigilia Epiphaniæ, trium sunt Lectio-
num cum Nocturno secundum Carthusienses. Si
sic Dominica, prædicta historia imponetur, secun-
dum eosdem. Infra octauam Epiphaniæ feruentur
Psalmi, sine *Te Deum*, vt supra Propositione deci-
ma & decimatertia. Epistolæ Pauli legantur se-
cundum beatum Gelasium, & maximè quia pro-
pter angustiam temporis sæpe non possunt plenè
legi Dominica infra octauam, tam ex Romana con-
suetudine, quàm ex reuerentia Dominicæ, feruentur
Homilia & officium Missæ Dominicæ primæ. E-
tiam si propter pluralitatem hebdomadarum vsque
ad septuagesimam, repetendum videatur: sicut &
alia duo officia, *Omnia terra*, & *Adonare*, cum multo-
ties sex occurrant hebdomadæ his Officiis in offi-
ciandæ. Et provideatur, vt Historia, *Domine ne in ira*,
in aliqua Dominica imponatur, anticipando vel
differendo festa, vel Octauam Epiphaniæ præue-
niendo, quando erit opus. Et quando alia Domini-
ca non superest, imponendo eam plenè Dominica
infra Octauam. Et religiosum valdè existit, vt om-
ne officium proprietatis temporale imponere-
tur, prout possibilis fieri potest. In Septuagesima
autem Pentateuchus incipitur, vt supra propo-
sitione vndecima. Vnde & Alexander Papa secun-
dus constituit, vt omnia historia de alleluya, quam
habent plures libri, Responsoria de eadem historia
in eadem Dominica imponantur, quæ etiam in se-
quenti Dominica Sexagesimæ repetentur, vt dicit
Micrologus capitulo quadragesimo septimo: & ita
feruant communiter libri nostri. Gregorius autem
septimus, vt legi Romæ apud Lateranum, instituit,
vt dicta Dominica Sexagesimæ, sua historia propria
de Noë decoraretur, & Dominica Quinquagesimæ
historiam de Abraham occuparet. Et hoc supplē-
uerunt plures Religiosi, qui Responsoria de Noë &
Abraham in libris nostris cōiuncta, iis duabus Do-
minicis posuerunt, & Laudes Dominicales defi-
cientes addiderunt. Idem sequitur Antiphonarius,
quem de Roma apporraui, & videtur conueniens
supplementum. Alleluya autem idem Alexander

Papa in Sabbato Septuagesimæ ad Vesperam iussit
dimitti. Et Leo Papa nonus, de Consecratione, di-
scit. prima, *Et duo hymni*, dicit, quod isti duo hym-
ni, *Alleluya* atque *Gloria in excelsis Deo*, solummodò
in nouo Testamento inueniuntur ab Angelis de-
cantati, quos pariter in Septuagesima intermit-
tunt. Et in eodè Decreto vide causam huius inter-
missionis. Benedictini autè & Ambrosiani feruant
alleluya vsque ad Dominicam Quadragesimam. Vide
in Regula, capitulo tricesimo quarto. Secundum tem-
pus notandum est, ipsa sancta Quadragesima. Scien-
dum quod Laodicense concilium, capitulo quin-
quagesimo primo constituit, vt natalicia Martyrum
in Quadragesima non celebrentur, sed eorū com-
memoratio fiat in diebus Sabbatorum vel Domi-
nicarum. Et ex Concilio Martini Papæ, & ponitur
ibidem in capitulo sequenti, Non licet in Quadra-
gesima Natales Martyrum celebrare: sed tantum in
Sabbatis & Dominica pro commemoratione eorū
oblationes offerre. Quod hic soli Martyres nomi-
nantur, hoc idè, quia nondum apud antiquos me-
moriam Confessorum ad eò celebris fuit. Sancti quo-
que Patres, vt dicit Micrologus cap. 48. in Toleta-
no Concilio constituerunt, vt Annunciatio sanctæ
Mariæ, de Quadragesima in 15. calendas Ianuarij
transferretur, vbi annuatim solennissimè & conueni-
enter ante natale Domini posset celebrari. Vt puta-
cum omnia illius temporis officia de eadè resonent
Annunciatio, vt in Ambrosiana feruatur eccle-
sia, in qua, eadem Annunciatio solennissimè agitur
in Dominica ante Natiuitatè Domini. Et præterea
in Ambrosiano officio nullum festum in Quadra-
gesima feruatur, prout dicta Cõcilia statuerunt. Et
propterea antiquissima festa Gregorij & Ambrosij ad
dies Ordinationis eorum transferebantur, Grego-
rius scilicet ad diem tertium Septembris, & Am-
brosius ad octauam Andree, & Benedictus ad diem
Translationis suæ in Iulio. Sed postea annunciatio-
ne in Romana ecclesia ad locum suum redeunte, si-
militer alij apud nos redierunt. Et exinde retenta est
Translatio Benedicti, Ambrosius tamen apud Ro-
manos & Mediolanenses remanet in octaua. Sic igi-
tur in istis quatuor festis, memoratis Cõciliis est ge-
neraliter derogatum: ergo & in reliquis obseruari
deberet nec admitti in Quadragesima quodcūque
aliud festum nouem lectionum. Beatus Petrus ieiun-
niū Quadragesimale primus dicitur instituisse, vt
suprà, sed B. Telephorus ab eodem septimus con-
stituit, vt clerici septem hebdomadis ante Pascha
ieiunarent. Vide 4. dist. cap. Statuimus, & capitulo
sequenti. Et B. Gregorius dicit in capitulo sequen-
ti, quod à Quinquagesima propositum ieiunandi
suscipiant, & in Quadragesimali tempore nec vx-
orem ducere, nec conuiuia facere, conueniēs est, de
pœnitentia, dist. 7. Nec vxorem. Diebus autem pri-
uatis Quadragesimæ, p̄sum feruitutis nostræ aug-
mētare debemus in orationibus & operibus bonis,
vt omninò tūc efficiamur religiosiores. Et hoc aug-
mentum fit, quia ad *Miserere mihi Deus*: in septè horis
superadduntur 7. Psalmi pœnitentiales, & *Inclina*,
vel altero in Sexta adiūcto. Vigiliæ mortuorū cum
nouem lectionibus celebrantur. Post Primam, decem
Psalmi de Psalterio recitètur, quolibet die decē, bi-
ni & bini sub vno *Gloria*, cū Litaniam, septem Psalmis
iterum

iterū & orationibus consuetis. Huiusmodi seu alia
particularia officia in ipso sancto ieiunio addi de-
bent. Antiphonæ, Responsoria magna, & Versicu-
li ad Primam, Tertiam, Sextam, & Nonam vbique
concordant, & continentur in Antiphonario La-
teranensi. Sed hæc responsoria fratres Minores
malè omiserunt. In die Palmarum sunt Antiphonæ
decem nocturnales vnde quaque collectæ. Cæte-
rum Dominicis dicantur ex Psalmista ex causa su-
prà dicta. Cætera satis patere videntur ex libris &
vsu generali. Tertium tempus est Paschale, quod à
numero dierum, Quinquagesima Latine, & Græ-
cè Pentecoste in scripturis dicitur. Prima hebdo-
mada, quasi pro vna die computatur. Vnde Psalmi
Dominicales ad vigiliis per totam hebdomadam,
terni & terni distribuuntur. Et hoc feruat totus
mundus, & testatur Antiphonarius Lateranensis
antiquus, idè in hoc errauerunt Fratres Minores.
Ad Laudes per totam hebdomadam quandoque
Antiphonæ dicuntur, vt supra propositione deci-
ma. Vesperæ à *kyrie eleison* inchoantur, cum Psalmis
Dominicalibus per tria interstitia, cum cantu Mis-
sali & *Magnificat* & tribus orationibus. Et ita bea-
tus Gregorius Vesperas huius hebdomadæ ordi-
nauit, vt vidi Romæ in pluribus libris antiquis, &
eas cum tali initio feruat totus mundus. Quas Vesp-
eras iidem fratres malè alterauerunt. *Constemini*
verò, ex Ambrosio per totam dicitur hebdoma-
dam, cuius officium terminatur in Nona sabbati
subsequentis. Dominica in octauis Paschæ, sabbato
precedenti, more Romano dicuntur Psalmi sab-
batini, Capitulum, Responsorium, hymnus, & cæ-
tera, de historia. Ad vigiliis Psalmi Dominicales
sub tribus antiphonis, aut sub nouem, si habeantur.
In primo Nocturno legitur de Actibus Apo-
stolorum: In secundo, Sermo: In Tertio, Homilia,
vt dixi in Propositione vndecima. Responsoria de
die Paschæ, & sequentibus. Ad Laudes super tres
primos Psalmos, tres Antiphonas secundum no-
tam trium primarum Antiphonarum de laudibus
Paschæ, super *Benedictus*. Antiphona, *Alleluya*, *Sur-
rexistis super Laudate*, Antiphona per *Alleluya*. Ita ha-
betur in antiphonario Lateranensi. Cætera prout
in libris. Per hebdomadam, Inuitatorium Pascha-
le, dicto hymno legetur nocturnus cum sola Anti-
phona, ad notam primæ. Lectiones de Actibus, Res-
ponsoria de historia: incipiendo à secundo. Simili-
modo feruatur historia, *Dignus es*: & historia, *Si obli-
tus*. Et Dominicis ipsis Paschalibus ordine Roma-
no cantatur Officium Gregorianum ad Missam, &
hoc videtur sequendum. S. Marcus Euangelista,
Philippus, & Iacobus, & Inuentio, feruantur in
Dominica, si in illa eueniant. Non autem aliud fe-
stum nouem lectionum. Ascensio Domini & eius
octaua feruantur cum nouem lectionibus sub simi-
li officio. Et Dominica infra, cum totidem, etiam
cum Psalmis Dominicalibus sub tribus, vel nouè
antiphonis, prout haberi possunt. Nocturnus autè
cum Antiphona nocturnali, de die magis congru-
enti dicatur. Omnes antiphonæ per octauam, di-
cuntur in Laudibus & ad vespas, Nec tempore
precedenti, nec per has octauas dicitur, *Te Deum*,
nisi feruentur nouem lectiones. In hebdomada
Pentecostes, officium videtur satis generale, & ad
Tom. 6.

Laudes & Vesperas dicantur omnes Psalmi. Quar-
tum tempus est quotidianum, quod incipit à Vesp-
eris sabbati post Pentecosten. Super octaua verò
Pentecostes, magna est adhuc diuersitas. Cum e-
nim Romani in hac Dominica imponerent histo-
riam Regum, nec feruarent festum Trinitatis: ali-
quæ Nationes, vt Alemanni, eadem die feruant Oc-
tauas Pentecostes, in hebdomada & Dominica se-
quenti feruantes officium Trinitatis. Alij, vt Galli-
ci, plures illo die plenum faciunt festum Trinitatis,
cum Octauis maioribus. Hodiernis verò tempori-
bus Romæ & in Curia Romana, solennis habetur
festiuitas sanctæ Trinitatis in octaua supra dicta,
quod etiam plures Alemanni cœperunt sequi po-
tè. Per octauam autem sanctæ Trinitatis & Sa-
cramenti feruetur Nocturnus ferialis cum sola An-
tiphona competentiori. Responsoria dicantur se-
cundum ordinem, nec *Te Deum*, nec *Gloria in excel-
sis* feruatur, sed, *Te Missa est*. Omnes Antiphonæ in
Laudibus dicantur, & ad Vesperas Antiphonæ &
Psalmi feriales. De historiis vsque ad Aduentum,
& officiis Missarum notus est duplex ordo. Vnus,
Antiphonæ Sabbatinæ cum Lectionibus & Res-
ponsoriis: Alter, Homiliarum, Antiphonarum ad
Benedictus & *Magnificat*, & ipsius Missæ. In repeten-
dis Responsoriis per ferias, expletis ferialibus, in-
cipiendum est à secundo. Octauæ Petri & Pauli,
Assumptionis, & Natiuitatis Mariæ per suos dies,
etiam in Dominica non recipiunt historiam, sed
Homiliam, Missam de Dominica cum memoria.
In Septembri sunt Responsoria quatuor historia-
rum, quarum tres per beatum Gregorium nō sunt
completæ, tamen vsus Romanus ex illis facit qua-
tuor historias Dominicales. Aliæ autem Ecclesiæ
quàm plures, duas faciunt coniungendo inexplē-
tas. Quicquid sit, religiosum est, in quatuor tempo-
ribus illius mensis, à nouem Lectionibus vacuis,
cantari de tempore, & in Dominicis & aliis diebus
taliter aptari, vt omnia percantentur. Nam Roma-
nus vsus, Octaua Natiuitatis Mariæ integrè serua-
ta, reliquas omnes festiuitates transfert, etiam festū
Matthæi, vt Historiæ imponantur. Et licet prius
dictum sit adhuc repeto, quod nulla vis est facien-
da in ordine Responsoriorum seu in versibus eo-
rundem, quia in his rarè libri concordant, etiam
eiusdem loci, dum tamen cætera omnia honestè &
secundum ordinem Canonicum à vobis fiant.

PROPOSITIO XVII.
Quolibet vsu sancti Dei sub diuerso gradu venerantur:
partim ex Euangelio, partim ex Vrbe, partim ex
generali consuetudine, partim ex
patria atque loco.

Congregate illi sanctos eius, qui ordinauerunt
Testamentū eius super sacrificia. Sancti autem
Dei omnes, congregati sunt cum Deo Abraham,
& eorum nomina scripta sunt in libro vitæ. Eorum
autem nomina, quorum notitia habetur, & Passio-
nes colliguntur in Martyrologio Ecclesiæ: non ta-
men singulos in sacrificiis laudis diuinæ venerari
valemus. Sed ex omnibus aliqui congregari de-
bent & in aliqua Matricula publica annotari, vt ip-
sos, cum eorum dies occurrerit, debitè veneremur.
Mm ij

Et hanc Matriculam Calendarium appellamus. A Congregate ergo Deo nostro Sanctos suos in Ecclesia Calendario, qui ordinauerunt Testamentum Christi super sacrificia laudis suae, ad quam illi exhibendam omnimodè obligamur. In congregando autem dictos Sanctos, imponendi sunt in huiusmodi Calendario Sancti Dei, quos ex sancto Evangelio, seu ex Officio beati Gregorij Romano venerari tenemur: nec non & illi, quos Ecclesiae generalis consuetudo veneratur & colit. Et isti omnium vsu sunt inscribendi, eosque in Calendario in principio praescripto annotauimus. Et si sancti, Bartholomaeus, Ambrosius, Chrysogonus, Martinus Papa, Eustachius, Linus, Chrysanthus & Daria, Septem Dormientes, & si qui sunt alij, apud Romanos aliis diebus inscribuntur, quam apud nos, sedes Apostolica super hoc praecipit, ut in hoc consuetudo regionis obseruetur, extra. de obseruatione ieiuniorum, Consilium. Et de verborum significatione, Quaesit. Et praeterea quilibet vsuum in Calendario proprio ascribere debere eos Sanctos, qui in illa terra vel loco specialiter venerantur. Et ne in his & aliis erretur super Calendario Ecclesiae emendato, recurri consuevit ad Ecclesiam Cathedrali. Et ita praecipitur in Statutis Colonienfium & Leodiensium. Nec in huiusmodi Calendario inscribendi sunt sancti, quos in officio non veneramus. Alias Calendaria sunt intricata, & simplicibus sacerdotibus datur occasio omittendi Officiu feriale. Nec praeterea cuiquam liceat instituere, ascribendo aliquos Sanctos, ut ipsi fiat singulare officium contra auctoritates supra dictas. Sanctis igitur Dei, quos venerari tenemur, sic congregatis & inscriptis, videamus de eorum officiatione. Pro quo notandum est, quod aequaliter omnes venerari non debemus, nec possumus, nec generaliter est consuetudine. Ideo aliqui transeunt sub simplici commemoratione, alij sub tribus lectionibus, alij sub noue. Qui autem ex eis nouem debet habere lectiones, ita sciri potest. Primum namque dies Sanctorum qui a Clero & populo celebrantur, siue auctoritate Romana siue Dicecesana, nec non duplex festum habentes, cum nouem lectionibus debet obseruari. Et praeterea hi dies Sanctorum, quos Statuta episcopalia cum tot lectionibus praecipunt obseruandos, similiter cum nouem lectionibus tenentur. Notum est autem, quod festa Domini, & suae Matris, Inventionis sanctae Crucis, duodecim Apostolorum, Natiuitatis Baptistae, Laurentij, Michaelis, & Dedicationis Ecclesiae, auctoritate Apostolica a Clero & Populo celebrantur. Et similiter generali consuetudine, Patronus Ecclesiae, Conuersio Pauli, Cathedra, & ad Vincula Petri, Festa Martini & Nicolai, Magdalenae & Catharinae. In Statutis autem Colonienfium, Agnes, Georgius, Pantaleon, Decollatio Ioannis, Exaltatio Crucis, Gereon, duodecim millia Virginum, Seuerinus, Cunibertus, & Caecilia. Et secundum Statuta Leodiensium, Seruatus, Lambertus, Dionysius, & Hubertus, a Clero & Populo celebrari praecipuntur. Et ita quilibet adiungat Festa celebria sui loci. Item ex Constitutione Bonifacij Papae VII. Festa principalia duodecim Apostolorum, quatuor Euangelistarum, & quatuor Doctorum, sub duplici festo in Ecclesia celebrantur. Generali etiam

consuetudine, Barnabas Apostolus, Clemens Papa, Benedictus, Dionysius, Agatha, Agnes, & Caecilia, Diuisio Apostolorum, habent festiuitatem nouem Lectionum. Et secundum Statuta Colonienfium, Fabianus & Sebastianus, Aegidius, Lambertus, Dionysius, Mauritius, & Remigius. Et secundum Statuta Leodiensium, Dominicus, Franciscus, Leonardus, & undecim millia Virginum, nouem obtinent lectiones in suis locis, & Dicecesibus. Et similiter in aliis Dicecesibus, Episcopi suo Clero determinare debent, quae festa illi teneantur sub nouem lectionibus obseruare. Nam sicut Episcopi eorum populo determinant eorum festa celebranda, (ut de consecratione, dist. 3. cap. *Pronunciandum*, extra. de feriis, capitulo *Capellanus*) ita ipsorum Clero, eorum festiuitates debent determinare. Et si in aliqua Dicecesi determinata non habentur, tunc super hoc discretio magna est adhibenda, ut in hoc attendatur generalis & rationalis obseruantia totius Dicecesis: Adhibito hoc moderamine, ut non facilius multa sub nouem lectionibus acceptentur. Nam videmus ex Statutis ante dictis, quauis in locis eorundem multa sint corpora Sanctorum, & plures Sancti locales, ut in Colonia sancti Mauritij, sancti Eualdi, Eliphii, Heriberti, & alij plures. Et in Leodio Theodardus, Remaclus, Mono, Oda, & caeteri multi (habuit enim illa ecclesia triginta Episcopos canonizatos) tamen dicti episcopi moderati fuerunt in nouem lectionibus instituendis. Et secundum beatum Bernardum ad Canonicos Lugdunenses, festiuitates non sunt multiplicandae: quia haec frequentia gaudiorum, Patriae est, non exilij: & numerositas festiuitatum, ciues decet, non exules. Et videmus in vsu Carthusiensium, Cisterciensium, Praedicatorum, & caeterorum, quod pauca habent festiuitates singulares seu speciales. Festiuitates enim Carthusiensium speciales sunt, Antonius, Vincentius, Barnabas, Bernardus, Mauritius, Dionysius, Undecim millia Virginum, Catharina, Thomas Cantuariensis, & ratione ordinis, duo Hugones cum festo reliquiarum. Et si obiciatur de vsu fratrum minorum, omnia sub nouem lectionibus seruante, respondetur, quod quauis Romani ultra alias nationes, plures habent festiuitates, propter pluralitatem localium Sanctorum: tamen dicti fratres extra vsu antiquum Romanum, in nouem lectionibus valde abutuntur, & eorum abusus non est sequendus, sed omnino detestandus, ut per Dei gratiam ex scripturis de Vrbe venturis latius suo tempore declarabo, & infra dicam Propositione vicesima secunda. Hoc igitur sit vnum praecipuum & magnum principale, quod honestè & secundum ordinem debet fieri a vobis, videlicet, ut discretè recipiantur, & secundum auctoritatem possibiliorum in locis vestris admittantur locales festiuitates nouem lectionum. Nam vbi de Domino nostro Iesu Christo seruatur vna festiuitas, scilicet Dominicalis, ibi de eodem sex feriae subsequuntur. Et quod in hac proportione vnus ad sex, dies seruorum suorum festiui & priuati esse debeant, mysterium habemus ex Evangelio. Nam vbi Dominus noster in superiori gradu posuit vnum Apostolum, ibi in inferiori posuit sex discipulos: Et vbi elegit duodecim

duodecim Apostolos, ibi designauit sexies totidem A discipulos. Sexies enim duodecim, faciunt septuaginta-duo, qui est numerus discipulorum Christi. Ipsa enim facta Domini, Praecepta sunt: Quia dum aliqua tacitus facit, quid agere debeamus, innotescit, secundum B. Gregorium in Homilia. Sicut ergo pauci sunt dies Domini, & multae feriae, ac pauci Apostoli, & multi discipuli: ita paucae debent esse festiuitates, & multae feriae, seu dies sanctorum trium lectionum. Sit etiam ad hoc summa ratio, ut Psalterium continuetur, in quo principaliter officium existit, ut superius est probatum. Et si bene computes & ordines, non erunt tot festiuitates in anno, sicut sunt Domini dies. Quia serui non debent esse supra eorum Dominum, nec discipuli supra Magistrum. Et credendum est, huiusmodi obseruationem magis gratam esse ipsis Sanctis Dei ad finem, ut Psalterium, sacra scriptura, officium mortuorum, septem Psalmi poenitentiales, quindecim Psalmi graduales, & huiusmodi seruatur iusto ordine, & paucae fiant festiuitates. Non enim sancti Dei appetunt indebitas laudes, sed ut rationabile fiat obsequium nostrum. Viso ergo, qui sancti venerandi sint sub nouem lectionibus: videamus, qui sub tribus, seu sub memoria venerentur. Et imprimis notetur, quod omnes illi sancti Dei, quibus in Calendario praemissa Missa ascriptimus, in Gregoriano officio & vbique propriam Missam habent, & omnium vsu sub tribus venerantur lectionibus, nisi concurrant cum maiori festiuitate, quo casu commemorationem habent, & Missam ad partem habere debent. Hi ergo imprimis ad minus cum tribus lectionibus, diebus suis sunt sic venerandi. Ideo in Calendario supra dicto, illis annotantur tres lectiones cum Missa, & eorum pauca propria habent historiam. Praeter istos diuersi hinc inde diuersorum vsu cum tribus lectionibus seruantur: ut apud Carthusienses, Polycarpus, Blasius, Petrus martyr, Cyricus & Iulitta, Leo, Margareta, Christina, Nazarius cum aliis, Germanus, Eusebius, Lucia & Euphemia, Tecla, Fides, Crispinus & Crispinianus: Eustachius cum sociis, Bridius, Columbanus, Linus, Vitalis & Agricola, Silas Apostolus, Saturninus & Eulalia. Et praeterea Fabianum & Sebastianum, Inventionem Crucis, Inventionem Stephani, Dominicum, Remigium & Franciscum seruant cum tribus lectionibus, quos alij seruant cum nouem. Aliquos vero seruant sub commemoratione, vel quia concurrunt cum maiori, vel infra Octauas maiores, ut Siluestrum, Paulum primum Eremitam, Hilarium, Alexandrum cum aliis, & caeteros cum memoria subnotatos. Diebus autem a festiuitate seu octauis maioribus vacuis, vel seruant cum tribus lectionibus sanctos occurrentes, vel officium feriale. Aliquorum tamen vsus, ut Praedicatorum & sequacium, in huiusmodi diebus habent aliquos sanctos inferioris gradus, quos etiam sub commemoratione duntaxat seruant in officio temporali. Et iste & tertius modus commemorationis propter sancti humilitatem. Ecce pono exempla in vsu Teutonorum de Prussia, qui ultra sanctos propriae Missae supra in Calendario inscriptos, seruant cum tribus lectionibus, Antonium, Timotheum, * Chry-

fogonum, Blasium, Vitum & Modestum, Paulinum Nolanum, Pantaleonem cum aliis, Germanum, octauam Laurentij, Bernardum, Aegidium, Lambertum, Remigium. Et cum nouem Lectionibus Mauritium cum sociis, Cosmam & Damianum, & sub memoria in officio feriali, Maurum, Emerentianam, Polycarpum, Vedaftum, & Amadum, Scholasticam, Albinum, Perpetuam & Felicitatem, Potentianam & Petronillam, Nicomedem, Medardum, Quiricum & Iulitam, Christinam, Donatum, Romanum, Eusebium, Rufum, Euphemiam, Leodegarium, Fidem, Martham, Crispinum & Crispinianum, Narcissum, Quintinum, Leonardum, Martinum Papam, Bridium, Agricolam & Vitalem, Saturninum Episcopum, Eligium, Barbaram, Sabam, octauam Andreae, Damasum, Lazarum. De Episcopis vero Hierosolymitanis, quia eorum titulus est, Hospitales beatae mariae. Hierosolymitani, sub tribus lectionibus seruant dies Simonis & Alexandri, & sub memoria, dies Matthiae, Zachariae & Marci Episcoporum. Collige ergo causas venerationis Sanctorum. Nam sub nouem lectionibus Sancti venerantur, vel quia a Clero & Populo celebrantur, vel quia habent duplicia festa, vel ex statuto Episcopali, vel aequipollenti. Et sub tribus lectionibus sunt, vel quia in officio Romano habent propriu officium Missae, vel quia ad hunc honorem in illo vsu sunt assumpti & sub memoria transeunt. Vel quia cum maiori concurrunt festiuitate, vel occurrunt infra octauas maiores. Et hi duo modi sunt generales, vel propter eorum humilitatem, quorundam vsu. Et hunc modum seruant plures, ut Leodienses tempore Paschali de sanctis illis, qui propriam non habent Missam. Considerate Domini & Fratres mei quam rationabiliter & quomodo quasi pariter Fratres Carthusienses ad eremum positi, & Domini Teutonici ad pugnam ordinati, in eorum Religionibus obsequium faciunt salutare, de Sanctis videlicet propter Officium temporale Dei summi, paucos eorum sub festiuitate & tribus lectionibus obseruantes: quauis in omnibus tribus Lectionibus vtrique eorum Nocturnum seruunt iuxta decimam Propositionem. Seculares quoque Ecclesiae communiter diebus quotidianis, Sancto occurrente Officium repudiant temporale. In contrarium autem seruunt Cistercienses, qui similiter aliis vsibus raras habent duodecim lectionum festiuitates. Alios vero Sanctos quoslibet seruant sub sola memoria. Et in hoc praecedunt Carthusienses.

PROPOSITIO XVIII.

Dies sanctorum nouem lectionum, in morem Dominicalium: trium vero lectionum, more feriali sunt inofficiandi.

Non est discipulus super magistrum, neque seruus super dominum suum. Sufficit enim discipulo, ut sit sicut magister eius, & seruo, sicut Dominus eius. Mat 10. cap. Seruus gaudeat se esse in domini familia, nec illum decet ut ultra dominum decoretur. Sanctis ergo Dei, qui sunt serui Domini, iucundum esse debet, si dies eorum officientur proportionabiliter officio, quod de Christo eorum domino ob-

feruatur. Vnde dies sanctorum nouem lectionum, qui festiuitates appellatur, sicut Dominica de Vespera in Vesperam officari debent. Et hoc ponit beatus Benedictus capitulo tricesimo tertio, sic dicens: In Sanctorum verò festiuitatibus, vel omnibus solennitatibus sicut diximus Dominico die agendum, ita agatur: Excepto, quòd Psalmi, vel Antiphonæ, vel Lectiones ad ipsum diem pertinentes, dicantur. Modus autem supra dictus teneatur. Hæc ibi. Similiter obseruationes Sanctorum trium lectionum sequi debent modum priuatum officij ferialis, vt infra declarabitur. Et iste est decor diuini officij in vtrisque, vt Dominicalia in festiuitatibus, & ferialia seu priuata in diebus sanctorum trium lectionum, seruentur. Et si prærogatiuæ Dominicales & priuilegia nouem lectionum ad dies priuatos applicentur, ex hoc officium deturbabitur, & deordinabitur ipse ordo. Sancti enim Patres valde studuerunt vt in obseruationibus Ecclesiasticis concordia seruaretur, & omnis dissonantia vitaretur. Festiuitates igitur aguntur Dominicali more cum vtrisque Vesperis: in quibus & ad Laudes quòdque Antiphonæ super Psalmos sunt cãtandæ semper & vbique, vbi haberi possint, vt supra Propositione decima. Ad priores Vesperas, Psalmi feriales cum Antiphonis ferialibus, nisi propriæ habeantur. In Responsorio Versperino vsus multorum existit, vt in officio duplici, Responsorium ad Vesperas vtraque cantetur. Et si festiuitas à populo celebretur, ad Vesperam primam seruetur. Suffragia, vt in Dominica dicantur, & in solennitatibus abbrevientur. Inuitatorium autem sit solenne, & Hymnus vtrique ad nocturnos cantetur: in quibus super nouem Psalmos, nouè antiphonæ omittuntur debent. Lectiones & Responsoria sint authentica: Responsoria nouem cantentur. *Te Deum*, *Gloria in excelsis*, & *Ita Missa est* dicantur, quando in Dominica dici possint. Sin autem seruus super Dominum non existat, nisi ex dispensatione Domini speciali. Missa cõmuniter de ipsa festiuitate celebrare cõsuevit. Ad secundas Vesperas, omnes Antiphonæ de Laudibus super Psalmos feriales, repetuntur: nisi festiuitas habeat speciales, sicut de Apostolis, & secundum multorum vsus de aliquibus aliis quidam seruant. Quòd si duæ festiuitates nouem Lectionum seu festiuitas cū Dominica aut vna ipsarū cum die trium lectionum, in vnum diem concurrant, quarum vtraque plenum per se exigit officium, celebrior ex integro obseruetur, & alterius memoria tantum agatur. Si autem vtraque plenè obseruanda videtur, altera differatur in diem sequentem: sicut S. Gregorius Papa festū sancti Pauli, post festum sancti Petri voluit obseruari. Nam illam vsurpationem, quæ ex duobus officijs in vno die obseruandis vnum incompositè compingit, videlicet vt vnum Nocturnum de vno festo, & reliquos de alio obseruemus: Sanctorum Patrum auctoritas non admittit, quæ semper in officijs concordiam custodire præmonuit, vt supra: Quia si vtrique eodem die satisfacere niteremur, debita officiorum reuerentia neutrum celebrasse conuinceremur. Sic itaque festiuitates conuenienter inofficiantur, si proportionabiliter præntum officium permittit, Dominicis adæquentur. In

A duabus verò festiuitatibus cõtinuè occurrentibus, communis Vespera officari non debet ex integro, vt ab usuè quotidie faciunt Minores. Sed obseruandum est, quòd dicit Micrologus capitulo tricesimo quinto in hæc verba: Omnes authentici Antiphonarij, secundam vesperam S. Stephano concedunt ex integro: vnde & reliquis festiuitatibus per annum, hoc exemplo secundam Vesperam ex toto concedimus, etiam si maior festiuitas subsequatur. Non enim congruum est, vt Psalmos vespertinales tantummodò præcedenti festo, reliqua verò subsequenti tribuamus. Nam sancti Patres nullum nobis inde exemplum reliquerunt, qui potissimum nos concordiam officiorum singulari diligentia seruare docuerunt. Summa tamen festiuitas si quando minorem subsequatur, secundam Vesperam prioris festi, sibi ex toto non incongruè vendicabit, vt Octaua Domini, secundam Vesperam S. Syluestri. Vesperam quidem de quolibet festo vniformiter perficimus: deinde alterius festi, si necesse fuerit, post *Benedicamus Domino*, memoriam facimus, vt de S. Stephano, & de S. Ioanne obseruamus. Parilis consideratio omnino suo modo habenda est in diebus trium lectionum. Nam sicut nouem Lectiones ad formam Dominicarum obseruantur, ita tres lectiones obseruètur ad modum feriarum. Et hoc benè custodiunt monachi Carthusienses, & Domini Teutonici supra dicti. In Officio igitur Sanctorum trium Lectionum in omnibus punctis sunt prostrationes, prout eodem tempore in officio fierent feriali. Ad primam Vesperam, quando locum habet, Antiphonæ & Psalmi feriales dicuntur: Capitulum, Hymnus, Versus, Antiphonæ ad *Magnificat* cum Collecta de ipso Sancto, Suffragia vt in feriali Officio: Completorium & Prima, per totum & cum Psalmo *Miserere*, sicut in Officio feriali: Inuitatorium autè canitur in tono feriali. Et cantato hymno de Sancto, psallitur Nocturnus ferialis, vt probatur propositione decima. Lectiones de sacra scriptura legantur secundum omnes Doctores: Responsoria, Versiculi, & Versus, Antiphonæ ad Laudes & c. seruentur de ipso Sancto: Vigiliæ & Vesperæ mortuorum, Psalmi Graduales & penitentiales cum eorum sequelis, sicut in feriali officio obseruentur: *Te Deum* & *Gloria in excelsis*, nusquam dicantur prout nec fit in officio feriali, & ita scriptum est, vt supra probatum fuit Propositione decimatertia. Ergo ita tenendum & cantandum. Ad Tertiam, Sextam & Nonam, multorum vsu Antiphonæ dicantur de sancta Trinitate, Missa verò seruatur de ipso Sancto, si propriam habet, sine *Gloria in excelsis*, & cum *Benedicamus Domino*. Et sicut in diebus sanctorum trium lectionum ad preces Completorii Primæ addimus *Miserere in ei Deus*: ita Carthusienses ad horas singulas, quia in illis preces habent, in eisdem diebus similem addunt Psalmum. Et in ea parte eisdem diebus, dicti Monachi discrepant ab vsu nostro. Volenti igitur respicere ad Officium feriale, facile erit obseruare dies sanctorum trium lectionum. Sed verum est quòd tam Monachorum quam nostro vsu in eisdem diebus, tam tempore Paschali, quam octauis maioribus occurrentibus omittuntur preces non solitæ, & cætera prout in Paschali tempore hæc

hæc solent omitti. Officium verò Sanctorum trium lectionum, in ipsa Missa terminandum est. Nam vt dicit Micrologus capitulo quadragesimo quarto, iuxta Romanam consuetudinem, nullius Sancti trium Responsoriorum mentionem facimus post Missam, siue illa cantatur ad Tertiam, siue ad Sextam. Immodò cum ipsa Missa mentionem Sancti finimus, & reliqua de ferialibus dicimus. In festo autem nouem Lectionum, omnia vsque ad secundam Vesperam de festo agimus. Hæc ibi. Et hunc terminum seruant Carthusienses. Hæc igitur est simplex obseruantia in tribus lectionibus, vt totum fiat proportionaliter modo feriali secundum supra dicta. Sed eam multi multipliciter alterant & corumpunt. Aliqui enim dies sanctorum trium lectionum distinguunt intulando per Titulum trium Responsoriorum & aliunde. Alij verò per Titulum, si feria inclusa Dominicæ, vel excepta. Alij per Collectam, & sine Collecta & per Missam & per tres lectiones, cum *Te Deum* & sine Dominica, nouem. Alij cum *Te Deum*, & sine illo, & diuersis aliis modis. In quibus aliquorum abusus ab omnibus priuatis & particularibus officiis dies Sanctorum trium lectionum absoluit in certis diebus, sicut in nouem lectionibus obseruatur. Sed omnium vsibus reiectis, pia & religiosior obseruantia esse videtur, sequendo modum simplicem supra dictum: quem Fratres Carthusienses, Domini Teutonici, & solenniores Religiosi approbant & sequuntur. Et credendum est, quòd sanctus Pater Benedictus, qui omnium Sanctorum spiritu plenus erat, ab officio Romano noluit omnimodè discrepare, sed cum eodem (saluis paucis) se concordare, vnum ad aliud adæquati, modica distantia apparebit.

PROPOSITIO XIX.

Solennitates maiores aliquando officio Vigiliæ præueniuntur, aliquando per octauas extendantur.

Vt dicit Alexander Papa tertius, qui cœpit anno Domini. 1159: extra. de feriis, capitulo secundo, Licet scriptum sit, de Vespera ad Vesperam celebrabitis Sabbata vestra: Festorum tamè principium & finis, iuxta eorum qualitatem & diuersarum regionum consuetudinem debet attendi. Et sicut magnitudo diei exigit, prius incipere, & tardius terminare: Regulares termini, festiuitatum auctoritate sanctæ scripturæ ponuntur de Vespera in Vesperam. Sed ex earum magnitudine in officio Vigiliæ præueniuntur citius, & in officio Octauarum latius extenduntur. Ideo de istis duobus consequenter videamus. Officium Vigiliæ obtinent Festa Domini, duo Festa suæ Matris, scilicet Assumptionis, & ex Constitutione Gregorij xi. quando Romæ venit, Natiuitatis Mariæ, & dies Ioannis Baptistæ, & Lauræ. Et vt dicit Innocentius iii. de obseruatione ieiunij, cap. 2. Omnium Apostolorum Vigiliæ sunt in obseruatione ieiunij celebrandæ: præter Vigilias Apostolorum Philippi & Iacobi, & Ioannis Euangelistæ. Quoniam eorū festiuitates infra solennitatē Paschalis, istius autem intra Natalē Domini celebratur. Vt dicit Alexander tertius de Verborum significatione, capitulo, *Quæ sunt*: In vigilia Tom. 6.

A beati Matthiæ, nisi in Dominica euenerit, ieiunium celebratur. Hæc autè Vigiliæ, quæ ieiunium habet, cõsequenter obtinēt & Missam. In Antiphonario vtriusque, quem de Roma detuli, in Assumptione Mariæ Matutinis incipit officium vigiliæ, sicut in natiuitate Domini videmus. Officium quoque Ambrosianū de maioribus solennitatibus loci, vt Gerualij & Protasij, Nazarij & Celsi, Naboris & Felicis, Simpliciani & Dionysij, & cæterorum localium, etiam in Vigiliis seruat proprium Missæ officium. Quod etiã aliz nationes de eorum Patronis & similibus præcipuis seruare consueuerunt, vt Leodienses de S. Lamberto, Traiectenses de S. Martino. Pia autem & religiosa consuetudo solennium Ecclesiarum existit, vt sicut ieiunium seruatur in Vigilia, ita & feruitium seruatur in horis temporale, cū memoria sanctorum, si qui tunc occurrant, prout tempore ieiunij facimus in Aduetu & in Quadragesima. Et hoc idem in aliis sanctorum Vigiliis, pro quibus Missa dicitur, piè dicunt obseruandum: quauis non habeant ieiunium sub præcepto. Missa de Vigilia seruanda est propter ieiunium modo feriale. Et vt dicitur in Micrologo, capitulo quinquagesimo quinto. Hoc quoque in omnibus Vigiliis congruè obseruatur, vt Nona de futuro festo peragatur, si tamen post Missam differatur, videlicet vt postquam de festo per Missam incipimus, nullū deinceps cū Nona dissonantiã officiorum faciamus, quã maximè sancti Patres in dispositione eorundem deuotare studuerunt. Quòd si Vigilia in Dominica cadat, officium Dominicale, quod est maius, propter eam nõ immutatur. Et Missa de Vigilia, vel de Dominica, de mane, vel Sabbato vel aliis loco congruo imponatur. Dicto de Vigiliis, quibus festiuitates prius incipiuntur, dicendum est de Octauis, quibus tardius terminantur. Et primò notandum, quòd secundum vsus approbatores, vt Carthusiensem & cæterorum, & prout in pluribus Rationalibus legitur, huiusmodi octauæ sunt duplices, scilicet, maiores & minores. In maioribus octauis prima & octaua dies & Dominica infra, nouem habent lectiones: cæteri autem dies habent tres. Prima autem octaua dies simili officio celebrantur, vt in festiuitatibus. Dominica autè infra, Officio ab ipso die principali mutato, seruatur Dominicaliter: quia ad vtrasque Vesperas dicuntur Psalmi de die, & ad Vigilias noctis Inuitatorium, Hymnus, nouem Responsoria, * Laudes, & cætera de ipso die. Et ad tres nocturnos dicuntur Psalmi Dominicales sub tribus vel nouem antiphonis, prout in festiuitate recipi possunt. Lectiones autem sex de historia, quæ tunc legitur cum homilia Dominicali, & *Te Deum*. Ad vtrasque Vesperas & Matutinas, memoria de Dominica. Ad Primam Psalmi, *Deus in nomine*, *Confitemini*, & cæteri. Missa de Dominica cum memoria festiuitatis celebretur. Priuatis autem diebus, Inuitatorium erit paruum, & sub Tono feriali. Hymnus autè de festo. Nocturnus verò ferialis sub vna Antiphona de Nocturnis festi, quæ magis congruit recitanda. Lectiones de historia currenti, Responsoria secundum ordinem de ipso die: Primo, secundum vsus Romanum omisso. Et ipsis expletis, iterum à secundo incipiatur. Nec *Te Deum*, nec *Gloria* M m iij

Roma antiphonarij attulit.

Camera-cent. Traiectens. Leodiens.

In Viridi valle.

Leu. 23.

for. * Lectiones.

in excelsis dici debent, ut probatum est propositione decimatertia. Quinque Antiphonæ ad Laudes super Psalmos communes teneantur: Ad Vesperas super Psalmos feriales, Antiphonæ quinque de Laudibus, si non dicantur feriales, cætera officientur de ipso die. In octauis autem minoribus, diebus singulis intra octauas nulla facienda est mentio de ipsa solennitate: sed ipsa octava dies tenenda est sub tribus lectionibus, prout tenetur vnum aliquod simplex festum trium lectionum. Vnde scribitur in Micrologo, capitulo quadragesimo quarto, iuxta Romanam auctoritatem, nullorum sanctorum Octauas obseruare debemus: nisi vnde aliquam certam Traditionem à sanctis Patribus habemus. Eorum quoque quorum Octauas celebramus, nullam quotidianam mentionem per interiacentes dies agimus: quia nullam auctoritatem inde habemus, exceptis de sancta Maria & de sancto Petro, quorum memoriam & alio tempore non cessamus frequentare. Et idem scribitur in Rationali, quod dicitur Gemma Ecclesiæ. Festiuitates autem sanctorum nouem lectionum, infra Octauas maiores seruandæ sunt cum memoria octauarum. De cæteris autem Sanctis fiat tantum memoria: si tamen propriam missam habeant, illa cum *Ite Missa est*, canetur. Huiusmodi autem octauas maiores habent, Natiuitas Domini, Epiphania, Ascensio, Trinitas, & Sacramenti, Assumptio, Natiuitas Mariæ, Petrus & Paulus. Minores verò habent Andreas, Laurentius & Martinus, & secundum Carthusienses, Ioannes Baptista. Et addendum est, quòd dies priuati infra Octauas maiores reputantur, quasi forent temporis Paschalis. Vnde in eis non seruantur prostrationes, preces cum *Miserere*, & cætera huiusmodi, quæ Paschali tempore omittuntur, ut etiam faciunt Carthusienses. Qua consideratione plures Alemanni eisdem diebus ad Vigiliis noctis seruant tantum tres Psalmos cum tribus Antiphonis, ut tempore Paschali facere consueuerunt. Sed hoc reprobatum est supra, Propositione decima.

PROPOSITIO XX.

Officia mortuorum & Virginis gloriosa, obligatoria sunt, & ab omnibus obseruanda.

Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis soluantur, secundo Machabæorum, duodecimo capitulo, in fine. Et nulli dubium, quin totum ad laudè Dei pertineat, quicquid suæ Genitrici dignè fuerit impensum, ut dicit beatus Hieronymus in vers. *cogitetur*. Inde est, quòd nedum Apostolicis constitutionibus, sed generali omnium nationum consuetudine, officio de vtriusque secundum temporum congruentiam persolui debent. De officio autem mortuorum præcipitur ext. de celeb. Miss. c. Cum cantatur. De officio verò B. Virginis legitur in chronicis, quòd Vrbanius II. qui nouem præfationibus prioribus decimam de B. Maria virginè addidit, ut infra diceretur, in Gallias veniens, concilium apud Claremontem urbem celebravit; anno Domini M. XCVI. de mense Nouembri. In quo statutum est, quòd horæ B. Mariæ virginis quotidie dicantur, officiumque eius diebus sabbatorum solen-

nter fiat. Ideò primo aliqua de officio mortuorum differantur: de quo aduertendū quòd idem officium omniū more habet Vesperas & Vigiliis atque laudes absque cæteris horis, necnon officium missæ. In Vesperis verò, tam in antiphonis quàm in psalmis, vbi que est concordantia. Et in antiphonis ad *Magnificat* seruatur vsus. In Vigiliis sunt nouem antiphonæ, nouem psalmi, & nouem lectiones. In psalmis tertij nocturni, aliquis vsu est discrepantia. In lectionibus Romani, Ambrosiani, Benedictini, & quasi omnes vsus concordant, salua variatione ix. lectionis: In responsoriis similiter vsus aliquantulum discrepant. Ideò quilibet teneat suum vsu. In Laudibus modica differentia existit. Generalis plurimum vsus est, ut Vesperæ & Vigiliæ dicantur die præcedenti, & Laudes die sequenti post matutinas. Et quodlibet dictarum trium horarum cum suis precibus, psalmis & orationibus terminatur: aliqui tamen Vesperas & Vigilias simul iunctas, vno sine concludunt. Et in dictis tribus officijs seruantur prostrationes, quando illæ sunt in officio principali. Singulares autem esse videntur quidam Alemanni, qui lectionibus generalibus cum suis Responsoriis non contenti, alias etiam lectiones cum Responsoriis confectis nituntur obseruare. Nec tales singulares nouitates Religiosi sequi debent, quos communia & facilia decet obseruare. Et sicut dictæ tres horæ suis diebus seruari debent, ita etiam eiusdem officij missa eisdem diebus debet conuenienter celebrari. Hoc autem officium intermittitur, aliquando propter diem incongruentiam, ut in hebdomada paschali, & triduo præcedenti: aliquando propter ipsius diei festiuitatem: ut in omnibus nouem lectionibus & maioribus * & aliquorum vsu tempore paschali, & per octauas maiores. Sed in hoc conueniens discretio habeatur. Et ut facilius obseruetur, aliquorum vsus habet, ut psalmodia cum antiphonis, minoribus diebus planè dicantur, lectiones autem & responsoria decantentur. In quadragesima verò & Aduentu seruantur nouem lectiones cum responsoriis. Cæteris temporibus secundum ferias tres lectiones cum suis nocturnis dicantur. In diebus depositionum & anniuersariis defunctorum, nouem lectiones sunt seruandæ. Qui præmissis subtrahere vult, hoc faciat suo iure.

Officium autem Virginis gloriosæ, omnium more habet septem horas sicut principale. Et conuenienter potest sic seruari, ut ad vigilias noctis illud dulce dicatur Inuicatorium. *Aue Maria gratia plena, Dominus tecum: Hymnus, Quem terra.* Romano vsu tres nocturni cum nouem suis antiphonis dicuntur secundum ferias: ut pote Dominica, feria secunda, & quinta de primo nocturno: feria tertia & sexta, de secundo: feria quarta & sabbato, de tertio. Et hoc vtrique congruit, ut sufficenter iterati, nocturnum non impediunt sabbatinum. In lectionibus tribus matutinalibus sunt multæ diuersitates. Aliqui dicunt de Ecclesiastico, *In omnibus requiem, &c.* Aliqui tres paruulas, de sermonibus Augustini. Aliqui tres paruulas sine auctore, quarum initium est, *Sancta Maria piarum piissima.* Omnibus reiectis, religiosum videtur, in hac parte sequi Carthusienses, ut de de euangelio Luc. I. c. tres legantur

legantur lectiones. Prima, *In mense autem sex: o missus est Angelus Gabriel: vique ibi, dixit autem.* Secunda, abinde vsque, *Excursus autem Maria.* Tertia, abinde finitur, *Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.* Et addatur, *Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam.* Responsoria tria satis sunt consueta. *Te Deum* dici non debet, ut probatum fuit propositione 13. Ad Laudes Romano more quinque antiphonæ, *Assumpta est Maria* cum aliis. In capitulis, orationibus & hymnis seruetur vsus. Laudabili more in hoc officio fiunt quædam supplementationes, ut quia in Ambrosiano & Benedictino ad horas dicitur Litania, Kyrie eleyson, quam quotidie tantum in completorio & prima dicimus. Ideò in hoc officio suppletur, ut ad paruas horas more Benedictino post capitulum absque responsoriolo dicatur versiculus, & ad singulas horas ante orationem dicatur Romano more *Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson, Dominus vobiscum, vel Domine exaudi, Oremus.* Suffragia verò ad Laudes & vesperas sunt secundum deuotionem. Romani dicunt de eorum patronis Petro & Paulo, & de omnibus sanctis. Aliorum deuotio ad paruas horas iungit tres orationes de beata Virgine, de Spiritu sancto, & de omnibus sanctis. Vnde ad primam, tertiam, sextam, & nonam, in Hymno conuenienter præmittitur versus, *Veni creator.* Ad quinque autem paruas horas congruè distribuuntur quindecim Psalmi graduales, maximè eorum vsu, qui illos non dicunt ante vigilias noctis. Et Benedictini, qui eosdem Psalmos ad principales certis diebus seruât horas, ordine transmutato in officio beate Virginis ad primam, tertiam, sextam & nonam dicunt illos Psalmos, quos in eisdem horis in eodem officio dicimus principali. Ad Vesperas super Psalmos notos dicuntur quinque antiphonæ, *Dum esset Rex,* cum aliis, ut dictum fuit propositione 10. & seruant Romani. Et si aliquæ memoriæ in officio principali, ex causa omissæ sūt, & illæ in hoc officio suppleri possunt. Præterea hoc officium in vsu Romano ad Laudes, Vesperas & paruas horas in Aduentu & post Natiuitatem Domini, habet Antiphonas singulares & alias proprietates, quæ ex vsu Fratrum Minorum sciri possunt. Et tempore Paschali in tribus Euangelis Antiph. *Regina cæli.* Hoc officium intermittitur aliquando propter temporis incongruentiam, ut in hebdomada Paschali & triduo præcedenti: aliquando ne bis dici videatur, ut quando seruitium principale fit de Virgine gloriosa: & aliquando in paucis solennitatibus maioribus: super quo recurrendum est ad vsu Carthusiensium & similibus religionum, & non ad notas Fratrum Minorum, quæ contra ea quæ Romæ vidi scripta, in hac parte nimis se laxat. Item secundum vsu plurimum, singulæ horæ huius officij siue in choro, siue extra priuatim dicantur, ante horam principale dicuntur, excepto completorio, quod dicitur post horam principale. Sed secundum vsu Fratrum Minorum, qui Romanus dicitur, Matutinum & vespere dicuntur antè, & paruæ horæ dicuntur post horas principales. Omnium vsu generali diebus sabbatinis, quando propria Missa non occurrit, cantatur Missa de Virgine gloriosa, cuius officium in omnium Missalibus secundum tempus anni continetur, de qua scriptum

est, quòd in illa nec *Gloria in excelsis*, nec *Credo* dici debeat, ut allegatum fuit supra propositione 13. Ut autem diebus sabbatinis seruitium principale fiat de beata Virgine, festo maiore non occurrente, sūt diuersitates. Nam solenniores ecclesiæ & religiosi illud non seruunt, ne nocturnus sabbatinus continè omittatur, innitentes rationi Alexandri Papæ tertij, ext. de for. c. 2. in fin. Cum singulis diebus in officio priuato laus persoluitur Virginis gloriosæ. Et isti in eodem priuato officio secundum ferias dicunt Psalmum & antiphonam trium nocturnorum, ut supra præmissi. Alij verò sunt, qui omissionem dicti nocturni non ponderantes, dictis diebus faciunt seruitium principale de eadem cum nouem antiphonis atque psalmis: & isti vniformiter dicunt per totum annum, officium priuatum. Quamquam sit etiam, si ex deuotione sic fieri conueniat, seruitium principale, tamen in illo dictus nocturnus non videtur omittendus, iuxta ea quæ dicta sūt supra propositione 10. Et tunc huiusmodi seruitium fieri possit sine prostrationibus, septem psalmis, & cæteris, sicut fit tempore Paschali, & infra octauas maiores. Quauis autem in septimanis vacantibus seruari possit Missa de patrono, tamen huiusmodi laudatio extendi non debet ad horas principales, ne officio feriali præiudicium nimium generetur: nec scripturam, nec exemplum habemus, hoc licitè fieri posse.

PROPOSITIO XXI.

Laudabili multorum vsu seruantur etiam certis temporibus alia particularia officia, ut Psalmorum penitentialium, & gradualium, & in quadragesima totius psalterij, & si qua sunt plura.

DE laude septem penitentialium Psalmorum dictum est supra propositione nona, officium autem eorum congruenter fit hoc modo. Iidem Psalmi absolute incipiuntur, & singulatiuè cū *Gloria patri* dicuntur. In fine vltimi *Alleluia*, vel *Laudis tibi*, versus: *Intret oratio.* Deinde prostrando *Kyrie eleyson*, preces maiores, cum Psalmo *Inclina*, & prælibatis orationibus ad hoc recollectis, de omnibus sanctis, pro Papa, pro pace, pro Episcopo, pro Imperatore, contra hæreses, pro familiaribus, pro iter agentibus, pro populo, pro peccatis, pro serenitate, pro viuus & defunctis, & huiusmodi necessitatibus. In vsu Leodiensi sunt 13. hoc autem officium dici debet post primam in diebus trium lectionum extra tempus Paschale, & octauas maiores. Et ita communiter seruatur, ut vidi notatum in quodam ordinario Romano. Sed Innocentius III. mandauit suis capellaribus, ut solum in Quadragesima diceretur, & hoc sequuntur Fratres Minores.

Quindecim autem Psalmi graduales, tripartitè dicuntur: primi quinque pro defunctis, sub vno *Requiem æternam*, cum *Pater noster*, versiculo & collecta. Alij quinque pro nobismetipsis & amicis nostris sub vno, *Gloria*, cum *Kyrie eleyson*, versiculo, & collecta. Reliqui quinque pro omnibus fidelibus similiter dicuntur sicut medij, & hoc officium seruatur à prælibatis religiosi, in tribus lectionibus ante matutinas. Pauci tamen illud seruantes, curant etiam

seruare dictos septem Psalmos. Sed alij religiosi & seculares, meliori ratione mouentur, qui vtrique officio in hoc satisfaciunt, quia quindecim Psalmos graduales ad quinque paruas horas in quotidiano officio sanctæ Virginis continuant, & septem Psalmos penitentiales suis diebus seruant, & in hoc, seruitium diei alleuiatur, & septem Psalmi non omittuntur. Orationes autem, quas ad quindecim graduales adiungunt in prima & post septem Psalmos, satis sunt suppletæ. Diebus tamen quibus de beata Virgine fit seruitium, principale officium huiusmodi quindecim graduum, congruè locum habet. Et quia in sancta Quadragesima, sancti Patres voluerunt officium ecclesiæ cum aliis bonis operibus omnimodè augmentari, vt supra propositione 16. Idè in augmentum diuini cultus eiusdem temporis, diebus ferialibus Quadragesimæ, & nouem lectionibus vacantibus, dicta prima legitur. Psalterium hoc modo recepta cum prostratione venia, incipit sacerdos: *Deus in adiutorium: Gloria, Laus tibi.*

Deinde quotidie leguntur decem Psalmi de Psalterio, bini & bini sub vno Gloria, post vltimū Laus tibi. vers. Inter. Deinde litania tota: qua dicta, omnibus prostratis, dicuntur preces maiores, cum septem psalmis & orationibus supra dictis. Et ad, per Dominum, surgant omnes. Alij autem seruant alia officia particularia, tam in Quadragesima, quam in diebus priuatis. Sed officia iam prædicta, iugiter congrua videntur & deuota.

Præterea Romani in festiuitatibus in quibus volunt solemnizare in vigilia, de sero faciunt quoddam officium, quod vocat vigiliam, sub hoc modo: Pulsatis signis, absolutè incipitur antiphona, & dicuntur tres psalmi cum tribus antiphonis, versibus, Pater noster: cum tribus lectionibus & responsoriis, sicut fit in vno nocturno matutinali. Et cantato, *Te Deum* vel, *Te decet*, officium concluditur cum oratione & Benedicamus Domino. In vigilia sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, hoc officium fit in sancto Petro cum nouem lectionibus & suis responsoriis. Et antiqua antiphonaria Romana in dicta Vigilia & in Vigilia Natiuitatis Domini, continent nouem antiphonas cum suis Psalmis & nouem responsoriis ad hoc officium ordinata. Huiusmodi autem vigiliarum officium est benè multiplicatum in festiuitatibus more Ambrosiano, cum cætu processionali ad hoc ordinato. Indè est quod in multis ecclesiis collegiatis plebanus in festiuitatibus in vigiliis de sero cantant matutinas. Officia autem alia particularia, vt sunt processiones, tam festiue, quàm rogationum, benedictiones diuersarum rerum, ad vsum ecclesiasticum pertinentium, & cætera huiusmodi sunt satis communia atque nota.

PROPOSITIO XXII.

Ordo sanctæ Romanæ ecclesiæ non ex vso Fratrum Minorū, sed ex sacris Canonibus, scripturis authenticis, libris nostris antiquis, generalique & locorum proportionali consuetudine colligitur.

Elebris olim & gloriosa erat Romana ecclesia, vt de sub eius pede effluerent aquæ viuæ, & velut ex fonte riuus tam rerum omnium faciendarum,

quæ ecclesiasticæ regulæ emanarent. Indè est quod omnes scripturæ nobis iniungunt, vt illius sequamur authoritatem, & ordinem tenemus. Vnde ait beatissimus Papa Innocentius Decentio Episcopo, & ponitur in epistola Magalonenſi supra propositione septima allegata & vndecima distinctione.

Quis enim nesciat, aut non aduertat id, quod à principe Apostolorum Petro Romanæ ecclesiæ traditum est, ac nunc vsque custoditur, ab omnibus debere seruari, nec superinduci aut introduci aliquid, quod aut authoritatem non habeat, aut aliud videatur accipere exemplum: Præsertim cū sit manifestum, per omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Aphricam, atque Siciliam, insulasque interiacentes, nullum instituisse ecclesias, nisi eos quos venerabilis Apostolus Petrus, aut eius successores sacerdotes constituerunt. Legant autem, si in his prouinciis alius Apostolus inuenitur aut legitur instituisse. Quod si non legerunt quia nusquam inueniunt, oportet eos hoc sequi quod ecclesia Romana custodit, à qua eos principium accepisse non est dubium: ne dū peregrinis assertionibus student, capitis instructionem videantur omittere. Et adde quæ allegata sunt supra propositione tertia. Sed quo ad diuinum officium, hodie omnium credulitas & opinio diulgatur, quod nullæ ecclesiæ seruent in illo ordinem sanctæ Romanæ ecclesiæ, nisi fratres Minores, nec in aliquorum nisi in ipsorum breuariis & libris contineatur, ex eo quia B. Franciscus in regula præcipit, vt clerici faciant diuinum officium secundum dictum ordinem, vbi Breuiaria habere possunt. Huius autem rei Romæ contrariâ didici veritatem. Nam olim quando Romani Pontifices apud Lateranum residebant, in eorum capella seruabatur Romanum officium, non ita completè sicut in aliis vrbis ecclesiis collegiatis. Immo clerici Capellares, siue de mandato Papæ, siue ex se officium Romanum semper breuiabant, & sæpè alterabant, prout Domino Papæ & Cardinalibus congruebat obseruandum. Et huius officij ordinarium vidi Romæ à tempore Innocentij 111. recollectum. Et istud officium breuiatū secuti sunt fratres Minores. Indè est, quod breuiaria eorum & libros officij intitulant, secundum consuetudinem Romanæ Curie, non autem curauerunt mores aliarum Ecclesiarum vrbis Romæ recipere & obseruare. Et si dictum officium capellare, debet dici ordo sanctæ Romanæ ecclesiæ, fecerunt quod regula iubet: Sin autem. Aliæ autem nationes orbis Romani libros & officia sua habent à directo ab ipsis ecclesiis Romanis, & non à capella Papæ, sicut ex libris & tractatibus Amalarij, Vualfredi, Micrologi, Gemmæ, & cæterorum de officio diuino scribentium colligitur euidenter. His ergo præmissis, videamus an dicti fratres, qui singularem vsum cum regula seruant singulati, an cæteræ nationes & religiosi magis appropinquent in diuino officio, ad ordinem sanctæ Romanæ ecclesiæ. Et siue in errore, siue veritate, dico quod vsum fratrum Minorum magis distat à vero ordine Romano, sequendo dictum officium capellare, quod sic deducitur: Secundum beatum August. lib. de Ciuit. Dei. cap. 2. Ordo est parium dispariumque rerum cuique loco distribuens

distribuens dispositio. Et lib. 2. de ordine rerum, dicit, quod ordo est per quem aguntur omnia, quæ Deus constituit. Et lib. eiusdem secundo, Ordo est quo Deus agit omnia quæ sunt. Et super epistolam ad Galatas, Cõturbatio est ordini contraria. Quando igitur in diuino officio omnia aguntur secundum quod constituta sunt à Romana ecclesia, & secundum rectam discretionem quodlibet in suo loco distribuitur, tunc est ordo quem præcipit Romana ecclesia. Et vbi contrarium fit, ibi est conturbatio. Sed hæc propinquius sunt in aliis regionibus & per alias nationes. Igitur, &c. Minorem declaro in his, quæ nunc occurrunt, & latius Deo dante declarabitur in scripturis ex vrbe venturis. Primo in legendis & cantandis Lateranenses & aliæ Romanæ ecclesiæ habent sermones & homilias integras, passionisque sanctorum, & huiusmodi in copiosa multitudine. Item in antiphonariis antiquis Romanis habetur cantus de sanctis, Nicolao, Sebastiano, Mauritio. Et responsoria magna ad tertiam, sextam, & nonam in Quadragesima, & Psalmi dominicales ad vigiliam in hebdomada paschali diuisi, & vesperæ paschales per *kyrie eleison*, ordinatæ, & Antiphonæ in dominicis super *Benedicite* multiplicatæ, & in diuersis aliis locis diuersæ antiphonæ & responsoria. Item in propriis sanctorum Missis, eorum officia in diebus eorum ascripta habentur, & cætera multa, quæ vbique per orbem seruantur & habentur, sequendo ecclesias Romanas. Sed fratres causa breuitatis capellam sequendo, hoc vel omiserunt, vel alterauerunt. Et eorum modo abbreviato sæpius legunt de sanctis Chronicas Damasi, vel ex Põficali. Item sedes Apostolica nobis assignat festa nouem lectionum generalia, & de localibus commisit diocesano mutanda, vt supra propositione decima septima. Vnde apud omnes religiones & nationes vltra nouem lectiones generales pauca constituta sunt locales, & multæ trium lectionum. Sed fratres hodie omnes eorum sanctos & octauas maiores seruant sub nouem lectionibus, & nullos sub tribus. Ex qua obseruantia euenit in vsum eorum continua perturbatio, & magna confusio propter transpositiones, quas tam de Dominicis, quam de octauis faciunt. Nam de sex locis vel personis eorum vsum seruantibus, vix duo in eundem sanctum nouem lectionum eodem die concordabunt. Vnde rarò propter hoc nocturnum dicunt. Et septem Psalmos & cætera ferialia rarò seruant, & sacram scripturam omnimodè in officio negligunt, & defunctis similiter in officio eorum continuum præiudicium faciunt. Item sedes Apostolica vult hæc proportionem, vt sicut in vrbe seruant sancti Romani pontifices, & alij sancti vrbis locales, ita in aliorum vsum alij seruant sanctos suos locales.

Et sicut Romani non tenentur ad nostros locales, ita nec nos ad ipsorum locales. Sed fratres contra generalem consuetudinem huiusmodi, à dicta sede tacitè approbatam, in eorum vsum adducunt locales Romanos, vt Higinum, Anicetum, Soterè, Pium, Clerum, Marcellum, Eleutherium, Ioannè, Felicem, Syluerium, Anacleum, Victorem, Innocentium, Euaristum, Pontianum, & Melchiadem Romanos pontifices. Et præterea Anastasium Martirem in die Vincentij, cuius monasterium firua-

tur vltra sanctum Paulum, Glibertum cõfessorem de Anglia, & sanctos quadraginta martyres de Armenia, qui habent ecclesiam prope Colosseum. Apparitionem sancti Machælis de Apulia, Erasmus martyrem de Caico, Rufinam & Secundam virgines & martyres de Laterano, Naborem & Felicem de Mediolano, Symphorosam cum septem filiis, martyres de Tiburto, pastorem presbyterum & cõfessorem, qui erat de societate Praxedis & Potentianæ virginum romanarum. Susannam virginem & martyrem, quæ habet ecclesiam prope thermas, duodecim fratres martyres in die Ægidij, vbi Urbanus 1111. mandauit Ægidium teneri sub 1x. lectionibus. Cerbonium episcopum de Populonia, Gryphonem & Respicium martyres, quorum ecclesiam habent Augustinenses. Festum de niue, vtrasque dedicationes trium maiorum basilicarum, & Sabam abbatem, cuius abbatia stat vltra sanctum Alexium, & non sine mysterio de omnibus prædictis localibus Romanorum nihil proprietatis habetur in officio Gregoriano, quasi generaliter non sint tenendi. Et præter illos in aliis diuersis ecclesiarum vrbis Calendariis, vidi alios Romanos Pontifices atque sanctos quàm plures locales annotatos, tam sub nouem, quàm sub tribus lectionibus, quos fratres omiserunt. Et quamuis in Calendariis vrbis antiquis multi locales sancti sub nouem lectionibus annotentur, tamen in eisdem in numero copioso vidi sanctos ad tres lectiones annotatos. Et in hoc ab initio defecerunt notæ fratrum Minorum, quod non notauerunt sanctos nouem lectionum, vt sic omnes alios habuissent sub tribus lectionibus: sed indiscretè quædam nota eorum, quam tamen hodie non seruant, duntaxat quatuor vel sex sanctos ad tres ponit lectiones, quasi regula eorum existeret, vt omnes alij sub nouem lectionibus teneantur. Et in hac parte contrariantur omnibus aliis regionibus & nationibus, & contra huiusmodi confusio-nem 1x. lectionum satis scripti supra propositione 17. Item sedes Apostolica præcipit, vt super diebus sanctorum seruetur consuetudo regionis: sed fratres de prælibatis sanctis seruant contrarium, vt notatum fuit propositione 17. Item sicut fratres seruât festiuitates sanctorum sui ordinis, vt Francisci cum maioribus octauis, Antonij Paduani, & sanctæ Claræ, qui non sunt de officio Romano, quare non similiter Romani habent sanctos suos locales, ad quos fratres non tenentur. Item beatus Gregorius in libro Graduali & Missali sanctis Dei proprias Missas habentibus suos cantus & epistolas cum Euangeliis in eorum diebus ascriptis, Remissiones faciendo quando iteratò dicerentur, prout cõmuniter habent libri seculares: Sed fratres in eorum libris de toto scripserunt vnum commune sanctorum confusum, aggregando introitus per se, deinde cætera per se. Et præterea omiserunt epistolas & euangelia temporales & feriales, quæ in libris Romanis continentur. Item de genuflexionibus & cæremoniis antiquis plura similiter emisserunt, fortè quia in capella Papæ non seruantur.

Sciendum tamen quod Nicolaus Papa 111. natione Romanus, de genere Vrsinorum, qui cæpit anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, & palatium apud sanctum Petrum,

cōstruxit, fecit in ecclesiis vrbis amoueri Antiphonarios, Gradualia, Missalia, & alios libros officij antiquos quinquaginta, & mandauit vt de cetero ecclesiæ vrbis vterentur libris & breuiariis fratrum Minorum, quorum regulam etiam confirmauit. Vnde hodie in Roma omnes libri sunt noui & Fraciscani. Et forma notularum in cantu antiqua, quam Ambrosiani, quàm Alemannicæ nationes vtuntur, cum pluribus aliis obseruationibus ecclesiasticis ab vrbe relegata. In officio ergo diuino ordinem sanctæ Romanæ ecclesiæ obseruabimus, si fratrum vsu omisso, sacros canones, scripturas authenticas, consuetudines locorum generales, & in dubiis libros antiquiores sequamur. Et in aliis particularibus dictam seruemus proportionem, vt de sanctis localibus superius declaratur.

PROPOSITIO XXIII.

Sanctarum Missarum Officia Romanæ ecclesiæ suis Dominicis & sanctorum diebus fideliter obseruentur, vt in illis parum traditiones humiliter custodiantur.

Iesus Christus primus & summus pontifex & sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, non quidem Leuiticus, sed euangelicus, nõ veteris, sed nouæ legis in nocte cænæ pridie quam pateretur in cruce, in memoriam suæ mortis instituit, & tradidit Apostolis formam, & verba consecrationis sui corporis & sanguinis in Eucharistiæ sacramento, sicut ex sanctis Euangeliis docetur & colligitur euidenter: Nam quoties hunc panem manducamus, & calicem bibimus, mortem Domini annuntiamus. 1. ad Cor. 11. circa finem. Vnde cum dixit Iesus, Hoc facite in meam commemoratiõem, expressit instituit hoc sacramentum, & tacite destituit agni Paschalis typicum sacrificium, vt ait Isidorus super Matth. & ponitur de consec. dist. 2. Accipite. De hoc vide quartum Sententiæ di. 8. De forma consecrationis sanguinis Christi, à sanctis doctoribus verius creditur & tenetur, quod ea sit forma quæ in canone habetur, qua ex primitiua traditione Apostolorum & sanctorum Patrum ecclesia vitur generalis. Sunt enim multa adiecta, quæ nullus euangelistarum legitur expressisse, lege super hoc pulchra dicta Innocentij Papæ tertij, ext. de celeb. Miss. c. cum Matth. Apostoli enim de forma & materia huius sacramenti, sicut de Domino Iesu Christo acceperunt, ita & seruauerunt, & sanctæ ecclesiæ tradiderunt, quoad actum celebrandi. Quoad modum seu ritum, tempus, locum atque ornatum sacrarum vestium & vasorum, nonnulla prout decuit, ordinatur. Et eorum exemplo atque doctrina similiter fecerunt successores, vnde in gestis sextæ synodi dicitur, quod Iacobus frater Domini secundum carnem, cui primũ tradita est Hierosolymitana ecclesia, & Basilii Cæsarensis episcopus, tradiderunt nobis Missæ celebrationem, de consec. dist. 2. Iacobus. Ab initio siquidem cum adhuc esset nouella ecclesia, Apostoli cum sanctificatione crucis & oratione Dominica, prout in quibusdam scripturis veteribus reperitur, & in quodamianis vestibus & ligneis calicibus celebrabatur. Sed B. Clemens, vt dicit Gemma, tradente beato Petro, vsu sacrarum vestium ex lege superposuit.

A Sanctus Soter natione Campanus, qui cepit anno Domini CXXV. interdixit mulieribus sanctas vestes altaris contingere, & incensa circa altaria deferre, dist. XXIII. sacrosanctas. Vnde non nisi à sanctis hominibus vestimenta sacra contingantur, nec aliis vibus commodentur, de consec. dist. 1. c. Iustam. & c. Vestimenta, nec nuptiarum præntenditur ornatibus. c. d. Ad nuptiarum. Sanctus Zephyrinus XVI. Papa, vitreis vasis: Sanctus verò Urbanus Papa primus, argenteis constituit celebrari, de consec. d. 1. vasa. De quibus sanctus Bonifacius episcopus & martyr interrogatus, an in vasis ligneis liceret conficere, Respondit, quondam sacerdotes aurei erant & calicibus ligneis utebantur: & nunc econtra. In his autem sicut & in reliquis cultibus, magis & magis per incrementa temporum decus succreuit ecclesiarum. c. vasa. Vnde etsi non ex argenteo, saltem ex stanno, non ex ære vel aurichalco fiat calix. c. d. Et calix. Sanctus Stephanus natione Romanus, qui cepit anno CCLVIII. præcepit, vt vestimenta ecclesiæ quibus Domino ministratur, & sancta sint & honesta, in c. vestimenta, supradicto. Sixtus II. qui cepit anno 261. constituit, vt Missa super altare celebraretur, quod antea non fiebat. Felix I. natione Romanus, qui cepit anno Domini 166. constituit super memoriam martyrum Missas celebrari. S. Syluester I. natione Romanus, qui cepit anno Domini 315. constituit, vt diaconi dalmatica vterentur in ecclesia, & pallio linoestino eorum læua tegetur. Primo siquidem sacerdotes ante casularum vsu, dalmaticis induebantur. Postea verò cū casulis vti cepissent, dalmaticæ diaconibus sunt concessæ. Item constituit vt sacrificium altaris non in serico panno aut in tincto, sed in puro lineo ab episcopo consecrato celebraretur, sicut corpus Domini in sindone linea munda sepultum fuit, de consec. d. 1. Consulto. De dicto Urbano legitur, quod aqua admiseri censuit, sicut & apostolica traditio docuit de hoc, de consec. dist. 2. c. 1. & tribus c. seq. nec vna coniungantur, vt in c. didicimus. c. dist. B. Bonifacius I. natione Romanus, qui cepit anno Domini 425. interdixit ne moniales seu quæcunq; mulieres sacra vasa seu pallas altaris contingerent.

Et qualiter sacræ vestes lauari debeant, dicitur in c. Nemo per ignorantiam. de consec. d. 1. De hora Missæ celebrandæ S. Telesphorus martyr natione Græcus, qui successit Sixto anno Domini 139. constituit in nocte natiuitatis Missas celebrari & hymnum angelicum solenniter decantari, Reliquis verò temporibus ante horam tertiam illas minimè celebrandas: quia & eadem hora Dominus crucifixus est, & super apostolos spiritus sanctus legitur descendisse, de consec. dist. 1. nocte. In quadragesima autem hora vespertina c. d. solent. Similiter eadem hora seu in noctis initio in sabbatis quatuor temporum, & in sabbato sancto. 65. dist. Secunda patribus, & c. Ordinationes. Celebrationes enim ordinum iuxta decreta sanctorum Patrum, tam serò fiebant in sabbato, vt potius Dominicæ, quàm sabbato adscriberentur. Vide Micrologum c. 29. Ex hac antiquitate hodie seruatur, vt diebus ieiuniorum Missa in Nona dicatur, & aliis diebus ad tertiam. Et si ambo concurrant. Missa de festo ad tertiam festiue dicitur, & de ieiunio ad Nonam. Et ita fit Romæ,

Romæ, & in Colonia. In Collegiis seruatur vt maior Missa dicatur ante vltimam horam ante prandium, & si occurrant duæ, primæ ante penultimam horam imponitur. De præsentibus autem necessariis, infra tangeretur. Presbyter cum se parat ad Missam, iuxta Romanam consuetudinem decantat Psalmos. Quam dilecta, Benedixisti, Inclina, Credidisti, Kyrie eleison, Pater noster. Et ne. vers. Ego dixi. vers. Conuerte, vers. Fiat misericordia, vers. Sacerdotes, vers. Protector noster, vers. Domine exaudi. Oratio, Aufferalia. Actiones, secundum Micrologum, c. & 23. Eo introeunte ad altare, cantatur antiphona ad Introitum, quæ abinde in Romano, hoc nomen, & in Ambrosiano, nomen *Ingressæ* meruit habere. Cælestinus primus natione Romanus, qui cepit anno Domini 418. in ordine XXI. constituit vt psalmi Dauid c. & l. ante sacrificium canerentur antiphonatim ex omnibus, quod ante non fiebat, nisi tantum epistola beati Pauli, & sanctum euangelium recitabatur. Ex hoc instituto excerpti de Psalmis Introitus, Gradualia, Offertoria ante sacrificium, cõmunionis inter communicandũ cum modulatione ad Missam in ecclesia Romana cãtari cõeperunt, secundũ Sigibertũ & alios in Chronicis.

Non autem intelligendum, quod Cælestinus primò introduxit Psalmos dici particularim ante sacrificium, immò ab initio diu ante eum à patribus seruati. Vnde Cassianus libro tertio de institutis monachorum c. decimo. Verum ne hoc quidem ignorandũ, die Dominica vnam tãrummodò Missam ante prandiu celebrari. In qua psalmodum atq; orationum seu lectiõũ pro ipsius collectæ vel cõmunionis. Dominicæ reuerentia solenniũs aliquid impendentes, in ipsa tertiam sextamque pariter consummatam reputant. Quoties igitur idẽ diuersis constitutum reperitur, intelligi debet, quod posterior cõstitutum vel obseruatum à prioribus, vel in nouauit & authorizauit, vel emendauit, declarauit, publicauit, aut quid simile fecit. Ecce de epistolis & euangeliis legitur, quod successores Apostolorum, epistolas & euangelia legi statuerunt. Vnde præcipitur in canonibus Apostolorũ & ponitur de consec. dist. 1. Omnes vt fideles ad sacramenta solenniter conuenientes, scripturas Apostolorum & euangelium audiant, & in oratione vsque in finem Missæ perseuerent. Alibi scribitur, quod epistolæ & euangelium Alexander Papa ad Missam legi constituit. Item B. Hieronymus presbyter Cardinalis epistolas & euangelia, vt hodie habet ecclesia, collegit & ordinauit, vt in libro qui Comes dicitur, habetur, & ipse ait scribens ad Constantium episcopum. Et Damasus Papa, vt nunc moris est, legi censuit. In Ambrosiano autẽ officio copiosè habentur per totum annum Epistolæ & euangelia, sæpẽ cū Romano officio concordantes, & sæpẽ differentes. Idẽ etiam officium in festiuitatibus & Dominicis pulchrum seruat ordinem: Nã ad Missam post gloria in excelsis, & Kyrie eleison ter: Deinde legitur prima lectio de veteri testamento cū responsorio, quod Psalmicum vocat, & nos Graduale. Secunda de nouo Testamento cum Alleluia & versu, vt Romani. Tertia de sancto Euangelio, ante quod & post quod cantatur antiphonæ, quæ dicuntur ante Euangelium & post euangelium, quibus carent Romani. Officium

A autem Ambrosianũ longè præcessit Romanum, vt supra Propositione 12. Et qui videt Ambrosianum, apertè cognoscit quod cantus Missæ, epistolæ & euangelia, & plures orationes, responsoria & antiphonæ, & cetera officia, recepta sunt ab illo. Et huius signum est, quia cantus concurrentes vtrouque sunt eiusdem toni, vt introitus, Gaudeamus, vtrouque est primi toni. Sed nota Ambrosiana est fortior, durior & magis extensa. Reuertamur igitur ad initium Missæ. Sanctus Damasus Papa natione Hispanus, qui cepit anno Domini cccclxx. præcepit vt presbyter confessionem faceret antequam accedat ad altare. Sacerdos igitur paratus veniens ad altare, Romano ordine dicit antiphonam, Introibo, cum Psalmo, Iudica, & facit confessionem, quam Micrologus c. 23. breuiter sic ponit: Confiteor Deo omnipotenti, istis sanctis, & omnibus sanctis, & tibi frater, quia peccavi cogitatione, locutione, in opere, in pollutione mentis & corporis. Idẽ precor te ora pro me. Misereatur tui omnipotens Deus, & dimittat tibi omnia peccata, liberet te ab omni malo, & conseruet te in omni opere bono, & perducat nos Iesus Christus filius Dei viui in vitam æternam, Amen. Indulgẽciam & remissionem omnium peccatorum nostrorum, tribuat nobis omnipotens & misericors Dominus. Amen. Huic cõfessionis concordant prædicatores, & dicunt: Absolutionem & remissionem & c. quæ verba ex euangelio sumuntur.

Quodcunq; solueris &c. Quorum remisistis &c. In Romano officio introitus cãtatur cum versu de Psalmo, Gloria patri, & repetitione, quod nõ sit de ingressa Ambrosiana. In Graduali. B. Gregorij ad Introitus annotatur semper duo versus de Psalmo, sicut hodie obseruamus de Requie. Aliqui scripserunt, quod ex statuto Cælestini, totus psalmus olim cantabatur. Sed quod B. Gregorio ascribitur, quod introitus modulando cõposuit intelligendum est, quod multos introitus ex psalmis addiderit: quia valde multi ab Ambrosio sunt recepti. *Gloria patri*, Nicena synodus cõposuit de cõsec. d. 1. de hymnis. Sed Damasus Papa ad psalm. cantari censuit Kyrie eleison. Syluester Papa de Græcis sumpsisse scribitur. Quod Greg. Papa ad Missam instituisse dicitur. Sciendũ quod Græci & Ambrosiani multũ ad Horas frequentant Kyrie eleison. Et in missa Ambrosiana dicitur ter Kyrie eleison in tribus locis post *Gloria in excelsis*, & post euangelium, & in fine Missæ. In Romano dicitur nouies in vno loco, cū Christe eleison, quod Græci & Ambrosiani non dicunt. Itẽ Ambrosiani ad eorũ Kyrie eleison, ad *Gloria in excelsis*, ad *Credo*, ad *Sanctus*, vnicam seruant notam. Et de *Gloria in excelsis*, & *Sanctus*, in graduali B. Gregorij Romæ pauca sunt notæ. Et credendũ quod plures notæ seculariũ super illis sine autoritate existant. Idẽ humilitati locorum vestrorum congruere videntur, vt super illis sequeremini Carthusienses.

De laude angelicæ dictum est supra propositione 13. Microlo. c. 2. & c. 45. dicit, quod capitur in omni festo, quod plenum habet officium, hoc est, nouem lectiones, nisi in Aduentu, die Innocentium, & LXX. In his tamen diebus secundũ Microlo. c. 45. natalitia Apostolorum & festa sanctæ Mariæ, *Gloria in excelsis*, recipiunt iuxta Romanam consuetudinem. Sed in hoc secundum prudentiores, statur cõsuetu-

dini regionis, nec post meridiem legitur dicendum, nisi in cœna Domini, ubi christina conficitur, & in sabbatis Paschæ & Pêtecostes. Sacerdos deinde ad populum versus, dicit, *Dominus vobiscum*, quod est sumptum de veteri testamēto, scilicet de libro Ruth. *Et pax vobis*, de nouo testamento & de Euāgelio accepta Responſio. *Et cum spiritu tuo*, de epistolis Pauli. Amen verò, de Apocalypsi, quæ Apostolicus ordo, tradente Domino, dici docuit, & Clemens Papa seu Anacletus dici cōstituit. Ambrosiani in Missa sapius dicunt, Dominus vobiscum, & cum spiritu tuo, absque versione, & Oremus. Notandum secundum Micrologum ca. 2. quod hæc verba plures exigunt respondentes, & vnum salutantem. Sicut enim pluribus salutantibus ineptè respondetur. *Et cum spiritu tuo*, ita incongruè salutarur per Dominus vobiscum nullo vel vno tantum adstante.

Vtique beatissimi Patres Apostolici, Anacletus quidem à beato Petro quintus, & Soter, de quo supra, in ordine decimustertius, eorum decretis firmauerunt, vt sacerdos semper vel tertius esset, dum Missas celebraret, de consecrat. dist. 1. c. Hoc quoque statutum est.

Non enim solus presbyter Missarum solennia, vel alia diuina officia potest sine ministris suffragio celebrare, de fil. presb. in. fin. Zacharias vir apostolicus, in ordine nonagesimus tertius, constituit ne sacerdos ad celebranda Missarū solennia cū baculo intrarent, nec velato capite altari adstaret, de conf. d. 1. Nullus episcopus. Sancti quoque Patres in Aurelianensi concilio, c. 3. constituerunt, vt ad salutationes sacerdotis non solū clerici & Deo dicati, sed & omnis plebs consona voce respondeat, secundum Microlog. c. 2. Flectamus genua in ieiuniis quatuor temporum, præter Pentecostes, in feria quarta ad priorem orationem: in feria sexta ad principalem, & in sabbato ad quatuor priores orationes dicitur. In illa de camino, genuflexio more triū puerorū præmittitur, qui statuat gentiliū adorare noluerunt. Et iuxta Romanū Ordinem, in Missis quadragesimalibus post salutationē genua flectimus. Idem fit in vtraque oratione feria quarta post palmas. Sed has genuflexiones fratres omittunt, quia in capella Papæ non fiunt. Sequitur oratio, quæ specialiter, collecta vocari videtur. Illa namque, apud Romanos fit super populi collectionē dum colligitur, vt procedat de vna ecclesia in aliam ad stationem faciendum, vt in die Cinerum apud sanctam Anastasiam. Oratio, Concede, quando statio est ad sanctam Sabinam, Et apud sanctū Adrianū in die Assumptionis, Oratio, Veneranda. Et in die Natiuitatis Mariæ, Oratio, Supplicationem seruorū, quando iuxta constitutionem Gregorij Papæ, litania exit à sancto Adriano ad S. Mariam maiorem. Et has duas collectas, quia non capellares Fratres sine causa omittunt. Iuxta Romanum autem Ordinem, vt dicit Microlog. c. 4. non nisi vnam orationem ante lectionem dicere debemus, vt Amalarius à multis in prologo libri sui de officiis se ab ipsis Romanis didicisse fatetur. Hoc vtiq; & institutio officiorū exigere videtur, vt sicut ad vnam Missam, vnam tantum lectionem & vnum Euangelium legimus, & vnum introitum immò vnum officium cātamus, ita & vnam orationem dicamus. Sed plures illas aded multiplicant, vt

A auditores ingratos efficiant. Sed sapientiores obseruant, vt in Missa aut vnam, aut tres, aut quinque, aut septem dicant: vnam propter Romanam traditionem: tres, quia Dominus ante passionem ter orauit: quinque propter quinque partiam eius passionem: septem, quia sancti Apostoli septenarium Dominicæ orationis, ad cōsecrationem eorundem mysteriorum, frequentasse leguntur. Vsu Leodiensi vltra quinque non dicuntur.

In Natiuitate Domini, Romani ad Missam secundam orationem de sancta Anastasia adiiciunt: quia tunc stationem in ecclesia eiusdem martyris agunt: Et in hoc illos imitamur, licet non eandem adiectionis occasionem habere videamur. Sed Rabanus Moguntinus Archiepiscopus in libro sacramentorum à ministris ecclesiæ sancti Petri in Roma sciscitatum se refert, quando in Missa plures orationes occurrunt, vt in dicta Missa secunda, & in Dominicis quibus festa recoluntur, quot orationes soliti essent celebrare ante epistolam.

Et responsum sibi dicit vnam tantum, vnde dicit à scripto sancti Ambrosij & S. Augustini se didicisse de ordine orationum in Missa: In dicta scilicet Missa, in loco ubi corpus sancti martyris requiescit, dicitur oratio de sancta Anastasia iuxta Romanum morem. Et vbi hoc non reperitur, dicantur de incarnatione. Eodem modo in cæteris festiuitatibus, & in omnibus aliis diebus, quibus celebramus Missas per annum secundum eum. Inde est quod in antiquioribus libris eodem die Missæ sunt duplicatæ. Vt in inuentione sanctæ Crucis, in die sancti Augustini, Decollationis Ioannis, Omnium Sanctorum, & cæterorum.

Ex vnitatem ergo Missæ quotquot sint orationes, prima semper per se est dicenda, etiam si sint tantum duæ secundum Romanum ordinem & vsus approbatores. Scimus etiam quod Ambrosianum officium in Missa dicitur quatuor orationes: Primam, super populum post ingressam: Secundam, post euangelium super synonem: tertiam, ante præfationem, sicut nos: sed illam altè dicit: quartam, post communionem: & hunc numerū seruamus in quadragesima, licet non hoc ordine. Et post primam orationem dicit, *Gloria in excelsis*, dein Kyrie eleison: sed nos ordinem conuersum seruamus, post introitum, Kyrie eleison & *Gloria*, deinde orationes dicentes. Orationes autem Missæ copiose B. Ambrosius ordinavit, & sanctus Gelasius post eum auxit.

De ipsarum autoritate dixi supra propositione decimatertia. In Euāgelio præcipitur, vt patrem in nomine filij petamus, & accipiemus. Ideo penè omnes orationes, *Per Dominum* concludimus. Paucissimæ pro competentia sensus, alia conclusione finiuntur. In qualibet conclusione memoriam sanctæ Trinitatis obseruare solemus. Romanus ordo & antiquissima exēplaria nomē Dei sic interponunt, vbi dicitur: *Qui tecum viuisti & regnat Deus in vnitatem spiritus sancti*. Et Ambrosiani adhuc seruant.

Sed moderni postea subiungunt, & hæc subiunctio apud Romanos & nationes alias hodie tantum inualuit, vt antiqua traditio sine scādalo locum habere non possit. Secundum Romanam autoritatem, nulla oratio, *Per eum qui venturus est*, concluditur, nisi per quam diabolus adiuratur. Quando oratio

rio dicitur, omnes adstantes secundum antiquam sanctorum Patrum traditionem, in signum confirmationis, Amen, subiungere debet, vt communem orationem quam sacerdos pro omnibus Domino obtulit confirmet. Vnde & in ipsa secreta, *Per omnia secula seculorum*, alius dicit, vt præmissa oratio, per Amen, à populo confirmari possit. De lectione & euangelio supra dictum fuit. Romani ex ordine Ambrosiano solam lectionem admittunt, nunc de veteri, nunc de nouo Testamento cum responſorio & Alleluia. Et hodie, vt dicunt, ecclesiæ plures ciuitatis Mediolanensis ex more Romano sola lectione cum Alleluia contenti sunt. In ecclesia tamen maiore semper seruatur antedictus decor, quem in Romano officio in quatuor Missis Natiuitatis Domini duntaxat receptum videmus. Vnde aliq; ecclesiæ Italianæ in tribus Missis ipsius diei Graduale post primam interponunt lectionem, morem beati Ambrosij imitantes. Et in vigilia Graduale diuidunt, primam partem post primam lectionem, & versum post lectionem secundam decantando. Fratres tamen nostri has primas lectiones à Romano officio amouerunt in sex feriis quartis ante Sabbata ordinationum. In Romano duæ sunt lectiones cum duobus responſoriis. Et Micrologus. c. quinquagesimo secundo dicit, quod feria secunda & quarta post palmas, duæ lectiones continuantur, vt in natiuitate Domini, leguntur. Gradualia & Alleluia Ambrosius in suo officio multa ordinavit. Et Gregorius ad Missam tam illa, quàm alia in Romano officio imposuit. Abbas Nokerus sequentias aliquas pronomis de Alleluia composuisse dicitur, quas Nicolaus Papa ad Missam cātari concessit. In antiquis libris Romanis aliquas vidi sequentias, multi autem multas introduxerunt. Quilibet gaudet de suis nouitatibus. Securius videtur, in illis seculi Carthusienses & Cistercienses. Iubili autem seu neumata gradualium & de Alleluia, refecandi non sunt, nisi cum illorū loco sequentia decantentur. Solis subdiaconibus Romana autoritas cōcedit, vt sacris vestibus induti, epistolā legant, vt dicit Micrologus cap. octauo. trigesima quarta dist. Si subdiaconus. Nam B. Hormisdā à B. Petro Papa quinquagesimus tertius, ca. tertio, illum deponit, quicūque non ordinatus, officium ordinati vsurpauerit: quod vtiq; nec ex cōsecratione, nec ex ecclesiastica consuetudine vnquam promeruit. Canones etiam alios, nisi ad hoc ordinatos, in ecclesia legere, vel in publico psallere, vel Alleluia dicere, vel aliq; exorcizare in diuersis conciliis prohibuerunt. Sed de epistola [con. De 6. & ho.] dicti cap. vt clerici dicunt, vt ibi. Nihil autē obstat, quin sacerdos in Missa inferiorum ordinū induti, si neceſse fuerit, expleat: quæ & omnes inferiores obtinere constat, qui & in missa sacris vestibus est indutus, sine quibus altari, iuxta Romanum Ordinem, ministrare non debemus. Vnde congruentius ipse epistolā & euangelium legat, quàm hoc per inordinatū expleri permittat. Anastasius primus natione Romanus, qui cepit anno domini trecentesimo quarto, mādauit, vt cum sancta euangelia in ecclesia leguntur, nullus sedeat: sed omnes Dominica verba intētè audiat, & fideliter adorent. de consecr. dist. 1. Apostolica. Quæ reuerentia, vt aiunt, & Apostolicæ lectioni apud Græcos exhibit

betur, vt dicit Microlog. c. 9. Diaconus autem cum Euangelium legit, iuxta Romanum Ordinem, in ambone vertitur ad meridiem, ubi & masculi conueniunt. Sacerdos verò in altari ad sinistram cornu legit, vt in dextra parte expeditior sit ad oblationes suscipiendas & sacrificiū perficiendum. Sed vt diaconus similiter ad Aquilonē se vertat, vsurpatio iā hodie inoleuit, vt quasi pro ordine teneatur. de hoc Microlog. latus d. ca. 9. Ordo quoque præcipit, vt euangelium lectorus, in fronte & in pectore sibi crucem faciat. Item præcipit Romanus Ordo, vt incensum cum luminaribus præcedat euangelium, cum ad altare seu ad Ambonem portatur. In euangeliiis Dominicalibus & pluriū festorum, sapius adinueniem discordat Ambrosiani, Romani, & aliarum nationes. In quibus libros nostros antiquos imitamur, nō vtiq; sedi Apostolicæ, si aliter iusserit, præiudicantes. Symbolum Nicenū, id est, Credo in vnum deum, S. Marcus natione Romanus, successor Siluestri, qui cepit anno Domini cccxxxix. vel xl. statuit, vt post euangelium in ecclesia alta voce dicitur. Deinde eiusdem symboli forma, quam Græcorum & Latinorum confessio prædicat, & quam post Nicenum conciliū sancti patres tradiderunt in sancta & vniuersali synodo secunda apud Constantinopolim celebrata tēpore beati Damasi Papæ circa annum Domini 387. idem sanctus Papa in solēni diebus ad Missam cātari instituit & iuxta canonem cantari debet in omnibus Dominicis per totū annum in omnibus festiuitatibus Domini, & sanctæ crucis, sanctæ Mariæ, sanctorum Apostolorum, omnium sanctorum, dedicationis ecclesiæ, nec immeritò, quia de his singulis in eodē symbolo aliqua reperitur commemoratio. Item per octauas Paschæ & Pentecostes, quæ cū die principali, pro vna festiuitate computantur. Et vt dicit scilicet memorie Innocentius tertius de celebrat. Miss. c. consilium. In profectis diebus cum Missarū solennia in honore beate virginis celebrantur, hoc symbolū in Romana ecclesia non cantatur, vt intra solennitatē & commemorationem differentia ostēdatur. Ex quo sequitur, quod per alias octauas maiores cātari non debet. An autem in die octauarum in diebus sancti Michaëlis, Natiuitatis Ioannis Baptistæ, Mariæ Magdalene, Marci, Lucæ & Martini, sit cantandū, opiniones sunt & argumenta. Et quidē Angelus & virgo, Martyr, præsul sine Credo. In prima autem & secunda Missa noctis Domini, non cantatur, etiam si doctum sit, vt festiuus in Missa maiori suscipiatur. Genuflexio, quam quidam ad verba, Descendit de cælis, inchoant: & in verbis, Et resurrexit, terminant nullo exemplo probatur.

Concilium enim Nicenū genuflexionem Dominico die interdicit, de cōf. dist. 3. Quoniam. Et aliis præcipuis festiuitatibus fieri non debet, de fer. c. ij. In hoc symbolo decantando religioni vestrae non congruit modus seculariū per notas fractas. Sequimini ergo monachos Carthusienses, à quorū consortio nō estis seiuncti, vt supra allegabatur. Offeritorium autē quod inter offerendū cantatur, quamuis à prioribus populi consuetudine in vsu Christianorū venisse dicatur, cum quis specialiter addiderit officiis nostris, vt quædam Chronica dicunt, apertè non legimus, sicut & de antiphona quæ ad

complendum dicitur, possumus fateri, cum verè credamus priscis temporibus patres sanctos obtulisse in silentio vel communicasse. Quod etiam habemus in sabbato sancto Pasche obseruauimus, sed diuersis modis & partibus per tempora decus ecclesie processit, & vsque in finem augeri non desinet. Alibi verò offertoria beato Gregorio adscribunt. Verum est autem, quod multa recepta sunt ab officio Ambrosiano & beato Gregorio, qui plura alia ordinavit, & omnibus versus quam plures annotauit, qui tam Romæ, quam in libris nostris antiquis continentur.

Quibus hodie refectis, offertorium eo morosius percantatur. Finito autem euangelio, statim est offerendum de cons. dist. 1. Omnis, dum & offerenda cantatur, quæ nomen de oblatione mutauit. Nam ordine præposito deinceps offertur, postquã proposita oblatione in altari sacerdos populũ hortatur ad orandum. Sanctus Alexander natione Romanus, Papã quintus à beato Petro, qui cœpit anno Domini CXXI. Præcepit ut panis tantũ & vinum aqua mixtũ, in sacrificio Domini offeratur, quia de latere Domini sanguinis & aqua simul perfluxerunt de cons. dist. ij. In sacramentorũ. Vnde S. Cypri. In calice in quã, Dominico, aqua vino deesse non debet, ne populus qui per aquã iuxta Apocalypsin significatur, à Christo separatus esse videatur, ead. dist. j. ij. iij. & iiij. Præcepit etiam idem Alexander Papa, ut hæc oblatio ex azymo fieret immo dica quantitate, dicens: Quanto paucior, tanto potior. Rursũque præcepit populũ adspersi aqua cũ sale exorcizata & benedicta, de cons. dist. iij. Aquã. In componenda oblata in altari, est duplex modus: vnus Romanus, quem seruant Itali & Alemanni cum duobus corporalibus, quorum vtrunq; purè lineum debet esse de consec. dist. j. Consules. Gallici verò cũ vno tantũ. Iuxta Romanum ordinem, secundum Microlog. ca. x. Oblata in corporali posita, calix ad dextrũ collocatur, quasi sanguinem Domini suscepturus, quem de Dominico latere credimus profluxisse.

Gallicani verè, calice de plica vnus corporalis cooperto, oblata ponunt ante, quod etiam multi faciunt cum duobus ministrantes. In quibusdam chronicis legitur quod Leo primus, de infra, cõstituit, ut finito offertorio, super oblata incensum in memoriam mortis Christi ponatur. Idem alibi scribitur, statutum in concilio Rothomagensi Micro. c. 9. dicit, Romanum ordinem non cõcedere, ut oblatio in altari thurificetur, quod Amalarius à multis in prologo libri sui de officiis, Romanos deuitare faretur, quamuis modò à prælibatis, immò penè ab omnibus, vsurpetur. Romanus ordo, ut dicit Microlog. c. xj. nullam orationem instituit ante Secretã. Iuxta Gallicanum autem ordinem, composita oblatione dicit sacerdos: Veni sanctificator omnipotens æternæ Deus, benedic hoc sacrificiũ tuo nomini præparatũ, per Christum Dominũ. Et inclinatus ante altare, nõ ex aliquo ordine, sed ex ecclesiastica consuetudine dicit: Suscipe sancta Trinitas hæc oblationem, quam tibi offerimus in memoriam passionis, resurrectionis, ascensionis Domini nostri Iesu Christi, & in honorem sanctæ Dei genitricis Mariæ, sancti Petri, & sancti Pauli, & istorum atque omnium sanctorũ tuorum, ut illis proficiat ad hono-

rem, nobis autem ad salutem: Et illi pro nobis dignetur intercedere in cœlis, quorum memoriã agimus in terris. Per Christum. Erectus autem presbyter, populum hortatur ad orandum, dicens: Orate pro me. Quod Leoni Papæ adscribitur. In dicta oratione, Suscipe, Natiuitas Christi commemorari non debet, cum secundum Apostolum, in eiusmodi sacrificio non natiuitatem Domini, sed mortem eius annũciare debeamus. Et si diligẽtiores ordinis obseruatores in huiusmodi orationibus multorũ consuetudini cedant, superflua tamen summo opere deuitant. Vnde Prædicatores, aliis omisiss. tres tantum articulos ponunt. Nam præmissis versiculis, Quid retribuam, & Calicẽ: In accipiendo vtrunq; quando vtrunq; tenetur eleuatum, breuiorem dicunt orationẽ: Suscipe sancta Trinitas hæc oblationem, quam tibi offero in memoriam passionis Domini nostri Iesu Christi, & præsta, ut in cõspectu tuo tibi placita ascendant, & meam & omnium fidelium salutem operetur æternam: Per Christum. Item de profundis inclinati. In spiritu humilitatis &c. Et tertio versiculo, Orate fratres, ut meũ pariter & vestrum in conspectu domini sit acceptum sacrificium. Ambrosiani hoc loco habent prolixas & plures orationes. Secretæ orationes dicuntur eo ordine, quo & primæ. In Ambrosiano dicitur alitè. Post secretam orditur sacerdos præfationem in Canonem, in qua superni ciues meritò commemorantur, quia ibi adesse creduntur. Vnde & angelicus hymnus subsequitur. Sursum corda, de Ieremia: Gratias agamus, de Apostolo est sumptum. Ideò autem sacerdos, ut dicit B. Cyprianus, ante orationem præfationem præmissa, parat fratrum mentes, dicendo, Sursum corda: ut dum respondet plebs, Habemus ad Dominum: admonemur, nihil aliud se, quàm Dominũ, cogitare debere, claudatur contra aduersarium peccatũ, & soli Deo pateat, nec ad se hostem Dei, tempore orationis venire patiamur, de cons. distinct. 1.

Quando autẽ stamus, Præfationes, ut dicit Gemma, Dionysius Areopagita putatur composuisse. Ambrosius librum præfationum ordinauit, ex quo in Lombardica multæ præfationes allegantur. In qualibet autem Missa Ambrosiani officij, propria decantatur præfatio. Beatus autẽ Gelasius I. de quo supra propositione xj. tractatus & hymnos in morem B. Ambrosij composuit, & inter cætera præfationes & orationes cauro & limato sermone fecit. In antiquissimis etiã nostris Missalibus multæ cõtinentur. Pelagius autem primus natione Romanus, qui cœpit anno D. I. VIII. nouem præfationes in sacro catalogo decreuit tantummodò recipiẽdas, de cons. d. 1. Inuenimus. Sed Sigibertus hoc ascribit E Pelagio 2. Vrbani. II. qui cœpit anno Domini 1088. antiquis nouem præfationibus decimã de B. Virgine addidit in concilio Placentiæ celebrato Anno 1095. quæ habetur 70. dist. Sanctorum. De altero eius concilio in Francia, dixi supra propositione 20. Generale est præfationum, ut eorum temporibus & diebus in omni Missa continuẽtur, vbi propria non habetur. Ar. de celeb. Missæ. Consilium, ut præfatio de natiuitate vsque ad Epiphaniã, nisi in die Ioannis, & Octauis de Epiphaniã per octo dies, de ieiunio à die cinerum vsque ad Palmas tam in Dominicis, quam in eorũ feriis, ut dicit Microlog. c. 50. In die

die Palmarum & quatuor diebus sequentibus de S. A. Cruce: de resurrectione, à Vigilia Pasche vsque ad ascensionem: Et de ascensione, abindẽ vsque ad Vigilijs Pentecostes. Et de sancto spiritu, abindẽ vsque ad Trinitatem, & quoties de sancto spiritu recolitur. De sancta Trinitate, quoties de ea cantatur, & per suas octauas. Et dominicis diebus intra Trinitatem & aduentum, tam in Missa dominicali, quam in festo nouem lectionum cantatur. Et hoc seruãt Anglici, Alemanni, & multæ nationes. Et Microlog. c. lx. dicit hanc præfationem ex autoritate Romana in diebus Dominicis frequentandam. Sed Fratres sequuntur breuitatem capellarem: de sacramẽto, & per octauas iterantur præfatio de Natiuitate Domini, de sancta Cruce, de beata Virgine, & de Apostolis, quoties de illis celebratur, & per eorum octauas continuantur, & de Euangelistis repetitur. Sixtus primus natione Romanus, successor Alexandri, qui cœpit anno Domini cxxix. constituit, ut hymnus, Sanctus, sanctus, sanctus, ante sacrificium diceretur, dimidium de Esaiã, dimidium de euãgelio sumens. Item constituit, ne sacra vasa tangerentur nisi à ministris Domini consecratis, de consec. distinct. 1. In sancta Apostolica.

De hoc supra latius dictum est. hunc hymnum & ipse sacerdos dicere debet, ne sua prece se priuet, qui & suas & aliorum voces angelicis laudibus admitti in præfatione deprecabatur.

Orationem, quam Canonem siue Actionẽ, propter regularem sacramentorum consecutionem Romano more appellamus, quis composuit, apertè nõ legitur, nisi quod beatus Gregorius quendã Scholasticum illum composuisse testatur. Hic Scholasticus creditur fuisse beatus Gelasius. Multa tamen eadem canonis à sanctis prælibatis successiue inserta legitur, prout in sequentibus colligitur, tam ex decretis, quam ex gestis Pontificum Romanorum. Sanctus Clemens primus natione Romanus, ante consecutionem orationem instituisse dicitur: Vnde, Te igitur clementissime pater, à quibusdam ei attribuitur. Sanctus Alexander, de quo supra, ipse Dominicæ passionis commemorationem interfert iussit. Vnde orationem, Vnde & memores, quidam ipsi attribunt. De signis autem, quæ super oblationem à diuersis diuersæ sunt secundum Micrologum cap. 14. nos ab Apostolica sede potissimum formam sumere decreuimus.

Vnde totius Christianæ religionis ordinem & originem suscepimus. Nam & illi sedi nostro tempore Deus gubernatorem, reuerenda inquam, memoria Gregorium papam imposuit, qui sub decem suis antecessoribus à paruo Romæ nutritus & eruditus, omnes Apostolicas traditiones diligentissimè inuestigauit, & inuestigatas studiosissimè in actum referre curauit. Hunc ergo doctorem religione & auctoritate præcipuum, immò Apostolicam traditionem per ipsum in considerandis mysterijs potissimum imitari decreuimus, sicut nos ipsi per ipsum & episcopos, qui eum imitati sunt, accepimus imparẽ numerum semper in dispensatione signorum super oblationem obseruamus, videlicet vnã crucem vel tres, vel quinque faciendo. Et hoc utique non sine certi causã mysterij: nam in vno & tribus, trinũ & vnũ Deum intimamus: In quinque autem, Tom. 6.

quinque partitam domini passionem significamus. Meritò autem impar numerus in ecclesiasticis officiis frequentatur, quia nunquam in duo æqualia, vnitate impediẽte, diuiditur, sicut vnitas sanctæ ecclesie nullatenus eam in duo secari patitur. In primis vbi dicitur, Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia, tres tantum cruces super panem & vinum communiter facimus, nec vnquam panem à calice separamus in consignatione, nisi vbi separatim nominantur in canone. Ita autem illa communiter signamus, ut erecta pars crucis tantum super panem, transuersa autem super calicem procedatur. Nam & erecta pars crucis, corpus dominicum sustinuit: transuersa autem, ipsius brachia distendit. Vnde & calix eõgruè sub brachia eius collocatur, quasi de latere Dominico sanguinem Domini suscepturus. Romana auctoritas nomina viuorum fidelium internumerare permittit. In primo Memento, & in secundo, nomina defunctorum, ut infra dicam. Recitatio autem publica nominum ante preces, inhiibetur ead. dist. cap. fin. Microlog. cap. 13. dicit, quod secundum antiquiores & emendatioris sacramentarios, in canone superfluent sequentia verba: Primò ibi, & rege nostro, & omnibus orthodoxis atque catholicæ & apostolicæ fidei cultoribus. Num in sequenti oratione, omnium viuorum commemoratio est concessa? Item illa. Pro quibus tibi offerimus, quia offerentes non nisi in tertia persona scripti reperiuntur. Item pro circumstantium, habet circumstantium. Item in oratione, Vnde & memores, superfluit eiusdem. Item in secundo Memento, sic habet: Memento etiam Domine & eorum nomina, qui nos præcesserunt cum signo &c. Sed hoc antiquæ Romanæ traditionis exercitio, iam non sine scandalo locum habere videtur, quod iuxta Apostolum & Euãgelium, deuitare debemus. Nimis autem temerarium videtur, ut nos antiquo canonis ad libitum nostrum adiciamus, nisi quæ à sanctis patribus adiecta vel adicienda esse cognouimus, præcipuè cum inter sanctos patres nulli aliquid adiecisse legantur, nisi qui & Apostolica auctoritate præditi, hoc facere potuerunt. Optimum ergo videtur, ut in hac causã terminos patrum nostrorum non excedamus, nec nos Apostolicæ auctoritatis reos efficiamus, si quod soli Apostolicæ competit potestati, canonem nostris interpositionibus præsumimus augmentare.

Siricius Papa natione Romanus, qui cœpit anno Domini 388. secundum quãdam Chronica instituit in canone Missæ, Communicantes & memoriam venerantes &c. Aliorum autem sanctorum nomina annumerare non debemus, nisi quos antiquitatis descriptos in canone reperimus. Excepto, secundum Microlog. cap. 13. in oratione post Pater noster, vbi iuxta ordinem quantumlibet sanctorum nomina internumerare possumus. In summis quoque festiuitatibus quãdam canonis in illo loco, vbi dicitur, Communicantes, vel hanc igitur oblationem, interponimus, quæ tamen ex antiquioribus & emendatioribus sacramentariis interponenda esse didicimus, videlicet in natali Domini, in Epiphaniã, in Cœna Domini, in pascha, in Ascensione & Pentecoste. Et hæc in suis tantum diebus principalibus interponi debent. Et sex diebus, per quos festiuitates

Pascha & Pentecostes sunt extensa. Gregorius III. natione Romanus, qui cepit anno 731. in Basilica B. Petri oratorium faciens in honore omnium sanctorum, adiecit in canone, *Quorum solennitas hodie in conspectu tuae maiestatis celebratur. Domine Deus noster, in toto orbeterarum*: quod quia specialiter ad illam pertinet celebritatem, non est canonici, qui generaliter dicitur, annotatum. Principium orationis, Hanc igitur, quod ascribunt S. Leoni Magno, de quo infra B. autem Gregorius I. adiecit, *Dieque nostros in tua pace, vsque, Per Christum, ut omnes scribunt, & dicitur. De verbis autem consecrationis institutis dictum est supra. vbi ad Decret. Innocentij III. fuit remissum. Sacerdos autem humilatione Christi vsque ad mortem crucis nobis indicat, quando se vsque ad altare inclinat, dicendo: Hanc igitur oblationem.*

Et statim in sequentibus narrationem de dominica passione orditur: quousque iuxta altare se inclinans, Christum in cruce inclinato capite spiritum tradidisse signat. Et ibi. *Ut nobis fiat corpus & sanguis: subauditur, hæc oblatio. Et hic congruè super utrumque tres cruces facimus, licet quinque dictiones ad hoc aptas habemus, ne quinarium, de quo supra, excederemus, & quintam crucem super calicem quasi quinti vulneris indicè, vnde sanguis cum aqua profluxit, competenter faceremus. In canone igitur Passio Domini potissime commemoratur, iuxta Euangelium.*

Hoc quotiescunque &c. Apostolum. Quotiescunque igitur, &c. Vnde sacerdos secundum Microlog. cap. 16. per totum canonem in manuum expansione, tam mentis deuotionem, quam Christi in cruce extensionem præsignat, iuxta illud: *Expandi manus meas tota die. Digni ergo pro superflua cautela non semper contrahantur: male enim cauti sumus, si Christum imitari summopere non studemus. Congruit ergo ut manus infra canonem expandamus, obseruato, ne quid digitis præter corpus Domini tangamus, nec manus remittere debemus, nisi sanctæ cruces fuerint faciendæ. In oratione, supra quæ, Leo I. natione Tuscanus, qui cepit anno Domini 443. in ordine 47. & in homiliis declarandis multum valuit, ut omnia chronica dicunt, addidit, Sanctum sacrificium, immaculatam hostiam, Ad orationem, Supplices te rogamus, profundè est inclinandum. Et hic supplenda sunt sanctorum dicta, quibus adstruitur, totam curiam cœlestem, scilicet virginem gloriosam, choros angelorum, omnesque sanctos tempore consecrationis adesse. In Memento secundo post mortem Christi, sequitur memoria mortuorum: quia nec alij defuncti commemorandi sunt, nisi qui in Christi morte redempti, in Christo hanc vitam finierunt. Vnde in concilio Cabilonensis scribitur, & ponitur de cons. d. r. visum: quod memoria faciendæ est pro spiritibus in omnibus Misfarum solenni loco competenti. Et hunc morem antiquitus ecclesia tenuit, ut hoc ipsum ex dictis B. Augustini confirmatur. Sacerdos in verbis, *Nobis quoque vocem exaltans, centurionem designat, qui visa morte Christi, voce exaltata dixit: Verè filius Dei erat iste. Sancti martyres hic & superius, non ordine quo passi sunt, inscribuntur. Vnde notari potest, quod canon ab eodem, vel tempore eodem,**

non fuerit ordinatus: Quatuor hæc cruces super calicem fiunt, & quinta in eius latere iterum ut prius, ad laterale vulnus dominicum signandum. Vnde calix iuxta Romanum ordinem ex eodem latere tangitur. Incongruè autem, secundum Microlog. cap. 17. duæ cruces in latere fiunt, quia in latere Christus nisi vnum vulnus habuit. Sed reuerendæ memoriæ Gregorius Papa fecit, ut prædiximus, quod B. Anselmus Lucensi Episcopus ita ab eo se didicisse testatus est. Et hoc ita semper obseruauit, nobisque itidem seruandum firmissimè inculcauit, secundum Microlog. Hic in Ambrosiano fit contractio, & cantatur Antiphona, quæ ex eo contractio appellatur. Ad, per omnia sæcula sæculorum, corpus cum calice leuatur, & statim depositum cooperitur: quia & Ioseph Domini corpus in cruce leuauit, & in sepulchro depositum lapide operuit. Hucusque calix pro cautela operitus videbatur. Deinde magis pro mysterio operitur: quia sicut Christus tres dies cooperitus iacuit in sepulchro, & ita & nos corpus dominicum & calicem cooperimus quousque tres articulos orationis explicamus, utpote Dominicæ orationis præfationem, dominicam orationem, & illam quæ sequitur, quæ embolis dominicæ orationis nuncupatur. Gregorius I. natione Romanus, Doctor egregius, in ordine 61. qui cepit anno Domini 592. inter multa vitia quæ ecclesiæ fecit & instituit, antiphonarium regulariter centonizauit, & vtiliter compilauit. Kyrie eleyson a clero ad Missam cantari præcepit: Alleluia ex Hierosolymorum ecclesia, in usum Romanæ ecclesiæ extra Septuagesimam cantari fecit, & à Septuagesima vsque ad Pascha, *Tractus*. In canone, *Dieque nostros in pace tua disponas*, vsque ad, *Per Christum Dominum nostrum*. Et post canonem consecrationis, *Præceptis saluauit moniti*, superaddidit, & Dominicam orationem se adiecisse in registro suo asserit, vbi quibusdam inde murmurantibus, humili responsione satisfecit, Inconueniens esse asserens, ut oratio quam Scholasticus composuit, super oblationem diceretur, & illa prætermitteretur quam ipsi apostoli ex institutione dominica in consecratione eorundem sacramentorum vstitasse creduntur. Præceptis salutaribus &c. Pater noster &c. Libera nos &c. Domine ab omni malo, præsentibus, præteritis & futuris, & interuenientibus beata & gloriosa semper virgine Dei genitrice, & beatis Apostolis Petro, & Paulo, atque Andrea. (Hic nominet, secundum Microlog. cap. 23. quo quot sanctos voluerit, cum omni * f.) Da propitiis pacem in diebus nostris, ut ope misericordie tuæ adiuti, & à peccato simus semper liberi. Hic patenam accipiat, & osculatam deponat, secundum Microlog. & ab omni perturbatione securi, hic & ad, per Dominum, super patenam fit contractio, primò à latere dextro, ad designandum dominici corporis percussorem: Deinde maior pars in duo frangitur, secundum Microlog. cap. 17. Vna pars in calicem mittitur, Vna à sacerdote ante calicis participationem sumitur, & tertia comunicaturis seu infimis dimittitur.

Quid istæ partes significant, dicit Sergius Papa de consec. dist. 2. Triplex. & lib. 4. Sentent. dist. 12. Gallicano autem more super calicem fit contractio. Particula missa in calicem, Romano ordine sub silentio dicit

dicit sacerdos: Fiat commixtio & consecratio corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, accipientibus nobis in vitam æternam, Amen. Beatus Innocentius Papa I. natione Albanensis, in ordine 43. qui cepit anno Domini 407. constituit pacem dari post contractionem sacramentorum, de cons. d. ij. pacem. Et congruè pax datur ante communionem, quia iudicium sibi manducat & bibit, quicunque non prius fratri suo repacificatus, communicare præsumpsit. Cum adstanti pacem damus, dicere solemus. Pax te cum, Responsio. Et cum spiritu tuo. Sergius I. natione Syrus, in ordine 87. qui cepit anno Domini DC. LXXXVII. constituit, ut in tempore fractionis Domini corporis, Agnus Dei à clero & populo decantetur: videlicet ut ille nobis propitiatur, qui pro nobis innocens oblatum est. Inclinat autem dicit, antequam communicet, Domine Iesu Christe, qui voluntate patris cooperante spiritu sancto per mortem propriam mundum viuificasti, libera me per hoc sacrosanctum corpus & sanguinem tuum, ab omnibus iniquitatibus & malis meis, & fac me tuis inherere mandatis, & à te nunquam in perpetuum separari, qui cum patre. Cum distribuit eucharistiam, dicit: *Corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi proficiat tibi in vitam æternam. Amen.*

Omnes debent communicare, & interim cantatur Antiph. quæ de communionem nomen mutatur, cui & psalmus subiungendus, secundum Microlog. cap. 18. cum Gloria patri, si necesse fuerit. Et hæc antiphona semper habet eundem psalmum cum introitu, si non habet proprium, ex quo sumpta videtur. Romæ in antiquis libris huiusmodi versus annotantur. In Ambrosiano appellatur transitorium.

Orationem, quam inclinati dicimus, antequam communicemus, non ex ordine, sed ex religiosorum traditione habemus, scilicet: Domine Iesu Christe, qui nobis. Item & illud, Corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi, quod dicimus, cum aliis Eucharistiam distribuimus. Sunt & alie multæ orationes, quas quidem ad pacem & communionem priuatim frequentant: Sed secundum Microlog. cap. 18. diligentiores antiquarum traditionum obseruatores, nos in huiusmodi priuatis orationibus breuitati studere docuerunt, potiusque publicis precibus in officio Missæ occupare voluerunt.

Nam B. Innocentius Papa scribens B. Augustino & Aurelio episcopis, asserit, quod nos plus communibus & publicis, quam singularibus & priuatis orationibus proficere poterimus. Non est authenticum autem, quod quidam corpus Domini intingunt, & intinctum pro complemento communionis populo distribuunt.

Nam ordo Romanus contradicit, & Iulius quoque Papa in ordine xxxvi. Episcopo Ægypti scribens, huiusmodi intinctionem penitus prohibet, & seorsum panem & seorsum calicem iuxta dominicam institutionem sumenda docet. Vnde & B. Gelasius Papa in ordine I I. scribens quibusdam Episcopis, excommunicari illos præcepit, quicunque sumpto corpore dominico, à calicis participatione se abstinerunt, nam & ipse in eodem Decreto asserit, huiusmodi sacramentorum diuisio sine grandi

Tom. 6.

A sacrilegio prouenire non poterit. Postquam omnes communicauerunt, dicit sacerdos sub silentio hanc orationem iuxta Romanum ordinem: *Quod ore sumpsimus, mente capiamus, & de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum. Qua finita, sequitur oratio, siue orationes post communionem dicendæ, quæ eodem numero & ordine orationibus ante lectionem, siue secretis ante præfationem dictis, debent respondere. Quæ utique orationes non pro his qui communicaturi sunt, sed qui iam communicauerunt, iuxta proprietatem sui nominis agunt: ergo & ante ipsas communicare non negligunt, quicunque earundem orationum benedictione foueri desiderant. His ita finitis, subsequitur, *Benedicamus Domino: siue, Ite missa est. Si tamen ad festum sunt, quod Gloria in excelsis habere debuit: respondet omnes, Deo gratias, iuxta Apostolum pro collatis beneficiis agentes. Ite missa est, à quo Missa nomen accepit, de veteri testamento sumitur, vbi scilicet Pharaon populum ire iussit, siue vbi Cyrus populum à Babylone ire præcepit. Benedicamus Domino, sumptum est de psalterio: Deo gratias, de Apostolo, Et hæc dicit Leo Papa constituit. Benedictionem Episcopalem Martialis Episcopus Apostolorum discipulus, ex magisterio Apostolorum tradidit, quas probabile studium seruentium auxit, Ambrosius dicere cepit. Isque mos ex eo vsque quaque conualuit. Apostolicus autem hanc tantum, quæ finita Missa dicitur, dicit. Finitis omnibus osculatur altare, dicens: Placeat tibi sancta Trinitas obsequium seruitij mei, & præsta, ut hoc sacrificium quod oculis tuæ maiestatis ego indignus obtuli, mihi & omnibus pro quibus illud obruli, te miserate, sit propitiabile, Per Christum Dominum nostrum. Exuens se vestibus sacris, cantat hymnum trium puerorum. Vnde sancti patres in 4. Toletano, cap. 14. decreuerunt, ut sacerdos excommunicatio- ni subiaceret, qui eundem hymnum post Missam dicere neglexerit. Psalmum quoque, Laudate Dominum in sanctis eius, in gratiarum actione subiungens, Kyrie eleyson, Pater noster, vers. Confiatur tibi Domine omnes. vers. Exultabunt. vers. Exultant iusti. vers. Non nobis. vers. Domine exaudi orationem meam. Deus qui tribus pueris. Oratio, Actiones nostras. Videmus ex præmissis, quam curiose omnia in sancto Missæ officio seruanda sunt constituta & authenticè introducta, quæ omnia nos mouere debent, ne officia Romana à suis locis sine causa mutemus, aut aliter quam scripta sunt, obseruemus. Nam B. Alexander, cuius supra mentionem fecimus, ait: Sicut hæc oblatio omnes alias præcellit, & potior est cæteris, ita potius excoli debet & venerari, de cons. d. r. nihil. Excolamus igitur & veneremur sanctas Missas Gregoriani officij, & ante omnia Missas Dominicales cum earum glorificationibus omnino diebus dominicis, nisi maior festiuitas impediatur, honoremus: nec eas ponamus sub tristitia feriali Missæ igitur Dominicales inter Pascha & Pentecosten, inter Octauas maiores, & quando vigilia sanctorum in Dominica occurrunt, & si quæ sint alie in eorum dominicis cum debitis glorificationibus imponantur: nec putandum sufficere, ut in feria dominicalis lætitia obscureretur. Epistolæ & euangelia, quas à Romana habemus ecclesia, non**

Nn iij

omittantur, Missæ alia propria & speciales cum dominica & aliis festis occurrentes, primo mane vel alia hora congrua supplicantur. Missa pro primo mane in diebus Ioannis euangelistæ, Ioannis Baptistæ, & Laurentij, & si quæ alia sint, non negligantur. Quando autem eodem die beatus Gregorius

duplices ordinavit, ut in utroque festo S. Crucis, in die Augustini, in die decollationis, in die omnium sanctorum, & si quæ alia sint, illæ omnino in aliquo loco supplicentur ipso die. Et hoc obseruetur, quoties propter maiorem festiuitatem occurrerent, Missa Gregoriana locum summum nequit habere.

AMALARIII FORTVNATI EPISCOPI TREVERENSIS, AD HVLDOVICVM PIVM IMPERATOREM, DE ECCLESIASTICO officio libelli quatuor.

Gloriosissime Imperator, & magnificentissime ac centies inuictissime, a Deo coronate, nec non & conseruate atque conseruande: Seruus ego Vester, quauis minimus omnium, afflictebar olim desiderio, ut scirem rationem aliquam de ordine nostræ Missæ, quam consueto more celebramus, & amplius ex diuersitate, quæ solet fieri in ea, hoc est, quod aliquoties una epistola legitur, aliquoties duæ, & cætera talia: simulque de cæteris officiis. Præterita proxima æstate videbatur mihi quasi in crypta posito, fenestratim lucis scintillas radiare usque ad nostram paruitatem de re, quam desiderabam longa & surie audius, non frenum passus sum timoris alicuius magistri, sed illico meo gratias agens Deo, scripsi quod sensi. Deinde tractare cepi, cui sapientum porrigerem ea quæ scripsi: ut eius auctoritate stauerentur ea, quæ ordinatæ sunt scripta: seu corrigerentur, quæ inordinatæ. Venit in mentem inter omnes spirituales mentes, in hoc seculo degentes, vestram potissimum pollere, cui in est charitas suæ liuore, sapientia sine præiudicio scientiæ quæ influit, humilitas cum pietate, quæ nulli relictitudini resistit, quæ vos quotidie exaltat ante Dominum, & eos qui vestigia vestra intuentur sequendo, ab infimis & caducis ad sublimia & sempiterna erigit. Quia propter arbitrius sum posse meam paruitatem aditum reperire ad vestram excellentissimam præsentiam. Insuper me etiam cognoui debitorem vestri feruitij, quauis absens degerem, & non vacuum redire ad vestram gloriosissimam & piissimam præsentiam debere, dicente Domino in lege: Non apparebis in conspectu meo vacuum. Et iterum in euangelio: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari. Præsumpsi propter nimiam humilitatem vestram, de qua diximus, vestra excellentissimæ potestati ea offerre: præsertim cum sciamus vos rectorem esse totius Christianæ religionis, quantum ad homines pertinet. Ardor mihi inerat ut scirem quid priores auctores haberent in corde, qui nostra officia stauerunt. Sed quia hoc difficilimum mihi est affirmare, ut idem scripsissem quod illi meditantur, unum tamen suffragium mihi est, si ea, quæ scripsi, videbuntur vestra pietati à via charitatis non excedere. Ex libro Augustini de doctrina Christiana, defendat ab illis qui me voluerint carpere, quasi periculose scripsissem, eo quod mentes auctorum officij nostri non præsentem haberem. Dicit memoratus Doctor in libro memorato primo: Quisquis verò talem inde sententiam dixerit, quæ huic edificandæ charitati sit utilis, nec tamen hoc dixerit, quod ille quem legit, eo loco sensisse probabitur, non perniciosè fallitur, nec omnino mentitur. Inest quippe in mentiente voluntas falsa dicendi. Et paulò post: Sed quisquis in scripturis aliud sentit, quam ille qui scripsit, illis non mentientibus, fallitur: Sed tamen, ut dicere ceperam, si ea sententia fallitur, quæ edificet charitatem, quæ finis præcepti est, ita fallitur, ac si quisquam errore deferens viam, eò tamen per agrum pergat, quo etiam via illa perducit: corrigendus est tamen, & quam sit utilis, viam non deserere, demonstrandum est, ne consuetudine deuian-di etiam in transuersum aut peruersum ire cogatur. Notandum est etiam, ne videretur paruitas mea quasi furtum interpolare meis verbis sanctorum dicta patrum, interposui in fine eorum & principio signum crucis. Diuo H. Ludouico Vita. Nouo David peruenit. Da principi, Domine, vitam. Ipsi nouo Salomoni felicitas. Pax mundi vos estis. Pio principi prosperitas. Domine, vitam ipsi concede. Vestra fides vos seruet. Christus quem vos honoratis, ipse vos seruet. Potestatem vestram Deus conseruet. Deus pacificet regnum vestrum. Iudith orthodoxæ nobilissimæ atque prudentissimæ Augustæ salus per multos annos. Lumina pacis Domine serua. Lumina mundi Domine serua. Vita vestra, tutela omnium est. Vestra fides ecclesiarum est gloria. Piissimos Dominos nostros imperiales natos H. Lotharium gloriosissimum coronatum & fratres eius Christus conseruet. Ex proavis orthodoxos Domine serua. Custodes fidei Domine serua.

PRÆFATIO ALTERA, EX AVTHORIS SENTENTIA AD INITIVM HVIVS OPERIS PONENDA.

Rostquam scripsi libellum, qui à paruitate mea vocatus de ecclesiastico officio, veni Romam, interrogauique ministros ecclesiæ Sancti Petri, quot orationes soliti essent celebrare ante epistolam Missæ per dies festos, in quibus duas solemnitates celebramus: sicuti est in Natiuitate Domini ad Missam secundam de nocte, in qua continetur duplex officium in Sacramentario, id est, unum de eadem Natiuitate Domini, & alterum de sancta Anastasia: Et in Dominicis diebus, in quibus frequenter recolimus solemnitates plurimorum sanctorum: Responsum est mihi, Vnam tantum. Hoc sciscitatio, quia vidi apud plerosque diuerso modo eundem ordinem agere, id est, aliquos tres orationes, aliquos duas iuxta affectum vniuiscuiusque animi, non me piguit scribere inquisitum meum super hac re à Romanis, & in fronte ponere memorati libelli meorum deuotorum ad notitiam: nec non etiam & iterare, quod ex scripto sancti Ambrosij, & sancti Augustini didici de ordine orationum in Missa, & in aliis officiis. Secuti sunt enim ordinem beati Pauli Apostoli ad Timotheum. Insuper etiam quæ mihi visa sunt rationi eiusdem ordinis congruere iuxta capacitatem ingenij mei. Sanctus Ambrosius per subiectum ordinem numerat memoratas orationes: Orationes, obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones,

actiones. Orationi supponit, quando bona nobis postulamus: Obsecrationi, quando absolutionem à malis: Postulationi, pugnam contra omnia aduersa. Et prescribit sæpe nos debere hoc facere, quando in unum conuenimus. Sanctus Augustinus ita: Precationes, orationes, interpellationes, siue, ut vestri codices habent, postulationes, gratiarum actiones. Et dicit, Quas omnis, siue penè omnis frequentat ecclesia in solemnitate sacramentorum. Precatio est omnis oratio ante illud quod agitur in dicitur mensa. Oratio est, quicquid postea agitur usque ad communionem. Interpellatio, siue postulatio est, quando populus benedicitur. Gratiarum actio omnia concludit. Vbi sanctus Augustinus dicit precationes, nostri codices habent obsecrationes. Obsecrationi, ut dictum est, supposita est postulatio à sancto Ambrosio pro absolutione peccatorum. Cætera vno modo nominamus, ut prelibatum est de sancto Augustino, eandemque vim obtinent, quia S. Ambrosius suppositis eis & in celebratione Sacramentorum, & in cæteris officiis. In omnibus quæ scribo, suspensor virorum sanctorum atque piorum patrum iudicio: inirem dico quæ sentio. Quæ aguntur in celebratione Missæ, in sacramento Dominicæ passionis aguntur, ut ipse præcepit, dicens: Hac quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis. Idcirco presbyter immolans panem, & vinum & aquam in sacramento est Christi: Panis, vinum & aqua in sacramento carnis Christi & eius sanguinis. Sacramenta debent habere similitudinem aliquam eorum verè quarum sacramenta sunt. Quia propter similitudinem sit sacerdos Christo, sicut panis & liquor similia sunt corpori Christi. Sic est immolatio sacerdotis in altari quodammodo, ut Christi immolatio in cruce. Ut similis sit homo Christi resurrectioni aliquo modo, manducat carnem, & bibit sanguinem eius. Christus resurrexit à mortuis, & iam non moritur: Per corpus Christi quod manducat homo dignè, anima resurrectione accepta per baptismum, siue per penitentiam, uiuit, usque adimpleatur plena resurrectione in octaua die. Quæ de re quando in extremo vita est homo, ut separaretur corpus & anima, sumit anima viaticum sibi corpus Christi, ut propter illud corpus in spe homo uiuat, usque dum recipiat corpus in resurrectione, quod uiuificabit per se, id est, per suam administrationem. Quam diu hic iuxta anima, uiuebat propter corpus Christi & proprium corpus propter animam. Christus antequam patretur, sæpe orauit solus, & pernoctabat in oratione. Pro nobis non profert, orabat. Omne genus humanum subditum erat diabolo: Pro hac absolutione descendit de caelo, & suscepit dispensationem exercuit. Sacerdos enim presens instar eius orationis, orationem facit pro absolutione peccatorum antequam transeat ad immolationem. Multa vulnera vno medicamine frequenter sanantur: ita & una oratione sacerdotis creduntur multa peccata posse absolui eorum qui obsequuntur. Dicta sunt ista de immolatione sacerdotis: dicamus de ordine orationum, quem prætermisimus. Principium habuit idem ordo de Missa in nocte Natiuitatis Domini, ubi duplex oratio est: una de Natiuitate Domini, & altera de sancta Anastasia. Vbi reliquæ sunt sanctæ Anastasia, vel ubi corpus eius est, dicantur orationes de sancta Anastasia iuxta Romanum morem: Vbi hoc non reperitur, dicantur de incarnatione Domini. Quando in Dominica die fuerit aliqua festiuitas sanctorum, sufficere potest illa oratio, in qua precatur adesse cum oratione sacerdotis intercessio sancti illius, cuius festiuitas celebratur, ad id quod intenditur, id est, ad memoriam immolationis Christi: præcipue cum oratio, quæ in Dominica die statuta est, solet carere per dies sequentes hebdomadæ. Inuit multos quando tempus uacat teclioris & psalmodiæ, atque cæterarum orationum, seorsum sacramenta celebrare de Dominicis diebus, & seorsum de festiuitatibus sanctorum: Simili modo in cæteris diebus, quando festiuitas est plurimorum sanctorum, duas aut tres Missas. Huius ordinis conuenit Sacramentarium, & Cantatorius, in quibus inueniuntur sæpe duo officia sanctorum in uno die: necnon & Domini præceptum dicit: Hac quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis. In cæteris orationibus Missæ, quæ pro diuersis necessitatibus inscribuntur, sicut sunt, in tempore belli, & pro iter agentibus, ac pro diuersis benedictionibus, ubi non satis est homini oratio communis sine pane & liquore, quid aliud agit sacerdos, quam ut Christum quodammodo contendant recordari, qui nunquam obliuiscitur præcij sanguinis sui, & iuxta magnitudinem præcij, maximum adiutorij eius precari: Tamen si quis voluerit diligenter attendere ea quæ ibi præcitantur, reperiet in sequentibus orationibus Missæ. Si proprijs conscientijs intercedere, habet deuotus homo locum ubi pro eis roget. Post salutationem sacerdotis, euangelio lecto, quando sacerdos dicit, Oremus, & deinde transit ad accipiendas oblationes, cogruenter potest multitudo populi pro proprijs conscientijs intercedere, antequam transeat ad gratias agendas in Præfatione: Sacerdos pro proprijs, quando post acceptas oblationes primò transit ad altare. Cantores in eo loco, ubi sacerdos componit hostiam in altari, & facit eam transire per suam secretam orationem ad nomen hostiæ, siue muneris, Domine, vel sacrificij, seu oblationis. Si pro coniunctione sanctorum angelorum, habet in præfatione: Cum quibus & nostris Voces ut admitti uibeas deprecamur: Si pro pace certat intercedere, habet in Canone: Quæ tibi offerimus pro ecclesia sancta Catholica, quam pacificare: Si pro custodia sui, habet ibi, Custodire: Si pro unitate ecclesiæ, habet ibi, Adunare. Si pro directione gressuum mentis siue corporis, habet ibi, regere digneris toto orbem terrarum. Ecce hic oratum est pro uniuersali ecclesia. Si voluerit pro singulis amicis intercedere, habet ibi, Memento Domine famularum famularumque tuarum: Nominet ibi quoscunque ei & quis placuerit, singulasue necessitates: dein recordetur eorum qui circumstant, & præsens sacrificium offerunt: Si quis voluerit pro sua defensione clamare, habet ibi, Communicantes & memoriam venerantes multorum sanctorum, quorum meritis precibusque concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Ecce, hic oratum est pro ipsis sacerdotibus. Si voluerit pro pace clamare totius temporis vita suæ, habet ibi in verbis, quæ addidit sanctus Gregorius, Diesque nostros in tua pace disponas: & dein ab æterna damnatione eripi, Atque inbeas in electorum tuorum erege numerari. Ecce, hic oratum est pro æterna vita. Iuxta dicta sancti Ambrosij, in hac oratione, bona nobis necessaria postulamus. In oratione, quam dicit sacerdos post Communionem, dicit sanctus Augustinus benedicere sacerdotem populum, & transire populum ad manus sacerdotis. Et ac consuetudo non obseruatur apud nos usquequaque nisi forte id sit transire populum ad manus sacerdotis, quod est, accipere ab eo sacramenta corporis Domini, quod penè omnis Romana ecclesia & Orientalis per omnes solennes dies agit: & id sit benedici, quod comeditur cibis Dominicis. Sic enim canitur in Canone, Ut quoties ex hac altaris participatione sacro sanctum filij tui corpus & sanguinem sumpserimus, omni benedictione celesti & gratia repleamur. Intendat diligens auditor, pro quibus sonent orationes, quas sacerdos dicit post Communionem: reperiet nempe eas sonare pro his, qui refecti sunt pane celesti. Iuxta ordinem orationum, & expositionem memoratorum patrum, præcatum est in prima oratione Missæ, pro absolutione peccatorum: Super mensam verò, postulantur bona nobis instar orationum & hymni euangelici, quem Christus cecinit secundum Iohannem, commendando discipulos suos patri ante passionem suam: In ista nouissima benedicitur populus. Quid uult ista benedictio? pugrare uult uique contra diabolum & eius insidias. Id ipsum meminit sanctus Ambrosius in tertio ordine, ubi postulatio est. Iuxta Augustinum, quartus ordo orationum gratiarum actione omnia concludit, hoc est,

quandò populus responderet, Deo gratias. Quæ si quis digna duxerit ad legendum, latius ea reperiet scripta in sequenti volumine. Hic notandum est, quòd in diebus quadragesimæ, quando populus hora nona conuenit ad ecclesiam, celebretur apud nostros oratio benedictionis super populum, & populus se humiliter prostratus ad orationem iuxta dicta sancti Augustini. Et potest videri ab aliquibus duplex oratio in tertio ordine orationum. Quæ dupliciter si diligenter consideretur, non reperietur quasi duplicatio, sed quasi simplicitas ad vnam rem pertinens, id est, benedictionem: quæ tamen pro diuersitate populi necessarîo duplicatur. Non enim omnis multitudo currit ad sacrificium per continuos dies, qui ad ecclesiam conueniunt, (prout faciunt, qui per dies solennes conueniunt) qui non communicant, et non sint extorres à benedictione, super eos benedictio sacerdotis transit, quæ non tangit sacramenta corporis & sanguinis Domini: qui verò communicant, benedicuntur ipsa communione, & pro eis oratur in priore oratione post communionem, et tanto sacramento congruenter sint concordēs. Hæc in eis sunt, quæ à Romana sede accipi de his, quæ hic inferere volo, quauis iam latius explanata sint in sequenti volumine. Prima saluatio ad populum, Pax vobis pronuntiatur: non, Pax vobiscum. Quando versus de Alleluia canitur, exiit se planeta diaconus, stolamque post tergum ducit subter dextram alam vna cum planeta, & parat se ad ministrandum, hac in eo habitu perseverat vsquedum apostolicus recesserit de altari. Post Euangeliū non offerunt incensum super altare. Calix inuoluitur sudario porrigitur ad altare, quod sudarium ponitur in cornu altaris. Calix in lateve oblatæ in altari componitur, non post tergum. Litania ita celebrantur in vigilijs paschæ, et noster mos olim obtinuit, id est post baptismum per septenarium, & quinquarium & ternarium numerum.

- Capitula primi libelli.
- 1 De Septuagesima. 2 De Sexagesima.
 - 3 De quinquagesima. 4 De quadragesima. 5 Cur quadragenarius temporalis vite aperitur. Augustinus in libro de consensu Evangeliorum. 6 Cur in temporali constituta sit obseruatio Quadragesimæ. Idem ad eundem. 7 De varietatibus officiorum per diem vsque in resurrectionem Domini. 8 De secunda varietate quartæ hebdomadæ quadragesimæ. 9 De tertia varietate Sabbati ante Palmas. 10 De quarta varietate diei palmarum. 11 De quinta varietate quartæ feriæ maioris hebdomadæ. 12 De sexta varietate cænæ Domini. 13 De septima varietate Parasceues. 14 De adoratione sanctæ Crucis.
 - 15 De præsentatione corporis Domini in altari, & calicis cum vino non consecrato. 16 De octaua varietate quæ fit die Sabbati.
 - 17 De agnis, de cera factis, benedicendis. 18 De cereo benedicendo. 19 De lectionibus. 20. De duobus cereis. 21 De pronuntiatione lectionum in vigilijs Paschæ, & in vigilijs Pentecostes. 22 De canticis. 23 De olei unctione in sabbato sancto. 24 Cõprobatur ex euangelijs, posse saluari catechumenos per confessionem ceterorum fidelium. 25 De consecratione baptisterij. 26 De Immersione Cereorum in aqua. 27. De unctione chrisomatis à presbytero, & de impositione manus episcopi super neophytos. 28 De litanijs.
 - 29 De vestimento alborum, & recapitulatio de septuagesima. 30 De illuminatione cereorum. 31 De Missa in nocte. 32 De octo diebus neophytorum. 33 Item de eisdem octo diebus. 34 De die sancto paschæ. 35 Demonstratio, quòd informant sex dies paschales ceteros dies Dominicos & iustos homines: & dies quinquaginta à Sabbato Paschæ vsque ad Sabbatum octauarum pentecostes, futuram vitam: & quotidiani dies sue septuagesimæ Dominici, seu quadragesimales, pœnitentes. 36 De diebus Pentecostes. 37 De Litania maiore. 38 De vigilia Pentecostes. 39 De sequentibus septem diebus Pentecostes. 40 Quanto tempore debeant esse sub disciplina chrisomatis, qui non consequuntur manus impositionem Episcoporum tempore baptisterij, sed post. 41 De Missa innocentium.

Continentia causæ securitæ ascriptionis.

Vbi sanctus Augustinus exponit euangelicū illud, Omnia ergo quæcumque vultis ut faciat vobis homines, & vos facite illis: voluntatem separat à cupiditate: voluntatem ponit in bono, cupiditatem in malo. Non enim conuenit, ut quodcumq; vult malus sibi fieri, hoc possit ex autoritate euangelica præsentis loci, in alium libere perpetrare. Verbi gratia, ut si ego ganeo cupio inebriari, aut nimis saturari ab alio, non oportet ut id liberè in ceteris agam: sed quodcumq; mihi boni cupio, id in ceteris deo satagere. Voluntas quasi quidam stipes est, quæ à Domino menti datur, cui inhaerēt quasi quidam ramusculi, appetitus: quibus cõiungitur res ab auctore omnium rerū, in qua aliquid operetur voluntas, cui si ad sit ratio abicit error. Ratio dirigit radios appetitus ad verum solē Domini, ut sua luce perspicue & veraciter sciat, quid vel quale sit quod appetit. Vnde qui supra: Nemo enim vult, quod omnino, quid vel quale sit, nescit. Qui claro lumine pollēt & sanis oculis, his proponitur subtilissima res & dignissima: Qui aliquo neuo peccatorū fuscantur, his opusior & manifestior à moderatore acquiruntur Deo. Vnde Apostolus: Vnicuique inquit, datur manifestatio, spiritus ad vilitatē. Stomachus est, qui diuersos cibos recipit, de quibus solet ruētus fieri ad superiora: Similiter quidam venter est mentis, qui recipit cogitationes. Si his defuerit res, non habent vnde ruētum faciant. Mihi peccatori grossa res data est potius ad indagandum, quam exponendum, id est, de officio, quod continetur in sacramentario & entiphonario, quæ penè omnibus rusticis nota est. Fiducialiter agam corā DEO, qui vult, ut vnusquisque deuotè in suis datis ministret pro premio æterno. Humilis humilia de se sentiens, premium expectat humilitatis. Qui aurum argentumque & cetera magna dona in domo Dei suscipit, non despiciat pilos caprarum. Ardor mihi inest trite viæ & abolitæ propter antiquitatem, ut sciam quid habeat in medulla res memorata, id est, quid in corde esset primorum dicentium officij nostri, & quem fructum pariat. Itaque mihi prima inquisitio est de septuagesima, cuius finis constat in primo mense.

De septuagesima. Cap. 1.

Septuagesima computatur, secundum titulationē Sacramentarij & Antiphonarij, nouē hebdomadib⁹ ante pascha Domini, & finitur post pascha Domini in septima sabbati. Die Dominico habet initiū, & in sabbato finē. Populi DE I tēpus captiuitatis significat, qui peccando recessit à Deo, & per misericordiam eius reuertitur ad requiē. Populus Dei in Babylonia detentus est captiuus sub numero septuagenario. quo numero cõpleto, reuersus est in Hierusalē. De quo populo dicit Hieremias: Considerate & quærite in plateis eius, an inueniatis virū facientē iudicium, &

quærentē fidē, & propicius ero ei. Quòd si etiā, viuunt Dominus, dixerint, & hoc falsò iurabunt. Domine, oculi tui respiciunt fidem, & iterum: Indurauerunt facies suas super petram, & noluerunt reuerti: ego autē dixi, forsitan pauperes sunt & stulti, ignorantes viam Domini, iudiciū Dei sui: ibo igitur ad optimates, & loquar eis, Ipsi enim cognouerunt viā Domini, iudiciū DE I sui: & ecce magis hi simul confregērunt iugū, ruperunt vincula. Et iterum: Omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & vir fratrem suū deridebit, & veritatē non loquetur &c. Et paulò post: Nunquid super his non visitabo,

visitabo, dicit Dominus: Et iterum: Eijce illos à facie mea, & egrediant. Quòd si dixerint ad te, quòd egrediemur: dices ad eos, Hæc dicit Dominus: Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladium: & qui ad famem, ad famem: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem. Et Esaias: Væ qui confurgitis manè ad ebrietatem sectandam, & porandum vsque ad vesperum, ut vino æstuetis. Cithara, & lyra, & tympanū, & tibia, & vinum in cõuiujs vestris, & opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis: propterea captiuus ductus est populus meus. Quanto tempore in captiuitate fuerit, Hieremias manifestat, dicens: Perdam ex eis vocem gaudij & lætitiæ, vocem sponsi & sponsæ, vocem molæ & lumen lucernæ, & erit vniuersa terra eius in solitudine & in stupore, & seruiet omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis: Cumque impleti fuerint anni septuaginta, visitabo super regē Babylonis, & reliqua. Forsan dicitur septuagesimæ nouit, per Christi gratiam nobis peccata dimissa, septuaginta annos mutauit (quia in aliquibus criminib⁹ cõmunicam⁹ priori populo) septuaginta dieb⁹, ut qui illi inuiti sustinuerūt, quia serui erāt: nos volūtariè pro peccatis nostris sustineam⁹ quia liberi sumus: omittere cum eis vocē gaudij & lætitiæ, vocem sponsi & sponsæ, &c. Et Zacharias, In die, inquit vicesima & quartā vndecimæ mēsis Sabbathi, in anno secundo Darij factum est verbum Domini ad Zachariam filium Barachiæ filium Addo Prophetam. Hieronymus in Zacharia: Mensis autem vndecimus, qui appellatur sabbath, & lingua nostra in virgam vertitur, austeritatem & correptionem sonat, & est in accerimo tempore hyemis, qui à Romanis Februarius appellatur: quem septuagesima solet tangere. Sequitur post aliqua, Angelus Domini dixit: Domine exercituum, vsque quòd non misereberis Hierusalem, & vrbiū Iuda, quib⁹ iratus es: Ite septuagesimus annus est. Et respondit Dominus angelo, qui loquebatur in me, verba bona, verba consolatoria. Eiusdem in eodem: Quòd autem plenam misericordiam postulat, ut instante anno septuagesimo misereatur Deus Ierusalem & vrbiū Iuda, ad illam intelligentiam referunt magistri & ecclesiastarum, quòd quando vera pax veniat & sabbatissimus est, & septem decadarum numerus, id est, annus septuagesimus impleatur, nec Ierusalem plenā recipiet libertatem, id est, ecclesia: nec vrbes Iuda, id est, anima Dominum confitens. Denique Dominus respondit verba bona, & verba consolatoria, quòd nunc ex parte cernimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, destruentur quæ ex parte sunt, ut liberati de Babylone huius seculi, clamemus, In conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati. Dies paschæ verba bona & consolatoria dat, erigit ad bona opera, in ea enim iustificamur. Sed requies & liberatio perfecta in sabbatissimo datur, quando animæ sanctorum requiem æternam percipiunt. Babylone diaboli ciuitatem appellat Iohannes in apocalypsi: Cecidit, inquit, cecidit Babylone illa magna. Beda in Apoclypsin libro secundo: Superbi tunc à Domino deijciuntur, quando à diabolo inflantur: Sicut psalmus, Deiecisti, inquit, eos dum alleuarentur. Septuagesimus numerus ad memoriā

nobis reducit omne tempus præsentis seculi, quo alieni sumus à cælesti Hierusalem. Ideò author officij nostri septuagesimam posuit in nostris officijs, ut illo in tempore à delicijs huius mundi abstinendo, ostenderemus in nostra conuerfatione, qualiter per tempus seculi viuere debeant subiecti, qui post baptismum peccatis se alienant à cælesti Hierusalem. Agamus dies septuaginta, ut captiuus in peregrinatione, luctus pœnitentiæ conuertatur in gaudiū in resurrectione Domini, per quā reuertimur ad Hierusalē. Sic tamen, ut sex sequentes dies non ligemur cupiditate aliqua Babylonicæ ciuitatis, sed iter perambulemus, ut septima die veniente intremus cælestem Hierusalem. Catechumeni qui super hoc allegati sunt originali peccato, illi abluantur aqua baptismatis in resurrectione, & nos pœnitentiæ: & illi & nos in resurrectione perseueremus vsque ad plenam septuagesimam, id est, ut non moriamur peccatis. Quauis Perfarū rex Cyrus, cognomento Christus, primo anno regni sui laxaret maximā partē, id est, quinquaginta millia fermè hominum captiuitatis Iudaici populi de Babylonia: tamen septuagesimus annus protenditur vsque ad secundū Darij annum, ut vult Eusebius, testem adhibens Zachariam prophetam, apud quem secundo Darij anno loquitur angelus: Domine exercituum, vsque quòd tu non misereberis Ierusalem, & vrbiū Iuda, quibus iratus es: Ite septuagesimus annus est. De istis septuaginta annis, dicit Augustinus in libro de doctrina Christiana tertio: Possunt & septuaginta anni Ieremiæ propheta, pro vniuerso tempore spiritualiter accipi, quo est apud alienos ecclesia. Et iterum idē in duodecimo libro contra Faustum: Nā quòd etiā post septuaginta annos secundū eiusdem Ieremię prophetiam, reditur ex captiuitate, & templum renouatur: quis fidelis Christianus non intelligat, post euoluta tempora quæ septenarij dierum numeri repetitione tranfcunt, etiā nobis, id est, ecclesie Dei, ad illam cælestem Hierusalem ex huius seculi peregrinatione redeundū: per quē, nisi per Iesum Christum, verè sacerdotem magnum, cuius figuram gerebat ille Iesus sacerdos magnus illius tēporis, quo templū ædificatum est post captiuitatem? Nam & numerus præfens à septuagesima die vsq; in pascha, Domini afflictionem & abstinentiam quandam intimat. Sexaginta dies sunt à septuagesima vsque ad quartam feriā ante cænā Domini, per hunc numerū viduæ, quæ in magna tribulatione sunt, designantur. Quam tribulationem & afflictionem monstrat cõputus digitorum, qui memoratū numerum exprimit indice superposito pollici. Tres dies qui super sunt vsq; ad resurrectionē Domini, triduanū ieiunium, quod secundum Septuaginta interpretes, Niniuitæ exercuerunt, designat. Ut peccata nostra, pro quibus affligimur, in clarificatione resurrectionis Domini aboleantur, necessè est triduo compati morti Christi. Põst enim iā regenerati in anima per pœnitentiā, siue per baptismū, in Christi resurrectione cõgratulari oportet vsque ad requiem, quæ post hanc vitā donatur in sabbato. Sexaginta dies viduitatē nostram nobis ad memoriā reducunt, qua peregrinamur à Domino: Tres dies, qui supersunt, mortificationē nostrę delectationis, ut nõ irretiamur rebus huius mudi, quæ solent nos irretire per concu-

piſcentiam carnis, & per concupiſcentiam oculo-
rum, & ſuperbiã vitæ. At in ſex diebus qui ſuperſunt
vſque ad ſabbatũ, bona opera recoluntur, quæ de-
bemus operari, vt nõ ſit vacua domus noſtra. In ſab-
bato, id eſt, in requie animarum, perfectæ libertati
reddimur. Ieremias ſuperius oſtendit velle nos do-
minũ ceſſare à voce gaudij quãdiũ in Babylone fue-
rimus, dicens: Et ceſſare faciam à vobis vocẽ gaudij
& lætitiæ. Quapropter Alleluia in illo tempore nõ
cantatur apud nos, & dulciſſimus hymnus angelo-
rũ, GLORIA in excelsis Deo: ſed Tractus pro Alle-
luia, à trahendo dicitur tractus, quem tractum inti-
mauit apoſtolus Paulus, dicens, in longanimitate &
ſuauitate. Et trahitur tractus, & ſuauiſtus eſt auribus.
Alleluia, propter honorem & latitudinẽ primæ lin-
guæ, præclarior eſt. Hieronymus in Eſaiã libro vn-
decimo: Ad comparationẽ enim lingua Hebraicæ,
tam græci quàm Latini ſermonis lingua pau per eſt.
Pauperem lingua in ſupradictis diebus frequẽtam?
Lanus tibi Domine rex æternæ gloriæ. Dicit pſal-
mus: Quomodò cantabimus canticum Domini in
terra aliena? Alleluia, & Gloria in excelsis, cantica
cæleſtia ſunt. Vndè Iohannes in Apocalypſi, Poſt
hæc audiui quaſi vocẽ magnam turbarũ multarũ in
cælo, dicentiũ Alleluia. De Gloria excelsis Deo, nulli
dubiũ quin angelorum cætus ſit. Oportet enim nos
ſedẽtes, id eſt, humiliatos, ſupra flumina Babylonis
flere, dum recordamus Sion. Sunt qui primam heb-
domadã ſeptuageſimæ ſinẽ aliquo articulo nouellæ
cõuerſationis ducunt, excepta mutatione Alleluia,
& in aliquibus locis Dalmaticarum, & intermiſſio-
ne Gloria in excelsis Deo. Si id vſque quæque obſer-
uetur, aut modò, ſicuti vidi aliquãdò, neſcio. Per ſep-
tuaginta annos captiuitatis, quos nos mutam⁹ ſep-
tuaginta diebus, ieiunium erat apud Iudæos. Vndè
Dominus per Zachariam: Cũ ieiunaretis & plan-
geretis per hos ſeptuaginta annos, nunquid ieiuniũ
ieiunaſtis mihi? Græci proximam hebdomadã ſan-
ctificam ſuo ieiunio: Clerici autẽ noſtri, (authore
Telephoro Papa, qui conſtituit ſeptem hebdoma-
darũ ieiuniũ ante paſcha tertiam ſuo: Præceptor ta-
men officij noſtri amplio rem mutationem requirit,
quàm agamus: nouitq; Auguſtinus dicentem in li-
bro quæſtionum euangelicarum, Ieiunium aut in
tribulatione eſt, aut in gaudio: in tribulatione, ad
propitiandũ Dominum pro peccatis: in gaudio verò,
cũ tanto minùs delectant carnalia, quãto ſpi-
ritualiũ maior eſt ſagina. Conſtitutione officij ſui
ipſum ieiuniũ, quod priùs dictum eſt, intimauit in
prima oratione Miſſæ, dicens: Vt qui iuſtè pro pec-
catis noſtris affligimur. Hic enim afflictionẽ ſonat.
In introitu dicit, Circundederũt me gemitus mor-
tis, dolores inferni circundederunt me. Auguſtinus
in pſalmis: In his qui me circundederũt, vt perderet
erant dolores inuidentia, qui mortẽ operantur, per-
ducuntq; ad infernum peccati. Propter hos dolo-
res non poſſumus lætari & ſecuri eſſe: ſed præparare
debemus nos ad bellum, vt Apoſtolus: Omnis autẽ,
inquit, qui in agone cõtendit, ab omnibus ſe abſti-
net. Dicit Ambroſius: Ab his omnibus, quæ vitã da-
cadem tradit diſciplina, cũ ſciant vnum coronan-
dũ: quantò magis obſeruandum nobis eſt, quia om-
nibus promiſſa eſt ſalus? Hæc diſciplina militibus
nota eſt. Ex multis aliqua nobis proponenda ſunt,

quæ ad abſtinentiam militiæ noſtræ pertinent. Di-
cit Apoſtolus ad Ephēſios: Fornicatio autẽ & om-
nis immũditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis
ſicut decet ſanctos. Cõtra hæc vitia luſtamen nobis
eſt, eodẽ Apoſtolo dicente: Nõ eſt nobis colluſtatio
aduẽrſus carnẽ & ſanguinẽ, ſed aduẽrſus principes
& poteſtates, & reliqua. In his ſuperatur vitia. Benẽ
ſe cõtra hæc præparat, qui ea itã abhorret, & à com-
munionẽ ſua pellit, vt etiã apud ſe nõ nominetur.
Futurũ eſt bellũ: abſtineamus nos ab his, quæ impe-
diunt pugna noſtrã. Sequitur, & turpitudine, & ſtul-
tiloquiũ, aut ſcurrilitas, quæ ad rem nõ pertinet, ſed
magis gratiã actio. Iſta ad rem capeſſendæ Ierufa-
lem nõ pertinet, ſed reſiſtunt: quapropter ab his ab-
ſtineamus. De turpitudine dicit Hieronymus inter
aliqua, ſignificare abſconditã cogitationẽ, cũ in-
flammatuſ ſenſus noſter ad libidinẽ, & carnis titi-
lationibus anima ignita ſuccõditur, & nihilominũ
Dei timore & mentis iudicio refrenatur. Et iterũ
de ſtultiloquio & ſcurrilitate: Stultiloquiũ nihil in
ſe ſapiens & cordi hominis dignũ habet: Scurrilitas
verò de prudenti mente deſcendit, in cõſulò appetit
quædã vel vrbana verba, vel ruſtica, vel turpia, vel
faceta, quã nos iocularitatem alio verbo poſſumus
appellare, vt riſum moueat audientibus. Verũ &
hæc à ſanctis viris penitẽs propellenda ſunt, quibus
magis conuenit flere atque lugere, vt in Hebraico
quoquẽ euangelio legitur Dominũ ad diſcipulos
loquentẽ: Et nõ quã, inquit, lati ſitis, niſi cũ fra-
trẽ veſtrũ videritis in charitate. Vndè Iohãnes Chry-
ſoſtomus in ſermone decimo quarto ſuper epistolã
ad Hebræos: Nõne auditiſtis Paulum dicentẽ: Tur-
pitudine, vaniloquiũ, & ſcurrilitas abijciatur à vobis.
Cũ turpitudinẽ & ſcurrilitatẽ poſuit, tu autẽ ri-
des? vaniloquiũ quidem nullam habet vtilitatẽ, vel
omni nõ rides & effundis faciẽ tuam? ad diſcipulos
proſteris, qui crucifixus es, qui luges, rides? Dic mi-
hi, vbi Chriſtus hoc fecit? Audiſti hoc alicubi? Nuſ-
quã quidem: ſed conſtrictũ ſapientiũ legiſti. Et poſt
aliqua: Lugeamus ergò, dilectiſſimi, lugeamus, vt re-
vera rideamus in tẽpore gaudij ſincerius. Sic nobis
videtur velle præceptorem officij, tẽpus Septuage-
ſimę tempus eſſe luſtũ, & propterea eũ dixiſſe: Cir-
cũdederunt me gemitus mortis, & iterũ. Adiuor
in oportunitatibus, in tribulatione. Auguſtinus in
pſalmo nono: Non enim conuertitur anima ad Do-
minum, niſi cũ ab hoc ſeculo auertitur, nec oportu-
niũs ab hoc ſeculo auertitur, niſi nugatorijs eius
& noxijs, & pernicioſis voluptatibus labores & do-
lores miſceatur. Vbi labor & dolor, ibi ieiuniũ, ſalutẽ
amicitiæ huius mundi: vbi ieiuniũ, ibi humilitas
mentis: vbi ieiuniũ ſeptuagenarium, compaſſio ca-
ptiuorum. Si compatimur, & conregnabimus.

In ſexageſima circundati ſumus tribulationibus
quàm maximis, ac ſi non eſſet locus euadendi. Vẽ-
didimus nos ſub peccato, in nobis non eſt virtus ſo-
luendi: Vndè dicitur in prima oratione Sexageſi-
mæ: Deus qui conſpicis, quia ex nulla noſtra
virtute ſubiſtitimus. Oramus potiũs, quàm præ-
ſumimus, vt verus Dominus noſter ſe intromittat
ad ſoluendum. Simili de cauſa dicit Iohel: Quis
ſcit, ſi conuertatur & ignoſcat Deus, & relinquat
poſt ſe benedictionem? Quod ſic exponit Hiero-
nymus in eodem Iohel: Ego, inquit, hortor, quod
meum

De Sexa-
geſima.
CAP. II.

meum eſt, ad penitentiam, & Dominum ineffabi-
liter noui eſſe clementem. Et paulò poſt: Sed quia
profundum diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei
noſſe non poſſumus, ſententiam tempero, & opto
potiũs quàm præſumo, dicens: Quis ſcit, ſi con-
uertatur & ignoſcat? Quod ait, quis, aut impoſ-
ſibile, aut difficile ſciendum eſt. Peccata ſeparant
inter Deum & hominem, quare dubitamus in Se-
xageſima, vtrum Dominus ſit nobiſcum, & pro-
pterea dicimus in Introitu: Exurge, quare obdor-
mis Domine: exurge, & nõ repellas in finem: quare
faciem tuam auertis? Obliuifceris inopia & tribu-
lationis noſtræ? quoniam humiliata eſt in pul-
uere anima noſtra. Vndè Auguſtinus in pſalmo
xliij. Inter manus pulueris huius, inter manus im-
piorum & perſequentium, humiliata eſt anima no-
ſtra ad hoc, vt te iuuocaremus, & dares auxilium
de tribulatione: Venter autem noſter hæſit in ter-
ra, id eſt, conſenſit impietati pulueris huius. Et
iterũ: Exurge Domine, adiuua nos, & redime
noſ propter nomen tuum, hoc eſt, gratis propter
nomen tuum, non propter meritum meum: quia
tu dignus facere, non quia ego dignus ſum cui fa-
cias. Eſt in episto la bonus athleta, qui nos confortat,
vt quaramus viam euadendi de captiuitate, &
deſpiciamus dominos, qui nos ad delendum tenent.
Dicit, indignando ſuper eos, qui malis cedunt: Li-
berum ſuffertis inſipientes, cũ ſitis ipſi ſapiẽtes.
Sufſinetis enim, ſi quis vos in ſeruitutem redigit,
ſiquis douorat, ſi quis accipit &c. Nos captiui
obedientes, ſecundum gradum arripuimus, id eſt,
de tribulatione conſcendimus ad inquirendum no-
ſtrum proprium Dominum: ſciant, dicimus, gen-
tes, quoniam nomen tibi Dominus. Vndè Augu-
ſtinus, Cognoscat, inquit, quia nomen tibi Do-
minus, tanquã non vero, nec ſuo nomine nun-
cupentur, quicunq; alij domini nominantur, quo-
niam ſeruiliter dominantur, & vero Domino com-
parati, nec domini ſunt. Tractus, Commouitſti Do-
mine, oſtendit terram commotam conſcientia pec-
catorum. Poſt terram commotam ſemen induci-
tur. In ſeptuageſima increpati ſum⁹, quia ocioſi ſte-
timus, inducti ſumus ad vineam colendam: in iſta
ſexageſima ſemen iacimus. Sexageſima percurrit in-
fra ſeptuageſimam ad quartam feriam paſchalis he-
bdomadis. Hæc quarta feria habet conuenientiam
cum quarta ætate mundi, in qua Dauid & Salo-
mon regnauerunt. In quarta ætate gens cæleſta fide
incluta, regno Dauid & Salomonis glorioſa, tem-
pli etiã ſanctiſſimi altitudine totum nobilitaba-
tur in orbem: In noſtra verò quarta feria trium-
phat Dauid, qui vicit leonem: & Salomon æter-
nus, pacificus regnat, de quo dicit Apoſtolus:
Chriſtus reſurgens à mortuis, iam non moritur: E
mors illi vltra non dominabitur. Templum ædi-
ficat nobiliſſimum Deo patri, qui dicturus eſt in
fine, Venite benedicti patris mei, poſſidete præ-
paratum vobis regnum ab initio mundi. Ad id
regnum per ſexageſimam nos oportet currere. Se-
narius enim numerus partibus ſuis computatus,
primus perfectus eſt, ſexta vnum, tertia duo, me-
dieta tria: vnum enim & duo & tria, ſex faciunt.
Hic numerus perfectionem demonſtrat. Beda
in libro de temporibus: vbi notandum, quòd

non idẽ ſenarius numerus perfectus eſt quia Do-
minus in eo mundi opera perfecit: ſed, ſicut Au-
guſtinus ait, Idẽ Dominus, qui ſimul omnia cre-
are valebat, in eo dignatus eſt operari, quia nume-
rus ille eſt perfectus. Senarius per denarium ductus
ſexaginta faciunt. Denarius ad mercedẽ operũ reſ-
picit. Si quis per ſenarium, id eſt, perfectionẽ, mer-
cedem operum requirit, ipſe percipiet regnũ, quod
nobis promittitur in quarta feria paſchali.

De Quin-
quageſi-
ma.
CAP. III.

Quinquageſima in tertio gradu conſiſtit. Antea
dubitabamus vtrum propiũs Dominus nobiſ-
cum eſſet, annon. Iam tenemus illum, & dicimus,
Eſto mihi in Deum protectorem, & in locum re-
fugij, vt ſaluum me facias. Ieſum precamur du-
cem militiæ noſtræ, dicendo, Et propter nomen
tuum dux mihi eris, & enutries me. Iam in expedi-
tione ſumus: aduenit doctiſſimus athleta, ſolito mo-
re nos hortans docet, quibus munimentis muniri
nos oporteat, & dicit: Nunc autem imanenſes fides,
ſpes charitas, tria hæc. De quibus dicit in alia epi-
ſtola, In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo
poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extingueri, &
galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, quod
eſt verbum Dei. Triumphator militiæ noſtræ Deus
eſt, cui dicitur: Tu es Deus qui facis mirabilia. Et
iterũ, Liberaſti in brachio tuo populum tuum.
Tractus verò, Domino nobis præcipit ſeruire, qui
nos fecit, non ei, cui nos vendidimus noſmetipſos.
In ſexageſima ſeminauimus: in quinquageſima fru-
ctum colligimus. Quid quæſuit cæcus à Domino,
quis nos perfigurat? Nihil aliud niſi vt fruere-
tur lumine: fructum quæſuit, fructum inuenit. Iſta
quinquageſima ſecundum diem, primũ venera-
bilis paſchæ tangit. Sicut enim ſenarius perfec-
tionem operum demonſtrat, itã quinquagenarius
omnia bona opera, quæ perficiuntur per quin-
que ſenſus corporis. Quinque decem, quinquag-
inta. Quisquis per exteriorẽ adminiſtrationem
decem verba legis compleuerit in ſpiritu ſancto, nõ
dubitãt ad cõſortium perueniendum eſſe beatæ
reſurrectionis, quæ celebratur in paſcha Domini.
Per ſabbatum venimus ad Dominicũ: ſic & per
ſeptiformem ſpiritum legem implendo, ad reſurre-
ctionem. Tres gradus ſunt trium officiorum, quos
infiximus vſque ad hunc locum. Primus continet
plantam captiuorum, qui eſſe nolunt ſub dominis
vitiõrũ: ſecundus voluntatẽ fugæ demonſtrat, dũ mo-
dò propitiũ Dominus velit eos ſuſcipere, ac non à
ſe repellere. Tertius conſilium agit, quomodò fu-
giat, præſumens iam de ſuſceptione. Bonum conſi-
lium adipiſcitur iuxta verba Introitus, Eſto mihi in
Deũ protectore. Si quis tacito vel verboſo ſermone
voluerit, ſari, non vt cætera, quæ in memoratis offi-
cij cõtinentur, itã aptari in eis gradibus quomodò
excerpta, volabo ad quandam arborẽ Auguſtinum,
ſedebõque in ramis eius, forſan defendar ſua denſi-
tate à rapacibus accipitribus. Scribit idẽ in libro 16.
de ciuitate Dei: Nõ ſanẽ omnia, quæ geſta narratur,
aliquid etiã ſignificare putanda ſunt: ſed propter illa
quæ aliquid ſignificant, etiam ea quæ nihil ſigni-
ficant, artexunt. Non ſolo enim vomere terra pro-
cinditur: ſed, vt hoc fieri poſſit, etiam cætera aratri
membra neceſſaria ſunt: Et non ſoli nerui in citha-
ris atque huiuſcemodi vaſis muſicis aptantur ad

cantum: sed, vt aptari possint, insunt etiam cetera A
in compaginibus organorum, quæ non percutiun-
tur à canentibus: sed ea, quæ percussa resonant, his
connectuntur: Ita in prophetica historia dicuntur
& aliqua, quæ nihil significat, sed quibus adhæ-
rent quæ significant, & quodammodo religantur. Di-
ximus tres gradus nitentium ad pugnam: simili mo-
do dicimus tres articulos triumphi, id est, vnâ sabbati,
quartamque, & septimâ. Quia diximus Septuagesimam
nostram pendere à septuaginta captiuitatis
annis prioris populi Babylonia, bonum est, vt respi-
ciamus eosdē articulos, quibus populus ille ad ple-
nam libertatem peruenit. Prima reuersio fuit facta
sub Zorobabel duce, & Iesu sacerdote magno, in
quingagesis mille hominibus, quod iâ præscriptum
est. Vbi hoc notandum est, quod in libro Esdræ
scribitur, omnis multitudo quasi vir vnus. Vnde Be-
da in expositione eiusdem: Nota gratiam primitiua
ecclesiæ, in qua multitudinis credentium erat cor
vnum & anima vna, etiam in hoc transmigrantium
cœtu reperiri: ita vt cum tantus esset exercitus, qui
propè quingenta millium summam completeret,
& hic diuersi gradûs & conditionis existens, nihilo-
minus omnis multitudo ob eandem dignem & dile-
ctionem qua vnus esse videretur homo, donante il-
lo qui habitare facit vnanimis in domo. Secunda
reuersio est sub Esdra, sicut ab eodem scriptum est:
Promouimus ergo à flumine Ahava duodecimo die
mensis primi, vt pergeremus Ierusalem, & manus
DEI nostri fuit super nos, & liberauit nos de manu
inimici & insidiatoris in via, & venimus Ierusa-
lem, & mansimus ibi diebus tribus: Die autem quar-
ta appensum est argentum & aurum, & reliqua. Sed
nondum muri Ierusalem reedificati erant. Vnde &
in sequētibus legitur: Et factū est in mense Gasleu
anno vicelesimo, & ego erā (Necemias) in Susis castra,
& venit Anani vnus de fratribus meis, ipse & viri Iuda,
& interrogavi eos de Iudeis, qui remanserāt, & super-
erant de captiuitate, & de Ierusalē & dixerunt mihi
Qui remanserunt, & derelicti sunt de captiuitate ibi
in prouincia, in afflictione sunt & in opprobrio, &
murus Hierusalem dissipatus est, & portæ eius com-
bustæ sunt igni. Tertia reuersio sub eodem facta est,
sic enim scriptum est: Miserat autem rex principes
militum & equites, & audierunt Sanaballath Oro-
nites, & Tobias seruus Amanites, & contristati sunt
afflictione magna, quod venisset homo qui quære-
ret prosperitatem filiorum Israel: & venit Ierusalē,
& eram ibi diebus tribus. Ille Necemias reedificauit
Ierusalem. Hæc propterea prælibauimus, vt nostra
coaptaremus priori populo Dei. Hic præmittam-
us quartam feriam, quando intrauimus in pugna,
quoniam in altera periocha tractanda est, Dies Do-
minicos sequimur.

De Qua-
dragesima.
CAP. IIII.

IN quadagesima aliqua pars pugnae peracta est.
I Dicit nobis, quem in quingagesima protectore
inuocauimus, Inuocauit me, & ego exaudiam eum,
& car. Epistola ita: Tempore accepto exaudiui te,
& in die salutis adiuui te. Et in responso: Angeli
Domini custodiunt nos. In tractu, Scuto veritatis
circundati sumus. In Euangelio ad triumphum ten-
dimus, vt dicamus inimico: Vade satana in interi-
tum. In genealogia hominis Christi, in quo iste

triumphus tripudiat, numerū præsentē quadra-
gesimæ Marthæus sanctificat, quem quadragenario
numero Generationum scribit descendisse ad ter-
ras. Vnde Augustinus in libro secundo de consen-
su euangelistarum: Acute animaduersum est, Mar-
thæum qui regiam in Christo instituerat insinuare
personam, excepto ipso Christo, quadraginta ho-
mines in generationum serie nominasse. Numerus
autem ipse illud tēpus significat, quo in hoc seculo
& in hac vita regi nos oportet à Christo, secundum
laboriosam disciplinam, qua flagellat Deus (vt scri-
ptum est) omnem filium quem recipit. De qua dicit
Apostolus: Per tribulationem oportet nos intrare
in regnum Dei. Ergo numerus iste laboriosus huius
tēporis sacramentū, quo sub disciplina regis Chri-
sti aduersus diabolum dimicamus, etiā illud decla-
rat, quod quadraginta dierum ieiuniū, hoc est, hu-
militatem animæ consecrauit: & lex & propheta
per Moysen & Heliam, qui quadragenis diebus iei-
unarunt: & euangelium, per ipsius Domini ieiuni-
um. Quibus diebus quadraginta etiam tentaba-
tur à diabolo, quid aliud quam per omne huius se-
culi tempus tentationem nostram in carne sua,
quam de nostra mortalitate assumere dignatus est,
præfigurans? Ille quadragenarius numerus, qui in-
choatur à sequenti Dominica post quingagesi-
mam, finitur quinta feria ante pascha Domini, quæ
vocatur cena Domini. Varietatem dici cenæ Do-
mini scribemus, si Dominus dederit, in memorata
periocha. Hoc enim sufficit hic commemorare, quod
quadraginta à supradicto dominico duo dies super-
sunt vsque ad baptismum, & sunt quadraginta duo.
tot enim mansiones habuerunt filij Israel, qui bap-
tizati sunt in mari rubro, quando exierunt de terra
Ægypti, de dura seruitute, & peruenerunt ad ter-
ram promissionis. Tot enim generationes sunt fer-
rici Christi, cum Iechonia bis computato, & eodē
Christo. Meritū qui ad cælestem patriam tendunt,
eodem numero mansionum satagunt, quo filij Israel
ad terram promissionis venerunt: Et meritū, qui ad
Christum transeunt per baptismum, eodem nume-
ro ad eum perueniant, quo Christus ad nos venire
dignatus est. Et, sicut Hieronymus in libro man-
sionum filiorum Israel, nec mirum, si in illo nu-
meri sacramento perueniamus ad regna cælorum,
sub quo Dominus atque saluator à primo patriar-
cha peruenit ad virginem quasi ad Iordanem, qui
pleno gurgite fluens, spiritus sancti gratijs redun-
dabat.

VR autem iste numerus hanc temporalem
vitam terrenamque significet, illa interim
causa de proximo occurrit, quanuis sit alia fortas-
sè secretior: quia & tempora annorum quadripar-
titis vicibus currunt, & mundus iste quatuor par-
tibus terminatur. Quadraginta autem, quater
habent decem. Porro ipsa decem ab vno vsque
ad quatuor progrediente numero consummantur.
Et iterum ad Ianuarius: Numero autem quadra-
genario vitam istam propterea figurari arbitror,
quod denarius in quo perfectio beatitudinis nos-
træ est, sicut in octonario, qui redit ad primum,
ita in hoc creatura, quæ septenario figuratur, ad-
hæret creatori.

In

Cur Qua-
dragenari-
numerus
temporalis
vitæ aptetur.
August. de
consensu
euangelio-
rum.
CAP. V.

Cur in tē-
pore tali
constituta
sit obserua-
tio quadra-
gesimæ.
Idē ad eun-
dem.
CAP. VI.

IN qua ergo parte anni congruentis obseruatio A
quadragiesimæ constitueretur, nisi confini atque
contigua Dominicæ passioni? Quia in ea significa-
tur hæc vita laboriosa, cui opus est hæc conuenien-
tia, vt ab ipsius mundi amicitia ieiunetur, quæ vti-
que fallaciter blandiri & illecebrarū succos circum-
spargere atque iacere non cessat.

De varia-
tibus offi-
ciorū per
die, vsque
per resurre-
ctionē Do-
mini.
CAP. VII.

Quarta feria inter quingagesimam & quadra-
gesimam ieiunium, quod protenditur in pas-
cha Domini, inchoamus, vsque ad istum diem in
expeditione fuimus, hodie pugnam committimus.
Hoc ostendit prima Collecta Missæ, dicens: Cōce-
de nobis Domine præsidia militiæ Christianæ san-
ctis inchoare ieiunijs. In eadem die non est altera
varietas, nisi quod vsque ad hanc diem Missam ce-
lebrauimus hora tertia, qua & Dominica die: in hac,
hora nona, & deinceps mutatam. Quibus armis pu-
gnare debeamus, Iohel ostendit, dicens, In ieiunio
& fletu & planctu, & Egrediatu sponsum de thala-
mo suo, & sponsa de cubili suo, & euangelium, Tu
autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem
tuam laua, & reliqua. Opinio est aliquorum, vt pro-
pterea hac die inchoetur ieiunium quadragiesima-
le, quia exceptis diebus sex dominicis infra quadra-
gesimam quadraginta tantummodo sunt à memo-
rata feria vsque in sabbato sancto. Illud enim occur-
rit quod sanctus Gregorius tantummodo triginta &
sex dies abstinentiæ, nobis insinuat quadragiesimalis
temporis: forsitan, quia nondum erant additi quatuor
dies à supradicta feria quarta vsque ad Dominicū
quadragiesimæ. [Vt ergo quadragiesimæ summa cō-
pleatur, quatuor dies præcedentis hebdomadæ ad-
illos xxxvj. dies adduntur: quos simili deuotione
venerabiles pari abstinentia, id est, ieiunij obserua-
tione custodiendos, & sanctorum patrum auctori-
tas, & ratio ipsa cōmēdat. Vnde & quarta feria, qua
hoc ieiunium inchoamus, caput ieiunij appellari
consuevit. Constat etiam alia ratio, quæ nō abhor-
ret à vero ei, cui perspicuum est, capitis & membro-
rum compaginem vnum corpus esse. A memorata
feria vsq; in sabbato sancto, quadraginta & sex dies
sunt: Totidem numero annorum, templum in Hie-
rusalem reedificatum est. Vnde Beda in expositione
Esdræ, Cæpta est autem reedificatio tēpli primo an-
no Cyri regis, & sexto Darij anno consummata,
qui sunt anni, iuxta fidem chronicorū, quadraginta
& quinque. Siquidem Cyrus regnavit annos triginta,
post quem Cambyfes filius eius annos octo, qui
in hoc volumine, vt Iosephus autumat, Artaxerxes
vocatur: post quem magi qui illum interfecerunt,
anno vno: post quos Darius vsque ad consummatio-
nem ac reedificationem templi, annis sex, qui sunt, vt
diximus, anni quadragintaquinque. Quaritur autē,
quomodo dicente Domino Iudæis sub figura tēpli
de passione ac resurrectione sua, Soluite templum
hoc, & in tribus diebus excitabo illud, responde-
runt ipsi: Quadraginta & sex annis reedificatum est
templum hoc, & in tribus diebus excitabis illud:
cū non amplius quam quinque & quadraginta
anni reperiantur à primo Cyri regis vsque ad sex-
tum Darij regis annum. Sed si historiam Iose-
phi legamus, in qua post consummationem ac
reedificationem templi, tres adhuc annos addit,
in quibus peribolus, id est, circumposita templo

Hæc lines
inclusæ, in
vno tantum-
modo erāt
exemplari.

munitionum constructo, & quadam alia quæ re-
manferant, perfecta sint, videbimus quia rectè in
reedificatione templi, quadraginta & sex annorum
poterit summa computari, in quibus eminentiora
eius ædificia fuere completa. Templum hoc, Do-
mini corpus significat. Augustinus in tractatu super
Iohannem libro decimo: Ipsius templi resolutionē,
& reedificationem anniuersaria solennitate cele-
braturi sumus: Ad quam vos exhortamur, vt præ-
paretis vos, si qui estis catechumeni, vt accipiatis
gratiam. Iam nūc tempus est, iam parturiatur, quod
tunc nascatur. Ergo illud nouimus: sed forte hoc
exigitur à nobis, vtrum habeat aliquod sacramen-
tum, quadraginta sex annis reedificatum templum.
Sunt quidem multa, quæ hinc dici possint: sed
quod breuiter dici potest, & facillè intelligi, hoc
interim dicemus. Fratres, diximus iam, nisi fallor,
hesterno die: Adam vnum hominem fuisse, & ip-
sum esse totum genus humanum. Nam ita dixi-
mus, si meministis, quasi fractus est, & sparsus col-
ligitur, & quasi conflatur in vnam societatem at-
que concordiam spiritualem, & gemit vnus pau-
per modò ipse Adam: sed in Christo innouatur,
quia sine peccato venit Adam, vt peccatum Adæ
solueret in carne sua, & vt redintegraret sibi Adam
imaginem Dei. Adam ergo, caro Christi. De Adam
ergo templum, quod destruxerunt Iudæi, & resus-
citauit Dominus triduo: resuscitauit enim carnem
suam. Et post pauca, Quid ergo sibi vult nume-
rus quadragenarius senarius? Interim ipse Adam
quia per totum orbem terrarum est, audistis iam
hesterno die quatuor litteris græcis quatuor verbo-
rum Græcorum. Si enim ista verba quatuor scribas
sub iniuicem, id est, nomina quatuor partium mun-
di, Orientis, Occidentis, Aquilonis, & meridiana,
quod est totus orbis, vnde dicit Dominus, à qua-
tuor ventis collecturum se electos suos, cum vene-
rit ad iudicium: Si ergo facias ista quatuor nomina
sua.

Ανατολή, quod est Oriens:
Δύσις, quod est Occidens.
ἀβυστος, quod est Septentrio:
Μεσημερία, quod est Meridies:
Ανατολή, Δύσις ἀβυστος, Μεσημερία, capita verborum
Adam habent. Quomodo ergo inuenimus ibi &
quadragenarium, & senarium numerum? quia caro
Christi de Adam erat. Et iterum post pauca: Iā vide-
te, iste litteræ quæ numerum habeant: & ibi inuenie-
tis, quadraginta & sex annis reedificatum templum.
Habet enim Adam Αλφα μω, quod est, a vnum: ha-
bet & δ, quod sunt quatuor, habes quinque: Habet
iterum αλφα quod est vnū: habes sex. Habet & μ,
quod est quadraginta: habes quadraginta sex. Quo-
modo nos cōpaginari oporteat corpori Christi, q
assumpsit, idē in sequentibus ostēdit: Nos simus, in-
quiēs, in humilitate cordis semper, & gaudiū nostrū
penēs ipsum sit. Qui ita agit, vt cantores admonēt
in memorata feria, ipse est in humilitate cordis.
Ipsi dicunt: Immutemus habitum cinere & cilicio,
ieiunemus & ploremus ante Dominum. Cōpōsitor
officij nostri iuxta admonitionem suam vult cir-
cum nos agi: Si quis intrauit in scholam discipli-
næ Christianæ quarta feria, non est bonum vt e-
grediatur nisi post victoriam. Quia intrauimus
Oo ij

quandò celebrauimus officia confucta, bonum est, ut cum capite nostro in die resurrectionis triumphemus. Antequam sanctus Augustinus de numero memorato disputaret, hortatus est catechumenos, ut se prepararet ad solennitatem paschalem. Petrus Apostolus ostendit quomodo se debeant preparare, dicens: Agite penitentiam, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Domini nostri Iesu Christi, in remissionem omnium peccatorum. Secundus Adam propterea venit, ut per penitentiam & baptismum reformetur ad suam imaginem primus Adam, qui uest in quatuor partibus mundi. Quia Adam sparsus est per quatuor partes mundi, illo numero ad colligentem Adam recurramus, quem continet totus orbis primis literis suis.

De secunda
varietate
quarta heb-
domade
Quadrage-
simae.
CAP. VIII.

Secunda varietas fit in quarta hebdomada quadragesimae, & in quarta feria Pridum, quae sit varietas: deinde, quare postremò, sic Dominus dederit, cur in quarta feria quartae septimanae. Varietas est per adiectionem vnus lectionis & vnus responsorij. Prima lectio Ezechielis prophetae, Sanctificabo nomen meum magnum. GRA. Venite filij. II. lectio Esaiæ prophetae. Hec dicit Dominus deus, Lauamini, mundi estote. GRA. Beata gens cuius est Dominus. Causam promemus Domino miserante: Memorata quarta feria, apud cultores ecclesiae, In apertione aurium, dicitur. Eadem die agitur scrutinium tertium, quod maximum est inter septem scrutinia. Eadem die tanguntur aures & nares catechumenorum digitis presbyterorum. Eadem die instruitur de authoribus & initijs quatuor euangeliorum. Eadem die percipiunt orationem Dominicam & symbolum, ad reddendum in sabbato sancto Paschae. Vnde Augustinus in lib. de fide & moribus: Cur ergò baptizandis symbolum tradimus, reddendumque repositimus? Nihil tale enim factum est catechumenis, quos per mare rubrum deus ab Aegyptijs liberauit. Si autem rectè intelligunt, hoc significari praecedentibus mysterijs de sanguine ouis postibus illito, & de azymis sinceritatis, & veritatis, cur non etiam illud consequenter intelligunt, ipsam ab Aegyptijs separationem, significare discessionem à peccatis, quae baptizandi profitentur? Scrutinium possimus rectè intelligere iter ad baptismum. Scrutinium proprium syntagma habet & propriam Missam. De Missa, quam publicam vocamus, est modò dicendum. In ea commemoratio celebratur eorum, quae aguntur in scrutinio. Duo officia ibi aguntur: Imbuitur namque de fide & moribus. Vnde qui supra in libro memorato: Audiant qui baptizandi sunt, non solum quid credere debeant, sed etiam quemadmodum se ab hoc seculo prauo eripiant. Ibi enim necessè est, ut audiant quemadmodum credentes viuere debeant. Et iterum: Quod scriptum est, euangelizasse Philippum spadoni Dominum, nullo modo dubitandum est, & illa in catechismo dicta esse, quae ad vitam moresque pertinent eius, qui credit in Dominum Iesum. Hoc est enim euangelizare Christum, non tantum dicere quae credenda sunt de Christo: sed etiam quae obseruanda ei, qui accedit ad compagem corporis Christi. In prima lectione, quae secundum Ezechielem legitur, demonstratur, quomodo catechumenos congreget Deus ad compage

corporis Christi. Eripit eos à priore vita, & facit credere in Christum: sic enim legitur ibi: Tollam quippe vos de gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris, & adducam vos in terram, & effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquitatibus vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos, & dabo vobis cor nouum, & reliqua. Quod sic Hieronymus in eodem Ezechiele: Creator enim omnium sum, peperci eis, & sanctificauillos, & gloriae pristinae restitui, ita ut super credentes, & ab errore conuersos, effunderem aquam mundam baptismi salutaris, & mundare eos abominationibus suis, & ab vniuersis erroribus, quibus fuerant occupati, & darem eis cor meum, ut crederent in filium Dei. Eandem rem in responsorio inueniet, qui querit: Venite filij, audite me: timorè Domini docebo vos. Radix enim sapientiae est timere dominum. Qui primò radicem figit credulitatis, necessè est ut sciat timere Dominum. Vnde iterum scriptum est: Filij mei, accedès ad seruitutem Domini, sta in iustitia & timore, & prepara animam tuam ad tentationem. At secunda lectione affatim de moribus disputat, in qua ait: Quiescite agere peruersè, discite benefacere: querite iudicium, subuenite oppresso. Et in cōclusionem ita: Venite & arguite me, dicit dominus, id est, si ita feceritis, & non reddidero vobis mercedem, merito argueris me. Sequens Responsorio demonstrat, catechumenos ad nomē transire, dicens: Beata gens cuius est Dominus Deus eius, populus quem elegit in hereditate sibi. Versus, bonos mores electorum demonstrat: Verbo domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Fas est, ut qui se spòtè obtulerunt Deo, post instructionem fidei & morum, ad nomē eius transeant, & ouis firmitate muniatur, cuius hereditate possidetur. Ut opinor, demonstratū est, propter fidem & mores, quibus instruendi sunt catechumeni, duas lectiones lectas esse eadem die. Ergò & euangelium non dissonat ab hoc officio, dicitur Augustino super Iohannem: Lauit ergò oculos in ea piscina, quae interpretatur missus: Baptizatus est in Christo. Si ergò quādò eum in seipso quodammodo baptizauit, tunc illuminauit: quādò inunxit, fortasse catechumenū fecit. Modo dicendū est, ut promissimus, quare hoc officium agatur quarta feria quartae hebdomadis quadragesimae. Per quadragenarium numerum omne tempus seculi significatur, ut demonstratum est in superioribus ex libro sancti Augustini de consensu Euangelistarum: Sex dies primi, sex aetates seculi demonstrat, & sex aetates vnus hominis. De quarta tantummodo nūc dicendū est. Quarta feria & quarta septimana quadragesimae, compaginantur quartae aetati seculi, & aetate vnus hominis. Quarta aetas est à Dauid, dicente Beda in sua chronica, vsque ad transmigrationem Babylonis. Et post cetera, à qua velut iuuenili aetate, in populo Dei regum tempore coeperunt. Haec namque in hominibus aetas, apta gubernando solet existere regno. Item in eadem: Quarta aetas mundi non solum cum inchoato gentis Iudaeae imperio, sed & cum innouata promissione, quae patribus olim data est, imperij Christiani sumit exordium, iurante Domino Dauid veritatem, de fructu ventris eius sedere super sedem eius.

Non

Non immeritò eadem die & eadem hebdomada catechumeni ad nomen Christianum accedunt, quae praefigurata est à quarta aetate hominis, id est, iuuenili, quae apta est gubernaculo imperij: & ab eadem aetate seculi, quae innouata est ex promissione regni Christi. De quo regno Gabriel archangelus Mariae: Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur: & dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in aeternum. Beda in Luca: Accipit autem sedem, siue regnum Dauid Dominus, ut gentem, cui Dauid quondam temporalis regni gubernacula simul & exemplum iustitiae praebuit, quamque modulis hymnorū spiritualium ad fidem atque amorem sui conditoris accendere solebat, hanc ipse factis, verbis, donis, & promissis tantum mediator Dei & hominum dignis ad regnum caeleste & immortale vocaret, atque ad ipsam Dei patris visionem introduceret.

De tertia
varietate
sabbati ante
te Palmas.
CAP. IX.

Arictas tertia, est sabbato ante Palmas, haec est varietas eius. Prætitulatur in Sacramentario nostro & in Antiphonario, Sabbato vacat, Dominus Papa elemosynam dat. Cogitare oportet, quare eadem die potissimum elemosyna Apostolici recitetur, cum per omne tempus anni elemosyna tribuenda sit. Vbi notandum, quod ea, quae recolimus cultibus ecclesiasticis circa passionem Domini & resurrectionem, atque ascensionem in caelos, in memoratorem illarum rerum, quae suo in tempore peractae sunt, agimus, vnde quotidie dicimus in sacrificio Missae: Quotiescunque haec feceritis, in mei memoriam facietis. Habemus opus praecedens elemosynae praesentis sabbati, quod imitemur, & ad memoriam nostri reducamus. Infit symmysta Ioannes: Ante sex dies paschae venit Iesus in Bethaniam, vbi fuerat Lazarus mortuus quem suscitauit: Fecerunt autem ei cenam ibi. Et post pauca: Maria ergò accepit libram vnguenti nardi pisticae preciosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit capillis suis pedes eius, & domus impleta est ex odore vnguenti. Ad indignationem Iudae proditoris, iuxta Matthaeum, ita Dominus testificat opus mulieris: Quid molesti estis huic mulieri? Opus bonum operata est in me. Nam semper pauperes habetis vobiscum, me autem non semper habebitis. Et post pauca: Amen dico vobis, vbicumque fuerit praedicatum hoc euangelium in toto mundo, dicetur & quod haec fecit, in memoriam eius. Apostolicus vir in memoriam deuotissimae mulieris, membris Christi facit, quod ipsa fecit capiti. Dicit Paulus: Imitatores mei estote filij charissimi, sicut & ego Christi. Identidem dicit apostolicus, quantum non verbis, operibus tamen: Imitatores mei estote filij mei, sicut & ego Mariae. Vnde Augustinus super Ioannem: Factum audiuius, mysterium requiramus. Quaecumque anima fidelis vis esse Maria, vnge pedes Domini preciosissimo vnguento. Vnguentum illud iustitia fuit, idèd libra fuit. Et iterum: Vnge pedes Domini bene viuendo, Dominica sectare vestigia, capillis terge: si habes superflua, da pauperibus, & pedes Domini tersisti: Capilli enim superflua corporis videntur, habes quod agas de superfluis tuis. Tibi superflua sunt, sed Domini pedibus necessaria: forte enim in terra Domini pedibus indigent. De quibus enim nisi de membris suis in fine dicturus est, cum vni ex minimis

Tom. 6.

meis fecistis, mihi fecistis: superflua vestra impeditis, sed pedibus meis obsecuri estis. Domus autem impleta est ex odore vnguenti, mundus impletus est fama bona mulieris. Hoc preciosissimum exemplum sequitur apostolicus: vti nam & nos sequamur. Vbicumque enim officium Romanae Ecclesiae agitur, haec fama personat, Dominus Papa elemosynam dat. Der Deus, ut & in nobis perseveranter sonet, & acceptum sit, quod agimus, coram angelis Domini in memoriam nostri.

Quarta varietas est quae dicitur, dici Palmarum. Eadem die Dominus de Bethania descendit Hierusalem, quādò obuiam venit ei turba, ut Ioannes narrat: In crastinum autem turba multa quae venerat ad diem festum, cum audisset quia venit Hierosolymam Iesus, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei, & clamauerunt, Osanna, benedictus qui venit in nomine Domini rex Israel. In memoriam illius rei, nos per ecclesias nostras solemus portare ramos, & clamare, Osanna. Quare venerit Hierusalem, Beda in Marco ex testimonijs scripturarum promittit, dicens: Appropinquante autem tempore passionis, appropinquare voluit Dominus loco passionis, ibique proximus manere, vbi constituto ac praefinito ante secula tempore inueniri posset ab eis, per quos eadem passio erat complenda. Et post pauca: Vbi non praeter eunda silentio est non tantum concordia in rebus, verum etiam in temporibus veteris & noui testamenti, vmbra & veritatis, legis & euangelij. Scriptum est namque in lege, dicente Domino ad Moysen & Aaron: Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni. Loquimini ad vniuersum cœtum filiorum Israel, & dicite eis: decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias & domos suas. Et paulò post: Et seruabitis eum vsque ad quartam decimam diem mensis huius, immolabitque eum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam. Decima ergò die mensis primi agnus qui in pascha immolaretur, domum introduci iustus est, quia & Dominus decima die eiusdem mensis, hoc est, ante quinque dies paschae in ciuitatem, in qua pateretur, ingressus est.

Quinta varietas est in quarta feria post palmas, quae habet varietatem & adiectionem vnus lectionis & vnus Responsorij cum quinque versibus, ac ex passione Domini, quae ea die legitur, nec non etiam ut scriptum habemus in libello qui dicitur, Romanus Ordo, ex genu flexione. Intimar supradictus libellus, ex Romana consuetudine debere eadem die ante publicum officium orationes, quas solemus in sexta feria agere, recitari. Quid rationis haec orationes habeant, siue in quarta feria, siue in sexta, iuxta quod Dominus dederit, demonstrabimus in sexta feria ex dictis sancti Augustini: in praesenti verò parum intimandum est. Libet modò primum dicere, cur haec varietas agatur in quarta feria, simulque intimare mysterium varietatis. Dicit Augustinus in libro ad Casulanum presbyterum de ieiunio sabbati: Quarta sabbati, quam vulgò quartam feriam vocant, consilium reperiunt ad occidendum Dominum fecisse Iudaei. Ex eo demonstratum est, quare varietas celebrata sit in memorata feria. Consilium enim fecerunt Iudaei, ut

De quarta
varietate
dici Palmarum.
CAP. X.

De quinta
varietate
quarta ferie
maioris
hebdomadae.
CAP. XI.

Oo iij

occiderent Dominum. Sicut actus eorum qui fuit in sexta sabbati, ad memoriam reducitur, sic & consilium eorum. In vtrisque iniuriam fecerunt Christo. Illud mysterium continet præfens officium, vt intelligamus, secundum Adam pro primo Adam mortuum esse, sicut psalmus inquit, Quæ non rapuit, tunc exoluebam. Vndè Augustinus: Omnino non rapuit, sed quis rapuit? Adam ꝑ. Eadem die in memoriam nostri reducitur crudele consilium Iudeorum, & mansuetudo Christi: De qua mansuetudine dicit qui supra, in psalmo quadagesimo-quarto: Vsq̄ue ad eò mansuetus, vt pendens in cruce, diceret: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt ꝑ. Huius exemplo, id est, capitis nostri, docemur, vt contra omnem iniuriam armemus nos armis orationis & patientiæ, sicut scriptum est in euangelio: Orate pro persecutibus & calumniantibus vos. Postquam tetigerimus officij constituta, ipsa dilucidabunt quid in se contineant. Introitus est, In nomine Domini omne genu flectatur celestium, terrestrium & infernorum, quia Dominus factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: id eò Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Nomen Domini, in loco isto pro re debemus intelligere. Vndè Ambrosius in epistolam ad Philipenses: Nomen euidentis est, quomodo non vocabulum, sed rem quãdam dicit acquisitam ei, sicut illud quod scriptum est, Et cognoscent quia nomen tibi Dominus, hoc est, quoniam tu Dominus. Interpretatur verò Paulus, quid sit illud nomẽ. In nomine Iesu vt omne genu flectatur, & reliqua ꝑ. Quauis ista Ambrosius differat post passionem Domini, tamen non abhorret à verò, si dixerimus, in nomine Domini posse intelligi, in præcepto Domini. Omne genu flectatur contra aduersa mundi, vt superius dictum est, Orate pro persecutibus & calumniantibus vos: Ad quam rem significandam, orationes prælibabimus ex Romano ordine: Intermissit præceptor officij, Et omnis lingua confiteatur. Hoc bonum benè locutus est Apostolus. Bonum nostrum Iudæi loquebatur de Christi morte, quæ intercessit pro salute nostra: sed malè proferebant linguis. Silentio linguæ docet nos præceptor officij vitare malum Iudeorum. Mansuetudo Christi orabat, quam nos imitemur. Sufficit de introitu, qui pertinet ad orationem, quam nos exercere debemus in iniuriis persecutorum. Nunc ad orationem Missæ transeamus, in qua, sicut in cæteris sequentibus mortem Christi celebrabimus, quam erat pro nobis passurus. Regnum mortis nos stimulat, quod venit Christus reuerberare. Sic enim dicit, Qui nostris excessibus incessanter affligimur, per vnigeniti tui passionem liberemur. Videamus lectiõnem, quæ aperte passionem Domini demonstrat, dicendo: Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum. Et in sequentibus, cur oblatus sit, aperit: Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum: & reliqua. Vndè Hieronymus: Si posuerit pro peccato animam suam ille, quem Dominus conterere voluit, siue mundare, videbit semen longæuum, quod seminavit super bonam terram, de quo & in Euangelio scriptum est: Exiit, qui seminat, seminare semen bonum ꝑ. Audiamus responsum: Ne auertas faciem tuam à puero

A tuo, & reliqua. Vndè Augustinus in psalmis: Et hæc commendatio est à puero tuo, id est, à paruo, qui iam carui superbia per disciplinam tribulationis ꝑ. Versus ita sonat: Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam, infixus sum in limo profundi. Vndè qui supra in eodem. Præfigurans & transformans in se nos ipsos, hæc ait: Saluum me fac Deus quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Potuerunt, qui persecuti sunt, etiam occidere: sed amplius quod faciant, non habebunt. Et paulò post: Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Quid dicit limum? an ipsos qui persecuti sunt? delimo enim factus est homo: sed iustificando ad iustitiam. Et paulò post: Isti autem cum limus profundi essent, hæsi in illis, id est, tenuerunt me, præualuerunt mihi, occiderunt me ꝑ. Primus homo passus est duas mortes: mortem animæ, & mortem corporis. In prima lectiõne & in primo Responsorio recolitur mors animæ: In secunda & in secundo, mors corporis. Pro vtrisque mortuus est Christus. Vndè Ambrosius in epistola ad Corinthios: Sanguis Domini sanguinem nostrum redemit, id est, totum hominem saluum fecit. Caro enim Saluatoris pro salute corporis, sanguis verò pro anima nostra effusus est ꝑ. Primus homo vnã habuit animam, propter eam primum Responsorium vnus versus sequitur. Videamus primum, quomodo secunda oratio congruat intentioni nostræ: deinde, quomodo lectio: postremò, quomodo Responsorium qui habet quinque versus. Oratio dicit: Deus, qui pro nobis filium tuum crucis patibulum subire voluisti, vt inimici à nobis expelleres potestatem. Lectio referta est de passione Domini, quæ dicit, Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra: & iterum Torcular calcalui solus. In quibus verbis nihil aliud redoler, nisi angelorum inquisitio, cur haberet Christus tincta vestimenta sanguine, & eius responso, quia torcular calcalui solus. Quare hoc ageret, in fine lectiõnis auditori fumus: ex gratiarum actione, quæ dicit, Miserationum Domini recordabor, laudem Domini super omnibus quæ reddidit nobis. Hieronymus in Esaia. Pressus, inquit, pondere malorum, in nullo alio nisi in misericordia Dei spem habeo, qui facit misericordiam in millia diligentibus se. Responsorium secundum V. versus habens, quinque corporis sensus significat in Adã mortuos, quos Christus moriendo & resurgendo reuificauit & pristino reddidit statui ꝑ. Responsorium quinque versus habet. Vnus homo per quinque sensus corporis mortuus erat. Operatoris mortis diabolus esse, per sensus exteriores Cyprianus demonstrat. Offerit, inquit, oculis formas illices, faciles voluptates, vt visu destruat castitatem: Aures per canora musica tentat, vt in soni dulcioris auditu soluat & molliat Christianum vigorem: Linguam conuicio prouocat, manum iniuriis lacerantibus ad petulantiam cædis instigat ꝑ. De olfactu silet. Faxit Deus, vt instigator mortis non habeat locum intrandi ad animam nostram per odorem libidinosum. Quod magis timendum est, quàm tractandum. In aliquibus verbis versus Responsorij, ipse Adam introducit, à quo nos carnem trahimus. Dicit versus: Quia defecerunt sicut fumus dies mei. Augustinus inquit

inquit in eodem psalmo: Vndè sicut fumus? nisi propter elationem superbiæ? Tales dies dignus fuit accipere superbus Adam, vndè carnem Christus accepit. Ergò in Adam Christus, & Adam in Christo. Et iterum: Percussus est sicut fennum, & aruit cor meum, Respice ad Adam. Vndè genus humanum? Vndè enim, nisi ab illo hæreditaria ista paupertas? Dicit ergò iam cum spe in corpore Christi positus ille aliquandò in suo corpore desperatus, Percussus sum sicut fennum, & aruit cor meum ꝑ. Passio quæ legitur, nostra corda confirmat. Ostendit Iudæorum consilium præualuisse ad tempus, & in mansuetudine Christum perseuerasse. Proposiuimus tantum dicere de varietatibus, quapropter reticemus de sequenti Missæ: quia congruit vt ad memoriam reduceremus mortem Christi consilio Iudeorum, quam tamen eodem die per patibulum crucis non subiit, oportet vt morte nostra quæ iam erat, illam recolamus, pro qua ipse dignatus est venire ad passionem.

De sexta varietate cereæ Domini. Cap. xii.

SExta varietas est in quinta feria, quam vocamus ceream Domini. In ea non canitur, Gloria Patri & filio & spiritui sancto. In ea consecratur tribus modis oleum trium officiorum. In ea referuatur corpus Domini vsque in crastinum, resciturque in commemorationem refectionis Christi: Lauantur pedes fratrum, & pavimenta ecclesiæ, nudantur altaria vsque in sabbato sancto. In ea die penitentes veniunt ad solutionem: & apud quosdam redditur symbolum à catechumenis, vt in canone Laodicensis, concilij continetur: tamen Romanum Ordinem sequentes, hanc redditionem seruamus vsque in sabbato sancto. Optamus ex his omnibus primò, si Dominus dederit, aliqua proferte de ratione olei. Vt Isidorus ait, olea ipsa arbor est, fructus oliua, succus oleum. Est autem arbor pacis insigne: Habet & pinguedinem, quales atque infirmi artus recreantur, & gratia præstatur luminis. Illud oportet hoc in loco intimare, vt secundum Apostolum, ex visibilibus inuisibilia intelligantur. Sine oleo enim potest Deus sanare infirmos, sanctificareque suos, & demones effugare. Vndè Ambrosius in Epistola ad Corinthios i. Scimus enim & spiritum sanctum sine manûs impositione datum à Deo, & non baptizatum consecutum remissionem peccatorum. Nunquid non hic inuisibiliter baptizatus est, quando donum baptismatis consecutus est? Olei naturam audiuius, quæ habilis est ad recreandos artus fessorum, & luminis gratiam præstat. Animales enim hæc possunt cognoscere: Credant etiam quod non possunt videre, vt fiat quod de Apostolo prælibauimus: Inuisibilia enim ipsius, à creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna eius quoque virtus & diuinitas: quod aperte Augustinus in psalmo xliiij. explanat. Oleum enim visibile, in signo est: oleum inuisibile, in sacramento: oleum spirituale, intrus est. Potest Deus per se oleum tribuere spirituale sine corporali: sed propter animales aguntur visibilia, vt inuisibilia facilius capiatur. Si quis dixerit, si potest, quare tanto studio obseruatur cultus consecrationis olei? respondebitur: Nonne antiqui iusti poterunt Deo placere sine circumcisione? Potuerunt vti que: Sed postquam eis præceptum est, vt circun-

viderentur: nisi circunciderentur, peccati vinculo tenebantur. Vndè Augustinus ad Seleuciam: Antiqui iusti si non circunciderentur, non erat eis peccatum: postea verò quàm iussit Deus, vt circuncideretur Abraham, eiusque posteritas, iam nisi fieret, peccatum graue fuit. Apostoli autem hac arte, id est, olei utebantur in redintegratione infirmorum: Apostolici viri in consignatione neophytorum. Quapropter non sine peccato à nobis potest dimitti, quod eorum autoritas cõsecrauit. Sic enim scriptum est in euangelio: Exentes prædicabant, vt penitentiam agerent, & demonia multa eiiciebãt, & ungebant oleo multos ægros, & sanabant. Vndè Beda: Dicit apostolus Iacobus, infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & si in peccatis sit, dimittentur ei. Vndè pater, ab ipsis apostolis hunc sanctæ ecclesiæ morem esse traditum, vt emergenti, vel alij quilibet ægroti ungeretur oleo, pontificali benedictione consecrato. De eo oleo, quod infunditur super neophytos, non tale quid legimus, sed tenemus apostolicam consuetudinem, & auctoritatem suam accepimus à Romana ecclesia, quam pro lege tenere oportet, dicente Augustino ad Casulanum presbyterum de ieiunio sabbati: In his enim rebus, de quibus nihil certi statuit scriptura diuina, mos populi Dei vel instituta Matiorum pro lege tenenda sunt. Nunc verò quia demonstratum est de generali ratione olei, restat vt primò dicamus de oleo, quod consecratur pro infirmo. Consecratur enim in ipso officio consecrationis corporis & sanguinis Domini: Non habet proprium officium, id est, nec in capite verba salutationis, nec Oremus, nec in fine concluditur vt cæteræ orationes, Per Dominum nostrum Iesum Christum: Sed tantum in nomine Domini nostri Iesu Christi. In eo loco vbi solemus vnas benedicere, ibi consecratur oleum pro infirmo, concluditurque conclusione, Per quem hæc omnia Domine semper bona creas. Vndè intelligimus embolism esse supradicti officij. Supradictum officium, immolationem Christi & Ecclesiæ tantummodò tenet. Qui enim peccato vituit, non immolatur Domino: qui peccato moritur, immolatur Domino. Nisi infirmitas accideret ex peccatis, non diceret Iacobus, Et si in peccatis sit, dimittentur ei. In epistola quæ legitur eadem die, ostendit Paulus, quibus peccatis accidat infirmitas, dicendo: Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Ideò inter nos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Hic ostendit vulnera, Iacobus coapostolus eius medicinam. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei. Quid infirmum saluet, hic manifestat, scilicet oratio fidei, cuius signum est olei vnctio. Si propterea infirmantur, quia manducant corpus Domini indignè, quibus tamen subuenit olei vnctio, id est, gratia Dei per orationem presbyteri, meritò cõsecratio, de qua nunc agitur, consecrationi corporis & sanguinis Domini iungitur.

quæ sit in commemorationem passionis Christi, per quam author peccati æternaliter prostratus est. Passio Christi, authorem mortis destruxit: gratia eius, quæ significatur per olei vñtionem, arma eius, quæ sunt peccata quotidiana, destruxit. Nouissima oratio consecrationis Dominici corporis, ex voto pœnitentiæ fit, de quibus dicitur: Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Congruè in ea consecratur oleum pro pœnitentibus, vbi eorum sacrificiũ Deo offertur. Quoniã de olei natura, & quid significet, & cur in tali loco consecratur, summatim perstrinximus: consequens est, vt aliqua tangamus de verbis consecrationis. Ait enim: Emitte spiritum sanctum tuum paraclætum de cœlis in hanc pinguedinem olei, quam de viridi ligno producere dignatus es ad refectiõnem corporis. Paraclætum, est hic additum, quod non inuenitur in sequentibus, vt reor, non sine causa alicuius mysterij. Primò videndũ est, quid operetur spiritus sanctus in singulis: inde apparebit, cur addatur in ista. Exorcismus olei iubet recedere diabolũ a catechumeno, qui adhuc pro mortuo deputatur, quia nondum est baptizatus. Chriftimalis vñctio sanctificat iam viuẽtem ex mortuis: Oleum pro infirmis, medelam præstat fauciatibus. Vnde in eadem, ad euacuandos omnes dolores, omnes infirmitates, omnem ægritudinem corporis. Ægritudinem sequitur dolor, dolorem consolatio. Paraclætus consolator interpretatur. Qui mortuus est, non dolet, quia non sentit, quem non sequitur consolatio. Qui in Christo sanctificatur per conuersionem, non eget consolatione ex dolore. Nunc transeundum est ad principalem consecrationem chrisimatis. Ipsa enim dicitur principalis, quia ad eius vñtionem principalis spiritus tribuitur. Habet enim proprium officiu per se. Inchoatur à Surfum corda: finitur, Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui tecum viuuit. Consecratur in eo loco, vbi pacem inter nos solemus dare. Hoc est opus gratiæ Domini, vt pax & concordia regnet in nobis, vt Isidorus ait, Olea est arbor pacis insignis. Hęc pax figurata est olim in arca Noæ, vt verba eiusdem consecrationis testantur, dicendo: Et cum mundi crimina diluio quondam expiarentur effuso, similitudinem futuri muneris columba demonstrans, per oliuæ ramum pacem terris redditam nũciauit. Hic non solum oleum, sed & balsamum cõsecratur. Balsami arbor est vna aromatum, quæ sunt odoriferæ, vt idem Isidorus. Aromata sunt quæque fragrantis odoris, quæ India vel Arabia mittit, vel Italię regiones. Nomen autem aromata traxisse videntur, siue quia aris imposita, diuinis inuocationibus apta videntur, seu quia sese aëri inserere ac miscere probantur. Odor balsami in oleo, opinionem bonarum virtutum late dispersam, operante gratia spiritus sancti, demonstrat. Additur oleo balsamus, quia nitet in vultu Christi cœlestis splendor. Vndè Hieronymus in psalmo quadagesimo quarto ad Principiam virginẽ: Virgo de virgine, qui non ex voluntate viri, sed ex Deo natus est, Nisi enim habuisset in vultu quiddam oculisque sidereum, nũquam eum statim secuti fuissent apostoli, nec qui ad comprehendendum venerant, corruissent. Ipse nitor exhilarat, operante gratia Dei, vultus electorum, vt cum magna delectatione actus eorum imitemur. Vndè præsens

Principalis
cõsecratio
Chriftima-
tis.

A oratio: Nam & Dauid propheticò spiritu gratiæ tuę sacramenta prænoscent, vultus nostros in oleo exhilarados esse cantauit. Et paulò post: Hęc olei vñctio vultus nostros iucundos efficit ac serenos. Vultus nostros, manifestatione operum nostrorum intelligimus. De qua re Augustinus in psalmo centesimo-quarto: Gratia quędam, quæ est hominum ad homines, perspicua ad conciliandum sanctum amorem, oleum dicitur in nitore diuino: & quoniã excellentissima in Christo apparuit, totus orbis eum diligit. Et paulò post: Tãta enim eius est gratia, vt multi qui in eum non credunt, laudent eum: & propterea dicant nolite se in eum credere, quia nemo potest hoc, quod iubet, implere. Laudando impediuntur, qui in illum vituperando sequebant: amatur tamen ab omnibus, prædicatur ab omnibus: quia excellenter vñctus, id est, Christus. Sequitur exorcismus olei: vt Isidorus, Exorcismus Græcè, Latine coniuratio seu sermo increpationis est aduersus diabolũ, vt discedat: & concluditur sic, Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. Illo inungitur catechumeni, vt si quæ maculæ inhæserint corpori aut menti, postquam ad scrutinium accesserint, recedant, & munimentum deinceps habeant per hanc vñtionem, vt non possit diabolus repedere. Verba orationis, hæc demonstrant, dicendo, vt si quæ illis aduersantium spirituum inhæserit reliquiæ, ad tactum sancti olei omnes abscendant: nullus spiritalibus nequitias locus, nulla refugis virtutibus sit facultas, & reliqua. Hęc increpatio siue coniuratio ad diabolũ, digna est habere iudicium nouissimũ, in quo iudicandi sunt mortui & viui, & seculum per ignem. Ibi se scit potissimum diabolus damnandum, illius tremore vndique concutitur: At qui iam resurrexerunt & viuunt cum Christo, illi audiant bona sibi promitti, per eundẽ qui viuuit & regnat Deus cum patre in vnitãte spiritus sancti. Tres commemoratæ consecrationes, ex vna eademque substantia fiunt, id est, ex olei liquore: Sic nanque spiritus sancti substantia vna, qui tamen diuiditur multiformiter per gratiam donorum suorum: Alij datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, alteri fides, alij gratia sanitatum, & reliqua. Hęc videntur nobis habilia esse ad dilucidandas consecrationes nostras. Sermo sapientiæ bonam conuersationem tenet, eorum scilicet, quibus loquitur præsens Apostolus: Si conuersionem habueritis cum Christo, quæ sursum sunt, quærite, vbi est Christus in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt, sapite. Hunc saporẽ gustauit, qui ait: Gratia Dei sum id quod sum. Ecce habes oleum: addatur sermo scientiæ. Scientia ad doctrinam pertinet: quoniam in illa laborauit Paulus, propterea subiunxit, & gratia eius in me vacua non fuit: Habes & balsamum. Vbi hæc duo coniuncta fuerint, perfectum faciunt seruientem. Sequitur, Alteri fides, fidem in promptu ad duo opera introducimus, ad expulsiõnem videlicet, vt Apostolus: Si habueris fidem, ita vt montes transferam: & ad munimen, de quo dicitur, sum ceteris securum fidei. Habes exorcismum olei, vt ipsa veritas testatur, dicendo, si quę inhæserit reliquiæ aduersantium; ad tactũ sanctificati huius olei abscendant. Et iterũ, Nulla refugis virtutibus sit facultas. Sequitur, Alij gratia sanitatũ: habes oleum pro

pro infirmo. Verba huius orationis demonstrant, non solum necessariam esse medicinã corporalem, sed potiùs spiritualem, dicendo, tutamentum mentis & corporis. Peccatis infirmatur mēs, gratia Domini sanatur. sine istis, vt reor, nullus aulam cœlestis regni intrat, id est, nisi habeat conuersationem bonam, & doctrinam siue verbis siue moribus, qui nõ possunt abscondi, dicente Apostolo: Similiter autem & facta bona manifesta sunt, & quæ aliter se habent, abscondi non possunt: nisi habuerit fidem, sine qua nemo potest placere Deo: nisi habuerit quotidianam gratiam curationem, quia quotidie peccamus. Quapropter hæc præcipuè imprecantur à sacerdotibus per ministratiõnem olei, vt omnes generaliter accipiãt, quia nisi ea dederit gratia Dei, non sunt habiles regno Dei. Sequentia dona, non omnes omnia hic possunt habere, sed per multos diuisa sunt, qui tamen non creduntur diuisi à regno Dei, quanuis non habeant operationem virtutum, id est, vt signa faciant, & demones eiciãt: siue non habeant prophetiam, vt secreta scripturarum reuelent, aut futura prædicent: siue non habeant discretionem spirituum, aut genera linguarum, vel interpretationem sermonum, non erunt extorres à regno cœlorum, dummodò habeant fidem quæ per dilectionem operatur. Diximus Deo propitio, quo in loco consecratur oleum, & quid in significatiõne contineat: restat vt dicamus aliqua de ordine consecrationis iuxta annotationem sacramentarij, & libelli, qui dicitur Romanus Ordo. De oleo pro infirmo sic continetur in sacramentario: Antequam dicatur, Per quem hæc omnia Domine semper bona creas, leuantur de ampullis quas offerunt populi, & benedicunt tam dominus Papa, quàm omnes episcopi. In Exodo scriptum est, vt populi offerant oleum, dicente Domino: Præcipe filiis Israël, vt offerant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimum. Quando à populis offerretur, simplex liquor est: per benedictionem sacerdotum transfertur in sacramentum. Hęc administratiõ significat, debere adesse terrenam administratiõnem spirituali. Vndè dicit Apostolus: Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si vestra carnalia metamus: Benedicit tam dominus Papa, quàm omnes presbyteri. Mos est Romanæ Ecclesiæ, vt in consecratiõne immolationis Christi ad sint presbyteri, & simul cum pontifice verbis & manibus consecrati: At quia in ipsa periocha concluditur consecratiõ olei huius, oportet vt simili modo sicut & cetera, cum pontifice presbyteri oleum consecrati. Dicit libellus Romani Ordinis de consecratiõne chrisimatis: Continuo duo acolyti inuolutas ampullas eum sindone alba de serico, ita vt videri possint à medio, teneant in brachio sinistro. Et paulò post: Antequam benedicat, halat ter in ampullam. Et iterũ: Ampulla autem, quæ cum chrisimate est, statim vt benedicta fuerit, operiatur, vt à nemine nuda videatur, sed tenente eã acolyto omnes per ordinẽ salutent, quam episcopus & diaconi priùs salutent. Si enim presens ordo, vt scriptum est, non agitur, frustra agitur, nisi aliquid cõtineat in sacramento. Liber primò dicere de hoc quod dicit, Halat ter in ampullã. Halitus ab interioribus & secretis procedit ad publicũ, & vo-

acatur spiritus. De quo Esaias, Quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius est. Pontifex per spiritum suum substantiã spiritus sancti nunciat in corpore assumpto à diuinitate inhabitare, cuius aduẽtu renouata sunt omnia. Ampulla enim cũ chrisimate, quodãmodò corpus Domini ex virgine Maria assumptum significat. Quod antequam transiret ad altare crucis, aliquo tempore coopertum erat, & aliquo nudum: primũ tempore coopertum erat, quando ita fugit in Ægyptum regem Herodem, quasi non esset rex regum, & Dominus dominantium: quando ita portatus est ad templum, quasi nõ esset omnipotens: quando ita regrediẽtibz parentibus ab Ierusalem, requisitus est inter cognatos & notos, quasi non esset vbique: quando ita inuentus est in templo, sedes in medio Doctorum, atque audiens & interrogans, quasi non esset fons sapientię: quando ita subditur parentibus, quasi non esset author parentum. In istis omnibus coopertus latebat. Operimentum erat sindon alba, per quam non incongruè possumus intelligere mundissimam specialiter conuersationem eius, qua indutus fuit ab initio. Nudum erat, postquam cœpit miracula facere, quæ vltra hominum opera erant. Vndè Nicodemus, Nemo potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum illo: simulque prædicare, & Deum se demonstrare. Vt inquit: Ego & pater vnus sumus. Nisi Petrus intelligeret hoc dictum esse de diuina natura, nõ diceret: Tu es Christus filius Dei viui. At postquam trãsiit ad altare crucis, id est, ad immolationem, quasi ad consecrationem episcopi, ipse est enim summus Pontifex qui seipsum obrulic Deo patri, aliqua parte temporis nudum corpus suum demonstrauit. Quæ pars ad memoriam reducitur per ampullę nuditatem, quam episcopus & diaconi salutant. Thomas qui misit digitos suos in fixuram clauorum, & manus in latus, & dixit, Dominus meus, & Deus meus, nudum salutauit corpus Christi. Nuditatem eius dicimus manifestationem præsentiam corporalis: Similiter, qui manducauerit & biberit cum illo, postquam resurrexit à mortuis. At postquam salutata est à Pontifice & ministris altaris ampulla, cooperitur, vt à nemine nuda videatur: cooperta tamen salutatur ampulla. Christus nanque postquam præsentiam suam eis secundum suam dispositionem exhibuit, quos voluit esse testes suæ resurrectionis, ascendit in cœlum, & inuisibilis hominibus factus est, vt ipse testatur: Exiui à patre, & veni in mundum: iterũ relinquo mundum, & vado ad patrem. quod est apertè dicere, Visibilis apparui hominibus: rediens ad patrem, inuisibilis ero. Quamuis præsentiam eius corporalem non videamus, tamen venerãdo eam quotidie salutamus. Quia retigimus ad dilucidandum de ratione olei: nunc placet dicere, si Dominus dederit, quare omitteremus, Gloria patri & filio & spiritui sancto. Triduo iacuit Dominus in sepulcro secundum Euangelium, quod dicit: Sicut fuit Ionas in ventre ceteri tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Quod ita Augustinus in libro primo questionum euangelicarũ: Sextæ feriæ diei partem qua sepultus est cum præterita nocte, pro nocte & die accipiens, hoc est, pro tota die, sabbatum nocte &

die, & noctem Dominicam cum eodem die illuc-
fcente, ac per hoc accipiendo partem pro toto, ha-
bes triduum & tres noctes. Triduanam Domini se-
pulturam ad memoriam reducimus, quam non re-
colimus celebrando, nisi addatur cum sexta feria &
septima, quinta. Dominica enim nox in magna glo-
ria celebratur, vt liquet omnibus qui morem nostre
ecclesie tenent. Vnde Augustinus ex sermone ad
populum in vigiliis Pasche. Deinde sabbati dies à
sua nocte incipiens, finitus est vespere incipientis
noctis, quæ pertinet ad initium Dominicæ diei,
quoniam eam Dominus suæ resurrectionis gloria
consecrauit. Illius itaque noctis ad initium diei
Dominici pertinentis, nunc istam solenniter me-
moriā celebramus. Si iuxta Augustinum gloria
fuit resurrectio, nempe mors & sepultura, humili-
atio eius est. Si se exinanauit, iuxta Apostolum, post-
quam formam serui accepit, quanto magis cum fa-
ctus est obediens patri vsque ad mortem, mortem
autem crucis? Per tres continuos dies, id est, quinta
feria, sexta, septimāque triduanam sepulturam eius
celebramus. Ac per hoc vt compaginemur humi-
litati sepulture eius, omittimus excelsa nostra, id
est, gloria patri & filio, & campanarum signa: siue
alia, quæ congruentius tractabuntur, cum ad dilu-
cidandum ea peruentum fuerit. Panis cælestis, id
est, corpus Domini, reseruat ad feria quinta vsque
in Pasceuen. Secundum Augustinum ad Ianua-
rium. Sunt qui quotidie volunt Eucharistiam su-
mere. Valet etiam, inquit, ad hanc similitudinem,
quod in primo populo vniciuque fidelium manna
secundum propriam voluntatem in ore sapiebat:
sic vniciuque in ore Christiani sacramentum
illud, per quod saluatus ac subiugatus est mundus.
Nam & ille honorando non audet quotidie fume-
re, & ille honorando non audet vllō die prætermi-
tere. Contemptum solum non vult cibis iste, sicut
manna fastidium. In Pasceue non conficitur cor-
pus Domini. Necessè est vt hi quibus est voluntas
communicandi, habeant sacrificium ex priori die.
Dein transit ad conuiuium, ex quo Cæna Domini
vocatur. Vnde Isidorus: Cæna Domini dicta est, eò
quod in eo die Saluator Pascha cum discipulis suis
fecit. Quali modo illud sanctum conuiuium cele-
bratum sit, Ioannes Euangelista narrat. Et cæna fa-
cta, inquit, cum diabolus iam immisisset in cor,
vt traderet eum Iudas Simonis Scariothis, sciens
quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à Deo
exiuit, & ad Deum vadit, surgit à cæna, & ponit
vestimenta sua: & cum accepisset linteam, præcinxit
se: deinde misit aquam in peluim, & cepit lauare pe-
des discipulorum, & extergere linteo, quo erat præ-
cinctus. Et post pauca: Postquam ergo lauit pedes
eorum, accepit vestimenta sua: & cum recubisset
iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? Quod
Augustinus ita in eodem: Non itaque debemus in-
telligere veluti iam cõsumptam atque transactam,
adhuc enim cœnabatur, cum Dominus surrexit,
& lauit pedes discipulorum. Nam postea recubuit,
& buccellam suo traditori postea dedit: vtique
nondum finita cœna, hoc est, dum adhuc panis in
mensa esset. Cœna ergo facta, dictum est iam pa-
rata, & ad conuiuantium mensam vsque perducta.
Vidi quendam religiosum ea die primò aliquid su-

mere de cibo, & postea lauare pedes peregrinorum,
& sic transire ad mensam, Domini nostri exemplo.
Lauamus eo die non solum pedes fratrum, sed et-
iam pauimenta ecclesie. Quauis ornatui possit
congruere lauatio eorum paschalis festiuitatis, ta-
men non deest aliquid mysticum in eo. Parietes
domus, vocabulum habent ecclesie, quia conti-
nent ecclesiam, non sunt ipsi ecclesia. Quod pos-
sumus intelligere ex interpretatione ecclesie. Le-
gamus Bedam super Lucam. Eius lingua discerni-
tur, quid inter synagogam & ecclesiam sit, atque
interpretationem eorum. Verum differt, inquit,
inter synagogam quæ congregatio, & ecclesiam
quæ conuocatio interpretatur, quod veteris instru-
menti populus vtroque vocabulo, noui autem tan-
tum ecclesia nuncupatur: quia videlicet & pecora
& inanimæ quæquæ res congregari in vnum pos-
sunt, conuocari autem non nisi ratione vtentia pos-
sunt. Ac per hoc quia ecclesia conuocatio dicitur,
homines sunt ecclesia, non parietes domus: Qui ta-
men propterea sanctificantur ab episcopo, vt in eis
velit esse aduentus angelorum, & homines in eam
introeuntes, ab omni turpiloquio & scurrilitate e-
tiam, & inutili cogitatione norint se prohiberi. Au-
diant qui intrant ecclesiam, quod audiuit Moyses,
quando voluit visere rubum ardentem, & Domi-
nus, Nè appropies, inquit, huc: solve calceamen-
tum de pedibus tuis. locus enim, in quo stas, terra
sancta est. Et iterum angelus ad Iosue: Solve, in-
quit, calceamentum de pedibus tuis. locus enim, in
quo stas, sanctus est. Calceamenta de mortuis ani-
malibus sunt. Mortuum animal est Adam, de quo
nos mortem traximus. Videamus si aliquo modo
mens nostra calceata sit morte eius. Nisi ille fie-
ret mortalis, non haberemus necessitatem dor-
miendi, non domorum ædificandarum, non neces-
sitate agriculturæ, non esuriremus, non sitiremus,
non bella componeremus, quia vniciuque satis es-
set Dei imaginem sibi reseruare, & gaudere vnio-
ne fraternitatis: vt etiam taceam de apertis pecca-
tis, quando circa hæc mens studet, calceata est pel-
libus mortui animalis. Intrantes nos ad sancta lo-
ca, vbi Dominus & angelus eius est, exuamus nos
hic calceamentis, & cogitemus de conuersione
angelorum, vbi est requies sine somno, vbi domus,
gratia protectionis Dei, vbi opus sine labore, fati-
etas sine esurie, vbi pax perpetua sine bello. Pauimen-
tum ecclesie, auditores magistrorum significat.
Lauatio domus, quæ nuncupatiuè ecclesia dicitur,
est signum lauatiōis pedum fratrum: Lauatio pe-
dum fratrum, signum est remissionis peccatorum,
siue quando à Domino remittuntur, siue inuicem
à nobis ipsis. Augustinus de eo in Ioāne: Dominus
dicit, veritas loquitur, quod opus habeat pedes la-
uare etiam ille, qui lotus est. Quid fratres mei, quid
putatis? Nisi quia homo in sancto quidē baptismo
totus abluitur, nō propter pedes, sed totus omnino:
veruntamen cū in rebus humanis postea viuatur, vt-
tiq; terra calcatur. Ipsi enim humani affectus, sine
quibus in hac mortalitate non viuatur, quasi pedes
sunt, vbi ex humanis rebus afficimur, & sic affici-
mur, vt si dixerimus, quia peccatum non habe-
mus, nos ipsos decipiamus, & veritas manet in no-
bis. Quotidie ergo pedes lauat nobis, qui interpel-
lat

lat pro nobis, & quotidie opus habemus vt pedes
lauemus, id est, vt vias spiritualium gressuum diri-
gamus. In ipsa oratione Dominica confitemur,
cum dicimus, Dimitte nobis debita nostra, sicut &
nos dimittimus debitoribus nostris. In ipsa die pe-
nitentes ad remissionem peccatorum redeunt iux-
ta Decretalia Innocentij Papæ, qui dicit, De pe-
nitentibus autem, qui siue de grauioribus commis-
sis, siue ex leuioribus penitentiam gerunt, si nulla
interueniat ægritudo, quinta feria ante Paschæ
Domini eis remittendum Romanæ Ecclesie con-
suetudo demonstrat. Innocentius tempus præfi-
git, Hieronymus modum in epistola ad Oceanum
de morte Fabiolæ, cuius, id est, Fabiolæ peniten-
tiam laudat de adulterio commisso, dicens: Quid
ego in abolitis & antiquis moror, quærens excu-
sare culpam, cuius penitentiam ipsa confessa est?
Quis hoc crederet, vt post mortem secundi viri in
semet reuerfa, quo tempore solent viduæ negligen-
tes, iugo seruitutis excusso, agere se liberius, adire
balneas, volitare per plateas, circumferre meretri-
cios, faccum indueret? errorem publicè fateretur?
& tota vrbe spectante Romana ante diem Paschæ,
in publica quondam Laterani, qui Cæsariano trun-
catus est gladio, staret in ordine penitentium? E-
piscopis & presbyteris & omni populo conlachry-
manti, sparso crine, ora lurida, squalidas manus,
fordida colla submitteret? Quæ peccata fletus iste
non purget? Quas inueteratas maculas hæc lamen-
ta non abluant? In istis omnibus cognoscimus val-
dè, præsentem diem consecratum esse remissioni
peccatorum. Non enim putamus, præsentem quintæ
feriæ fortuito hoc accidere. Nos scioli interim di-
camus, quid nobis videatur rationis habere, quod
in ipso die voluit Dominus pedes lauare, cuius e-
xemplo nos pedes & cætera lauamus, quæ lauatio
remissionem peccatorum significat. Quapropter
& penitentes eadem die ad manus sacerdotum re-
currunt, & cur eadem die oleum consecretur, Do-
minus noster quinta ætate venit in mundum, sex-
tam consecrauit suo aduentu. De quo Gregorius
in libro de ædificatione templi, Qui & in fine syna-
gogæ venit, & ante initium ecclesie, quam ex gen-
tibus collegit. Sed primò videamus qualis esset æ-
tas quinta, postea intelligere poterimus, si eam Do-
minus inuenisset. Dicit de ea dominus Beda:
Quinta die pisces auisque aquis educat. Et post
pauca, Successit & vespere, quando imminente iam
Saluatoris aduentu, gens Iudæa propter scelus
magnitudinem Romanis tributaria facta, insuper
& alienis regibus est pressa. Et iterum in eodem, id
est, de temporibus: Quinta quasi senilis ætas à tran-
smigratione Babylonis vsque ad aduentum Domi-
ni saluatoris. Et paulò post, In qua vt graui sene-
ctute fessa malis crebrioribus plebs Hebræa quaf-
fatur. Quomodo quassata sit, Esaias tangit: Cal-
lamum quassatum non conteret, & linum fumi-
gans non exstinguet. Quod ita Gregorius in Mora-
libus: Quid enim calami nomine nisi Iudaici po-
puli temporale regnum denunciat? nitens quidem
exterioris, sed interioris vacuum? Et quia in eodem po-
pulo genus iam regale defecerat, & regnum eius a-
lienigena possidebat, aperte hoc idem regnū quassat-
um calamum vocat. Quid verò per linum, nisi eius

sacerdotium exprimitur? quod lineis nimirum ve-
stibus utebatur, quod quia in aduentu Domini cha-
ritatis ardorem perdidit, quasi amisso iam igne fi-
dei, non ardens, sed fumigans fuit. Incarnatus au-
tem Dominus, calamum quassatum non confregit,
& linum fumigans non extinxit, quia Iudææ re-
gnum, quod penè destructum iam fuerat, eiusque
sacerdotium, quod ignem fidei non tenebat, non
potestate iudicij percussit, sed cum patientiæ lon-
ganimitate tolerauit. Audiuius quassationem
quintæ ætatis, quam Dominus inuenit, audia-
mus restaurationem: qua Dominus sextam æta-
tem suo aduentu reparauit. Qua de re venisset
ad nos in fine quintæ ætatis, in fine quintæ feriæ
hodiernæ festiuitatis demonstrat, in qua & le-
gem finiuit, quod in posterioribus scribemus Deo
volente: Nunc dicendum est de his quæ secum ad-
duxit. Scribit Daniel: Septuaginta hebdomadæ ab-
breuiatæ sunt super populum tuum, & super urbem
sanctam tuam, vt consummetur præuaticatio, & fi-
nem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, &
adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio &
prophetia, & vngatur sanctus sanctorum. Vnde Be-
da in libro de temporibus: Nulli dubium, quin hæc
verba incarnationem Christi designent: qui tulit
peccata mundi, legem & prophetas impleuit, vnctus
est oleo præ participibus suis. De qua vnctione
dicit Esaias ex persona ipsius Saluatoris: Spiritus
Domini super me, propter quod vnxit me, euange-
lizare pauperibus misit me, prædicare captiuis re-
missionem, & cæcis visum. Vnde Hieronymus in
eodem Esaias: Quando enim cõsortes nominantur,
naturam carnis intellige, quia Deus cõsortes sub-
stantiæ suæ nō habet. Et quia erat vnctio spiritualis,
& nequaquam humani corporis, vt fuit in sacerdo-
tibus Iudæorum, ideirò præ cõsortibus, id est, præ
cæteris sanctis vnctus esse memoratur. Cuius vn-
ctio illo expleta est tempore, quando baptizatus est
in Iordane, & spiritus sanctus in specie columbæ
descendit super eum, & mansit in illo. Secundum
verba præcedentia propterea venit, vt cõsortes fa-
ceret regni sui. Hæc vnctio conficitur quinta feria,
quia ipse venit ad nos quinta ætate mundi. Sed di-
latus est quidam modus vnctionis à natiuitate se-
cundum Esaiam, & euangelium in specie columbæ
vsque ad Baptismum, (quanuis ab initio ex quo
cepit homo fieri, credamus vnctionem in Iesu spi-
ritualē manere) non discrepat ab hac ratione, quod
quinta feria consecratur oleum, & vnctio seruatur
vsque ad baptismum nostrum. Quem modum Am-
brosius manifestat in libro super Lucam: Rogabo,
inquit, patrem, & alium paraclætum dabit vobis, vt
vobiscum sit in æternum, spiritum veritatis, quem
hic mundus non potest accipere, quia non videt e-
um, nec scit eum. Meritò ergo seni corpore demon-
strauit, quoniam in diuinitatis suæ substantia non
videtur: Vidimus spiritum, sed in specie corporali.
Homo Christus Iesus postquam cepit esse homo,
semper fuit Deus, cui per incrementa membrorum
non credimus aucta esse charismatum dona. In ip-
so enim inhabitat omnis plenitudo diuinitatis cor-
poraliter. Vnde Hieronymus in Esaias: Noscamus
infantiā humani corporis diuinæ non præiudicasse
sapientiæ, & iterum: Super hunc ergo florem qui de

trunca radice Iesū per Mariam virginem repente
 confurget, requiescet spiritus Domini, quia in ipso
 complacuit omnem plenitudinem diuinitatis ha-
 bitare corporaliter. nequaquam per partes, ut in ce-
 teris sanctis. Et Beda in Luca: Noranda distinctio
 verborū, quia Dominus Iesus Christus in eo quod
 puer erat, id est, habitū humanæ fragilitatis induer-
 at, crescere & confortari habebat. In eo verò q. etiā
 verbū dei, Deus æternus erat, nec confortari indige-
 bar, nec habebat augeri: Vnde rectissime plenus sa-
 pientia perhibetur & gratia. Sapiētia quidē, quia in
 ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corpora-
 liter: Gratia autem, quia eidē mediatori Dei & ho-
 minum homini Iesu Christo magna gratia donatū
 est, ut ex quo fieri homo cœpisset, perfectus esset &
 Deus. Simile est quod Ioannes scribit eum plenum
 gratia & veritate, eandem ipsam diuinitatis excel-
 lentiam veritatis, quam Lucas sapientie nomine
 commendans. Et iterum eiusdem in actibus Apo-
 stolorum: Vndē est ergo Iesus nō oleo visibili, sed
 dono gratiæ Dei, quod visibili signatur vnguento,
 quo baptizatos vngit ecclesia. Nec tamen tunc vn-
 ctus est spiritu sancto, quando super eum baptiza-
 rum velut columba descendit. Tunc enim corpus
 suum, id est, ecclesiam suam præfigurare dignatus
 est, in qua præcipue baptizati accipiunt spiritum
 sanctum: sed ista mystica & inuisibili vnctio tunc
 intelligendus est vnctus, quando verbum Dei caro
 factum est, id est, quando humana natura sine vllis
 præcedētibus bonorum operum meritis, Deo ver-
 bo est in virginis vtero copulata, ita ut cum illo fie-
 ret vna persona. Ob hoc eum confitemur natum de
 spiritu sancto & Maria virgine. Ipse venit tollere
 peccata mundi, ut memoratus Propheta, dimittere
 contractos in remissionem. Ipsa die finitur lex ve-
 teris Testamenti, quod manifestat ex autoritate
 scripturarū idem in Luca. Moysē quippe mortuo,
 Iosue Dux ordinatur, quia lege traditionibus Pha-
 risæorum corrupta Christus incarnatur. Iosue trans
 Iordanem manna pascit & pascitur, quia Dominus
 vsque ad tempus sui baptismatis caeremonias legis
 & ipse seruat, & a cunctis seruari desiderat. Trans-
 ductam plebem Iordanem Iosue petra circuncidit,
 quia baptismi gratia celebrata, Saluator etiam co-
 gitationum, quod lex nequiuerat, illecebras fidei
 seueritate præcidit: & tres semis annos quasi solito
 manna nutriet, sacramenta legis, quantum ad cœ-
 lestia promissa paulatim prouocans, obseruare non
 cessat: donec tempore præfixo desideratum Pascha
 cum discipulis suis manducans, ita demum manē
 illucescente, mundissima sui corporis & sanguinis
 mysteria in crucis altari cōsecrata, quasi azyma ter-
 ræ repromissionis imbuendis fidelibus afferat. Et
 iterum: Et accepto calice gratias egit, & dixit: Ac-
 cipite & diuidite inter vos. Et hic calix ad vet⁹ illud
 Pascha, cui finem desiderabat imponere, pertinet.
 Quo accepto, gratias egit, ob hoc nimirum, quia
 vetera transiit, & futura fuerant omnia noua.
 Lex non soluebat peccata, sed puniebat. Christus
 in quinta feria veteri legi finem dat, peccata ab-
 soluit. Id ipsum in prima oratione Missæ sonat sa-
 cerdos, dicendo: Ita nobis ablato vetustatis erro-
 re, resurrectionis suæ gratiam largiatur: Affert &
 oleum quo vngantur sui consortes, de quibus di-

cit Petrus: Vos estis genus electum, regale sacer-
 dotium. Restat adhuc vnum in Romano ordine,
 vbi præcipit, ut à quinta feria vsque in Sabbato san-
 cto nuda sint altaria. Quod aliud non significat, ni-
 fallor, nisi fugam Apostolorum, quam ipse Domi-
 nus testatur in Evangelio Ioannis: Modò creditis.
 Ecce venit hora, ut dispergamini vnusquisque in
 propria, & me solum relinquantis. Quod Augusti-
 nus in eodem ita tractat: Tunc ira perturbamini, ut
 etiam quod modò creditis; relinquantis. Altare
 Christum significat, ut Beda narrat in libro de ta-
 bernaculo & vas eius. Aureum verò altare, ipsum
 Dominum significat, quia miro atque ineffabili
 ordine ita carnem veram traxit ex Adam, ut à pec-
 cato carnis Adæ veraciter esset immunis. Quo-
 modò quidem altare vtrunque ex vnus eiusdem-
 que generis lignis factum, sed non vtrunque erat
 auro coopertum. Sed & in hoc altari nihil carnale
 offerebatur, verum aromata tantum adolebantur,
 quia Dominus preces siue lachrymas effundens,
 non pro suis erraticibus, qui nulli erant, sed pro no-
 stra hoc salute faciebat. Sicut enim arca intra ve-
 lum posita, hominem Deum sedentem ad dexte-
 ram maiestatis in excelsis, significat: ita altare extra
 velum quidem, sed prope introitum eius positum,
 eundem mediatorem Dei & hominum potest fig-
 guraliter exprimere. Vestimenta altaris, Christi
 sancti sunt, de quibus scriptum est, Et relicto eo
 omnes fugerunt.

Septima varietas est in sexta feria, quam Parasce-
 uen vocamus. Parasceue, ut Beda ait, præparatio
 interpretatur. Quo nomine Iudæi, qui inter Græ-
 cos conuersabantur, sextam sabbati, quæ nunc à
 nobis sexta feria vocatur, appellabant: quod eo vi-
 delicet die quæ in sabbato fuerant necessaria, præ-
 pararent, iuxta quod de manna quondam erat præ-
 ceptū Sexta autem die colligētis duplum &c. Qui
 verò inter Romanos vitam ducunt Iudæi, vsitatus
 eam Latine cenam cognominant. Hæc sexta fe-
 ria, sexta feriæ primæ creationis, & sextæ ætati hu-
 ius mundi coaptatur. De sexta feriæ primæ creatio-
 nis dicit qui supra, in libro de temporibus: Sexta die
 terra suis animantibus impletur, & homo primus
 ad imaginem Dei creatur, moxque ex eius latere
 dormientis sumpta costa, scemina fabricatur. Et i-
 terum de sexta ætate: Sexta ætate præconantibus
 prophetis, filius Dei in carne, qui hominē ad ima-
 ginem Dei crearet, apparuit: qui dormiens in cruce,
 sanguinem & aquam de latere, vnde ecclesiam
 sibi consecraret, emanauit. Eadem die legitur lectio
 libri Exodi, in qua agnus, qui die Dominico Ieru-
 salem ad immolandum intrauit, immolatur. Dicit
 lectio: Decima die mensis huius tollat vnusquisque
 agnum per familias & domos suas, (de quo in pos-
 terioribus) & seruabit eum vsque ad quartam
 decimam diem mensis huius, immolabitque eum
 vniuersa multitudo filiorum Israël ad vesperam.
 Dominus noster est agnus, qui incipiente quinta
 decima luna traditus est, & crucem ascendit para-
 sceue. Sequitur Responsorius, cū quatuor versibus:
 nulliq; dubiū, quin Christus homo ex quatuor ele-
 mentis cōsisteret. Naturale est homini, ut ex terra,
 & aqua, & aere, & igne consistat. Quando naturam
 hominis assumpsit, hæc quatuor elementa assumpsit.
 Illa

De septi-
 ma varie-
 tate, Para-
 sceue.
 Cap. XIII.

illa pendeat in cruce inter medios duos latrones. A
 Vnde vnus versus, In medio duorum animalium cog-
 nosceris. Quod ita Hieronymus in Abacuc: Por-
 ro simplex interpretatio & opinio vulgi de Salua-
 tore intelligit, quod inter duos latrones crucifixus
 agnitus sit. Quauis de eadē re sit & alter sensus,
 tamen qui hoc officiu constituit, illud intellexit,
 quod B. Hieronym. retulit ex vulgi opinione duo-
 rum latronū. Oratio sequens memorat: Deus à quo
 & Iudas reatus sui pœnam, & cōfessionis suæ latro
 præmiū sumpsit. Duo genera sunt afflictorū. Vnum
 non prodest patientibus, quia non corriguntur per
 pœnas: in quo genere sunt Iudas & latro non con-
 uertus. Alterum prodest his qui fructuose pœnitēt,
 quorum typum alter latro portat, venerabilis qui-
 dem ex confessione. Hi qui non corriguntur ex af-
 flictione, ad corpus pertinent Iudæi proditoris, &
 latronis impij: qui corriguntur, ad latronē, qui me-
 ruit audire, Hodie mecū eris in paradiso. Sequitur
 lectio Osee. Antequam dicamus de hac lectione,
 dicendum est cur addatur. In quarta feria, quando
 consilium Iudæorum de morte Domini ad memo-
 riam reduximus, mortem nostram duplam manife-
 stauimus, pro qua venerat Christus pati, tamen suā
 passionem vsque in sextam feriam seruauit, qua die
 primus parens noster conditus est. Hodierna die,
 hoc est, in parasceue ad memoriā reducimus suam
 passionem ad nostram imitationē, de qua dicit Pe-
 trus: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens
 exemplum, ut sequamini vestigia eius. Id ipsum a-
 pertius possumus memorare ex lectione quæ legi-
 tur eadem die. Dicit enim: Erit absque macula ma-
 sculus anniculus, iuxta quem ritū tolletis hædum,
 & seruabitis eum vsque ad quartam decimam diem
 mensis huius. Agnus iste absque macula, Christi
 corpus significat immaculatū: hædus corpus suum,
 quod nos sumus qui peccatores sumus. Vtrumque
 animal memoratur in religione Paschæ. Sicut ex
 scriptura discimus, Pascha nostrū in immolatione
 esse Christi, ita nostram immolationem in mortifi-
 catione vitiorum, & si necesse fuerit, in effusione o-
 mium præsentium rerum, etiam & ipsius animæ,
 & sic transeundum ad patrem. Lectio sequens Osee
 dicit: Venite, & reuertamur ad Dominū, quia ipse
 cepit & sanabit nos, percutiet & curabit nos. Viui-
 ficabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit
 nos, & viuemus in conspectu eius. Quod sic Hiero-
 nymus in eodem Osee: Percutiet ergo Dominus, &
 curat nos, quia quem diligit corripit, & castigat om-
 nem filium, quem recipit: & non solum curat, sed
 viuificat post duos dies, & tertio die resurgens ab in-
 feris, omne humanum secum suscitauit genus. Cū-
 que percussos curauerit, & curatos viuificauerit, &
 viuificatos suscitauerit, tunc viuemus in conspectu
 eius, qui illo absente mortui iacebamus. In ista re-
 surrectione demonstratur vtilitas imitationis no-
 stræ, quia si compatimur, & cōregnabimus. Sequi-
 tur tractus, Qui habitat in adiutorio altissimi. Ex-
 positior Augustinus psalmi præsentis, in præfatione
 eius monstrat, quā congruenter per præsentem
 psalmum imitari debeamus passionem Christi. In
 quo, inquit, imitaturi sumus vias Christi? Nunquid
 in ea magnificentia, qua Deus erat in carne? Aut ad
 hoc nos exhoratur, aut hoc à nobis exigit, ut talia

miracula, qualia fecit, ipsi faciamus? Et paulò post:
 Non hoc tibi dicit, nō eris discipulus meus nisi am-
 bulaueris super mare, aut nisi suscitaueris mortuum
 quatrduanū, aut nisi aperueris oculos cæci nati. Et
 paulò post: Discite à me, quia mitis sum & humilis
 corde. Quod factum est propter te, hoc in eo debes
 attendere, ut imiteris. Et paulò post: Nec ad ipsa er-
 go miracula hortatur, quæ ipse fecit, & antequam
 esset homo: Sed quò te hortatur: ut imiteris quod
 non posset nisi factus homo. Tolerare enim passio-
 nes nunquid posset nisi homo? Mori & crucifigi &
 humiliari non posset nisi homo. Si ergo & tu mole-
 stias huius seculi pateris, quas fecit diabolus siue a-
 pertè per homines, siue occultè, sicut Iob, si fortis,
 sis toleras, habitabis in adiutorio altissimi, sicut di-
 cit iste psalmus. Locus est iste Tractus, quia, quod
 promissum est nobis in lectione Osee, vbi dicit,
 Post duos dies suscitabit nos, in tertia die resurgere,
 in spe debemus tenere, non in re. Vnde Gregorius
 in libro de ædificatione templi. Hinc est quod Pro-
 pheta alius per resurrectionem Domini humanum
 genus vidit in fine suscitari, atq; ait: Viuificabit nos
 post duos dies, in die tertia suscitabit nos, & viu-
 emus in conspectu eius. Ipsa resurrectio in fine Tra-
 ctus memoratur: Longitudine dierum replebo eum,
 & ostendam illi salutare meum. Vnde Augustinus
 in eodem psalmo: Quæ est longitudo dierum? vita
 æterna. fratres, nolite putare longitudinem die-
 rum dici hos, ut sunt dies ætatis dies maiores.
 Tales dies nobis habet dare. Longitudo illa est, quæ
 non habet finem, æterna vita, quæ nobis promitti-
 tur. Et paulò post, Et ostendam salutare meum.
 Nec hoc, fratres, breuiter prætereundum est, O-
 stendam illi salutare meum. hoc dixit, ostendam
 illi ipsum Christum. Et paulò post: Per fidem ad-
 huc viuimus, & non per speciem. Quando erit spe-
 cies? Quando videbimus faciem ad faciem? quod di-
 cit Apostolus, quod nobis promittit Deus, in ma-
 gno præmio omnium laborum nostrorum: quic-
 quid laboras, in hoc laboras, ut videas. Et post pau-
 ca: Ipse qui humilis visus est, ipse videbitur magn⁹,
 & certificabit nos. Dehinc sequitur Passio. In ea
 velut ipsum Christū in cruce videmus. Refert Ro-
 manus libellus, quid postea agendum sit, dicens:
 Statim duo Diaconi nudant altare sindone, quæ
 prius fuerat sub euangelio posita, in modum furan-
 tis. Altare, ut sæpè diximus, Dominum nostrum si-
 gnificat, in quo nostras oblationes patri offerimus.
 Vestimenta, apostolorum & omnes sanctos. Con-
 gruum est, ut subtus euangelium aliquid iaceat pro-
 pter honestatem, quo sublato, rapitur quod subie-
 ctum fuit: quia dedito Christo inter manus iniquo-
 rum, apostoli more furum fugerunt & latuerunt.
 Quod enim significat Altare, hoc & Euangelium.
 Potest in hac sindone intelligi specialiter Ioannes,
 qui perseverauit cū Domino vsque ad crucem, qui
 & audiuit, ecce mater tua: & postea propter metum
 Iudæorum se occultit more furum. Post hoc cele-
 brantur Orationes. Hic enim dicendum est ex De-
 cretalibus Innocētij Papæ, quare Missa non cante-
 tur in sexta feria & in septima. Nā vtiq; inquit, con-
 stat Apostolos biduo isto in tristitia & in mœrore
 fuisse & propter metū Iudæorū se occultasse, quod
 vtiq; non dubiū est, intantum eos ieiunasse biduo

Missæ cur
 nec sexta
 nec septi-
 ma feriis
 celebretur.

Lineis in-
clusa, in v-
no erant
exéplari, in
ceteris tri-
bus non c-
lent.

memorato, vt traditio ecclesie habeat, isto biduo sacramenta penitus non celebrari. Orationes tantum leguntur. [Ob hoc quoque non canitur hodie Missa, quia in hac die Dominus seipsum obrulit, & ipsa oblatio sufficit ad salutem credentium.]

Hic reddemus, quod quarta feria promissimus de sancto Augustino: Prius iterum ad memoriam reduco, quando persequimur ab inimicis, vt semper reuertamur ad orationem, vnde ita memoratum scutum, Pro eo vt me diligenter, detrahebant mihi. Quid ait? Ego autem orabam. Non quidem dixit, quid orabat, sed quid melius intelligimus quam prae eis ipsis? Crucifixus enim maxime detrahebant, quoad velut homini, quem quasi vicerant, illudebant, de qua cruce ille dixit: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Et paulo post: Nobis vtilius erat, quod patientiae praebebat exemplum, quam si suos inimicos sine vlla dilatione perdendo, ad hoc nos edificaret, vt impatienter festinaremus de his, quos malos patimur, vindicari: cum scriptum sit, Melior est patiens, quam fortis. Docent ergo nos diuina eloquia Dominico exemplo cum audimus, Pro eo vt me diligenter, detrahebant mihi: ego autem orabam. vt quando aliquos sentimus ingratos, non solum non reddentes bona, sed in super reddentes mala pro bonis, nos oremus, & ipsi quidem pro aliis, vel seruientibus, vel dolentibus, & in fide periclitantibus. Nos vero etiam pro nobis primitus, vt animum nostrum Deo miserante atque opitulante vincamus, quo ferimur in vlciscendi cupiditate, cum detrahitur siue presentibus, siue absentibus nobis: Deinde dum Christi patientiam recordamur, tanquam ipso excitato, sicut factum est, dum dormiret in nauis, qui perturbationem cordis nostri tempestatemque tranquillat, animo sedato atque pacato, oremus etiam pro ipsis detractoribus nostris, vt securi dicamus, Dimitte nobis, sicut & nos dimittimus: sicut & ille dimittebat, qui peccatum quod ei dimitteretur, vtiq; non habebat. Admonitione firmissima sicuti admoniti sumus, & pro nobis oremus, atque pro periculis huius vitae, & pro haereticis, perdiditque Iudaeis, ac pro paganis. Per omnes orationes genuflexionem facimus, vt per hunc habitum corporis, mentis humilitatem ostendamus, excepto quando oramus pro perfidis Iudaeis. Illi enim genu flectebant, opus bonum male operabantur, quia illudendo hoc faciebant. Nos ad demonstrandum quod fugere debeamus opera, quae simulando fiunt, vitamus genuflexionem in oratione pro Iudaeis. Similiter & a pacis osculo in istis diebus non abstinemus: non quod pacis osculum malum sit, vbi ex charitate vera profertur: sed vt demonstretur quam iniuriam passus sit Christus a suo proditore: vt & nos vitemus eandem iniuriam in fratribus. Quod dico, tale est: Locutione & opere debemus subditis monstrare vitandum esse malum Iudae. Signo doloso traditus est Christus: nec mirum, si ea intermittamus, vt nostra distinguantur a Iudaismo, cum sanctus Augustinus dicat: Nostrum diem festum paschalemque ideò transire ad Dominicum, vt nostra festiuitas distinguatur a festiuitate Iudaeorum. Dicit ad Ianuariam: Nam Iudaei tantum modò mensum nouorum & lunam obseruant a quartadecima vs-

que ad vicefam primam: Sed quia illud eorum Pascha, quo passus est Dominus, ita occurrit, vt inter mortem eius & resurrectionem medius esset sabbati dies, addendum patres nostri censuerunt, vt & nostra festiuitas a Iudaeorum festiuitate distingueretur.

Post haec monet libellus memoratus, vt praeparatur Crux ante altare, quam salutant & osculantur omnes. Crux ab initio, ex quo eam Dominus beavit sanguine suo, ab omnibus fidelibus verbis & operibus glorificata est. Ex multis glorificationibus, quibus glorificata est, pauca pingam in presenti opere. Dicit Ioannes Chryostomus in homilia de cruce & latrone: Crux spes Christianorum. Crux resurrectio mortuorum. Crux caecorum dux. Crux desperatorum via. Crux claudorum baculus. Crux consolatio pauperum. Crux refrenatio diuitum. Crux destructio superbiorum. Crux male uiuentium poena. Crux aduersus daemones triumphus. Crux deuictio diaboli. Crux adolescentium pedagogus. Crux sustentatio inopum. Crux spes desperatorum. Crux nauigantium gubernator. Crux periclitantium portus. Crux obsessorum murus. Crux pater orphanorum. Crux defensor viduarum. Crux iustorum consiliarius. Crux tribulatorum requies.

Crux paruulorum custos. Crux virorum caput. Crux senum finis. Crux lumen in tenebris sedentium. Crux regum magnificentia. Crux scutum perpetuum. Crux infensorum sapientia. Crux libertas seruorum. Crux imperatorum philosophia. Crux lex piorum. Crux prophetarum praenatio. Crux annunciatio apostolorum. Crux martyrum gloriatio. Crux monachorum abstinentia. Crux virginum castitas. Crux gaudium sacerdotum. Crux ecclesiae fundamentum. Crux orbis terrae cauteia. Crux templorum destructio. Crux idolorum repulsio. Crux scandalum Iudaeorum. Crux perditio impiorum. Crux inualidorum virtus. Crux aegrotantium medicus. Crux emundatio leproforum. Crux paralyticorum requies. Crux esuriendum panis. Crux sitiendum fons. Crux nudorum protectio. Penes omnia haec glorificatio, qua decorata est sancta crux, praecata est orationibus presbyteri post euangelium. Si quis ea voluerit scrutari, quae ibi deprecata sunt, & mentem referre ad praesentem glorificationem, inueniet ea in virtute sanctae crucis. De qua & Hieronymus in tractatu Epistolae ad Ephesios: Crux itaq; Christi non solum nobis, sed & angelis cunctisque in caelo virtutibus profuit, & aperuit sacramentum quod antea nesciebant: Et Sedulius in carmine paschali:

Né ve quis ignoret speciem crucis esse colendam.

Dei enim filius exinanivit se, vt visibilis appareret hominibus. Ea die qua crux deosculatur, humiliatus est pro nobis patri vsque ad mortem, mortem autem crucis. Si huius mortis imitatores esse debemus, necesse & humilitatis oportet esse. Vnde prosternimur ante crucem, vt fixa humilitas mentis, per habitum corporis demonstretur. Humilitatem mentis non possumus amplius monstrare, quam vt totum corpus ad terram prosternatur. Vnde Augustinus in Psalmo quadragesimo tertio: Quisquis enim ita humiliatur, vt genua figat, adhuc habet quo humilietur: Quisquis autem sic humiliatur, vt hereat in terra, ventris eius, vltra quo humilietur, non habet.

Sic

Sic prosternor ante crucem, vt Paula prostata est, de qua laudator panegyricus eius Hieronymus dicit in libello vitae eiusdem Paulae: Prostataque est ante crucem, quasi pendentem Dominum cernebat. Et ego iacens ante crucem, passus Christus pro me, proscriptus est in corde meo, virtutem sanctae crucis, quam accepit ex Dei filio, adoro. Creaturam nullam colendo vt Deum adoro, sed venerando: vnde Apostolus inquit, honore inuicem praeruenientes. Omnis substantia quae Deus non est, creatura est: & quae creatura est, Deus non est. Crux Christi ante me posita, Christum quasi pendentem in ea, mente teneo. Ipsa verba nostrae deprecationis, demonstrant quem adoremus. Dicimus: Crucem tuam adoramus Domine, & sanctam resurrectionem tuam laudamus & glorificamus. Hic non sunt verba deprecationis, sed ostentationis adorandae crucis, & glorificandae resurrectionis Domini: Sed & in alio loco solemus dicere: Deus, qui vnigeniti filij tui Domini nostri Iesu Christi precioso sanguine propitius, vt qui ad adorandam viuificam crucem adueniit, a peccatorum suorum nexibus liberetur. Quem deprecor, ipsum adoro: prosternor corpore ante crucem, mente ante Dominum: veneror crucem, per quam redemptus sum: sed illum deprecor, qui redemit. De qua adoratione scriptum est in tripartita historia libro primo: Hoc enim signum bellicum inter alia preciosius erat, eo quod Imperatorem praecedere, & adorari illud a militibus, moris esset. Item in eodem opere, libro secundo: Audiui enim & Probianum virum in palatio habentem militiam medicorum, crudeli podagrae passione detentum, ibi doloribus liberatum, eoque apparuisse sanctam mirabiliter visionem. Cum enim dudum paganus esset, factus postea Christianus, aliquatenus dogma sequebatur: totius vero salutis causam, id est, sacratissimam crucem volebat adorare. Hanc habenti sententiam, Diuina virtus apparens signum monstrauit crucis, quod erat positum in altario eius ecclesiae, & aperte palam fecit, quia ex quo crucifixus est Christus, omnia quae ad vtilitatem humani generis facta sunt, quo liber modo praeter virtutem sanctae crucis gesta non essent, neque ab angelis sanctis, neque ab hominibus piis. Fuerunt quidam, qui volebant dicere se velle eandem crucem adorare, in qua Dominus crucifixus est. Vtinam in omnibus ecclesiis haberetur, praeter ceteris merito veneretur. Quamuis omnis ecclesia eam non possit habere, tamen non deest eis virtus sanctae crucis in eis crucibus, quae ad similitudinem Dominicae crucis factae sunt: sicut legitur in libro historiae Anglorum de Osuualdo fidei rege & Christianissimo, qui in periculo positus, subito fecit crucem, & fixit in terram, eaque adorata, & depreco Deo coram illa, dedit eis victoriam. Sic enim scriptum est in memorato libro tertio, titulo secundo: Ostenditur autem vsque hodie & in magna veneratione habetur locus ille, vbi venturus ad hanc pugnam Osuualdus, signum sanctae crucis erexit, ac flexis genibus Deum deprecatus est, vt in tanta rerum necessitate suis cultoribus caelesti succurreret auxilio. Denique fertur, quia facta citato opere cruce, ac fouea praeparata, in qua statui deberet, ipse fide feruens hanc arripuerit,

Tom. 6.

ac foueae impofuerit, atque vtraque manu erectam tenuerit, donec aggesto a militibus puluere terrae, figeretur, & hoc facto, elata in altum voce, cuncto exercitui proclamauerit, Flectamus omnes genua, & Deum omnipotentem viuum ac verum in commune deprecemur, vt nos ab hoste superbo ac feroces, sua miseratione defendat. Scit enim ipse, quia iuste pro salute gentis nostrae bella suscipimus. Fece- runt omnes vt iusserat. Et sic, incipiente diluculo, in hostem progressi, iuxta meritum suae fidei victoria potiti sunt. In cuius loco orationis, innumeratae virtutes sanitarum noscuntur esse patratæ, ad indicium videlicet & memoriam fidei eius. Nam & vsque hodie multi de ipso ligno sacrosanctae crucis hastulas excidere solent, quas cum in aquas miserint, eisque languentes aut pecudes potauerint, siue adperferint, mox sanitati restituntur. Quoniam cetera dicta domini Bedae accipimus, quare non & ista accipiamus, in quibus narratur virtus Domini, monstrata per venerationem sanctae Crucis: Si quis voluerit dicere, non ita esse actum de ligno sanctae crucis, vt Beda narrat, & si ei creditum fuerit, poterit multa testimonia sanctarum scripturarum euellere, quod absit. Et si quis voluerit succensere praesens factum, Deo rebellis videretur esse, qui hanc virtutem praestitit ligno sanctae crucis, vt non in praesenti victoria solum daret seruo suo, sed etiam in sequenti tempore virtutes exerceret per merita sanctae Crucis, vt memoratum est in praesenti opere. Quod si aliquis dixerit, quare non adoras asinum, quia in eo Dominus sedit, siue cetera talia, quae Dominus tetigit corpore suo: secundum paruitatem meam respondeo, quia non lego in autoritate sanctorum patrum, miracula & sanitates ex his monstrari, sicut virtute sanctae crucis, & neque me scio per illa redemptum, vt per sanctam crucem: neque diaboli artes ita per illa dissipatas, vt per istam: neque portas per illa inferni fractas, vt per istam: neque animas iustorum ductas in Paradisum, vt per istam.

Diabolus, & femina, & vir, & lignum scientiae boni & mali, fuerunt mucro perditionis nostrae: Gratia Dei, & virgo quae peperit, & vir, & lignum sunt in causa restorationis nostrae: non asinus, non mulier haemorrhoeissa, non lapis, non puteus, in quo Samaritana hauriebat aquam, & cetera talia. Sed non proderat nasci, nisi mori profuisset. Non enim frustra dixit Apostolus: Regnavit mors ab Adam vsq; ad Moysen, etiam in eos qui non peccauerunt, in similitudinem praeruaricationis Adae, qui est forma futuri, formam futuri Adae ita lego: sicut primus Adam causa fuit mortis nostrae, etiam nobis, qui non manducauimus de ligno vetito: ita Christus est causa vitae aeternae. Accessit diabolus ad Adam per feminam, & occidit eum: pulsauit ad ostium Adae, quando suggestit Euae. Aperuit ostium Euae, & per illam intrauit ad Adam, quasi suggestio per dilectionem ad consensum. Accessit gratia Domini ad virginem Mariam, & parauit sibi habitaculum in homine Christo: & reuixit genus humanum, quod occisum erat in Adam. Insuper etiam diabolus, qui cepit regnare per mortem in Adam, accessit ad Christum, & tentauit eum per eandem aditus introeundi, per quos tentauit primum Adam, & non inuenit ostium intrandi, exclusus est foris. Primus

Pp ij

in ista audiat redemptionem suam à dominis, quibus se vendidit suis peccatis: & audiat, quòd sicut populum Israël liberavit Dominus de manu Pharaonis, quem deiecit in mari rubro, sic possit & eum liberare de manu diaboli per aquam baptismi. Cui sequitur victoriæ canticum: Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est. Canticum magnam deuotionem animi demonstrat, quam solent singulariter deuoti percipere, quibus non generaliter respondetur. Exultat deuotus animus, quia videt catechumenos deuotos per Dei vocationem, & hoc videt ex affectu doctrinæ. Ista duas lectiones vnum canticum sequitur, quia vtræq; in primo pede mensæ stant, id est, in allegoria. Vel ideo priorem lectionem canticum non sequitur, quia in illa insinuat parens, in quo omnes peccauerunt. Doctrinam doctoris confirmat sacerdos, ita deprecando, quod vni populo à persecutione Ægyptia liberando, dextera tuæ potentia contulisti, id in salutem gentium per aquam regenerationis operaris, præsta, vt in Abraham filios & in Israëliticam dignitatem totius mundi transeat plenitudo. Transeamus ad secundum pedem mensæ. Idem qui supra in eodem: Allegoria est, cum verbis siue rebus mysticis præsentia Christi & ecclesiæ sacramenta signantur. Tangamus tertiam lectionem, quæ quauis tertia sit ordine lectionum, tamen propter sacramenta, quæ continet, secundo pedi mensæ coniungitur. In ea habemus sacramenta Christi & ecclesiæ: Apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa, dicentes, panem nostrum comedemus. Secundum historiam, non legimus illud factum, sed in Christo scimus cõpletum, quem apprehenderunt septem dona spiritus sancti. Vnde Hieronymus in Esaia: In aduentu Domini Saluatoris nostri septem mulieres, id est, septem gratias spiritus sancti, de quibus in consequentibus idem propheta dicturus est, Exierit virga de radice Iessæ, & flos de radice eius ascendet, & reliqua. Et post: Apprehendent Iesum, quem multo tempore desiderauerant, quia nullum alium poterat inuenire, in quo æterna statione requiescerent. Ecce habes sacramentum Christi: audi & sacramentum ecclesiæ. Cum abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Ierusalem lauerit de medio eius spiritu iudicij & spiritu combustionis. Idem qui supra in eodem: Nota quia sordes filiarum Sion lauerit spiritu iudicij, sanguinem autem Ierusalem, spiritu combustionis. Quod enim leue est, lauat: quod grauius, exurit. De quo iudicij spiritu & spiritu combustionis, Ioannes Baptista in euangelio loquebatur: Ego vos baptizo in aqua: qui autem post me venit, vos baptizabit in spiritu sancto & igne. Ex quo discimus, quia homo tantum aquam tribuat: Deus autem spiritum sanctum, quo sordes abluuntur, & sanguinis peccata purgatur. Ecce habes hæc sacramenta ecclesiæ. Hic demonstratur catechumenis, quid amare debeant, vt septem mulieres quæ apprehenderunt virum vnum: & quid proficiat eis baptismus, id est, vt per spiritum iudicij & per spiritum combustionis minora & maxima peccata purgetur. Quam sequitur Canticum, Vineam factam est: in quo continetur sacramentum synagogæ. Si modò non est synagoga coniuncta viro Christo, erit, cum plenitudo gentium intrauerit: Propter hæc duo sacramenta, id

est, ecclesiæ & synagogæ, orat sacerdos, dicens: Deus qui nos ad celebrandum paschale sacramentum vtriusque testamenti paginis instruis, da nobis intelligere misericordiam tuam. Quod doctor docuit, id est, remissionem peccatorum accipere gætes per Christianitatem, & Iudaicam plebem, quæ vinea dicitur Soreth, quando fuerit vinea Domini Sabaoth, domus Israël, id est, vir videns Dominum, hoc orat sacerdos, vt eandem misericordiam, per quam fit remissio, intelligat ecclesia & dicat: Ostende nobis Domine misericordiam tuam. Tertium pedem mensæ requiramus. Dicit Beda in quo & supra: Tropologica (id est, moralis) locutio ad institutionem & correctionem morum, siue apertis siue figuratis prolata sermonibus, respicit. Fas est, vt postquam docti fuerint catechumeni de purgatione baptismi, instruatur de moribus. Dicit lectio quarta: Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestram, & dicit ad me: audite, & viuet anima vestra, & feriat vobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fidelis. Quod ita Hieronymus in eodem Esaia: Sermo diuinus non carnis illis bona, sed animæ pollicetur. Si enim audieritis me, bona terræ comedetis, siue bonum, qui dicit, Ego sum pastor bonus, & delectabitur in bonis & in crassitudine anima vestra. Ergo bona quæ animæ repromissa sunt, non diuitiæ & corporis fanitas, & seculi dignitates, quæ etiã philosophi appellant indifferentia, id est, nec bona nec mala, & proventium qualitate variatur: sed illa credenda sunt, ad quæ hortatur Deus, Declina à malo, & fac bonum: & reliq. Hæc vult docere, qui dicit, Audite audietes me: vt declinet catechumenus à malis moribus, & faciat bonos, & iterum: Derelinquat impius vias suas, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum. Sicut primæ duæ lectiones propter historicam narrationem concluduntur vno canticum: Sic ista vna dilatatur in duobus, propter duas res sibi coniungentes, scilicet mores bonos, & celestem patriam. Vnde Propheta: Anima eius in bonis demorabitur, & semen eius hæreditabit terram. Et penè in aliquibus reperitur eadè in canticis, quæ in lectione. Dicit lectio: Omnes sitientes, venite ad aquas. Canticum dicit, Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. Lectio dicit, Feriam vobiscum pactum sempiternum misericordias Dauid fidelis. Canticum dicit, Deus fidelis in quo non est iniquitas. Lectio dicit, Et quomodo descendit imber, & nix de cælo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam: & reliq. Canticum dicit, Audiat terra verba oris mei, expectetur sicut pluuia eloquium meum, & descendant sicut ros verba mea. Quibus in verbis Evangelica doctrina monstratur, quam precatur Doctor infundi super catechumenos, postea admonet vt non sileant, dicantque quid in corde habeant, & dicit: Date magnificentiam Deo nostro, & reliqua. Iam sunt in ipso introitu ostij baptismalis. Orat sacerdos, qui sentit ex deuotione animi vocatos eos esse à Domino, continuam protectionem, dicendo: Cõcede propitius, vt quos aqua baptismatis abluit, continua protectione tuearis. In quarto canticum teneamus quartum pedem mensæ. Beda in eodem: Anagoge, id est, sensus ad superiora ducens, locutio est, quæ de præmiis futuris, & ea, quæ in cælis est vita futura, siue

mysticis

mysticis siue apertis sermonibus disputat. Audiamus quid dicant catechumeni post admonitionem doctoris: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Quod Augustinus: Et quidem non malè intelligitur, vocem esse eorum, qui cum sint catechumeni, ad gratiam sancti lauari festinant. Vnde & solènter cantatur hic psalmus, vt ita desideret fontem remissionis peccatorum, quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum. Sitiuit anima mea ad Deum viuum. Vnde qui supra: Quid sitiuit? Quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Hoc est quod sitio, venire & apparere sitio in peregrinatione, sitio in cursu, fatiabor in aduentu. Sed quando veniam: Quod enim citum est Deo, tardum est desiderio. Quando veni & apparebo ante faciem Dei: Ex illo desiderio est & hoc quod clamatur alibi, Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini per omnes dies vitæ meæ. Torum anagogicum sonat. Id ipsum deprecatur sacerdos, vt qui festa paschalia agimus, cælestibus desideriis accensi, fontem vitæ sitiamus. Inter hæc duo cantica non est lectio necessaria, quia (vt prædiximus) qui in bonis moribus moratur, restat vt cælestia tantummodò sciat, quantum propter conuenientia lectionis & duorum canticorum, sine altera lectione congruè coniungantur.

De duobus cereis. CAP. XX.

Diximus, cereum consecratum, Christi humanitatem designare, quo vtitur pro columna ignis, cui coniungimus lectiones. Etenim illius lumen, Christi doctrinam signat qui est fons omnis sapientiarum: illo catechumenorum tenebræ expulsa sunt. Qui cereus ideo nouo igne acceditur, vt designet Christi doctrinam nouam, quæ est in nouo testamento: siue nouam gratiam, qua illustrata est nox singulariter Dominica, videlicet, Christi resurrectione. Additur etiam in libello memorato alter cereus, ubi dicitur: Et tunc illuminatur duo cerei tenentibus duobus notariis, & reliq. Nos verò hunc ordinem diligenti cura volumus obseruare, quoniam Christum lux vera, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, dixit choro Apostolorum, Vos estis lux mundi. Sit cereus consecratus, in Christi persona: sit alter cereus, illuminatus à primo cereo, chorus Apostolorum: Vtrique sint in ecclesia, vtrique præcedant catechumenos nostros ad baptismum, præcedant nos ad terram promissionis. Christi Apostolorumque constitutionem diligentissima cura debemus obseruare. Per se Christus illuminat Ecclesiam, illuminat & per Apostolos. Vnde Augustinus ad Ianuarium, quando ei exponit, cur nos ieiuni cõmunemus, cum apostoli non ieiuni cõmunicauerint. Naque Saluator, inquit, quo vehementius cõmendaret mysterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordibus & memoriæ discipulorum, à quibus ad passionem digressus erat: & ideo non præcepit, quo deinceps ordine sumeretur, vt Apostolis per quos ecclesiæ dispositurus erat, seruari hunc locum. In duabus varietatibus catechumenorum Doctores introduximus, id est, in quarta feria post mediã quadragesimã, in qua docti sunt de fide & moribus: & in hodierna die, qua perfectius instruuntur. In his duabus varietatibus non reor doctorem variare doctrinam, cum ex his duobus vita nostra pendat.

Tom. 6.

Vnde dicit Beda in libro de tabernaculo: Vita nostra in præsentia fide & operatione recta consistit. Propterea hodierna die repetitur Doctoris opus, vt si fortè per obliuionem dilapsum est, quod olim didicerunt catechumeni, aut si aliqui nondum interfuerunt, hodie plenius instruuntur.

Tribus generibus subditorum debitores sumus loqui in ecclesia, scilicet sapientibus, & insipientibus, & domesticis nostris. De sapientibus & insipientibus loquitur Paulus ad Romanos: Sapientibus, inquit, & insipientibus debitor sum. De domesticis dicit ad Corinthios, Præter illa, quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum. Per instantia quotidiana, quæ vocat sollicitudinem omnium ecclesiarum, illam doctrinam monstrat, quam quotidie faciebat ad eos, qui secum morabantur. Status noctis, in quo legimus quasi insipientibus, monstrat corda insipientium: quibus necesse est, vt extrinsecus lumen habeant. Vtrosque habemus in ecclesia nostra, & sapientes & insipientes. Melius enim conuenit, catechumenos comparari insipientibus, quàm sapientibus. Propter hanc pronuntiationem, quam facimus in vigiliis Paschæ & Pentecostes, ista tãgimus, vt nouerimus, quare aliter pronuntietur in officio Missæ, & aliter isto officio. Quæ, si Dominus dederit, plenius dicturi sumus in officio diurnali & nocturnali: Propter cæcitatem cordis catechumenorum, qui sunt insipientes, comparauimus lectiones eorum statui noctis: vt in nocte pronuntietur lectio, ita pronuntietur in præsentia catechumenorum. Dicit libellus, de quo sæpe memorauimus, qui continet Romanum ordinem. Non pronuntietur lectio libri Genesis, nec lectio libri Exodi, similiter & de cæteris. Si enim hoc obseruatur, hanc nobis videtur posse habere rationem: Eis, qui cognoscunt ciues cælestis Ierusalém, vt sapientes, pronuntiandi sunt iidem ciues: vt amore dulcedinis nominis cuius sui, auidius lectio bibatur. Hi verò, id est, catechumeni, qui nondum cognouerunt ciues Ierusalem, frustra eis profertur author incognitus, quibus firmissima authoritas vilescere potest per ignorantiam.

Sto, Catechumeni in proximo futuri sunt de cæteris. Cætu centum quadraginta quatuor millium, qui cantant canticum nouum, quod nemo potest dicere, nisi ille. Pro illo precatur à sacerdote in Sacramento, vt ab immaculato diuini fontis vtero in nouam renatus creaturã, progenies cælestis emergat: Et quos aut sexus in corpore, aut ætas discernit in tempore, omnes in vnam pariat gratia mater infantiam. Et in sequentibus: Vt omnis homo hoc sacramentum regenerationis ingressus, in verã innocentiam nouam infantiam renascatur. Propter futuram renouationem in veram innocentiam, iam, quasi factum sit, quod cito est venturum, ex persona ipsorum cantat cantor cantica, quæ cæteri non possunt cantare, qui maciati sunt post vterum baptismi: vt lectio sit ista, sicut nobis videtur, quasi species magistrorum: & canticum, quasi beneuolentia auditoris: & oratio sacerdotis atque populi, qui respondent, amen, cõfirmatio præcedentis beneuolentiæ. Cantare solius est in conspectu Domini gaudere præ cæteris de innocentia, qua proculdubio vestiuntur infantes in baptismo. Quauis propter cantum cæ-

Pp iiii

De pronuntiatione lectionum in vigiliis Paschæ & in vigiliis Pentecostes. CAP. XXI.

tica dici possunt: tamen in libris, unde ista excerpta sunt, carmina aut cantica vocantur. De primo scriptum est, Tunc cecinit Moyses & filij Israël canticum hoc Domino, & dixerunt, Cantemus Domino. De secundo ita Esaias: Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei vineæ suæ, vinea facta est. De tertio ita in Deuteronomio: Scripsit Moyses canticum hoc, & docuit filios Israël. Quartum quauis non pratituler in psalterio de cantico, tamen ab Augustino viro doctissimo habemus illud canticum nominatum. Sic enim scripsit in præfatione cãtici, Sicut ceruus: Corpus, inquit, Christi ecclesia est, nec in omnibus qui intrant in ecclesiam, inuenitur tale desiderium: Sed tamen quicumque suauitatem Domini gustauerunt, & quod eis sapit, agnoscunt in Cantico.

De olei vntione in sabbato sancto. CAP. XXXII.

Scrutinium habet suum proprium opusculum, & propterea nos oportet præterire illud, præcipue quia iam inde operatum est. Sed quia in itinere nostro charissima inuenimus, non possumus præterire ea, nisi visendi gratia osculû eis præbeamus: Ac per hoc liber nunc dicere de olei vntione. Dicitur in sacramentario, In sabbato Paschæ ad reddentes, dicit Dominus papa post *missam*: Primo dicendum est, quid reddant: & postea, quid dicat papa: Nempe, sectionem, quam acceperunt quarta feria post medium quadragesimæ, hodie reddunt. Papa inquit: Nec te latet, Satana, imminere tibi penas, & post paululum: Da honorem spiritui sancto paraclito, & recede ab his famulis & famulabus Dei. Iste est exorcismus Pape, ipse præcessit in olei consecratione. De quo officio dicit Gregorius in homiliis: Sancta quippe ecclesia quotidie spiritualiter agit, quod tunc per apostolos corporaliter faciebat. Nam sacerdotes eius cum per exorcismi gratiam manum credentibus imponunt, & habitare malignos spiritus in corû mente contradicunt, quid aliud faciunt, nisi dæmonia eiiciunt? Sequitur in sacramentario: Post hoc tangit singulis nares & aures, & dicit eis Epheta. Istud officium prælibatum est in memorata quarta feria, sed fors ideo repetitur, quia aliqui nondum venerant, siue per negligentiam perdiderunt, quod acceperunt, qui venerant. Sequitur in eodem Sacramentario: Postea tangit de oleo sancto scapulas & pectus. Vt prædiximus, istud oleum ad donum gratiæ Dei pertinet, de quo dicebat Paulus: Alteri fides in eodem spiritu. Ad tutamen mentis & corporis imponitur oleum in scapulis & pectore. In armis tutaminis locum scutum solet tenere. Fidem idem apostolus inter cæteras virtutes pro scuto ponit, dicendo: Sumentes scutum fidei. Per cogitationes prauas & opera diabolus nos corrumpit, propterea munimur oleo exorcismi, id est, scuto fidei in scapulis, quæ sunt habiles ad portanda onera, per quas intelligere possumus opera, vt expulsa opera diaboli non habeat la cum redeundi. Similiter & in pectore pro munimine cogitationû. Vntio forinseca ostendit, quid intus operetur Spiritus sanctus ad inuocationem sacerdotis: Et dicit, Abrenuncias Satanæ, id est, diabolo, quem in ore tenebas per immolationem idolorum: Iterum, Et omnibus operibus eius: Quæ aliqua sunt carnalia, sicut est voluptas carnis, ad quam pertinet cibus superfluus, & potus, & omnis luxuria: & aliqua spiritalia, sicut est super-

bia, inuidia, & cætera Propter hæc carnalia, vt absint, vngitur in scapulis: & propter spiritalia, vt adsint mēti, vngitur in pectore. Sequitur: Et omnibus pompis eius. Vt breuiter stringam, omnes honores vanos & superfluos hic intelligo, de multis vnum proferam: Quando aliquis imperator vel potens festis diebus procedit ad Missam, ducitur cum eo inter cæteras pompas phaleratus equus auto & argento, super quem nullus sedet eundo & redeundo. Ecce pompa, ecce frustratus honor. Promissio facta est, vt firma sit, gratiæ Dei, quasi quodam oleo, tribuendum est. De qua promissione dicit, qui supra, in memoratis: In die quippe baptismatis, omnibus nos antiqui hostis operibus, atque omnibus pompis eius abrenunciare promissimus. Itaque vnusquisque vestrum ad considerationem suæ mentis oculos reducat: & si seruat post baptismum, quod ante baptismum spopodit, certus, quia iam fidelis est, gaudeat. Per præsentem abrenunciationem expulsus est prior hospes: per confessionem credulitatis, introeat secundus. Quauis post consecratam aquam interrogetur credulitas, tamen hic à nobis recitabitur propter continuationem expulsionis prioris hospitis, & introductionis secundi. Dicit sacerdos, Credis in Deum patrem omnipotentem? Confiteretur interrogatus se credere. Ecce aditus iam paratus secundi hospitis per fidem. Postea interrogatus, si credat in filium: respondet credere se. Ecce aditus diuorum operum. Propterea factus est Deus homo, vt nos alloqui posset, & opera suæ voluntatis monstrare. Post hoc dicitur: Credis in Spiritum sanctum? Respondet se credere. Expulsa pompæ, adoptantur dona vera spiritus sancti, quæ enumerat Esaias.

Scriptum est in euangelio Marci, venisse Syrophenissam mulierem ad Christum rogatam pro filia, quæ habebat spiritum immundum. Cui Dominus dixit: Sine prius saturari filios: non enim est bonum, sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa respondet, & dicit ei: Vtique Domine. Nam & catelli sub mensa comedunt de micis puerorum. Et ait illi: Propter hunc sermonem vade: exiit dæmonium de filia tua. Hæc mulier Syrophenissa, typum gessit ecclesiæ, quæ quotidie rogat Dominum pro filia sua, quæ nondum est Christiana, & offert fidem suam pro ipsa, quoniam propter infantiam illa adhuc non potest loqui, quam tamen credimus saluari, iuxta illud euangelij, per sermonem matris: Vt ista audiuit, propter hunc sermonem, id est, quem mater protulit humilitatis & fidei, exiit dæmonium à filia: ita credimus per confessionem porrigentium infantem ad fontes, expelli dæmones à catechumenis. Quod fide matris saluata sit filia, apertè Marthæus narrat, dicente Domino: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia illius ex illa hora. Vnde habemus in libro Bedæ scriptum, quem fecit super Marcum: Propter humilem, inquit, matris fidelémque sermonem, filiam deseruit dæmonium. Vbi datur exemplum catechizandi & baptizandi infantes, quia videlicet perfidem & confessionem parentum, in baptismo liberantur à diabolo paruuli, qui necdum per se sapere vel aliquid cogitare boni possunt aut mali. Ex hoc datur intelligi, vt adultus, qui potest loqui, ore proprio confessionem suam proferat, quam propterea

Comprobatur ex euangelio, possessiua in catechumenos per confessionem catechumenorum fidelium. CAP. XXXIII.

propterea cæteri offerunt pro paruulis, quia ipsi loqui non possunt. De qua re dicit Augustinus in epistola ad Bonifacium episcopum de paruulis requirentem: Quarere à me, vtrum parentes baptizatis paruulis suis noceant, cum eos dæmoniorum sacrificiis sanare conantur? Et si non noceant, quomodo eis proficit, cum baptizantur, parentum fides, quorum eis non potest obesse perfidia? Vbi respondeo, tantam illius sacramenti, hoc est, baptismi salutaris esse virtutem, in sancta compage corporis Christi, vt semel generatus per aliorum carnalem voluntatem, cum semel regeneratus fuerit per aliorum spiritalem voluntatem, deinceps non possit vinculo alienæ iniquitatis obstringi, cui nulla sua voluntate consentit. Si enim secundum sanctum Augustinum, alterius voluntate regeneratur paruulus in baptismo, nulli incredibile debet esse, nisi saluetur fide alterius: Non enim potest, vt omnibus liquet, sapietiam habere fidei infans, qui nondum sapit, neque intelligit: & qui non, iuxta quod in promptu video, multum separatur moribus à pecoribus. Animam habet paruulus, quæ viuificat corpus, quam etiam habent pecora: Memoriam habet, sed illam quam pecora habent, i. eam, quæ per sensum corporis intrat ad animam: nihilominus in cæteris operibus, quantum segregetur aut non segregetur ab illis, facile potest dignosci: Neque hoc mirum, si absoluat paruulus alterius fide, qui alieno peccato obligatus est. Quæ causa sit, vt alterius voluntate regeneretur, memoratus Augustinus ad eundem quem supra, in sequentibus monstrat: Vt autem inquit, possit regenerari per officium voluntatis alienæ, cum offertur consecrandus, facit hoc vnus spiritus, à quo regeneratur oblatus. Non enim scriptum est, nisi quis renatus fuerit ex parentum voluntate, aut ex offerentium vel ministrantium fide: sed nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu. Aqua igitur exhibens forinsecus sacramentum gratiæ, & spiritus operans intrinsecus beneficium gratiæ: Liquidò hic monstratur, morem confessionis nostræ tenuisse ecclesiam sancti Augustini, id est, vt minister fidem suam offerat pro paruulo, quando dicit: Non enim scriptum est, nisi quis renatus fuerit ex parentum voluntate, aut ex offerentium vel ministrantium fide. Quod propterea dicit, vt intelligamus non esse opus liberandi paruulum voluntate siue fide offerentium, sed spiritu sancto, qui communis est maioribus offerentibus & paruulis renatis: Tamen vt hoc fiat, id est, vt saluetur paruulus per opera spiritus sancti, valét multum voluntas & fides offerentium. Et paulo post dicit memoratus Augustinus in memorata epistola: Regenerans ergo spiritus, in maioribus offerentibus & paruulo oblato, renatioque communis est: ideo per societatem vnus eiusdemque spiritus, prodest offerentium voluntas paruulo oblato. Dicitur quodammodo paruulus fidem habere propter fidei sacramentum, & conuersionem ad Deum habere propter conuersionis sacramentum, quia est in illo celebrata similitudo fidei, & similitudo conuersionis. Vnde eadè in epistola idem qui supra: Si enim sacramenta quædam similitudinè rerum earum, quarum sacramenta sunt, non habent, omnino sacramenta non essent. Ex hac autem similitudine plerumque iam ipsarum rerum nomina accipiunt. Sicut ergo secun-

dum quendam modum, sacramentum corporis Christi, corpus Christi est: sacramentum sanguinis Christi, sanguis Christi est: ita & sacramentum fidei, fides est. Nihil est autem aliud credere, quàm fidem habere: Ac per hoc, cum responderetur paruulos credere, qui fidei non habet affectum, responderetur, fidem habere propter fidei sacramentum, & conuertere se ad Deum propter conuersionis sacramentum: quia & ipsa responsio ad celebrationem pertinet sacramenti, sicut de ipso baptismo Apostolus: Consepulti, inquit, sumus Christo per baptismum in mortem. Non ait, sepulturam significauimus: sed prorsus ait, consepulti sumus. Sacramentum ergo tantæ rei, non nisi eiusdem rei vocabulo nuncupauit. Ex sacramentum quidem habet similitudinem, quasi ipse paruulus respondeat: ex ore offerentium fidem suam, habet quodammodo fidem. Sicut nos propter similitudinem sepulturæ Domini, quam accepimus in baptismo, ipsam rem, id est, sepulturam agimus: ita ex responsione parentum siue offerentium, qui similitudinem credulitatis paruulorum exercent, agitur in infantibus fides. Solemus enim nominare infantem, & dicere ei: Credis in Deum patrem? atque responderet offerens, Credo. Satis superius demonstratum est ex euangelico testimonio, quod fides offerentis possit eum saluare. Et ex Augustino possumus intelligere, eundem paruulum respondere voce offerentis, vbi dicit, Facit hoc vnus spiritus, ex quo regeneratur oblatus, & vbi idem Augustinus disputat de similitudine sacramentorum, ad eas res, quarum sacramenta sunt, vbi dicit, cum responderetur, paruulos credere qui fidei non habent affectum. Ex quo intelligere possumus, ex similitudine responsionis, quasi ipse paruulus respondeat, sacramentum fidei celebrari in paruulo, & in alio loco, vbi dicit: Nam sicut credere respondent, ita etiam fideles vocantur. Ita credo propter opus vnus spiritus sancti, quod offerens respondet, hoc esse illius quem offert. Non diceret toties sanctus Augustinus fidei sacramentum, nisi esset aliquis effectus inter rem ipsam & similitudinem eius, id est, inter sacramentum fidei quod potest fides nominari, & ipsam fidem, quæ homo profert ex intelligibili animo. Sicut enim distat aliquid inter nostram sepulturam, quam accepimus in baptismo, & Christi, qua resurrexit à mortuis, vt ultra non moriatur: ita inter sacramentum fidei, & fidem: Tamen ipsa sacramenta ad hoc valent, vt nos perducant ad ipsas res, quarum sacramenta sunt. Sacramento fidei saluatur paruulus vsque ad tempus, quo possit discere fidem suam. Vnde qui supra, in sequentibus ad eundem quem supra, dicit: Itaque paruulum etsi nondum fides illa, quæ in credentium voluntate consistit, iam tamen ipsius fidei sacramentum fidelem facit. Nam sicut credere respondentur, ita etiam fideles vocantur, non rem ipsam annuendo, sed ipsius rei sacramentum percipiendo. Cum autem sapere homo coeperit, non illud sacramentum repetit, sed intelligit, eiusque veritati consona etiam voluntate coaptabitur. Hoc quandiu non potest, valebit sacramentum ad eius tutelam aduersus contrarias potestates, & tantum valebit, vt si ante maioris vsu ex hac vita migrauerit, per ipsum sacramentum comendante ecclesiæ charitate, ab illa damnatione, quæ per vnum hominem intrauit in mundum,

* rationis.

Christiano adiutorio liberetur. Hoc qui non credit, & fieri non posse arbitratur, infidelis est, et si fidei habeat sacramentum: longèque melior est illo parvulus, qui etiam si fidem nondum habeat in cogitatione, non ei tamen obicem contrariæ cogitationis apponit.

De consecratione baptisterij. Cap. xxv.

In prima oratione mundatur & serenatur habitaculum hospitis, qui Deum debet suscipere, & deprecatur eius aduentus, ut ex ipsa oratione possumus cognoscere. Omnipotens, inquit, sempiternus Deus, adesto magnæ pietatis tuæ mysteriis, adesto sacramentis, & cætera. In sequenti manifestat se iam habere hospitem, cui loquatur, quapropter dicit, Sursum corda. Deinde gratias agit, quia dignatus est tam magnus hospes ad tam humile hospitium descendere, ut in eadem oratione monstratur. Et licet, inquit, nos tantis mysteriis exequendis sumus indigni, & cætera. Deinde recolat miracula, quæ iam facta sunt per aquam, id est: In primordio creationis spiritus sanctus ferebatur super aquas, ut virtutem sanctificationis aquarum natura conciperet. Refert & aliud, quod in saluatione arcæ factum est. Vnde ita scriptum est in memorata oratione: Deus qui nocentis mundi crimina per aquas ablens, regenerationis speciem in ipsa diluuij effusione signasti, & cætera. Postea intrat sacerdos ad expulsionem diaboli, dicendo: Procul ergo hinc, iubente te Domine, omnis spiritus immundus abscedat, & cætera. Quali ignominia dignus sit hospes aquæ expelli, per suam insufflationem sacerdos monstrat, ut illud impleat quod Dominus dixit: Nunc princeps mundi huius eiicietur foras. Eiecto illo hospite, munitur aqua crucis signaculo, ut non habeat locum redeundi diabolus. Per inuocationem sanctæ Trinitatis exemplo baptismi Christi, Trinitas adest in nostro baptisterio per inuocationem sacerdotis. Prima benedictio patrem inuocat, quæ dicit: Benedico te creatura aquæ per Deum viuum, per Deum sanctum, qui te in principio verbo separauit ab arida, & rel. Secundæ benedictioni filius adest: Benedico te & per Iesum Christum filium eius vnicum, Dominum nostrum, qui te in Chana Galilææ signo admirabili sua potentia cõuertit in vinum, & reliq. Spiritus sanctus introducit in nouissimo, & est omnis deprecatio, ut sicut Dominus iussit suis aqua fecit obtemperare in superioribus miraculis, ita & nunc eo iubente efficiatur non solum habilis ad abluenda corpora: sed etiam ad purificationem mentis, sicut in sequentibus dicitur: ut præter naturalem emundationem quam lauandis possunt adhibere corporibus, sint etiam purificandis mentibus efficaces. Hoc in loco, id est, postquam dixerit sacerdos, In nomine patris & filij & spiritus sancti, mutatur vox quasi ad lectionem legendam. In præsentia oratione humilis deprecatio est, seu aliqua præparatio mentis ad impetrandum aduentum sancti spiritus in aquam, ut sicut in prima oratione deprecatus est Deus venire in mentem sacerdotis: sic & in sequentibus deprecatur virtus spiritus sancti, ut veniat in naturam aquæ. Ita enim dicit sacerdos: Hæc nobis præcepta seruantibus, ac si dicat: Non nostra præsumptione tantam virtutem audemus inuocare in naturam aquæ, sed ex præcepto Domini nostri qui iussit baptismum exercere. Atque deinceps in-

A fit: Tu Deus omnipotens clemens adesto, tu benignus adspira, & reliqua quæ sequuntur. Post hanc humilem deprecationem vocat sacerdos spiritum sanctum, & alta voce, id est, alto mentis affectu deprecatur, ut dignetur aduenire ad ipsam aquam ita dicendo: Descendat in hanc plenitudinem fontis virtus spiritus tui. Quæ deprecanda sunt, ut ibi operetur, sequentia verba monstrant præsentis orationis.

Clamante voce sacerdotis, ut descendat virtus spiritus sancti in aquam, cerei neophytorum deponuntur in aquam. Quare hoc? nisi ut demonstretur modò cereus signare spiritum sanctum? legitur, vnam columnam fuisse in itinere filiorum Israel, quæ vtrunque haberet in ministrum, quæ est, & ex altera protectio nubis in die. De qua dicit sanctus Augustinus in libro contra Faustum xij. Cur non ergo & nobis Christi columna, quia & rectus & firmus, & fulciens infirmitatem nostram, per noctem lucens, per diem non lucens, & ut qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant. Legunturque quasi duæ, ut nostra translatio tener: Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis. Vt enim per cereum illuminatur ad memoriam reducimur columnam ignis, quæ figurabat Christum, à quo illuminati sunt apostoli, quibus dicitur, Vos estis lux mundi: sicut à benedicto cereo illuminatur alter cereus: ita per cereos extinctos, siue, ut meliùs possumus dicere, cereum, propter vnitatem ecclesiæ, per quem ad memoriã reducimur columnam ignis, spiritus sancti persona designatur. Vnde Gregorius Nazanzenus in sermone de secundis epiphanijs: Baptizauit, inquit, Moyses in mari & in nube, sed in typo & in figura, ita enim Paulus pronunciat. Habuit ergo mare formam aquæ: nubes verò, spiritus sancti. Sine lumine est cereus neophytorum vsque ad tempus, quo cæteri cerei ecclesiæ illuminantur: Tempore, quo cæteri cerei illuminantur, illuminantur & Neophytorum. Postquam enim spiritus sanctus purgauerit corda neophytorum, & eos introduxerit in societatem & vnanimitatem ecclesiæ, tunc illuminabit corda eorum. Sicut enim in sua persona habet, ut sit communicatio patris & filij: ita habet in operatione, ut coniungat sanctam ecclesiã, & contineat in vnitatem. Solemus differre officium illuminandorum cereorum vsque ad Missæ officium: siue propter causam, ut prius accipiant neophyti impositionem manus episcopi, & sic eos credamus illuminari spiritu sancto: seu propter noctem, in qua celebramus Missam: ut sicut gloria resurrectionis illustrata est, ita illustretur lumine notrorum cereorum. Dicitur est, ut æstimo, quare cerei deponantur in aquam ad inuocationem spiritus sancti, quoniam ipsi spiritus sancti personam aliquo modo demonstrant.

De immisione cereorum in aquam. Cap. xxv.

Antequam aliquid dicatur de manus impositione episcopi, dicendum est, quæ de causa vngatur neophytus à presbytero in vertice capitis. Vt in gestis pontificalibus legitur, Silvester papa instituit, ut è presbytero vngeretur neophytus in cerebro, ita enim scriptum est: Hic constituit, ut baptismum liniat presbyter chrismate leuatum de aqua propter occasionem

De vntione chrismate in presbytero, & de impositione manus episcopi super neophytum. Cap. xxvii.

occasionem transitus mortis. Quo tempore Syluester regeret ecclesiam, manifestum est: hoc est, tempore quo Nicenum concilium confirmatum est sub Imperatore Constantino. Dein, ut reor, patres sancti constituerunt vt vngerentur Neophyti à presbyteris chrismate consecrato ab episcopo. Vnde vnus eorum doctor egregius Beda, dicit in tractatu super Actus apostolorum: Nam presbyteris, siue extra episcopum, seu præsentem episcopo, cum baptizant chrismate baptizatos vngere licet, sed quod ab episcopo fuerit consecratum: non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis deberet episcopis, cum tradunt spiritum paraclitum baptizatis. Quod si antea agebatur, superfluum constitutum à sancto Syluestro, quod iam agebatur. Secundum hoc constitutum, reor, quòd ad hoc priore tempore de vntione chrismatum pontifex expectabatur, ut per manus episcopi omnis vntio chrismatum ageretur: Vtque ad illud tempus, non generaliter omnes baptizabantur, præcipue cum imperatores & ministri eorum pagani erant, ac ideo non facile neophytis potuit occurrere episcopus, vel ipsi ad episcopum venire. Sacerdos, qui vngit neophytum, verbis suæ orationis solutionem vinculorum & alligationem vulnerum monstrat, dicendo: Deus omnipotens, pater Domini nostri Iesu Christi, qui te regenerauit ex aqua & spiritu sancto, qui que dedit tibi remissionem omnium peccatorum. In istis verbis & curatione intelligimus plagarum, & solutionem vinculorum. Postea addit memoratus sacerdos: Ipse linie te chrismate salutis in vitam æternam. In istis verò intelligimus saluationem quandam, quæ pertinet ad salutem vsque in vitam æternam. Episcopus verò transiit verba, Ipse te linie chrismate salutis, quasi dicitur, non solum vt saluare possit, sed etiam dirare, & dicit: Emitte in eum septiformem spiritum sanctum tuum paraclitum de cælis, spiritum sapientiæ & intellectus, spiritum consilij & fortitudinis, spiritum scientiæ & pietatis, adimple eum spiritu timoris Domini, & configura eum signo crucis, in vitam propitiatus æternam. Hæc sunt vestimenta, quibus ornari oportet filium regis, vt stare possit in aula cælesti. Qui baptizantur, filij sunt Dei, vt Ioannes euangelista narrat: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, & reliqua. Episcopus deprecatur Deum, ut sicut lauare dignatus est hominem per baptismum, ita dignetur vestire regalibus vestibus, quibus indui oportet filios regis. De quibus filijs dicit apostolus Paulus, Omnes qui in Christo baptizati estis, Christum induistis. Ibi induunt se neophyti Christum, vbi renouantur in imaginem eius qui creauit eos. Mens enim vestit se Christo: quando illo spiritu vestitur, qui requieuit in homine Christo, postquam cepit esse homo. Audiui quendam interrogare, si sine impositione manus episcopi possit neophytus possidere regnum celorum. Larro qui in cruce confessus est Dominum, & audiuit ab eo, Hodie mecum eris in paradiso, non suscepit manus impositionem, quanuis eum baptizatum credamus fuisse in cruce suo sanguine. De quo baptismum dicit Gregorius Nazanzenus in sermone de secundis Epiphanijs: Scio enim & quartum baptismum, quo quis sanguine suo per marty-

rium baptizatur, quo baptismum etiam Christus baptizatus est, ut & in hoc, sicut in cæteris formam credentibus & se sequentibus daret. De quo baptismum dicit Augustinus in epistola ad Seleucianum: lam non debemus quærere quando quisque fuerit baptizatus, sed quoscunque legitimus in corpore Christi, quod est ecclesia, pertinere ad regnum celorum, non nisi baptizatos intelligere debemus, nisi forte quos angustia passionis inuenit, & nolentes negare Christum, antequam baptizarentur, occisi sunt, quibus ipsa passio pro baptismum deputata est. Etiam verba S. Syluestri, qui ob remedium difficultatis episcopum consequendi ante exitum animæ, iussit, ut liniretur neophytus à presbytero chrismate salutis in vitam æternam, sic sonant, quasi possit recipi in regno celorum sine impositione manus episcopi. Diuersæ enim sunt mansiones in domo patris. De illis qui per negligentiam amittunt episcopi præsentiam, & non suscipiunt manus impositionem, pensandum est, ne forte in iustitia illa damnentur, in qua negligenter exercent iustitiam, quia debuerunt festinare ad manus impositionem. Sicut enim Christus dicit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei: similiter dicit, Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum celorum. Verè in baptismum dimittuntur nostra peccata, & consepelitur Christo, in resurrectione iustificamur, sicut dicit apostolus. Paulus Mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Quis eum suscitauerit à mortuis, idem Apostolus manifestat ad Romanos, dicens: Quod si spiritus eius, qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis: qui suscitauit Iesum à mortuis, conuiuificabit etiam mortalia corpora vestra. Ad quod opus viuificet spiritus corpora nostra, superius in memorata epistola demonstratum est, vbi idem dicit: Spiritus verò viuuit propter iustificationem. De qua iustificatione dicit sanctus Augustinus in libro de ciuitate Dei vicefimo primo, capitulo vigesimo septimo: Nam quid cui prodest quòd baptizatur, si non iustificatur? Nonne qui dixit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum Dei: ipse etiam dixit, Nisi abundauerit iustitia vestra super scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum celorum? Christus resurrexit propter iustificationem nostram, Spiritus eum suscitauit à mortuis: Idem spiritus viuificat, siue viuificabit & mortalia corpora nostra. Liquido apparet quòd resurrectio corporis Christi, nobis viuificationem promittat, quæ resurrectio fit propter iustificationem nostram. Iustificatio nostra est in exercitatione bonorum operum, ut Ambrosius ait in tractatu epistolæ ad Romanos: Quauis & iustus bonus dicendus sit, tamen genera ipsa posuit, iustum in exercitio significans, bonum verò natum, qui simplicitate innocens dicatur. Nostra fides ita tenet, ut sine spiritu sancto neque cogitare, neque agere recti aliquid valeamus. Per manus impositionem intimaui Paulus apostolus accipere spiritum sanctum credentes, imponendo manus discipulis, quando venit Ephesum, & interrogauit eos, dicens: Si spiritum sanctum accepistis credentes? quos postea baptizauit, quia Ioannis baptismate erant baptizati, & imposuit eis

manus, ut acciperent spiritum sanctum. Acceperunt olim quidam spiritum sanctum sine impositione manus, etiam antequam baptizarentur, sicut scriptum est in Actibus Apostolorum: Cecidit spiritus sanctus super omnes, qui audiebant verbum Dei. Unde Beda in eodem: Ne baptisma gentibus tradere dubitet quin Petrus spiritus sancti testimonio confirmatur, ipsas lauacri aquas, quas sanctificare solet, nouo ordine percurrentis: quod semel in testimonium fidei gentium, nunquam verò in Iudæis euenisse reperitur. De qua re dicit Gregorius Nazanzenus in sermone de secundis epiphanijs: Non continuo legem ecclesijs dedit, si semel aliquando, aut rarò aliquid tale factum est: quoniam quidē neque si vna alicubi hirundo videatur, veris continuo tempus induxit. Quod miraculi causa sit, siue necessitatis, non est trahendum in consuetudinē. Secundum mattheum, modis duobus baptizatur spiritu. Ipse enim inquit, baptizabit vos spiritu sancto & igne. Baptizatur spiritu sancto & igne. Baptizatur spiritu sancto, quando ablui mur à peccatis, quam ablutionē significat albæ vestes in baptismo per totum corpus. Baptizatur igne quando ardorē spiritus accipimus, ut Apostoli acceperunt in die pentecostes: Baptismum ignis accipimus per impositionem manus episcoporum, qui consumat ligna, fœnum, stipulam: quia DEVS ignis consumens est, & calorem præstat vitæ æternæ, atque lumen videndi ea, quæ mortalibus oculis clausa sunt. Iste modus apparitionis spiritus sancti, non fuit necessarius in CHRISTI baptismo quia non venit ostendere necessariò ea operari in homine CHRISTO, quæ commemorauimus, quoniam in eo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: sed in apostolis & cæteris hominibus: si quis sine isto baptismo migrauerit de seculo, periculosum iter arripit. Hoc præuidens Siluester papa, quantum potuit, subuenit: & propter absentiam episcoporum, necessitate addidit, ut à presbytero vngerentur. Timendum est, ne illa differentia sit inter illum, qui sine impositione manus moritur, & inter illum qui eam accipit, quæ est inter stellarum claritudinem, hoc est, quauis non excludantur à regno Dei propter cætera bona opera, tamen non habeant illum locum, quem haberent, si illam acciperent. Non nego, posse hominem accipere spiritum sanctum sine impositione manus, si eum Dominus dare voluerit: sed cum oppidò constringit apostolica obseruatio, quam exercuerunt per manus impositionem, & cura præfens ecclesiastica, qui per negligentiam perdit manus impositionem. Conferamus eadem dona, iuxta Augustinum, cum beatitudinibus demonstratis in monte: & videamus ex verbis Augustini, quantum periculum incurrat, qui negligenter exit de mundo sine impositione manus. Ille moratus Doctor sapientiam comparat pacificis in quibus ordinata sunt omnia, nullusque motus aduersus rationem rebellis est. Secundum hanc comparationem non est pacificus, qui sapientiam non habet, neque filius Dei. Si non fuerit pacificus, filius Dei non est: quapropter non intrabit in aulam cælestem. Intellectum comparat mundis corde, qui purgato oculo cernere possunt quod corpeus oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Secundum, hæc, qui non habet intellectum,

quod vadat: quia cæcus est, & nescit quod vadat. Consilium comparat misericordibus, qui dimittunt, ut dimittatur illis: & adiuant cæteros sicut se volunt adiuari. Sine hoc dono nemo peruenit ad regnum Dei, dicente euangelio: Si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris, nec pater vester cælestis dimittet vobis peccata vestra. Fortitudinē comparat esurientibus, qui laborant desiderado gaudium de veris bonis. Quis potest adipisci regnum cælorum, nisi desiderans gaudia verorum bonorum? Scientiam comparat lugentibus, quia iam cognouerunt in scripturis, quibus malis victi teneantur, quæ tãquã bona & vitia ignorantes appetierunt. Nisi enim homo agnoscat errorem suum, & ab eo, se corrigendo, reuertatur, non est aptus regno Dei. Pietatem comparat mitibus, qui enim pie querit sanctam scripturam, & non reprehendit, quod nondum intelligit, & propterea non resistit, quod est, mitē esse, ipse possidebit terram. Timorē comparat humilibus, de quibus Euangelium manifestat, quod ipsorum sit regnum cælorum. Ad quod præmium hæc dona perducant, in clausula præsentis comparationis, idem, cuius verba intelligere cupimus, explanat, dicendo: Vnum autem præmium, quod est regnum cælorum, pro his gradibus variè nominatum est. Sicut enim his subuenitur à donis spiritus sancti, quibus tribuit idē spiritus sanctus, ut pie quaerent, ac salubriter expectarent baptismalia sacramenta, quauis ad ea non perueniant: sic timendum est, ne non subueniatur his, qui negligenter hæc Dei dona quaerunt. De his autem qui negligenter ea tribuunt, scriptum est in Euangelio: Serue male & piger, sciebas quia meto vbi non semino, & congreuo vbi non sparsi, oportuit ergo te mittere pecuniam meam nummulariis, & pauca: Inutilem seruum eijcite in tæbras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Memorata dona sanctus Gregorius per gradus ascendentiũ, enarrat in libro de ædificatione templi, vnde quædam excerpsumus, quæ hic locum habent. Propheta ergo, inquit, quia de cælestibus ad ima loquebatur, cepit magis à sapientia, & descendit ad timorem: Sapit, qui credit in sanctam Trinitatē. Intelligit, qui præcepta diuina sensu percipit, & opere implet. Consilium habet, qui quodcumque agit, prudenter præuidet. Fortis est, qui resistit diabolo & voluntati eius. Scit, qui inter bonum & malum discernere nouit. Pius est, qui peccata dimittit, & eleemosynas facit. Timer deũ, qui non tantum benè facit, sed malè facere non aude. Sed nos qui à terrenis ad cælestia tendimus, eosdem gradus ascendendo numeremus, ut à timore ad sapientiam peruenire valeamus. In mente etenim nostra primus ascensionis gradus, est timor Domini: secundus pietas: tertius, scientia: quartus, fortitudo: quintus, consilium: sextus, intellectus: septimus, sapientia. Est enim timor Domini in mente, sed qualis est iste timor, si cum eo pietas non est? Qui enim misereri proximo ignorat, qui compati tribulationi eius dissimulat, huius timor ante omnipotentis DEI oculos nullus est, qui non subleuatur ad pietatē: Sed sæpè pietas per inordinatam misericordiam errare solet, si fortè pepercerit, quæ parcenda non sunt. Peccata enim quæ ferri gehennæ ignibus possunt, disciplina sunt verberare corrigenda. Sed inordinata pietas cum temporaliter parcat, ad æternũ supplicium pertrahit. Ut ergo vera

vera & ordinata sit pietas, ad gradum est alium subleuanda, id est, ad scientiam: Ut sciat, vel quid ex misericordia puniat, vel quid ex misericordia dimittat. Sed quid, si sciat quid agere quisque debeat: virtutē verò agendi non habeat: Scientia ergo nostra crescat ad fortitudinē: ut cum videret quid agendum sit, hoc agere per mentis fortitudinem possit, ne timore trepideret: & pauore collapsa, non valeat bona defendere quæ sentit. Sed sæpè fortitudo si fuerit improvida, & minus contra vitia circumspecta, ipsa sui præsumptione in casum ruit: Ascendat ergo ad consilium ut præuidendo præmuniat omne, quod agere fortiter potest. Sed esse consilium non potest, si intellectus deest: quia qui non intelligit malum quod agere grauat, quomodo potest bonum solidare, quod adiuvat: Itaque à consilio ascendamus ad intellectum. Sed quid, si intellectus magno quidē acumine vigilet, & moderari se nesciat per maturitatem? Ab intellectu ergo ascendamus ad sapientiam, ut quod acutè intellectus inuenit, sapientia maturè disponat. Ut per oleum intelligamus rectam conuersationē, quæ moderatur in mente per maturitatem sapientia: & per balsamum, doctrinam quæ bonum odorem præstat foris. Idem in eodem libro, in alio loco dicit de sapientia: Sapientia ad vitam, scientia verò pertinet ad doctrinam. Chriftismatis vnctio, ut prætulimus, pertinet ad duo dona spiritus sancti, id est, ad sapientiam & scientiam: oleum, ad sapientiam: balsamum, odorem suum longè lateque spargens, ad scientiam. Hæc duo, id est, vita & doctrina, sibi connexa inueniuntur in septē donis. Sapientia primũ & intellectus. Sapientia ad vitam, intellectus ad doctrinam: consilium ad doctrinam, fortitudo ad vitam: scientia ad doctrinam, pietas ad vitam. Hæc sunt ornamenta vestis quæ tribuit Deus menti per impositionem manus, sine quibus periculosum est aliquem inueniri in conuiuio regis, ne audiat vocem terribilem dicentis: Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem: Solent diuerso modo orationem proferre magistri simul cum cruce, quam faciunt pollice in frontibus infantium. Omnia verba superius memorata, orationis verba sunt: quoniam non ab illis datur spiritus qui manus imponunt, sed deprecatur, ut veniat. Vnde Augustinus in libro decimoquinto de Trinitate, titulo vicesimo quarto: nullus enim aliquis discipulorum eius dedit spiritum sanctum. Orabant quippe, ut veniret in eos, quibus manus imponebant, non ipsi eum dabant. Quem morem in suis præpositis etiam nunc seruat ecclesia. Eum, quem superius precatus est pontifex, ut mitteret spiritum sanctum, in sequentibus petit, ut suscipientem dignetur consignare in vitam æternam, id est, ut eundem spiritum non amittat suscipiens vique dum perducatur hospitem suum ad vitam æternam. De quo signaculo dicit Hieronymus in tractatu epistolæ ad Ephesios: Signati autem sumus spiritu Dei sancto, ut & spiritus noster, & anima imprimantur signaculo DEI, & illam recipiamus imaginem & similitudinem, ad quã in exordio conditi sumus. Hoc signaculo sancti spiritus, iuxta eloquium Saluatoris, Deo imprimete signamur. Hunc enim, ait, signauit pater Deus. Signatur ergo etiam spiritu sancto omnis, qui ex eo, quod credidit DEO, signauit, quia verus est Deus. Qui idcirco signatur, ut seruet signaculum, & ostendat illud in die

redemptionis purum atque sincerum, & nulla ex parte mutilatum, & ob id enumerari cum his valeat, qui redempti sunt. Sine isto signaculo non oportet nos presentari ante Deum, de quo, quasi de aliquo vestimento, dicebat Paulus ad Corinthios: Etenim qui sumus in corpore isto, ingemiscimus grauati, eo quod nolumus expoliari, sed superuestiri, ut absorbeat, quod mortale est, à vita. De quo vestimento dicat, in sequentibus monstrat: Qui autem perficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus spiritus. Quoniam arrabonē Dei suscepimus, ut illius simus: signo crucis quo redempti sumus, signamur, ut quãdò extimator signum illud viderit in fratribus nostris, pertranseat domus nostras, & videat, quod non sui sumus, sed illius, cuius signum portamus. Hæc crux chriftismate efficitur, quod confectum est ex oleo & balsamo. Opera hospitis nostri, talis liquor monstrat. Charitatem, quæ signatur per oleum, cum suis fratribus folijs plantat in mēte, & odorē bonæ notitiæ nobis exhalat, sicut ex balsamo bonus odor redoler. Ut ab episcopis solis inungatur per manus impositionem, ab apostolis assumptum est, ut Beda declarat in tractatu super Actus apostolorum.

Norandum autem quod Philippus qui Samaritæ euangelizabat, vnus de septem fuerit. Si enim apostolus esset ipse utique manum imponere potuisset, ut acciperent spiritum sanctum. Hoc enim solis pontificibus debetur. Ipsa crux nullo in loco melius figuratur, quàm in eo, vbi summus pontifex laminam auream, in qua sculptum erat nomē Dei ineffabile, vigeat. Et ut per manus impositionem & orationem detur spiritus sanctus, similiter ab apostolica auctoritate sumptum est, ut in Actibus Apostolorum scriptum est: Cum audissent apostoli qui erant Hierosolymis, quia receperat Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Iohannem: qui cum venissent, orauerunt pro ipsis, ut acciperent spiritum sanctum. Et paulò post: Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum. Iuxta exemplum Petri & Iohannis, occurrant episcopi ad loca vbi sunt quibus necesse est imponi manus: Occurrant & illi sine retractione, qui accepturi sunt vestimentum nuptiale, ut possint, in trante rege, perseverare in conuiuio. Si aliquis prius subripitur de præfenti seculo, quã possit occurrere ministerio tanto, DEVS scit, cur eum prius cogit exire de præfenti seculo. Nouit dominus qui sunt eius, & secundum Iohannem euangelistam, oues meæ vocem meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquã de manu mea. Hoc omninò cauendum est, ne torpore securitatis, negligentia ostium apertum inueniat. Dicit Romanus libellus, de quo sæpè commemorauimus: Oratione expleta, facit crucem cum pollice ex chriftismate in singulorum fratribus, ita dicendo: In nomine patris & filij & spiritus sancti, pax tibi, & cum spiritu tuo. Hæc verba sunt salutationis ad nouum hominē, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis.

Itaniz, quæ sunt circa baptisterij consecrationem, intercessionibus, sanctorum designant prorenascensibus, quod possumus discere ex lectione libri Apocalypsis, Vidi ostium apertum in caelo. In ipsa Chriftus demonstratur sedens super sedem. Ibi

Delitantijs.
CAP.
XXVII.

ecclesia, supra quam Dominus sedet, ibi indicium aquae, in colore iaspidis & ignis, in sardinis. Ibi spiritus Dei in septem lampadibus ardētibus ante thronū, qui sunt septem dona spiritus Dei: Ibi baptismus in mari vitreo, sicut scriptū est, Et in circuitu sedis tanquā mare vitreū simile crystallo. Vnde Beda super eundem librum. Propter fidem veram, baptismus refertur ad vitrum, in quo non aliud videtur exterius, quā quod gestat interiūs. Crystallo quoque, quod de aqua in glaciem & lapidem preciosum efficitur, baptismi gratia figuratur. De Iri tacuimus, quia in ipso volumus designare litanias. Item inter alia dicit eadem Apocalypsis: Et iris erat in circuitu sedis, similis visioni smaragdinae: vnde qui supra in eodem: Iris qui sit sole nubes irradiante, & post diluuiū primo propitiatiois indicio factus est: intercessu sanctorū, quos Dominus illustrat, ecclesia muniri designat. Qui bene smaragdino lapidi nimie viriditatis cōparantur. Quo enim hereditatē immarcescibile fide perfectiore expectāt, eo potentius etiā ceteros orādo protegūt. Quia Iris erat in circuitu sedis, agitur litaniae & ante baptismū & post baptismum, Litaniae gratiae, Latine deprecationes.

De vestimento alborum, & recapitulatio de septuagesima. C. A. P. XXXIX.

Albi, propter vestes albas vulgō appellantur. Scio eorundē vestimentorū significationē diligenter explanatam ab Archiepiscopis, qui fuerunt tempore beatissimae memoriae Caroli ad eundem, eius tamen admonitione. Igitur non expedit in isto opusculo laborare de illa, sed tantū, vt dicam, iuxta Domini pietatē, quid octo dies insinuent, in quibus vestiuntur albæ vestes, & cerei neophytorum illuminantur. Sicut enim septem dies pertinent ad veteris testamentum propter sabbatum: ita octo dies ad nouū, propter octauam diem resurrectionis. De qua re dicit Salomon: Da partes septem, neq̄on & octo: iam enim docebat populū suum, vt nō semper inhereret veteri testamēto, sed transiret aliquando ad nouum. A sabbato enim vsque ad sabbatū portantur albæ vestes, quæ nobis specimen præstant, quales debeamus esse in nouo testamento, & qualia corpora recepturi in octaua die. A sabbato vsque ad sabbatū portamus illas, id est, ex qua die pignus spiritus accipimus: qui propter septenarium numerū sabbato deputatur, vsque ad alterā sabbati, quæ est memoria illius sabbati, in qua præsentari nos oportet ante Dominum cum ipso pignore. Ipsa vestimenta sunt stolæ albæ, de quibus scribitur in Apocalypsi, Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ. Singulas modo habēt stolas animæ sanctorum, de sua beata immortalitate gaudentes. Et iterū in eodem: Amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorū: Stolis, baptismū palmis, triumphū, crucis insinuat. Et iterū in eodem: Beati qui lauant stolas suas, vt sit potestas eorū in ligno vitæ, & reliqua. Dignum præmium stolis candidis, id est, vitæ immaculatæ promittit, videlicet, vt domini ad spectū, qui est vita æterna, potiatur. Ex memoratis sententijs possumus discernere duas res, id est, vt albæ vestes sint in signum, qualia corpora nostra debeant esse in nouo testamento, (corporum enim sunt quodammodō vestes animæ) & qualia nobis promittantur in futuro. De quibus Salomō ait: Omni tempore sint vestimenta tua cādida, & oleū de capite tuo nō deficiat. Et hic possumus intelligere, quod talia debent esse opera nostra omni tempore,

qualia sunt vestimenta alborum, tam munda & candida. Et sicut ab illorū capite oleum nō deficit per octo dies, ita nunquam charitas ex mēte nostra deficiat. Quod in sabbato exouunt ipsa vestimenta, hoc vult demonstrare, quod in die exitus animæ, quando recedit de corpore, inueniat eadem anima sabbatū, id est, requiem, & vestimenta sua hic dimittat, id est, corpus vt recipiat illud iterum in nouissimo die. Vnde mihi videtur cōgruentius esse, si portanda sunt post dies octo, & vt verē portanda sunt vestimenta alborum, vt potius ab ipsis portantur, à quibus portata sunt in sanctificationis diebus: quā ab illis, qui se multis maculis polluerunt post baptismū, quia corpora nostra nō aliā animæ recipiēt in futuro, quā eadē, quæ illa reuerunt in presententi. Duplicia solēt esse eadē vestimenta: & duplex remuneratio sanctis promittitur in æterna vita. Vnde Elaias: duplicia in terra sua possidebunt: id est, gaudium animæ, & gloriā incorruptibilis corporis. Quoniā peccatis imminētibus polluitur corpora nostra post baptismū, festinemus ad priorē emundationē per secundū baptismū venire, id est, per penitentiam: Quis est qui purget nos à peccatis nostris: Et quis est, qui introducat ad priorē mundationē, nisi spiritus sanctus? Spiritus sanctus est septiformis. Manifestū est, si decē præcepta eius custodiamus, eidē creatori nostro, à quo per inobedientiā recessimus, per obedientiam coniunctos nos esse. Qua de re in septuagenario numero, qui est septemplex decuplatus, pletemus & desleamus nostrā miseriam, vt spiritus sanctus expuret nos à nostris peccatis, & deducat per præcepta sua vsque ad denarij remunerationem, vt ipsum regē dominū nostrum in decore suo mereamur videre. Diximus, quantū potuimus, in superioribus septuagesimum numerum pertinere ad plorationem captiuorum populi Dei, qui fuerunt sub Nabuchodonosor in Babylone. Possumus & eandem septuagesimam aliquo modo comparare filijs Israel, qui fuerunt in Aegypto sub Pharaone, quasi prima officio, Circumdedērunt me gemitus mortis: Et, Exurge, quare obdormis domine? & Estō mihi in Deum protectorē, congruāt illi tēpori, quando filij Israel se viderunt affligi ab Aegyptijs, & clamauerunt ad Dominum, vt scriptum est in Exodo: Post multū tēporis mortuus est rex Aegypti, & ingemiscerunt filij Israel propter opera, vociferati sunt, & ascendit clamor eorum ad Dominū ab operibus, & audiuit gemitum eorum, & recordatus est pacti, quod pepigit cū Abraham & Isaac & Iacob: Et officiū quartæ feriæ, quod est caput ieiunij, illi tēpori, quando dixit Dominus ad Moysen: Solue calceamentum de pedibus tuis. Epistola verō, quæ in eodem die legitur, demonstrat nobis, quid sit soluere calceamentum de pedibus, vt ex multis vnū dicam, Egredietur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Calceamentum à nostris pedibus soluitur, quando opus quod ex necessitudinebus concupiscentiæ carnalis percepimus, intermittitur. Et officiū quadragesimæ illi tēpori, quando affligebatur Pharaō vt liberaretur populus Dei: & postea perueniendū est ad mare rubrum, id est, ad baptismū: ac deinde trāseundū per desertū sub ducibus, sicut neophyti nostri per octo dies sub ducibus presbyteris scilicet atque patronis & matronis deducuntur,

deducuntur, & sic tandem perueniendū in sabbato ad terram promissionis. Illi qui baptizant, patres sunt baptizatorum, vt ex multis testimonijs scripturarū possumus cōiicere: sicut Marcus dicitur filius Petri in baptismate. De talibus filijs florent affatim scripturæ apostolorum. Quoniā plures sunt baptizatorū, quā deduci possint ab his qui baptizāt, cōmendantur cæteris patribus spiritualibus, vt eis hoc præbeant, quod à presbyteris præbendum erat. Nec sic abhorret à vero, quod quadraginta duæ mansiones filiorū Israel, quasi quadraginta duo dies nos perducāt ad terrā promissionis, quoniam propter nos, qui iam tranſiimus mare rubrum, constituti sunt quadraginta duo dies, vt qui in captiuitate peccatorum nostrorum redegimus nos, per exēpla patriarcharum reuertamur ad terram promissionis, nō per baptismum aquæ: Catechumeni nostri qui nōdum tranſierunt mare rubrum, possunt esse sub typo populi Israel, qui adorauerunt idola in Aegypto, & per duces optimos Moysen & Aaron, liberati sunt de Aegypto, & tranſierunt mare rubrum.

De illuminatione cereorum. C. A. P. 30.

De Missa in nocte. C. A. P. XXXI.

Quod illuminatione cereorum secundū libellū Romani Ordinis expectatur vsque ad Agnus Dei: hoc demonstrat, quod per illū agnum qui tollit peccata mundi vnusquisque lumen accipere debet. **I**camus vnde, Gloria, in excelsis Deo, quia tāto lumine illustrata est presens nox, scilicet, dominica resurrectione: Canamus laudes Deo, quoniā, in quibus habitabat diabolus, iam inhabitat spiritus sanctus. Hoc ait Pōtifex ore & mente, vt nos mente teneamus, dicendo: Deus qui hanc sacratissimā noctem gloriae dominicæ resurrectionis illustras, conserua in noua familiæ tuæ progenie adoptionis spiritū, quem dedisti. Vbi notandum, vocem ministrorū ad Neophytos esse vsque ad euangelium. Dicit ad eos Lector: Si cōsurrexistis cū Christo, quæ sursum sunt, quærite, vbi Christus est in dextra Dei sedens. Habes lectionē de anagogico pede, in quo catechumeni accensi per verba cantici, sicut cerui desiderabant apparere ante faciem Dei: quod nunc habent in affectu, tunc habebāt in desiderio. Nemo potest perfecte sapere quæ sursum sunt, nisi interno desiderio mētis cælesti sapore prius fuerit accensus. Dicit ad eos Lector: Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Commortui estis Christo per baptismum, vita vestra futura iam est in Christo: est vobis vita reposita in sua vita. Quod in illo scis factū ex resurrectione, in vobis sperate futurum: Cū enim Christus apparuerit vita vestra, id est, cū se demonstrauerit ille, qui modō in se seruat vitam vestram, & fecerit vos esse, quod ipse iam est per immortalitatem: tunc & vos apparebitis cū ipso in gloria, quæ modō vobis promittitur. Quapropter dicit Officialis, Nolite esse ociosi: offerte Deo sacrificium. Augustinus nobis demonstrat in psalmo centesimo sexto decimo, quale sacrificium debeant offerre. Audiuius fratres admonētē nos, atque hortantem spiritum sanctum, vt sacrificium confessionis offeramus Deo & paulō post: Per vos ipsos potestis aduertere, non tantū in peccatis, sed & in laudibus Dei confessionem diuinis literis solere nominari. Qui congruentius in hoc psalmo quando alleluia cantamus, quod est, Laudate Dominum, nos admoneri intelligimus, cū audimus: Conſitemini Tom. 6.

Domino, quā id ipsum scilicet, vt laudemus Dominū: Non potuit laus Dei breuius explicari, quā vt diceretur, quoniam bonus est. Quid sit grandius ista breuitate, non video, & paulō post: Sed quoniā populo dicitur in pręnunciatione futurorū liberato ab omni labore & captiuitate peregrinationis, & ab omni permixtione iniquorū, q̄ ei per gratiā Dei præstitū est, nō solum nō retribuētis mala pro malis, sed etiā retribuētis bona pro malis, cōuenientissimū adiunctū est, quoniā in seculū misericordiae. Ex vno præcepto pendet alleluia, & tractus qui sequitur, hoc est, vt neophyti offerant Deo sacrificium laudis. Tractus dicit in causā neophytorū: Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi, quoniam cōfirmata est super nos misericordia eius, & veritas Domini manet in æternum. De quibus duabus virtutibus idem qui supra dicit in psalmo centesimo decimotertio: Hæc duo, misericordiam & veritatē, aduertite, in sanctis scripturis, quā sepe sibi iungantur. In sua quippe misericordia vocauit impios, & in veritate iudicat eos, qui vocati venire noluerunt. Presentes neophyti iter paratum habent intrandi ad regna cælorum, porta aperta est eis, quā nos, qui inquinati sumus per mundanū affectū post baptismū, pulsare debemus bonis operibus. Idcirco tantū in causā est erga eos, vt offerant Deo sacrificiū laudis: Cātatur prius alleluia, quod est Hebræū. Hebræa enim, mater est cæterarum linguarū, vt credimus, & nobilissima constat propter auctoritatem diuinæ scripturæ: Latina inferior quasi filia siue nurus, quā duxit in vxorem filius synagogæ, ac per hoc alleluia præponitur hic, quod non fit in cæteris officijs: tamen cū ventum fuerit ad dicendū de prima & octaua die neophytorum, oportet repedare eandem portam, siue sic seu alio modo. Ecce finitū est sacrificium neophytorū: Deinde resurrectio Domini ad memoriam reducit, & angelorum allocutio ad scēmas, & scēmarū affectus. Euangelij narrat secūdū Marcum modū conuentus scēmarū, & dicit: Dum tranſisset sabbatū, Mariæ Magdalene & Mariæ Iacobi & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum. Vt opinor, propter mulierum imitationem dicit Romanus libellus non portare hac nocte ante euangelium aliud, nisi thymiam: siue, quia dubitat vtrū iam carnem suam plenam munere lucis reuexisset ab inferis Dominus, hoc tantummodō obtulerunt mulieres. Illis locus est angelus, dicens: Nolite expauescere, Iesum quæritis Nazarenum crucifixum: surrexit, non est hic. In sequentibus manifestatur affectus mulierum. At illæ exeuntes, fugerunt de monumento, Inuaserat enim eas timor & pavor, & nemini quicquam dixerunt, timebant enim. Quod ita Beda super Marcum: Meritō mouet quomodō Marcus scribat. Et nemini quicquam dixerūt: cū dicat Lucas, Et regressæ à monumento, nunciauerunt hæc omnia illis vndecim & cæteris omnibus. Similiter Matthæus, Et exierunt de monumento cum timore & gaudio magno, currentes nuncire discipulis eius: nisi intelligamus, ipsorum angelorum nemini ausas fuisse aliquid dicere, id est, respondere ad ea, quæ ab illis audierant, aut certē custodibus, quos iacentes viderunt. Reducendo ad memoriam silentium & sacrificium mulierum,

in tempore sacrificij silent cantores. Et earum sacrificij erat tunc, quod ferebant vnguentū ad vngendū corpus Domini. Sanctus, sanctus, sanctus cārant, quod est angelorū cantus, quia angeli non tacerūt de eius resurrectione: siue iste, qui modò locutus est in Marco: siue illi, quos Ioannes narrat sedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes. Vice mulierū iterūm Agnus dei recitēt cātōres. Agnus Dei, dico, qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Maria dicebat hortulano: Domine, si tu sustulisti eū, dicit mihi, vbi posuisti eum: quē credebat furtim sublatū, non credebat tollere peccata mundi, ac propterea audiuit, quādo voluit Dominū tāgere. Noli me tangere, nondū enim ascendi ad patrē meū. Sacerdos vicarius Christi, implet officij suū. Dubitāribus Apostolis de sua resurrectione, timētibus mulieribus & nihil dicentibus, angelorum concentus clamat Christum resurrexisse à mortuis. Christus ipse per suam gloriosam apparitionem manifestum se facit quibuscunque vult.

De octo diebus neophytorum. CAP. XXXI.

Dicit Augustinus ad Ianuariū: Hæc de scripturis n̄missimē tenētur, id est, Pascha & Pētecoste, vt quadraginta dies illi ante Pascha obseruētur, ecclesie cōsensu roborauit: sic etiā, vt octo dies neophytorum distinguantur à cæteris, id est, vt octauus primo cōueniat. Octo officia quæ sunt in cōmemoratione neophytorū, distinguuntur à cæteris sequentibus vsq; ad Pētecosten. Primū habet duas laudes, id est, Alleluia, Cōfitemini Domino: & tractū, Laudate Dominū omnes gentes. Octauum habet duas, id est, duo Alleluia, Hæc dies, & Laudate pueri Dominum: quod nō fit in vllō sabbato alio vsque in Pētecostē. Sex medij habēt responseriū & alleluia. Prima ergò vita, vt, qui supra ad eundē, nō fuit sempiterna peccanti: requies autē vltima sempiterna est, ac per hoc & octauus sempiternā beatitudinē habebit, quia requies illa, quæ sēpiterna est, excipitur ab octauo, nō extinguitur. neque enim esset aliter sempiterna. Itā erit octauus qui primus, vt prima vita, sed æterna, reddatur. In memoracione primæ vitæ, quā habuit primo Adā, Alleluia canitur: & quia nō fuit sempiterna, tractū sequitur: vt in lingua humiliore, humilitas potestioris vitæ recorderetur. Adhuc Neophyti in peregrinatione sunt, in qua tamē laudare Dominū debēt, quia sunt redēpti. Requies vltima, quæ redditur in septima die, & perficitur in octaua, ipsa habet sempiternā beatitudinē: ac per hoc in memoriā potissimā restorationis in septima die & in octauo officio duo Alleluia cātantur: primū quia vita redditur, secundū, quia sempiterna. Alleluia gloriosior omnīū linguarū lingua Hebræa est. Atque in isto loco eadem ratione possumus nos absoluerē à debito octauarum dierum, id est, Dominicorum Pētecostes, quādo duo Alleluia frequentantur. Duo sunt, vndē anima in septima die, id est, in requie, laudat Dominum: vnum de percepta læticia, alterū de percipienda in resurrectione. Et alio modo: Homo in resurrectione constabit ex anima & corpore, quāuis spirituali. In recordacione illius resurrectionis, per Dominicos dies pētecostes duo Alleluia celebrantur. Et, quia Dominica resurrectio præcessit in octauo die, quod futurū erit in resurrectione nostra, hoc agimus per Dominicos dies Pētecostes, id est, vt & mēs & corpus lau-

det Dominū. Et quia interim sine corpore anima in re laudat Deum, per singulos dies alleluia celebratur: In festiuitatibus Sanctorum duo alleluia sunt: quia iā de Domini aspectu potius lætantur, quā hæc quæ sunt tantūm in requie animæ. Vnū, quia requiescunt: alterū, quia vident Dominum. Quāuis memorata sabbati, septima dies sit hebdomadis, tamē octauum officij in ea celebratur pro neophytis. At medij sex responserium tenēt & alleluia. Sicut septenarius numerus requiē significat, ita & senarius opera. Responserius, qui nos inuitat per sex dies ad Christi resurrectionem, aliquam actionē vult nobis intimare in resurrectione corporū. De qua actione dicit idē, qui supra, ad eundē: Inest autem in illa requie nō desidiōsa segnitia, sed quādā ineffabilis tranquillitas actionis ociose. Sic enim ab huius vitæ operibus in sine requiescitur, vt in alterius vitæ actione gaudeatur. Sed quia talis actio in Dei laude agit, sine labore membrorū, sine angore curarū, nō ad eā hic trāsitur per quietē, vt ipsa labori succedat, id est, nō sic esse incipiat actio, vt desinat quieti. Neque. n. reditur ad labores & curas, sed permanet in actione. Quia ad quietē pertinet nec in opere laborare, nec in cogitatione fluctuare. Quia ergò per requiē ad primā vitam reditur, vndē anima lapsa est in peccatum, propterea sabbatū requies significat. Illa autē prima vita, quæ à peregrinatione redeuntibus, & primā stolam accipientibus redditur: per vnam sabbati, quem diem Dominicū dicimus, figuratur. Et in alio loco idem ad eundē: Dies Dominicus nō Iudeis, sed Christianis resurrectione Domini declaratus est, & ex illo cepit habere festiuitatem suam. Animæ quippe omnium sanctorū ante resurrectionem corporis sunt quidē in requie, sed in ea nō sunt actione, qua corpore recepto vegetantur. Talem quippe actionē significat dies octauus, qui & primus, qui nō auferit illam requiē, sed glorificat. Ex inspiratione sancti Augustini, per responseriū intelligimus actionē sanctorum in corpore, quæ erit cum omni læticia, vt responserius sonat. Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. Quia hæc læticia exitū habet in glorificatione, alleluia sequitur: & vt demonstratur eandem actionē nō esse aliud, nisi laudem Dei, post sex dies continuatim alleluia canitur. Vbi notādum est, versus responserij omnes esse de psalmo, Cōfitemini Domino, qui sonat confessionem laudis, quæ tamen laus alleluia concluditur propter nobiliorem linguam. Versus sunt, Cōfitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculū misericordia eius. Itē: Dicit nūc Israel, quoniam bonus. Item, Dicant nunc qui timent Dominū, quoniam in seculū. Sed, Dicant qui redempti sunt à Domino. Vtrosque vidi scriptos in isto loco, & vtrosque audiui cantari. Item, Dextera Domini. Item, Lapidē quem reprobauerūt. Item, Benedictus qui venit. In fine enim versusum præposterus ordo est. Benedictus qui venit in nomine Domini, præponitur in quinta feria versus, Lapidē quem reprobauerunt, qui est in ordine psalmi prior, & quod nō est sine ratione, sexta feria cātatur: Idē inter cæteros præcipuē sonat de passione Domini, quæ facta est sexta feria: in illa reprobauerunt Iudæi Dominū ædificantes, in illa factus est caput anguli: coniungens duos parietes simul ex aduerso venientes.

Octo.

De eisdem octo diebus. CAP. XXXII.

Octo dies neophytorum, cursum præsentis vitæ monstrāt. Sicut enim iter filiorum Israel, postquam transierunt mare rubrum vsque ad terram repromissionis, significat omnem cursum præsentis vitæ: ita & conuersatio neophytorum omnem cursum præsentis vitæ, in quo nos oportet secundum resurrectionem Christi viuere. De quo cursu dicit Augustinus in libro contra Faustum duodecimo: Rubet in mari rubro baptismus, vtique Christi sanguine consecratus: hostes sequentes à tergo moriuntur, peccata præterita. Ducitur populus per desertum: baptizati omnes nondum perfruentur promissa patria, sed quod non vident, sperando & patientiam expectando, tanquam in deserto sunt: & illic laboriosæ & periculosæ tentationes, ne reuertantur corde in Ægyptum: nec ibi tamen Christus deserit: nam & illa columna non recedit. Secundum hæc verba, baptizati nostri ducuntur quotidie ad ecclesiam, columna cerei illuminata præcedens eos, illuminata est iā, quia in corpus Christi traiecit sunt baptizati: spiritus Christi illuminat mēbra Christi. Ex sequentibus potest dinosci, quomodo illi octo dies coarctetur cursui status nostri: Prima dies quādo baptizatus descendit de aqua, quæ est sabbatum id est, requies, statum Adæ nobis informat, antequā peccaret. Nō Adam ita fuit factus, vt labore aliquo adquiret sibi fructum viuendi, si non peccaret: sed tamen legitur, posuisse eum in paradiso Deum vt operaretur. Eandem requiem, quam præstitit Deus Adæ, antequam peccaret, dat baptizatis in sabbato: ita tamen, vt deinceps operentur bona vsque ad alteram sabbati: Sicut & Adam operi deditus fuit absque vllō labore. Ipsa requies est innocens vita, quā habuit Adā in septima die, quādo requieuit Deus ab omnibus operibus suis: eandem recipiunt modo baptizati in Sabbato. Ac dein quia via restat baptizatis per desertum, quasi post alleluia, animæ tractus, id est, patientia, per quam expectare debēt terram repromissionis, sequuntur sex dies qui pertinent ad opus bonum, sanctūque & pium: ne vacua domus inuadatur. Post illos sex dies sequitur sabbatissimus, qui eos introducit ad patriam repromissionis, vbi est requies sempiterna, non reuertens ad aliquem laborem, sed de læticia gloriæ animarum, transit ad lætitiā incorruptibilis corporis: ac ideo non subsequitur alleluia, Hæc dies, Tractus: sed Alleluia, Laudate pueri Dominum. Sex dies qui inter duo sabbata sunt, vtique nobis tempus ad memoriam reducunt, scilicet Adæ, qui fuit deditus desiderantissimo operi in paradiso: & illud quo filij Israel transierunt per desertum sub ducibus, in quo tempore non sunt attrita vestimenta illorum, & sic tandem peruenerunt ad libertatem in terra repromissionis, quæ significat patriam, in qua recipiuntur sanctæ animæ post seculum transactum.

De die sancto Pasche. CAP. XXXIII.

In sancto Pasche in Introitu per ora prophetarum præsentat se Christus ex resurrectione patri suo, in ecclesia sua dicens: Resurrexi, & adhuc tecum sum. Oratio prima demonstrat aditum esse apertum sanctæ ecclesie regni cælestis per capitis sui resurrectionem. Epistola admonet nos, vt separati simus à vitiis: In quo certauimus per dies quadraginta simales, & neophyti abiecerunt in baptismo. Corinthiis misit illam Paulus, vt separarent se iusti ab

A his, qui tale peccatum fecerūt, quale nec inter gentes audiebatur: & per penitentiā non reuertebantur ad cæterum sanctorum. Ipsi erant vetus fermentū, & illi azymi propter nouitatem vitæ: Ita & nos admonemur illa, vt sine retractatione in die sancto Pasche alieni simus à vitiis. Det Deus, vt sicut filius eius Dominus noster, qui hodierna die ita resurrexit à mortuis, vt mors vltra repetitum nō habeat in illo: ita nec in membris suis habeant præterita vitia, neque imminetia. Responserius monstrat, quantum lætari oporteat eos, qui purgātur à vitiis. In alleluia monstratur, in quo sit tantæ lætitiæ causa, id est, quia Pascha nostrum immolatus est Christus: itaque epulemur, & cætera. Euangelium exponit perfectiū causam totius lætitiæ. Quia suo in loco, si Dominus dederit, dicturi sumus enucleatiū de toto officio Missæ: meæ paruitati hæc sufficiant, quæ propterea tetigi, vt non mihi viderer à tanta lætitia, quantam præfens continet dies, mente alienus fore. Insuper etiam libet interponere, quod sanctus Augustinus de orationibus Missæ dicit in libro quæstionum: In quæstionibus ad Paulinum Nolanum episcopum: Multa hinc dici possunt, quæ improbata non sunt: sed eligo in his verbis hoc intelligere, quod omnis vel penē omnis frequenter ecclesia: vt preces accipiamus dictas, quas facimus in celebratione sacramentorum, antequam illud quod est in mensa Domini, incipiat benedici: Orationes, cum benedicitur & sanctificatur, & ad distribuendum communitur, quam totam petitionem ferē omnis ecclesia Dominica oratione cōcludit: Interpellationes, siue (vt nostri codices habent) Postulationes sunt, cum populus benedicitur. Tunc enim antistites vel aduocati, susceptos suos per manus impositionem misericordissimæ offerunt potestati. Quibus peractis, & participato tanto sacrificio, gratiarum actio cuncta concludit, quam in his etiam verbis vltimam Apostolus commendauit. Hæc autem fuit præcipuē causa ista dicendi, vt his breuiter præscriptis atque significatis, non putaretur, negligendum esse, quod sequitur, Pro omnibus hominibus, pro regibus, & his qui in sublimitate sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & charitate: ne quisquam, sicut se habet humanæ cogitationis infirmitas, æstimaret non esse ista faciēda pro his, à quibus persecutionē patiebatur ecclesia, cum membra Christi ex omni essent hominum genere colligenda. Vndē adiūgit & dicit: Hoc enim bonum est & acceptum coram Salvatore nostro Deo, qui omnes vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Et ne quisquam diceret, posse esse salutis viam in bona conuersatione & vnus omnipotentis Dei cultu, sine participatione corporis & sanguinis Christi, vnus enim Deus, inquit, & vnus mediator Dei & hominū homo Christus Iesus: vt illud quod dixerat, omnes homines vult fieri saluos, nullo alio modo intelligatur præstari, nisi per mediatorum, nō Deum, quod semper erat verbum: sed hominem Christum Iesum, cum verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Orationes quatuor, quas memorat sanctus Augustinus, ita nominat nostra tractatio: Obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones. Vbi etiam notādum est, quod oratio illa, quæ sic inchoatur: Libera nos, quæsumus

Qq iij

Tom. 6.

Domine, ab omnibus malis: conclusio sit tantum orationis Dominicæ, cum Beatus Augustinus dicat, quam totam petitionē ferē omnis ecclesia Dominica oratione concludit: Simulque hoc notandum, quod orationem illam, quam episcopi siue aduocati solent facere super populum cum signo sanctæ crucis, ille solebat facere eam, postquam comminuebat corpus Domini ad distribuendum: quam orationem vocat postulationes. Dein sequuntur gratiarum actiones, quando post auditam vocem Diaconi, quæ dicit, Ite, Missa est: siue, Benedicamus Domino, populus respondet, Deo gratias.

Demōstratio, quod informant sex dies paschales ceteros dies dominicos & iustos homines: dies quinquaginta à sabbato paschæ vsque ad sabbatū octauarum Pentecostes, futuram vitam: & quotidiani dies siue septuagesimæ dominici seu quadragesimales penitentes. CAP. XXXV.

Illi sex dies paschales, in quibus responsum cantamus & Alleluia, informant ceteros dies Dominicos siue festos, quos celebramus, ab octauis pentecostes vsque in septuagesimam. Responsum & alleluia, actum eorum & lætitiā siue laudem siue gratiarum actiones, qui perseverant in sanctitate, quam acceperunt in baptismo, recolunt. Ita enim in ipse habet regnum futurum, vt etiam hic bene operando ad beatitudinem perueniāt. Siue, vt alio modo dicamus, per responsum, actiuam vitam intelligimus: per alleluia, cōtemplatiuam. Actus necessē est hic celebraretur, vt quod speramus & per patientiā expectamus, adipisci valeamus per bona opera. Responsum illi, quos per sex dies cantamus, siue per ceteros Dominicos dies, vel festuos dies sanctorum, quibus subsequitur alleluia, tales actus significant, qualis est, prædicatio, lectio, elemosyna, visitatio viduarum, pupillarum & infirmorum. Hæc in præfenti seculo omni die Dominico agere possumus sine retractatione. Quibus, id est, memoratis responsum Alleluia sequitur, quia post talem actionem in laudē Dei transfertur anima sanctificata ab omni peccato. Illi dies quinquaginta, qui sequuntur à sabbato paschali vsque ad octauas pentecostes, alteram vitam informant, quam nondum percepimus, vbi nō erit Responsum, quia nemini ibi prædicabitur: sed erunt omnes docibiles Dei, neque aliquis visitabitur, quia nemo ibi vidua, neque pupillus, neque infirmus. Elemosyna non erit necessaria, quia nemo ibi indigens, sed tantum Alleluia ibi celebrabitur, id est, lætitia animarum de percepta immortalitate & receptione corporū, & gratiarum actio Deo vsque in sempiternum. Eandem lætitiā numerus quinquagenarius significat, qui apud Hebræos Iubilus appellatur, id est, iubilatione plenus. Quid ceteri dies informant, ex libro sancti Augustini de fide & operibus considerare, vt opinor, valeamus: sic enim dicit: Non quia quisquam ita debet extolli, vt non dicam, apud alios iactare, sed apud seipsum putare audeat, se in hac vita esse sine peccato. Sed nisi essent quædam ita grauiā, vt etiam excommunicatione plectenda sint: non diceret Apostolus, Congregatis vobis & meo spiritu, tradere huiusmodi satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini Iesu. Vnde etiam dicit: Ne lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt, & non egerunt penitentiam super immunditia & fornicatione quam gesserunt. Item, nisi essent quædam non ea humilitate penitentia sananda, qualis in ecclesia datur eis, qui propriè penitentes vocantur, sed quibusdam correptionū medicamentis, non diceret ipse Dominus, Cor-

Aripe cum inter te & ipsum solum: & si te audierit, iuratus es fratrem tuum. Postremò, nisi essent quædam, sine quibus hæc vita non agitur, non quotidianam medelam poneret in oratione quam docuit, vt dicamus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quotidiani dies informant eos, qui solent presbytero confiteri peccata, vt corripiantur ab ipso, & consilium accipiant penitendi. Ipsi dies sine alleluia transiguntur, quia non est pulchra laus in ore peccatoris. Quauis citatus sit Deus ad parcendum, tamen non cito potest erubescencia peccatorum transire à corde iusti. Memoratū modum informat versus qui dicit: Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ, non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Informant etiam verba Domini, ad Moysen dicentis de Maria: Si pater eius spisset in faciem eius, nōne deberat saltem septem dierū robore suffundi? Separat septem diebus extra castra, & postea reuocabitur. Cui enim spuitur in facie, despectus adhibetur. Quando nos Deus despicit propter peccata nostra, robore debemus perfundi vsque ad completionem septem dierum, id est, vsque ad satisfactionē. Per abstinentiam alleluia in quotidianis diebus in officio Missæ, rubor ecclesiæ monstratur, quem habet de suis vulneratis, & nondum sanatis: At Dominici dies à septuagesima vsque in pascha Domini, eos informant, qui his tentationibus tunduntur, sine quibus vita præfens non potest transigi. Responsum dierum illorū non subministratur alleluia, sed tractus, qui quauis pertineat ad cōtemplationē propter suam dulcedinē & vnionem, tamen non est in tanta lætitia, in quāta est illa, de quo dicebat Iacobus: Qui autem in verbo non offendit, hic perfectus est vir. In diebus quadragesimalibus ante pascha informat eos sancta ecclesia, qui propriè penitentes vocantur, excepto quod non excommunicatur, & ad manus reconciliationis Episcopi non redit in finem Quadragesimæ: Informant eos in ieiunio, in abstinentia deliciarum, in habitu, in deiectione, in iuctu, in vigiliis, in quietudine, in silentio, in obedientia operum & ceteris bonis, quibus reconciliamur Deo simul cum penitentia.

Tempus Pentecostes inchoatur à prima die resurrectionis, & currit vsque ad diem quinquagesimam post pascha. De quo tempore dicit Augustinus in libro ad Ianuarium: Quadragesimarius autē partibus suis computatus, addit ipsum denarium: & sunt quinquaginta, tanquam merces operis & continentia. Neque enim frustra ipse Dominus quadragesima dies post resurrectionem in hac terra, & in hac vita cum discipulis conuersatus est: & postquam ascendit in cœlum, decem diebus interpositis, promissum spiritum sanctum misit completo die pentecostes. Quid dies quinquagenarius habet alterum sacramentū, quod septies septem quadragesimam tanouem fiunt, & cum reditur ad initium, quod est octauus, qui & primus dies, quinquaginta completur, qui celebrantur post resurrectionem Domini iam in figura non laboris, sed quietis & lætitiæ. Propter hoc ieiunia relaxantur, & stantes oramus, quod est signum resurrectionis. Vnde etiam diebus Dominicis omnibus ad altare obseruatur, & alleluia canitur, quod significat actionem nostram non esse nisi

De diebus pentecostes. CAP. XXXVI.

nisi laudem Dei, sicut scriptum est, Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te. De relaxatione ieiunij Ambrosius dicit in tractatu ad Romanos: Nam sunt quidam, qui feria quarta carnem non edendam statuerunt: sunt, qui sabbatis sunt iterum, qui à Pascha vsque ad Pentecosten edunt. Et Hieronymus ad Marcellam de fide nostra & dogmate heretico contra Montani sectatores: Nos vnā quadragesimam secundum traditionem apostolorum tempore nobis congruo ieiunamus: illi tres in anno faciunt quadragesimas, quasi tres passi sint saluatores: non quo & per totum annum, excepto Pentecosten, ieiunare non liceat: sed quod aliud sit necessitate, aliud voluntate manus offerre. Et iterum ad Lucinum Beticum: Atque vti nam omni tempore ieiunare possumus, quod in Actibus apostolorum diebus pentecostes & die Dominico Paulum apostolum, & cum eo credentes fecisse legimus. Et iterum in eadem: Non hoc dico, quod festis diebus ieiunandum putem, & cōtextas diebus quinquaginta ferias auferam: sed vnaquæque pro uincia abundet in suo sensu, & præcepta Maiorum leges apostolicas arbitretur. Et iterum eiusdem in cōmentario super Mattheum: Quando verò transierunt nuptiæ, & passionis ac resurrectionis tempus aduenit, tunc sponsi filij ieiunabunt. Nonnulli putāt idcirco post dies quadragesima passionis ieiunia debere omitti, licet statim dies Pentecostes & spiritus sanctus adueniens, indicet nobis festiuitatem, & ex huius occasione testimonij, Montanus, Prisca & Maximilla etiam post Pentecosten faciunt quadragesimam, quod ablato sponso, filij sponsi debeant ieiunare: Ecclesiæ autem consuetudo ad passionem Domini & resurrectionem per humilitatem carnis venit, vt spiritali saginæ ieiunio corporis præparemur. Iuxta leges autem tropologiæ sciendum, quod quandiu sponsum, nobiscum est, & in lætitia sumus, nec ieiunare possumus, nec lugere: Cū autem ille propter peccata nostra à nobis recesserit, & auolarit, tunc indicendum ieiunium est, tunc luctus recipiendus. Duas varietates habemus in ecclesia nostra de ieiunio, quod sit post resurrectionem Domini. Aliqui secundum nostrum vulgarem vsū, statuunt terminum quadragesimalis ieiunij in festiuitate sancti Iohannis. Illi, qui hoc faciunt, non possunt semper dies pentecostes excludere à ieiunio: Aliqui volunt secundum traditiones sanctorum patrum, quos prætulimus & in sequentibus habemus ponere, omnes dies Pentecostes habere in lætitia. Qui hoc faciunt, non possunt semper terminum huius quadragesimæ facere in festiuitate sancti Ioannis. Et vbi terminus ponatur, non est fixum ex scripturis sacris, neque ex traditionibus patrum. Solent aliquoties euenire, vt post pentecosten dies abundant ad numerum quadragesimæ dierum implendum vsque ad festiuitatem sancti Ioannis, hoc est, quando dies Dominicus Paschæ occurrerit in vndecimo Calendarum Aprilium, & in decimo supra scriptarum, & in nono & in octauo. Quando in memoratis octauis Kal. April. occurrerit dies Dominicus Paschæ, tunc habendus est dies Pentecostes in III. Idib. Maij. Ab illo die vsque in festiuitatem sancti Ioannis Baptistæ hebdomada sex sunt. Et, si quis voluerit Quadragesima tantummodo diebus intendere, intendat

A quando Dominicus dies paschæ occurrerit in septimo Kal. April. siue sexto supra scriptarum, & sic poterit adimplere numerum suum inter pentecosten & festiuitatem S. Ioannis, vt reor, propter memoratos dies, qui per distinctos annos conuenientes sunt termino, qui fit in festiuitate sancti Ioannis, prætermissa est diligentia pentecostes, & in cluſi sunt ipsi dies in luctu, qui deberent esse in lætitia, ex auctoritate Dominicæ præsentationis, vt solitus terminus teneatur. Si visum fuerit magistris, vt hoc diffiniant, quando tempus ieiunij peragatur eorum, qui sponte propter peccata sua ieiunant post resurrectionem Domini, videtur nobis variabilis res auferri de nostra ecclesia. Cur lætari debeamus in diebus pentecostes, abundant exempla sanctorum patrum: cur ieiunare necesse sit, vnusquisque ex corde suo cognoscit. Maior enim festiuitas est aduentus spiritus sancti, quàm festiuitas beati Ioannis baptistæ. Si includenda est festiuitas in fra ieiunium, amplius includenda est festiuitas sancti Ioannis, quàm aduentus spiritus sancti: Et si hoc statuit ieiunans siue indicens ieiunium, vt in festiuitate sancti Ioannis, vel sancti Petri & Pauli absoluaatur ieiunium, & postea peragatur, nullum detrimentum facit animæ suæ. Non sequimur nos in præfenti ieiunio Montanum & suos sectatores, sed consideramus peccata nostra, & pro eis certamus fructus dignos reddere penitentia. Ex Hieronymo memorato possumus addiscere, à quibus illa ieiunia usurpata sint aliquando, quod non ex necessitate indicenda sint ieiunia Pentecostes communi ecclesiæ, sed voluntate licere vnicique ieiunare ob deuotionem suam mentis. Ab ista licentia & ab ista libertate excluduntur, qui propriè penitentes in ecclesia nominantur.

Sequitur vna varietas inter octauas paschæ & vigiliam pentecostes, hoc est, ieiunium triduanum in vigilia ascensionis Domini. Miror quomodo inoleuit consuetudo præfentis ieiunij in nostra ecclesia, quæ tamen nō tenetur per omnes orientales ecclesias, cū sancti patres quos memorauimus, Ambrosius, Augustinus, Hieronymus dicant relaxanda ieiunia tempore pentecostes, nec non etiam venerabilis presbyter Beda de eodem tempore dicit in homiliis suis: Meritò ergò sacrosanctis diebus his nos quoque maioribus epulis atque hymnis cælestibus vacamus, ob reuerentiam nimirum Dominicæ resurrectionis, ob memoriam Dominici conuiuictus cum discipulis, simul & ob spem futuræ nostræ quietis ac vitæ immortalis. Et paulò post: Rectè etiam quinquagenario dierum numero statū futuræ nostræ beatitudinis in imagine veneramus: ieiunia videlicet relaxando, & alleluia canendo, stantes orando quæ sunt aptissima perpetuæ quietis, resurrectionis & laudis præfagia. A quo primo initium præfens ieiunium sumpsit, Gregorius Turonensis manifestat in gestis Francorum, ita dicens: In his temporibus fuit in Viēna vrbe terræmotus maximus, vbi multæ ecclesiæ & domus multorum concussa fuerunt & subuersæ: vbi bestia multæ aberrantes, lupi, vrsi acerbi ingressi per portem ciuitatis, deuorantes plurimos, per totum annū hoc faciebant. Nam veniente solennitate sancti paschæ, sanctus Mamertus, qui in ea vrbe erat Episcopus, dum Missarum solen-

De litania maiore. CAP. XXXVII.

nia ipsa vigilia celebraret, palatium quoque regale, A quod in ea ciuitate erat, diuino igne succensum est. Cùmque hæc agerentur, appropinquante ascensione Domini, indixit ieiuniū vir sanctus Dei triduanum in populo cum gemitu & contritione: & paulò post: Tunc cessauit ipsa tribulatio & subuersio. Deinceps omnes ecclesiæ Dei & sacerdotes hoc exemplum imitantes vsque ad præsens, ipsas triduanas litanias vbique celebriter colunt. Vbi dicit, omnes ecclesiæ Dei, non extra Gallias possumus eas intelligere: Vbi erant hi, de quibus Ambrosius dixit, qui quotidie statuisent carnem edendam vsque in Pentecosten, ibi non fiebat ieiunium iuxta morem nostrum, neque vbi Hieronymus, neque vbi Augustinus erat. Quod si fieret, non tam aperte prædicarent relaxationem ieiunij infra quinquaginta dies. Romana consuetudo vnum diem, id est, septimo Kalendarum Maij interponit, quem vocat in litania maiore, nõ in ieiunio: Litaniam autē, vt prædiximus, deprecatio est apud nos. Potest enim serena mens & aliena à voluntate mala, deprecari deum, quanuis manducet sobriè carnem meridie, & lætetur de resurrectione Domini: tamen maiorum patrum, id est, Apostolicorum vsus sequendus est. Forsitan ex ipso officio poterimus intelligere, quid deprecandum sit tali in tēpore. Prima oratio ad Missam dicit: Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui in afflictione nostra de tua pietate cõfidimus, contra aduersa omnia tua semper protectione muniamur. huic cõcordat offertorium, dicens: Aduua me Domine Deus meus, saluū me fac propter misericordiã tuã. Et iterum: Qui insurgūt in me, cõfundātur: Eo tēpore, id est, septimo Kalendarū Maij, possunt inimici commouere bellum aduersus vicina regna, vt reor, caute prouidit sancta ecclesiis Dominū rogare, vt qui destruxit olim consilium Achitophel, nunc destruat cõsilia eorum qui volunt irruere super pacem eius. Intendit ad hoc, quod dicit epistola: Multū enim valet deprecatio iusti assidua. Euangelium alteram petitionem sonat, dicens: Quis autem ex vobis patrem petit panem? & iterum, Aut piscem. & iterum, Aut si petierit ouum? In istis tribus tria tēporalia petēda possumus intelligere, & tria spiritualia. Per panem, omnia bona quæ de terris nascuntur: per piscē quæ de aquis: per ouum, animalia quæ coeunt simul. Hæc. n. memorato tēpore in aliquo profectu sunt: Germina messis pullulant, arborum fructus ex flore prodeunt, vineæ atque olei liquor suis ab arboribus serumpit: pullorum animantia campos tondent. Quoniã hæc necessaria sunt nostris vsibus, petenda sunt à Domino, vt conseruentur. At spiritualia, ita: Per panem, charitatem: per piscem, fidem: per ouū, spem: Quibus tribus colitur à nobis diuinitas. Hæc illo in tempore præcipuè petenda sunt à Domino, quando resurrectio Christi & ecclesiæ celebratur, vt his roborati, in iustificatione persistamus, Officiū Romanum cantamus, & tempus eius deprecationis prætermittimus. Interest, secundum Hieronymum, quando ex voluntate munus offertur Deo, & quando ex necessitate. Voluntate omni tempore munus possumus in abstinentia rerum percipiendarum offerre Deo, sed ex necessitate non oportet.

De vigilia Pentecostes. CAPVT XXXVIII.

Veniendum est modo ad vigiliis pentecostes. In eis leguntur lectiões quatuor, & canuntur

quatuor cantica ante baptisimi consecrationem, sicut in vigiliis Paschæ. Ibi legimus, In principio creauit Deus cælum & terram: In vigiliis pentecostes, Tentauit Deus Abraham. In illa non sequitur canticum: in ista sequitur. Lectiões ad memoriam nobis adducunt duos patres, vnum secundum carnem, alterum secundum spiritum. Adam qui in priore lectiõe memoratur, carnalis est pater, à quo originem omnes ducimus, qui peccauit non obediendo præcepto Dei: Cui non subditur canticum victoriæ. Abraham pater spiritualis, quia eius fidem imitando filij eius efficiuntur, & populus Dei vocatur. Ille restituit obediendo in immolatione filij sui, quod primus offendit non obediendo. Cui meritò subditur canticum victoriæ, occidit enim vitium inobedientiæ. Ipsum sonat oratio sacerdotis: Deus qui in Abraham famuli tui opere, humano generi obedienciæ exempla præbuit, & reliqua. Hæc lectiõ ad historiam pertinet: vt legitur, ita factum est. Sequitur alia lectiõ: Scripsit Moyses canticum, De quo canticum dicit, cãtor illic demonstrat, scilicet, Attende cælū, De quo Beda super Lucã: Ad memoriam præcæ religionis cãticum Deuteronomij, in quo vniuersus veteris populi status, quid videlicet offensus, quid propitiõ Deo meruerit, continetur, nonnullis in locis sabbato dicere consuevit. Alioquin esset præposterum vt prioribus septimanæ diebus prophetarum dictis carminibus Moysis vltimum diceretur. Ac per hoc, quia præcesserunt boni mores in filiis Abraham, antequam apprehenderent septem mulieres virum vni, proponitur lectiõ, Scripsit Moyses canticum: & canticum, Attende cælum, (vbi Adam ad memoriam reducit, qui est imago totius humani generis, in quo maior pars erat infidelis ante Christi aduentū.) Vineã factã est, scilicet sacramentum Christi & ecclesiæ, (quod pertinet ad allegoriam) præcedit: quia nisi is venisset, boni mores ad vniuersum orbē non transissent. De tertia lectiõe iam dictum est, in qua septem dona spiritus sancti de obedientibus faciunt vnum virum, de quo dicebat Paulus, donec occurramus omnes in virum perfectum, & reliqua. Quarta lectiõ est Ieremiæ prophete, quæ dicit inter cetera: Disce vbi sit sapiētia, vbi virtus, vbi prudentia, vt scias simul vbi sit longiturna vita & victus, vbi sit lumē oculorum & pax. Præsentibus verbis ad sitim aliquam vocat audientes, scilicet, sapientiæ, virtutis, prudentiæ. Quare hoc: Vt sciat audies, vbi sit longiturna vita, lumē oculorū, & pax. Quod percipit discere, ad desiderij pertinet fontis, iuxta quod respondet audiens: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, & cetera. Vbi rationem dicit, quare desiderat fontem, ibi superiorem vitam intimat dicendo, vbi sit longiturna vita & lumen oculorum & pax, quæ pertinet ad anagogen. Et sacerdos ita: Omnipotens sempiternus Deus, qui hanc solennitatem aduentus spiritus sancti consecrasti, Da nobis, quæsumus, vt cælestibus desiderijs accensī, fontem vitæ sitiamus. Vbi dicit, cælestibus desiderijs accensī, anagogicum sonat. De litaniam circa baptismum, & alleluia, & tractu, dictum est. Parum libet de alleluia & Tractu iterum recordari. Alleluia in memoratiõe primæ vitæ innocentis Adæ, cantatur: sed quia non fuit eadem innocentia sempiterna,

sempiterna, in tractum conuertitur. Verbi gratia: A Fui catechumenus Constantinopolitans: quæsiuit me Dominus meus misericors & piissimus, inuenit me captiuum: occidit illum qui me rapuit propter meam incuriam, & me reddidit libertati, vt reuerterer ad patriam meam. Quam ingens gloria apud me, quia erutus sum à seruitute, & redditus libertati! Tamen quia longa via & laboriosa & periculosa restat, redeundo ad patriam meam, post magnam lætitiã aliquo tædio affectus sum, ne sciens, vtrum perueniendum sit ad patriam, quasi de aliquo gradu descendens à maiore lætitiã, id est, ab Alleluia, in minorem quasi in tractum. Patienter tamen fero, laudando ereptorem, iter iniuctum, B si aliquo modo aliquãdo reuerti potero ad patriam. Insuper etiam ereptor meus mittit mecum defensores, qui me defendant de barbarica rabie, quæ vndique circumdat iter meū. Ipsi defensores sunt baptismalia sacramenta, & ceterus, atque patronus, qui mecum versantur vsque ad septimum diem lauationis albarum. Septima dies, vt sæpè dictum est, illam requiem designat, quam exeuntes de mundo suscipimus, quæ sine vilo periculo manebit. Ad distinctionem alleluia & Tractus, quam volumus hic demonstrare, hæc parua mihi sufficiunt: insuper etiam placet hic intimare, quæ distantia sit inter lectiões quæ leguntur in Vigiliis Paschæ, & eas quæ leguntur in Vigiliis Pentecostes. Quod enim distat inter Adam & Abraham, hoc oportet differre inter doctrinam magistrorum ad catechumenos, qui baptizantur in Pascha Domini, & in Pentecoste. Deberet eis narrare periclitatiõe humani generis vsque ad internecionem propè per inobedienciam Adæ, sicut tunc erat quando nullus hominū Deum colebat, nisi solus Abraham. Ipsa internecio permansit in vniuerso genere humano, exceptis his aliquibus qui de Abraham stirpe prodierant: In illo enim, id est, Adam per aduentum Christi primo occisus est diabolus. postea per dilectionem septem mulierum, coniunctum est Christo genus humanum. Deinde ad bona opera directum est. Ille ordo seruatur in vigiliis Paschæ. Alter est in vigiliis Pentecostes. In isto recolitur quomodo Abraham Deo placuit per obedienciam, & sua progenies in bonis moribus delectata sit, cui tamen necesse est in nouo testamento, vt adiungatur per baptismum Christo, & sic in eo maneat vsquedum perducatur ad cælestē regnum.

De sequētibz septē diebus Pentecostes. CAP. XXXIX.

Inchoat in sequentibus diebus presentis hebdomadæ quid agere debeamus, Dominus Beda manifestat in homilia sua, dicens: Verūm hoc quoque, quod non statim peracta die quinquagesima, E genu ad adorandum curuamus, sed & illa adhuc septimana stantes Domino supplicamus, & quamuis intermissa repetentes ieiunia, tamen alleluia quotidie personamus, nemo absque discretionē apta & congrui ratione mysterij putet actitari. Quia enim spiritus sancti septiformis est gratia, iure solennitas aduentus eius per septem dies laude hymnorum debita, simul & Missarum celebratione colitur. Quia tempore pentecostes ecclesiã toto orbe nouos semper Deo populos per aquam regenerationis aggregare consuevit, meritò saluti corū congaudentes quousque albis induuntur stolis, & ni-

torem purificatæ mentis, splendore habitus demonstrat, hymnum Deo deuoræ laudis offerimus iuxta præceptum ipsius piissimi pastoris ac redemptoris nostri, qui ait: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat. Meritò etiam tunc stantes oramus ob significationem, videlicet liberationis eorundē, qui per donum spiritus sancti de morte animæ ad vitam resuscitari atque resurgere meruerunt. Cuius donante gratia, etiam carnis immortalitate nos in nouissima die vestiendos, atque ad gaudia beatæ resurrectionis perducendos esse speramus.

S Olet quæri inter vulgares, quanto tempore debeant vnctionem chrisimatis obseruare in capite, vt non lauentur qui accipiunt manus impositionem absque tempore baptisterij: Quibus potest responderi, quãto tempore generaliter ab ecclesiã celebratur aduentus spiritus sancti super Apostolos, tanto tēpore celebretur apud vnumquemque qui eū acceperit, hoc est, septē diebus. Et non immeritò quia enim spiritus sanctus in septem mulieribus venit ad hospitem suum, fas est, vt vnicuique mulieri conuiuium suum paretur per singulos dies, de quibus mulieribus dicit Isaias, Apprehendent septem mulieres virum vnum. Conuiuium illarum mulierum est, quando ipsæ de se faciant hospitem suum. Talia conuiuia exercebat Christus apud conuiuas suos, talia & spiritus sanctus exercet. Hospes spiritus sancti, mens est hominis. Mens tanto amplius sariatur à sagina spiritus sancti, quanto minus fuerit dedita carnalibus desideriis. Ita accipiens obseruet tempus aduentus spiritus sancti, vt solet charus amicus circa charum amicum obseruare. Quando charus aliquis ad amicum charum venit, in nullo vult ille, qui suscepit, illum offendere, sed quicquid nouit ei placitum esse, hoc ex corde benigno ei adhibet: ita quicquid cognouerit suscipiens spiritum sanctum, placitum ei esse, hoc illi exhibeat, quandiu cum illo est. Si hoc fecerit, forsitan citius poterit ei reconciliari, quando aliqua offensa recesserit ab eo. Quando chrisimatus recordatur vnctionem chrisimatis sibi adesse, tunc potissimum recolit debere se esse sub disciplina spiritus sancti. Vnctio illa ideo fit, vt sciamus quid inuisibiliter operetur spiritus sanctus in nobis. Oleum solet fessorum membra fouere, balsamus solet redolere. Fessa sunt membra animæ nostræ, quando penitet se egisse, quod contra voluntatem Dei est. Ad quam solet venire spiritus sanctus, & ei monstrare dimissa peccata siue dimittenda. Vnde & ipse spiritus sanctus consolator dicitur. De qua re dicebat David: Secundum multitudinem dolorum meorū in corde meo, consolationes tuæ lætificauerūt animam meam. Hunc spiritum sanctū acceperunt Apostoli in terra, quando Christus insufflauit eis in faciem, & dixit: Accipite spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, remittuntur eis. Non solum hoc operatur spiritus sanctus, id est, vt remittatur peccata, sed etiam præstat bona opera, quæ per opinionem bonam in alios bonum odorem inspirant: ibi est balsamus. Hunc enim modum acceperunt Apostoli die pentecostes, hoc est, vt virtutem signis odorem notitiæ suæ porrigerent populo. Est etiam alia natura olei, id est, vt lumen præstet. Hoc enim spiritus sanctus operatur

Quanto tēpore debeant esse sub disciplina chrisimatis, qui non conuequunt manus impositionem spiritus sancti. CAP. XL.

in homine, ut lumen habeat intelligentiæ: operatur A simul & balsamum, quando per ora loquentium lumen, quod intrinsecus dedit, ad cæterorum notitiam perducit cum dulcedine eloquij. Non enim frustra spiritus sanctus super Apostolos venit in die pentecostes in vento & igneis linguis: voluit futuræ ecclesiæ monstrare quod operaturus esset in Apostolis per aduentum suum venit in vento vehementi, ut ostenderet se excussurum esse ab Apostolorum cordibus omnem cupiditatem terrenam. Sicut enim ventus vehemens proicit puluerem à facie terræ, sic aduentus spiritus sancti à corde hominis eiicit omnem terrenam cupiditatem. In igneis linguis apparuit, ut demonstraret quales facturus erat Apostolorum linguas, hoc est, loquentes & ignita verba infundentes in corde credentium. Hæc enim verba ignita, consumunt peccata, & accendunt corda ad amorem æternæ patriæ. Ipsa est charitas quæ diffunditur in cordibus credentium, & facit ea vnum cor esse ad imitationem suæ propriæ substantiæ, hoc est, ut vnum velint sicut sancta Trinitas vnum vult. Hoc primum oportet conseruare illum, qui accepit spiritum sanctum, ut in nullo discordiam habeat ab vnitæ ecclesiæ. Demonstratur etiam per alteram apparitionem spiritus sancti in columbæ specie, altero modo eadem virtus charitatis, hoc est, per simplicitatem. Simplex est enim animal columba, & à malitia fellis alienum, ac ideo per eam voluit se monstrare, ut innotesceret hospitibus suis, simplices esse debere. Quomodo simplicitas debeat obseruari, Apostolus docet, dicens, prudentes in bono, simplices in malo. Hoc est, sciat sibi ipsi homo prodesse & cæteris fratribus, & nec sibi ipsi officere & aliis. Ille sibi officit, qui in tempore aduentus spiritus sancti carnali concupiscentia inquinatur. Ac per hoc se contineat à complexu fœminarum, qui non perficitur sine carnali concupiscentia: abstineat se à crapula & ebrietate, ut mēs fagineur spiritali cibo: abstineat se à mendacio & ab omni simulatione, quoniam spiritus, quem suscepit, fugit fictum. Non enim paruam peccatum est mendacium, si comparauerimus luxuriam & castitatem, & mendacium & veritatem: non minus videbitur peccare, qui mentitur, quam qui polluitur luxu. Non est maior castitas veritate, ipsam Dei substantiam dicimus veritatem. Qui mentitur, veritatem corrumpit, quantum in se est. In eo homine vbi duo corda sunt, non habitat ille spiritus qui facit vnanimis in domo. Multi enim loquuntur verbis ad vnum hominem, & ad alterum oculis innuendo. Porrigit ex vno corde dulcedinem verborum cui loquitur, ex altero corde alteri dolū, per quem venenū in corde eius fundit cui loquitur. Qui hoc facit, in eo non est spiritus sanctus. Est qui ridet ore, & corde machinatur malum aduersus eum cui porrigit risum: & iste habet duo corda, quapropter non in eo habitat spiritus sanctus. Hoc vestimentum, id est, simplicitatis, perdidit miser Adam, quando se nudum cognouit. De qua rescribit Augustinus in libro Genesios contra Manichæos: Quod autem nudi erant Adam & mulier eius, & non confundebantur, simplicitatem animæ castitatemque significat. Nam & Apostolus ita dicit: Aptauit vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. Timeo

autem, ne sicut serpens Enā fefellit in versutia sua, ita corrumpantur mentes vestræ à simplicitate & castitate, quæ est in Christo. Er post pauca, Quomodo videbant, si clausi erant oculi? Sed hoc dictum est, ut intelligeremus eis oculos esse apertos, postquam de fructu illo acceperunt, quibus se nudos videbant, & displicebant sibi, id est, oculos astutiæ, quibus simplicitas displicet. Cùm enim quisque ceciderit de illa intima & secretissima luce veritatis, nihil est vnde velit placere superbia, nisi fraudulenti simulationibus. Hinc enim & hypocrisis nascitur, in qua multum sibi videntur cordati, qui potuerunt fallere, & decipere, quem voluerunt. Quia de cõuiuio superius fuimus locuti, quod debet hospes parare spiritui sancto per septem dies, ita tamē, ut ab eodem spiritu sancto petat idem conuiuium & credat se accipere, bonum est, ut demonstramus ei, quid per singulos dies possit ministrare suscepto hospiti suo. Dies singulos dicimus profectus quosdam mentium. Dicit Petrus in epistola sua: Vos autem omnem curam subinferentes, ministrare in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam: in patientia pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore fraternitatis charitatem. Qualiter isti cibi parandi sunt, Beda exponit in tractatu super septē epistolas canonicas, dicens: Virtutem hoc loco non pro fortitudine ac miraculis, sed pro conuersatione bona posuit, quæ fidei rectæ iungenda est, ne sine operibus ociosa sit & mortua. In quo recte omnem curam subinferre præcipit, quia qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera destruentis. In virtute autem scientiam, iuxta illud Esaiæ: Discite bene facere, quærite iudicium. In scientia autem abstinentiam, ut cùm bona facere didicerint, mox à malis abstineant, ne in vacuum scientia cælestium cedat, si se ab illecebris terrestribus quis continere neglexerit. In abstinentia autem patientiam. Abstinentiam necesse est semper patientia comiteretur, ut quicumque à voluptatibus mundi se continere didicit, eius quoque aduersa, corde firmo sustineat, à dextris videlicet & à sinistris, per arma iustitiæ munitus. In patientia pietatem, ut erga eos, quos patienter tolerat, etiam pius existat, iuxta illud Apostoli Pauli, Charitas patiens est, benigna est. In pietate autem amorem fraternitatis, ut non alterius rei intuitu pietatis opera suis quisque aduersariis impendat, nisi fraternæ tantum dilectionis, hoc videlicet tota intentione procurans, ut quos docendo solum vel redarguendo nequit ad effectum pietatis, orando vel bene faciendo conuertat. In amore autem fraternitatis, charitatem. Charitatem hoc loco appellat specialiter eam, qua conditore diligimus, quæ proficientibus virtutum gradibus, merito amori fraternitatis adiungitur, quia nec Deus sine proximo, nec sine deo proximus perfecte valet amari. Et quidem Dei amor excellentior est amore proximorum, quia illos sicut nosmetipsos, Deum verò toto corde, tota anima, tota virtute diligere iubemur: sed tamen consuetudine nos amoris fraterni oportet ad amorem conditoris ascendere. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt quotidie, Deum quem non videt, quomodo potest diligere? Hæc enim omnia

De Missa Innocentij. CAP. XII.

omnia si vobiscum ad sint, & superent, non vacuos A & sine fructu vos constituas. Contigit causa, ut ea primò scriberem atque porrigerem, quæ statim postponere in ordine opusculi nostri, in qua posteriore parte ordinem status officiorum debui interponere de Missa Innocentium: sed quia oblitus sum tunc illud introducere, nunc æstimo me inuenisse congruum locum, ut post spiritum sanctum qui innocentes facit, veritatem Missa Innocentij introducerem, ac ideo hic habeat locum De Missa Innocentium: prætitulatur in Antiphonario sic: Gloria in excelsis Deo, non cantatur, nec alleluia, sed quasi in tristitia ducitur dies ille. Compositor officij præsentis coniungi nos vult animis deuotarum fœminarum, quæ in morte innocentum doluerunt & planxerunt. Sicut separant nos ab actu malorum ludæorum in cæna Domini, siue in parasceue, siue in sabbato à mittendo oscula siue cætera sueta: ita contingit in præsentis festiuitate dolori deuotarum fœminarum. Causa earum tristitiæ omittimus, Gloria in excelsis Deo, & alleluia.

Explicit liber primus.

Capitula secundi libelli.

1. De 12. lectionibus.

2. De ieiunio annuo quatuor temporum.
3. De numero lectionum per tres memoratos dies,
4. De clericis, quonominè generaliter nos vocamus.
5. De tonsura.
6. De ordinibus sacris, quos episcopi nostri consuetò more frequentant.
7. De ostiariis.
8. De lectoribus.
9. De exorcistis.
10. De acolytis.
11. De subdiaconibus.
12. De diaconis.
13. De presbyteris.
14. De pontifice.
15. De habitu sacrorum ducum.
16. De non vtendis vestibus sacris in quotidiano vsu.
17. De amictu.
18. De alba.
19. De casula.
20. De stola.
21. De Dalmatica.
22. De tunica, quam sacerdos induit super camisiam.
23. De pallio quo vtuntur archiepiscopi.
24. De sudario.
25. De varietate sandaliorum.
26. Recapitulatio vestimentorum.

SECUNDVS LIBER INCIPIT.

De duodecim lectionibus. CAP. I.



Ex lectiones ab antiquis Romanis Græcè & Latinè legentur, (qui mos apud Constantinopolim hodiè que seruetur) ni fallor propter duas causas: vnam, quia aderant Græci, quibus incognita erat Latina lingua, aderantque Latini, quibus incognita erat Græca: alteram, propter vnanimitatem vtriusque populi. Duodecim lectiones, propter duodecim lectiones dicuntur, non propter duodecim varietates sententiarum: Sex lectiones sunt tantummodo in sententiis. Neque enim si dixerimus amen, verum: propterea duas varietates intelligere debemus, sed vnam. In temporibus quando agimus 12. lectiones, solemus ieiunare, etiam si prouenerint in octauis Pentecostes, quando celebratur festiuitas septiformis spiritus & neophytorum. Vnde Dominus Beda dicit in Homilia sua: Quod verò inter hæc ieiuniorum castigatio reperitur, de ipsorum Apostolorum exemplo sumptum credere debemus, qui accepto spiritu, quo perfectius noua cælestium bonorum suauitate fruebantur, eò alius mentem à memoria deliciarum abstulere terrestriū. Iam enim aduenerat tempus illud, de quo Dominus prædixit, quia discipuli, ipso secum conuersante, ieiunare non possent: ablato autem eo, ieiunarent. Nam cùm interrogarent eum discipuli Ioannis, dicentes: Quare nos & Pharisei ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant: ait illis, Nunquid possunt filij sponsi ieiunare, quandiu cum illis est sponsus, & tunc ieiunabunt. Quia ergo & ante passionem, & post resurrectionem Dominicam pro-

pter ipsius Domini presentiam lugere ac ieiunare nequiverant, constat profectò, quia post ablationem eius, spontaneis sese subdiderunt ieiuniis. Nanque vbi spiritus sancti sunt acceptione recreati, sicut à cæteris mundialibus illecebris, sic & ab epularum appetitu mentem prorsus auerterant, anime potius quam corporis alimonia gaudentes, & pro memoria patriæ cælestis, orationibus ac lachrymis insistentes salubribus. De eodem ieiunio scribit sanctus Leo Homiliam: Vt ieiunium celebraretur in ordinatione sacri ordinis, primitiæ Ecclesiæ mos obtinuit. Sic enim scriptum est in Act. Apostol. Erant autem in ecclesia, quæ erat Antiochiæ, propheta & doctores, in quibus Barnabas & Simeon qui vocabatur Niger. Et post pauca: Ministrantibus autem illis Domino & ieiunantibus, dixit spiritus sanctus: Separate mihi Barnabam & Saulum in opus, quo assumpsi eos. Tunc ieiunantes & orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos. Et ipsi quidem missi à spiritu sancto, abierunt Seleuciam. Et in alio loco: Et cùm constituisent illis per singulas ecclesias presbyteros, & orassent cum ieiuniis, commendauerunt eos Domino, in quem crediderunt. Quauis & continuatum ieiunium per aliquod spatium possit intelligi in supradictis verbis Domini Bedæ, tamen non excluditur ieiunium pro ordinandis. Et quia mentio est introducta de 12. lectionibus, oportet eam inchoare à tempore primi mensis. In duodecim lectionibus consecratio sacrorum ordinum celebratur. Ipsa enim consecratione hoc agitur, ut homo Deo coniungatur, monstrante hoc sancto Gregotio ad interrogationem Augustini Anglorum episcopi, quado interrogauit, si solus episcopum ordinare posset,

illo respondente, si difficultas esset aliorum episcoporum, posse: sin autē, essent tres aut quatuor. Quae de causa ita inquit: Nam in ipsis rebus spiritalibus, vt sapienter & maturē disponantur, exemplum trahere à rebus carnalibus possumus. Certē enim, dū coniugia in mundo celebrantur, coniugati quique vocantur, vt qui in via iam coniugij præcesserunt, in subsequētis quoque copulæ gaudio misceantur. Cur non ergo & in hac spiritali ordinatione, quae per sacrum ministerium homo Deo coniungitur, tales conueniant, qui vel in profectu ordinati episcopi gaudeant, vel pro eius custodia omnipotenti Deo preces pariter fundant. Primi Apostolici semper in Decembrio mense, in quo natiuitas Domini nostri Iesu Christi celebratur, consecrationes ministrabant vsque ad Simplicium, qui fuit à B. Petro quadragesimus nonus. Ipse primus sacrauit in Februario, ni fallor, nullam ob aliam causam, nisi intimando coniungendos propinquius Christi corpori, qui per sacrum ministerium prouehuntur. Quod nullo modo satius fieri potest, quam si per eos patriarchas, ex quibus Christus natus est, generentur. Quod impossibile est secundum carnem, secundum verò spiritum dignum & habile hoc est, vt per interpretationes patriarcharum nominum nascantur mente, qui genealogiæ Christi videntur familiarius adscisci: Et quia incongruum est, sicut vnicuique generationi singularis hebdomada deprecatur, ita per vnāquamque hebdomadam consecrationem celebrari, causa congruenti per singula tempora quae conuenire possunt virtutibus & interpretationibus patriarcharum qui in articulis genealogiæ positi sunt, consecratio celebratur. Per tres *τρεῖς ἡβδομαδα;* annuales, sicut hebdomadae quadraginta duae. Tot generationes secundum Mattheum Christi sunt cum ipso. Tot etiam hebdomadae inueniuntur à prima sabbati primi mensis, usque ad quartam sabbati decimi mensis. Consecratio prima celebratur prima sabbati. primi mensis, quae quasi in loco Abrahæ generat Christum. Abraham interpretatur pater multarum gentium, cui dictum est: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Si quis consecratus sit in semine multorum conuerterentium, per sua exempla ad Dominum, est primo patriarchæ Abraham genitus: est ipsum semen Christus, in quo semine promissum est Abrahæ benedici omnes gentes. Ipsa consecratio tempore verno celebratur, quod tempus habile est procreationibus. Nam & Abraham tertia ætate fuit huius mundi, quæ ætas comparatur adolescentiæ, quæ habilis est generationi filiorum. Secunda consecratio est in quarto mense secunda sabbati, quod est initium secundi catalogi quatuordecim hebdomadarum. Hæc deputatur in loco David filiorum. David interpretatur fortis manu, ipse prostravit Goliath, id est, humilitas superbiam. Qui consecrantur, propterea consecrantur, vt fortes sint per humilitatem, & superbiam deiiciant. Ipsa celebratur in Iunio mense, quando feruor magnus solis est super terram. Omnibus notum est, David bellicosum fuisse, & valde arsisse in Marte. Tempus Iunij aptum est bellis. Tertia consecratio celebratur in Septembrio tertia sabbati, quod est initium tertij catalogi. Hæc deputatur generationi Iechonias.

Ichonias interpretatur præparatio Domini. Nullique dubium si omnes oportet preparari in aduentu Christi, quin potissimum eos qui consecrantur, quæ consecratio habet finem in ipsa natiuitate Christi, quæ aliquando in tertia hebdomada finitur propter anticipationem dierum natiuitatis Domini, & habet tredecim hebdomadas, aliquando in quarta propter tarditatem, & habet quatuordecim. Neque hoc sine ratione est, quia si computatur catalogus nouissimæ tesseradecadis, & semel computetur Iechonias, non amplius inueniuntur cum ipso Christo, quam tredecim generationes: si ipse bis computetur, quatuordecim inueniuntur.

Diximus de ieiunio quod fit in duodecim lectionibus pro his qui ad ordinationem accedunt, desideramus, si Dominus dederit, cuius muneri ingratus nullus debet esse, nec diues, nec pauper, ex demonstratione sancti Augustini monstrare medicamina ieiunij quatuor temporum: quod quantis ordinatio in memoratis temporibus non celebretur, sicut nec à primis episcopis celebrata fuit: tamen necessarium oportere nostræ religioni quatuor ieiunia annuatim celebrare. Quae de re cogito, quia illa præcesserunt, in his duodecim lectiones statutas esse, & non ieiunium propter ipsas, sed ipsas propter ieiunium præcedens. Atque ipsa quatuor ieiunia opinamur esse initium quadragesimalis temporis. Denarius numerus totam disciplinam nostram continet. Nostra disciplina talis est, vt creatura feruiat creatori. Creator Deus in tribus personis colitur. Colitur ab animo, qui eum diligit ex toto corde, ex tota anima, ex tota virtute: cui subiicitur corpus ad regendum ex quatuor elementis, id est, calido, sicco, frigido, humido. Quod si bene rexerit, id est, tria & quatuor, quæ sunt septem, deuotissime subditur homo creatori, & sunt decem. Quatuor temporibus annus voluitur: vere, ætate, autumno, hyeme. Hæc quatuor tempora solent nos per delectamenta sua reuocare ab amore creatoris, quae de re ieiunandum est in vnoquoque tempore, vt castigetur nostra quatuor elementa, ne subripiantur à delectationibus mundi. Ipsa enim quatuor elementa coniuncta sunt in sua natura quatuor temporibus anni: Ver est calidum & humidum, in eo facimus vnum ieiunium, vt elementum humoris in nobis castigetur, ne consentiat falsæ pulchritudini veris. Ex humore & calore nascitur pulchritudo terræ. Ætas sicca est & calida, in qua alterum ieiunium facimus, vt castigetur elementum caloris in nobis, ne consentiat incendio carnali. Tertium ieiunium fit in autumno, qui est humidus & siccus, ne aliquo languore animi arescamus ac defluamus, & inueniamur sine pinguedine oleæ in æterno tabernaculo. Etenim illo tempore congregamus, quo fruamur in futuro. Quartum ieiunium fit in hyeme, quæ est frigida & humida: ne membra nostra fluxu atque luxu soluantur in comestationibus & potationibus, ac per hoc negligatur amor Dei. At quia quatuor tempora annorum nos impediunt ab amore Dei, quatuor ieiunia facimus, per singula quoque tempora suum ieiunium, vnumquodque ieiunium pro suo tempore. Simili modo diurna curricula quatuor, nos impediunt ab amore cælestium, scilicet, matutinum, meridianum, vespertinum,

De ieiunio annuo quatuor temporum. CAP. II.

pertinum, nocturnum: per hæc etiam quotidie ab amore æternorum retrahimur. In vnoquoque ieiunio tres dies sunt, quia vnumquodque tempus tres menses habet, pro vnoquoque mense singuli dies ieiunio consecrantur. Ast verò quia quotidiana peccata aggrauant, non sufficit vnum ieiunium per vnumquodque tempus, ac per hoc quadragesimale tempus inducimus, quo quotidiana peccata asfliguntur. Denarius, qui pertinet ad disciplinam nostram, quater ductus, quadraginta facit. In ipso denario præsidet sancta Dei Trinitas, & regit creaturam suam, vt aliena sit à deceptione primi parentis: quod nos boni facimus, ipse facit in nobis. Modò ponamus verba Sancti Augustini. Dicit in libro questionum cap. lxxxiii. Omnis sapientia & disciplina est, quæ ad homines erudiendos pertinet, creatorem creaturamque dinoscere, & illum colere dominantem, istam subiectam ferari. Est autem creator Deus, ex quo omnia, per quæ omnia, in quo omnia: & ideo Trinitas, pater & filius & spiritus sanctus. Creatura verò partim est inuisibilis, sicut animus: partim visibilis, sicut corpus. Inuisibiliter ternarius numerus tribuitur, quæ de re diligere Deum tripliciter iubemur, ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente: Corpori quaternarius, propter euidentissimam naturam eius, id est, calidam & frigidam, humidam & siccam. Vniuersæ ergo creaturæ est septenarius numerus. Quapropter omnis disciplina dinoscens & discernens creatorem atque creaturam, denario numero insinuat. Et iterum in libro de doctrina Christiana secundo: Quaternario nanque numero & diurna & annua curricula peraguntur: diurna, matutinis & meridians, vespertinis nocturnisque horarum spatiis: Annua, vernis, æstiuis, autumnalibus, hyemalibusque mensibus. A temporum autem dilectione, dum in temporibus viuimus, propter æternitatem, in qua viuere volumus, abstinendum & ieiunandum est, quantis temporum cursibus ipsa nobis insinuetur doctrina contemnendorum temporum, & appetendorum æternorum. Porro autem denarius numerus, creatoris atque creaturæ significat scientiam. Nā Trinitas creatoris est, septenarius autem numerus creaturam indicat propter vitam & corpus: Nam illa tria sunt: vnde etiam toto corde, tota anima, tota mente diligendus est Deus: in corpore autem manifestissima quatuor apparent, quibus constant, elementa. In hoc ergo denario dum temporaliter nobis insinuat, id est, quater ducitur, castè & continenter à temporum dilectione viuere, hoc est, quadraginta diebus ieiunare. Quibus diebus eadem ieiunia celebrentur, oportet memorari, scilicet quarta feria, sexta & septima. Quarta, quia in ea fecerunt Iudæi consilium, vt occiderent Christum: sexta cum occiderunt: septima, Romanorum more, ieiunio concluditur propter tristitiam apostolorum de morte Domini, vt Innocentius narrat in Decretalibus. Sabbato, inquit, ieiunandum esse ratio euidentissima demonstrat. Nam si diem Dominicam & venerabilem resurrectionem Domini nostri Iesu Christi, non solum in Pascha celebramus, verum etiam per singulos circulos hebdomadarum ipsius diei imaginem frequentamus, ac si sexta feria propter passionem Do-

mini ieiunamus, sabbatum prætermittere non debemus, qui inter tristitiam atque lætiam temporis illius videtur inclusus. Cur in ea potissimum die consecratio celebretur, Augustinus scribit ad Ianuarium: Sabbatum commendatum est priori populo in ocio corporaliter celebrando, vt figura esset sanctificationis in requie spiritus sancti. Nunquam enim legimus in Genesi sanctificationem per omnes priores dies, sed de solo sabbato dictum est, Sanctificauit Deus diem septimum. Quia ergo charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis, ideo sanctificatio in septimo die commemorata est, vbi requies commendatur. Episcopi consecratio transit ad Dominicū diem. Ipse est vicarius Apostolorum, immò etiam Christi. Eo die accipit donum spiritus sancti, quæ die dignatus est illustrare corda Apostolorum.

Quarta feria leguntur duæ lectiones, quoniam debent hi qui ad sacrum ordinem transeunt, admoneri, vt habeant notitiam legis & prophetarum. Quarta ætate mundi, lex & prophetae viguerunt, Apostolus admonet de doctrina, dicens ad Titum: Amplectentem eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui resistunt, redarguere.

De numero lectionū per tres menses. CAP. III.

Quod ita Hieronymus in epistola ad Titum: Obtimeat eam qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt quomodo sermo Dei, fidelis & omni acceptione dignus: sic & ille talem se præbeat, vt omne quod loquitur, fide dignum existimetur, & verba ipsius sint regula veritatis. Potens quoque sit eos, qui seculi huius turbinibus exagitantur, consolari, & per suam doctrinam infirma præcepta destruire. Sana autem doctrina dicitur ad distinctionem languidæ infirmæque doctrinæ. Talis quoque sit, vt contradicentes arguat hæreticos, sicut Iudæos, & seculi istius sapientes. Et superiora quidem quæ in episcopi virtutibus posuit, ad vitam pertinent: hoc verò, quod ait, vt potens sit consolari in doctrina sana, & contradicentes arguere, referendum est ad scientiam: quia si episcopi tantum sancta sit vita, sibi prodesse potest sic viuens: porro si & doctrina & sermone fuerit eruditus, potest ceteros quoque instruere, & non solum docere suos, sed & aduersarios repercutere, qui nisi confutati fuerint atque conuicti, facile queunt simplicium corda peruertere. Hic locus aduersus eos facit, qui inertia se & ocio somno dantes, putant peccatum esse si scripturas legerint, & eos qui in lege Domini meditantur die ac nocte, quasi garrulos inutilēque contemnunt, non animaduertentes Apostolum post catalogum conuersationis episcopi, etiam doctrinam similiter præcepisse. Hæc præterea interposui, vt intentum facerem ordinandum ad notitiam legis & prophetarum. Sexta feria vna legitur. Apparet, quia lex & prophetia in vno euangelio recapitulatur, quod legitur in sexta ætate mundi. De responforiis non est necesse hic aliud dicere, quam quod singulis lectionibus singuli responforij respondeant, vt mos est. In futuro eos referuamus. In sabbato quando benedictio datur, quatuor leguntur. Quatuor ordines sunt benedictium Dominum, quos Psalmita commemorat, dicens: Domus Israël, bene-

dicite Domino: domus Aaron, benedicite Domino: domus Leui, benedicite Domino: qui timetis Dominum, benedicite Domino. Illas benedictiones ita explanat Augustinus in libro Psalmorum: Benedicite populi Dominum, hoc est, domus Israël generaliter: Benedicite præpositi, hoc est, domus Aaron: Benedicite ministri Dei, hoc est, domus Leui: Qui de cæteris nationibus timetis Dominum, benedicite Domino. Omnes ergo vna voce dicamus, quod sequitur, Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Ierusalem. In istis lectionibus imbuuntur ordinandi ad exempla sanctorum quatuor ordinum patrum, quæ si sequuti fuerint, poterunt habere partem cum eis benedicendi Domino, siue quod benedictio illorum super eos veniat. Ex lectionibus præsentibus ieiunij primi post pentecosten discamus, si quatuor ordines memorati, quatuor lectionibus conueniant. Prima lectio dicit: Effundam spiritum meum super omnem carnem, & reliqua. In his verbis & in sequentibus demonstratur generaliter domus Israël. Sequens lectio dicit, Offeretis sacrificium nouum Domino ex omnibus habitaculis vestris, panes primitiarum duos de duabus decimis, quos eleuabit sacerdos coram Domino. Sacerdos præpositos demonstrat, quod est domus Aaron. Tertia lectio dicit, Accedensque ad sacerdotem qui fuerit in diebus illis, & dices ad illum: Prosteor hodie coram Domino Deo tuo qui exaudiuit nos. & post pauca: Et idcirco nunc offero primitias frugum terræ, quam Dominus dedit mihi. Et dimittes eas in conspectu Domini Dei tui, & adorato Domino Deo tuo, epulaberis in omnibus bonis. Hic non refertur de oblatione sacerdotis, sed de ministro qui eam portauit, quem continet tertius ordo benedictium. Quarta lectio dicit: Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & reliqua, nullique dubium, quin hi qui timent Dominum, mandata eius custodiant. Proxima lectio ordinationi de camino ignis legitur. Non potest homo ritè accedere ad consecrationem, nisi prius transeat per fornacem, atque in fornace benedicat Domino. Dicit sapientia: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis: Secundum Paulum qui dicit, Et hi probentur primo, & sic ministrent, probati esse debent per fornacem, id est, per multas tribulationes, qui accessuri sunt ad ministerium sacrum. Probationem præsentem Apostolus ostendit ex epistola ad Missam dicens, Scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem, spes autem non confundit, & reliqua. Grauitatem quam debet sacratus seruare, tractus demonstrat, Laudate Dominum omnes gentes, Ne in superbiam elatus, in iudicium & in laqueum incidat diaboli. Tractus tempore humilitatis solet celebrari, & semper in causa humilitatis ponitur per singulas orationes. in duodecim lectionibus solemus mentis humilitatem per genuflexionem ostendere, excepto in octauis pentecostes. In sola de camino ignis non flectimus genua, quando Nabuchodonosor compellebat populum, vt adorarent statuam quam fecit: vt separata sit nostra oratio, quæ est ad vnum verum Deum, ab errore gentilium.

In sola illa oratione qua deprecamur eripi ab incendio vitiorum, sicut tres pueri erepti sunt de camino ignis, prætermittimus genuflexionem. **D**icit Hieronymus ad Nepotianum presbytero: Clericus est, qui Christi seruit ecclesiæ: Interpretetur primùm vocabulum suum, & nominis diffinitione prælata, nitatur esse quod dicitur. Si enim clericus fors Latine appellatur, propterea vocantur clerici, vel quia de sorte sunt Domini: vel quia Dominus ipse fors, id est, pars clericorum est. Qui autem vel ipse pars Domini est, vel Dominum partem habet, talem se exhibere debet, vt possideat Dominum, & ipse possideatur à Domino. Qui Dominum possidet, & cum propheta dicit, Pars mea Dominus, nihil extra Dominum habere potest: Quod si quippiam aliud habuerit præter Dominum, pars eius non erit Dominus. Verbi gratia, si aurum, si argentum, si possessiones, & cætera: Siue comatus, siue papa sit, si non habuerit aliquid præter Dominum clericus est. **C**aput nostrum significat principale mentis nostræ, vbi agnitio Dei est, Agnitio Dei est in mente, quod est caput nostrum Capilli in capite, significant cogitationes in mente. Duæ sunt partes animi, superior & inferior. Superior est mens, in qua est agnitio Dei, Illam radere debemus à superfluis cogitationibus, vt oculus intellectus nostri æterna possit intueri. De qua re dicit Gregorius in Moralibus: Quid verò per caput, nisi ea quæ principale vniuscuiusque actionis mens ipsa signatur? Et post pauca: Caput ergo tondere, est cogitationes superfluas à menteresecare. Inferior verò pars habet capillos, id est, multas cogitationes, in qua solemus de temporalibus sæpè cogitare. Quæ pars non est ad imaginem Dei, vt Augustinus in libro de trinitate duodecimo, titulo septimo. Sed quia sexu differt à visu corporis, quin mulier ritè potuit in eius corporali velamento figurari pars illa rationis, quæ ad temporalia gubernanda deflectitur, vt non maneat imago Dei, nisi ex qua parte mens hominis æternis rationibus conspiciendis vel consulendis adhærescit. † Non enim præcipitur Christiano, ne aliquando cogitet de temporalibus, sine quibus præfens vita non transigitur, sed esse debere partem animæ, quæ temporalia regit, subditam menti, sicut mulier est viro. Quapropter capilli in inferiori parte capitis manent. Circulus verò, capillorum virtutem, æqualitatis rationi vndique consentientem, significat †. Tunc gubernantur bene res temporariæ, si rationi conuenierint. De qua re protulit idem qui supra, in libro de quantitate animæ, versus Horatij, de sapientia loquentem: *Fortis, & in seipso totus teres atque rotundus.* Sequitur post versus memoratus Augustinus, dicens: Et rectè: nam neque in animo boni quicquam inuenis, quod magis sibi ex omni parte consentiat, quàm virtutem: neque in planis figuris, quàm circulum. Superiorem partem capitis rasio sæpè renouamus, cum forti solitudine superfluas temporariæque cogitationes de superiore parte animi resecamus. In inferiore parte coronam portamus, cum ea, quæ secundum mundum necessariò gubernare

De clericis, quo nomine generaliter nos vocamur. CAP. IIII.

De tôfura. CAP. V.

De ordinibus facis, quos nostri episcopi consueto more frequentant. CAP. VI.

nare debemus, concorditer cum ratione æquamus. Hoc præuidendum est, vt ne ipsi capilli, id est, curæ huius mundi superflue crescant, ne aures cordis cooperiant, & oculos impediunt, quæ solent sæpè suffocare verbum seminantes. Vnde Dominus dicit in euangelio: Quod autem cecidit in spinis, hi sunt qui audierunt, & à solitudinibus & diuitiis & voluptatibus vitæ cunctis suffocantur, & non referunt fructum. Discamus etiam ex verbis sancti Gregorij, quid illud significet, quod in tempore ieiunij extra morem solitum capillos occipitij siue barbam permittimus crescere. Idem in eodem quo supra: Quid enim est quod Nazaræi capillos nutriunt? nisi, quod per vitam magnæ continentiæ, præsumptionum cogitationes crescunt? Sed quid est, quod deuotione completa, caput Nazaræus radere, capillosque in igne sacrificij ponere iubetur, nisi quod tunc ad perfectionis summam pertingimus, cum sic exteriora vitia vincimus, vt etiam cogitationes superfluas mente resecemus? Quas nimirum sacrificij igne concremare, est, flamma eas diuini amoris incendere †. Pias cogitationes quæ solent accrescere tempore abstinentiæ, nullus prohibere debet: sed antequam perducant nostram fragilitatem ad aliquâ periculosam præsumptionem, radere eas debemus. Interrogatur ab aliquibus, quis primus tonsus sit in nostro more. Legi in epistola cuiusdam viri, Petrus: sed quia non tantæ auctoritatis est, vt ex illa firmare valeamus nostrâ sententiam, malumus eam silentio præterire. Non tamen abre est, si dixerimus illum aut aliquem successorum eius primò fuisse tonsum nostro more, quoniam ab illa ecclesia sumptus est talis vsus, in qua illi sederunt. Sed quid ad nos, cum multa agamus ex consuetudine præfentis ecclesiæ, quorum auctores non proferunt specialiter: sicut nec obseruationes quadragesimalis temporis ante pascha? Scimus tamen ex demonstratione sancti Augustini, consensione ecclesiæ eam esse roboratam. Sic & nos dicimus, tonsuram nostram esse auctoritate & consuetudine Romanæ ecclesiæ esse roboratam. Dicamus quod Gregorius dicit in Moralibus de scriptore libri Iob: Sed quis hæc scripserit, valde superuacue quaeritur, cum tamen author libri spiritus sanctus fideliter credatur: sic & nobis non magnoperè curandum sit, quis primus schema stemmatis capiti imposuisset, cum scimus magistra ratione compositum esse. **P**rimò notandum est, eos ordines qui potissimum necessarij sunt in ecclesia, apostolum Paulum denominasse, & eorum mores depinxisse, sine quibus non potest ritè immolatio altaris celebrari, scilicet sine sacerdote & diacono. Vt sine retractatione sacerdos vigilet circa hostias, necessarius est diaconus, ad ministrandum ea, quæ necessaria sunt sacerdoti: Cæteri ordines his adiecti sunt. Crescente ecclesia, creuit officium ecclesiasticum: vt multitudini ecclesiæ subueniri posset, adiciuntur inferiores in adiutorio præpositorum. Vnde Ambrosius in tractatu epistolæ ad Timotheum: Illud verò dicitis nostris adici dignum est, quoniam non conuenit demirari, si neque subdiaconum, neque lectorum memoriam apostolus fecisse videatur: Illis etenim gradibus functionum qui in ecclesia neces-

sariò habentur, isti postea magis sunt adiecti propter utilitatem ministerij, quod propter multitudinem credentium per alteros postea impleri debere necessitas flagitauit. Vnde nec ordinationem ante altare assequuntur, eò quod nec mysterijs ministrare statuuntur: sed alij quidem eorum, lectionum officium implent, alij verò intra diaconium illa præparant, quæ ad diaconi pertinent ministeria, necnò solitudinem implent luminarium. Nam mysterij ministerium presbyteri soli implent & diaconi: alij quidem eorum sacerdotale opus implentes, alij verò sacris ministrantes. Iuxta verba Ambrosij intelligimus subiectos ordines diacono & presbytero non debere ordinationem accipere circa altaria: nec quando episcopus prosternitur ante altare, debere secum prosternere alios, nisi eos qui prouehendi sunt ad sacerdotale ministerium, vel ad diaconatus officium. Sic sunt inferiores ordines in adiutorio superiorum, vt tamen non excludant superiores ab officiis sibi commissis: Secundum Augustinum, ipsum summum pontificem Christum, ostiarium possumus accipere. Ita scribit in homilia quadragesimæ tertia super Ioannis euangelium: Non ergo pigeat nos, fratres, secundum quasdam similitudines ipsum videlicet Christum accipere ostium, ipsum ostiarium. Quid est enim ostium? Quo intramus. Quid est ostiarium? Qui aperit. Quis ergo se aperit? nisi qui seipsum exponit? Christus dignatus est lector esse, vbi secundum Lucam, aperuit librum, & legit. Exorcistæ officium ad sacerdotis ministerium coniungit sanctus Gregorius, vbi dicit: Nam sacerdotes cum per exorcismi gratiam manum credentibus imponunt, & reliqua. Acolyti ministerium inuenimus Aaron summum pontificem in lege celebrasse, vbi dicitur in Exodo de luccerna, Et collocabunt eam Aaron & filij eius. De istis factum est ad demonstrandum vnumquemque sacerdotè habere in se subiecta ministeria, sed propter multitudinem hominum non posse illum omnia adimplere, ac ideo adiectos esse sibi socios, qui minora adimpleant. Nunc ordo deposcit, quantum Dominus dederit, vt de singulis ordinibus dicamus specialiter. **O**stiarij habent exordium à veteri testamento: *De ostiariis. CAP. VII.* Ii enim ianitores vocabantur. Scriptum est in libro Paralipomenon primo: Per quatuor ventos erant ostiarij, id est, ad Orientem, & ad Occidentem: ad Aquilonem, & ad Austrum: Fratres autem eorum in vinculis morabantur, & veniebant in Sabbatis suis de tempore vsque ad tempus. His quatuor Leuitis, scilicet Sellum & Acub & Elmo & Achimam, creditus est omnis numerus ianitorum, & erant super exedras & thesauros domus Domini. Pergyrum quoque templi Domini morabantur in custodiis suis, & cum tempus fuisset vt ipsi manè aperirent fores: de eorum grege erant & super vasa ministerij. Ad numerum enim inferebantur vasa, & efferebantur. Iterum de ministerio eorū in secundo: Constituit quoque ianitores in partes domus Domini, vt non ingrederetur eam immundus in omni tempore. Et iterum: Ianitores verò per portas singulas obseruabant, ita vt ne puncto quidem discederent à ministerio, quamobrem & fratres eorum Leuitæ parauerunt

De ostiariis. CAP. VII.

eis cibos. Hi quando ordinantur, suscipiunt clauus ecclesie, & audiunt ab episcopo: Ita agite, ac si rationem possitis Deo reddere pro rebus quæ istis clauibus includuntur: & accipiunt ostium. Nos quia generaliter sumus genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, scrutari debemus quali modo ostiarii officium peragamus. Ostiarius aperit ostium ecclesie. Ecclesia, Christi est populus. Si quis per fidem aliquem introduxerit in ecclesiam, ipse ostiarius est. Vnde Augustinus in tractatu super Ioanem quadragesimo secundo: Ego veni ut vitam habeant, hoc est, fidem quæ per dilectionem operatur, per quam fidem in ouile ingrediuntur ut viuant, quia iustus ex fide viuit. Hoc donum gratiæ spiritus sancti dinumerat Apostolus Paulus, vbi dicit: Alij fides in eodem spiritu. Tria habet fides: vnum est, vt sit ostium, quo vititur in præfenti ostiarius: & alterum, vt sit expulsio quo vititur exorcista: & tertium, vt sit munimen, quo vititur presbyter in olei vnctione, quod in suo loco, Domino miserante, dictum est.

De lectoribus. CAP. VIII.

Lectorem accipiamus in veteri testamento. Ille nos docebit, qualiter legere debeamus, sicut scriptum est in eodem: Congregatusque est omnis populus quasi vir vnus ad plateam, quæ est ante portam aquarum, & dixerunt Esdras scribæ, vt afferret librum legis Moysis. Et post pauca: Stetit autem Esdras scriba super gradum ligneam, quem fecerat ad loquendum, & aperuit Esdras librum coram omni populo: super omnem quippe populum eminebat. Leuitæ silentium faciebant in populo ad audiendam legem: populus autem stabat in gradu suo: & legerunt in libro legis Dei distinctè & aperte ad intelligendum. Huius sacerdotis & scribæ, scilicet Esdræ, opera replicat episcopus in oratione sua ad lectorem, dicens, vt assiduitate lectionum sit aptus pronunciare verba vitæ, & mentis ac vocis distinctione populo monstrare intelligibilia. Hoc ministeriū continetur in dono gratiæ Dei, de quo dicit Apostolus: Alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum. Nos enim spiritualiter lectores sumus, quando de moribus instruimus aliquem intrantem in Christianum populum.

De exorcistis. CAP. IX.

Dicit Beda in tractatu super actus apostolorum: Refert Iosephus regem Salomonem excogitasse, suamque gentem docuisse modos exorcismi, id est, coniurationis, quibus immundi spiritus expulsi ab homine, vltèrius reuerti non sunt ausi: Quando idem ordinatur, accipit libellum, in quo scripta est exorcizatio, & audit ab episcopo, vt habeat potestatem manum imponendi super energumenum. Hoc donum gratiæ Dei ad fidem pertinet. Ille est secundus modus fidei per expulsionem diaboli. Vnde dicit Matthæus: Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, non solum de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis, tolle te, & iacta te in mare, fiet. Moraliter: Si quis per orationes suas vitium diaboli potuerit expellere de homine, exorcista est.

De acolytis. CAP. X.

Acolytus ab Aarõ & filijs eius sumat exemplum sui ministerij. Scriptum est in Exodo: Præcipe filiis Israëli, vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimum, piloque contusum, vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij extra ve-

lum, quod appensum est testimonio, & collocabit eam Aaron & filij eius. Quod ita Beda in libro tertio de tabernaculo: Disposito omni ornatu tabernaculi, consequenter etiam lumen lucernæ præuidetur, vt decor eius admirabilis sicut interdum lumine solari, ita etiam noctu flammis lucernalibus illustretur, neque vnquam in domo Dei aliquis tenebrarum locus, aliqua vmbrarum possit hora superpetere. Ille cum ordinatur, accipit ab archidiacono ceroferarium. Quare hoc faciat, Isidorus dicit: Acolyti Græcè, Latine ceroferarij dicuntur à deportandis cereis, quando legendum est euangelium, aut sacrificium offerendum. Tunc enim accenduntur luminaria ab eis, & deportantur, non ad effugandas tenebras, dum sol eo tempore rutilat, sed ad signum lætitiæ demonstrandum. Hoc donum ad prophetiam pertinet. Postquam imbutus fuerit homo de moribus, quod est primum donum scientiæ, necesse est vt frequenter admonetur sententiis scripturarum sacrarum. Sicut enim ignis incensus extinguitur, si non addiderimus fomenta: sic prima doctrina extinguitur, nisi frequenter eadem reparatur diuersis sententiis. Duo sunt officia Prophetæ: vnum, vt obscuro sensus scripturæ dilucidet: alterum, vt futura nunciet. Ille enim spiritualiter acolytus, qui ignem verbi cœlestis, quo & illuminentur fratres ad agnoscendum, & in flammatur ad diligendum Deum, prædicando ministrat.

De subdiaconis. CAP. XI.

Subdiaconi in veteri testamento multis in locis Nathinæi appellantur, quale est illud in Esdra: Nathinæi filij Isai, filij Susan, & reliqua. Et iterum: Habitabat vnusquisque in possessione & in vrbibus suis, sacerdotes, Leuitæ, Nathinæi, & filij Salomonis &c. Vt Isidorus dicit, Nathinæi interpretantur, in humilitate Domino seruientes. De ministerijs eorum idem dicit: Denique isti oblationes in templo Domini suscipiunt à populis, isti obediunt officiis leuitarum, isti quoque vasa corporis & sanguinis Christi diaconis ad altaria Domini offerunt. Ipsi vocantur apud Græcos *ὑποδιακόνες*, apud nos subdiaconi. Hi quando ordinantur, suscipiunt ab episcopo patenam & calicem. Subdiaconi sequentes qui accipiunt ab archidiacono vrceolum ad ministrandum vinum in Eucharistiam corporis Christi: Ipsi etiam accipiunt scyphum, manile cum manutergio. Merito ab archidiacono suscipiunt, quia in eius adiutorio consecrati sunt. Subdiaconus regionarius tempore sacrificij stat in facie Pontificis: idem necesse est, vt subsequentes, necessaria à foris ministrent. Subdiaconus idem dicitur, quia sub diacono est. Ad vnum ministerium consecratur: subdiaconus vasa altaris ad eum defert, ipse vero ad altare, vt in eo disponat, quæ disponenda sunt, atque inde recipiat, vt bonus dispensator de mensa Domini sui. Miror qua de re sumptus vsus in ecclesia nostra, vt subdiaconus frequentissimè legat lectionem ad Missam, cum hoc non reperitur ex ministerio sibi dato in consecratione commissum, neque ex literis canonicis, neque ex nomine suo. Subdiaconus vt monstratum est, dicitur, quia sub diacono est positus. In quibus rebus illi subditus sit, consecratio eius & canonica institutio monstrant, id est, vt in his ministret diacono, quæ aguntur circa altaris officia. Nam primæuo tempore

De diaconis. CAP. XII.

tempore diaconus non legebat euangelium, quod nondum erat scriptum: Sed postquam statutum est à patribus nostris, vt diaconus legeret euangelium, statuerunt vt & subdiaconus legeret epistolam siue lectionem. **O**rdinem vel autoritatem Diaconi & presbyteri atque episcopi, siue differentiam assumendam à veteri testamento sanctus Hieronymus nobis demonstrat ex epistola ad Euagrium presbyterum, dicens: Et vt sciamus traditiones apostolicas sumptas de veteri testamento, quod Aarõ & filij eius atq; Leuitæ, in tēplo fuerunt, hoc sibi episcopi & presbyteri & diaconi in ecclesia vèdicent. Ac per hos recurramus ad veteri testamentum, & inquiramus quale esset ministerium Leuitarum in tēplo: Scriptum est in libro Numerorum, capitulo quinto: Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Applica tribum Leui, & fac stare in conspectu Aaron sacerdotis, vt ministrent ei, & excubent, & obseruent quicquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonij, & custodiant vasa tabernaculi, seruientes in ministerio eius. Ecce ministerium audiuius Leuitarum, id est, vigilias in templo, & obseruationes rerum, quæ pertinent ad cultum tabernaculi siue vasorum. Et paulò post, Cùmque inuoluerint Aaron & filij eius sanctuarium & omnia vasa eius in commotione castrorum, tunc intrabunt filij Caath, vt portent inuoluta. Et istud ministeriū eorum, vt portet in itinere omnè supellectilem tabernaculi, quin & ipsum tabernaculū, sicut in sequentibus demonstrabitur. Hoc est officium familiæ Gersonitarum, vt portent cortinas tabernaculi, & tectum fœderis, operimentum aliud, & reliqua. De filiis Caath dicitur, vt sint sub manu Eleazar filij Aaron sacerdotis, vt sint sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis, & dicitur, vt à tricesimo anno vsque ad quinquagesimum ministrent in tabernaculo fœderis. Ex isto libro Numerorum & ex verbis sancti Hieronymi, qui nos iubet differentias sacrorum ordinum sumere à veteri testamento, dicimus ministerium esse Leuitarum, vt custodiant ecclesiam & vasa eius, atq; supellectilem, necnon etiam & quæ necessaria sunt ecclesiæ portare per iter, portet. Quapropter in Sardicensi concilio statutum est, vt qualescunq; preces habuerint Episcopi ad palatium, diaconi eas præferant. Ita scriptum est in nono capitulo memorati concilij: Quicunque ergo, quales superius memorauimus preces habuerint, vel acceperint, per diaconum suum mittant, quia persona ministri inuidiosa non est, & reliqua. Quia audiuius ministeriū diaconi ex veteri testamento, videamus causam consecrationis eius ex nouo. Scriptum est in Actibus Apostolorum: Conuocantes duodecim multitudinem discipulorum, dixerunt: Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Considerate ergo, fratres, viros ex vobis boni testimonij septem, plenos spiritu sancto & sapientia, quos constituamus super hoc opus: nos vero orationi & ministerio verbi instantes erimus. Vnde Hieronymus ad eundem quem supra: Non est dignū, vt relinquentes verbum Dei, ministremus mensis: Sciāt quare diaconi constituti sunt. Legant acta apostolorum, recordentur conditionis suæ. Et in eadem superius, quid patitur mensarum & viduarum minister. Perspicuum est esse ministerium illorum in nouo testamento, vt afferat

quæ ponenda sunt in mensa Domini ad cœleste conuiuium, & disponat ea super illam. Audiamus nunc consecrationem. Scriptum est in libro memorato Actus Apostolorum: Et placuit sermo coram omni multitudine, & elegerunt Stephanū virum plenum fide & spiritu sancto, & Philippum. Et paulò post. Hos stauerunt ante conspectum apostolorum: & orantes, imposuerunt eis manus. Est libellus quidam apud nos de sacris ordinibus, nescio cuius authoris, qui dicit, solum episcopū debere manus imponere super diaconum: quia non ad sacerdotium consecratur, sed ad ministerium. Nūquid scripserit libelli doctior atque sanctior apostolis: qui posuerunt plures manus super diaconos quando consecrabantur, & propterea solum episcopus ponat manum super diaconum, ac si solus possit precari virtutē gratiarum, quæ plures apostoli precabantur? An forte ideo non imponit sacerdos manum super eum, qui ad diaconatus officium consecratur, vt non fiat quod ipse est, id est, sacerdos? Si ita est, nec episcopum oportet ei manū imponere, vt non fiat episcopus. Quod si propterea oportet ei episcopū manum imponere, quia ipse orat pro eo, nō solus ille orat, sed omnes qui piè intendūt verbis episcopi, ac mente reinent, Imitatio episcoporum, apostolorū chorus est. Optimum est, bonos duces sequi qui certauerunt vsque ad plenam victoriā. Quia de impositione manus legimus, quæ assumpta est à veteri testamento, bonum est inquirere quid significet. Mysterium est, qualecūque sit, quæ in veteri testamento agebatur, vmbra erant futurorū. Dicamus breuiter quod sentimus. Deus dabit doctores, qui melius explanabunt conatū nostrū. Per manus, opera intelligimus: per digitos, dona spiritus sancti: In mēbris humanis non est maior discretio membrorum, quàm in digitis, ac per hoc discreta dona spiritus sancti per eos monstrantur. Caput enim, principale mētis designat: Scripsimus in præfenti opusculo ex dictis Sancti Augustini, nō dare apostolos spiritum sanctū: sed orare vt veniret super eos quibus manus imponebant. Vnde scriptū est in libro Numerorū: Et dixit Dominus ad Moysen: Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israëli, quos tu nosti quod senes populi sint ac magistri, & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis, faciesque ibi stare tecum, & descendā & loquar tibi, & auferam de spiritu tuo, tradāsq; eis. Non dixit: Aufer de spiritu tuo, & trade eis, sed auferam & tradam. Et paulò post: Descenditq; Dominus per nubem, & locutus est ad eum, Auferens de spiritu qui erat in Moise, & dans septuaginta viris. Neque hīc dixit quod Moyses daret, sed Dominus dedit. Per impositionem manuum, opera spiritus sancti intelligimus. Nō enim adhuc est deus omnia in omnibus. In aliquo est sapientia, in aliquo fides, in aliquo pietas, in aliquo castitas, in aliquo humilitas. Hoc valēt plurimæ manus super caput eius, qui consecratur, vt vnusquisq; deprecetur Dominū, quatenus partē de spiritu suo det ei. Si enim quis voluerit dicere quid necesse est toties imponere manus super capita eorū qui consecratur: Imponuntur enim super diaconū, imponuntur postea super presbyterum: Quare hoc nisi quia per consecrationē de opere ad opus trāsit, sicut de ministerio diaconi transit ad immolationē sacerdotale. Quoniā nec illud opus, nec illud possumus agere, nisi dono gratiæ Dei adiuti, vt Apосто-

lus, Deus enim est, qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate. Repetitur manus impositio, ac sic deprecatio primi operis transit ad deprecatione secundum. Additur vnum ministerium diacono, id est, ut legat euangelium quod in primo tempore non legebatur, quando Stephanus fuit factus diaconus. Ut opinor, nondum erant euangelia scripta. Diacono euangelij lectio conuenit, quia minister est. Imitatur eum qui dixit, Non veni ministrari, sed ministrare. Quando euangelium Christus predicauit, minister nobis Christus factus est, quod in nouissimo ostendit ante immolationem suam, quando lauit pedes discipulorum. Habet diaconus & donum prophetiae. Et merito, quia eius fungitur officio, de quo dictum est: Prophetam vobis suscitabit Dominus de fratribus vestris, tanquam me, ipsum audite. Et iterum in euangelio: Propheta magnus surrexit in nobis.

De presbyteris, C. 17. XLII.

Presbyteri deputantur in loco filiorum Aaron. Scriptum est in libro Numerorum: Haec nomina filiorum Aaron sacerdotum, qui vincti sunt, quorum repleta est consecratione manus, ut sacerdotio fungerentur. Hunc more tenent episcopi nostri, manus presbyterorum vngunt de oleo. Manifestum est cur hoc faciant, ut mundum sint, ad offerendam hostiam Deo, & largam ad caetera officia pietatis. Vtrique designatur per oleum, & gratia curationis, & charitas dilectionis. Hi praesunt Leuitis, ut idem liber numerorum demonstrat: Princeps autem principum Eleazar filius Aaron sacerdotis, erit super excubitores custodiam sanctuarij. Et paulo post: Hic est cultus familiae Gerfonitarum in tabernaculo foederis, eruntque sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. Ipsi enim quando consecrantur, manus impositione accipiunt. Quid illud significet, secundum quod nobis Dominus dedit, ministramus: In quo ordine essent presbyteri tempore apostolorum, discamus ex autoritate sanctorum patrum. Dicit Ambrosius in Tractatu super Timotheum. Opinabitur quisquis vestrum diuinarum non habet scripturarum, beatum Paulum presbyteros praetermississe: sed non ita se res habet: Illa enim quae de episcopo in anterioribus dixit, etiam & de illis dicit, qui nunc nominantur presbyteri, eo quod antiquis temporibus vtrique nominibus vocabantur presbyteri. Et post pauca: Melius autem quis cognoscere poterit illud ex illis, quae ad Titum scripsit apostolus: Dixit enim, ut constituas per singulas ciuitates presbyteros, sicut ego praeci tibi: & dicens, quales debeant ordinari, addidit: Oportet enim episcopum irreprehensibilem esse, sicut Dei dispensatorem: cum conueniret utique, ut presbyterum eum diceret: sed euidenter eundem & presbyterum & episcopum nominauit. Et Hieronymus in epistola ad Titum: Attendamus verba dicentis, ut constituas per ciuitates presbyteros sicut ego tibi disposui. Qui, qualis presbyter debeat ordinari, in consequentibus disserens, hoc est, si quis sine crimine est, vnius uxoris vir, &c. Postea intulit: Oportet enim episcopum sine crimine esse tanquam Dei dispensatorem. Idem ergo est presbyter, qui & episcopus: Et paulo post: Putet non scripturarum, sed nostram esse sententiam, episcopum & presbyterum vnum esse, & aliud aetatis, aliud esse nomen officij, re legat Apostoli ad Philippenses verba, dicentis: Paulus & Timotheus serui Christi Iesu, omnibus sanctis in Christo Iesu qui sunt Philippis, cum Episcopis & diaconis, gratia vobis & pax & reliqua. Philippis, vna est urbs Macedonia, & certe in vna ciuitate plu-

res, ut nuncupantur, episcopi esse non poterant. Sed quia eisdem episcopos illo tempore quos presbyteros appellabant, propterea indifferenter de episcopis quasi presbyteris est locutus. Adhuc si alicui hoc videatur ambiguum, nisi altero testimonio comprobetur, in Actibus apostolorum scriptum est, quod cum venisset Apostolus Paulus Miletum, miserit Ephesum, & vocauit presbyteros eiusdem ecclesiae, quibus postea inter caetera sit locutus: Attendite vobis & omni gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos pacere ecclesiam Domini, quam acquisiuit per sanguinem suum. Et hic diligentius obseruare, quomodo vnus ciuitatis Ephesi presbyteros vocans, postea eisdem episcopos dixerit. Eiusdem ad euagrius. Sed & Petrus in prima epistola, Presbyteros, inquit, in vobis precor, copresbyter, & testis passionum Christi, & futurae gloriae, quae reuelata est, particeps, regere ecclesiam Christi, & inspicere non ex necessitate, sed voluntarie iuxta Deum: Quod quidem graece significantius dicitur ἐπισκοποῦντες. Vnde & nomen episcopi tractum est. Parua tibi videntur tantorum virorum testimonia: clangat tuba euangelica filius tonitruum, quem Iesus amauit plurimum, qui de pectore Saluatoris doctrinae flueta potauit: Presbyter electae Dominae & filius eius, quos ego diligo in veritate. Et in alia epistola: Presbyter Caio charissimo, quem ego diligo in veritate. Comites non dedignantur esse quod duces fuerunt. A ducatu accepit nomen sacerdos, ut Beda exponit in expositione de templo Salomonis. Sacerdos namque ab eo nomine Latinae accepit, quod sacrum praebere ducatum minoribus debeat. Qualis esset eorum consecratio, Hieronymus in epistola memorata ad euagrius exponit. Nam & Alexandriae a Marco euangelista usque ad Heraclam & Dionysium episcopos, presbyterum semper vnum esse electum & in excellentiori gradu collocatum episcopum nominabant, quomodo si exercitus imperatorem faciat, aut diaconi eligant de se quem industrium nouerunt, & archidiaconum vocent. Archidiaconi consecratio nobis notissima est. Archidiaconus eadem consecratione habet, quam caeteri diaconi: sed electione fratrum preponitur. Idem Hieronymus exponit, quare vnus eligeretur, super epistolam ad Titum: Antequam diaboli insinuatum studia in religione fieret, & diceretur in populis, ego sum Paulus, ego Apollo, ego autem Cephas, communi presbyterorum consilio ecclesiae gubernabatur. Postquam vero vnusquisque eos, quos baptizauerat, suos esse putabat, non Christi, in toto decretum est orbe, ut vnus de presbyteris electus superponeretur caeteris, ad quem omnis cura ecclesiae pertineret, & schismatum semina tolleretur. Idem vnde supra in epistola ad memoratum euagrius: Quod autem postea vnus electus est, qui caeteris praeponebatur presbyterorum, in schismatis remedium factum est, ne vnusquisque ad se trahens Christi ecclesiam rumperet. Videamus cur presbyteri nomen traheret ad episcopum. Ambrosius dicit in epistola ad Timotheum: Quae autem sit causa, non est iustum eam silentio praeterire ob illam immutationem nominum, quae ad praesens esse videtur, & qua ex causa discreta sunt nunc nomina & neque episcopus dici potest presbyter, neque presbyter vnquam episcopi nuncupatione poterit sibi vindicare, usque dum presbyter esse desistit. Antiquis etenim temporibus, quando pietati studebat presbyteri, omni in loco ordinabantur, hoc quidem nomen contemplatione honoris accipientes:

pientes: sicut & apud Iudaeos presbyteri dicebantur, a qui populo praerant. Vocabatur autem & episcopi ab illo opere, quod & implere videbatur, eo quod considerate omnia, quae ad cultum pertinent pietatis, fuerat constituti, ita ut vnuerforū dispensatione haberent commissam. Nam & perfecta dispensatione & autoritate ecclesiastici ministerij ipsi tunc commissam habebant, & omnia regebantur pro eorum arbitrio. Et in sequentibus: Beatis vero apostolis decedentibus, illi, qui post illos ordinati sunt ut praesent ecclesis, illis primis exequari non poterat, neque miraculorum testimonium par illis habere, sed & in multis aliis inferioribus illis esse videbatur: graue existimauerunt apostolorum sibi vindicare nuncupatione: diuiserunt ergo nomina ipsa, & ab eisdem, id est, presbyteris presbyterij nomen reliquerunt. Alij vero episcopi sunt nuncupati, hi qui & ordinationis praediti potestate, ita ut plenissime iude praepositos se ecclesiarum esse cognoscerent. Hieronymus exponit quod plus habeat episcopus, quam presbyter, dicens in epistola ad euagrius sepe repetitum: Quid enim facit excepta ordinatione episcopus, quod presbyter non facit? Et exponit, cuius constitutione episcopus sit constitutus, in tractatu super Titum, dicens: Sicut ergo presbyteri sciunt se ex ecclesiae consuetudine ei qui sibi praepositus fuerit, esse subiectos: ita episcopi nouerint se magis consuetudine, quam dispositione Dominicae veritate presbyteris esse maiores, sed & in comune debere ecclesiam regere, imitantes Moysen, qui cum haberet in potestate solus praesere populo Israel: septuaginta e legit, cum quibus populum iudicaret. De eisdem septuaginta mentio facta est in consecratione presbyteri, dicendo, ut cum pontifices summos regendis populis praefecisset, ad eorum societatis & operis adiumentum sequentis ordinis viros & secundae dignitatis eligeret: sic in eremo per septuaginta virorum prudentium mentem, Moyses spiritum pagasti, & reliqua. Opus presbyteri, ad donum spiritus sapientiae pertinet, propter bonam conuersationem.

De pontifice, C. 17. XLIII.

Pontificem Aaron praefigurat in sua vinctioe, de quo scriptum est in Leuitico: Sanctificauit oleum Moyses, quod fundens super caput Aaron, vnxit eum & consecrauit. Et iterum in eodem: Pontifex, id est, sacerdos maximus inter fratres suos, super cuius caput fufum est vinctiois oleum, & cuius manus in sacerdotio consecratae sunt, & paulo post: Nec egredietur de sanctis. Secundum autoritatem patrum, scilicet, Paulum apostolum, Ambrosium archiepiscopum, & Hieronymum presbyterum, consecratio ad immolandum facta est episcopi, in ordinatione presbyteri: Sed quod additur ex canonica autoritate, ut plures ad sint episcopi: dicendum est, cur addatur. Gregorius apostolicus interrogationi Augustini respondit, quod iam praetulimus in superioribus praesentis operis: Et quidem, inquit, in Anglorum ecclesia, in qua adhuc solus tu episcopus inueniris, ordinare episcopum non aliter nisi sine episcopis potes. Et paulo post: Cum igitur, authore Deo, ita fuerint episcopi in propinquis sibi locis ordinati, per omnia episcoporum ordinatio sine aggregatis tribus vel quatuor episcopis fieri non debet: In sequentibus exponit cur aduersus eorum necessarius sit. Cur non ergo & in hac spiritali ordinatione, qua per sacrum ministerium homo Deo coniungitur, tales conueniant,

qui vel in profectu ordinati episcopi gaudeant, vel pro eius custodia omnipotenti Deo preces fundant: Gregorius dicit, quare debeant conuenire plurimi: frater eius Innocentius monstrat, quare prohibitum sit vni hoc facere, in Decretalibus nono capitulo: Nec vnus episcopus ordinare praesumat, ne futiuum beneficium praestitum videatur. Additur etiam ad consecratione eius infusio olei super caput. Vnde dicit Beda in libro tertio de tabernaculo & vasis eius: Indutus vero sacris vestibus pontifex, mox oleo vinctiois perfunditur, ut per gratiam spiritus sancti consecratio perficiatur: non quod ea quae praemissa sunt indumenta virtutum, absque gratia Dei possimus habere: sed quia maius necesse est auxilium gratiae tribuatur a Domino, vbi quis vel maiorem conscenderit gradum, vel plurimorum fuerit regimini praelatus. Mylicè dicit psalmista: Sicut vnguetum in capite, quod descendit in barbam, barbâ Aaron. Augustinus in tractatu psalmorum: Quis erat sacerdos nisi vnus sacerdos, qui intrauit in sancta sanctorum: Quis est sacerdos? nisi qui fuit & victima & sacerdos, nisi ille, qui cum in mundo non inueniret quod offerret, seipsum obrulit: Vicarius Christi pontifex efficitur, ideo in capite vngitur. Caput nostrum Christus. Caput nostrum vinctum est oleo inuisibili: Episcopus, quia vicarius Christi est, in capite vngitur: ab illo enim significatur se accipere hanc vinctiois gratiam, qui caput est totius corporis. Imitatio illum, qui caput est totius ecclesiae, per vinctiois gratiam fit & ipse caput ecclesiae sibi commissae. Christus pro vnuerfa ecclesia interpellat: episcopus pro sibi commissae. Vice Christi regat ecclesiam sibi commissam, sicut Christus toram ecclesiam. Hoc sonant verba consecrationis eius: Tribuas ei cathedram episcopalem ad regendam ecclesiam tuam & plebem vnuerfam. Et aliter: Dicit Gregorius in Moralibus, oleum in capite, charitas in mente. Quia vicarius Christi est, dilectione quam Christus nobis monstrauit & docuit, in eo debemus inuenire: atque ab eo ad eum nostrum profectus trahere. Omnia haec quae extrinsecus geruntur, signa sunt rerum intimarum. Si quis in mente habuerit ipsas res, ipse est verus sacerdos: Ac ideo verum, quod Petrus dicit de vnuerfis catholicis, Gens sancta, regale sacerdotium. Dicit libellus, secundum cuius ordinem celebratur ordinatio apud quosdam, ut duo episcopi tenent euangelium super caput eius, quod neque vnus autoritas intimat: neque apostolica traditio, neque canonica autoritas. Potest tamen euangelij positio super caput, monere tenentes, ut quo Dominus idem euangelium firmit in corde eius, deprecetur, aut ut moneat eum qui consecratur, recordari se amplius esse sub iugo euangelij, quam foret. Generaliter enim de benedictione omnium electorum dicit Beda in expositione de templo Salomonis: Qui enim dixit, Benedixit omnes timores Dominum, pusillos cum maioribus: ipse dixit, Quia tu reddes singulis secundum opera eorum. Communis ergo ibi benedictio omnium erit electorum, at tamen pro distincta operum qualitate multae sunt mansiones beatorum in vna eademque domo patris aeterna in caelis.

Primo notandum est, ita esse clericorum habitum constitutum in ecclesiasticis officiis, ut in omnibus Christiano populo possit praebere exemplum bonae conuersationis. Quod quodammodo significat Hieronymus in libro de veste sacerdotali ad Fabianum.

De habitu sacerdotum ducum, C. 17. XLV.

lam: Legimus, in quiens, in Leuitico, iuxta præceptum Dei Moysen lauiffe Aaron & filios eius. Iam tunc purgationem mundi & rerum omnium sanctitatem baptisimi sacramenta signabant. Non accipiunt vestes, nisi loti prius sordibus: nec coronantur ad sacra, nisi in Christo noui homines renascantur. Ex his verbis intelligimus, vestes sacerdotales ad conuersationem populi Christiani pertinere.

De non v-
tendis ve-
stibus sa-
cratis in
quotidia-
no viu.
CAP. XVI.

Stephanus natione Romanus ex patre Iobio, vt legitur in gestis episcopaliibus, constituit sacerdotibus Leuiticis vestes sacratas in vsu quotidiano nõ vti in ecclesia. Tale quid Dominus per Ezechielem loquitur: Hęc sunt gazophylacia sancta, in quibus vestiuntur sacerdotes, qui appropinquant ante Dominum in sancta sanctorum. Et paulo post: Cum autẽ ingressi fuerint sacerdotes, non egredientur de sanctis in atriu exteriorius, & ibi reponant vestimenta sua, in quibus ministrant, quia sancta sunt, vestiunturq; vestimentis aliis, & sic procedent ad populũ. Et iterũ: Cũmq; ingrediuntur portas atrij interioris vestibus lineis induẽtur, nec ascẽdat super eos quicquam laneũ, quandõ ministrant in portis atrij interioris & intrinsecus. Et post pauca: Cũmq; egrediẽtur atrium exteriorius ad populum, exuent se vestibus suis, in quibus ministrauerant: & reponent ea in gazophylacia sanctuarij, & vestient se vestimentis aliis. Quauis hæc spiritualiter intelligere debeamus, tamen admoniti sumus à supra memorato apostolico, vt mutationem vestimenti iuxta litterã cõpleamus. Nobis enim qui spiritu sumus renati, ante oculos bonum est frequentare, quod in mentem transeat. Per lineam vestem, qua tãtummodo vitur in sanctis, intelligimus subtilem orationẽ, exutam ab omni carnali cogitatione ante Dominũ. Locutio verõ ad populum alia debet esse, tãmq; grossa, vt intelligi valeat à populo. Vnde & Hieronymus in libro decimotertio super Ezechielem: Et quia semel præceperat, quibus vestibus vti deberẽt sacerdotes quãdo intrinsecus in ministerijs sunt, rursũ iubet vt egredientes, in gazophylacijs siue in exedris sanctorum se exuat pristinis vestibus, & induat aliis, ne si sanctas vestes habuerint, sanctificent populum foris positũ, qui necdũ fuerit sanctificatus, nec se præparauerit in sanctificatione templi, vt sit Domini Nazareus. Per quã discimus, non quotidianis & quibuslibet pro vsu vitæ cõmunis pollutis vestibus nos ingredi debere in sancta sanctorum: sed munda conscientia & mundis vestibus tenere Domini sacramenta. Et iterum in eodem: Porro religio diuina alterutrũ habitum habet in ministerio, alterum in vsu vitæque communi. Nanque & hic ex verbis Hieronymi admoniti sumus mutatione vestimenti. Sequitur eiufdem in eodẽ: Hęc vestimenta proprio nobis labore conficimus, quæ texta sunt desuper, qualem & Dominus habebat tunicam, quẽ scindi non potest: quibus induimur, quãdõ secreta Domini & arcana cognoscimus, & habemus spiritum qui scrutatur etiã alta & profunda Dei, quæ non sunt monstrãda vulgo, nec proferenda ad populum, qui non est sanctificatus, nec Dei sanctitudinẽ præparatus: nõ si maiora se audierint, maiestãtẽ scientiæ ferre non possint: & quãsi solido suffocentur cibo, qui adhuc lacte infantie nutriẽdi sunt. Inter regulas sacræ scripturæ septem hæc vna ex illis cõstat, vt à littera transeamus ad spiritum, & à spiritu ad litteram: Ac ideo non ab-

horret à vero, quãuis de laneo vestimẽto accipiamus secundum spiritum, si secundũ litteram perfecimus mutationem vestimenti, quod & secundum litteram & secundum spiritum ritẽ possumus intelligere.

Amicus est primum vestimẽtum nostrum, quo collum vndique cingimus: In collo est nanque vox, ideõque per collum loquendi vsus exprimitur. Per amictum intelligimus custodiam vocis, de qua Psalmista dicebat: Dixi, custodiam vias meas, vt nõ delinquam in lingua mea: posui ori meo custodiam. Et in alio Psalmo: Pone Domine custodiã ori meo. Amictus ideõ dicitur, quia circumciicitur. In isto primo vestimento admonetur castigatio vocis.

Deamicin.
CAP. XVII.

Postea camisiã induimus, quam Albã vocamus, de qua Hieronymus in epistola memorata de veste sacerdotali ad Fabiolã: Secũda ex lino tunica, est poderis, id est, ralaris, & in sequentibus, Hęc adheret corpori, & ita arcta est & strictis manicis, vt nulla omnino in veste sit ruga, & vsque ad crura descendat. Volo pro legentis facilitate, abuti sermone vulgato: Solent militantes habere lineas, quas camisas vocat, sic aptas mẽbris & adstrictas corporibus, vt expediti sint vel ad cursum, vel ad prælia, dirigẽdo iaculo, tenendo clypeo, ense librãdo, & quocunq; necessitas traxerit. Ergo & sacerdotes parati in ministerio Dei vtãtur hac tunica, vt habentes pulchritudinem vestimentorũ nudorum, celeritate discurrant. In eo distat vestimentũ illud à nostro, quod illud strictum est, nostrũ verõ largum. Etenim hi, qui in veteri testamento spiritu seruitutis erãt adstricti, de quo dicebat Paulus, Nõ enim accepistis spiritum seruitutis in timore. Nos verõ quia filius liberauit, liberi sumus, non accepimus spiritũ seruitutis in timore, spiritum adoptionis filiorũ. Ac ideo sic illorũ strictũ, nostrũ largũ propter libertatẽ, qua Christus nos liberauit. Quia primũ vestimentũ diximus esse castigationẽ vocis, videamus si secundũ habeat aliquã castigationẽ corporis. Dicit Beda in libro de tabernaculo: Hęc etenim linea, manus ac brachia debet stringere sacerdotis, ne quid nisi vile faciat: pedes, ne quid inane cogitet: ventrẽ, nõ delicias vltimã odũ appetendo, deũ se gulosum facere presumat: subiecta ventri mẽbra, nõ lasciuendo torã sacerdotalis habitus pulchritudinẽ corrũpant: genua, ne ab orationis instantia torpeãt: tibias & pedes, ne ad malũ currãt. Induatur ergo sacerdos primo linea stricta, vt & corpus ab iniquis operibus, & à prauis cogitationibus mentẽ compescat. Quod ibi significatur strictura vestimenti, hoc apud nos lini castigatio. Quia vsq; ad pedes Beda peruenit differendo de lineis vestibus, congruum est, vt nosmetipsos absoluamus de sandalijs, siue vt alio nomine cãpobis, qui super sunt in pedibus: Sãdalia subtus cooperiunt pedem, desuper nudum relinquũt, de quibus dicit idẽ, qui supra, in tractatu super Marcũ: Marcus dicendo calceari eos sandalijs, vel soleis, aliquid hoc calceamentũ mysticæ significationis habere admonet, vt pes neque tectus sit, neque nudus ad terram, id est, nec occultetur euangelium, nec terrenis commodis innitatur. Sicut per linum, quo pedes vestiuntur, castigatio pedum significatur, ita per sandalia profectus ad prædicandum.

De alba.
CAP. XVIII.

Casulam, quæ est generale indumentum sacrorum ducum, ante ceteras vestes quæ sequuntur, præponimus. In illis quæ supra prætulimus, castigatio

De casula.
CAP. XIX.

castigatio corporis à vitijs designatur, excepto in A scandalijs. In sequentibus verõ opera iustitiæ demonstrabuntur. Dicit Beda in libro memorato de tabernaculo: Vestes sanctæ Aaron, quas illi fecit Moyses, opera sunt iustitiæ & sanctitatis. Casula verõ, quæ pertinet generaliter ad omnes clericos, debet significare opera quæ pertinent ad omnes: hæc enim sunt fames, sitis, vigiliæ, nuditas, lectio, psalmodia, oratio, labor operandi, doctrina, silentium, & cetera huiusmodi. In istis enim nullus sacrorum Dux negligens debet esse. Quandõ istis operibus vestitur, casula indutus est. Hęc in aperto sunt, & tam ad Minores gradus pertinent, quã ad supremos. Casula dupla est post tergum inter humeros, & ante pectus. Per humeros opera exprimentur. In eis duplex sit vestimẽtum, quia sic debemus bona opera foris proximis ostendere, vt eadem intus coram Domino integre seruemus. In pectore duplex, quia in eo vrũque debet esse, & doctrina & veritas interioris, doctrina ad homines. Hęc duo duplicia sint coniuncta, quia tunc benẽ ministratur, cum opus & ratio in vnum conueniunt. Opus ad humeros, ratio ad pectus.

De stola.
CAP. XX.

Stola accipit diaconus, quandõ ordinatur ab Episcopo. Ipsa enim semper vitur in opere ministerij. Per stola designatur onus leue ac suauẽ, de quo Dominus dicit: Tollite iugum meum super vos, iugum enim meum suauẽ est, & onus meum leue. Per iugum, euangelium intelligimus, de quo dicit Hieronymus in commentarijs Matthæi: Quomodõ leuius lege euangelium, cum in lege homicidium, in euangelio ira damnetur? Et paulõ post: In lege multa præcepta sunt, quæ Apostolus non posse compleri plenissimẽ docet. In lege opera requiruntur, quæ qui fecerit, viuet in eis: In euangelio voluntas requiritur, quæ si etiam effectum non habuerit, tamen premium non amittet. In eo quod stola ad genua tendit, quæ solent curuari causa humilitatis, hoc intelligimus, quod Dominus dicit: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Sciat se diaconus in stola superposita collo, ministerium euangelij esse, non præpositum. Euangelium Christus est.

De dalmatica.
CAP. XXI.

Dalmatica à Siluestro Papa instituta est, per Dalmaticam intelligimus religionem sanctam immaculatam, quæ est apud Deum & patrem, vt visitentur pupilli & viduæ in tribulationibus eorum, & visitatores immaculatos se custodiant ab hoc seculo. Ipsa Dalmatica duas coccineas lineas habet retrõ, similiterque in anteriori parte: Quia vetus testamentum & nouum rutilant dilectione Dei & proximi. Immaculatum esse, ad Deum pertinet: visitate fratres, ad proximum. Per colorem coccineum opera misericordiæ, quæ ex charitate sunt in pupillis & viduis, intelligimus: per candorem, visitatorum munditia designatur. Ipsa est enim vestis, de qua dicitur in psalmo quadagesimo quarto: Adstitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Vnde Augustinus in eodem psalmo: In veste ista varietas sit, scissura non sit. Ecce varietatem intelleximus de diuersitate linguarum, & vestem intelleximus propter vnitatem: Et in sequentibus, circumamicta varietate, Pulchritudo intrinsecus. In fimbrijs autem aureis, varietas linguarum

doctrinæ decus. Fimbriæ, quæ procedunt de Dalmatica, verba sunt eius prædicatoris, cuius religio sancta & immaculata est. Sicut verba ab aura acris raptantur, ita fimbriæ spiramine venti. Profert Paulus candidas fimbrias circa manus ad vtilitatẽ gentium, quãdõ dicit, Magis autem labore operandõ manibus suis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Quod Paulus prædicauit, opere compleuit, dicens ad Corinthios de se: In tribulationibus, in laboribus. Quod ita Ambrosius in eadem epistola: Laborare non destitit manibus suis, ne cui grauis esset. Fert fimbrias candidas in latere, quãdõ dicit: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, & in alio loco: in castitate, hoc est, castitate corporis, & in vigilijs. Qui hanc custodit, immaculatum se custodit ab hoc seculo. Fert coccineas circa humeros & pectora, quãdõ dicit: In charitate non ficta. Ficta charitas est, quæ dimittit viduas & pupillos in tribulatione, & subuenit in prosperitate. Quæ fimbriæ ante sunt & retrõ, quia mandatum dilectionis & in veteri testamento, & in nouo manet. Vnde Iohannes: Charissimi, nõ mandatum nouum scribo vobis, sed mandatum vetus, quod habuistis ab initio. Mandatum vetus, est verbum quod audistis. Iterum mandatum nouum scribo vobis. Quod ita Beda: Eadem charitas & mandatum vetus est, quod ab initio commendata: & mandatum nouum, quia tenebris eiectis, desiderij nouæ lucis iunfundit. Aliquæ Dalmaticæ habet viginti octo fimbrias ante & retrõ. Vbi est octies repetitus septiformis spiritus propter genera hominũ quos replet, vt laudẽt Deum, hoc est, reges terræ, & omnes populi, principes & iudices, iuuenes & virgines, senes & iuniores: & aliquæ* triginta, & triginta singulæ lineæ altrifsecus quindecim, quia charitas & in veteri testamẽto, & in nouo quindecim ramos ex se producit. Quisquis studet prodesse fratribus in aduersitate & in prosperitate, iste habet fimbrias coccineas in vtroque humero. Hęc duæ fortunæ signantur per sinistrum & dextrum humerum. Quindecim ramos charitatis enumerat: Patiens est, benigna est: non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malũ, non gaudet super iniquitate, congaudet autẽ veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Linea quæ in medio est, est quasi stipes charitatis. Quod enim significant lineæ siue fimbriæ in dextro humero siue sinistro, hoc significant in anteriori parte hominis, quæ pertinet ad nouum testamentum. Sinistrũ latus habet fimbrias, quia actualis vita sollicita est, & turbatur erga plurima: At dextrum latus non habet, quia contemplatiua vita quieta est. Per ipsam figuratur regina, quæ stat à dextris. Ipsa est vna columba, perfecta & proxima stat à dextris, & nihil in se sinistrum habet. Largitas brachiorum, largitatem & hilaritatẽ datoris demonstrat. Diaconus qui non est indutus Dalmatica, casula legit circumcinctus, vt expeditẽ possit ministrare: vel quia suum esse ire ad comitatum propter instantes necessitates. Ipsa habet pertusas subtus alas, quoniam Christum vult imitari, qui lancea perforatus est in latere, & vult vt nos sequamur eius vestigia, quod significat pertusus in latere.

* for. xx.

De tunica,
quā sacer-
dos induit
super cami-
siam.
CAP. XXII.

Sicut in camisia designatur castigatio corporis, ita in tunica virtutes intima, quæ ad solos sublimes pertinent, de qua Hieronymus in epistola ad Fabiolam. Hæc ipsa hyacinthina tunica, subucula nominatur, & proprie pontificis est, significatque ratione sublimium non patere omnibus, sed maioribus atque perfectis. Ipsa est interior, ipsaque designat virtutes animæ, quæ non multis cognitæ sunt, & quas semper debet habere perfectus. Vnde Beda in tractatu super Lucam: Quis etenim nesciat viscera misericordie, benignitatem, humilitatem, patientiam, modestiam, castitatem, fidem, spem & his similia, sine vlla temporum intercapedine, à fidelibus esse seruanda? Ipsa non cingitur, sed camisia. Quæ irâ est fabricata, vt non impediat cursum nostrum ad ministracionem, quoniam memoratæ virtutes liberum nobis iter præbent ad contemplacionem Dei. Camisia cingulo continentie constringitur, præcipiente Domino: Sint lumbi vestri præcincti, vt per duas virtutes, id est, obedientiam Domini, & naturalem disputacionem cõstringatur omnis voluptas. Hæc sunt vestimenta, de quibus scribitur in parabolis Salomonis, Fortitudo & decor indumentum eius. Et in superioribus, Et cingulum tradidit Chananeo. Si quis voluerit vti duabus tunicis, ostendet se esse diaconum & sacerdotem, siue vt octo sint vestimenta secundum numerum vestimentorum summi pontificis Aaron, cuius vestimenta narrantur fuisse circa caput & corpus vsque ad pedes. De vestimento pedum & manuum reticetur. Ad illius normam, vt dixi, habet summus pontifex noster à capite vsque ad pedes octo vestimenta. Primum est amictus, secundum camisia, tertium cingulum, quartum stola, quintum & sextum duæ tunicæ, septimum casula, octauum pallium. Porro vestimentum pedum potius pertinet ad nostros pontifices, quam ad Aaron: quoniam maior munditia est in nouo testamento, quam esset in veteri: & illa bona habemus, quæ illi habuerunt, & plura per Iesum Christum Dominum nostrum. Sacerdos in suo officio non se exiit casula, quia præcipiente Domino per Moysen non debet de sanctis, sicut scriptum est: Nec egredietur de sanctis, vbi intelligi datur, debere eum iugiter in continentia & abstinentia manere.

De pallio
quo vnitur
archiepiscopus.
CAP. XXIII.

Pallium archiepiscoporum super omnia indumenta est, vt lamina in fronte solius pontificis. Illo discernitur archiepiscopus à cæteris episcopis. Pallium significat torquem, quem solebant legitime certantes accipere. Quo dono admonentur cæteri ad legitimum certamen. Quod habet duas lineas à summo vsque deorsum ante & retrò. Significat enim summæ doctrinæ decorem per disciplinam mandatorum Domini acceptabilem. Circulus circa collum, disciplina est Domini circa sermonem prædicatoris, vt nõ sit alter sermo prædicationis, & aliud opus, dicente Paulo, Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum. Quod ita Ambrosius in tractatu epistolæ ad Corinthios: Vituperatur enim ministerium ipsorum, si ea quæ verbis docebant, operibus suis, vt fierent,

exempla non darent. Mandata veteris testamenti, à principio Genesios vsque in finem, in humerali linea operando & docendo portet pontifex in pectore: Noui, à primitiua ecclesia vsque in finem. De torque, dicebat Salomon in parabolis, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Quod ita Beda in eodem: Mos apud veteres fuit, vt legitime certantes, coronam in capite, torquem in collo acciperent. Et nobis ergò si disciplinam conditoris nostri, si gratiæ matris scita custodimus, maior inde virtutum spiritalium claritas augetur. Additur gratia capiti, cum charitas quæ principale mentis ornabat, ardentius inflammatur. Additur & collo torques, cum fulgore perfectæ operationis sermo prædicationis, qui per collum procedit, confirmatur: ac ne contemni ab auditoribus debeat, indeficienti virtutum connexionem ducitur. Sed & his qui Moisaicæ legis decreta Domino veniente seruabant, addita est gratia noui testamenti cum spe regni caelestis, cuius splendor eximius ad exemplum coronæ vel torquis, nullo vnquam sine claudetur.

Sudarium solemus tergere pituitam oculorum & narium atque superfluum saliuam decurrentem per labia. Ac ideo sudarium significat isto in loco studium mundandæ cogitationis, quo naturales & velut ingenitas nostras delectationes studemus tergere, siue propter effusionem lachrymarum tergendam fertur sudarium, vt in martyrologio Bedæ legitur, quod pater noster Arsenius propter redundacionem lachrymarum tergendam, sudarium semper in sinu vel in manu habuerit. In manu sinistra portatur, vt ostendatur in temporalis vita tædium nos pati superflui humoris, hoc est, carnalis delectationis. Et iterum: Sudarium ad hoc portamus, vt eo detergamus sudorem qui fit ex labore proprii corporis, quod legimus vtitatum fuisse circa corpus Christi: Vnde legitur, Et sudarium quod fuit super caput eius. Sudor tædium nostro corpori est. Si non esset tædium, non toties tergeretur. Habet aliquoties mens tædium, dicente psalmista: Dormitauit anima mea præ tædio. Tædium in anima, quasi sudor in corpore. Tædium animi aliquoties solet fieri ex conscientia peccatorum, aliquoties ex accidentibus, vt est omne flagellum quod patitur ab alieno corpore aliquoties ex infirmitate proprii corporis, quæ infirmitas aliquoties solet accidere ex peccatis. Quãdò tædium ex infirmitate peccatorum frontem conscientie nostræ tegit, habeamus sudarium ex lino castigatum & mundum, qualia sunt verba David propheta: Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Et si fuerit infirmitas ex approbatione, sicut in Iob, dicamus quod dixit: Sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. Munda cogitatio in David fuit, quandò dixit, Cor mundum crea in me Deus: mundaque in Iob, quandò dixit, Sicut Domino placuit, ita factum est. Sic & nos, quandò tædio aliquo afficimur, ne maiore tristitia absorbeamur, in consolationem nostram quasi quoddam sudarium exempla prædicta sanctorum patrum ad corroborandam patientiam, & detergendum tædium sumamus. Per sudarium intelligimus mundos affectus & pios in labore.

Varietas

De varietate sandaliorum.
CAP. XXV.

Varietas sandaliorum, varietatem ministrorum pingit. Episcopi & sacerdotis penè vnum est officium: At quia nomine & honore discernuntur, discernuntur etiam varietate sandaliorum, vt visibus nostris error auferatur, qui potest interesse propter similitudinem officij. Episcopus habet ligaturam in suis sandaliis, quam non habet presbyter. Episcopi est, huc illucque discurrere per parochiam ad relegendam plebem: ne fortè cadant sandalia de pedibus, ligata sunt. Ex eo potest sciri, quantum necesse sit ei firmare gressus mentis, qui in turbis populorum versatur. Presbyter qui domi hostias immolat securius incedit. Diaconus quia dissimilis est episcopo ab officio, non est necesse vt habeat dissimilia sandalia, & ipse ligaturam habet, quia suum est ire ad comitatum. Subdiaconus quia in adiutorio est diacono & penè in eodem officio, necesse est vt habeat dissimilia sandalia, ne forte æstimeretur diaconus. Myticæ, quia sandalia prædicatoris cursum signant, solea quæ subtus est, admonet prædicatorem, vt non se implicet terrenis negociis. Lingua de albo corio, quæ subtus calcaneum est, monstrat debere esse eadem separationem innocentem & sine dolo, vt possit de eo dici, Ecce verè Israelita, in quo dolus non est. Non sit talis, quales pseudo apostoli erant, qui prædicabant per inuidiam & contentionem. Lingua quæ inde surgit & est separata à corio sandaliorum, linguam eorum monstrat, qui prædicatori bonum testimonium debent proferre, de quibus dicebat Paulus: Oportet & cum testimonium bonum habere ab his qui foris sunt. Hi sunt in inferiore parte, & sunt quodammodò separati à conuersatione spiritalium. Lingua superior, spiritalium lingua est, qui prædicatorem introducant in opus prædicationis. Hæc requiruntur in posteriore vita prædicatoris. At intrinsecus de albo corio circumdata sunt sandalia: Ita oportet esse prædicatoris intentionem candidam coram Deo ex pura conscientia: extrinsecus verò nigrum apparere, quoniam videtur prædicatorum vita defecta à secularibus propter multitudinem pressurarum præsentis mundi. Superior pars sandaliorum per quam pes intrat, multis filis confuta est, vt non dissoluatur duo coria. In initio enim debet studere prædicator pluribus virtutibus atque sententiis scripturarum, vt opera forinseca cum his quæ intrinsecus nitent coram Deo, non disungantur. Lingua sandaliorum quæ super pedem est, linguam prædicatoris potest figurare. Linea opere futuri facta, procedens à lingua sandalij vsque ad finem eius, euangelicam perfectionem: lineæ procedentes ex vtraque parte, legem, & prophetias, quæ in euangelio recapitulatur. Etenim ipsæ recapitulatæ sunt ad medianam lineam, quæ vsque ad finem currit. Ligatura mysterium incarnationis Christi, quæ incarnatio, quia in aliquibus aperta est humanis sensibus humano more, sicuti est, ponitur in presepio, pannis inuoluit, & cætera. Aliqua sandalia sine ligaturis tenent prædicatio. Et aliter: Dicit Dominus in euangelio: Quodcunque superogaueris, ego cum rediero, reddam tibi. Disponit Dominus his qui euangelium prædicarent, de euangelio viuere: superogauit Paulus, quia sine sumptu exposuit euangelium, operabatur ma-

nibus suis victus sibi necessaria. Opus Pauli quod supererogauit euangelio, possumus intelligere corrigias superogatas sandaliis, quæ mantibus huc illucque ducuntur vt ligenentur. Firmo gressu ita prædicator, qui nulli onerosus est.

Reuiter desideramus recapitulare omnem ornatum clericorum. Caput clerici mens est. In superiore parte discooperum, vbi est imago Dei, in inferiore parte circumdatum capillis, quasi aliquibus cogitationibus de præsentis necessitate. Amictus est castigatio vocis. Alba cæterorum inferiorum sensuum, præsentem magistra ratione, interius per disciplinam continentie restringente quasi quodam cingulo voluptatæ carnis. Calceamenti linea, prohibitio pedum ad malum festinando. Sandalia ornatus, iter prædicatoris, quia celestia non debet abscondere, neque terrenis inhiare. Secunda tunica, opera mentis sunt: casula opera corporis pia. Stola, iugum Christi, quod est euangelium. Dalmatica diaconi & sui ministri, quæ est itineri habilis, cura proximorum est. Sudarium, pia & mundæ cogitationes, quibus detergimus molestias animi ex infirmitate corporis. Pallium archiepiscoporum, torques deuotissimæ prædicationis & in veteri testamento, & in nouo.

Recapitulatio vestimentorum.
CAP. XXVI.

Explicit libellus secundus.

Capitula Libri Tertij.

1. De signis quibus congregamur in idipsum.
2. De sinu ecclesie.
3. De choro cantorum.
4. De vestimento cantorum.
5. De introitu episcopi ad Missam.
6. De Kyrieleyson.
7. De cæreis.
8. De Gloria in excelsis Deo.
9. De prima oratione Missæ.
10. De sessione episcopi.
11. De officio lectoris & cantoris.
12. Quid sit interresponsorium & tractum.
13. De alleluia.
14. Quid sit inter alleluia & tractum.
15. De expoliacione casularum.
16. De tabulis.
17. De ascensu in pulpitu.
18. De ascensione diaconi in tribunal.
19. De officio quod vocatur Offerenda.
20. De Secreta.
21. De hymno ante passionem Domini siue preparationem.
22. De hymno, Sanctus sanctus sanctus.
23. De Te igitur.
24. De institutione Dominica in conficiendo corporis & sanguinem.
25. De ascensione Christi in crucem.
26. De corpore Domini post emissum spiritum in cruce, & nostra mortificatione in idipsum.
27. De præsentatione patenæ.
28. De officio quod memorat requiem Domini in sepulcro.
29. De oratione Dominica.
30. De præsentatione subdiaconorum, vt suscipiant corpus Domini de altari.

- 31. De immisione panis in vinum.
- 32. De osculo pacis.
- 33. De Agnus Dei.
- 34. De eucharistia.
- 35. De parte oblata, quæ remanet in altari.
- 36. De vltima benedictione.
- 37. De vltiore vltima benedictione.
- 38. De Missa in festiuitate S. Iohannis Baptistæ manè prima.
- 39. De Offerenda, vir erat in terris.
- 40. De aduentu Domini.
- 41. De natiuitate Domini.
- 42. De consueto tempore Missæ.
- 43. De hypantr.
- 44. De Missa pro mortuis.

A 45. De nomine Domini Iesu.

Domino opitulante, intercedente B. Medardo confessore, cuius festiuitas hodiè apud nos celebratur in gaudio sanctorum, promptissimus animo ad suscipiendum Dei munus: si tamen ipse dignatur purgare & serenare oculum, in quo discamus de officio Missæ, quid rationis in se contineat diuersitas illa, quæ ibi agitur: cum satis esset, sine cantoribus & lectoribus & cæteris quæ ibi aguntur, sola benedictio episcoporum, aut presbyterorum ad benedicendum panem & vinum, quo reficeretur populus ad animarum salutem: sicut primæuis temporibus fiebat apud apostolos. Ac idèd primum dicendum est de signis.

TERTIVS LIBER INCIPIT.

De signis, quibus congregamur in idipsum. CAP. I.

Signorum vsus à veteri testamēto sumptus est, scriptum est in lib. Num. Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem. Et paulò post. Quoniã autem congregandus est populus, simplex tubarũ clangor erit, & non concisè vltulabunt. Filij Aaron sacerdotis clangent tubis. Et iterũ: Si quando habebitis epulum, & dies festos & Kalendas, canentis tubis super holocaustis & pacificis victimis, vt sint vobis in recordationem Dei vestri. Audiui- mus clangorem tubarum in recordatione Dei nostri resobare. Detque nobis Deus, vt quicquid boni facere poterimus, siue singulariter in causa nostra, siue communiter in causa fratrum, vt est signa moueri, in memoriam eius faciamus. Audiamus & tubã vocantem nos ad pœnitentiam, quando in aduersis affligimur, dicente Ioel: Canite tuba in Sion: sanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate populum, sanctificate ecclesiam, coadunate senes, congregate paruulos & sugentes vbera. Quod ita Hieronymus in eodem: Clangite tuba in Sion, & pœnitentiam populis prædicare. Sanctificate ieiunium, prædicare curacionem, siue cœtum, de quibus iam diximus. Congregate populum, vt qui dispersus peccauerat, congregatus peccare desistat. Sanctificate ecclesiam, vt nullus in ecclesia nõ sanctus sit: ne fortè impediatur orationes vestræ, & modicum fermentum totam massam corrumpat. Et adunate siue eligite senes, vt non ætas in eis, sed sanctitas eligatur. Congregate quoque paruulos & sugentes vbera, ne vlla sit ætas, quæ non conuertatur ad Dominum. Paruulos atque lactentes, de quibus in psalmis & in euangelio legimus: Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Prædicatione quã significat clangor tubarum, Hieronymo exponente, significat signum, quod in nostra ecclesia reboat. Signum nostrum est ex metallo æris, Aes est metallum durabile & sonorum. Habet idem signum interius plectrũ ferreũ, quo tunditur, vt audiatur: Oraçs prædicatorum significat noui testamēti, quæ plus durat, quam tubæ veteris testamēti, atque altiùs resonant. Ora prædicatorum nostrorum durabunt

vsque in finem, & auditur longè sonus eorum vsque in fines terræ. Tempore Iudæorum notus erat tantũ in Iudæa Deus: at nunc in omni terra. Vas metallicum interius, linguam eorum: per funem, intelligimus mensuram vitæ nostræ. Vnde dicebat Paulus: Sed ipsi in nobis, nosmetipsis metientes & cõparantes. Mensuræ meæ conuersationis nusquam mihi fatius ostenditur, quam in scriptura: ac idèd funem, scripturam intelligit. Funis, qui habet initium à ligno, scripturam sacram significat noui testamēti, descendentem à ligno Dominicæ crucis, Quod tamen signum à superioribus continetur, quia Dominica crux à prophetis & antiquis patribus cõtinetur: Qui funis vsque ad manus sacerdotis pertransit, etenim scriptura ad opera sacerdotum debet transire. De qua dicit Gregorius in libro de ædificatione templi: Quisquis hanc legit, in ea semetipsum metitur. Vel quantum in spiritali virtute proficit, vel quantum à bonis quæ precepta sunt, longè distans remansit: quantum iam assurgat ad bona faciendã, quantum adhuc in prauis prostratus iaceat. Hæc verba nouissima valdè congruunt operi presbyteri, quis signũ mouet: Quoniã funem sequitur sursum, id agit, vt in seipso recogiter quãtum ad bona opera sit erectus: quando deorsum trahit, id considerat quãtum iaceat adhuc in prauis. Qui secundum verba S. Gregorij semetipsum metitur, ipse habilis est, fratres vocare ad vnum cor & vnam animam. Ne despiciat presbyter hoc opus agere, vt in isto imitator sit filiorum Aaron, sicut & in multis cæteris. Qui se cognoscit debitorem esse prædicationis, non debet se retrahere à mouèdis signis, cum ex eis idèd possit prædicare populo. Vinculum quo plectrum ligatur vasi, quædam moderatio est, quæ scit ad tempus mouere plectrum linguæ, vt labia feriantur. Vinculum ad tactum funis mouet plectrum, quoniam modestia ad authoritatem sacræ scripturæ linguam prædicatoris mouet.

Ecclēsia est cõuocatus populus per ministros ecclesie. CAP. II.

Ecclēsia est cõuocatus populus per ministros ecclesie. Ipsa domus vocatur ecclesia, quia ecclesiam cõtinet. Ipsa vocatur κληρικη, quia est Dominicalis. κληρος Græcè, Latinè dominus: ac idèd κληρικη dominicalis. Ipsa vocatur βασιλικη, id est, regalis, à βασιλευς,

Basilicæ, βασιλευς, rex dicitur, quasi basis populi, & populus dicitur, βασιλευς basis populi. Vnde Isidorus: Basilicæ prius vocabantur regum habitacula, vnde & nomen habent. Nam βασιλευς rex, & basilicæ, regis habitaciones. Nunc autem idèd diuina tẽpla basilicæ nominantur, quia ibi regi Deo cultus & sacrificia offeruntur. Iosephus simili modo nominat domum, quam ædificauit Salomon ad suum opus, dicens: Post templi fabricam, quam septem annis prædiximus fuisse perfectam, ædificium domus regalis constituere cœpit, quod tredecim annis vix impleuit. Non enim huiusmodi feruens studium erat, sicut in templo. Et post pauca: Hæc quidem secundum felicitatem Hebræicæ regionis, ac merito regis ædificata sunt. Quorum totam expositione & ordinem dicere necessarium est, vt ex hoc omnes coniciant magnitudinem, cum legentes viderint huius rei descriptionem. Erat magna basilica nimis & pulchra. Hæc innumera columnarũ multitudine portabatur, quã ad iudicia rerũque cognitiones distribuit. Audistis ex autoritate veteri, idèd cõuenisse populum ad basilicam, vt audiret iudicia. Audite Apostolum, cur conueniatur in ecclesia. Itaque fratres mei, inquit, cum conuenitis ad manducandum, inuicem exspectate. Si quis autem esurit, domi manducet, vt non in iudicium conueniatis. Monstrante Paulo propter cõuenimus ad ecclesiam, vt manducemus cenam Domini. Duo autem audistis cur conueniat populus. Vnum, ex antiqua traditione, vt iudicia rerum & cognitiones accipiat: alterum ex nouo testamento, vt manducet. Vtraque quæritur ad ecclesiam, scilicet vt in ea audiamus iudicia nostra, mala siue bona, & cognitionem Dei: & vt manducemus corpus Domini. Idcirco quæ præter ista sunt, postponamus eo tempore, vt iudicia Domini percipere & retinere queamus, & panem Domini manducare, studentes nosmetipsos probare, si dignè possit à nobis manducari. In conuentione ecclesiastica scorum masculi, & scorum feminae stant. Quod accepimus à veteri consuetudine, dicente Beda in tractatu super Lucam: Querit aliquis, quomodo Dei filius tanta parentum cura nutritus, his abeuntibus, potuerit obliuiscendo relinqui, Cui respondendum, quia filijs Israel moris fuerit, vt temporibus festis, vel Hierosolymam cõfluentes, vel ad propria redeantes, scorum viri, & scorum feminae choros ducentes incederent, infantisque vel pueri cum quolibet parente indifferenter ire poterint. Idèdque beatam Mariam vel Ioseph vicissim putasse puerum Iesum quem secum comitari non cernebant, cum altero parente reuertentem. Quamuis & aliud hac in re possimus tenere, quod caro viri & mulieris, si propi accesserint, vnũ quodque ex altero accendatur ad libidinem, quae de re dicit Salomon: Longè fac ab ea viam tuam. Quoniam propterea venimus, vt desicemus carnales delectaciones, necesse est vitare fomestam carum. De habitu mulierum docet Paulus Corinthios: Decet mulierem non velatam orare Deum: nec ipsa natura docet vos, quòd vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi: mulier verò si comã nutriat, gloria est illi, quoniã capilli pro velamine ei dati sunt? Ambrosius in epistola ad Corinthios: Mulier, inquit idcirco debet velare caput, quia nõ est imago Dei, sed

A vt ostendatur subiecta: & quia præuaricatio per illã inchoata est, hoc signi debet habere, vt in ecclesia propter reuerentiam sacerdotalem non habeat caput liberum, sed velamine rectum: nec habeat potestatem loquendi, quia sacerdos personam habet Christi. Quasi ergò ante iudicem, sic ante sacerdotem, quia vicarius Domini est, propter reatus originem subiecta debet videri. Et alio modo: Quia & viri quidam comam nutriebant, & mulieres nudo capite procedebant in ecclesiam, gloriantes in crinibus, quod non solum inhonestum erat, sed etiã concupiscentiæ fomenta præstabat. Masculi stant in Australi parte, & feminae in Boreali, vt ostendatur per fortioiorem sexum, firmiores sanctos semper constitui in maioribus tentationibus ætus huius mundi: & per fragiliorem sexum, infirmiores sanctos aptiori loco, sicut dicit Paulus Apostolus: Fidelis est Deus, qui non patietur vos tentari super id quod potestis. Ad hoc quidem pertinet quod Ioannes in Apocalypsi sua vidit angelum fortem, qui posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram. Fortiora etenim membra in maioribus periculis, & alia in competentibus sistantur. Locutionem quam homines debent habere in ecclesia, Paulus manifestat, dicens ad Ephesios: Loquentes vobismetipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritalibus. Quod ita Hieronymus in tractatu memoratæ epistolæ: Qui se abstinerit ab ebrietate vini in quo est luxuria, & pro hoc spiritu fuerit impletus, iste omnia potest accipere spiritaliter, psalmos, hymnos, & cantica. Quid autem interit inter psalmum, hymnum & canticum, in psalterio plenissimè discimus. Hic autem breuiter, hymnos esse, dicendum, qui fortitudinem & maiestatem prædicant Dei, & eiusdem semper vel beneficia vel facta mirantur. Quod omnes Psalmi cõtinent, quibus alleluia vel prepositum vel subiectum est. Psalmi autem proprie ad ethicum locum pertinent, vt per organum corporis, quid faciendum & quid vitandum sit, nouerimus. Qui verò de superioribus disputat, & conuentum mundi, omniumque creaturarum ordinem atque concordiam subtilis disputator edisserit, iste spirituale canticum canit. Vel certè, vt propter simpliciores manifestius, quod volumus, eloquamur, psalmus ad corpus, canticum refertur ad mentem. Et canere igitur, & psallere, & laudare Deum magis animo quàm voce debemus. Quod prætermisimus, quis Apostolicorũ primus statuerit, vt feminae velatæ intrarent in ecclesiam, hic remur intromittere. Linus natione Italus, vt legitur in gestis episcopalis, ex præcepto beati Petri constituit, vt mulier in ecclesiam velato capite introiret.

Augustinus in psalmo centesimo quadagesimo-nono: Et chorus quid significet, multi norunt. Chorum, quia in ciuitate loquimur, propè omnes norunt. Chorus est consensus cantantium. Si in choro cantamus, corde cantamus. In choro cantantium quisquis voce discreperit, offendit auditum, & perturbat chorum. Isidorus: Chorus est multitudo in sacris collecta: & dictus chorus, quòd initio in modum coronæ circum aras starent, & ita psallerent. Cantorum ordinem suscipimus ex Dauidica institutione. Quando

De choro cantorum. CAP. III.

reportanda erat arca Domini de domo Obededon in ciuitate Dauid, præcepit Dauid (vt verba dierum narrant) constituere Leuitas de fratribus suis cantores in organis Musicorum. Constituerunt Leuitæ Eman, Afaph, Ethan, vt concrepant in cymbalis æneis. Et post reliqua: Afaph autem, vt cymbalis personaret, Bananias verò & Aziel sacerdotes canerent tubis iugiter coram arca fœderis Domini. In illo die fecit Dauid principem ad confitendum Domino, Afaph & fratres eius, & iterum: Eman quoque & Idithum canentes tuba: & quædam cymbala, & omnia musicorum organa ad canendum Deo. Et iterum. Cantores filij Afaph stabant in ordine suo iuxta præceptum Dauid, & Afaph & Eman & Idithum prophetarum regis. Cantorum primus (vt verba dierum narrant) Eman exitit. Hi verò sunt qui assistebant cum filiis suis, De filiis Caath: Emancantor filius Iohel, filij Samuel, filij Elcana, filij Geroam, filij Helihel, filij Thohu, filij Suph, filij Elcana, filij Maath, filij Mafai, filij Elcana, filij Iohel, filij Azariæ, filij Sophonia, filij Thahath, filij Afit, filij Abihafaph, filij Chore, filij Saar, filij Caath, filij Leui, filij Isracl, & fratres eius qui stabant à dextris eius. Officij tamen illorum author exitit Dauid: De qua re dicit Augustinus in libro decimo septimo de ciuitate Dei cap. 14. Erat autem Dauid in canticis eruditus, qui harmoniam musicam non vulgari voluptate, sed fidei voluntate dilexerit, ea Deo suo, qui verus est Deus, mystica rei magnæ figuratiōe seruierit. Diuersorum enim sonorum rationalis & moderatus concentus, concordia, varietate compactam benè ordinatam ciuitatis significat vnitatem. Hinc tractent cantores, quid significet symphonia eorum. Ea admonent plebem, vt in vnitatem vnus Dei cultus perseuerent. Etiam si aliquis surdus adfuerit, id ipsum statu illorum in choro ordinatissimo insinuat: Vt qui auribus capere non possunt vnitatem, visu capiant. Porro cantores laudatores Dei sunt, & ad laudem cæteros excitantes. De quo Hieronymus in tractatu Esaiæ libro primo: Et super choros (qui in libro dierum plenius describuntur) Afaph & Idithum & Eman, & filij Chore constituti sunt, vt paulatim à sacrificijs victimarum ad laudem Domini transiret religio. Id frequentissimè reperitur in veteri testamento, vbi eorum officium narratur, opus eorum esse confessionem Domini. Hic versus sapientissimè cætorib⁹ imputatur: Cōfitemini Domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius. Nostri cantores non tenent cymbala, neque lyram, neque citharam manibus, neque cætera genera musicorum, sed corde. Quanto cor maius est corpore, tanto Deo deuotius exhibetur, quod per cor fit, quàm per corpus. Ipsi cantores sunt tuba, ipsi psalterium, ipsi cithara, ipsi tympanum, ipsi chorus, ipsi chordæ, ipsi organum, ipsi cymbala. Vnde Augustinus in libro psalmodum nouissimi psalmi: Idem ipsi sancti sunt in omnibus musicis organis. Et paulò post: Laudate Dominum in sanctis eius. Hoc exequitur variè, significans eosdem ipsos sanctos eius: Laudate eum in sono tubæ, propter laudis excellentissimam claritatem. Laudate eum in psalterio & cithara. Psalte-

rium est de superioribus laudans Deum: cithara de inferioribus laudans Deum, tanquam de cælestibus & terrestribus, tanquam eum qui fecit cælum & terram. Iam quippe in alio psalmo exposuimus psalterium de super habere sonum illud lignum, cui neruorum series, vt meliorè sonum reddat, incumbit, quod lignum cithara inferius habet. Laudate eum in tympano & choro. Tympanum laudat Dominum, cum iam in carne mutata, nulla est terrenæ corruptionis infirmitas: De corio quippe fit tympanum exiccato atque firmato. Chorus laudat Dominum, quando eum laudat pacata societas. Laudate eum in chordis & organo. Chordas habet & psalterium, & cithara, quæ superius commemorata sunt. Organum autem generale nomen est vasorum omnium musicorum. Quauis iam obtinuerit consuetudo, vt organa propriè dicantur ea, quæ inflantur follibus: Quod genus significatum hic esse non arbitror. Nam cum organum vocabulum Græcū sit, vt dixi, generale omnibus musicis instrumentis, hoc cui folles adhibentur, alio Græci nomine appellant. Vt autem organū dicatur, magis Latina & ea vulgaris est cōsuetudo. Quod ergo air, in chordis & organo, videtur mihi aliquod organum quod chordas habeat, significare voluisse. Nō enim psalteria sola & citharæ chordas habent, sed quia in psalterio & cithara propter sonū ab inferioribus & superioribus inuentum est aliquid, quod secundum hanc distinctionē possit intelligi, aliud nos in ipsis chordis quærere admonuit: quia ipsæ caro sunt, sed iam corruptione liberata. Quibus idè fortasse addidit organum, non vt singulæ sonent, sed vt diuersitate concordissima consonent: sicut ordinatur in organo. Habebunt enim etiam hanc sancti differentiam ad suos consonantes, non dissonantes, id est, consentientes, non dissentientes, sicut fit suauissimus cantus ex diuersis quidem, sed non aduersis inter se. Stella enim à stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorū. Laudate eū in cybalis benè sonantib⁹. Laudate eum in cymbalis iubilationis. Cymbala inuicem tanguntur vt sonent: idè à quibusdam labijs nostris cōparat sunt. Sed melius intelligi puto in cymbalis quodammodò laudare Dominum, dū quisque honoratur, à proximo, non à seipso, & inuicem honorantes dant laudem Deo.

Rimi cætores vestiti erant byssinis, vt verba dicitur narrat, dicendo: Tā Leuitæ, quàm cætores, id est, qui sub Afaph erant, & qui sub Eman, & qui sub Idithū filij & fratres eorū vestiti byssinis, cymbalis & psalterijs & citharis cōcrepabant. Ex natura byssi possumus intelligere, quàm proxima sint inter se hæc duo. byssus & linū quo nostri cantores vtuntur. Dicit Beda in libro de tabernaculo & vasis eius: Byssus nāque, vt sepius cōmemoratū est, de terra viridis nascitur: sed eruta de terra, siccat, cōtunditur coquitur, torquetur, & magno & lōgo exercitio ad cādīdū deviridi producitur color: Sic & caro nostra vt ad virtutē decoremq; castitatis perueniat, arctis se necesse est ieiuniorum, orationis, vigiliarum, & totius continentie laboribus subigat, quibus naturales & velut ingenitas eius delectationes exiccare, atque ad eam, quam desideramus, dignitatem virtutis accedere queamus. Et in alio loco eiusdem:

Quid

Quid per byssum, nisi candens decore mūditiæ corporalī castitas designatur? In significatiōe non discrepat nostrum linum, quo nostri cantores vestiuntur à bysso. Ipsi enim labores quos supra diximus, non sunt candor: sed per eos peruenitur ad candorem: ac ideo, vt prætulimus, per casulam possumus intelligere ipsos labores: in camisia verò ipsam munditiā carnis, quæ splendet ante Dominum. Ex nobis ipsis possumus addiscere, aliud esse ieiunium, orationes, & vigilias, & aliud munditiā carnis. Multi enim ieiunant, & orant, ac vigilant, & quod grauius est, delinquant per carnis appetitum. Vnde & Hieronymus in tractatu epistolæ ad Ephesios: Quamuis enim diligunt Dominum, parati exilia, parati martyria, parati inopiam, & omnia pro eo contumeliarum genera sustinere, & nihilominus carnis passio superantur? Officium quod vocatur Introitus Missæ, habet initium à prima antiphona, quæ dicitur Introitus, & finitur in oratione, quæ à sacerdote dicitur ante lectionem. Introitus Episcopi ad Missam, qui vicarius est Christi, ipsius aduentum nobis ad memoriam reducit, & populi adunationem ad eum, & siue per suam prædicationem, siue suorum Prædicatorum. Introitus episcopi celebratur vsque ad sessionem suam. Tangit enim ex parte officium, quod Christus corporaliter gessit in terra, siue discipuli eius vsquequò ascendit ad sedem paternam. Hoc officium addidit missæ Cælestinus. Ille vt in gestis pontificalibus continetur, constituit, vt psalmi Dauid centum quinquaginta ante sacrificium psallerentur antiphonatum ex omnibus, quod antè non fiebat nisi tantum epistola beati Apostoli Pauli recitabatur, & sanctum euangelium, & sic Missa celebrabatur. Quod nos ita intelligimus, vt ex omnibus psalmis exciperet antiphonas, quæ psallerentur in officio Missæ. Nam antè inchoabantur Missæ à lectione. Qui mos adhuc retinetur in vigilijs Paschæ, & in vigilijs Pentecostes: Christus filius Dei qui elegit suos ante mundi constitutionem, vt essent sancti & immaculati, misit præcones in veteri testamento, vt de aliis raceam, qui suauitate ac modulatione vocis populum suum congregarent ad vnus Dei cultum. Quorum author fuit Dauid, de quo Augustinum prætulimus dicentem in superioribus: Erat autem Dauid vir in canticis eruditus, qui harmoniam musicam non vulgari voluptate, sed fidei voluntate dilexerit, & rel. Post eum Eman, Afaph, Ethan & Idithum, de quibus iam prædictum est, & quid significet eorum psalterium cithara, tympanum, chordæ, organum, & cætera. Hæc omnia sunt in opere & cantu. Vnde mos inoleuit, vt non sedeat in ecclesia, quandiu præfens officium agitur, quoniam operarij & laborarij Christi siue præconum eius deputantur, qui prædestinati ad cultum vnus Dei vocantur. De quo statu dicit libellus, qui inscribitur de Ordine Romano: Pontifex incipit Gloria in excelsis Deo, si tempus fuerit, & non fedet antequam dicat post orationem primam, Amen. Quicumque enim Deo attrahitur, delectatione attrahitur, non necessitate. Vnde Augustinus in tractatu super Iohannem

Tom. 6.

sermone vicesimo tertio: Porro si Poëtæ dicere licuit, Trahit sua quenque voluptas: non necessitas, sed voluptas: non obligatio sed delectatio: quanto fortius nos dicere debemus, trahi hominem ad CHRISTVM qui delectatur veritate, delectatur beatitudine, delectatur iustitia, delectatur sempiterna vita? Ac idè cantorum, dulcis vox huic operi dedita est, vt sua dulcedine idonea sit hortari populum ad confitendum Domino. Ita enim scriptum est in libro Paralipomenon: Igitur cunctis pariter & tubis & voce, cymbalis & organis, & diuersi generis musicorum concinentibus, & vocem in sublime tollentibus, longè sonitus auditur: vt cum Dominum laudare cœpissent, & dicerent: Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius, impleteretur domus DEI nube, nec possent sacerdotes stare & ministrare propter caliginem. Compleuerat enim gloria Domini domum Domini. Præconibus psallentibus, quando placuit CHRISTO Domino psallentium venire, ascendit super currū suum, & venit in mundum, disponere eundem currum per loca congrua. De quo curru dicit psalmista: Currus DEI decem millibus multiplex. Vnde iterū Augustinus in psalmo sexagesimo septimo: Multitudinem sanctorum atque fidelium, qui portando DEVM fiunt quodammodò currus DEI, signauit hoc nomine. Hanc immanèdo & regendo perducit in finem tanquam currum suum, velut in locum aliquem destinatum. Multitudo decem millium sanctorum, est in ordinibus ecclesiasticis, & in auditoribus eorum. Septè gradus sunt ordinatorum, octauus cantorum, nonus & decimus auditorum vtriusque sexus, Milliū additur, ad insinuandam perfectionem eorum. Veniente Domino, ducit secum prophetas & sapientes & scribas, hos in Euangelio promittit seminare ad inuitandum populum. Ecce ego, inquit, mitam ad vos prophetas & sapientes & scribas, & reliqua, Diaconi in loco prophetarum sunt, qui annunciant ex Euangelio futuram vitam. Subdiaconi in loco sapientum, qui sciunt ordinatè vasa Domini disponere, & quod primum ferendum sit, quodque posterius. Acolyti in loco scribarum, qui accendunt corda fidelium ex scriptura sacra. Præuenit in thuribulo thymiama, quod significat corpus CHRISTI plenum odore bono. Hoc enim corpus primò necesse est prædicari in omnibus gentibus. Vnde Paulus dicit ad rudes Corinthios: Nihil me iudicauit scire inter vos, nisi CHRISTVM IESVM, & hunc crucifixum. Dein ferantur candelabra, vt super fundamentum iam positum luceat lux prædicatorum coram hominibus: Iam eos illuminatos sequantur subdiaconi, vt possit Prædicatorum ordo dicere, Sapientiam loquimur inter perfectos. Euangelium illis iungatur, in quo est declarata perfectio. Si vis, inquit, perfectus esse, vade, vende omnia. Episcopus & sibi coniuncti, euangelium sequantur, iuxta illud Euangelicum: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Ante oculos habeat sapientissimè episcopus, quod in mēte semper oportet retinere. Septè prophete sue diaconi sūt in ministerio quia septemplex scriptura inter nouū

Sf ij

De Introitu Episcopi ad Missam. CAP. VI.

De vestimento cantorum. CAP. IIII.

testamentum, & vetus, quæ euangelio ministrant. A Episcopus in medio vicarius Christi quasi euangelium, habet in Nouo Testamento ministros historia, vt Lucam in Actibus Apostolorum: habet ministros in septem epistolis canonicis: habet ministros in quatuordecim Epistolis Pauli, habet ministros in Apocalypsi: In veteri testamento, in lege, prophetis, & psalmis. Vndè scriptum est in Euangelio Lucæ: Quæ scripta sunt in lege Moysis, & prophetis, & psalmis de me. At si quinque fuerint, quinque ministros librorum demonstrant in euangelio ministrare. Episcopus in medio quasi euangelium, habet in nouo testamento primum oris sui. Secundum historia, secundum epistolarum, tertium prophetarum, vt est Apocalypsis. In veteri testamento vnum legis, & alterum prophetæ. Hæc duo Philippus in Iohannis euangelio ad medium deducit, dicens: Quem scripsit Moyses in lege, & prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth. At si fuerint tres, tres ministraciones trium librorum. Fons omnis sapientiæ euangelium, in medio duos libros in nouo testamento, scilicet epistolarum, & prophetarum. Liber Actus Apostolorum, qui mittitur Theophilo, Epistolis coniungitur. Ex vna re est epistola, quia mittitur alicui homini: ex altera, quia historiam tantum continet, stat per se. In veteri testamento vnum: Omnis scriptura apud veteres lex nominatur, sicut de psalmis dicitur: Et in lege vestra scriptum est, quia ego dixi, Dij estis. Vndè Augustinus memoratus in tractatu super Iohannem sermone quadragesimo quarto: Legem appellauit Dominus generaliter omnes illas scripturas, quanuis alibi specialiter dicat legem, à prophetis eam distinguens, sicuti est, Lex & prophetæ vsque ad Iohannem prophetauerunt. Et, in his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. Aliquando autem in tria diuisit eandem scripturas, vbi ait, Oportebat omnia impleri quæ scripta sunt in lege & prophetis & psalmis de me. Si vnus fuerit, vnum præceptum dilectionis ostendit, vt Apostolus ad Galatas: Omnis lex in hoc sermone impletur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Ministerium Prophetæ est, ex memoratis libris Euangelicam veritatem approbare. Vt moderatè prophetia disponatur, habeat ante se subdiaconorum sapientiam, scilicet vt congruo tempore prophetent, & ita ordinate, vt possit capi ab auditoribus quod dicitur. Acolytorum lux, doctorum opus expleat, vt in manifestam lucem perducant memoratos libros. Qui enim Christum præcedit ad aliquem locum, vt euangelium prædicet, ita sapienter debet præcedere, vt profit auditoribus, & explanet obscuros sensus scripturarum. Postquam transit vicarius in medio adolescentularum tympanistrarum, de quibus Augustinus qui supra: In ministerio, inquit, honorabili, nam ita sunt in medio ministri, præpositi ecclesiarum nouarum, hoc enim sunt adolescentularum, carne edomita DEVM laudantium: Sapientia, id est, subdiaconi, vadunt in medio adolescentularum tympanistrarum, vt doceant quem laudare debeant tympanistræ. Tympanistræ cantores sunt. Ministerium cantorum laudem resonat, vt idem in psalmo septuagesimo secundo: Qui enim cantat laudem, non solum laudat, sed

etiam hilariter laudat. Qui cantat laudem, non solum laudat, sed & amat eum quem cantat. Notum est, quid veteres cantores in lege amabant, de quorum persona dicitur Dauid, Vt iumentum factum sum apud te, scilicet, vt liberis haberent, opibus abundarent, honore fruerentur, & sanitate gauderent. Christo homine nouo veniente, cor eorum mutari oportebat ad meliora. Sapientia subdiaconorum innouat eos, vt qui vnum antea tantum Deum dicebant, non in tribus personis dicant nunc, Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto. Sed expectandum est vsquedum id fiat, quod precatur sponsa in Canticis canticorum, Osculetur me osculo oris sui. Scitis, dicente Apostolo, Christum semetipsum exinanuisse, & formam serui accepisse. Quapropter postquam præsentatus est ecclesiæ, inclinatus stat vsque ad impletionem sue humilitatis, in qua factus est patri obediens vsque ad mortem. In ipsa inclinatione dat pacem ministris, qui à dextris læuaque sunt. Ipse est enim pax, per quem reconciliatur Ecclesiæ Deo, siue de nouo testamento, siue de veteri: Ipse destruxit medium parietem inimicitiarum, & fecit vtrumque vnum: Pacem dedit his qui longè, & pacem his qui propè. Eandem pacem offert cantoribus, qui retrò stant, adimpletens quæ dixit discipulis: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, presentibus dat, absentibus, siue veteris testamenti, siue noui relinquit. Hoc est, quod solemus dicere, Innuit episcopus cantori, Quo facto sapientia Dei quasi aduentu subdiaconorum, intelligunt cantores mutati iam de veteri, trinitate Deum laudare, & dicunt, Gloria patri & filio spiritui sancto. Diaconi quasi chorus prophetarum, stant cum eo humiliati, & dicunt, Domine docenos orare: & spiritu prophetie, id est, spiritu reuelationis cognoscunt non se posse habere affectum in oratione ad patrem, nisi ab eodem vnigenito filio eius, qui est in sinu patris, edoceantur. Quod separatim diximus de diaconis, & subdiaconis, & acolytis, de vnoquoque discipulo Christi intelligimus: sed propter quosdam profectus affectuum, vnus prædicatoris opus distinguatur per multiplices ordines. Cæterum propheta, diaconus sapiens, & scriba: Sapiens subdiaconus, propheta & scriba: Scriba acolytus; propheta & sapiens. Docet Christus orare discipulos. Quapropter cantores, id est, laudatores aduentus Domini, annunciant tempus esse, vt corda patrum conuertantur in filios: Sicut Abraham tres angelos vidit, & tamen vnum Deum adorauit, & credidit trinitatem in vnitatem: sic & modò filios Abraham oporteat credere. Et dicunt, Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & reliqua. Ecce messis multa, de qua dicitur in euangelio, Messis quidem multa, operarij autem pauci, rogare ergo Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. Christus Dominus messis, mittit operarios in messem suam, vt scriptum est in Luca: Post hæc autem designauit Dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum, quod erat ipse venturus. Eodem modo vicissim duo & duo diaconi altrinsecus vadunt osculari latera altaris. Per osculum eorum demonstratur pax, quam eis commendauit Dominus, dicens: In quamcunque domum intraueritis, primum dicit, Pax huic

huic domui. Altare, vel alio modo mensa quæ osculatur, corda electorum significat, siue in Hierusalem, siue extra Hierusalem. Vndè Gregorius in libro de adificatione templi: Corda itaque sanctorum, mensa Dei sunt. Postea reuertuntur ad episcopum. Sic &, euangelio dicente, legimus fecisse missos illo tempore. Et reuersi, inquit, apostoli, nunciauerunt illa quæ fecerunt. Et in sequentibus, Et factum est, cum solus esset orans, erant cum illo discipuli eius. Sunt discipuli cum Christo, Christus solus orat. Dein postquam tempus aduenit præconij Dominicæ passionis, cantores vt ad memoriam reducant Christi nouissimam humiliationem, dicunt versum de psalterio. Psalterium ex inferiori parte percutitur, & ex superiore parte habet in quo reboat: sic & opus passionis Christi ab inferiore parte habet percussuram, à superiore parte dulcedinem resurrectionis, quæ resultat longè latèque per ora prædicatorum. Adimpleto tempore præconij præconum, vadit Christus ad Hierusalem, in qua est altare quod osculatur in medio: quoniam ipse est de quo dicitur in Canticis canticorum: Media charitate construit propter filias Hierusalem. Vicarius Christi hæc omnia agit in memoria primi aduentus Christi. Osculatur altare, vt ostendat aduentum Christi fuisse in Hierusalem: osculatur euangelium, in quo duo populi ad pacem redeunt, vt & nos eos diligamus, qui distincti erant à nobis. Oscula vicarij Christi, osculo Christi congruunt: Sicut Christus primò osculum his præbuit, qui primò crediderunt: sic episcopus ministris primis: Et, sicut Christus his se offert vltro, quibus dicit, missus sum ad oues quæ perierant domus Israel, sic episcopus altari per quod recolimus Hierusalem, in qua Dominus suos dilexit vsque in finem secundum Ioannem. Et sicut Christus adsciuit sibi postea gentilem populum, qui reconciliatus est Deo in nouo testamento: sic episcopus euangelium, quod est nouum testamentum. Remanet euangelium in altari ab initio officij vsque dum à ministro assumatur ad legendum: Quia ab initio aduentus Christi, euangelica doctrina resonat in Hierusalem, & inde exiit ad publicum, sicut scriptum est: De Sion exiit lex, & verbum Domini de Hierusalem. Deinde transit episcopus ad dexteram altaris. Liqueat omnibus quod semper Christus egit dexteram vitam, postquam resurrexit à mortuis. Diaconi postea stant in ordine, quibus ille dixit: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui post eum stant, firmati sunt, vt eum sequantur vsque ad mortem, & cum eo transeant ad æternam vitam. Maior pars in dextera parte stat, & minor in sinistra. Quid numerus illorum significet, prædictum est. Ad insinuandum nobis liberè vetus testamentum legere & tenere, vt Apostolus, Omnia autem probate: aliqua pars ministrorum in sinistra parte stat, per quam temporalis benedictio designatur. Certè & nostra ecclesiæ vtrumque petit à Domino, & temporalem benedictionem, & æternam. Temporalem petimus, quando precamur vt Deus conferret Dominos nostros, filios eorum, fructus terræ, & pacem in terra nostra: At æternam, quando iustitiam, sapientiam & cha-

ritatem, & cætera. Inter hæc omnia stant acolyti, & tenent cereos in manibus. Quid aliud significat, nisi vnumquemque doctorem debere habere in manibus doctrinam suam, vt magis studeat opere docere, quàm verbis?

Hoc opere completo, id est, adunato per prædicationem Christi populo Dei ex magna parte, in quo cantores magno certamine laborauerunt, nè aliqua præsumptio inutilis subripiat corda eorum, hortatur eos Dominus dicere: Dicite, serui inuitiles sumus. Vnde Beda in tractatu super Lucam: Serui inuitiles sumus, quia non sunt condignæ passionis huius temporis ad superuenturam gloriam quæ reuelabitur in nobis, & alibi, Qui coronat te in miseratione & misericordia. Non ait, in meritis & operibus tuis, quia cuius misericordia peruenimus, vt Deo seruiamus, eius munere coronamur, vt sublimiter cum illo regnemus. Quod debuimus facere, fecimus. Re vera debuimus, quia qui non venit ministrari, sed ministrare, debitores sibi nos fecit, non nostris videlicet operibus confidentes, sed de eius semper examine pauentes. Ac ideo dicant cantores Kyrie eleison, Domine pater miserere. Christe eleison, miserere, qui nos redemisti sanguine tuo, & iterum: Kyrie eleison, Domine Spiritus sancte, miserere. Foret & simpliciter intelligi de Kyrie eleison, necessario constitutum esse a præceptoribus ecclesiæ, vt cantores post finitam antiphonam deprecetur Domini misericordiam, quæ deprimat inanem iactantiam, quæ solet sequi cantores. Habent enim quandam exultationem propter egregiam compositionem melodiarum, & non humilationem lectionis, qua illuminantur ad studium humilitatis. Quæ de re possunt fallaciter decipi per philosophiam & inanem fallaciam secundum traditionem hominum. Vbi est vera philosophia, non sequitur inanis fallacia: Vbi est pomposa doctrina, sequitur iactantia animi. Et alio modo: Ante omnem orationem specialem sacerdotum necesse est præcedere misericordiam Domini propter tres causas, quæ mihi in promptu occurrunt. Vna est, vt serenetur mens sacerdotis ad ea intendenda quæ ore dicit: Altera, vt dignus sit loqui Deo, quantum ad naturam humanam pertinet. Tertia, quod, si tædio aliquo corporali affectus spiritus sine mente orauerit, Dominus non in furore suo respiciat super illum, sed in iudicio misericordie, oportet vt præcedat aliquid tale, quod repellat redundantes cogitationes à mente, quæ accidunt visu, auditu, cæterisque sensibus, vt in oratione mens sola inuisibilia cogitet, quoniam inuisibilis loquitur. Ac ideo in omnibus peractis officij sequitur Kyrie eleison ante orationem Dominicam, vt est in matutinali & vespertinali synaxi. Nam quod nos Galli finitis psalmis nocturnalibus solemus cantare orationem Dominicam; Romana ecclesiæ prætermittit.

Dicentibus Kyrie eleison cantoribus, acolyti à manibus ponunt cereos in terram altrinsecus, & vnum in medio: quoniam post peracta bona opera, ad tantam humilitatem nos deducit spiritus sanctus, cuius lumen signatur lumine cereorum, qui superbis resistit, & humilibus dat gratiam.

tiam, vt verè nos cognoscamus esse cinerem & puluerem. Quo lumine illuminatus est patriarcha Abraham, quando post locutionem Domini ad se factam, dixit: Quia semel cœpi, loquar ad Dominum meum, cum sim puluis & cinis. Cereus in medio stans, eum designat qui dixit: Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum sum. Numerus cereostatorum non pertranfit septenarium numerum, quoniam septiformi spiritu illuminatur omnis ecclesia, qui septiformis spiritus singulariter in Christo habitat. Episcopo ascendente ad sedem, cereostata mutantur de locis suis in ordine vnus linear, excepto primo vsque ad altare. Per cereostata varia dona gratiarum spiritus sancti figurantur, per quæ illuminatur ecclesia. In donis memoratis duo debemus memorari, id est, multifaria dona, & vnitatem spiritus. Per cereostata altrinsecus posita, vsque nunc distributa dona per corda electorum signantur: Per compositionem vnus linear, vnitatem spiritus sancti in singulis donis, quæ compositio examulsum habet à primo cereo, quem diximus significare Christum, à quo procedit spiritus sanctus, & in quo æternaliter manet. Ab ipso enim missus est die pentecostes ceu vsque ad altare, id est, vsque ad corda electorum apostolorum in igneis linguis. Ac ideo quod postea agit in officio Missæ, illud tempus figuratè exprimit, quo apostoli apostolorumque successores negotia Domini exercent, quod finitur euangelio perlecto. Potest & simpliciter intelligi dispositio cereorum, expeditus cursus circa altare ministrandi.

De Gloria
in excelsis.
CA. P. VIII.

Telephorus natione Græcus ex anachorita, constituit, vt hymnus diceretur angelicus, hoc est, Gloria in excelsis Deo, ante sacrificium. Symmachus quadragesimus quintus post Telephorum constituit, vt omni die Dominico & natalitiis martyrum, idem hymnus cantaretur. Hymnus, Gloria in excelsis Deo, laus Dei est, vt in euangelio legimus: Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum, & dicentium, Gloria in excelsis Deo. Sacerdos quando dicit, Gloria in excelsis Deo, Orientis partes solet respicere, in quibus ita solemus Dominum requirere, quasi ibi propria eius sedes sit, cum porius eum sciamus vbique esse. Non est ordo, vt qui Dominum laudare voluerit, tergum ad eum vertat, & pectus ad seruos. Ipsum statum ex qualitate loci, vbi angeli cecinerunt memoratum hymnum, possumus conuicere. Dominus qui vbique est, secundum formam serui in Bethleem erat, quæ Bethleem nostram ecclesiam signat, quæ est domus panis. Angeli ad Orientem cecinerunt. De quo statu dicit Michæas: Et tu turris gregis nebulosa filia Sion, vsque ad te venient. Turris quippe gregis, quæ Hebraicè dicitur turris Ader, mille circiter passibus à ciuitate Bethleem ad Orientem distat. Diximus superius, transitum episcopi de altari in dexteram partem, significare Christi transitum de passione ad æternam vitam: Ac ideo hoc in loco dicimus, Gloria in excelsis Deo cantandum, quoniam gloria ineffabilis in excelsis facta est, quando Christus transitu suo animas sanctorum copulauit consortio angelorum. Hoc gaudium

annunciauit angelus in natiuitate eius, dicens: Ecce ego euangelizo vobis gaudium magnum, quia natus est vobis hodie Saluator. Manifestum est, quibus exitit Saluator: Quando gloria resurrectionis eius celebrata est, tunc in terra pax hominibus fuit, quibus dicebat: Pax vobis. Pax magna est, quando sub vno Domino copulantur cœlestia & terrena. Ita factum esse post resurrectionem suam denunciat Saluator, dicens: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.

De prima
oratione
Missæ.
CA. P. IX.

Quando dicimus, Pax vobiscum, siue Dominus vobiscum, quod est saluatio, ad populum vnus versu. Quos salutamus, eis faciem præsentamus: excepto in vno, quod est in preparatione hymni ante Teigitur. Ibi iam occupati circa altare, ita vt congruentius sit vno modo versos nos esse, quàm retrò adspicere ad insinuandam intentionem deuotissimam, quam habemus in offerendo sacrificio. Nec debet arator dignum opus exercens, vultum in sua terga referre. De istis sat est, reuertatur ad salutationem. Salutaui enim in veteri testamento angelus Gedeon, dicens: Dominus tecum virorum fortissime, Et iterum: Dixit Dominus, Pax tecum. Et iterum in Ruth: Dixit Booz messoribus suis, Dominus vobiscum: Et responderunt ei, Benedicat te Dominus. nullique dubium, quin in Booz ipse Christus saluasset, qui in lumbis eius erat. Scriptum est in libro Paralipomenon secundo: Audi me Afa & omnis Iuda & Beniamin: Dominus vobiscum, quia fuistis cum eo. Nostra responsio, Et cum spiritu tuo, ex Pauli epistola secunda ad Timotheum sumpta est. Sic enim in illa scriptum est: Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Quando sacerdos dicit, Pax vobis, secundum euangelicam scripturam, siue Dominus vobiscum, hoc agit quod Paulus quando dicit, Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Hac salutatione episcopi & responsione populi intelligimus, vnum debere esse affectum episcopi & populi, sicut hospitum vnus Domini. Postquam Christus resurrexit, manifestum est dixisse discipulis, Pax vobis: Deinde reuertitur episcopus ad Orientem, & dicit, Oremus: ac dein sequitur benedictio. Sic & Christus antequam ascenderet in cœlum, benedixit eos, sicut scriptum est in Euangelio Lucæ: Eduxit autem eos foras in Bethaniam: & eleuatis manibus suis, benedixit eis. Vtroque nomine, id est, benedictionis & orationis, vocatur oratio sacerdotis. De benedictione dicit Apostolus: Si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiotæ, quomodo dicit Amen, super tuam benedictionem, quia nescit quid dicas? Hanc benedictionem vocat Ambrosius orationem, dicens: Imperitus enim audiens quod non intelligit, nescit finem orationis, & non responderet, Amen, id est, verum, vt confirmetur benedictio. Per hosenim impletur confirmatio precis, qui respondent, Amen. Finis presentis officij noscitur experimento aliorum officiorum. In fine aliorum solemus dicere Kyrie ellexon, ac deinceps orationem, & sic tandem vnumquenque remeare ad sua. Eundem ad demonstrandum finem, imitantur cerei de loco in locum. Libet hinc proferre autoritatem sancti Augustini,

Augustini, quare mos obtinuit ecclesiæ suas orationes versus Orientem dirigere. Dicit in sermone Domini in monte: Cum ad orationem stamus, conuertimur ad Orientem, vnde cœlum surgit, non tanquam ibi sit Deus & quasi cæteras mundi partes deseruerit, qui vbique præsens est non locorum spatii, sed maiestatis potentia: sed vt admo- neatur animus ad naturam excellentiorem se conuertere, id est, ad Dominum, cum ipsum corpus eius quod terrenum est, ad corpus excellentius, id est, ad corpus cœleste conuertatur. Ideò dicitur Deus in cœlis habitare, quia maior cognitio est in cœlis illius summæ maiestatis & essentia in angelis vel in animabus sanctorum, quàm in terra habitantibus sanctis, propter grauedinem carnalis habitationis, quæ vix permittit animam ad purum veritatis lumen aduolare.

De sessione
episcopi.
CA. P. X.

Deinde Christus ascendit in cœlum, vt sedeat ad dexteram patris. Episcopus, quia vicarius est Christi in omnibus memoriis superius, debet & hic ad memoriam nobis inthronizare Christi ascensionem & sedem. Quapropter ascendit in sedem post opus & laborem ministerij commissi. Christus disposito curru suo per conuenientia loca, id est, presbyteros in suo ordine, diaconos in suo, subdiaconos in suo, cæterosque gradus in suis, necnon & auditores, vnumquenque in suo, ascendit ad sedem, & sedet. Sedent cum eo quibus promissum est: Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. De quibus dicit Paulus Apostolus ad Ephesios: Et conresuscitauit & confedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu. De his qui ascenderunt tecum, aliqui sedent, & aliqui stant. Per eos, qui sedent, demonstrantur membra Christi in pace quiescentia: per eos qui stant, in certamine posita. Caput & membra vnum corpus: quomodo Christus in aliquibus sedet, in aliquibus stat, (vt illum vidit Stephanus in certamine positus) aliqui ascendendum sedent, aliqui stant. Dominus in alto cœlorum sedens, custodit curram suam, id est, ciuitatem, de qua dicit Psalmista, Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Paulus, quia vicè Christi fungebatur, dicente Augustino in Psalm. 126. dicebat: Timeo ne fortè sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic & vestræ mentes corrumpantur à castitate, quæ est in Christo. Custodiebat, custos erat, vigilabat quantum poterat super eos quibus præerat: Et episcopi hoc faciunt. Nam ideo altior locus positus est in episcopis, vt ipsi intendant & tanquam custodiant populum. Nam & Græcè quod dicitur episcopus, hoc Latine Superintendentor interpretatur, quia superintendat, quia desuper videt. Quomodo enim vitori altior sit locus ad custodiendam vineam: sic & episcopis altior locus factus est. Et de isto loco alto periculosa ratio redditur, nisi eo corde stemus hic, vt humilitate sub pedibus vestris simus, & pro vobis oremus.

De officio
lectoris &
cantoris.
CA. P. XI.

Lector dicitur, quia lectione fungitur, vt Isidorus ait. Lectio dicitur, quia non cantatur vt psalmus vel hymnus, sed legitur tantum. Illic enim modulatio, hic sola pronuntiatio quæritur. Cantor

Tom. 6.

multa officia habet. Vnumquodque officium ex illo quod efficit, nomen habet. Lectionem quæ legitur post sessionem, sequitur cantus, qui vocatur Responsorius. Responsorium, vt idem qui supra, Itali tradiderunt. Quos inde responsorios cantus, quod alio desinente, id alter respondeat. Vnus lectionis & cantus, sumptus est à veteri testamento, vt legitur in libro Esdræ, quod ponendum est in nocturnali officio, si Dominus dederit. Possimus etiam officio cantoris, officium prophetæ intelligere. Lectio legis & prophetarum frequentabatur à populo antiquo. Vnde scriptum est in Actibus Apostolorum. Et ingressi synagogam die sabbatorum, sederunt. Post lectionem autem legis & prophetarum, miserunt principes synagogæ ad eos, id est, ad Paulum & Barnabam, dicentes: Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite: Surgens autem Paulus, & manu silentium indicens, ait: & reliqua. Quando hæc duo celebrantur, id est, lectio & prophetia, solemus sedere more antiquorum. Vnde Ambrosius in tractatu ad Corinthios: Hæc traditio synagogæ est, quam nos vult sectari Apostolus, quia Christianis quidem scribit, sed ex gentibus factis, non ex Iudæis, vt sedentes disputent seniores dignitate in cathedris: sequentes, in subseclis: nouissimi, in pauimento super mattas. Et iterum: Per lectoris officium & cantoris, possumus intelligere patrè familias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Vnde Gregorius in suis homiliis, In eo quod veritas dicit: Omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est patrifamilias, intelligi valet, quia non de his, qui fuerant, sed de his qui esse in ecclesia poterant, loquebantur. Qui tunc noua & vetera proferunt, cum vtriusque testamenti prædicamenta vo cibus & moribus loquuntur. Per lectionem, prædicationem veteris testamenti, quæ humilior est, possumus intelligere: per responsorium, noui testamenti, quæ excellentior est. Hæc duo prædicamenta, per Ioannis vitam & Christi designantur. Nam, quod ait Lucas Euangelista, Lamentauimus, & non plorastis, ad Ioannem pertinet, cuius abstinencia à cibis & potu, luctum penitentiæ significabat. Quod autem ait, Cantauimus tibiis, & non saltastis, ad ipsum Dominum, qui vtendo cum cæteris cibo & potu, letitiam regni præfigurabat. At Iudæi nec humiliari cum Ioanne, nec cum Christo gaudere voluerunt. Sicut suauis est nouum testamentum veteri, ita vulgò suauior cantus lectione. Præsentes lectores & cantores, quibus est surgere, sicut de Paulo legimus superius, negotia Domini habent, quibus dicitur, Negotiamini dum venio. Lector legem Domini debet tradere auditoribus, quasi incipientibus in schola Domini exerceri. Nuper vocati sunt per officia cantorum ad nuptias. Neoterici sunt, audiant doctorem necesse est. Doctor & lector vnum sunt. De Esdra enim scriptum est, quod ipse legem Domini faceret & doceret in Israël. Eundem Esdrâ idem liber inducit postea legentè in gradu ligneo. De doctoribus dicit Ambrosius in epistola ad Corinthios: Illos dicit doctores, inquit Paulus, qui in ecclesia literis & lectionibus retinendis pueros imbuebant more synagogæ, quia traditio illorum ad nos trãsitum fecit. Iterum mihi videretur esse inter lectionem & responsorium, quod

Sf iij

est inter elementa & artes ipsas. Ars quoque Musica habet elementa sua, & Geometria ab elementis incipit linearum, & Dialectica atque medicina habent Isagogas suas. Sic elementis veteris testamenti, vrad euangelicam plenitudinem veniat, sancti viri eruditur infantia. Elementa, lex Moysis & omne vetus instrumentum intelligendum est, quibus quasi elementis & religionis exordiis Deum discimus. Dent lectores, siue Doctores, precium Domini, siue est, verba legis, & recipiant scholasticas mentes, scilicet vacantes ab emptione villæ, ab emptione bouum, quinque iugorum, à ductu vxoris. Schola vacatio dicitur. At si adhuc aliquis surdus obturatis auribus cordis torpescit, veniat cantor cum excelsa tuba more prophetarum, sonetque in aures eius dulcedinem melodiarum: forsam excitabitur. Fiat in eo, quod de populo narratur factum esse in libro Esdræ. Sic enim scriptum est in eo: Steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis, & Leuitæ filij Asaph in cymbalis, vt laudarent Deum per manus David regis Israël, & concinebant hymnis & confessione Domini, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius super Israël. Omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando Dominum, in eo quod fundamentum est templum Domini. Et paulo post: Multi vociferantes in lætitia leuabant vocem, nec poterat quisquam agnoscere vocem clamoris lætantium, & vocem fletus populi. Vnde Beda in tractatu Esdræ: Sacerdotes quidem sanctis ornati vestibus, prout stante adhuc templo consueuerant, tubis personantes, & cor populi ad suauitatem superne laudis accendentes: Leuitæ autem in cymbalis benè sonantibus hymnos Domino concinentes: populus verò clamore communi affectum sui cordis in laudando Dominum ostendens. Cantores qui respondent primo cantenti, vocem auditorum proferunt, quos testificantur laudare Dominum. Non immeritò ipsi cantores agunt causas prophetarum, quia de filiis principis eorum, id est, Asaph scriptum est in Paralipomenon: Filij eius sub manu ipsius erant, prophetantes iuxta regem: Ipsi exaltant vocem vt tuba. ipsis dicitur in psalmo octuagesimo, Tuba canite, hoc est, vt Augustinus, clarius & fidentius prædicare, nè terreamini, sicut ait propheta quodam loco, Exclama & exalta vocem tuam sicut tuba. Lex enim scripta data est in tabulis. Scriptura enim pertinet ad lectoris officium: Prophetia menti inscripta erat, quam voce fidenti propheta proferebant, quod pertinet ad cantoris officium. Fidi prædicatoris officium gerit cantor, quem oportet post obedientiam auditorum versum cantare. Quid significet versus in officio prædicatoris, ex euangelica parabola addiscere possumus, quæ narrat de seruo arante, ita dicens: Quis autem vestrum habens seruum arantem, aut pascentem, qui regresso de agro dicit illi statim, transi & recumbe: & non dicit ei, para quod cœnem? Arat, qui aratro compunctionis scindit corda. Nulli dubium quin per modulationis dulcedinem scindantur corda, etiam carnalia, & sese aperiant more sulci in confessione vocis & lachrymarum. Musica habet quandam naturalem vim ad flectendum animum, sicut Boethius in suo libro

scribit, quem de Musica fecit. Vulgatum quippe est, quàm sepe iracundias cantilena repræsentit, quàm multa vel in corporum vel in animorum affectionibus miranda perfecit. Absit vt vigorem Christiani animi in mollicitem caducam possit conuertere, quod genus etiam ipsi gentiles vitabant. Vnde scriptum est in memorato libro, superiori loco: Idcirco Timotheo Milesio Spartiatis succensuisse, quod multiplicem musicam reddens puero-rum animis, quos acceperat erudiendos, officeret, & quod harmoniam quam modestam susceperat, in genus chromatium, quod est mollius, inuertisset. Tanta igitur apud eos musica fuit diligentia, vt eam animos quoque erudire arbitrabantur. Sufficiant hæc pauca de naturali vi Musicæ inferuisse, reuertendum est ad euangelicam parabolam. Seruus qui arat, non debet ilico, de agro reuertens, recumbere, sed parare cœnam Domini. De quo seruo dicit Beda in tractatu super Lucam: Seruus de agro reuertitur, cum intermisso ad tempus opere prædicandi, ad conscientiam dōtor recurrit, atque à publico locutionis, ad curiam cordis rediens, sua secum secretiùs acta vel dicta retractat. Iuxta disciplinam serui arantis admonetur cantor, vt non ilico post actum sui officij requiem spectet, & torpore securitatis torpescat. Perficit enim opus suum, quando quodammodo sua iubilatione bonos in exercitium aratri induxit, id est, cantores prouocauit, vt scinderent corda aratro compunctionis. Ac postea versus sequitur. In versu necesse est, vt suas cogitationes ad se retrahat, & secum cogitet, quomodo aut quid à magistro didicisset. Versus timore non est ausus alte leuare responsum: nescit quomodo finiat versus. Et hic imitatur aliud exemplum doctrinæ Domini, qua iubetur, vt qui voluerit turrim ædificare, prius sumptus cogitet, si habet quæ necessaria sunt ad perficiendum. Sequitur Beda memoratus: Post pastum atque agriculturam, domi sibi iubet parare quod cœnet. Hoc est, post laborem apertæ locutionis humilitatem quoque propria considerationis exhibere. Hoc facit ille, qui versus cantat. In repetitione responsum exaltat vocem fiducialiter, iam non timens versus. Illum qui prædicatorem signat, qui cursum suum consummatum habet, qualis erat Paulus cum diceret, Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. Diximus, quod excitentur per responsum, qui sunt quodammodo surdi ad epistolam: dicamus qualiter obedienter, ilico proficiant per responsum. In lectione pascitur auditor, quasi quodammodo bos. Ad hoc enim pascitur bos, vt in eo exercentur opus agriculturæ. Bos enim prædicator est. Vnde scriptum est in libro legis: Non alligabis os boui trituranti. Pastus est enim bos, exercentur opus. Cantor enim est quasi bubulcus, qui iubilar bouibus, vt hilarius aratrum trahant. Cantor est de his, de quibus dicit Paulus: Dei adiutores sumus. Boves sunt qui respondent primo cantori, de quibus iterum dicit: Dei agricultura estis. Thrahentibus bobus aratrum, scinditur terra, quando cantores intimos anhelitus commouentes, dulcem trahunt vocem, & proferunt ad publicum, qua

qua corda suorum siue cæterorum compungunt ad lachrymas, siue ad confitenda peccata, quasi secreta patefaciendo terræ. Et alio modo: Ideo scribuntur literæ, vt per eas memoriæ reddatur, quod obliuione deletum est. Simili modo ex pictura recordamur, quod interius commendari memoriæ potest. Ita & responso admonetur prædicator, quomodo doctrinam quæ præcessit in lectione, exerceat. Primò, vt dulcedine suæ imitationis plurimos sibi adsciscat: Coniuncti, corda multorum excitent ad compunctionem & lachrymas: & ne se extollere debeat de opere prædicacionis pulsatur versus, quatenus ad memoriæm reducat sibi, de propriis causis iudicandum ante Dominum.

Quid sit
inter respo-
sorium &
tractum.
CAP. XIII.

Hoc differt inter responsum cui chorus respondet, & Tractum cui nemo, quod est inter duo sacrificia, scilicet, columbarum, & turturum. Tractus verba congruentia sui officij habent. Illa quæ sunt in septuagesima, tribulationem sonant, vt est illud, De profundis clamaui ad te Domine: Quæ in sexagesima, opportunitatē fugæ querunt, vt est illud, Vt fugiant à facie arcus, & sic cætera deinceps conuicere possumus. Laudate Dominum omnes gentes, lætitiæ Neophytorum & nuper ordinatum significat. De istis fat est. Reuertendum est ad volucres, scilicet columbas & turtures, quæ significant responsum & tractum, de quibus dicit Beda in tractatu super Lucam: Volucres hæc pro cantu gemitus habent. Non immeritò lachrymas humilium designant, quibus plurimum in ipsis etiam bonis operibus indigemus: quia etsi bona esse quæ agimus, nouerimus, qua tamen distractione à Domino examinanda, qua à nobis perseverantia sint consummanda, nescimus. Et iterum: Hoc sanè inter turturis & columbæ significantiam distat, quod columba, quæ gregatim conuersari, volare, & gemere consuevit, actiue vitæ frequentiam demonstrat, de qua dicitur: Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna, nec quisquam eorum, quæ possidebant, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Turtur verò, qui singularitatem gaudet, ad eò, vt si coniugem casu perdidit, solus exinde permaneat, speculatiue vitæ culmina denunciat, quia & paucorum est ista virtus. Et post pauca: Item cum intrans cubiculum, clauso ostio oro patrem in abscondito, turturem offero: At cum eiusdem operis compares quero, canendo cum propheta, Venite, adoremus & procidamus ante Deum: ploremus coram Domino, qui fecit nos, columbas ad altare deporto. Moyses quasi tractum decantat tribulationis, qui solus ascendit ad Dominum, & ne idem populus feriat, lachrymosis precibus impetrat. Daniel tractum lætitiæ cantat, quando solus fugientibus focis, inter angelos remanet. Solus Ezechiel quadrigas Cherubin & supernæ ciuitatis ædificia celsa miratur.

De Alle-
luia.
CAP. XIII.

Alleluia, quod cantatur per festos dies in recitatione æternæ lætitiæ, tam lætitiæ electorum, quàm laudem Domini ad memoriæm reducit. In quo non oportet aliquid sinistrum sonare, sed rotum dextrum, quale est in futura vita. Illi sunt recti versus, per quos reuertimur ad alleluia, qui lætitiæ ecclesiæ & Domini laudem sine tristitia regnent. sicut sunt, Dominus regnauit, decorem in-

duit. Et, Dominus regnauit, exultet terra. Et, Lauda anima mea Dominum. Et, Iubilare Deo omnis terra, & cæteri tales. In responso seminauimus, in alleluia metimus. De qua re dicit Psalmista: Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent.

Hoc est inter alleluia & tractum, quod alleluia lætitiæ siue laudem Domino, tractus verò aliquid tribulationem, aliquando lætitiæ sonat. Tribulationem, vt, De profundis: vt, Commouisti: vt, Qui habitat: vt, Ad te leuaui oculos meos: vt, Sepe expugnauerunt me: vt, Deus Deus meus. Lætitiæ, vt Iubilare Domino: vt, Qui confidunt in Domino: vt, Laudate Dominum. Post duos tribulationis tertius occurrit lætitiæ, quoniam post duos dies sepulturæ, tertius occurrit resurrectionis. Sunt etenim duo genera compunctionis: vnum, timoris: & alterum, amoris. Timor in duobus diuiditur, de quibus dicit Esaias. Ecce ego venio, cogitationes & opera vt congregem. Verba in cogitationibus compræhenduntur. Cogitationes verba sunt animi, & radices verborum sonantium. Amor singularis est. Vnum scire amare & petere, vnum illud, de quo propheta dicit: Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini.

In istri casula se exuunt, quando lectoris siue cantoris officium assumunt. In lectoris officio & cantoris, aliquod genus militiæ exprimitur. soli enim militant in lectione, siue in vocis modulatione. Hæc officia agendo, extra chorum exeunt. Quid hoc aliud significat, nisi iter quod arripimus pro communi necessitate fratrum? Etiam talia sunt illa opera, quæ signantur per casulam, vt non possint obseruari in itinere. Vnde Beda in tractatu super Lucam: At verò famem, sitim, vigilias, nuditatem, lectionem, psalmodiam, orationem, laborem operandi, doctrinam, silentium, & cætera huiusmodi, si quis semper exequenda putauerit, non modò se horum fructu priuabit, sed & notam indiscretæ obstinationis, immò stultitiæ peruicacis, incurret. † Albam sine casula portat lector seu cantor in singulari officio, quando prudenter & strenuè agit contra oblectamenta mundi, & talem se prebet fratribus in necessitatibus temporalibus, vt à pluribus possit imitari.

Scribit Beda in tractatu Esdræ: Laudabunt autem Dominum Leuitæ per manus David, siue in organis quæ ipse fecit, siue psalmos quos ipse instituit, concinentes. Eorum vice cantor sine aliqua necessitate legendi tenet tabulas in manibus, vt figuret illud Psalmista: Laudent nomen eius in choro & tympano, & psalterio psallant ei. Vnde Augustinus in codè Psalmo: Quare assumit tympanum & psalterium? vt non sola voce laudet, sed & opere. Tabulæ quas cantor in manu tenet, solent fieri de osse, quia fortem perseverantiam signant bonarum cogitationum & bonorum operum, iuxta Euangelium: Qui autem perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit: Vel signant dilectionem Dei & proximi: Quæ dilectio nisi opera habeat, vana est. Quapropter tenentur in manu, vt dilectio vocis exerceatur per opus. Vnde idem qui supra in psalmo centesimo quadragesimonono: Quando assumit tympanum & psalterium, manus concinunt voci: Sic & tu si quando cantas alleluia, porrigas & panē

Quid sit
inter alle-
luia & tra-
ctum.
CAP. XIII.

De expo-
sitione casu-
larum.
CAP. XV.

De tabulis.
CAP. XVI.

cfurienti, vestias nudum, suscipias peregrinum. Nō sola vox sonat, sed & manus consonant, quia verbis facta concordant. † Versus alleluia tangit cantorem interius, vt cogitet in quo debeat laudare Dominum, aut in quo latari. Hęc iubilatio, quam cantores sequentiam vocant, statum illum ad mentem nostram ducit, quando non erit necessaria locutio verborum, sed sola cogitatione mens menti monstrabit, quod retinet in se. Finitur hic secunda periocha predicationis. Vsq̄ ad memoratum statum currit sermo predicationis: quæ ultra sunt, velata sunt alijs Scraphin.

De ascensu in pulpitu. Cap. xviii.

Lector & cantor in gradum ascendunt more antiquorum, iuxta quod scriptum est in Esdra: Stetit autem Esdras scriba super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum, & paulò post, Super vniuersum quippe populum eminebat. Huius loci, vt Beda ait in eodem, videtur meminisse scriptura Paralipomenon, vbi dictum est, quia stetit Salomon coram altari Domini ex aduerso vniuersæ multitudinis Israël, & extendit manus suas. Si quidem fecerat Salomon basim æneam, & posuerat eam in medio basilicæ, habentem quinque cubitos longitudinis, & quinque cubitos latitudinis, & tres cubitos in altum, stetitque super eam. In medio nanque basilicæ, in medio dicit atrij sacerdotum, quæ basilica maior atriorum exteriorum omni ex parte templi erat circumdata. De quibus superius in eodem libro scriptum est: Fecit etiam atrium sacerdotum, & basilicam grandem. Verum quia Salomon quasi rex, basim fecit æneam, porro Esdras quasi minoris potentia, gradum ad loquendum ligneum constituit. Sicut etiam Salomon siue Moyses altare holocausti fecerunt æneum, pro quo filij transmirationis reposuerunt lapideum. Sed non est putandum, minoris sacramentum perfectionis ligneum gradum, quàm basim habere æneam. Quod enim sepe dictum est, sicut æs pro diurnitate perdurandi, vel suauitate sonandi, diuinis competit sacramentis, quæ nulla seculorum longitudine deficiunt, & in omnem terram exiit sonus eorum: ita etiam signum eiusdem aptissimè cõgruit, propter videlicet trophæum Dominicæ passionis. Super vniuersum ergo populum pontifex eminet, quoniã is qui gradum Doctoris accipit, merito vitæ perfectioris actionem vulgi transcendit. Stat autem in gradu ligneo, quem fecerat ad loquendum, quoniã singulari imitatione Dominicæ passionis altiore se ceteris facit. Vndè meriti fiduciam libere verbum Dei prædicandi obtinet. Nam qui passionem Domini pro suo modulo contemnit imitari, nec dum gradum ligneum, vndè infimis supereminet, ascendit. Ideoque necesse est, talis scriba trepidus præcepta Domini prædicet, timens siue erubescens ea, quæ ipse non fecit, alijs faciendâ proponere.

De diaconi ascensione in tribunal. Cap. xviii.

Tribunal vocat Cyprianus gradum, super quem ascendit diaconus ad legendum, scribens ad clerum & plebem de Celerino confessore lectore ordinato. Estimatum est à mea paruitate, vt sanctior cognoscatur dignitas diaconi, & magnitudo ministerij eius, verba ipsius Cypriani ponenda, ac postea nostrum ordinem: Hunc ad nos, fratres dilectissimi, cum tanta Domini dignatione venien-

tem, testimonio & miraculo eius ipsius, qui se persecutus fuerat, illustrem, quid aliud quàm super pulpitu, id est, super tribunal ecclesiæ oportebat imponi, vt loci altioris celsitate subnixus, & plebi vniuersæ pro honoris sui claritate conspicuus, legat præcepta & euangelium Domini, quæ fortiter ac fideliter sequitur? Vox Dominum confessa, in qua Dominus locutus est, audiatur? Viderit an sit vltior gradus ad quem proficisci in ecclesia possit? Nihil est in quo magis confessor fratribus proficit, quàm vt euangelica lectio de ore eius audiatur: Lectoris fidem quisquis audierit, imitetur. Iungendus in lectione Aurelio fuerat, cum quo & diuini honoris societate cõiunctus est. Er paulò post: Hos tamen lectores interim constitutos sciatis, quia oportebat lucernam super candelabrum poni, vndè omnibus luceat: & gloriosos vultus in loco altiore constitui, vbi ab omni fraternitate circumstante conspecti, incitamentum gloriæ videntibus præbeant. Nunc reuertamur ad ordinem. Vsq̄ nunc sedimus more veteris consuetudinis, vt pretulimus, siue ob admonitionem, qua monemur, quomodo Deo cantare debeamus, secundum Apostolum dicentem, canentes & psallentes in cordibus vestris. Modo surgendum est ad verba euangelij. Anastasius natione Romanus, ex patre Maximo, vt legitur in gestis episcopalis: Hic constituit, vt quotiescunque euangelia sancta recitatur, sacerdotes non sederent, sed curui starent. Deinde ponit episcopus thymiamam in thuribulum super prunas, vt suauem odorem exciter. Thuribulum corpus Christi significat, in quo est ignis, scilicet spiritus sanctus: ex quo bonus odor procedit, quem vnusquisque electorum ad se vult rapere. Idem odor bonam operationem de Christo exire demonstrat, quam, qui viuere vult, in suum cor traicit. Post hoc diaconus petit à sacerdote benedictionem: Sacerdos ei dicit: Dominus sit in corde tuo & in labijs tuis. Intendar diligenter diaconus, vt cor eius cū Dominicis verbis vadat, & non sit infructuosa oratio sacerdotis. Dominum in mente teneat, quem suscipit per benedictionem sacerdotis: & vt non exhalent verba imposita, nève introeant nociua, signo crucis facto manu sacerdotis super caput ipsius, munitur. Deinde vadit ad altare, vt inde sumat euangelium ad legendum. Altare Hierusalem potest designare, vt prætulimus, de qua exiit euangelica prædicatio, sicut scriptum est: De Sion exiit lex, & verbum Domini de Hierusalem: vel ipsius Domini corpus, in quo sunt verba euangelij, videlicet bonæ nunciacionis. Ipse præcepit apostolis predicare euangelium omni creaturæ: ipse dixit, Verba quæ ego loquor vobis, spiritus & vita sunt. Christi vita. Verba quæ locutus est, in euangelio continentur. Diaconus qui portat euangelium, Christi pes est. Portat euangelium in sinistro brachio, per quod significatur temporalis vita, vbi necesse est prædicari euangelium. Salutate diacono, congruit vt omnis populus ad eum versus sit. Post hoc sacerdos & omnis populus vertit se ad Orientem, vsque dum diaconus incipiat Dominum loqui, & faciunt currem in frontibus eorum. Neque hoc frustra accipiendum est: Quod infixit sacerdos per suam deprecationem in corde diaconi: hoc vnusquisque fidelis

fidelis studeat infigere animo suo. Diacono quia nō est licitum propter verba composita, sequentia sancti euangelij secundum quemcunque euangelistam orare, præuenit eum maior benedicere: siue, quia maiore benedictione indiget, qui tradit femina euangelij, quàm qui accipit. Sed populus interim deprecetur Deum, nè diabolus auferat verba euangelij de corde eius, neque petrosa sint corda, nève dumosa vel spinosa: sed terra bona, vt fructum bonum possit accipere & fructificare. Dicat saltè, qui promptior non est, vt capiat verba euangelij, Gloria tibi domine. Hoc oratio, munit se signo S. Crucis ad confirmanda ea, quæ bene cogitando & loquendo plantauerunt in mente. Quia mēto facta est de signo crucis in fronte, bonum est intinere, cur eam potissimum in ea parte corporis faciamus. Sedes verecundia in fronte solet esse. Si quidem Iudæi erubescunt credere in illum, quem notum crucifixum: vt apostolus Paulus dicit, Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum. Sed nos credimus per crucifixum saluari, de cuius nomine Iudæi erubescunt, eiusque nomine nos credimus muniri. Atque idèd in fronte signum facimus, vbi sedes verecundia est, sicut iam diximus. Vsq̄ ad istud officium baculus sustentabamur: modò, vt oportet seruos ante Dominum positum, humiliter stamus, deponentes baculos è manibus. Quod potest nos separare ab opere Iudæorum, qui dabant arundinem in manu Christi: Sed non abhorret à vero, si nostra humilitas per baculorum positionem demonstrat in conspectu Domini. Duo cerei, qui portantur ante euangelium, legem & prophetas designant præcessisse euangelicam doctrinam: thuribulum verò, opinionem bonarum virtutum, procedentem de Christo. Ipsum thuribulum in tribunal ascendit ante euangelium, vt ibi suauem odorem ministraret. Christi enim bona opera præcesserunt euangelicam doctrinam, vt Lucas testatur in Act. Apostolorum, quæ cepit Iesus facere & docere. Prius fecit, & postea docuit. Excellentior locus, in quo euangelium legitur, eminentissimam doctrinam euangelicam prædicacionis, atque manifestissimam auctoritatem iudicandi signat. Status cereorum, monstrat inferiorem esse legem & prophetas Euangelio. Euangelio reposito post lectionem in loco suo, cerei extinguuntur, quia finita prædicatione euangelij, lex & prophetia cessabunt. Euangelium quod à primo tempore aduentus episcopi quieuit in altari vsque ad nouissimam tubam diaconi, illud tempus significat, quo necesse est illud prædicari. Præcedens officium, prædicationem Christi vsque ad horam passionis demonstrat, & suorum prædicatorum vsque in finem mundi, & vltra. Sequens opus passionis demonstrat, & suorum prædicatorum vsque in finem mundi, & vltra. Sequens opus passionis Christi, & resurrectionis, atque in caelos ascensionis, similiter suorum vel sacrificium, vel mortificationem, & resurrectionem per confessionem atque suspirium in cœlū, vbi audituri sunt, Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum.

De officio quod vocatur Offerenda. Cap. xviii.

Initis prioribus officijs, superius memoratis, officium introducit, in quo celebratur oblatio eorum qui Domino vota sua persoluunt. Primum ad memoriam reducenda est oblatio legalis, ac dein-

dè Christi, postremò nostra. Oblatio legalis habebat duo altaria: vnum, in introitu tabernaculi: alterum, in tabernaculo. Altare in introitu, præfigurabat præsens officium, de quo scriptum est in libro Exodi: Posuit & tentorium in introitu tabernaculi, & altare holocausti in vestibulo testimonij, offerens in eo holocaustum & sacrificia, vt Dominus imperaret. Pro quibus causis offerbatur, Numerorum liber manifestat, dicens in capitulo decimo quinto: Loquere ad filios Israel, & dices ad eos: Cùm ingressi fueritis terram habitationis vestra, quam ego dabo vobis, & feceritis oblationem Domino in holocaustum, & victimam pacificam, vota soluentes, vel spontè offerentes munera. Est & alterum genus sacrificij, quia duæ sunt nostræ oblationes: Vna est per mortificationem carnis, altera in oblatione bonorum operum, quæ vtræque offeruntur in introitu tabernaculi: In præsentī vita mortificare carnem oportet, & bona opera reddere. De secundo sacrificio memoratus liber ita memorat: Erit sacrificium similitæ duarum decimarum, quæ conspersa sit oleo tertie partis hinc, & vinum ad libamentum tertie partis eiusdem mensuræ offeret in odorem suauitatis Domino. Et quod per sacerdotis manum debeat offerri, manifestatur in Leuitico capitulo decimo septimo: Idèd offerre debent sacerdoti filij Israel hostias suas, quas occidunt in agro, vt sanctificentur Domino ad ostium tabernaculi testimonij, & immolent eas hostias pacificas Domino. Et iterum in Paralipomenon monstratur, pro quibus rebus sit offerendum. Ingressi sunt quoque sacerdotes ad Ezechiam regem, & dixerunt ei: Sanctificauimus omnem domum Domini, & altare holocausti, & post pauca, Confurgensque diluculo Ezechias rex, adunauit omnes principes ciuitatis, & ascendit domum Domini, obtuleruntque simul tauros septem, arietes septem, agnos septem, & hircos septem pro peccato, pro regno, pro sanctuario, pro Iuda. Dixit quoque sacerdotibus filiis Aaron, vt offerrent super altare Domino. Docti sumus veteri testamento, pro quibus offerre debeamus sacrificia, scilicet, pro votis, pro spontaneis, pro peccato, pro regno, pro sanctuario, pro Iuda. Quando adimplemus ea, quæ in tribulatione promissimus, pro votis facimus: Quando gratias agimus de perceptis, pro spontaneis: Quando cõpungimur de cõmissis, pro peccato: Quando recta corda petimus regibus, pro regno: Quando stabilitatem sacrorū graduum, pro sanctuario: Quando pacem & vniuersam vniuersam populi, pro Iuda. Interim cantus celebratur in templo Domini, dicente eodem Paralipomenon: Constituit quoque Leuitas in domo Domini cum cymbalis & psalterijs & citharis, secundum dispositionem Dauid. Et paulò post, Cumque offerrentur holocausta, cœperunt laudes canere Domino, & clangere tubis, atque in diuersis organis, quæ Dauid rex repererat, concrepare. Omni autem turba adorante cantores qui tenebant tubas, erant in officio suo, donec cõpleretur holocaustum. Cumque finita esset oblatio, incuruatus est rex, & omnes, qui erant cum eo, & adorauerunt. Sed antequàm ingrederentur sacerdotes ad holocausta, lauabant manus suas, vt scriptum est in libro Exodi. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Facies & labrum æneum

cum basi sua ad lauandum, poneſque illud in tabernaculo testimonij ad altare: & miſſa aqua, lauabunt in ea Aaron & filij eius manus ſuas & pedes, quando ingreſſuri ſunt tabernaculum testimonij, & quãdã accēſſuri ad altare. Sufficiãt iſta interim de oblatione veteri: nunc videamus Chriſti oblationem. Officium, quod nos dicimus offerenda, ab illo loco inchoatur, vbi ſacerdos dicit, Dominus vobiscum: & finitur, vbi excelsa voce dicit, Per omnia ſecula ſeculorum. Idẽdẽ excelsẽ nouiſſimum profertur, vt audiatur à populo, & populi reſponſione confirmetur oratio. Chriſtus enim venire dignatus eſt Hieruſalem die palmarum, & tibi expectare diẽm immolationis ſuã: Omnis retrũ immolatio illum præfigurabat: in illo conſummata eſt omnis immolatio. In eo die deſcendit Dominus de monte oliueti, veniente ei obuiam turba multa. Non eſt dubium, quin ſalutaret eam ſecundũ morem bonum antiquæ traditionis, quem etiam noſtra non ſolum perita eccleſia, ſed etiam vulgaris tenet. Solet ſibi obuianti aliquid bonum optare cauſa ſalutationis. Et præcipuẽ propterea dicimus Dominum ſalutaſſe turbam venientem ſibi obuiam, quoniam talis erat cõſuetudo Iudæorum, vt Auguſtinus in palmo, Sæpẽ expugnauerunt me. Noſtis enim, ait, fratres, quando tranſitur per operantes, eſt conſuetudo, vt dicatur illis, benediçtio Domini ſuper vos. Et magis iſta conſuetudo erat in gente Iudæorum. Nemo tranſibat, & videbat aliquod opus in agro, vel in vinea, vel in meſſe, vel aliquid eiufmodi, non licebat tranſire ſine benediçtione. Hęc conſuetudo manet vſque hodiẽ in noſtra eccleſia, quando trãſitum facimus de vno officio ad alterum, quaſi nuper introeamus ad operarios, ſalutamus eos verbis benediçtione plenis. Poſtea dicit ſacerdos, Oremus, Niſi Chriſti virtus repleſſet corda turbarum ad orationem, non ei canerent tã magnificas laudes. Oratione enim ſerenatur cor ad cognoscendum Dominum. Puritas lintei, quod ponitur in altari, puritatẽ mentium eorum ſignat, qui Domino cantabant. Eandẽ puritatẽ, qua repleuerat corda cantantium, requirebat in templo, quando eiecit inde vendentes & ementes, dicens: Scriptum eſt, Domus mea domus orationis vocabitur. Dũ enim ſacerdos ſuſcipit oblationes, cantores cãtant. Quãdiu enim turba cãtabat, Oſanna in excelsis, Chriſtus eorũ ſuſcipiebat. Oblatione ſuſcepta, ſacerdos redit ad altare, vt in eo diſponat ſiue ipſe, ſiue diaconus oblationes coram Domino, quaſi illi immolaturus eſt in ſequentibus Miſſæ. Chriſtus enim poſt accepta vota cantantium, Hieruſalem & templum Domini intrauit, in quo erat altare, ibiq; ſe præſentauit ſibi Deo que patri ad immolationẽ futuram. Poſteã dicit ſacerdos Secretam, vt ſecreta Chriſti, quæ illo tempore agebantur, nobis ad memoriam ducantur. Auguſtinum legamus ſuper Iohannem, vbi exponit Chriſtum veniſſe ad diẽm feſtum ſcenopegia, non manifeſte, ſed quaſi in occulto, ita inquit: Manifeſtetur ergo, tollatur velum, appareat, quod erat ſecretum. Omnia quæ dicta ſunt antiquo populo Iſrael in multiplici ſcriptura ſanctæ legiſ, quæ agebant ſiue in ſacrificiis, ſiue in ſacerdotiis, ſiue in diebus feſtis, & omnino in quibuſlibet rebus, quibus Deum colebant, quæcunq; illis dicta & præcepta

ſunt, vmbra fuerunt futurorum quæ implentur in Chriſto. Vndẽ dicit Apoſtolus: Quotquot enim promiſſiones Dei, in illo etiam, id eſt, in Chriſto impleta ſunt. Ex his dictis intelligere poſſumus, cuius vice Secretam dicat ſacerdos. Agnus paſchalis latebat in Chriſto, qui immolandus erat. Hoc erat ſecretum Apoſtoli, erat ſecretum cæteris fidelibus qui cum eo erant: erat ſecretum populo Iudæorum vſque ad diẽm cenæ, quo ipſe apertius manifeſtare dignatus eſt paſſionem ſuam. Viſque ad illum diẽm protenditur ſecreta ſacerdotis. Moraliter in præſenti officio altare noſtrum præfiguratur ab altari holocauſti, quo immolabantur victimæ pro peccato, pro regno, pro ſanctuãrio, pro Iuda, pro votis, pro ſpontaneis. Has oblationes quotidie habemus in noſtra eccleſia: eaſdem per manus ſacerdotis offerimus. Altare noſtrum ſignat in præſenti generalem vitam iuſtorum, qui carnem ſuã crucifigere quotidie cum vitijs & concupiſcentijs, atque in hoſtiam viuẽtem Deo offerre ſolent: Si altare quod præfiguratur ab altari holocauſti, ſignificat generalem vitam iuſtorum: oblationes quæ in eo offeruntur, eorũ cogitationes & bona opera deſignant. Redeam⁹ ad initiũ præſentis officij. Salutatur epiſcopus populũ deprecando, vt Dominus ſit cum illo. Populus decontra orat pro ſacerdote, vt ſimul cum ſuo ſpiritu ſit Dominus cum eis. Hęc ſalutatio introitum demonſtrat ad aliud officium. Poſteã dicit, Oremus, admonetque vt vnusquisque offerentium ſe ad ſuam conſcientiam introducat. Si quis habet ad immolandum, imolet, id eſt, ſi quis conſcius eſt proprij vitij, roget, vt mucrone inuiſibili feriatur. Si quis habet voluntarium ſacrificium, ſiue ſpontaneum, ſiue pro quacũque re ſit, precetur antequam de manu eius exeat, vt acceptabile ſit domino, nec deſpiciatur, ſicut deſpectũ eſt Cain, quia non rectẽ offerebat. Interim ponitur ſindon in altare. Sindone, quam ſolemus corporale nominare, admonetur omnis, ſcilicet populus & miniſtri altaris, nec non & ſacerdos, vt ſicut illud linteum caſtigatũ eſt ab omni naturali viriditate & humore, ita ſit mēs offerentium ab omni carnali cupiditate: & ſicut illud nitet ſuo ſplendore, ita intentio offerentium, ſimplicitate nitet coram Deo. Dein tranſit ſacerdos ad ſuſcipiendas oblationes: Interim cantores cantant more antiquorum, vt iam prætulimus, ſiue turbarum, quæ cantabant Chriſto venienti Hieruſalem. Populus dat oblationes ſuas, id eſt, panem & vinum ſecundũ ordinem Melchiſedech. Panis quem offert & vinum, exprimunt omnia deſideria pia intrinſecũ latentia, ſiue ſint pro immolatione, ſiue pro hoſtia viuã. Quod foris agitur, ſignum eſt illius quo intrinſecũ latet. Vndẽ Auguſtinus in libro decimo de ciuitate Dei cap. 19. Qui autem putant hæc viſibilia ſacrificia dijs alijs congruere: illi verò tanquã inuiſibili inuiſibilia, maiora maiori, meliori que meliora, qualia ſunt puræ mentis & bonæ voluntatis officia, profecto neſciunt hæc ita eſſe ſigna illorum, ſicut verba ſonantia, ſigna ſunt rerum. Quocirca ſicut orantes atque laudantes ad eum dirigimus ſacrificantes voces, cui res ipſas in corde quaſi ſignificamus, offerimus: ita ſacrificantes non alteri viſibile ſacrificium offerendum eſſe nouimus: quã illi, cuius in cordibus noſtris inuiſibile ſacrificiũ

ſacrificium nos ipſi eſſe debemus. Suſceptis oblationibus, reuertitur ſacerdos ad altare, diſponente diacono oblatas ſuper altare, more primorum ſeptem diaconorum. Lauat ſacerdos manus ſuas moſteriorum ſacerdotum, vt exteſe ſint à tactu communium manuum, atque terreno pane. Quæ lauatio manus, munditiam cordis ſignat per lachrymas & compunctiones, ſicut Beda in libro de tabernaculo & vaſis eius refert. Rectẽ, inquit, pro altari holocauſti labrum ponitur, in quo abluti ſacerdotes, ingrediantur tabernaculum, & thymiama Domino incendant. Duobus nanque modis lachrymarum & compunctioſum ſtatus diſtinguitur. Et poſt pauca: Neque enim quiſquam de plebe ibi lauati, ſed ipſe Pontifex iuſtus eſt, & filij eius, videlicet ſacerdotes gradus inferioris: quia magnorum virorum ſicut perfeçtior vita, ſic & compunctio ſolent eſſe ſublimior. Et iterũ: Quod ſi in perſona Aaron ipſum magnum Pontificem Dominum ſaluatorem accipere volumus, conſtat etiam, cum huius aqua labri priũs, quã ad altare oblaturus intraret, eſſe lotum: Quia, priuſquam thymiama ſui ſacroſancti corporis propter ſalutem noſtram in altari crucis incenderet, pro noſtri amore etiam lachrymas fudit, quod in reſurrectione Lazari celeberrimẽ innotuit. Cantantibus adhuc cantoribus, vadit ſacerdos ad altare, & orat. Quod cæteros præmonuit facere, agit. Orat pro ſuis propriis delictis remiſſionem, vt dignus ſit accedere ad altare, & ad tactum oblatarum: ne fiat illi, quod factum eſt Bethſamitibus, qui temerẽ viderunt arcam Domini, de quo ſcribitur in libro Samuelis: Percuſſit autem de viris Bethſamitibus, eo quod vidiffent arcam Domini, & percuffit de populo ſeptuaginta viros, & quinquaginta millia plebis. Deindẽ ſuſcipit oblationes Sacerdotum & Diaconorum, quibus licitum eſt accedere ad altare. Accipit etiam ab archidiacono duas: vnã, pro ſe, & alteram pro diacono. Ex thuribulo quod ſuperimponit poſt orationem, demonſtrat, per quem ei propitiari poſſit Deus, videlicet per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, cuius corpus deſignat, thuribulum, de quo ſcriptum eſt in Exodo, vt offerant in ea thymiama Domino, ne forte moriantur. Vndẽ Beda memoratus: Mors etenim timenda eſt animæ ſpiritualis & æterna, ſi qui ad miniſterium altaris electus, thymiama orationum Deo reddere negligit. Diaconus aquam miſcet vino. Cur hoc faciat, Cyprianus monſtrat ad Quirinum, de ſacramento Domini calicis dicens: Quando autem in calice vino aqua miſcetur, Chriſto populus adunatur, & credentium plebs ei, in quem credidit, copulatur & iungitur. Quæ copulatio & coniunctio aquæ & vini ſic miſcetur in calice Domini, vt commixtio illa ab inuicem non poſſit ſeparari. Vndẽ eccleſiam, id eſt, plebem in eccleſia conſtitutam, fideliter & firmiter in eo quod credidit, perfeuerantem, nulla res ſeparare poterit à Chriſto, quo minus hæret ſemper & maneat indiuidua dilectio. Si autem in ſanctificando calice Domini offerri aqua ſola non poteſt, quomodo & vinum ſolum non poteſt? Nam ſi vinum tantũ quis offerat, ſanguis Chriſti incipit eſſe ſine nobis: ſi verò

aqua ſit ſola, plebs incipit eſſe ſine Chriſto. Quando autem vtrunque miſcetur, & adunatione conſuſa ſibi inuicem copulatur, tunc ſacramentum ſpiritale & cæleſte perficitur. Sic verò calix Domini non eſt aqua ſola, aut vinum ſolum, niſi vtrunque ſibi miſceatur: quomodo nec corpus Domini poteſt eſſe farina ſola, aut aqua ſola, niſi vtrunque adunatum fuerit & copulatum, & panis vnus compage ſolidatum. Quo & ipſo ſacramento populus noſter oſtenditur adunatus: Vt, quemadmodum grana multa in vnum collecta & commolita & commixta, panem vnum faciunt: ſic in Chriſto, qui eſt panis cæleſtis, vnum ſcimus eſſe corpus, cui coniunctus ſit noſter numerus & adunatus. Omnis populus intrans eccleſiam, debet ſacrificium Deo offerre: At cantores, qui ſunt de genere Leuitarum, propter inſtantem neceſſitatem cantandi, non habent licentiam huc illucque diſcurrendi, vt ſinguli offerant cum cæteris. Statutum eſt eis, vt penitus non ſint extorres à ſacrificio, cuſtodire aquam, & hanc vnum offerre pro cæteris. Populus offert vinum, cantores aquam. Sicut vinum & aqua vnum ſiunt in calice, ſic populus & cantores in corpore Chriſti. Cantores more Leuitarum antiquorum, qui omnia neceſſaria tabernaculi prouidebant, quærant aquam ad fontem, & ſeruent eam coopertam vſque ad tempus ſacrificij, & tunc mundam eam offerant. Poſteã ponit calicem in altari diaconus, & ſudarium ſuum in dextro cornu altaris: Eſt habile ad hoc, vt quicquid acceſſerit fordidi, illo tergatur, & ſacerdotis mundiffimum maneat. Si per incuriam ſacerdotis ante horam ſacrificij aliqua macula inhaerent variarum tentationum, hæc ſuo ſudario detergat. Hora ſacrificij ita vigilet, vt nulla poſſint inhaerere, quantum humana fragilitas ſinit, quin illic repellantur in oſtio ſuggeſtionis, ac quicta mente pro peccatis aliorum intercedat. Vndẽ Cyprianus in ſermone de oratione Dominica: Quando autẽ ſtamus ad orationem, dilectiffimi, vigilate & incubere ad preces toto corde debemus. Cogitatio omnis carnalis & ſecularis abſcedat, nec quicquã tunc animus, quã id ſolum cogitet, quod precatur. Idẽdẽ & ſacerdos ante orationem præſatione præmiſſa, parat fratrum mentes, dicendo, Surſum corda: vt dum reſponder plebs, Habemus ad Dominum, admonetur, nihil aliud ſe quã Deum cogitare debere. Claudatur contra aduerſarium peccus, & ſoli Deo pateat, nec ad ſe hoſtem Dei tempore orationis adire patiatur. Obreperit enim frequenter, & penetrat, & ſubtiliter fallens, preces noſtras à Deo auocat, vt aliud habeamus in corde, & aliud in voce, quando intentione ſincera Deũ debeat non vocis ſonus, ſed animus & ſenſus orare. Quæ autem ſegnitia eſt, alienari & capi ineptis cogitationibus & prophanis, cum Deum deprecari: quaſi ſit aliud, quod magis debeat cogitare, quã id quod cum Deo loqueris. Quomodo te à Deo audiri poſtulas, cum te ipſe non audias: Vis eſſe Deũ tui memorem, cum rogas, quando tu ipſe tui memor non ſis? Hoc eſt de eo hoſte in totum non cauere, hoc eſt, quando oras Deum, maietatem Dei orationis negligentia offendere: hoc eſt vigilare oculis, & corde dormire: cũ debeat Chriſtianus, & cum dormit oculis, corde

vigilare, sicut scriptum est ex persona Ecclesie loquentis in Cantico canticorum: Ego dormio, & cor meum vigilat. Quapropter sollicitè & cautè Apostolus admonet, dicens: Instantes orationi, vigilantes in ea: docens scilicet, & ostendens, eos imperrare quod postulant de Deo posse, quos Deus videat in oratione vigilare. Orantes autem, nõ instructio- nis & nudis precibus ad Deum veniant. Inefficax petitio est, cum precatur Deum sterilis oratio. Nam cum omnis arbor non faciens fructum, excidatur & in ignem mittatur: vtique & sermo non habens fructum, promereri Deum non potest, quia nulla operatione fecundus est. Et idcirco scriptura diuina instruit, dicens: Bona est oratio cum ieiunio & elemosyna. Quo factò, reuertitur ad populum sacerdos, & precatur, vt orent pro illo, quatenus dignus sit vniuersæ plebis oblationem offerre Domino. Præsentis adorationes prælibatæ sunt in Paralipomenon, vbi orat turba cantantibus Leuitis. Post holocaustum nempe incuruatus est rex & omnis populus. Audiui dicere, quòd plebs eadem hora tres versiculos canter pro sacerdote: Mittat tibi Dominus auxilium de sancto, & duos sequentes.

De Secretis.
CAP. XX.

Sequitur Secreta. Secreta idèò nominatur, quia siue sacrificium oblatio: in hac precatur sacerdos per eandem hostiam purgari vsquequaque. Sacerdotis solius est, soli Deo offerre sacrificium, ac idèò quia Deo cogitationibus loquimur, non est necessaria vox reboans, sed verba ad hoc tantum, vt eisdem admonetur sacerdos, quid cogitare debeat. In sequenti namque oratione clamat ad populum, vt quod ipse iam habet, habeat & ille, hoc est, sursum cor: ac deinde, vt gratias agat Deo pro serenitate mentis. Igitur hoc necessariò extollitur voce. Quod omnibus licet simul agere, id est, gratias referre Deo, hoc acclamatur: Quod ad solum sacerdotem pertinet, id est, immolatio panis & vini, secretò agitur. Quantum enim victima præstabat in veteri testamèto ad Domini sacrificium, postquam ducta erat ad ostium tabernaculi: tantum præstat sacrificium in prima positione altaris. Non potest iam mutari neque in melius, neque in deterius.

De hymno ante passionem Domini, siue preparatione.
CAP. XXI.

Hymnus idèò dicitur, quia refertur est gratiarum actio, & laudibus angelorum. Preparatio, quia parat fratrum mentes ad honestatem decorem conuentui sanctorum angelorum, qui solent ad esse consecrationi corporis Christi, & ad ipsam reuerentiam tantæ consecrationis. Ac idèò excelsa voce cantatur. Officium hoc inchoatur à salutatione, quæ dicitur ante Sursum corda, & finitur in hymno, Sanctus sanctus sanctus: Præsens officium tempus illud nobis ad memoriam reducit, quando Christus in cœna ascendit in cœnaculum magnum stratum, & ibi multa locutus est cum discipulis, & hymnum rerulit Deo patri, quem Ioannes commemorat, vsquedum exiret in montem Oliueti. Ibi gratias egit Deo, ibi hymnum cantauit, in quo precatus est patrem, vt seruaret discipulos suos à malo, dicendo: Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo: Et vt sancti permaneant, subiunxit: Sanctifica eos in veritate, & iterum: Et pro eis sanctifica me ipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate: Et vt in cœlum transeant, dicit in se-

quentibus: Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum, vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi. Iuxta hunc sensum, altare est mensa Domini, in qua conuiuabatur cum discipulis suis: Corporale, lineum quo erat ipse præcinctus: Sudarium, labor de Iuda proditore. Hunc ordinem sequitur sacerdos: Cum suis auditoribus ascendit in cœnaculum, quando dicit, Sursum corda: Auditores respondet, Habemus ad Dominum. Quod precatus est pro se in præfatione, vt cor suum esset alienum à vinculis mundanis, hoc nunc monet auditores suos, vt pro tanto dono gratias agant Deo: Auditores confirmant dignum & iustum ita esse, & cætera vsque, per Christum Dominum nostrum. Per quem reconciliati sumus Deo, per illum nostras gratiarum actiones offerimus: & quia non solum ea renouata sunt per Christum, quæ sunt in terra, sed etiam quæ in cœlis, recollit cœlestium laudes. Quia enim de sacrificio agitur, restat vt & gratiarum actiones, quas sacerdos offert, pro sacrificio eius accipiamus: & ministeria angelorum quæ recolluntur in præfatione celebratur, pro eorum sacrificio. Illud intendendum est in omnibus officiis immolationis, tali nomine censendum esse visibile altare, quale est cor offerentium. Tempore quo hymnus ante passionem celebratur, altare nostrum apratur altari thymiamatum, quod significat specialem quorundam perfectorum vitam, eorum scilicet, qui maiori mentis perfectione, extinctis profus ac sopitis illecebris omnibus carnis, sola Domino orationum vota offerunt, nihil quidem de carne quod se impugnet, nihil de conscientia peccati, vnde conturbentur ac pauent, habentes: sed dulcium profusione lachrymarum optantes venire & parere ante faciem Domini. Oblatio quæ superposita est in priore officio, Deo deputata est, ac per hoc sanctificata, id est, à terrenis separata, & cœlestibus deputata: In ista obseruatur, vsque dum ex ea fiat corpus Domini, ac postea assumatur in cœlum. Intimatum est, hanc preparationem quæ celebratur in altari thymiamatis, sacrificium angelorum ad memoriam nobis reducere, ac idèò quod dicit sacerdos, Quam laudant angeli, angelorum sacrificium est. In angelis, archangelos intelligimus. Dominationum sacrificium, adhortatio, in quibus Principatus intelligimus. Sicut dominationes subiecta sibi habent angelorum agmina, quibus mira potentia præminent: sic & principatus spiritus bonorum angelorum, quibus ad explenda diuina ministeria principantur. Qui dominantur, principantur. Potestatum tremor, cœlorumque, Virtutumque ac beatorum Seraphin agminum societas sancta. Cœlos pro thronis positos intelligimus, quia cœlum sedes Dei dicitur: Hincque coniungimus Cherubin, superque dicitur Deus sedere, sicut psalmus, Qui sedes, inquit, super Cherubin, apparet. His nouem ordinibus prælibatis, ordo decimus conditionis humanæ adnexus est: ex cuius voce dicit sacerdos, Cum quibus & nostras voces vt admitti iubeas deprecamur. Hymnus sequens, qui additus est primæuo hymno, à Sixto papa additus est, vt in gestis pontificalibus legitur. Ita enim scriptum est: Hic constituit, vt intra actionem sacerdotis incipiens populus hymnum decantaret:

taret: Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth, & illi inclinant se, & qui retrò stant, & qui in facie, venerando scilicet maiestatem diuinam, & incarnationem Domini, quæ introducta sunt per cantum angelorum & turbarum. Angelorum concentus, dicendo, Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth, maiestatem diuinam introducit: Turbarum verò, Domini incarnationem, dicendo: Benedictus qui venit in nomine Domini, Osanna in excelsis. Sudarium iacens in altari, significat laborem, quem habent angeli in ministerio humano, siue perfecti viri, qui non cessant orare pro nostra fragilitate. Corporale verò, intentionem non fictam. Stant interim episcopi siue sacerdotes seu diaconi post pontificem: subdiaconi verò in facie eius. Ibi illud adimpletur, quod in memorato cœnaculo dicit Dominus discipulis suis secundum Lucam: Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur: vos autem non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut iunior: & qui præceptor est, sicut ministrator. Nam qui maior est, qui recumbit, an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestri sum, tanquam qui ministrat. Multos discipulos Christi doctrina habebat, de quibus erant illi centum viginti, qui die penitentes simul inuenti sunt in vna domo. De ipsis erat Ioseph ab Arimathia, discipulus Iesu occultus propter metum Iudæorum: & ipse baiulator aquæ, qui suscepit eum in cœnaculo suo, cui Dominus mandauit, Dicit tibi magister. Hi denique siue essent corporali positione in cœnaculo, quando Dominus cœnauit, siue non forent, tamen eius obsequio non deerant: sicut is non defuit, qui strauit cœnaculum magnum. Hos credimus designari per subdiaconos, qui in facie stant, sicut stetit ille siue per præsentiam suam, seu per ministerium, cuius erat cœnaculum: siue mulieres, quæ perseuerarunt in passione Domini, de quibus Gregorius in Moralibus scribit: Sed cum ad crucis horam ventum est, eius discipulos grauis ex persecutione Iudæorum timor inuasit, fugerunt singuli, mulieres adstiterunt. Quasi ergo consumpta carne, os Domini pelli suæ adhæsit, quia fortitudo eius, passionis tempore, fugientibus discipulis, iuxta se mulieres inuenit. Stetit e quidem aliquandiu Petrus: sed post territus, negauit. Stetit etiam Ioannes, cui ipso crucis tempore dictum est, Ecce mater tua: sed perseuerare minime potuit, quia de ipso quoque scriptum est, quod adolescens quidam sequebatur illum amictus sindone super nudo, & tenuerunt eum: at ille reiecta sindone, nudus profugit ab eis. Qui est postea vt verba sui redemptoris audiret, ad horam crucis rediit, prius tamen territus fugit. Mulieres autem non solum non timuisse neque fugisse, sed etiam vsque ad sepulcrum stetisse memorantur. Dicit ergo, Pelli meæ consumptis carnibus adhæsit os meum, hoc est, Hi qui meæ fortitudini propinquiùs inhærere debuerunt, passionis meæ tempore timore consumpti sunt, & eas quas ad exteriora ministeria posui, in passione mea sine formidine inhærere mihi fideliter inueni.

Tom. 6.

Post hymnum inchoatum, Sanctus, sanctus, sanctus, inclinant se, & qui retrò stant, & qui in facie, venerando scilicet maiestatem diuinam, & incarnationem Domini, quæ introducta sunt per cantum angelorum & turbarum. Angelorum concentus, dicendo, Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth, maiestatem diuinam introducit: Turbarum verò, Domini incarnationem, dicendo: Benedictus qui venit in nomine Domini, Osanna in excelsis.

De hymno, Sanctus, sanctus, sanctus, CAP. XXII.

Perseuerant retrò stantes inclinati vsque dum finitur omnis præfatio oratio, id est, vsque dum dicatur post orationem Dominicam, Sed libera nos à malo. Quod enim inde sequitur, vsque, Per omnia secula seculorum, expositio est nouissimæ petitionis Dominicæ orationis. Illi enim sunt, quibus Dominus dixit, Vos autem estis, qui permanistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum. Vnde Beda in tractatu super Lucam: Nõ inchoationi patientiæ, sed perseuerantiæ cœlestis regni gloria donatur, quia nimirum perseuerantia, quæ alio nomine constantia vocatur, robur quoddam & fortitudo mentis, cunctarumque, vt ita dixerim, est columna virtutum, quæ cum benè recta & firma consistit, nihil est certius, nihil tutius bonis moribus. Ipsi stant inclinati, donec liberentur à malo. Hi enim sunt apostoli, qui magna tribulatione erant oppressi: Antequam audirent Domini resurrectionem non se audebant erigere, vt confiterentur se esse Christi discipulos. Hi quanuis in passione non forent presentes, tamen perseuerant post Christi resurrectionem in tentationibus. Non enim surgunt ante lucem, de qua Psalmista dicit, Vanum est vobis ante lucem surgere, id est, vanum est gloriari antequam resurgatis à mortuis: At qui in facie stant, signant discipulos occultos propter metum Iudæorum, siue mulieres, quæ Christi poterant in facie persistere. Sua inclinatione. Subdiaconi mœsticiam eorum signant, de quibus dicit idem qui supra in eodem: Non autem idèò solus mulierum plactus eum sequebatur, quia non innumerus etiam virorum præsentium cœtus de eius erat passione mœstissimus: sed quia foemineus quasi contemptibilior sexus, liberiùs poterat præsentibus sacerdotibus, & principibus, & magistratibus, quid contra eos senserit, ostentare. Qui poterant non dolere, quando eum, quem nimio amore dilexerunt, & nouerunt innocentem, ab impiis comprehendi, ligari, duci ante eos, spui in faciem, flagellari, crucifigi viderunt? Quid significet eorum erectio ante finitam orationem, si Dominus dederit, congruis in locis monstrabitur: Nunc de te igitur, dicendum est: Ab initio orationis vsque ad locum vbi dicitur, Et in electorum tuorum iubeas grege numerari per Christum Dominum nostrum, celebratur sacrificium electorum, qui non habent in carne, quod eis repugnet, neque in conscientia quod conturbet. Sicut enim duo altaria erant in tabernaculo Moyse, siue in templo Salomonis, vnum thymiamatis, alterum, holocausti: ita sunt duo sacrificia sanctæ ecclesie. Vnum est, in quo omnes carnales motus sopiti sunt, de quo commemorauimus, & nunc iterum commemoran-

De Te igitur, CAP. XXIII.

Tt ij

dum est. Alterum est, in quo necesse est quotidie carnales motus mactare, de quo in posterioribus dicendum est. In promptu altare thymiamatis est, ex utroque officio capitis scilicet & corporis, usque ad locum de quo superius titulum est. Nunc verò reddendum est, cur oratio præfens & præfatio secretè dicantur, ex sermone Cypriani de Dominica oratione. Sit, inquit, orantibus sermo & precatio cum disciplina, quietem continens & pudorem. Cogitemus nos sub conspectu Dei stare, placendum est diuinis oculis & habitu corporis, & modo vocis. Nam ut impudentis est clamoribus strepere, ita contra congruit verecundo, modestis precibus orare. Denique magisterio suo Dominus secretè nos orare præcepit, in abditis & secretis locis, in cubilibus ipsius. Quod magis conuenit fidei, ut sciamus Dominum ubique esse præsentem, audire omnes & videre, & maiestatis suæ plenitudine in abdita quoque & occulta penetrare, sicut scriptum est: Ego Deus appropinquans, & non Deus de longè: si absconditus fuerit homo in absconditis, ego ergo non videbo eum? Nonne cælum & terram ego impleo? Et iterum: In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos. Et quando in vnum cum fratribus conuenimus, & sacrificia diuina cum Dei sacerdote celebramus, verecundiæ & disciplinæ memores esse debemus, non passim ventilare preces nostras inconditis vocibus, nec petitionem commendandam modesto Deo tumultuosa loquacitate iactare, quia Deus non vocis, sed cordis auditor est: nec admonendus est clamoribus, qui cogitationes hominū videt, probante Domino & dicente, Quid cogitatis nequam in cordibus vestris? Et alio loco: Et scient omnes ecclesiæ, quia ego sum scrutator renum & cordis. Quod Anna in primo Regnorum libro, ecclesiæ typum portans, custodit & seruat, quæ Deum non clamorosa petitione, sed tacitè & modestè intra ipsas pectoris latebras precabatur, & loquebatur prece occulta, sed manifesta fide. Loquebatur non voce, sed corde, quia sic Dominum sciebat audire, & impetrauit efficaciter, quod petiit, quia fideliter postulauit. Declarat scriptura diuina quæ dicit, Loquebatur in corde suo, & labia eius mouebantur, & vox eius non audiebatur, & exaudiuit eam Dominus. Item legimus in psalmis, Dicite in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Per Hieremiam quoque hæc eadem spiritus sanctus suggerit, & docet, dicens: In sensu autem tibi debet adorari Dominus. Adorans autem, fratres dilectissimi, nec illud ignoret, quemadmodum in templo cum Pharisæo publicanus orauerit, non alleuatis in cælum impudenter oculis, nec manibus insolenter erectis, sed pectus suum pulsans, & peccata intus inclusa contestans, diuinæ misericordiæ implorabat auxilium: Et cum sibi pharisæus placeret, sanctificari hic magis meruit qui sic rogauit: Qui spem salutis non in fiducia innocentia sue posuit, cum innocens nemo sit, sed peccata confessus, humiliter rogauit, & exaudiuit orantem, qui humilibus ignoscit. Quia audiuius ex Cypriano modum orationis, audiamus ex Te igitur, orationes. Primò vice Christi sacerdos tres orationes exercet, sicut Dominus fecit postquam exiit in montem Oliueti ante tra-

ditionem suam, id est, pro vniuersali ecclesia, & pro fratribus specialibus, & pro choro sacerdotum. Prima oratio Christi est: Mi pater, si possibile est, transeat à me calix iste: Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Transferri à se calicem postulari, non quidem timore patiendi, sed misericordia prioris populi, ne ab illo bibat calicem propinatum. Vnde & signanter non dixit, Transfer à me calicem, sed, Calicem istum, hoc est, populi Iudæorum. Secunda oratio Christi est: Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Quod ita Hieronymus: Secundò orat, ut si Ninive aliter saluari non potest, nisi aruerit cucurbita, fiat voluntas patris. Tertiò orauit Christus eundem sermonem, ut ex memorato Hieronymo discimus, qui dicit, apostolorum timorem sequenti penitentia, magistrum impetrasse corrigendum: Intelligimus eum pro suo corpore, id est, apostolis nunc orasse. Eodem numero, id est, ternario sacerdos voce electorum complet orationem suam. Sacrificium est electorum ad Deum patrem, per Christum Dominum nostrum. Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata. Dona & munera vnum sunt, iuxta quod Daniel respondit Balthasari, quando ei promisit purpuram & torquem auream. Munera, inquit, tua sunt tibi, & dona domus tuæ alteri da. Hoc vnum bis repetitur, quia duæ res offeruntur Deo, id est, panis & vinum. Quæ utæque non incongruenter possunt plurali numero appellari. Etenim in pane est aqua & farina, in vino aqua & vinum. Id ipsum tertio repetitur: Hæc sancta sacrificia illibata. Singulari repetitione duo superiora recapitulatur, quoniam in vno corpore Christi hæc sacramenta continentur. Sed quoniam potius requirit Deus sacrificium cordis, quàm hoc, quod extrinsecus ministratur, in corde sacerdotis volumus interpretari dona, & munera, & sacrificia illibata. Vnde dicit Augustinus in libro decimo de ciuitate Dei, cap. tertio: Dona eius in nobis, nos quoque ipsos vouemus & reddimus ei. Beneficiorum eius solennitatibus, festis, & diebus statutis dicamus sacramentis memoriam, ne volumine temporum ingrata subrepat, obliuio, ei sacrificamus hostiam humilitatis & laudis in ara cordis igne feruidam charitatis. Iuxta eundem Augustinum, si quis vult dona offerre Deo, seipsum offerat: si quis munera, sæpius memoretur beneficiorum eius: si quis sacrificia illibata, humilitatem, laudemque & charitatem offerat. Dicit idem in libro memorato, capite quinto: Sacrificiū ergo visibile, inuisibile sacrificij sacramentum, id est, sacrum signum est. Et in sequentibus in eodem, cap. decimonono: Quocirca sicut orantes atque laudantes ad eum dirigimus sacrificantes voces, cuius res ipsas in corde quas significamus, offerimus: ita sacrificantes, non alteri visibile sacrificium offerendum esse nouerimus, quàm illi, cuius in cordibus nostris inuisibile sacrificium nos ipsi esse debemus. Quia Domino miserante, sacrificium verum inuenimus, sequentia Te igitur, prosequamur. Sequitur: In primis quæ tibi offerimus pro ecclesia tua sancta catholica, & reliq. Memoratum sacrificium pro tribus offertur, id est, pro ecclesia sancta vniuersali, pro specialibus fratribus, quorum

rum elemosynas suscepimus aut munus, aut quorum sponsores sumus facti, vel quorum præsentiam intuemur in officio Missæ nostræ, quorum tamen sacrificium est laus: Pro nobis ipsis sacerdotibus, qui communicamus sanctæ Mariæ & apostolis in vno Domino, ut in omnibus protectione Domini muniamur. Et iterum: Tria sunt sacrificia iuxta prophetam, quæ requirit Deus à nobis, scilicet facere iudicium & iustitiam, & diligere misericordiam, & paratum esse ire cum Domino Deo. Facit iudicium, qui se ei vouet & reddit, cuius totus est, & omne quod in eo esse potest, ex his quæ sunt. Idem facit, quando indicat primò orandum esse pro pace ecclesiæ vniuersalis: Dein diligit misericordiam, qui ex præteritis beneficiis gratias agendo, futura sibi acquirit. Ipse sibi multam misericordiam acquirit, qui Deum ad potiora prouocat. Idem facit misericordiam circa fratres, quando specialiter pro eis deprecatur Dominum. Vult paratum esse ut eat cum Domino Deo, qui se dicit consortio vnius Domini communicare cum Maria & choro apostolorum. Isti vadunt quocumque ierit Dominus. Ut non exorbitet mortalis à recto tramite, propter periculum præsentis vitæ rogat, ut in omnibus protectione Domini muniatur. In hac oratione designat sindonem, quantum ad caput pertinet, humilitatem Christi, quam assumpsit ex terreno habitu, in qua orauit Deum patrem. Sudarium verò quod iacet in cornu altaris, laborem suum, quem sustinuit in oratione, sicut Lucas dicit: Et factus est in agonia, & prolixius orabat, & factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. His ita prælibatis, dicit pium cor: Hanc igitur oblationem seruitutis nostræ, quæsumus Domine, ut placidè accipias. In hac oratione deprecatur Deus, ut dignetur vota electorum suorum suscipere: atque ideo ei præsentantur per pronomen demonstratiuum, dicendo: Hanc igitur oblationem, cui postea additum est à sancto Gregorio, Dièscue nostros in tua pace disponas, & cetera. Ostendit nullum securum esse posse in presenti seculo de sua stabilitate, quamuis esse perfectus videatur, ac ideo necesse fore, ut semper deprecetur in pace disponi suos dies in presenti seculo, & in futuro eripi ab æterna damnatione, & in electorum grege numerari. De Corporali & sudario dictum est, quantum ad corpus pertinet. Christus postquam orauit pro membris suis, dixit discipulis suis: Surgite, eamus. ecce appropinquabit qui me traditurus est. Explanatio Hieronymi: Non nos inueniant quasi timentes & retractantes, vtrò pergamus ad mortem, ut confidentiam & gaudium passuri videant. Præsentat pium cor electorum suorum, oblationem suam Domino: præsentat & pius Dominus seipsum his, per quos immolandum erat Deo patri. In hac oratione significat sindonem subsistens, humilitatem maximam, in qua non solum dignatus est orare pro suis, sed etiam tradi in manus impiorum: Sudarium verò, laborem quem sustinuit ex traditore.

De institutione Dominica in consuetudine corporis & sanguinis. C. A. P. XXXIII.

Immolato priore sacrificio perfectorum, quod constat orationibus, & est coniunctum sacrificio angelorum, descenditur ad vniuersale sacrificium, immolationem scilicet Christi, quod celebratur Tom. 6.

ante, Nobis quoque peccatoribus. Etenim Christus pro peccatoribus descendit ad immolandum, dicente Paulo ad Timotheum: Humanus sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Ipse est, per quem omne sacrificium Deo offertur, quia in eo condita sunt omnia, quæ in cælis sunt, & quæ in terris. Ipse cum sit Dominus omnium, voluit hostia fieri pro peccatoribus, qui non poterant Deo sacrificium offerre, ut sua immolatione reconciliarentur Deo: quatenus & ipsi non forent instructi, sed possent offerre sacrificium. Quoniam vna hostia Christus oblatus est pro iustis & iniustis: idem sacrificium permanet in altari, quod ante positum est. Vnde modò dicit sacerdos: Quam oblationem tu Deus in omnibus, quæsumus, benedictam, ascriptam, ratam, rationabilem, acceptabilem facere digneris. Quod sic exponendum arbitror, saluo magistrorum intellectu: Quam oblationem, quæ sic oblata est, ut ista, id est, ea deuotione in omnibus, hoc est, tota cogitatione, tota vita, toto intellectu: benedictam, sicut hæc benedicta est, sacerdote dicente, Ut accepta habeas & benedicas ascriptam tibi, ut hæc, de qua dictum est, quæsumus Domine ut placatus accipias: ratam, id est, fidelem, sicut hæc quæ tibi porrecta est per Christum Dominum nostrum: Tu Deus, quæsumus, rationabilem acceptabilemque facere digneris, quatenus hæc nobis fiat corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi. Quo ordine id perficiendum sit, ex Domini institutione addiscitur: Accipit sacerdos panem manibus suis exemplo Christi, de quo dictum est: Accipit panem in sanctas ac venerabiles manus suas, & reliqua similiter & calicem, dicente Cypriano ad Cæcilium de sacramento Dominici calicis: Inuenimus non obseruari à nobis quod mandatum est, nisi eadem quæ Dominus fecit, nos quoque faciamus, & calicem pari ratione miscentes, à diuino magisterio non recedamus. Quauis hoc ille de commixtione vini & aquæ conclusisset, tamen de tota institutione Dominica intelligere possumus adimplendum, in quo suum mandatum est, & apostolorum obseruatio. Ceterum de crucibus, quas solemus diuerso modo facere super panem & vinum, non est quid dicam, cur tali & in tali loco figantur, vel quare plures in aliquo, vel pauciores in aliquo. Si Dominus quando benedixit panem, fecisset crucis signaculum, ipsi norunt, qui præsentés fuerunt, præsertim cum nondum erat erectum vexillū sanctæ crucis: Ac modò scimus, quia necessaria est, dicente Augustino in expositione Euangelij Ioannis homilia LXXII. Quid, inquit, quod omnes nouerunt, signum Christi, nisi crucifixi Christi? Quod signum nisi adhibeatur siue frontibus credentium, siue ipsi aquæ, ex qua regenerantur, siue oleo quo christumate vnguntur, siue sacrificio quo alitur, nihil horum ritè perficitur. Videtur mihi si semel fuerit facta crux super panem & vinum, posse sufficere, quia Dominus semel crucifixus est. Non ab re est si bis figatur, quia pro duobus populis fixus est Christus. At si figi necesse est in loco ubi dicitur, Accipiens panem, seorsum necesse est figuratur super panem, & seorsum super vinum, secundum modum quo Christus vsus est in acceptione panis & calicis.

In eo pane commendauit Christus corpus suum, & in calice sanguinem suum, atque subiunxit: Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis. Hic concrepant verba Dominicæ mensæ cum toto officio Missæ, Canitur hic, Accipiens panem, & reliqua, quod aditur à sacerdote, quando suscipit oblatam in secreta Missæ, aut quando hic eam eleuat. Gratiâ agit in hymno, Verè dignum & iustum est: benedicit in præsentî loco, frâgit circa communionem. Hic credimus naturam simplicem panis & vini mixti, verti in naturam rationabilem, scilicet corporis & sanguinis Christi. Sindon iacens in altari, signat linteum, quo erat Dominus præcinctus, & sudarium, laborem quem assumpsit in lauatione pedum, siue quem sustinuit pro labore Iudæ. Altare, mensam Domini.

De ascensione Christi in crucem. Cap. xxv.

In sacramento panis & vini, necnon etiam in memoria mea, passio Christi in promptu est. Dixit ipse: Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis, id est, quotiescunque hunc panem & calicem benedixeritis, recordamini meæ natiuitatis, secundum humanitatem passionis & resurrectionis. Quare subdit sacerdos ex voce sua & plebis. Vndè & memores Domine nos tui serui, sed & plebs tua eiusdem Christi filij tui Domini nostri tam beatæ passionis, necnon & ab inferis resurrectionis, sed in cælos gloriose ascensionis, offerimus præclare maiestati tuæ de tuis donis ac datis hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam. Sicut in superioribus Christi corpus est viuum in sacramento panis & vini, atque in memoria mea, ita in præsentî ascendit in crucem. Cordis sacrificio intendit Deus. Vndè Cyprianus in sermone de oratione Dominica. Neque enim in sacrificiis, quæ Abel & Cain primi obtulerunt, munera eorum Deus respexit sed corda intuebatur: velle placeret in munere, qui placebat in corde. † De donis Dei ac datis hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, offerimus, quædo charitate accensî, hostiam offerimus corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. De qua hostia in promptu dicat, institutio sacramenti subdendo manifestat, Panem sanctum vitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ. Panis vitæ æternæ, & calix salutis perpetuæ, Christus est, vel, sicut superius dixi, hostia pura est panis: hostia sancta, calix hostia immaculata, vtrunque simul: quia vnum corpus efficiunt. De donis ac datis ita possumus dicere: Dona sunt in re æterna, data in opere temporali. Et quoniam à nobis peccatoribus vult Deus offerri sibi sua ipsa dona, obnixè precandum est, vt dignetur super ea respicere. Vndè subditur: Supra quæ propitio ac sereno vultu respicere digneris, & accepta habere, sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificium patriarchæ nostri Abraham, & quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium & immaculatam hostiam. Rogat sacerdos Deum patrem, vt sicut illo tempore respicere dignatus est super munera Abel, & sacrificium patriarchæ, necnon & Melchisedech, ita super præsentia vota quæ inritum acceperunt ab immolatione Christi. Dein precatur vt suscipiantur, dicendo, Supplices te rogamus omnipotens Deus, iube hæc perferri per manus sancti angeli tui in su-

blime altare tuum in conspectum diuinæ maiestatis tuæ vt quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum filij tui corpus & sanguinem sumpserimus, omni benedictione cælesti & gratia repleamur per Christum Dominum nostrum. Precatur sacerdos, vt præsens oblatio ita sit accepta in conspectu Diuinæ maiestatis, quatenus sumpturi eam, simul fiant cælestes, & gratia Dei repleti. Mira & magna fides sanctæ ecclesiæ, quæ suis oculis vider, quod mortalibus deest: vider, quid credere debeat, quauis nondum videat, quod in specie est. Credit sacrificium præsens per angelorum manus deferri ante conspectum Domini, & sentit mandandum esse ab humano ore. Credit nanque corpus & sanguinem Domini esse, ac hoc mortu, cælesti benedictione impleri animas fumentium. Nempe Christus orauit in cruce, incipiens à Psalmo, Deus Deus meus, vsque ad versum, In manus tuas commendo spiritum meum. Postea inclinato capite, emisit spiritum. Sacerdos inclinatur se, & hoc quod vice Christi immolatum est, Deo patri commendat. Sancita est passio Christi pro nobis vsque ad istum locum, ab eo loco vbi dicitur, Vndè & memores. Altare præsens, altare est crucis. In isto nos peccatores qui ex gentibus venimus, reconciliati sumus Deo ad offerenda ei sacrificia. Sindon in isto, humilitatem illam signat, qua humiliatus est patri vsque ad mortem. Non abhorret à vero, si humilitas designetur per sindonem. Augustinus scribit in psalmo nonagesimo secundo: Qui enim humilis tunc fuit, quando linteo præcinctus est, & lauit pedes discipulorum. Sudarium verò, laborem passionis. Inclinatio subdiaconorum vsque modò, mœstitiam demonstrat eorum discipulorum, quibus licitum erat perferre in præsentia Christi, quando flagellabatur, & omnia illa agebantur, quæ de eius passione leguntur, tunc potissimum dolebant qui eius erant sectatores: At postquam emisit spiritum, scientes non iam habere persecutores, vndè rabiem suam amplius in Christi corpus expleant, vt ipse dicit in euangelio Luca, Ne terreamini ab his qui occidit corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant: consolantur aliquo modo, & erigunt se, adspicientes in dilectum sibi corpus, quousque pender in cruce: maxime cum vident multa miracula fieri, vndè conturbati poterant persecutores, & obsequentes solari. In eodem officio lauant diaconi manus, quia omnia opera sordida prioris conuersionis, Christi passione mundantur. Quod si nihil aliud voluisset ordo ministerij nostri significare in lauatione manus, quam vt cautiore cura prius actus suos cogitatusque diaconi discernerent, euentilarent, purgarent, ac sic ad participanda fidei sacramenta procederent, quod vnusquisque fidelium debet obseruare, ne manducet & bibat indignè corpus Domini, nullo modo tali in loco manus lauant, quia aptius possent eas lauare erecti quam inclinati.

Christus enim prægustauit mortem, vt nos commoreremur peccatis. Christus mortuus est peccato semel, vt nos moreremur vitiiis. Dicit Paulus: Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiiis & concupiscentiis. Hæc crucifixio præcipue agitur per penitentiam. Plures sunt, qui

De corpore Domini post emissionem spiritus in cruce, & nostra mortificatione in idipsum. Cap. xxv per

per angustum foramen transeunt ad stabilitatem A continentia, ac ideo quantum ad moralem sensum pertinet, rectè presens sacrificium, sacrificium penitentia dicitur. Et bene ante sacrificium penitentium celebratur passio Christi, vt magis infirmos prouocet ad salubrem potionem. Vndè dicit Ioannes Chryostomus in sermone quarto ad Hebræos: Sicut enim medicus non habens necessitatem ex cibis, qui ægroto præparantur, gustare: sed ille consolans, primus ex illius cibo degustat, vt persuadeat ægroto promptius illos cibos accipere: sic etiam Dominus, quoniam homines mortem timebant, persuadens eis, vt fiducialiter ad mortem accederent, & ipse gustauit mortem, nullam habens necessitatem. Ex verbis beati Ioannis ostensum est, idè coniuictim prolata esse passionem Christi, & nostram confessionem peccatorum, vt nõ timeremus dura pati pro peccatis nostris: Christus iam emisit spiritum, exiit ab eius latere sanguis & aqua. Sine his sacramentis nemo intrat in vitam æternam. De his sacramentis dicit Augustinus in sermone lxxv super Ioannem. Ille sanguis in remissionem fusus est peccatorum: Aqua illa salutare temperat poculum: Hæc secundus Adâ inclinatio capite in cruce dormiuit, vt inde formaretur ei coniuictus, quod è latere dormientis defluxit. Coniuictus ista centurionem illum signat, de quo narratur in euangelio: Videns autem centurio quod factum erat, glorificauit Deum, dicens: Verè hic homo iustus erat. Nisi futurum esset vt sacramento sanguinis & aquæ inficeretur gentilitas, non ilico se centurio mutaret ad tantam compunctionem, vt apertè clamaret ex intimo cordis affectu, Verè hic homo iustus erat. Hæc mutationem designat sacerdos per mutationem vocis, quando exaltat vocem suam, dicendo, Nobis quoque peccatoribus. Dicit de eo Beda in tractatu super Lucam: Notanda distantia gentis & gentis. Et gentiles quippe morientes Christo, Deum timebant, aperta confessionis voce glorificabant: Iudæi percutientes solum pectora, domum redeunt. Percussura pectoris, penitentia est & luctus indicium. Interim stabant autè omnes notii eius à longè, & mulieres quæ secutæ erant à Galilæa, hæc videtes. Hoc est quod ipse Dominus in psalmo, explicata suæ passionis serie, patri queritur, dicens: Elongasti à me amicum & proximum, & notos meos à miseria. Hos amicos & proximos ad memoriam nobis ducunt subdiaconi erecti, & intuentes in presbyteri opus. His ita intuentibus, venit vir nomine Ioseph, qui erat decurio, vir bonus & iustus: hic non consenserat consilio & actibus eorum, ab Arimathia ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipse regnum Dei: Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. & depositum inuoluit in sindone, & posuit eum in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat. Qui quauis ex numero foret occultorum discipulorum, tamen in promptu omnes transcendit, scilicet & discipulos & apostolos: Discipulis tantummodo à longè stantibus & intuentibus, apostolis latentibus in abditis, Ioseph mercatus est sindonem, vt depositum corpus Iesu inuolueret. Quæ dignitatis foret iste Ioseph, in tractatu Bedæ legitur super Lucam, ita dicendo: Magnæ quidè est Ioseph dignitatis

apud seculum, sed maioris apud Deum meriti fuisse laudatur: vt per iustitiam meritorum sepeliendo corpore Dominico dignus foret, & per nobilitate potentia secularis, idè corpus accipere posset. Non enim quilibet ignotus ad presidè accedere, & crucifixi corpus poterat impetrare. Hunc Ioseph ad memoriam ducit archidiaconus, qui eleuat calicem de altari, & inuoluit sudario, scilicet ab aure calicis vsque ad aurem. Sicut ille diaconus primatum tenet inter ceteros diaconos qui leuat calicem cum sacerdote: ita iste Ioseph tenuit inter ceteros discipulos, qui meruit corpus Domini de cruce deponere, & sepelire in monumento suo. Idè deputatur retrò stare cum discipulis, quoniam timore Iudæorum occultus erat. Sacerdos qui eleuat oblatam, præsentat Nicodemum, de quo narrat Ioannes, dicens: Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ & aloes quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt eum linteis cum aromatibus, sicut mos Iudæis est sepelire. Sacerdos facit de oblata duas cruces, intra calicem, vt doceat eum depositum esse de cruce, qui pro duobus populis crucifixus est. Christi depositionem de cruce, monstrat eleuatio sacerdotis & diaconi. Sudarium super caput Iesu, notum est fuisse, narrante eodem Ioanne, quod viderit Petrus linteamina posita, & sudarium, quod fuerat super caput Iesu. Oblata & calix, Dominicum corpus signant. Quando Christus dixit, Hic est calix sanguinis mei, suum sanguinem signauit, qui sanguis sicut vinum est intra calicem, ita erat intra corpus. Hoc peracto quid agerent, quos præsentant subdiaconi, Beda in memorato libro narrat: Suprà legimus, inquit, quia stabat omnes noti eius à longè, & mulieres quæ secutæ erant eum: His ergo notis Iesu post depositum eius cadaver ad sua remeantibus, solæ mulieres quæ arctius amabant, funus subsecutæ, quomodo poneretur, inspicere cupiebant. † Hæc oratio, Nobis quoque peccatoribus, tendit vsque, Per omnia secula seculorum. Vsq̄ ad istum locum, quantum pertinet ad exequias sepulture Christi, Altare crucem præsentat: quantum ad nostram mortificationem, altare holocausti. Sindon & sudarium sunt, quæ supra memorari. Moraliter, voce penitentium qui continentur peccata sua, eleuat sacerdos vocem, quasi quodam stimulo punctus nimij timoris. Talis compunctio vocatur & verè dicitur sacrificium spiritus contribulati. Vox eleuata sacerdotis in sacrificio penitentium, signat, clamorem debere magnum esse in corde penitentis. Vndè Augustinus in tractatu super Ioannem sermone lxxvi. Quare fremuit, inquit, Iesus, & turbauit seipsum, nisi quia fides hominis sibi immeritò displicentis fremere quodammodo debet in accusatione malorum operum, vt violentia penitendi, cedat consuetudo peccandi? Et iterum in eodem: Et cum hæc dixisset, exclamauit voce magna, fremuit, lachrymauit. Voce magna clamauit. Quam difficile surgit, quem moles malæ consuetudinis premit? Sed tamen surgit, occulta gratia intus viuificatus: surgit post vocem magnam. Sar est de eleuatione vocis, dicendum est de sacrificio. Sacrificium penitentium, est spiritus contribulatus & cor contritum. Penitentia sepeliuntur

peccata nostra. Altare pœnitentium, est altare holocausti. Altare holocausti signat cor eorū, quibus necesse est carnales motus consumere feruore spiritus sancti. Sindon est ipsa castigatio carnis per ieiunia & vigiliis, & cæteras virtutes, quibus de genuina carnali delectatione, quasi de humore nativo perducitur affectus hominis, ceu quoddam linum ad candorem, vt fiat de eo corporale, in quo possit Dominum recipere. Ille in munda sindone inuoluit Iesum, qui pura cum mente suscepit. Sudarium est ipsa intentio, qua festinat omnes venientes motus tentationum pristinarum tergere, antequam oculos fauciant. Postquam vox pœnitentiū prolata est, impetratio succedit, vt partem sibi societatis cōcedat Dominus cū sanctis suis. Quib⁹ denominatis, sequitur: Intra quorum nos confortium quæsumus admittite tu, qui es largitor veniæ, nō estimator meriti. In completionem prioris officij, quod fungebatur tantummodo orationibus, ibi memoratur communio sanctorum, quorum penè conuersatio est equalis: In isto, quia longè distans ab eorū conuersatione, venia precamur introduci Per Christum Dominum nostrum, Per quem hæc omnia semper Domine bona, scilicet quæ retrò memorata sunt, creas, vt sint: sanctificas, tibi ea deputando: viuificas, vt viua sint: benedixit, vt vtilia sint nobis, & præstas ad fruendum, per ipsum eundemque videlicet, per quem superius memorata concedis. Et cum ipso, qui tecum semper vivit, Et in ipso, in quo restaurata sunt omnia, Est tibi Deo patri in vnitatem spiritus sancti omnis honor & gloria per omnia secula seculorum. Hoc ipsum volendo tibi omni niſu monstrare, tota fide me ita tenere, eleuo præsentia munera ad te, ego indignus sacerdos, & diaconus vice præpositorum & auditorum, quia tibi ab omni ecclesia tua omnia bona deputantur. Subdiaconi qui stant vsque modò in facie sacrificij, & nunc recedunt, ministeria seminarum ad memoriam nobis ducunt, quæ recesserunt de monumento, sepulchro Domino. Non enim ita recesserunt à sepulchro, vt abessent ministerio Domini, sed sabbato siluerunt: quo transacto, parauerunt aromata vt vngerent corpus eius. Eo modo præsentem subdiaconi recedunt à præsentia sacrificij, vt sabbato quidem, hoc est, quandiu septem petitiones Dominicæ orationis dicuntur, sint in silentio, & inclinati, sicut erant apostoli illo tempore & sanctæ mulieres. Qui postea sagunt cum patenis ad requirendum corpus Domini circa altare, vt mulieres quæsierunt Domini corpus circa sepulcrū. Moraliter possumus subdiaconos nos peccatores intelligere, qui faciem, id est, conscientiam peccatorum nostrorū sacerdoti ostēdimus, vt nostram confessionem offerat Deo: quo peracto, non ilicò saltim facimus in locum magistrorum, sed post diutinam humiliationem, feruore crescente spiritus sancti, dilatantur corda nostra, quasi patena ad suscipienda sacramenta ecclesiæ.

De præsentatione patenis. C. A. P. 27.

Dicit libellus Romanus, quem iam memorauimus. Quando inchoatur canon, venit Acolytus sub humero habens sindonem in collo ligatam, tenens patenam ante pectus in parte dextera vsque medium canonem. Tunc subdiaconus sequens suscipit eam super patenam, & venit ante altare, expectans quādò eam suscipiat subdiaconus regio-

narius: finito verò canone, subdiaconus regionarius stat cum patena post archidiaconum: Quando dixerit, Et ab omni perturbatione securi: vertit se archidiaconus, & osculatam patenam dat eam tenendam secundo diacono. Ordo talis est: Subdiaconus sequens, non est ausus ostia altaris relinquere secundum canones Laodicensis concilij, qui dicunt capitulo quadragesimo tertio, quod nō oporteat subdiaconum saltem paululum ianuas deserere, & orationibus vacare: ac ideò Acolytus educit patenam de exedris quādò dicitur, Sursum corda. Mea humilitas dicit, quod sibi videret rationi congruere, relinquens magistrorum arbitrio, quid potissimum tenendum sit. Videtur mihi, vt ea hora præsentanda sit patena, qua circa sepulcrum Domini satagebant discipuli vel mulieres: Postquam enim iuit ad mensam, studuerunt circa mysteria passionis. Sequens verò subdiaconus medio canone, id est, cum dicitur, Te igitur, suscipit illam ab acolyto, & stat ante altare cum patena vsquedum suscipiatur à subdiacono regionario, suscipitur enim cum dicitur, Per omnia secula seculorum. Regionarius suscipit illam finito canone, id est, vbi dicitur, Per omnia secula seculorum: & tenet illam vsque ad susceptionem diaconi. Potest etiam intelligi simpliciter recessio subdiaconi de facie pontificis, accessio ad patenam. Vbi norandum, quod acolytus inuolutā tenet linteo patenam, subdiaconus nudam. Vnde liquido apparet, quod consecrata vasa à consecratis clericis meritò debeant tantummodo attingi. Hoc denique Esdras sacerdos expressit, quādò reuerſus est de Babylone, & vasa sancta sanctis commendauit, dicens: Separauit de principibus sacerdotum duodecim. Et paulò post, Appendique eis argentum & aurum & vasa consecrata domus Dei nostri. Eriterum: Et dixi, Vos sancti Domini, & vasa sancta, & argentum & aurum, quod spontè oblatum est Domino Deo patrum nostrorum, vigilate & custodite. Vnde in concilio Carthaginensi cap. 25. scribitur: Aurelius episcopus dixit, Addimus fratres charissimi præterea, cum de quorundam clericorum, quamuis lectorū, erga vxores proprias incontinentia referretur, placuit quod in diuersis concilijs firmatum est: Subdiaconi qui sacra mysteria contrectant, & diaconi & presbyteri, sed episcopi, secundum propria statuta, etiam ab vxoribus se contineant. Necnon & Sixtus Papa natione Romanus ex patre Pastore, constituit, vt ministeria sacra non tangerentur nisi à ministris. Verum & in hoc culpauit Daniel Balthasar regem, quia in consecratis vasibus bibebat, sicut scriptum est: Tu quoque Balthasar filius eius, non humiliasti cor tuum, cum scires hæc omnia, sed aduersus dominatorem cœli eleuatus es, & vasa domus eius allata sunt corā te. Tu & optimates tui, & vxores tuæ, & concubinae tuæ vinum bibistis in eis. Patena dicitur eo quod pateat: Corda ampla charitate significat: sicut alabastrum, in quo portauit vnguentum Maria ad vngendum Dominum, significauit cor eius, in quo erat fides sine impostura: ita & patena potest corda sanctorum seminarum designare, quæ patebant latitudine charitatis in obsequio Christi. Nam & ipsæ incrant, vt prætuli, non minima executione in ministerio discipulatus Christi, de quibus dicit Mattheus Euangelista:

Euangelista: Erant autem ibi mulieres multæ à Iosè, quæ secutæ erant Iesum à Galilea, ministrantes ei, inter quas erat Maria Magdalene & Maria Iacobi, & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi. Tamen ipsæ non susceperunt corpus Domini de cruce, sed Ioseph: sicut nec subdiaconi suscipiunt calicem de altari.

De officio, quod memorat re- quem Dominus in sepulchro. Cap. 28.

Subdiaconus regionarius accipit patenam finito canone, quia lætiam Dominicæ resurrectionis mulieres primò audierunt. Illæ huc illucque discurrebant feruenti studio circa sepulcrum Domini. Stant diaconi, stantque subdiaconi inclinati vsquedum audiant, Sed libera nos à malo. Ipsa est enim septima petitio de oratione Dominica. Septenario enim numero vniuersitas designatur. Septima petitione Dominicæ orationis, finis signatur totius tristitiæ ac perturbationis Apostolorum, quam habebant de Domini morte. Sequens oratio quæ inchoatur, Libera nos, quæsumus Domine, ab omnibus malis: Emblemata est Dominicæ orationis, vt per illud veniatur ad finem consecræ conclusionis, Per Dominum nostrum. Quod aperitur in sequentibus demonstrabitur, si Dominus dederit, Quid illo tempore, hæc est, quādò Christus quieuit in sepulchro. Apostoli agerent, non legitur aperire, sed ex Iohannis euangelio metum eorum cognoscimus, qui dicit, Cum esset ergo serò die illa vna sabbatorum, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum. Ex quo discimus tristes fuisse Apostolos timore. Ista tristitia demonstratur per diaconorum inclinationem. Discipulorum verò tristitiam cognoscimus ex Domini sermone, qui dicit secundum Lucam, ad duos qui ibant in die resurrectionis in castellum Emaus: Qui sunt hi sermones, quos confertis ad inuicem, ambulantes, & estis tristes? Ideò & subdiaconi inclinati manent. Secundum modulū lucubrationis meæ demonstratum est, quid velit inclinatio diaconorum, excepto quod oratio interna solet demonstrari per habitum corporis. Vnde Augustinus in lib. ad Paulinum de cura agenda pro mortuis: Nam & orationes de membris sui corporis faciunt, quod supplicantibus congruit, cum genua figunt, cum extendunt manus, vel etiam prosternuntur solo, & si quid aliud faciunt visibilibus, quamuis eorum inuisibilis voluntas & cordis intentio Deo nota sit, nec ille indigeat his indicijs, vt animus ei pandatur humanus: sed his magis seipsum excitat homo ad orandum gemendumque humiliter atque feruentius. Et nescio quomodo cum hi motus corporis fieri nisi motu animi præcedente nō possint, eisdem rursus exterius visibilibus factis, ille interior inuisibilis, qui eos facit augetur: ac per hoc cordis affectus, qui vt fierent ista, præcessit, quia facta sunt, crescit. Veruntamen si eo modo quisque teneatur, vel etiam ligetur, vt hæc de suis membris facere nequeat, non ideò non orat interior homo, & ante oculos Dei in secretissimo cubili compungitur, sternitur. Celebratio huius officij ita currit, vt ostendatur, quid illo in tempore actum sit circa passionem Domini, & sepulcrum eius, & quomodo nos ad memoriam reducere debeamus per obsequium nostrum quod pro nobis factum est.

Dicendum quare Dominica oratio dicatur excelsa voca, cum cæteræ secretò dicantur. Dicit Cyprianus in sermone de oratione Dominica: Ante omnia pacis doctor, atque vnitatis magister singularim noluit & priuatim precem fieri. Nō, vt quis cum precatur, pro se tantum precetur. Non dicimus, Pater meus qui es in cælis, nec panem meum da mihi hodiè, nec dimitti sibi tantum vnusquisque debitum postulat, aut vt in tentationem non inducatur, atque à malo liberetur, pro se solo rogat. Publica est nobis & communis oratio, & quādò oramus non pro vno oramus, sed pro toto populo, quia totus populus vnum sumus. Deus pacis & concordia magister, qui docuit vnitatem, sic orare vnum pro omnibus voluit, quomodo in vno omnes ipse portauit. Hanc orationis legem seruauerunt tres pueri in camino ignis inclusi, conſonantes in prece, & spiritu consensionis concordēs. Declarat scripturæ diuinæ fides, & cum docet quomodo orauerint, tale dat exemplum, quod imitari in precibus debeamus, vt tales esse possimus. Tunc, inquit, illi tres quasi ex vno ore hymnum canebant, & benedicebant Deum. Loquebantur quasi ex vno ore, nondum illos Christus docuerat orare: & idcirco orantibus fuit impetrabilis & efficax sermo, quia promerebatur Deū pacifica, simplex, & spiritalis oratio, Quæ oratio sic inchoatur: Oremus, præceptis salutaribus moniti, & diuina institutione formati, audemus dicere. Præcepta salutaria dicimus euangelicam doctrinam: Dicimus institutionem, traditionem, quam ipse dignatus est tradere in conficiendo sacramento corporis & sanguinis. Vnde idem qui supra, in sermone de sacramento Domini calicis, Cæcilio: Quamquam sciam, frater charissime, episcopos plurimos dominicis ecclesijs in toto mundo diuina dignatione præpositos, euangelicæ veritatis ac Dominicæ traditionis tenere rationem, nec ab eo quod Christus magister & præcepit & gessit, humanam & nouellam institutionem docere, & reliqua. Et iterum in eodem: Ab euangelicis autem præceptis omnino non recedendum esse, & eadem quæ magister docuit & fecit, discipulos quoque obseruare & facere debere. Vbi Cyprianus dicit, Euangelicæ veritatis: & in posterioribus, Ab Euangelicis autem præceptis omnino non recedendum esse, euangelicam doctrinam monstrat: vbi dicit: Ac Dominicæ eruditionis tenere rationem, & in sequentibus, Eadem quæ magister docuit & fecit, Dominicæ institutionem. Qua audacia intrandū sit ad orationem Dominicam, demonstratum est, id est, postquam præcepta salutaria, id est euangelica mūdauerint cor nostrum, & formauerint diuina instituta, quæ dicimus in loco, vbi scriptum est, Accipies panem in sanctas ac venerabiles manus suas, & reliqua, audemus intrare ad orationem Dominicam. Vbi norandum, quod non est præsumptuosè intrandum ad eum, sed cum reuerentia & sereno corde. In recordatione septimæ dici, quando Christus quieuit in sepulchro, agitur Dominica oratio, quæ septem petitiones continet, in quo septimo die laborabant apostoli tristitia ac metu Iudæorum: Et, ni fallor, orabant, vt liberarentur à malo, & consecuti sunt, quod orabant, resurrectionem Domini. Orat & nunc sancta ecclesia quasi in septima die, quādò iā quies-

De oratione Dominica. C. A. P. 29.

Embolion.

centibus animabus sanctorum, instat ieiunando, vigilando, orando, certado in charitate, ne abrum-
 patur periculis huius mundi à spe celestium gau-
 diorum. Quis est qui non deprecetur quandiu hic
 est in presenti seculo, vt liberetur à malo? Nec hoc
 negligenter curandum esse, vt ante participationē
 corporis & sanguinis Domini interueniat oratio,
 quæ nos purget à peccatis, nè indignè manducemus
 & bibamus corpus & sanguinē Domini. Quomodo
 compleatur oratio Dominica, in septima petitione
 idē qui supra, ostēdit in libro de oratione Domini-
 ca, dicens: Post ista omnia in consummatione
 orationis venit clausula, vniuersas petitiones & pre-
 ces nostras collecta breuitate concludens: in no-
 uissimo enim ponimus, Sed libera nos à malo, com-
 prehēdentes aduersa cuncta, quæ contra nos in hoc
 mundo molitur inimicus, à quibus potest esse firma
 tutela, si nos Deus liberet, si deprecātibz atque im-
 plorantibus opem suā præstet. Quādo autē dicim⁹,
 libera nos à malo, nihil remanet quod vltra adhuc
 debeat postulari, quādo semel protectionem Dei
 aduersus malum petimus, qua impetrata, contra
 omnia quæ diabolus in mundum operatur, securi-
 stamus & tuti. Quis enim ei de seculo metus est,
 cui Deus tutor est? Quid mirum, fratres dilectissi-
 mi, si ratio talis est, quam Deus docuit, qui magiste-
 rio suo omnem precem nostram salutari sermone
 breuiavit? Hoc iam per Esaiam prophetam fuerat
 antè prædictum, cum plenus spiritu sancto, de Dei
 maiestate ac pietate loqueretur: Verbum consum-
 mans, inquit, & breuians in iustitia, quoniam ser-
 monem breuiatum faciet Deus in toto orbe terræ.
 Quando dicit Cyprianus, quod illa vna petitione
 cōclusa sit omnis oratio nostra, id est, Sed libera nos
 à malo, in eo possumus intelligere, posse significari
 per finem orationis, finem nostræ persecutionis.
 Illa dicit, Sed libera nos à malo. Ista dicit, à quibus
 malis, scilicet præteritis, presentibus, & futuris, &
 vt non sit domus vacans, precatur pax à Deo inter-
 cedētibz sanctis. Igitur subditur, Et da pacē in die-
 bus nostris. Nulla pax tutior, quā obediētia Do-
 mini præceptis, declinare à malo, & facere bonum.
 Indē dicit propheta, Declina à malo, & fac bonum.
 Et Apostolus, Odientes malum, adhærentes bono.
 Replicat in sequētibz eandem orationem. Non se
 confidit suis meritis hoc posse impetrare apud Deū,
 Quapropter dicit, vt ope misericordiæ tuæ adiuti:
 Ac deinde subdit apertius, à quibus malis precetur
 erui, videlicet, vt à peccato sumus liberi: & quam pa-
 cem precetur, subdit iterum, & ab omni perturba-
 tione securi. Quod non potest fieri, nisi studeatur
 virtutibus. Vt diximus, nihil aliud continet sequēs,
 nisi vt exponat memoratam petitionē. Possunt tres
 articuli presentis orationis coaptari tempori tri-
 duanæ sepulturæ Domini. Ac ideò hoc solum de
 Missa posse intelligi, celebrari in parascœue pro tri-
 bus continentibus diebus sepulturæ.

De præse-
 tatione sub-
 diaconorū,
 vt suscipiāt
 corpus Do-
 mini de al-
 tari.
 CAP. xxx.

Hoc officium ad memoriam ducit deuotissimas
 mulieres, quæ se ipsas presentauerūt in exequijs
 sepulturæ Domini. Presentantibus se sanctis mu-
 lieribus ad sepulcrū domini, inueniunt spiritum red-
 disse ad corpus, & angelorum visionē circa sepulcrū
 ac annunciant apostolis quæ viderunt, De quo vtilē

admonitionem dat Beda in tractatu super Lucam:
 Quomodo, inquit, posito in sepulcro corpore Sal-
 uatoris, angeli adstitisse leguntur, ita etiam celebrā-
 dis eiusdem sacratissimi corporis mysterijs, tēpore
 consecrationis assistere sunt credendi, monente A-
 postolo, mulieres velamen habere propter angelos.
 Cum timerent autem, & declinarent vultum in ter-
 ram, dixerunt ad illas: Quid quæritis viuentem cū
 mortuis? Non est hic, surrexit. Nolite, inquiunt,
 cum mortuis, hoc est, in monumento, qui locus vti-
 que est proprie mortuorum, quærere eum, qui ad
 vitam iam surrexit à mortuis. Et nos exemplo de-
 uotarum Deo feminarum quoties ecclesiam intramus,
 mysterijs celestibus appropinquamus, siue pro-
 pter angelicæ præsentia virtutis, seu propter reuer-
 entiam sacræ oblationis, cum omni humilitate &
 timore debemus ingredi. Ad conspectum quidē an-
 gelorum, vultum declinamus in terram, cum super-
 norum ciuium quæ sunt gaudia æterna, contem-
 plantes, humiliter nos cinerem esse terramque reco-
 limus. Post hæc præsentat se subdiaconus cū patena
 sua ad sepulcrum domini, quam accepit à subdia-
 cono sequente, qui ad memoriam, vt supra diximus
 reducit sanctarum feminarum studiosissimū affe-
 ctum circa sepulturam domini. Non est mirandū, si
 sanctæ femine iungantur in officio diaconis, cum
 Paulus eas coniungat in ordinatione eis, scribit ad
 Timotheum post ordinationem diaconi: Mulieres
 similiter pudicas, & reliqua. In omni admonitione
 ordinationis, vult eas similes esse diaconis. Qua de
 causa sint seiunctæ à consortio diaconorū, cum Pau-
 lus eas coniungat ordinationis illorum, & subdia-
 cono succedat, de quibus nihil dixit Paulus, norūt qui
 castè volunt viuere. Nam & in choro apostolorum
 legimus fuisse feminas. Vnde Paul⁹ ad Corinthios,
 Nunquid non habemus potestatem mulieres cir-
 cumducendi, sicut & ceteri apostoli, & fratres Do-
 mini, & Cephas? Postquam sacerdos dicit, Pax Do-
 mini sit semper vobiscum, ponuntur oblata in pa-
 tena. Postquam enim Christus sua saluatione laci-
 ficauit corda discipulorum, vota feminarum com-
 pleta sunt, percepto gaudio resurrectionis.

De immis-
 sione panis
 in vinum.
 CAP. xxxi.

Immisionem panis in vinum, cerno apud quosdā
 variè aditari, ita vt aliqui primò mittant de san-
 cta in calicem, & postea dicant, Pax Domini: eon-
 tra aliqui referunt immisionem, vt quædum pax
 celebrata sit, & fractio panis. Ac ideò studet parui-
 tas mea, vt verba libelli Romani de eadem re ponā,
 & quod à Domino impetrare poterō, vt opinor, in
 indagine memoratæ rei promam, Dicit libellus me-
 moratus: Cum dixerit, Pax Domini sit semper vo-
 biscum, mittit in calicem de sancta: Vt reor, non
 frustra. Corporalis vita ex sanguine constat &
 carne. Quādiu hæc duo vigent in homine, spiri-
 tus adest. In isto officio monstratur, sanguinem
 suum pro nostra anima, & carnem mortuam pro
 nostro corpore redire ad propriam substantiam, at-
 que spiritu viuificante vegetari hominem nouum,
 vt vltra non moriatur, qui pro nobis mortuus fuit
 & surrexit. Crux quæ formatur super calicem
 particula oblata, ipsum nobis corpus ante oculos
 præscribit, quod pro nobis crucifixum est. Ideò
 tangit quatuor latera calicis, quia per illud, homi-
 num genus quatuor climatum, ad vnitatem vnus
 corporis

corporis accessit, & ad pacem catholicæ ecclesiæ.
 Talia verba sacerdos hoc agendo profert: Fiat com-
 mixtio corporis & sanguinis Domini accipientibus
 nobis in vitam æternam. Quæ verba precantur, vt
 fiat corpus Domini præsens oblatio per resurrectio-
 nem, per quam veneranda & æterna pax data est,
 non solum in terra, sed etiam in cælo. Tunc cessau-
 erunt murmurare operarij vineæ horæ primæ, terciæ,
 & sextæ: Tunc data est pax, quam promiserunt an-
 geli in sanctissima nocte, dicentes, Gloria in excel-
 sis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.
 Eandem sacerdos nunc ad memoriam reuocat, di-
 cens: Pax Domini sit semper vobiscum, Eandem po-
 pulo in libello memorato: Sed archidiaconus
 hunc sensum, quod non erret, si quis primò san-
 cta ponat in calicem, & dein dixerit, Pax Domini
 sit semper vobiscum, saluo magisterio didascalorū.
 Sequitur in libello memorato: Sed archidiaconus
 pacem dat episcopo prior, deinde ceteri per ordinē,
 & populus. Tunc pontifex rumpit oblatam ex late-
 re dextro, & particulam quam rumpit, super altare
 relinquit: reliquas vero oblationes ponit in patenā,
 quam tenet diaconus. Et post pauca: Tunc Acoly-
 ti vadunt dextera læuaque per episcopos circa alta-
 re: reliqui descendunt ad presbyteros, vt frangant
 hostias. Patena præcedit iuxta sedem, ferentibus
 eam duob⁹ subdiaconibus regionariis ad dia-
 conos, vt frangant. Et iterum post aliqua: Expleta
 confractione, diaconus minor leuata de subdia-
 cono patena, fert ad sedem, vt communicet pontifex:
 Qui dum communicauerit de ipsa, quam memorat
 dederat, ponit inter manus archidiaconi in calicem. Si
 hoc ita agit in Romana ecclesia, ab illis potest ad-
 disci, quid significet bis positus panis in calicem.
 Non enim vacat à mysterio, quicquid in eo officio
 agitur iuxta constitutionem patrum. Quid nobis
 videtur posse significare immisionem panis in vinum,
 & pax populo porrecta per vocem sacerdotis, magi-
 stris obtulimus ad dilucidandum.

De pacis
 osculo.
 CAP. 32.

Contentum me oportet esse de pace in eo quod
 Innocentius de ea scribit ad Decetium episco-
 pum in decretalibus primo capitulo, propter au-
 thoritatem tanti viri: Pacem igitur asseris ante cō-
 fracta mysteria quosdam populis imperare, vel sibi
 inuicem sacerdotes tradere, cum post omnia, quæ
 aperire non debeo, pax sit necessaria indicenda, per
 quam constet, populum ad omnia quæ in mysterijs
 aguntur, atque in ecclesia celebrantur, præbuisse
 consensum, ac finita esse pacis concludentis signa-
 culo demonstrantur. Interrogatus sum ab aliqui-
 bus, quare non inuicem porrigant sibi oscula viri &
 femina in officio Missæ? Quibus quāuis tunc nō
 responderem, respondendum nunc fore arbitror.
 Carnales amplexus, quibus iunguntur sæpissimè
 viri & femina, vitandi sunt in ecclesiæ conuentu.
 Ac ideo sequestrantur viri & femina in ecclesia, nō
 solum ab osculo carnali, sed etiam situ locali. Ab his
 personis dantur oscula mutua in ecclesia, quæ nul-
 lam titillationem libidinosæ suggestiois cogunt
 excitare.

De Agnus
 Dei.
 CAP. 33.

Sergius Papa constituit, vt Agnus Dei cantaretur,
 sicut scriptū est in gestis pontificalibus, Hic statuit
 vt tēpore confractionis Dominici corporis, Agnus
 Dei à clero & populo decēteretur. Deprecatio est pro

populo, qui sumpturus est corpus Domini, vt mis-
 ricordia innocentis agni, peccata subitanea & irruē-
 tia auferantur, scilicet cogitationū verborumque: &
 sicut passione sua totius mundi tulit offensā, ita &
 nunc ecclesiæ, quæ eum susceptura est per eucha-
 ristiā. Antiphona sequēs, id est, vox reciproca, iura
 fraternitatis ostendit, vt vnusquisque alterius vtili-
 tati studeat, & prouocare curet ad gaudia resurre-
 ctionis. Quem typum gesserunt illi duo, qui Do-
 minum cognouerūt in fractione panis, & ilicō per-
 rexerunt Hierusalem, & inuenerunt congregatos
 vndecim, & eos qui cum ipsis erant, dicentes, quia
 surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni: & ipsi
 narrabant quæ erant gesta in via, & quomodo cog-
 nouerunt eum in fractione panis. Illi nempe can-
 tauerunt antiphonam, vicissim narrando de resurre-
 ctione Domini.

Vcharistia fumen da est post osculū pacis. Sicut de Eucha-
 ristia. CAP. 34.
 vnus panis sumus in Christo, sic & vnum cor de-
 bemus habere. Ipsa vnitas vt teneatur, admonetur
 per oscula pacis. Vndē Beda in Tractatu super Lu-
 cam: Ne quisquam se Christum agnouisse arbitretur,
 si eius corporis particeps non est, id est, ecclesiæ.
 Cuius vnitatem in sacramento panis commendat
 Apostolus, dicens: Vnus panis, vnum corpus multi-
 sumus. Per eucharistiā Christus in nobis manet, &
 nos in illo per assumptum hominem. Ipse est Deus
 pacis, per quē pacata sunt cælestia & terrestria. Sunt
 autem intra sanctam ecclesiam, qui rarò communi-
 cant, & qui quotidie, quibus vtrisque dat aptum cō-
 silium sanctus Augustinus ad inquisitionem Ianua-
 rij de eadē re. Rectius, inquit, inter eos fortasse quis-
 piam dirimit licem, qui monet, vt præcipuè in Chri-
 sti pace permancant. Faciat autē vnusquisque quod
 secundum fidem suam piè credit esse faciendum.
 Neuter enim eorum exhorreat corpus & sanguinē
 Domini: sed saluberrimum sacramentum certatim
 honorare contendat. Neque enim litigauerunt

inter se, aut quisquam eorum se alteri preposuit, Za-
 chæus & ille centurio, cum alter eorum gaudens in
 domum suam suscepit Dominū, alter dixerit, non
 sum dignus, vt sub tectū meum intres. Ambō Salua-
 torē honorificātes diuerso & quasi cōtrario modo,
 ambo peccatis miseri, ambo misericordiā cōsecuti.
 Idem exponit Apostoli dictum, Qui enim mandu-
 cat & bibit in dignè, iudicium sibi māducat & bibit,
 in sequentibus ita: Inde etenim Apostolus indignè
 dicit acceptū ab eis, qui hoc non discernebant à cæ-
 teris cibis veneratione singulariter debita: Cōtinuè
 quippe, cum dixisset, iudiciū sibi & manducat & bi-
 bit, addidit, vt diceret, non diiudicās corpus Do-
 mi. Vt à ieiunis suscipiatur, idem dicit in eodem li-
 bro: Nanque Saluator quō vehementius commē-
 daret mysterij illius altitudinem, vitimum hoc vō-
 luit infigere cordibus & memoriæ discipulorum, à
 quibus ad passionem digressurus erat: Et ideò non
 præcepit, quo deinceps ordine sumeretur, vt aposto-
 lis, per quos ecclesias dispositurus erat, seruaret hūc
 locum. Nam si hoc ille monuisset, vt post cibos alios
 semper acciperetur, credo, quod eum morem nemo
 variasset. Ex quo tēpore debeat se sanctificare ho-
 mo ad perceptionē tanti muneris, vetus historia do-
 cet. Dicit in Exodo Domin⁹ Moysi: Vade ad popu-
 lum, & sanctifica illos hodie & crās, lauētque vesti-

menta sua, & sint parati ad diem tertium. In die enim tertio descendet dominus coram omni plebe super montem Sina. Eodem numero David se & omnes pueros suos sanctificatum dixit, vt comedat panes propositionis. Ita scriptum est in libro Samuelis: dixit Abimelech sacerdoti, Non habeo panes laicos ad manum, sed tantum panem sanctum: si mundi sunt pueri, maxime a mulieribus. Et respondit David sacerdoti, & dixit ei: Et quidem si de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri & nudius tertius, quando egrediebamur, & fuerunt vasa puerorum sancta. Porro via hæc polluta est, sed & ipsa hodie sanctificabitur in vasis. Dedit ergo ei sacerdos sanctificationem panem.

De parte oblatæ, quæ remanet in altari. Cap. 35.

TRiforme est corpus Christi, eorum scilicet, qui gustauerunt mortem, & morituri sunt. Primum videlicet, sanctum & immaculatum, quod assumptum est ex Maria virgine. Alterum, quod ambulat in terra: Tertium, quod iacet in sepulchris. Per particulam oblatæ immixtæ in calicem, ostenditur Christi corpus, quod iam resurrexit a mortuis: Per comestam a sacerdote vel a populo, ambulans adhuc super terram: Per relictam in altari, iacens in sepulchris. Idem corpus oblatam ducit secum ad sepulchrum, & vocat illam sancta ecclesiæ viaticum morientis, vt ostendatur, non eos debere, qui in Christo moriuntur, deputari mortuos, sed dormientes. Vnde & locus sepulchrorum Græcè vocatur cœmeterium, id est, dormitorium. Vnde & Paulus ad Corinthios: Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius viuit: Quod si dormierit vir eius, liberata est. Remanetque in altari ipsa particula vsque ad finem Missæ. Quia vsque in finem seculi corpora sanctorum quiescent in sepulchris. Munditiam mentis docet corporale, quod remanet in altari post Domini resurrectionem, cui debet vnusquisque semper studere accipiens corpus Domini, sed præcipue in fine.

De vltima benedictio ne. Cap. 36.

ET enim Dominus ante ascensionem in celos, eduxit discipulos in Bethaniam, ibique benedixit eos, & ascendit in celum. Hunc morem tenet sacerdos, vt post omnia sacramenta consummata, benedicat populo, atque saluet. Deinde reuertitur ad Orientem, vt se commendet Domini ascensionis: Dicitque diaconus, Ite, Missa est. Singularis etenim legatio Christus missa est pro nobis ad patrem, habens indicia suæ secum passionis. Primum, vt per hæc discipulis fidem suæ resurrectionis adstruat: Deinde, vt patri pro nobis supplicans, quale genus mortis pro mortalium vita pertulerit, semper ostendat. Tertio, vt sua morte redemptis, quam misericorditer sint adiuti, propositis semper eiusdem mortis innouet indicijs: ideoque misericordias Domini in æternum cantare non cessent: sed dicant qui redempti sunt à Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Postremo, vt etiam perfidis in iudicio quam iuste damnentur, ostensæ inter alia flagitia etiã vulnerum, quæ ab eis suscipit, cicatrices denuncient. De qua legatione dicit Iohannes Apostolus: Sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum. ipse Iohannes certè vir iustus erat & magnus, qui de pectore Domini mysteriorum secreta bibeat: Non tamen dixit, aduocatum me habetis apud patrem, sed aduocatum, inquit, habemus: & habe-

* Christi.

mus, dixit, non habetis, maluit se ponere in numero peccatorum, vt haberet aduocatum Christum, quam ponere se pro Christo aduocatum, & inueniri inter damnandos superbos. Nec tamen dicendum, quia episcopi vel præpositi non petant pro populo. Orat enim Apostolus pro plebe, orat plebs pro Apostolo, qui dicit, Orantes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium verbi. Et pro Petro orabat ecclesiæ, cum esset in vinculis Petrus, & exaudita est. Quomodo & Petrus pro ecclesiâ, quia omnia pro inuicem membra orant. Caput pro omnibus interpellat, de quo scriptum est, Qui est ad dexteram Dei, qui & interpellat pro nobis. Vnigenito enim filio pro homine interpellare, est, apud coæternum patrem se ipsum hominem demonstrare: eique pro humana natura rogasse, est, eandem naturam in diuinitatis suæ celsitudinem suscepisse. Interpellat igitur pro nobis Dominus, nõ voce, sed miseratione. O vtrumquãdò audiuius à diacono, Ite, Missa est, mens nostra ad illam patriam tendat, quo caput nostrum præcessit, vt ibi simus desiderio vbi desideratus cunctis gentibus, nos expectat cum suo trophæo, quatenus desiderando, aliquandò ad eum peruenire possimus qui ita patrem supplicat pro nobis: Volo pater, vt vbi ego sum, ibi sit & minister meus. Solet vulgus indoctum requirere, à quo loco torius officij Missa inchoetur, vt si fortè ad totum non occurrerit, possit scire, quibus officiis se præsentare debeat sine retractatione. Nobis videtur Missa vocari ab eo loco, quo incipit sacerdos sacrificium offerre Deo, vsque ad vltimam benedictionem, id est, ab Offerenda vsque ad, Ite, Missa est. A tempore sacrificij Isidorus officium Missæ deputat, iniquis in libro Etymologiarum: Missa tempore sacrificij est, quando Catechumeni mittuntur foras, clamante Leuita: Si quis catechumenus remansit, exeat foras. Et inde Missa, quia sacramentis altaris interesse nõ possunt, qui nondum generati noscuntur. Conuetudo nostra tenet, vt catechumenos repellamus ante euangelium. Non mihi hoc videtur ex ratione incūbere, cum proculdubio prædicatoribus gentium præceptum sit, vt euangelium eis prædicent: sed sacrificio omnino interesse non possunt, nisi renati, quia neque pro eis rogatur à sacerdote in cõsecratione corporis Domini, neque confectum illis porrigitur. Sic orat sacerdos pro circumstantibus: Memento Domine famularum famularumque tuarum & omnium astantiũ, quorum tibi fides cognita est & nota deuotio. Nondum renati, infideles vocantur, non fideles. Igitur non possumus animaduertere pro illis constitutam esse orationem in officio cõsecrationis corporis Christi. Quapropter merito eo tempore recedunt, quo sacrificium celebratur.

EST vltima benedictio, de qua nunc agimus, quã potissimum frequentamus tempore quadragesimali: hoc est, post illam vltimam continuatã, in qua spiritalis refectio commendatur, restat hæc vltior de qua tunc, vt diximus, agitur, in qua milites Christi commendantur pugne contra antiquum hostem. Si omni tempore necesse est paratum esse bellicosum aduersus insidias siue impetus inimicorũ: quãto magis in procinctu? Quadragesimali tempore scit aduersarius noster à sancta Ecclesiâ singulare certamen commissum esse cõtra se, ac ideo instat fortius ad

De vltiore vltima benedictio ne. Cap. 37.

ad rapiendum atque posternendum, si fortè aliquẽ inuenerit negligentem. Sacerdos noster, vt prudens agnostheta & pugnator, quantum in maiore periculo videt milites fore, tantũ munit eos amplius sua benedictione. Arma nostra contra diabolũ, sunt humilitas & cetera virtutes. Vult sacerdos noster, vt nostris armis vestiti simus: propterea iubet per ministrum, vt humiliemus capita nostro Deo, & ita tandem infundit super milites protectionem benedictionis suæ. Benedictio sacerdotis morem antiquum tenet, vt in nouissimo porrigitur. Iacob Patriarcha in nouissimo vitæ suæ benedixit filiis suis. Scriptum est in Genesi, Benedixit singulis benedictionibus proprijs, & præcepit eis, dicens: Ego congregor ad populum meum, sepeliteme cum patribus meis. Et iterum, Finitisque mandatis, quibus filios instituebat, collegit pedes suos super lectum, & obiit. Similiter scriptum est de Moyse in libro Deuteronomij: Hæc benedictio qua benedixit Moyses homo Dei filiis Israel ante mortem suam. Denique & ipse Dominus Saluator, vt superius præcullimus, ante ascensionem suam in celũ, benedixit discipulis suis. Er, vt cetera præmittam sanctorum patrum exempla, causa compendij breuiter dico: Quando familiarem affatum habemus cum feruis Dei, more religionis nostræ antequam separemur ab illis, in vltimo benedictionem

De missa in festiuitate sancti Iohannis baptiste manẽ pri-ma. Cap. 38.

Beatu Iohannes Baptista legitur in euangelio Luca repletus esse spiritu sancto ex vtero matris. Quapropter in exordio lucis diei quasi in exordio natiuitatis sacrificium Deo offertur in honore eius ad laudem creatoris, qui illum dignatus est honorare ex vtero matris. Ideo autem tres Missæ celebrantur in festiuitate beati Iohannis, quia tribus insignibus triumphis excellenter refulsit. Ad hoc enim venit, vt viam Domino præpararet exemplo suæ conuersationis. Qui triumphus celebratur in vigilia eius. Per baptismi ministerium claruit insignis. Huius ministerij triumphus recollitur in prima Missa. Nazareus verò permansit ex vtero matris: Hoc donum recollitur in secunda Missa in die.

De offerenda, Vir erat in terra. Cap. 39.

Interim occurrit mihi repetitio verborum, quæ est in versibus offertorij, Vir erat. nolui prætermittere, quod sensi de illa, quauis ordo verum teneat post descriptionem natiuitatis S. Iohannis, natiuitatem Christi scribere. In offertorio non est repetitio verborum, in versibus est. Verba historici continentur in offertorio: verba Iob ægroti & dolentis continentur in versibus. Aegrotus cuius anhelitus non est sanus, neque fortis, solet verba imperfecta sæpius repetere. Officij author, vt affectanter nobis ad memoriam reduceret ægrotantem Iob, repetiuit sæpius verba more ægrotantium. In offertorio, vt dixi, non sunt verba repetita, quia historicus scribens historiam, non ægrotabat.

De aduũtu Domini. Cap. 40.

In antiquis libris Missalium & lectionariorum reperitur scriptum, Hebdomada quinta ante natalem Domini. Totidem enim lectiones habentur in lectionario, & totidem euangelia à tempore memorato per dies Dominicos vsque ad natiuitatem

Domini. Antiphonarius habet tria officia diurna, & quartum in die Dominico, qui vacat post lectiones duodecim: Nocturna verò quatuor, vt superius dixi, per dies Dominicos. Author lectionarij excitat fidem nostram ad recolendum Domini nostri Iesu Christi venturi in mundum præconium per quinque ætates mundi. Author Missalis, qui vocatur Gregorialis, & antiphonarij, nos tangit, vt recolamus natiuitatem Domini celebratam per tres ordines librorũ, scilicet legis, prophetarum, & psal-morum, necnon & per quartum, id est, principium euangelij, in quo narratur Gabriel Archangelus missus ad Zachariam, videlicet nuncius natiuitatis præcursoris Domini, verum etiam & prophetia Zachariæ de aduentu Domini, & Gabriel missus ad Mariã virginem, narrans ei conceptionem Saluatoris nostri, & cetera talia vsque ad natiuitatem. Nempe & ipsa quarta hebdomada, hoc est, quæ proxima est ante natiuitatem Domini, siue in qua celebratur, singularis est, & habet in matutinali officio per quaque feriam antiphonas proprias in psalmis. Et alio modo: Author lectionarij docet nos, quã fortis sit Dominus, qui venturus est ad nos, & intraturus domum nostram, vt in ea habitet, quam solemus sordidare quimque sensibus nostris. Illices formæ intrant per oculos: suspicio mala de fratre, per aures: odor libidinosus, per nares: per os ingluuius polluit, per tactum crudelitas. In sordibus non vult habitare rex venturus: nisi ita purgetur hospitium, vt nec saltem puluis talium phantasmatum remaneat, non dignabitur hospes venturus in illud intrare. Ideo scribit author quinque lectiones quinque hebdomadarum, vt nos hortetur circuncidere quinque sensus nostros ab omni vitio, & parare mansionem dignam Regi, & Domino, atque vero prophetæ. De ipso rege dicit prima lectio: Ecce dies venient, dicit Dominus, & suscitabo David germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit. Et iterum de Domino: Et hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus noster. Et iterum in euangelio de propheta, Quia hic est verè propheta, qui vterus est in mundum. Author Missalis siue antiphonarij, eandem præparationem hortatur nos facere per quatuor hebdomadas. Sicut enim homo internuncijs quinque sensibus ad animam bene aut malè operatur, ita per quatuor elementa aut ruit ad mala corporalia, aut surgit ad bona. Quapropter, vt dixi, hortatur nos author memoratus, vt vsque modò torpuimus negligentia, dehinc surgamus ad mundandam domum nostram, vt qui non excitatus est in quinta hebdomada, saltem surgat in quarta. Ipsum enim sonat lectio, quæ legitur in quarta hebdomada: Scimus quia hora est iam nos de somno surgere, & reliqua. Non dubito propterea, cantorem, in memorata hebdomada cum tuba sua exaltare vocem Ad te leuavi animam meam, vt excitet eos qui in quinta hebdomada sopore negligentia oppressi sunt. Quomodo domum nostram præparare debeamus, in sequentibus memorata lectio monstrat, Non in comestationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicijs, non in contentione & æmulatione, sed induimini Dominum Iesum

Christum. Eandem preparationem inculcat in aures nostras Sacramentarium: Suscipiamus, inquit, Domine misericordiam tuam in medio templi tui, ut reparationis nostrae vetera solennia congruis honoribus praecedamus. Si quis voluerit nostra dicta infringere, quasi non sint quatuor hebdomadae plene a memorata Dominica usque in natiuitatem Domini, videtur mihi ignarus esse regulae sanctae scripturae, quae a parte totum solet implere. Vidi tempore praeseo, Gloria in excelsis Deo, praetermitti in diebus aduentus Domini, & in aliquibus locis dalmaticas. Habet enim & istud aliquid rationis, ad insinuandum tempus veteris testamenti. Nulli dubium quin maior gloria sit in ecclesia Dei tempore noui testamenti, quam foret veteri. Et alio modo: Quicquid enim rarum sit, preciosius fit cum sit. Vnde scribitur in libro Samuelis: Puer Samuel ministrabat ante Dominum coram Heli, & sermo Domini erat preciosus. Ideo dicitur preciosus, quia illo in tempore erat rarus. Vnde Hieronymus ad Euagrium in epistola sua: Omne quod rarum est, plus appetitur. Pulegium apud Indos pipere preciosius est. Ac ideo quando intermittitur Gloria in excelsis Deo, siue alia claritas sacri ordinis ad tempus, multo audius sumitur quando redditur, & clarius in animis deuorum resplendet, quando ab aëruginoso reparatur. Quasi nouum canticum redditur, Gloria in excelsis Deo, in nocte natiuitatis Domini, ut eo magis ad memoriam nobis reducat, tunc primum celebratum esse eundem cantum hymnis angelorum.

De natiuitate domini. CA. P. 41.

Missam, quam celebramus in nocte natiuitatis Domini, Telesphorus apostolicus constituit. Ita scriptum est in gestis episcopalis: Constituit ut natali Domini nocte Missae celebrarentur. Ut opinor, propter recordationem angelorum, qui nocte illa cecinerunt, Gloria in excelsis Deo. In eadem natiuitate statuit author officij Missam celebrari mane secundam. Quod superius praetulimus de natiuitate Iohannis, quae habet Missam in initio lucis, hoc & in ista retinemus, quauis multum distet inter seruū & dominū. Nemo dubitat quod homo Christus Iesus, postquam cepit homo esse, semper Deus mansit. Vnde dicit Cyrillus Alexandriae episcopus in epistola ad Nestorium episcopum Constantinopolitanę urbis: Non enim prius homo communis ex sancta est genitus virgine, & sic postea Verbum superuenit in eo: sed ex ipsa vulua vnitus, natiuitatem carnalem creditur & dicitur pertulisse.

De cõfessione tẽpore Missae. CA. P. 42.

Memoratus Papa Telesphorus scripsit, quod tempore primo diei liceret Missam celebrare. Legitur in gestis episcopalis dixisse memoratum Papam, ut ante horae tertiae cursum nullus praesumeret Missas celebrare, qua hora Dominus noster ascendit in crucem. Si enim propterea aptum est, iuxta memoratum Papam, tempus horae tertiae celebrationi Missae, quia in eo legitur secundum Marcum crucem Christum ascendisse: & nos possumus conuenienter dicere, aptum esse tempus horae sextae, quo secundum Mattheum crucem ascendit: sed & tempus horae nonae, quando emisit spiritum. Haec tria tempora sacrata sunt Christi fixatione linguis Iudaeorum

& ligno. Hi qui ante horam tertiam, siue post horam nonam necessariò offerunt sacrificium Deo amore diuino infecti, ut non praetercat dies sine illorum sacrificio, ut reor, non hoc agunt, quasi proteruè contra instituta Apostolica: sed habent causam seriam, qua excusare probabiliter se possunt, ut Dominus discipulos defendit reprehensos à Iudaeis, quando vellebant spicas, quasi hoc facerent quod non licebat in sabbatis, exemplo Dauid, quando necessitate famis transgressus est legem, ut manducaret panes consecratos. Fames vtiq; in causa fuit, ut probabili excusatione transgrederetur legem Dauid. Huic rei aliquid simile scribit Innocentius Papa cap. Iv. Ergo quod necessitas pro remedio reperit, cessante necessitate, debet vtiq; cessare pariter quod vrgebat: quia alius est ordo legitimus, alia usurpatio, quam ad praesens fieri tempus impellit. Namque vidi Leonem apostolicum diluculo intrare ad Missam, nescio vtrum causa necessitatis intercedente hoc ageret, an sola potestate. Quod legimus in gestis pontificalibus, hoc scripsimus. Fulget enim potestas ratione decorata. Protulit enim Telesphorus memoratus rationem de hora Missae, qua de re sponte incumbimus suae auctoritati.

Scriptum est in gestis pontificalibus, quod Sergius Papa praecipere litanias fieri in die praesentationis Domini in templo. Ita enim scriptum est: Ut diebus annunciationis Domini, dormitionis, & natiuitatis sanctae Dei genitricis Mariae, & sancti Simeonis, quod *ἱερων.* dicitur graece, cum litania exeat à sancto Adriano, & ad sanctam Mariam populus occurrat. De qua festiuitate dicit Beda sacerdos & doctor eximius in libro de temporibus: Secundum mensum Numa dicauit Februo, id est, Plutoni, qui lustrationum potens credebatur, lustrariq; eo mense ciuitatem necesse erat, quo statuit, ut iura diis Manibus soluerentur. Sed hanc lustrandi consuetudinem bene mutauit Christiana religio, cum in mense eodem die sanctae Mariae plebs vniuersa cum sacerdotibus ac ministris hymnis modulatae vocis per ecclesias, et perque congrua vrbis loca procedit, datosque à pontifice ceteros manibus gestat ardentes, & auferente bona consuetudine, id ipsum in ceteris quoque eiusdem Matris & perpetuae Virginis festiuitatibus agere dicit, non vtiq; in lustrationem terrestris imperij quinquennem, sed perennem regni caelestis memoriam, quando iuxta parabolam virginum prudentum, omnes electi lucentibus bonorum aëtuum lampadibus, obuam sponso ac regi suo venientes, mox cum eo ad nuptias supernae ciuitatis intrabunt.

De tẽpore. CA. P. 43.

Missa pro mortuis, in hoc differt à consueta Missa, quod sine Gloria & alleluia & pacis osculo celebratur. Gloria & alleluia suauitatem & lætitiā nostris mentibus inculcant. Quid cogitem ex hoc dicere, verbis Origenis explicabo. Scribit enim idem in homilia quinta Leuitici libri: Sacrificium verò pro peccato, non fit ex oleo. Dicit enim, superponit ei oleum cum iam pro peccato est. Quod non ergo pro peccato est, nec oleum lætitiæ ei, nec thus suauitatis imponitur. Nulli dubium, quin mors

mors sit vindicta primi peccati, ac ideo sine gloria & alleluia celebratur, quasi sine oleo & thure. Notandum est etiam, quod officium pro mortuis ad imitationem agitur officiorum, quae aguntur in morte Domini. Iam praetulimus, quod nouimus, quare in officijs passionis Domini pacis osculum non demus: hic nescimus aliud proferre, nisi quod ibi praelibauimus, quoniam ibi non agitur osculum pacis, nec hic agitur. Recordatio mortuorum, nuncupatiue agitur ante, Nobis quoque peccatoribus. Ibi finitur memoria mortis Domini, & inchoatur mors nostra, per confessionem peccatorum. Ac ideo merito ibi agitur memoria transeuntium, qui in Domino moriuntur. Christus enim praecessit eos, nos sequimur. Solemus eorum memorias generaliter celebrare tertia, ac septima, & tricesima die. Vnde talē habemus auctoritatem in veteri testamento: Scriptum est in libro Numerorum, capitulo quadragésimo septimo: Qui tetigerit cadaver hominis, & propter hoc fuerit immundus, septem dies adaspergetur ex hac aqua die tertia & septima, & sic mundabitur. In celebratione triginta dierum suffulti sumus Moyse & Aarone celebratione. Ita scriptum est in eodem libro, capitulo primo: Omnis enim multitudo videns occubuisse Aaron, fleuit super eum triginta diebus per cunctas familias suas. Et iterum de Moyse in Deuteronomio, capitulo trigésimo quarto: Fleueruntque super eum filij Israël in campestribus Moab triginta diebus. Immundus propter cadaver hominis, pollutā animam significat mortuis operibus. Purgatio mortui hominis per sacrificium sacerdotis, tertia die & septima congruit naturae humanae. Cōstat homo ex anima & corpore. Anima tribus quasi quodammodo columnis erigitur, ut diligat Deū ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente. Corpus verò quatuor notissimis elementis subsistit. Peccatum animae, quae neglexit cultum Dei in cogitatione, in vita & intellectu, humiliter confitendo, offerimus Deo tertia die, ut ab his peccatis purgetur. Similiter peccatum quod per corpus gessit, cupimus purgare in quarto die post tertium diem, id est, septimo post mortem suam. Duobus modis committitur peccatum, aut faciendo ea, quae non debuimus facere, aut omit-tendo ea quae debuimus facere. Vtiq; ad septimū diē, in quo numero designatur vniuersitas, omnia peccata quae egit, & non debuit agere, desumus, & pro his rogamus, seorsum pro anima, & seorsum pro corpore: deinceps usque ad tricesimum: & pro his, quae modo in superioribus memorauimus, & pro illis quae debuit facere, & non fecit. Triginta enim diebus cōpletur mēsis. Per mēsem designatur curriculum praesentis vite, ut ex statu lunae facile dinoscitur. Vnde Gregorius in Moralibus Iob, libro octauo: Mēsiū quippe nomine, dierū collectio & summa signatur. Per diem ergo vnaquaeque actio exprimi potest per mensem autē, actionum finis innuitur: Quando studemus ut opera amicorum nostrorum sint plena corā Deo, triginta diebus pro eis sacrificamus. Non opinor ut aliquis velit dicere, quod non liceat nobis orare quotidie & sacrificare Deo pro mortuis. Sed quod agitur in tertia & septima & tricesima die, publice agitur, & generaliter ab omnibus amicis, ac conuenitur simul ad hoc in precibus Missarū, atque elemosynis & ceteris bonis studijs. Legimus in hi-

storia Anglorum, quendam presbyterū opinatum esse de fratre suo, quod mortuus esset in prelio, qui tamen non erat mortuus sed vulneratus & vinculatus. Mox memoratus presbyter non expectauit tertium diē, neque septimū, neque trigésimum: sed frequentissimè celebravit pro eo Missas. Tempore Missae quotidie soluta sunt vincula vulnerati. Scriptum est volumine memorato, libri quarti capite vicesimo quarto: Cumque vidisset qui temerat, eum se vinculis non potuisse cohibere, donauit ei facultatem redeūdi, si posset. A tertia autē hora, quādo Missae fieri solebant, sapissimè vincula soluebantur. At ille iurando promisit ut rediret, vel pecuniā illi pro se mitteret. Et post pauca: Qui post hæc in patriam reuersus, atque ad suum fratrem perueniens, replicauit ex ordine cuncta, quae sibi aduersa, quae in aduersis solatia prouenissent. Cognouitque reuertēte eo, illis maximè temporibus sua fuisse vincula soluta, quibus pro se Missarum fuerat celebrata solennia. Solet vulgus requirere, si pro omnibus Christianis licitū sit Missae celebrare. Quibus Augustinus respondet in libro Enchiridion: Neque negandum est, defunctorum animas pietate suorum viuētium posse releuari, cum pro illis sacrificiū mediatori offertur, vel elemosynae in Ecclesia fiunt: sed eis hæc profunt, qui cum viuerēt, hæc sibi ut postea possint prodesse, meruerunt. Est enim quidam viuendi modus, nec tam bonus, ut non requirat ista post mortē: nec tam malus, ut ei non profint ista post mortē. Est verò talis in bono, ut is hæc non requirat: & est talis in malo, ut nec his valeat, cum hæc vita transierit, adiuuari. Quocirca hic omne meritum cōparatur, quo possit post hanc vitam releuari quispiam vel grauari. Et paulo post: Cum de sacrificio siue altaris, siue quarūcunque elemosynarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro valde bonis, gratiarū actiones sunt: pro non valde malis, propitiaciones sunt: pro valde malis, etiam si nulla sint adiamenta mortuorū, qualescunque viuorum consolationes sunt. Quibus autē profunt, aut ad hoc prosunt, ut sit plena remissio aut certe, ut eo tolerabilior fiat ipsa dānatio. Vnde iterum ad Paulinū, de cura pro mortuis gerēda, libro secundo: Quauis non pro quibus fiunt, omnibus profint, sed eis tantū, pro quibus, dum viuunt, cōparatur ut profint. Sed quia non discernim⁹, qui sint, oportet ea pro regeneratis omnibus facere, ut nullus eorum praetermittatur, ad quos hæc beneficia possint & debeant peruenire. Melius enim supererunt ista eis, quibus nec obsunt, nec profunt, quam eis deerūt quibus profunt. Anniuersaria dies ideo repetitur pro defunctis, quoniam nescimus qualiter eorū causa habeatur in alia vita. Sicut sanctorum anniuersaria dies, in eorū honore ad memoriā nobis reducit ut per vtilitate nostra: ita defunctorum, ad vtilitatem illorum, & nostram deuotionem implendam, credendo eos aliquando venturos ad consortium sanctorum. Alioquin omni tempore bonum est orare pro defunctis, etiam si dies nesciatur defuncti per obliuionem, seu per ignorantiam, vel praetermittatur propter occupationem aliquam terrenam: agatur tamen eorum solennitas iuxta decretū deuotissimarum mentium, credo apud eum, apud quem non est vicissitudinis obumbratio, acceptam esse quasi anniuersaria sit.

QVARTVS LIBELLVS.

N hoc quarto libello continentur multa ad inuestigandū, & iuxta facultatem quam potest precari in misericordia Domini, scripta de curibus diurnalibus & nocturnalibus, sive in festis diebus, seu quotidianis. Quatenus considerato ordine compositionis, & numero psalmodiarum, & lectionum ac responsorium conuenienti quibusque temporibus, dulcius atque copulcius Deo assistatur in ecclesia, & rogetur atque recordetur tam pro se, qui rogat: quam pro illis, quibus necessaria est deprecatio: & recordetur illorum, quorum nobis est utilis recordatio. Necnon etiā aliqua recapitulatur de superioribus libellis, quæ apertius inuēta sunt à mea paruitate post scriptos memoratos libellos.

Capitula quarti libelli.

- 1 Vr ea que Dei sunt, Deo reddamus. Quot horis sol orbem lustrat, totidē repetitionibus nosmetipsos offerimus Deo inter diū noctūque, exceptis vespertinis, completorijs, que ac matutinis officijs, de quibus seorsim dicendū est.
2 De prima.
3 De tertia.
4 De oratione, quam conuentus fratrum celebrat per aliquos cursus diurnos nocturnosque.
5 De sexta.
6 De nona.
7 De vespertinali synaxi.
8 De completorio.
9 De nocturnali officio.
10 De matutinali officio.
11 De nocturnali officio per quotidianas noctes.
12 De matutinali officio per quotidianas noctes.
13 De tertia feria.
14 De feria quarta.
15 De quinta feria.
16 De sexta feria.
17 De sabbato.
18 De Dominicis noctibus in matutinali officio à septuagesima vsque in pascha.
19 De versibus qui in quadragesima sunt vsque in passionem Domini.
20 De passione Domini.
21 De cœna Domini & pasche ac sabbato sancto.
22 De extinctione luminum.
23 De tribus psalmis, qui cantantur in nocturnali officio per septem dies baptismales.
24 Repetitio de litanis maiore.
25 Sequuntur dicti ex epistola S. Gregorij.
26 Repetitio de alleluia, quod canitur in Missa, & de vestimento subdiaconorum, & Kyrie eleison, & Dominica oratione, ex epistola sancti Gregorij.
27 De completionē dierum pentecostes.
28 De hora baptisterij in die sancto sabbato, sive in vigilijs pentecostes.
29 De octauis Pentecostes.
30 Iterum de aduentu Domini.
31 De natiuitate Domini.
32 De octauis in natiuitate Domini.
33 De theophania & inaptychi.
34 De octauis theophania.
35 De natalitijs Sanctorum.

- 36 De octauis natalitiorum Sanctorum.
37 De obseruatiōe dierum per annum.
38 Qua reuerentia & metu standum sit in ecclesia, quādo celebrantur diuina mysteria.
39 Iterum de tonsura clericorum.
40 Mentio iterum, qua hora diei Missa celebranda sit à liberè vacantibus.
41 De exequijs mortuorum.
42 De officijs mortuorum.
43 Repetitio de tribus psalmis baptismalibus.
44 Repetitio de antiphona, Fluminis impetus, quæ canitur in theophania.
45 Repetitio de versu, & de Pentecoste, & de calice.

OS qui cœsemur nomine Christiano, redempti sumus à seruitute diabolica Christi precio sanguine. Ideo non sumus nostri, sed redemptoris nostri. De quo precio dicit Apostolus: Empti enim estis precio magno. Et ideò quid agere debeamus, subiungit: Glorificate & portate Deum in corpore vestro. Glorificamus illum, quando ei gratias referimus de sua redemptione: Portamusque in corpore nostro, quando in anima nostra quæ portatur à corpore, inhabitat per dilectionem suam in cogitatu, & vita, & intellectu. Ac ideò sapius per memoriam nostram, & suam sanctificationem portando illum in mente secundam suam beneplacitū ei, id est, corpori mens memorata præcipit ad obedientiam, per quam etiam plus placet redemptori nostro inhære ei, quæ portatur à corpore. Eidem redemptori, vt fidelis seruus Domino suo, semper debitores sumus seruire, sicut seruitur iustitiæ & sanctificationi, & cæteris bonis moribus per amorē. De qua seruitute dicit Zacharias propheta: Vr sine timore, de manu inimicorum nostrorū liberati, seruiamus illi in iustitia & sanctitate coram ipso omnibus diebus nostris. Concessit nobis idem Dominus noster duo lumina temporum, scilicet, diei & noctis, vt sol nobis luceret per diem, & luna per noctem. Ex his duobus luminibus profectum nostræ fruges assumunt, vt ad utilitatem nostram perueniant. Ex luna habent humorem vt crescant: ex sole tempe ratiū ardorē, vt ad maturitatem perueniant. possumus hæc manifestare ex dictis Domini Bedæ, (Sit assumptū ab illo, à quocunque ipse voluit: mihi sufficit eius autoritas.) Denique inquit: Cūm serenior nox est, & luna pernox, tunc largior ros refertur arua perfundere, & plerique sub aère quiescentes, quò magis sub lumine fuissent lunæ, eò plus humoris se capite collegisse senserunt. Et in alio loco de sole: Tempora sunt anni quatuor, quibus sol per diuersa cœli spatia discurrendo subiectum temperat orbem, diuina utique procurante sapientia, vt non semper eisdem commoratus in locis feruoris auiditate mundanum depopuletur ornatu: sed paulatim per diuersa commigrans terrenis fructibus nascendis maturandisque temperamenta custodiat. Ex frugibus terræ corpus nostrum sustentatur. Corpus, animæ in obsequio est, vt hic in præfenti seculo possit

vr ea que Dei sunt, Deo reddamus: quot horis sol orbem lustrat totidē repetitionibus nosmetipsos offerimus Deo inter diū noctūque, exceptis vespertinis completorijs, que ac matutinis officijs, de quibus seorsim dicendū est.

posse seruire Deo. Manifestum est, postquam anima per nimiam afflictionem corporis recesserit ab eo, non ei deputetur labor ad fructum: sed quando in corpore est, oportet operari, vnde placeat Deo. Non enim solum pro his, quæ nobis ministrantur in præfenti seculo, Deo adstantus in nostris officijs: sed etiam quia debitores nos esse cognoscimus iugis seruitij eius, vt fidelis seruus qui semper vult in seruitio adesse senioris sui. Et ideò duodecim repetitiones de die facimus, per primam, & tertiam, & sextam, & nonam horam, vt per vnquamque repetitionem Deo præfente simus in omni hora: Similiter in nocte per duodecim psalmos. Et quia patre noster adiuuit, In sudore vultus tui vesceris pane tuo, conuertimus nos aliquando ad opera temporalia. Atque vt propter hæc necessaria non omitamus seruitutem, quam Deo debemus in anima exhibere, statuerunt patres nostri, vt tot orationes psalmodiarum fierent, quot horæ sunt nobis datæ ad laborandum pro sustentatione corporis. Et quia non possumus ita semper operari, nisi quies aliquādo subsequatur, sequitur nox in qua non possumus operari, sed quieti ocium damus, vt & pro ipsa quiete Deo seruitium reddamus, cantamus duodecim psalmos pro duodecim horis noctis. Tendimus ad tale seruitium, quale primus Adam patre noster exhibuit Deo, antequam peccaret, & quale speramus futurum post hanc vitam, hoc est, vt continui simus in Dei præfentia. Non enim necesse est, aliquem in hac discretione mullitare propter disparē longitudinem dierū & noctium: etiam calculatores horarum tempora sic diuidunt dierum & noctium, vt luna per noctem luceat sive æstiuo seu hyemali tempore duodecim horis. Vnde idem qui supra Beda in libro de temporibus: Verū longissimis in bruma noctibus, vel item æstate breuissimis, quarum alias duodecim horarum spatium longè transcendere, alias nequaquam ad hoc pertingere posse constat, qua ratione lunam duodecim horas lucere credamus, nisi forte putemus non æquinoctiales horas intelligendas, sed singulas quasque noctes pro se mensura longitudinis aut breuitatis, in duodecim particulas, quas horas vocitamus, æqua distributione findendas.

De prima. CAP. II.

Magnificentissime & gloriosissime atque Christianissime Imperator, quoniam professus est se seruus vester, quauis minimus ompium, aliqua pingere de operarijs, qui omni hora volunt assistere in seruitio Dei, videtur paruitati meæ per Dei donum, quod vestrum animum ad se rapit in prosperis & aduersis, vt ab illa hora inchoem, qua paterfamilias conducit operarios in vineam suam. Sancta ecclesia proculdubio est vinea patrisfamilias, quæ ita operatur per operarios in vinea sua, vt sibi fructificet: Nos sumus vinea, quæ colitur per cultores, scilicet præpositos sanctæ ecclesiæ, aut per nosmetipsos. Præpositi ostendunt culturam, nōque simul cum illis exercemus illam. Fodiūt cultores vineam & stercoreant, quando corda nostra dura per verba increpationis sciunt, & fœtida peccata nostra infundunt: fodimus & nos terram circa vitem, ac facimus fossam, quando nostram naturam ad memoriam nobis inducimus, & humiliamur sub potenti manu Dei, adspiciendo nos pulcrem & cinerem

esse. Insuper etiam quia ipsam naturam corrumpimus peccando, inducimus sterces, vt peccata nostra circa nos sint in præfenti seculo, atque in futuro desint, & per duas res, id est, per considerationem nostræ naturæ, & per pœnitentiam nostrorum peccatorum crescat noster fructus vberius, statque vinum per angustiam torcularis, & expoliationem carnalium delectationum, quod quasi per quoddam torcular introeat in cellarium æternæ domus. Vinum quod exprimitur ab vna per pressuram torcularis, desiderium nostrum feruens est, quod exiit à carnali desiderio, vt dignum sit recondi in promptuario Domini. Fructui vineæ, multæ aduersæ feræ insidiantur, vt eum furentur & traiciant in corpus suum. Eis quidem feris possunt comparari Ziphæi quodammodo apparitores Saül, qui voluerunt rapere Dauid, vt traderent eum in manus Saül ad interficiendum. Non enim desunt nobis iidem Ziphæi, qui interpretantur florentes: Quos intelligimus diaboli membra esse, sive ipsum diabolum, qui potest dici propterea florens, quia prosperitatem caducam suis ostentat. Ipse enim sive per se, sive per membra sua insidiat nobis, vel apertè persequitur, vt tradat æternæ morti. Et feret, nisi vinea Domini, quæ nos sumus, haberet sepem circum se, atque cultores infra se. Sepes enim, custodia Domini est circa electos suos: Cultores enim, vt prædiximus, sunt Doctores & præpositi ecclesiæ. Illa sepe circumdatus erat Dauid quando Ziphæi eum circumdederunt: ac ideò saluatus est, & cecinit Psalimum, Deus in nomine tuo saluum me fac, & cætera. Quia Domino miserante inchoatur sumus diuina officia ab hora, qua paterfamilias vocauit operarios in vineam suam, fas nobis videtur, vt ab eodem tempore ea inchoemus, quando illud Euangelium legitur, quod ordinationem operariorum continet per competentes horas, id est, septuagesima. Sicut enim ouibus quæ nocte custodiuntur in ouilibus, & post matutinam custodiam exeuntibus de vico ad pascua in latitudinem camporum, necesse est vt illic habeant opilionem, qui eas defendat à lupis irruentibus: ita nobis necesse est primo diluculo surgētibus ad mandata Domini, vt habeamus pastorem & doctorem, qui nos introducat ad eadem mandata, & defendat à lupis, (de quibus lupus legitur in Euangelio secundum Ioannem: Equus rapit & dispergit oues: ac nihilominus à leone, qui rugiens circuit quærens quem deuoret. Quomodo lupus rapiat, sive leo deuoret, manifestum est his, qui impugnantur à vitis. Vnusquisque enim qui videt quomodo tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus, cognoscit quem memoratæ feræ per gulam rapiant, quem per luxuriam, quem per curiositatem nefariarum artium, quem per contemplationem spectaculorum turpium & superuacuum, quem per acquisitionem rerum temporalium, quem per curiositatem inquisitionis sive detractionis vitiorum proximorum, quem per superbiam, quem per iactantiam. Hæc sunt vitia, quæ subiiciuntur tribus concupiscentiis, quibus totus mundus inuoluitur, dicente Apostolo: Omne quod in mundo est, aut concupiscentia carnis est, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Propter supra scriptas feræ dicit opilio noster: Deus in ad-

itorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina. In officij initio precatur, vt non possint tantum præualere, quatenus ab eodem conciliabulo aliquem separent per astutiam suam. Simili modo faciebat Moyses, quando arca eleuabatur ad portandum. Dicebat enim: Surge Domine, & disspendunt inimici tui, & fugiant qui oderunt te, à facie tua. Nos enim spiritualiter sumus illa arca. Sicut enim quotidie circumdabatur illa ab inimicis: sic & sancta ecclesia vsq; in finem circumdabitur à persecutoribus siue apertis, siue occultis. Sequitur post deprecationem nostri opilionis, Gloria sanctæ Trinitatis, quam deprecamur adesse nostro adiutorio. Recordatur opilio noster sermonis Domini, quem dixit, Sinè me nihil potestis facere. De additione, Gloria patri, per diuersa loca, Hieronymus scripsit in epistola sua ad Damasum papam. Cur in memorato tempore, id est, septuagesima, alleluia non supponatur gloriæ sanctæ Trinitatis, quæ est per omnia secula seculorum: sed, Laus tibi Domine, rex æternæ gloriæ, diximus in libello quem fecimus de septuagesima, scilicet non ob aliud, nisi vt humiliore lingua Latina, quam Hebræa, admoneamur nos debere informari ad humiliorem conuersationem in tempore septuagesimæ, quam in alio tempore. Postea sequitur psalmus, quem Dauid cantauit, quando Ziphæi uoluerunt eum rapere, & tradere in manu Saül. Quem nobis necesse est cantare diluculo, iuxta quod scriptum est, Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo: vt velit nos Deus saluare, quoniam alieni insurgunt super nos, qui non proponunt Deum ante conspectum suum: atque vt ex omnibus tribulationibus nos eripiat, & super omnes inimicos nostros despiciat oculus noster, vt Dauid suo in tempore fecit. Postea sequuntur duæ repetitiones Psalmi, Beati immaculati, qui plenus est moribus. Oportet enim, vt quos Deus liberauerit de vinculis & carcere inimicorum, moribus bonis & piis ei assistant in omni deuotione, sicut ex duobus uersibus duarum repetitionum possumus conicere. Vnus dicit, Vtinam dirigantur uia meæ ad custodiendas iustificationes tuas: Alter ita, Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Istæ tres repetitiones sustentant & defendunt arcam Domini vsque ad plenam tertiam, id est, per horam primam, & secundam, & tertiam. Deinde sequitur uersus, Exurge Domine, adiuua nos, & libera nos propter nomen tuum. Simile quid dicebat Moyses, quando arca deponabatur. Sic enim scriptum est in libro Numerorum, capitulo uigesimo sexto: Quando autem deponeretur, aiebat: Reuertere Domine ad multitudinem filiorum Israël. Reuersio Dei ad exercitum Israël, non est aliud, quam vt reuertatur, cui totum præsens est. Ita enim, Exurge Domine, non est aliud intelligendum, quam, Nos fac exurgere à somno torporis, & fac indutrios atque strenuos in opere mandatorum tuorum. Ab ipsa reuersione accepit idem cantus nomen Versus. Eandem enim reuersionem, de qua admonemur per uersum, exercemus statu corporis nostri. Quando audimus uersum, ilico uertimus nos ad Orientem. Quare hoc? nisi vt omnis cogitatio quæ foras exiuit, adspiciendo & videndo hæc

temporalia, reuertatur infra nos, & dicamus: Domine, da mihi cor, vt orem ad te. Postea inchoamus implorare misericordiã Domini per Kyrie eleison & Christe eleison, & iterum Kyrie eleison. Tres articulos aliquo modo diuinæ maiestatis & Trinitatis celebramus in ecclesia. Primus est ante assumptionem humanitatem, quando Trinitas inuocabatur sine copulatione humanæ naturæ, ac ideo merito ter dicimus Kyrie eleison, siue semel propter vnã substantiam: Secundus est post assumptionem hominem, quando Christus uidebatur in terra, & nihilominus à suis credebatur Deus, & filius Dei: vt Petrus, Tu es, inquit, Christus filius Dei uiui. & Paulus de eodem filio: Proprio, inquit, filio suo non pepercit. Quoniam propter assumptionem naturam uocatur Christus, quæ vncta est spiritali oleo, in medio articulo dicimus, Christe eleison. Quando semel dicimus ei, Christe eleison, ostendimus eum solum fuisse inter homines, & neminem habuisse sui similem per omnia. Et si tertio, ostendimus nunquam eum fuisse separatam à substantia sanctæ Trinitatis propter unitatem personæ. Tertius articulus est ex eo tempore, quo uoluit clarificare illum assumptionem hominem plus, quam esset quandiu mortalis erat. Vnde ipse dicebat ad patrem, Clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quam habui priusquam mundus fieret. Ac ideo simili modo, vt in primo, precamur Dominum, vt ignoret nobis in talibus tentationibus, sine quibus hæc vita non potest transigi. De quibus dicitur in parabolis Salomonis: Septies enim cadit iustus in die, & resurgit, id est, per ignorantiam, per obliuionem, per cogitationem, per sermonem, per subreptionem, per necessitatem, per fragilitatem carnis. Singulis diebus vel inuiti, vel uolentes frequenter reatum incurrimus, & tamen resurgit iustus, uidelicet quia iustitiæ eius non præiudicat lapsus fragilitatis humanæ. Ac deinde sequitur oratio Domini, quam cum magna cautela oportet cantare, vt ipsas res in mente teneamus, quas uerbis pronunciamus. Sæpius præcedit Kyrie eleison, per quod reconciliatur primò Deus, vt cum sua miseratione & dignatione possimus congruenter illum inuocare patrem nostrum, & intendere uerbis orationis. Post orationem Dominicam sequitur nostra credulitas, quam sancti apostoli constituerunt de fide sanctæ Trinitatis, atque dispensatione incarnationis Domini, ac statu nostræ ecclesiæ. Modus orationis, quem prætulimus ad eos adspicit, qui de leuibus peccatis & quotidianis compunguntur. Sunt enim utriusque in nostra ecclesia, scilicet, & qui in bonitate permanserunt, & qui corruerunt peccando: sed festinant quotidie resurgere per penitentiam. Ex persona illorum dicitur, Viuet anima mea, & laudabit te, & iudicia tua adiuuabunt me. Ac si diceret: Si mortua fuerit anima mea pro erratibus meis, at dein uiuet per conuersionem. Et iudicia tua adiuuabunt me. Quia dixisti: Nolo mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & uiuat. Et iterum: Gaudeo super vno peccatore penitentiam agente, quam super nonagintanovem iustis, qui non indigent penitentiã. Errorem pristinum illius, qui nunc conuersus dicit, Viuet anima mea, & laudabit te: mōstrat uersus sequens, Erraui sicut ouis quæ periit, require

require seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus. Ex eadem persona sequitur psalmus, quem Dauid cantauit, postquam penitendo conuersus est à malo adulterij & homicidij. Post illum Psalmum commendat se totus grex Deo, pastor simul cum ouibus, & dicit: Respice in seruos tuos, & in opera tua, & dirige filios eorum. Hoc debemus cum his uerbis tenere in mente, vt filios nostros cogitemus cogitationes, quæ nascuntur ex mente, quatenus illas dirigat Deus secundum suum beneplacitum: & in sequentibus ubi dicit, Et opera manuum nostrarum dirige super nos, opera procedentia ex cogitationibus. Ac deinde singularis opilio pro toto grege precatur, dicens: Dirige Domine corda, id est, cogitationes, sensus, scilicet oculos, & aures, & nares, & sermones nostros, qui per os efferuntur, & opera manuum nostrarum, vt possimus placere in conspectu tuo. Et sic tandem securi properamus ad opera necessaria. Supra scripto uersui, Exurge Domine, non præponitur lectio: & ideo non sequitur responsum, ut in cæteris officiis. Morem sanctæ ecclesiæ tenet iste cursus, vt primum operari studeat, & postea docere. Hoc exemplum reliquit nobis Christus, de quo dicit Lucas, Quæ cœpit Iesus facere & docere. Psalmi pertinent ad opera, lectio ad doctrinam. Vnde, si Dominus dederit, apertius in sequentibus parati sumus dicere. In præfenti cursu precamur Dei adiutorium ad opera agenda. Oportet enim, ut docemus postea in cursu tertie horæ. Quæ de re, vt opinor, mos inoleuit, vt per monasteria Deo deuota legatur lectio in capitulo, quatenus hi, qui diebus ac noctibus occupati sunt in seruitio Domini, non sint sine lectione. Auidi sunt cœlestis pabuli: non se possunt continere quin omni hora, quantumcunque sit, manducent de cibo scripturarum.

De tertio.
CAP. IIII.

Res horæ diei nobis iniata sunt ad adorandum Deum à Daniele propheta, de quibus ita scriptum est in libro eius: Quod cum Daniel comperisset, id est, constitutam legem, ingressus est in domum suam, & fenestris apertis in cœnaculo suo contra Hierusalem, tribus temporibus in die flebat genua sua. Vnde Hieronymus in explanatione eiusdem libri: Tria autem tempora, quibus Deo flebunda sunt genua, tertiam horam, & sextam, & nonam ecclesiastica traditio intelligit. Denique tertia hora descendit super apostolos spiritus sanctus. Sexta uolens Petrus comedere, ad orationem ascendit in cœnaculum. Nona Petrus & Ioannes pergebant ad templum. His ita perlectis, inuenimus in libro Esdræ, qui post Daniele fuit, quater in die populum Dei adorasse Dominum, & confesum esse peccata sua. Ita enim scriptum est in memorato libro: Conuenerunt filij Israël in ieiunio & facibus, & humus super eos, & separatim est semen filiorum Israël ab omni filio alienigenæ, & steterunt, & confitebantur peccata sua & iniquitates patrum suorum, & consurrexerunt ad standum, & legerunt in volumine legis Domini Dei sui, quater in die, & quater in nocte confitebantur & adorabant Dominum Deum suum. Vnde Beda sic in tractatu memorati libri: Quis enim non miretur, tantum populum tam eximiam habuisse curam pietatis, ut quater in die, hoc est, primo mane, tertia ho-

Tom. 6.

ra, sexta & nona, quibus orationi siue psalmodiæ uacandum erat, auditui se legis diuinæ contraderet, quò innouata in Deum mente, purior ac deuotior ad deprecandam eius misericordiam rediret? Sed & nocte quater excussio torpore somni, ad confitendum peccata sua, & postulandum veniam exurgeret? Quorum exemplo reor. in ecclesia morem inoleuisse pulcherrimum, vt per singulas diuinæ psalmodiæ horas, lectio vna de veteri siue nouo testamento, cunctis audientibus ex corde dicatur, & sic apostolicis siue propheticis confirmati uerbis, ad instantiam orationis genua flectant: sed & nocturnis horis cum à laboribus cessatur operum, liberæ auditui lectionum diuinarum aures accommodentur. Ex inspiratione qua inspiratus est dominus Beda, nouimus nostrum cursum dici siue noctis, habere exordium à libro Esdræ. Si enim iuxta eorum morem, conuenimus ad rogandum Deum, oportet nos scire, quòd habeamus opera murorum ædificandorum ecclesiæ nostræ, sicut illi, habuerunt urbis Hierusalem, & in circuitu inimicos, sicut illi habuerunt. Murus ecclesiæ nostræ habet in fundamento Christum, super quod fundamentum stabiliti sunt apostoli, & qui per eos crediderunt, siue credunt, seu credent. Nos sumus hodierna die in structura huius muri, qui semper ædificabitur vsque in finem mundi. Vnusquisque sanctorum qui prædestinatus est à Deo ad vitam æternam, lapis est illius muri. Lapis super lapidem ponitur, quando magistri ecclesiæ, iuniores assumunt in proprium studium ad docendum, ad corrigendum, & ad stabilendum in sancta ecclesia. Habet unusquisque super se lapidem, qui laborem fraternum portat. De ipso ædificio dicit Apostolus: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Grossiores lapides ac politi, seu quadrati, qui ponuntur altrinsecus foris, quorum in medio iacent lapides minores, perfectiores uiri sunt, qui continent infirmiores discipulos siue fratres in sancta ecclesia suis monitis atque orationibus. Stabilitas enim muri sine cæmento non potest esse. Cæmentum enim construitur calce & sabulo, atque aqua. Calx enim feruens charitas est, quæ sibi coniungit sabulum, id est, terrenum opus, de quo dicit apostolus Paulus: Magis autem labore operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Charitas enim uera sollicitudinem maximam habet pro uideis & debilibus: atque ideo studet operari manibus, ut habeat, unde eis bene faciat. Recolat dicta Salomonis, Honora Dominum de tua substantia, Et iterum, Redemptio animæ uiri propriæ diuitiæ. Ut enim calx & terra ualeat ad ædificandum muri, aquæ commixtione glutinantur. Aqua spiritus sanctus est, dicente Euangelista Ioanne, Fluent de ventre eius aquæ uiuæ: Hoc autem dicebat de spiritu sancto, & reliqua. Sicut enim sine cæmento lapides muri non iunguntur simul ad stabilitatem muri: sic nec homines ad ædificandum cœlestis Hierusalem possunt simul coniungi sine charitate, quam spiritus sanctus operatur. Ædificantibus nobis hunc murum ad sunt Sanabalath & Tobias, & Arabes & Amanitæ, & Azoti, qui uolunt impedire opus nostrum. Per nominatos gentiles uideamus diabolium

Vu iij

impugnare nos cum armis suis, quæ sunt vitia siue A prauis homines: At nos iuxta morem populi Iudaici teneamus arma nostra manibus nostris, & defendamus nos de inimicis nostris ad Deum clamantes. Ita enim scriptum est in libro memorato EIdra: Et orauimus Dominum Deum nostrum, & posuimus custodes super murum die ac nocte contra eos. Et paulò post: Et factum est, à die illa media pars iuuenum eorum faciebat opus, & media parata erat ad bellum: & laccæ, & scuta, & arcus, & loriceæ & principes post eos in omni domo Iuda, & reliqua. Nostra arma sunt protectio Dei. Per scutum fidei, & galeam salutis & gladium verbi protegimur. Hæc teneamus in mente, quando sumus congregati simul, & princeps noster sit nobiscum vice Christi, qui dicat, Deus in adiutorium meum intende: & doceat nos per lectionem, & muniat nos per orationem suam. Quis scit, si sic poterimus euadere de manibus inimicorum nostrorum? Fuerant etiam tam studiosi viri in memorato populo Dei, vt vna manu tenerent arma pro defensione, alteraque murum facerent: ita sint & manus nostræ, id est, intentiones, porrectæ, quatenus vna resistatur inimicis, & altera agatur bonum opus. Eadem enim resonant aliqui versus de tertia. In prima periocha dicitur versus, Et respondebo exprobrantibus mihi verbum, quia speraui in sermonibus tuis: In secunda dicitur, Superbi iniquè agebant vsquequaque, à lege autem tua non declinaui: in tertia ita, Multiplicata super me iniquitas superbiorum, ego autem in toto corde scrutabor mandata tua. Quid velint tres repetitiones in cursu tertiz, in prima monstratum est: Hoc est, vt hic protegatur per tres horas vsquedum iterum conueniatur, vna scilicet per quartam & quintam, ac per sextam, ita tamen, vt pertingamus ad sextam cursu horæ tertiz, & intrante sexta, inchoemus alterum cursum. Si Dominus voluerit, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, dare nobis, vt aliquid dignè possimus hic dicere de varietate, quæ fit in curribus, id est, in psalmodia, & lectionibus & responsoriis ac versibus, fortè in sequentibus liberè incedemus. Dicit Paulus ad Ephesios, Nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis & hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino. Vt de expositione sancti Hieronymi mihi monstratum est, tres mutationes nostri cursus in istis tribus præceptis Apostolicis intelligo compleri, videlicet vt psalmi sint in nostra locutione, quando psalmos cantamus: & hymni, quando ex lectione doctorum sanctorum patrum ad laudes Dei compungimur: & cantica, quando per cantum responsorij nostra mens subleuatur aliqua lætitia ad concentum supernæ patriæ. Cantus enim sæpissimè in lætitia celebratur. Sanctorum mens non habet maiorem lætitiã, quàm vt per anagogen subleuetur ad cœleste regnum. Ipsius memorati summi Doctoris verba ponenda sunt, vt eius auctoritate figatur in mente audientium, quod cupimus differere. Quid, inquit, intersit inter psalmum, hymnum, & canticum, in psalterio plenissimè diximus. hic autem breuiter hymnos esse dicendum,

qui fortitudinem & maiestatem prædicant Dei, & eiusdem semper vel beneficia, vel facta mirantur. Quod omnes Psalmi continent, quibus alleluia vel præpositum, vel subiectum est. Psalmi autem proprie ad Ethicum locum pertinent, vt per organum vocis quid faciendum & quid vitandum sit, nouerimus. Qui verò de superioribus disputat, & conuentum mundi, omniumque creaturarum ordinem atque concordiam, subtilis disputator differit, iste spirituale canticum canit. Opus psalterij quod manu percutitur vt resonet, ad opera nostra pertinet. Opera sanctorum sunt mores boni, quos exercemus siue in profectioe spiritualis itineris, siue in occisione carnalium voluptatum. Hi enim mores sine labore non possunt exerceri. Quapropter quando cantamus psalmos, solemus stare, vt ex statu corporis demonstremus effectum nostræ mentis, hoc est, paratos nos esse siue ad demandandam carnem nostram, seu ad exercitium operis in causa nostra & fratrum. Post istam tropologicam locutionem, id est, quæ de moribus disputat, subsequitur lectio, in qua illa reperiuntur, quæ sanctus Hieronymus deputauit hymnis, id est, quæ ad laudem Dei pertinent. Ibi maiestatem Domini inuenimus, quomodo incircumscripsum omnia in se continet. Ibi fortitudinem eius, quomodo creatum populum suum redimat in manu forti & brachio extento. Ibi beneficia eius, quomodo ipsum quem redemit, dicit omnibus bonis. Ibi facta eius, quomodo fecit cælum & terram & mare, & omnia quæ in eis sunt. In illa non deest historia, non deest allegoria, non deest tropologia, non deest anagoge, quauis tropologia scorsum celebratur, vt prætulimus, in psalmis. In tropologia psalmodiarum nostra opera recolimus: & in tropologia lectionum aliorum. Non enim in Domini maiestate, siue in sua fortitudine, seu in beneficiis, vel factis laboramus: quapropter solemus sedere in recitatione lectionis, aut silendo stare. In responsoriis nanque solemus vocem altius leuare, quàm in superioribus, id est, psalmis & hymnis. Per altitudinem vocis, altitudinem mentis monstramus, quæ se erigit in gaudium supernæ ciuitatis. Post bona opera & refectioem mentis de sancta scriptura, sequitur gaudium cœlestē. Cur responsorius dicatur, in scriptioe Missæ dictum est. Responsorium in isto loco canticis spiritualibus comparamus. Cantica sunt, quia cantantur: spiritualia, quia præcedunt ex iubilatione spiritualis mentis. Alia enim sunt cantica, quæ de singulari munere gaudent, vt sunt ea de quibus scriptum est in baptisterio: vbi gaudium tripudiat solemphytorum de singulari innocentia, quibus nemo responderet: & alia sunt ista, quibus vnusquisque alterum incitat ad mansiones cœlestes, quæ multæ sunt in domo patris. Quid versus responsorij significet, in memorato officio Missæ descripsimus, hoc est, vt duo sint in ecclesiastico viro, scilicet, exhortatio ad fratres, & singularis deprecatio ad Dominum. Gloria subsequitur in anagogico officio. Nulli dubium quod nullo in loco tanta gloria referatur Deo, quanta in cœtu sanctorum angelorum, & eorum sanctorum, qui in conspectu Domini sunt. In istis lectionibus, scilicet diurnalibus, non petitur benedictio à maiore, quoniam maior

maior cantat eas, qui solet vicem Christi tenere in ecclesia. Hoc interest inter has lectiones, & illam quæ ad Missam celebratur, quod est inter domesticam admonitionem, & illam, quæ ad concionem agitur. Illam enim quam ad Missam agimus, ex gradu solemius proferre, vt omnis populus eam audiat. Quam prætulimus in officio de baptisterio propter statum temporis, id est, dici, ad sapientes fieri in qua & author ad memoriam reducitur, vt si fortè aliquis eorum, qui congregatur ex vniuersis locis propter raritatem lectionis, incognitam habet historiam, audiat authorem, qui fortè non est incognitus: & ex eius auctoritate firmius infigantur verba lectionis in corde, qui tamen sapientes possunt esse propter rectam cōuersationem: At hi qui semper in ecclesiasticis rebus insistant, & in lectione diuina, vt sunt domestici ecclesiæ, non habent necesse audire authorem: quia ex lectione cognoscunt authorem. Vt legimus in Esdra, quatuor lectiones fiebant in die ab antiquo Dei populo. Et meritò quatuor quia quatuor elementis constat homo, vt vnunquodque elementum per competentes horas se offerat creatori suo. Primam nanque iuxta morem nostrum prætulimus sine lectione. Si illa non habuerit lectionem, nõ erunt nostræ lectiones tor, quot fuerunt in illo antiquo Dei populo. Quapropter procuratum est à sanctis patribus, vt in capitulo legeretur illa lectio, quæ silentio prætermissa est in prima. Et non frustra ibi prætermissa est, sed quoniam pastor loci doctorem vult insinuare, id est ibi prætermittit suam doctrinam, vt doceat vnunquodque doctorem, primò oportere operari, & postea docere. De qua dicit Moyses in libro Deuteronomij, Non arabis in primogenito bonis. Potest etiam in istis tribus varietatibus omne genus musicorum accipi, quod antiquus populus exercebat in laudem Dei. Triformis est natura musicæ artis. Aut enim per pulsuum digitorum fit, vt in psalterio & cithara, & cæteris vasis, quæ pulsuum digitorum tanguntur: aut per vocem, vt est cantus: aut per statum, sicut est in tubis. Hæc tria memorantur in psalterio. Dicit psalmus tricesimus secundus: Constitemini Domino in cithara, in psalterio decem chordarum psallite illi: Cantate ei canticum nouum, benè psallite ei in vociferatione. Et iterum in psalmo tertio: Voce mea ad Dominum clamaui. Item in psalmo centesimo quinquagesimo: Laudate eum in sonotubæ, laudate eum in psalterio & cithara, laudate eum in tympano & choro, laudate eum in chordis & organo. Laudate eum in cymbalis benè sonantibus, & reliqua. Quando enim psalmos cantamus, genus exercemus Musicæ, quod fit per pulsuum digitorum. Nam & psalterij volumè, accepit nomen à psalterio Musicæ artis. Quando legimus, genus illud exercemus, quod per vocem fit. Lectionem, voces vocauit Paulus Apostolus in Actibus Apostolorum, Ignorantes, inquit, Iesum & voces prophetarum, quæ per omne sabbatum leguntur. Quando responsoria cantamus, quasi per tubam exaltamus vocem, excitando ad altiora fratres, vsquedè vt perueniant ad laudem sanctæ Trinitatis, & dicamus, Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Quantò enim melius est corpus nostrum vasis musicis, quæ ædificabantur per homines: tantò ac-

ceptius est Deo obsequium in tempore isto, quàm esset in prisco. Et quantò melior est lex libertatis, quæ est per gratiam noui testamenti, lege seruitutis: tantò dignius est, vt in proprio corpore habeamus laudes, quas illi semper & vbique referamus, quàm in ligneis vasis & æreis. Hic iterum cupimus dicere de versu. Versus hanc vim habet, vt conuerti chororum totum faciat ad vnum, atque totam intentionem illius ad rem, pro qua agitur officium. Sicuti est primo manè, Exurge Domine, adiuua nos, & libera nos propter nomen tuum. Ac si dicat: Exurgere nos fac Domine ad opera, & adiuua virtute brachij tui ad operandum, & libera de insidiis, quæ paratæ sunt contra nos. Hanc petitionem intentionis debet in se retinere in officio primæ. At hic in tertia dicit versus, Adiuua me, ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus: Ac si dicat, Adiuuisti nos vsque ad præsens tempus, adiuua & deinceps. Nondum peruenimus ad id, quò tendimus, id est, ad meridiem, in quo tu pascis, in quo tu accubas, iuxta Cantica Canticorum. Ne derelinquas nos in isto itinere, neque despicias nos Deus salutaris noster. Deinde sequitur Kyrie eleison & Christe eleison.

St sacerdos in terra, cui necesse est quotidie pro C se & pro populo Dei intercedere: Et est sacerdos in cælo, cui non est necesse intercedere: sed tamen vult, & interpellat quotidie pro nobis: sacerdos qui est in terra, non vult neque potest dicere, quòd absque peccato sit, dicente Ioanne: Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Qui tamen quauis sit peccator, non debet à conscientia sua morderi, vt tantum sit peccator, quantum multos cognoscit esse in populo terræ. Qui populus in aliquibus est minus obligatus peccatis, in aliquibus magis. Pro his qui minora committunt, & pro se orat sacerdos, quando dicit, Kyrie eleison, & orationem Dominicam, in qua nemo potest se excusare, nisi veraciter dicat, Et dimitte nobis debita nostra. Dein prosequitur sacerdos modum orationis, quem Paulus dinumerat, dicens: Obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, & cætera quæ sequuntur. Vnde dicit Ambrosius in tractatu suo super eandem epistolam: Ante omnia, inquit, illud obsecro, quod vel maximè vos scire operis esse debet, vt conuenientes scire possitis, quid fieri conueniens sit. Dicit autem, Orationes, obsecrationes, postulationes. Et post pauca: Aut enim bona nobis à Deo dari postulamus, quod orationes vocauit, aut malorum solutionem, quod obsecrationes nuncupauit. Et iterum post pauca: Illa verò quæ ad hoc nobis sunt contraria, multa sunt & afflicta. Vnum quidem quia dæmonum subreptio variè nos à bono auertere cupit: alterum verò molestia passionum, quæ nobis inesse videtur, à quibus & à bonis exclusi contra nostrum propositum sæpè in illis, quæ nobis non conueniunt, concludimur. Sed necessarium est, nos, qui multam super hoc pugnam sustinemus, ad Dominum recurrere, qui potens est suo auxilio sedare vniuersa illa, quæ ad nostram pertinent molestiam. Hoc dixit postulationes. Et iterum infra, Gratiarum verò actio pro his, quæ iam præstita sunt, efficitur: Et pro quibus hæc

De oratione, quam conueniens fiat, ut celetur per aliquos, cuius dicitur nos nocturno, CAP. IIII.

feri conueniant, doceris: Pro omnibus hominibus. In commune pro omnibus hominibus debere eos sollicitos esse præcepit. & iterum infra, Deinde ad illa, quæ summa esse videntur inter homines, transit: Pro regibus, inquit, & omnibus qui in sublimitate sunt. Nostri enim codices habent primò obsecrationes, & postea orationes. Hunc ordinem sequitur nostra oratio. Primus versus post orationem Dominicam est. Ego dixi, Domine miserere mei, sana animam meam, quia peccaui tibi. In hoc versu obsecratio est, per quam precatur absolutio malorum, Quando dicit, Sana animam meam, quia peccaui tibi, medicinam Domini precatur, vt à languore absolatur. Sit secundus versus, Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. In eo versu bona nobis postulamus, quod pertinet ad orationem. Sit tertius, Conuertere Domine vsquequò, & deprecabilis esto super seruos tuos. In eo versu postulamus, vt omnia contraria bonis nostris superetur per Domini auxilium. Hoc pertinet ad postulationem. De quo versu dicit Augustinus in Tractatu super psalmos: Conuertere Domine vsquequo, & deprecabilis esto super seruos tuos: Vox est eorum, vel pro eis, qui multas persecutiones in isto seculo malas tolerantes, innotescunt* compeditos corde in sapietia, vt nec tamen malis coacti refugiant à Domino ad huius seculi bona. Sit quartus, Confiteantur tibi Domine, qui pertinent ad gratiarum actiones. Hucusque oratum est secundum Apostolum pro omnibus hominibus. Deinde sequitur, Pro regibus & omnibus qui in sublimitate sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. Quonia sunt intra nostram ecclesiam qui minima committunt, pro his tamen necesse est præcedens oratio. Sunt & qui maiora, pro quibus necesse est addere Psalmum, Miserere mei Deus, qui propriè pertinet ad penitentes. Alio modo, Oratio præcedens pro minimis peccatis: Psalmus, sic pro maximis. Postremò surgit sacerdos vice illius sacerdotis, qui in cælo est, & quotidie interpellat pro nobis, & dicit stando orationem. Hæc oratio in omni tempore subsequitur: id est, Paschali, Pentecostes Dominici diebus & festis. Vt resurrectionem recolat eius sacerdotis, cuius vicem tenet, surgit ab accubitu, & stando dicit hanc orationem. Qui tamen prius iacendo orat cum ceteris, quoniam peccator est, cum peccatoribus prostratus est: & quia vicem tenet Christi, stado dicit specialem orationem. Hæc specialis oratio sacerdotum, quæ quodammodo libertatem & glorificationem monstrat futuri regni, & tamen semper esse intercessorem ibi pro nobis, per omnes memoratos dies festos currit. Reliqua oratio reciterur, quoniam ibi peccator nullus est, neque erit. Si quis voluerit dicere, quoniam hæc oratio vicem tenet interpellationis Christi, qui interpellat pro nobis quotidie patrem, quare dicat, Per Dominum nostrum Iesum Christum: dicatur ei, Christus qui est in patre naturaliter, & per quem assumptus est homo in Deum propter vnâ eandemque personam filij Dei, ostium nobis fieri dignatus est, per quod nos & orationes nostræ & omnia bona nostra transeant ad patrem. Idcirco merito sacerdos dicit suam orationem ad Deum pa-

trem, per Dominum nostrum Iesum Christum, quia per illum accepit hanc gratiam, vt vicissitudinem suæ interpellationis fratribus atque condiscipulis ministraret, & recolat, atque ad memoriam reducat. Quam orationem præcedit salutatio & subsequitur, Benedictioque & gratiarum actio sequitur. Post resurrectionem suam Dominus salutauit discipulos, salutauit & iterum, benedixitque eos in monte Oliueti, & illi gratias referendo, adorauerunt in loco vbi steterunt pedes eius. Quod eadem precum orationes celebrandæ sint vespertina hora, quæ & nona, in Laodicensi concilio, capitulo octauodecimo scriptum est, Quod id ipsum officium precum nona & vespere semper debeat exhiberi. Secundum hoc capitulum in festis & in cæteris diebus vno modo celebretur oratio in vespertino & hora nona. Vt reor, similiter possumus dicere de tertia & sexta. Post vespertinalia & matutinalia officia, quæ aguntur pro mortuis, solemus cantare psalmum in loco, Miserere mei Deus: Domine, ne in furore tuo. Ipse est sextus in ordine psalmorum, & tamen inscribitur pro octaua. Idcirco quia nos, qui in sexta ætate mundi sumus, debemus pro septima & octaua ætate rogare Deum per hunc psalmum, vt euadamus tormenta, quæ malis debentur in memoratis errantibus. De quo dicit Augustinus in prologo eiusdem psalmi: Veniet octauus iudicij dies, qui meritis tribuens quod debetur, iam non ad opera temporalia, sed ad vitam æternam sanctos transferet, impios verò damnet in æternum. Quam damnationem metuens, orat ecclesia in hoc psalmo, dicens: Domine, ne in ira tua arguas me. Et Beda in libro de temporibus: Ipsa est octaua, pro qua sextus psalmus inscribitur. Credo, quia in sex huius seculi ætatibus pro septima vel octaua huius seculi ætate supplicandum. In qua quia iusti gaudia, sed reprobi sunt supplicia percepturi, psalmus iste ingenti pauore incipit, currit, finitur: Domine, ne in furore tuo arguas me.

De tribus repetitionibus sextæ siue nonæ, pro vt potui, ministravi in cursu primæ & tertiæ, & de lectionibus atque responsoriis. Præsentis tres repetitiones statuunt nos in famulatu Domini, siue muniunt ab insidiis inimici per septimam horam, & octauam, & nonam, ita tamen, vt in ipsa nona habeant initium reliquæ tres repetitiones, quæ nos perducant vsque ad finem diei. Restat ex statu temporis cōsiderare versus, qui dicitur ad sextam. Status temporis est meridies, quando sol in centro cæli est, & feruentissimum ardorem præstat terris. Idem status perfectionem mentium deuorum hominum monstrat, quorum feruor ita cōiunctus est igni inuisibili, vt ab ipso pascatur delectatione, & illuminetur lumine intelligentiæ. Eadem hora ascendit Petrus in cenaculum, & voluit comedere. In prima sunt initia virtutum, in tertia profectus, in meridie perfectio. Quam perfectionem denūciant nobis aliqui versus cursus sextæ. Prima periocha dicit: Defecit in salutare tuum anima mea, & in verbo tuo supersperavi. Secunda dicit, Quomodo dilexi legem tuâ Domine: tota die meditatio mea est. Tertia ita, Oculi mei defecerunt in salutare tuum, & in eloquium iustitiæ tuæ. Statum talium versus monstrat, dicens: Dominus regit me, & nihil mihi

mibi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Vbi nos dicimus, Dominus regit me, translatio, quæ asumpta est à sancto Hieronymo ex Hebraica veritate, habet, Dominus pascit me. Quem Dominus pascit aduentu spiritus sui, eundem regit, id est, in illis moribus facit eum spiritus Dei delectari, qui secundum rationem sunt, & deducunt per rectum iter ad ciuitatem munitissimam Hierusalem. Ei nihil deest, sicut Paulus Apostolus dicit: Omnia possum in eo qui me confortat. Omnia illi cooperantur secundum Deum: Prospera & aduersa æquanimiter tolerat: Ac ideò subsequitur, In loco pascuæ ibi me collocauit, siue in abundantia intellectuum iterum in præsentia, siue in futuro in læticia & gloria sempiterna, vbi erit satietas omnium gaudiorum sine fine.

Nona continet nos per decimam horam & vndecimam & duodecimam. Status temporis, quando nona celebratur, designat feruorem studiorum, & quem exercebat mens in altitudine virtutum, aliquantulum tepesactum esse propter tentationes accidentes. Vnde Gregorius in Moralibus Job: Vitia, dum nos tentant, proficientes in virtutes humiliant. Sicut tunc sol descendit à centro ad inferiores partes, ita mens quando tentatur, descendit ab altitudine intimi gaudij ad considerandam suam naturam atque fragilitatem, & videt quàm facilis sit ad occasum. Tentabatur Paulus, quando dicebat, Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ qui me colaphizat. Qua de causa teneretur electus, præfens noster magister Paulus hic demonstrat. Atque in sequentibus molestiam, quam patiebatur ex tentatione, manifestat, dicens: Propter quod ter Dominum rogavi, vt discederet à me. Vt opinor, nisi ei molestiam faceret stimulus satanæ, non Deum precaretur, vt discederet ab eo. Eandem precationem sonant aliqui versus cursus Nonæ. Prima periocha dicit, Tribulationes & angustie inuenerunt me, in mandata tua meditatio mea est. Quod ita Augustinus in eodem psalmo: Sauiant, persequantur, dum tamen mandata Dei non relinquunt, & ex ipsis mandatis, etiam qui sauiunt, diligantur. Secunda dicit, Multi qui persequebantur me & tribulant me, à testimoniis tuis non declinaui. Tertia ita, Erravi sicut ovis quæ periit, require seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus. Versus præsentis cursus memorat tentationem, quæ designatur per solis declinationem: Ab occultis meis, inquit, munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo. Quod ita memoratus Augustinus in psalmo decimo octauo: Tolle mihi ex corde malam cogitationem, repelle à me malum suadorem: hoc est, Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo.

Legimus in Esdra, quod iam memorauimus, quater in die populum Dei confessum esse Domino, & quater in nocte: Et ex verbis domini Bedæ, qui tractat in eodem Esdra: Opinione esse cognoscimus sanctæ ecclesiæ, iuxta illum morem se quatuor officia celebrare in die, & quatuor in nocte. Non enim immeritò nos qui militamus Deo, quater in nocte vigiliis renouamus, cum hi qui seculo militabant, per quatuor vigiliis findebant noctem

in castris, ne irrumperentur castra ab inimicis insidiantibus. Nostros quatuor vigiliis, in nocte solemus vocitare, Vespertinum, completorium, nocturnum, & matutinum. Ex etymologia Vespertini nominis addiscere possumus: Vespertinum officium ad noctem pertinere. Dicit Isidorus in libro etimologiarum, Vespertinum officium est in noctis initio, vocatum ab stella vespere, quæ surgit oriente nocte. Et Augustinus in psalmo vicelimonono, Vespere demorabitur fletus. Quid est vespere demorabitur fletus? Vespere fit quando sol occidit. Hinc possumus conicere, quando feriatos dies obseruamus, quod eos obseruare debeamus à vespere vsque ad vesperam, vt à solis occubitu vsque ad eius iterum occasum, eos legitime obseruare, necesse sit. Ille status noctis informat fletum eorum peccatorum, quibus occidit verus sol. Illis necesse est plorare quinque carnales sensus suos, qui obedire solent ad peccandum, vt in matutino, id est, in euasione peccatorum, quando sol eis iterum inchoat oriri, quibus occidit vespere, possint lætari. Vnde idem qui supra in memorato psalmo: Vespere demorabitur fletus, & in matutino exultatio, quando cepit oriri fidelibus lux, quæ occiderat peccatoribus. Informat etiam altero modo statum eorum, qui aliqua infirmitate opprimuntur, per quam appropinquant morti. Hi enim quantò plus timet mori, & sententiam percipere veram peccatorum, tantò plus ante oculos mentis suæ reducunt carnales motus, qui generati sunt per quinque sensus corporis, & eos desunt. Timor solet occupare mentes hominum, quando morti appropinquant, sicut de ipso Domino scriptum est, (quanuis non timeret infirmitate, sed dispensatiue) cepit contristari & mæstus esse. Tamen multi sunt, qui gaudent de matutino, quâdo resurgent à mortuis propter confortium resurrectionis Christi. His duobus modis transcursum, debemus venire ad quotidianum usum nostrum. Quotidianus vsus noster tenet, vt quinque psalmos cætemus in vespertinali Synaxi. Quis enim nescit, quamuis per quatuor horas deprecemur Dominum, quanta impedimenta & quot tristitiæ occupent mentem iusti per diem? Oculi adducunt ad eam formas illices, quæ quia sine voluntate iusti animæ intrant ad eam, rædio afficitur. Simili modo per aures intrant verba aut detractio- nis, aut luxus, quæ nihilominus molestiam ingerunt menti. Nares etiam non sunt alienæ ab hoc pestifero internuncio. Os non se potest excusare, nisi delinquat. Vnusquisque cognoscit quando loquatur verba criminalia, quando verba ociofa, & cætera talia, quibus per os polluitur mens. Manus proculdubio & pedes sæpè id tangunt, vnde anima fit deterior per cogitationem. At quia in istis quinque sensibus tendimus quotidiano affectu ad tenebras, necesse est vt noctis initio pro eis veniam Deum precemur. Isti sunt quinque sensus, quos manè commendamus Domino dirigendos, dicendo: Dirige Domine corda, sensus, & sermones nostros, & opera manuum nostrarum. Inter sensus, & sermones, & opera comprehenduntur quinque sensus corporis. De cordibus est forisum dicendum, postquam venerimus, si Dominus dederit, ad hymnum Mariæ. Propter hos videlicet quin-

Denona.
CAP. VI.

De sexta.
CAP. V.

De vespertinali synaxi.
CAP. VII.

que sensus, quia fortè non fuimus digni, vt dirigerentur per omnia secundum Domini placitum, quinque psalmi cantantur, vt ignoscatur nobis. Hos quinque psalmos Antiphonam cantare solemus. Vt TRIPARTITA narrat historia in libro decimo, capitulo nono: ab IGNATIO Episcopo Antiochiæ antiphonarum vsus in ecclesiis primò cepit actuari. Ita enim narrat: Dicendum ramen est, vnde sumpsit initium, vt in Ecclesia antiphonæ decantentur. Ignatius Antiochiæ Syriæ tertius post apostolum Petrum episcopus, qui etiam cum ipsis debebat apostolis, vidit angelorum visionem, quomodo per antiphonas sanctæ Trinitati dicebant hymnos, isque modum visionis Antiochenæ tradidisse probatur ecclesiæ, & ex hoc ad cunctas transiit Ecclesiæ. Antiphona dicitur vox reciproca. Antiphona inchoatur ab vno vnus chori, & ad eius symphoniam psalmus cantatur per duos choros. Ipsa enim, id est, antiphona coniunguntur simul duo chori, Quamò enim melior est anima corpore, tantò melior est cantus animæ, quam corporis. Igitur intendèdum est, quæ sit antiphona animæ. Videtur nobis virtus dilectionis esse, quæ coniungit opera duorum fratrum simul. Psalmi ad opera referuntur: Antiphona ad illam dilectionem, qua vnusquisq; fratri suo porrigit suum opus. Verbi gratia: Vnus legit & discit doctrinam in schola, alter seminat in campo: tempore fructus doctor seminanti porrigit doctrinam, sator doctori panem. Duobus choris alternatur antiphona, quoniam non potest minùs esse charitas, quam inter duos. Hanc vicissitudinem charitatis significant cantores, qui alternatim ex vtraque parte antiphonas leuant. Hos duos choros designauerunt pennæ animalium inuicem porrectæ, quas vidit Ezechiel in figura aduentus Christi & noui testamenti. Coniunctio duarum pennarum, antiphona est, quæ vicem tenet charitatis. Vnde Gregorius scribit in homilia septima super eundem Ezechielem. Nam dum ille verbum prædicationis exhibet, & lumine veritatis ex corde meo ignorantia tenebras repellit, & dum illi ego quia fortasse à mundi huius potente opprimitur, solatium meæ defensionis impertior, atque hanc de violentis manibus euello, vicissim nobis pennas nostras tendimus, vt nos affectu & ope vicaria ex bono quod accepimus, tangamus. Vnde benè primus pastor admonet, dicens: Omnium finis appropinquabit: Estote, itaque prudentes, & vigilate in orationibus: ante omnia mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Post hoc sequitur lectio à pastore prolata. Ipsa est lectio quam pastor debet domesticis suis solerter administrare. Audiui olim responsorios cantari apud quosdam post lectionem vespertinalem, qui continentur in aliquibus antiphonariis: sed apud nonnullos modò ac penè omnes, post lectionem sequitur coniunctim versus. Sæpè enim reuoluo apud me, si decantari oportet responsorium post lectionem vespertinalem, quare non simili modo decantetur post lectionem matutinalem. In hac reuolutione cogitationum occurrit mihi, vt sicut hymnus Zachariæ excludit responsorium post matutinalem le-

ctionem, ita excludat responsorium hymnus sanctæ Mariæ post vespertinalem lectionem. De versu foret hic dicendum: sed quia nos inchoamus hæc officia à septuagesima, non possumus hic referre aliquid de versu, quem solemus dicere in vespertinali officio, antequam dicamus aliquid de alleluia, quod cantatur in Septuagesima. In eodem vespere, & in nocte sequenti, alleluia per omnia officia cantoris currit. Ita agimus de alleluia, quando illud recondimus in thesauris suis, id est, in cordibus electorum & angelorum vocibus. Sicut solet dilectus circa dilectum agere, qui perreçturus est inter longinquum, osculatur os eius, collum, oculos, frontem, & cætera. Dicitur sit strictim de Alleluia, quod propter tories frequentamus, quia diligimus illud, & in propinquo recondendum sit. Dicendum est de versibus, qui sunt per Dominicas noctes cæteras, & per sex dies hebdomadis. Per Dominicas noctes solemus dicere: Vespertina oratio ascendat ad te Domine, & descendat super nos misericordia tua. In cæteris autem noctibus solemus dicere, Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Vnam rationem habent isti versus: Dominicalis versus ex suis verbis monstrat actuari vespertinam orationem. Talis nanque debet esse omnis versus, vt vel statum officij ad memoriam reducat, vel statum temporis: sicut illi faciunt, qui circa passionem Domini & resurrectionem cantantur: At quotidianus versus in posterioribus verbis suis, quantum non cantentur, eadem aperit dicendo, Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Propter hæc verba, versus memoratus, Dirigatur oratio mea, inchoatur, sed nescio cur non cantentur, forsitan, quia cantoribus displicet, quòd non conueniunt eorum modulationibus. Cum ipso versu offertur incensum, quod Dominus præcepit offerri, de quo scriptum est in libro Exodus: Ponésque altare contra velum, quod ante arcam dependet testimonij coram propitiatorio, quo regitur testimonium, vbi loquar tibi. Et adolebit incensum super eo Aaron suauiter fragrans: mane quando componit lucernas, incendet illud, & quando collocat eas ad vesperam, vret thymiam sempiternum coram Domino, & reliqua. Intendat summus sacerdos, qui vicem tenet Aaron in Ecclesia, quis debeat incensum offerre Domino super altare. Post hoc sequitur hymnus sanctæ Mariæ. Sicut quinque psalmi deplorant, quod quinque sensus corporis deliquerant, ita hymnus sanctæ Mariæ castigat cogitationes, quæ se inani iactantia extulerunt in prosperitate diei, dicendo, Dispersit superbos mente cordis sui, deposuit potentes de sede. Vsq; huc, modum eorum hominum diximus, excepto de versu Dominicali, qui aliqua negligentia percutiuntur, vnde habent plangere. At nunc dicendum est de illis, qui in Domino triumphant, & nihilominus ei laudem vespertinalem offerunt per quinque psalmos, quos solemus cantare in Dominicis noctibus. Sicut Dominica nox, victrix extitit Dominica resurrectione: ita psalmi qui in ea cantantur, victoriam electorum Domini & laudem eius resonant. Primus psalmus, id est, Benedictus Dominus Deus meus,

us, victoriam continet Dauid contra Goliath. Sequentes psalmi resonant laudem Dei. De secundo dicit Augustinus in tractatu psalmorum, Exaltabo te Deus meus rex, & benedicam nomini tuo in seculum, & in seculum seculi: Videtis inchoatam esse Dei laudem, & vsque in finem psalmi laus ipsa perducitur. De tertio ita, Ecce psalmus sonat, Cuius vox est: Quæ, si vultis, vestra est exhortantis animam ad laudandum Deum, & dicens tibi: Lauda anima mea Dominum. Et de quarto ita: Nobis dicitur, Laudate Dominum. Dicitur hoc omnibus gentibus, non solis nobis. Et istam vocem per loca singula sonantem, à lectoribus singulatim audiunt ecclesiæ. Vna vox tamen Dei super omnes non tacet, vt laudemus eum, Et quasi quæreremus, quare laudare DEVM debeamus, videre quam causam attulit: Laudate Dominum, inquit, quoniam bonus est psalmus. Quintus continet laudem Hierusalem, quæ restaurata est post peregrinationem. De quo idem, qui supra, in eodem: Quid enim factura es ò Hierusalem? Transit enim labor & gemitus. quid factura es? Aratura es? seminata? nouellatura? navigatura es? negociatura es? quid factura es? An in illis operibus quamuis bonis, & de misericordia venientibus exerceri adhuc te oportet? Considera numerum tuum, considera vndique societatem tuam, vide, vtrum aliquis esuriat, cui porrigas panem: vide si aliquis sitiat, cui des calicem aquæ frigidæ: vide vtrum aliquis apud te modo peregrinus est, quem hospitio recipias: vide vtrum aliquis æger, quem visites: vide, vtrum aliquis litiget, quem concordes: vide, vtrum aliquis moriatur, quem sepelias. Vnde ergo factura es? Collauda Hierusalem Dominum. De hymno sanctæ Mariæ ita tractat Dominus Beda in homiliis suis: Verba igitur euangelicæ lectionis frequenti meditatione reuoluamus, exempla beatæ Dei genitricis semper animo retineamus, vt in conspectu Dei humiles inueni, & proximis quoque debito honore submissi, mereamur vnà cum ipsa perpetuo sublimari gaudio. Studeamus sollicitè, ne nos indebitè laudantium fauor extollat, cum illam videamus inter verba veræ laudationis inconcussa humilitatis tenuisse constantiam: Si immoderatus temporalium rerum nos appetitus delectat, reminiscamur quia iudex noster diuites dimittit inanes: Si temporalis afflictio fortè mentem conturbat, recogitemus, quia & humiles exultat: Nunquam de impetranda admissorum venia desperemus, quia misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum: Nulli inter mala quæ fecit, grauior impenitentis culpa subrepat, quia Deus superbis resistit, eosque beatorum sorte fecerens, per varia pœnarum loca peccatorum variatè dispergit. Fit autem, largiente Domino, vt si beatæ Mariæ semper acta & dicta recolamus, semper in nobis & obseruantia castitatis, & virtutis opéra perseuerent. Nam & optimus ac saluberrimus in sancta Ecclesia mos inoleuit, vt hymnus ipsius quotidie cum psalmodia vespertinæ laudis ab omnibus canatur: quatenus ex hoc animos fidelium & frequentior Dominicæ incarnationis memoria, ad affectum deuotionis accendat, & recogitata sapiens exempla genitricis il-

lius in virtutum soliditate confirmet. Et hoc opportunè ad vespertas fieri complacuit, vt videlicet fatigata per diem ac distenta diuersis cogitationibus mens nostra, incumbente tempore quietis, ad vnionem se suæ considerationis colligeret, iamque salubriter admonita, quicquid superfluum vel nocuum diurna vagatione contraxisset, totum hoc nocturnis denuò precibus & lachrymis ex tempore mundaret. Post hunc hymnum per noctes Dominicas aliquibus in locis dicitur Kyrie eleison, vt audiui Romæ, & postea Collecta: aliquibus in locis Collecta tantum modò sequitur. Sicut genuflexionem omittimus, recolendo resurrectionem nostram: ita & preces flebiles præsentis vitæ, quas solemus cum genuflexione promere, in eis noctibus omittimus. Vt superius demonstratum est ex verbis Augustini, in illa cælesti Hierusalem, vbi resurrectio est vera in re, nulla precatio pro miseris exercitur. Quapropter tantum sequitur Collecta, quam solet presbyter stando profetre ob recordationem futuræ resurrectionis per Dominicas noctes. Quoniam in præsentem seculum sumus, necesse est nobis, vt mundiam orationibus sanctorum presbyterorum. Et quia quodammodo recolimus festiuitatem ciuium cælestis Hierusalem, oportet nos celebrare illam maiori læticia & securitate, quam cum celebramus nostram peregrinationem. Quoniam in septuagesima inchoauimus hanc constitutionem volumus subiungere dicta sancti Augustini de septuagesima, quæ dicit in tractatu psalmi, Lauda Hierusalem Dominum: Post septuaginta ergo annos cum propheta Hieremias reparari ciuitatem Hierusalem, & factum est, vt ibi significaretur imago futurorum, significatum est nobis post omnem istam volubilitatem temporis, quæ septenario numero voluitur, futuram illam ciuitatem nostram in æternitate in vno die. In illa quippe habitatione tempus non voluitur, quia habitatoribus non labitur. Ex verbis beati Augustini docemur, per septuagesimam designari præiens tempus, quod voluitur septenario numero: & per paschales dies, qui sequuntur septuagesimam, futuram patriam.

Completorium ideo dicitur, quia in eo completorio sumitur ad sustentationem corporis, seu locutio communis. Vnde & apud monachos tenetur vsus ex regula sancti Benedicti, vt ab eo officio claustra oris muniant, & ea aliena faciant à communi colloquio, vsque dum iterum ad opera redeant. Non enim immeritò potest hæc pars noctis conticinium vocari, in qua conticescunt omnia. Apud eos qui noctem diuidunt in septem partes, prima pars vocatur crepusculum: secunda, vespertina: tertia, conticinium, de qua nunc agimus, quam ideo sic posse vocari arbitror, quia in eo conticescunt omnia. In eo officio quatuor psalmi recoluntur vsque ad versum. In quatuor psalmis quatuor elementa corporis nostri commendamus Domino. Quod versus apertè dilucidat, dicens: Custodi me Domine vt pupillam oculi, sub ymbra alarum tuarum protege me. Quot pericula possint hominem inuadere, dormiendo extrinsecus plusquam vigilando, vnusquisque recognoscit, qui vel tenuiter sapit. Aptatur quodammodo hoc officium

commendationi, qua se commendat homo Deo, A quando transit de seculo. Somnus est imago mortis. Sicut enim alienatur mens mortui hominis ab istis mortalibus, & miseriam huius seculi oblivioni traduntur: ita quodammodo animus dormientis alienatur à cogitationibus consuetis, & ab omni officio temporali. Quod monstrat Augustinus in vno versu psalmi primi, qui canitur in completorio, dicens: In pace in idipsum dormiam & requiescam. Rectè enim à talibus speratur omnimodo mentis abalienatio à mortalibus rebus, & miseriarum seculi huius oblitio, quæ nomine obdormitionis & somni decenter & prophetice significatur, vbi summa pax nullo tumultu interpolari potest: sed hoc iam non tenetur in hac vita, sed post hanc vitam sperandum est. Secundus psalmus transit vsque ad illum versum in quo Christus spiritum suum posuit in cruce. In quo cupimus conformari dormitioni eius, hoc est, ut membra quiescant, & cor vigilet. Tertius psalmus, Qui habitat in adiutorio, plenus est verbis orationum, quæ deprecantur Domini protectionem, Qui & secundum Romanum usum cantatur in paratice post lectionem, in qua secundum Osee, nostra mortificatio ad exemplum Christi demonstratur, & resurrectio post duos dies. Admonet nos per hunc psalmum compositor officij, ut in omnibus periculis & tribulationibus secundum verba eius, mens nostra intenta sit ad deprecandum Deum. Ac idè quia somnus noster aliquam similitudinem habet dormitionis eorum, qui sub protectione Domini transferunt de presenti seculo, idem psalmus cantatur in completorio nostro. Necnon & quartus psalmus aliquo modo recollit intentionem illorum, qui in tribulatione sunt, & tamen de tribulatione transeunt in pace, dicendo: In noctibus extollite manus vestras in sancta. Vnde Augustinus in tractatu eiusdem psalmi: Nox enim tristis res est, dies læta res est. Et paulò post: Benedicite ergo Dominum. Quando in noctibus. Quando benedixit Iob, quàm tristis nox erat? Ablata sunt omnia quæ possidebantur, ablata filij quibus servabantur: Quàm tristis nox? Sed videamus, si non in noctibus benedicat Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. Versus qui sequitur, ut prætulimus, totum opus officij monstrat, hoc est, postulationem custodiae Domini circa pericula noctis. Et quam pacem desideret anima orantis, sequens hymnus sancti Simeonis monstrat, hoc est, ut ab omni tumultu huius seculi quiescat. Hoc precabatur Simeon, quando cupiebat transire de hac vita ad alteram vitam, & dicebat: Nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Ex presenti hymno manifestè edocemur, quod in presenti commendatione conformemur illis, qui in Domino mortui sunt. Igitur non est congruum, post hanc commendationem bibere aut comedere, aut tale aliquid agere, quod non pertineat ad quietem membrorum, & abalienationem status quieti corporis. Et quia non est deinceps collatio habilis inuicem referentium & disputatio, quæ necessaria est post lectionem dormientibus palpebris, oculisque somnum trahentibus, cessat lectio.

Tempus illud significat, de quo scriptum est, Et erunt omnes docibiles DEI. & illud Apostoli, Siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur. Et quia ex ordine Esdræ necessaria est lectio in isto officio, ut quater in nocte legatur, solent religiosi viri ante præfens officium lectionem legere. Sicut Maria quæ vnxit Dominum unguento, præuenit facere quod faciendum erat in sepulcro eius, si inueniretur corpus eius. ita lectio sua doctrina vngit animas deuotas ante commendationem dormitionis.

In nocturnali officio dicimus primò, Domine De nocturnali officio. labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam: Deinde sequitur Gloria. Quando primò in nocte conuenti fuimus, commendauimus nos Domino, & conclusimus ora, atque post singuli quasi quodammodo in singulis sepulcris quieuimus, & soli Domino mente adstitimus, cui non sunt verba necessaria, quia omnes cogitationes nouit: At nunc quia iterum conuenimus ad confitendum Domino, precamur eum, ut sua directione labia nostra aperiat, & ad suam laudem os nostrum fatiscat. Dein sequitur Inuitatorium: In eo communis cætus fratrum conuocat omnes degentes vndique, ut excitentur, & veniant ad confitendum Domino, iuxta quod versus secundus sonat inuitatorij, Præoccupemus faciem eius, inquit, in confessione, & in psalmis iubilemus ei. Deinde sequuntur duodecim Psalmi, sine antiphona, cum tribus glorificationibus sanctæ Trinitatis, per ternas diuisiones quatuor psalmorum. Dominica nox Dominicam resurrectionem ad memoriam nostram reducit. Quæ ideo vocatur Dominica, quia Dominus eam clarificauit sua resurrectione. Non enim solus resurrexit à mortuis, sed omnes sui electi, siue qui fuerunt ab initio mundi ante suam incarnationem, siue qui futuri sunt vsque ad finem mundi. Quapropter dicit Apostolus Paulus: Qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri. Quoniam in sua resurrectione voluit resurrectionem omnium electorum designare, propterea dixit, Ex resurrectione mortuorum. Horum omnium resurrectionem recolimus in Dominicis noctibus. Status ecclesiæ nostræ tribus articulis distinguitur, id est, sub lege naturali, & sub lege Moysayca, & sub lege Euangelicæ gratiæ. Quauis multi sancti essent sub naturali lege, tamen maximè duodecim patriarchæ viguerunt, scilicet intantum, ut ab his duodecim Tribus postea fierent. Sicut ex duodecim apostolis in nouo testamento propagatus est Christianus populus, ita in veteri testamento populus peculiaris Deo ex duodecim patriarchis. Isti duodecim psalmi recolunt annum primum visitationis vineæ, in quo ficus inutilis stetit. Vt nos inutiles non simus, recolimus duodecim psalmos instar bonorum mortuorum sanctorum patriarcharum. Quos diuisos cantamus per quaternarium numerum, quia quatuor virtutes sunt, quibus credimus sanctos patriarchas coluisse sanctam Trinitatem, scilicet, prudentia, fortitudo, iustitia, & temperantia. Istæ virtutes non separantur ab inuicem: sed vbi vna ex illis est, tres

tres semper oportet adesse. Vnde Augustinus in A Epistola ad Hieronymum. Porro si prudentia tunc erit, si & fortis, & iusta, & temperans sit, profecto vbi fuerit, secum habet cæteras: Sic & fortitudo imprudens esse non potest, vel intemperans vel iniusta: Sic & temperantia necesse est ut prudens, fortis & iusta sit: Sic iustitia non est, si non sit prudens, fortis, & temperans: Ita ut vbi vera est aliqua eorum, & aliæ similiter sint: vbi autem aliæ desunt, vera illa non est, etiam si aliquo modo similes esse videantur. † Sequentes tres psalmi cum antiphonis recolunt secundum annum, in quo Dominus per legem visitauit vineam suam, permanente adhuc sic inutili: Ut non simus inutiles, cantamus tres psalmos, quatenus consortes simus ordinis trium electorum, qui fuerunt sub lege Moysayca, scilicet legislatorum, psalmistarum, & prophetarum. Hoc est inter duodecim psalmos, qui sine antiphona cantantur, & tres qui cum antiphona, quod erat inter duodecim patriarchas, qui peregrini erant, & sperabant hereditatem, quam posterius eorum possederunt, & eosdem posteros, qui hereditauerunt terram promissam patribus eorum. Gloriantur duodecim patriarchæ de promissis, sed posterius eorum magis de perceptis. Tres nouissimi psalmi cum alleluia, recolunt annum tertium in nouo testamento, sic inuicem manente, coruscante iam euangelica gratia. Laudamus Dominum in primitiua ecclesia ex Iudæico populo: Laudamus in sequenti ex gentilitate: Simili modo in reuocatione populi Iudæici, ut nostra ficus fructum pariat, noster videlicet populus, verbis & moribus colimus illum per exempla sanctorum patrum. Hoc enim distat inter illos tres psalmos, qui cum antiphonis cantantur, & istos tres, qui cum alleluia, quod est inter illos, qui habuerunt testamentum mutandum: & eos, qui habent testamentum non mutandum. Maior clarificatio est in nouo testamento, quàm in veteri. Horum omnium resurrectionem celebramus in Dominica nostra: horum participes nos credimus futuros. Tres articulos memoratorum temporum dicit Gregorius in homilia sua significatos esse in tribus annis, quibus Dominus quæsiuit fructum ficulnæ, & non inuenit. Quando eorum recordamur, qui migrauerunt de mundo, fodimus fossam circa ficulneam, quia humiliamus nos vsque ad puluerem mortis: & stercus addimus, quando peccata nostra recolimus. Hic dicendum est, quid sit inter statum presentium lectionum, & earum quæ per pastores domesticis administrantur. Lectiones quæ per pastores cantantur, domesticos & scientes admonent, ut non deficient. Sicut ligna in focis adduntur lignis, ut non deficiat ignis, ita ignitis sensibus domesticorum, adduntur verba ignita pastorum, ut non deficient. Lectiones in nocturnali officio, typum gerunt earum lectionum, quæ solebant fieri in scholis patrum, in quibus nescientes imbuebantur, & licitum erat eis interrogare in quibus dubitabant. Quarum exempla prætulimus in libello de officio Missæ, & hic vnum proferimus. Scriptum est in Actibus Apostolorum: Hi autem erant nobiliores eorum qui sunt Thessalonicæ, qui susceperunt verbum cum

omni auiditate, quotidie scrutantes scripturas, si hæc ita se haberent. Ipsa enim dubitatio, quæ est in mentibus audientium antequam ad plenam cognitionem veniant, designatur per statum noctis. Est varietas vna de versu, qui fit altero ordine in isto officio, quàm in cæteris officiis. In cæteris officiis post lectionem sequitur versus: in isto præcedit. Versus causa est, ut ostendat totam intentionem, quam gerit chorus in officio suo. Igitur, quia finis continet futurum effectum siue in malo seu in bono, meritò post completum officium ante specialem orationem versus ponitur: At in isto officio quoniam sedetur ad lectionem post psalmos, præcedit versus lectionem. Nulli dubium, quin aliqua quies sit festis, festio, & quasi aliqua præsumptio de ocio. Ac idè quia DEVS non spernit preces afflictorum, constitutum est, ut illic post afflictionem corporum sequatur oratio versus. Coniungunt nos nouem lectiones conuersationi nouem ordinum angelorum: Coniungunt nos nouem responsorij gaudiis eorum nouem ordinum angelorum. Et quoniam orandum est, antequam ad illorum societatem perueniamus, celebratur versus orationis communis chori ante lectionem. Primus versus dicit, Memor fui nocte nominis tui, & cætera. Ipsa verba ostendunt, cur surrexerimus de stratu nostro. Secundus versus, Media nocte surgebam. Iste ostendit, qua hora noctis oporteat surgere: sed quoniam negligentes sumus de tempore quo soliti erant surgere patres nostri, non audemus mentiri, mutamus versum istum, & dicimus alterum, Quoniam tu illuminas lucernam meam. Tertius versus dicit: Exaltare Domine. Iste aperte nouum testamentum recollit, in quo CHRISTVS exaltauit hominem assumptum ad cælos in virtute sua. Quia diximus quod media nocte surgendum esset in nocturnali officio, ex verbis sancti Augustini & Hieronymi oportet nos confirmare nostra. Dauid dicit in Psalmo, Beati immaculati, quo tempore ipse solitus esset surgere ad confitendum Domino, Media nocte surgebam. Et in alio loco, Præueni in maturitate, & clamaui. Quod ita Augustinus, Præueni in tempesta nocte, & clamaui. Plures codices non habent, in tempesta nocte, sed, in maturitate: vix autem vnus inuentus est, qui haberet geminata. In præpositione, id est, in immaturitate. Immaturitas itaque hoc loco nocturnum tempus est, quod non est maturum, id est, opportunum, ut agatur aliquid vigilando, quod etiam vulgò dici solet hora importuna: nox quoque in tempesta, id est, media, quando quiescendum est. Hinc procul dubio nuncupata est quia importuna est actionibus vigilantium. Tempestiuum enim dixerunt veteres opportunum, & in tempestiuum importunum, à tempore ducto vocabulo, non ab illa tempestate quæ consuetudine Latinæ linguæ cæli perturbatio iam vocatur, quanquam isto verbo libenter vtantur historici, ut dicant, Ea tempestate, quod volunt, Eo tempore, intelligi. Vnde & Hieronymus in libro de vita Paulæ. Post alleluia cantatum, quo signo vocabantur ad collectam, nulli residere licitum erat, sed prima

vel inter primas veniens, ceteras operiebatur, pudore & exemplo ad laborem eas prouocans, non terrore. Mane, hora tertia, sexta, nona, vesper, noctis medio, per ordinem psalterium canebant. Item eiusdem ad Demetriadem virginem: Nunc tantum ad virginem loquar, id est, non ad ea, quae extra te, sed in te sunt, tantum considerans. Praeter psalmodum & orationis ordinem, quod tibi hora tertia, sexta, nona, ad vesperum, noctis medio, & mane semper est exercendum: statue quot horis sanctam scripturam ediscere debeas, quanto tempore lugere, non ad laborem, sed ad delectationem & instructionem animae, cumque haec finiēris spatia, & frequenter te ad figenda genua sollicitudo animi suscitauerit, habeto lanam semper in manibus, vel staminis pollice fila deducito, vel ad torquenda subtegmina, in alucolis fusa vertantur, aliarumque neta aut in globum collige, aut texenda compone, & reliqua. Et iterum eiusdem ad aliam de institutione filiae. Praeponatur ei probae fidei, morum, ac pudicitiae virgo veterana, quae illam doceat, & assuescat exemplo ad orationes & psalmos nocte consurgere, mane hymnos canere, tertia, sexta, nona hora stare in acie quasi bellatricem CHRIS TI, accensaque lucerna reddere sacrificium versperinum. Sic dies

De matutinali officio.
CAP. XX.

transit, sic nox inueniat laborantem, Oratio lectioni, lectio succedat orationi. Sufficiant nobis haec exempla ad demonstrandum, qua hora surgendum sit in nocturnali officio, & hic habeant finem tres stationes vigiliarum, quae per ternas horas diuisae exercitae sunt, & in quarta orientem iam Lucifero, excussis torporibus tædij nostri, sobrie & strenue praestolemur aduentum Domini nostri IESU CHRISTI, qui sua resurrectione nos laetificauit, & informauit ad resurrectionem nostram, quam desiderauerunt patres, sed in nobis impleta est, in quos fines seculorum deueniunt. Quos fines recolimus in matutinali officio vsque ad resurrectionem corporum.

Matutinale officium, tempus noui testamenti mentibus nostris intimat, hoc est, ab initio baptismi vsque ad plenam remunerationem quam promissit Deus cum iureiurando Abraham, & filiis suis in aeternum. Eo enim tempore, id est, matutinali, baptizati sunt filij Israel in mari rubro, vt Exodus narrat: Factum est, inquit, in vigilia matutina, & ecce respiciens Dominus super castra Aegyptiorum per columnam ignis & nubes, & interfecit exercitum eorum, & subuertit rotas currum, & reliqua. Quando isti sunt interfecti, tunc baptizati sunt filij Israel. Quae sit vigilia matutina, Beda in tractatu super Marcum monstrat, vbi disputat de quarta vigilia noctis. Et circa, inquit, vigiliam quartam noctis, venit ad eos, ambulans super mare. Stationes & vigiliae militares, in terna horarum spatia diuiduntur. Quando ergo dicit, quarta vigilia noctis venisse ad eos Dominum, ostendit tota nocte periclitatos, & extremo noctis tempore eis auxilium praebitum. & paulo post, Cum verò mentem quis nisi iustus ad superni lumen praesidij & perpetuae dona retributionis erexerit, quasi inter noctis umbras repente exortum Luciferi conspiciat, quod diem proximum

annunciat. Lucifer namque complurimum tres horas noctis, id est, totam vigiliam matutinam illuminare perhibetur. Aderitque Dominus, qui sopitis tentationum periculis, plenam libertatis fiduciam suae protectionis attribuat. Quod tempus, id est, baptismi, praefiguratum est in arca Noe, in qua pauci, id est, octo animae saluae factae sunt. Docet Petrus Apostolus hoc praecessisse in forma nostri baptismatis, dicens: In qua pauci, id est, octo animae saluae factae sunt per aquam: quod & nos nunc similis formae saluos baptismi facit, & reliqua. Sicut tunc octo animae fuerunt in arca, ita possumus inuenire octo ordines electorum sub tempore baptismi. Primus ordo est primitiuarum ecclesiae versantis in populo Iudaico: secundus, eiusdem primitiuarum ecclesiae intrantis ad gentes: tertius, credentis gentilitatis: quartus, respicientis populi Iudaici: quintus, eorum, qui futuri sub tempore Antichristi: sextus & septimus & octauus, eorum, qui vniuersaliter colligendi sunt ex Asia, & Europa, & Africa, & fruuntur maiori pace, quam nunc fruatur ecclesia. Vnde Gregorius: Quae sagena scilicet vniuersaliter tunc repletur, cum in fine suo humani generis summa concluditur. Primus psalmus monstrat primitiuam ecclesiam, quae reformata & aedificata est Christi praedicatione eo iam regnante, sicut ipse dicit, Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Quod primus & secundus versus dilucidant, Dominus regnauit, decorem induit, induit Dominus fortitudinem, & praecinxit se. Iste regnantem Christum monstrat: At secundus aedificationem membrorum suorum, dicens: Etenim firmavit orbem terrae, qui non commouebitur. Quid iste psalmus in se contineat, addiscimus verbis sancti Augustini in expositione tituli ipsius. Ita enim insit: In titulo enim tanquam admonemur in limine, quid intus quaeramus. Inscriptus ergo est ita: Laus cantici ipsi David in die ante sabbatum, quando fundata est terra. & post aliqua, Cum omnes qui credunt per vniuersam terram, immobiles sunt in fide, fundata est terra: tunc fit homo ad imaginem Dei, quod significat sextus ille dies de Genesi. Sed quomodo illum fecit Deus? Quomodo fundata est terra? Christus venit vt fundaret terram. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere praeter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Super hoc fundamentum Apostolica Ecclesia primo fundata est. Ipsa venit ad ceteras nationes, annuncians eis Christi aduentum, & praecipiens, vt ei iubilarent & seruirent. Vnde idem, qui supra, dicit in tractatu psalmi nonagesimo noni. Iubilare per vniuersam terram. Nunquid modo vocem meam audit vniuersa terra? Et tamen hanc vocem audiuit vniuersa terra: iam iubilat Domino vniuersa terra: & quod adhuc non iubilat, iubilabit. Praetendens enim benedictio incipiente Ecclesia ab Hierusalem per omnes gentes, & reliqua. Ex his verbis nostram vocationem sentimus in secundo psalmo per praedicationem Apostolorum, Ac in tertio nostram beniuolentiam offerimus Apostolorum vocationi, & dicimus: Deus Deus meus, ad te de luce vigilo: Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi & caro mea,

Titulus

Titulus psalmi monstrat praesentem psalmum cantatum esse ex persona gentilitatis. Titulum habet iste psalmus, Ipsi David, cum esset in deserto Idumaeae. Quod ita idem Augustinus in tractatu psalmi eiusdem: Per Idumaeae nomen intelligitur saeculum istud. Idumaeae enim gens erat quaedam errantium hominum, vbi idola colebantur. Arca enim Noe, quae octo animas continebat, bicamerata erat. De qua re scribit idem qui supra, in libro quinto decimo de ciuitate Dei: Et fieri quidem potest, vt & nobis quispiam, & alius alio modo exponat haec aptius, dum tamen ea quae dicuntur, ad hanc de qua loquimur, Dei ciuitatem, in hoc saeculo maligno tanquam in diluuium peregrinantem omnia referantur, si ab eius sensu, qui ista conscripsit, non vult longè aberrare, qui exponit. Exempli gratia, velut si quispiam quod hic scriptum est, inferiora bicamerata, & tricamerata facies ea, non quod ego in illo opere dixi vellet intelligi, quia ex omnibus gentibus ecclesia congregatur: bicameratam dictam, propter duo genera hominum, circuncisionem scilicet, & praeputium, quos Apostolus & alio modo dicit Iudaeos & Graecos, & reliqua. Quia futurum est ante persecutionem Antichristi, vt populus ex praepotio & circuncisione vnus sint in fide, ideo duo psalmi in tertio ordine continentur sub vna antiphona. Quae continentur in psalmo, Deus misereatur nostri, vt vtrumque populum designant, scilicet Iudaeum, & gentilem. Postquam hi fuerint coniuncti, veniet tribulatio Antichristi, in cuius figuram praecessit Nabuchodonosor, & mittet in caminum tribulationis tres filios Noe, quasi tres pueros, quos non solum liberabit Deus de eius malignitate, quia electi sunt: sed & benedicent Domino in similitudinem trium puerorum. Quapropter cum in ceteris psalmis solemus dicere alleluia, in ista benedictione Latinis verbis vimur, ad commendandam tribulationem, quam passuri sunt sancti in diebus memorati Antichristi, siue modo patiuntur à membris eius. Et non est necesse ibi cantare, Gloria patri & filio, quia in ipsa benedictione commemoramus eandem sanctam Trinitatem, dicendo: Benedicamus Deo patri & filio & spiritui sancto. Diximus de Gloria patri, quod eius usum scripserit beatus Hieronymus ad Papam Damasum. Post hoc secundum Danielelem erit quies aliqua, qui ita dicit: Beatus qui expectat, & peruenit vsque ad dies mille trecentos triginta quinque. Quod beatus Hieronymus sic exponit, Beatus, inquit, qui interfecto Antichristo supra mille ducentos nonaginta dies, id est, tres semis annos, dies quadraginta quinque praestolatur, quibus est Dominus atque Saluator in sua maiestate venturus. In qua quiete celebrabitur laus Dei, quae continetur in tribus psalmis, scilicet, Laudate Dominum de caelis, & Cantate Domino canticum nouum, & Laudate Dominum in sanctis eius, ab vniuerso genere humano quod euadet de tribulatione, quod genus humanum à tribus filiis Noe propagatum est. Vnde Augustinus in memorato libro quinto decimo de ciuitate Dei: Tricamerata verò, quae in arca erat, eò quod omnes gentes de tribus filiis Noe post diluuium reparatae sunt: Siue alio modo, vt idem Augustinus in libro questionum Euangeliorum titulo

Tom. 6.

quadragesimo septimo, Ad ipsa tria genera quae assumuntur, arbitror pertinere etiam illa tria nomina sanctorum virorum, quos solos liberatos Ezechiel propheta praenuntiat, Noe, Daniel, & Iob. Videtur enim Noe pertinere ad eos, per quos Ecclesia regitur, sicut per illum in aquis arca gubernata est, quae figuram gestabat ecclesiae: Daniel autem, quia ceteram elegit vitam, id est, nuptias terrenas contempsit, vt, sicut dicit Apostolus, sine solitudine viueret cogitans quae sunt Dei, genus eorum significat, qui sunt in ocio, sed tamen fortissimi in tentationibus vt possint assumi: Iob autem quia & uxorem habuit, & filios, & amplas terrenarum rerum copias, ad illud genus pertinet, cui molendinum deputatum est: sed tamen vt sint fortissimi in tentationibus, sicut ille fuit, non enim aliter assumi poterunt: nec puto alia esse genera hominum quibus constat ecclesia, quam ista tria. Quoniam futura sunt haec vniuersae virtutis, scilicet patientiae confortia, & communia, sub vna antiphona siue alleluia canuntur tres psalmi, qui nos inuitant ad eorum societatem. Dein sequitur lectio, quae pro admonitione fraterna recitatur in choro, quae semper placita erit quantum in praesenti saeculo deget ecclesia. Postea sequitur versus aptus temporali. dicit enim, Dominus regnauit, & cetera. Tunc fiet illud quod Apostolus dicit, Cum tradiderit regnum Deo & patri. Quando regnum Deo, tradit, sibi ipsi qui Deus est, coniungit illud ad perpetuum regnum suum. At hymnus Zachariae prophetae tribuit remunerationem promissam Abraham, id est, vt seruiamus Domino sine timore in sanctitate & iustitia omnibus diebus. Tale seruitium reperitur modo in raris, qui sunt iam perfecti: Sed tunc ab electis omnibus celebrabitur, quia omnes erunt perfecti.

Veni enim Dominica nox recolat ciues Hierusalem ab initio mundi vsque in finem, ita quotidianae noctes peregrinationem mortalium, & abalienationem à patria inter inimicos degentem. Et quia duodecim horae sunt noctis, in quibus necesse habemus custodia Domini muniri, duodecim psalmos cantamus. Et quia haec custodia seria est per sex aetates mundi, sex antiphonis coniungimus psalmos. Et quia sex aetates mundi tribus temporibus concluduntur, scilicet naturalis legis, literae, & legis gratiae, tres lectiones leguntur, & tres responsorij canuntur.

In Dominicis noctibus per quinque antiphonas recolimus statum ecclesiae ab initio Apostolicae stabilitatis vsque ad perfectionem electorum, qui in fine mundi venturi sunt: At quotidianis noctibus altero modo eundem statum recolimus per mutationem psalmorum, & canticorum à secunda feria vsque in sabbato. Primus psalmus, Miserere mei Deus, continet poenitentium conuersionem. Iudaei conuersi, qui deputantur in primitiuam Ecclesiam, istius psalmi vigorem frequentabant, quando ad praedicationem Petri poenitentiam egerunt, & compuncti sunt corde. De quibus scriptum est in Actibus apostolorum: His auditis, compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad reliquos apostolos, Quid faciemus viri fratres? Petrus verò ait illis: Poenitentiam, inquit, agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi. Simili modo per

Xx ij

De nocturnali officio per quotidianas noctes.
CAP. XXI.

De matutinali officio per quotidianas noctes.
CAP. XII.

sequentes noctes idem psalmus nos, qui de gentili conuersatione conuersi sumus, ad pœnitentiam prouocat. Sufficit de præsenti psalmo: De cæteris, id est, Deus Deus meus ad te de vigilo, & Deus miseretur nostri, & Laudate Dominum de cælis, ac, Cantate Domino, atque, Laudate Dominum in sanctis eius, iam dictum est: restat ordo vt ad secundam feriam reuertamur, & transcamus per mutationem psalmodi & canticorum. Illud primò oportet intueri, vt psalmus & canticum sicut sunt in officio deputata vnus noctis, ita sint in rebus similia & significationibus. Psalmus, Verba mea, habet hunc titulum, Pro ea, quæ hereditatem accepit. Quem ita exponit Augustinus: Intelligitur ergo ecclesia, quæ accepit hereditatem, vitam æternam per Dominum nostrum Iesum Christum, vt possideat ipsum Deum, cui adherens, beata sit secundum illum, Beati mites, quoniam ipsi hereditate possidebunt terram. Hanc hereditatem primitiua ecclesia accepit, quæ simul cum Apostolis in præsenti seculo vixit. Ex eius persona cantatur canticum Esaiæ propheta, Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi: conuersus est furor tuus, & consolatus es me, & cætera. Canticum istud, illud tempus recolat, quando primum vexillum sanctæ crucis erectum est. Vnde in superioribus partibus in eodem propheta scriptum est, Et leuabit signum in nationes, & congregabit profugos Israel, & reliqua. Quod sic Hieronymus in eodem exponit, In die illa, hoc est, in illo tempore, de quo & supradictum est, cum resurrexerit radix Iesse in signum populorum, siue vt dominetur gentium, apponet Dominus secundò manum suam, vt nequaquam iuxta eos nostros Iudæizantes in finem mundi, cum intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus fiat, sed omnia hæc in primo intelligamus aduentu. Et paulo post: Leuabit igitur signum crucis in nationes vniuersas, & de synagogis Iudæorum primum Israel populos congregabit, vt Apostoli præceptum Saluatoris impleant, qui dixerat: Ite ad oues perditas domus Israel. Idem in sequentibus in memorato libro monstrat, de quibus canticum narret, dicens: Qui prius in solitudine dixeratis, quando ascendistis de terra Ægypti, & mare siccatum est rubrum: Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est: & nunc percussa lingua maris Ægypti, & flumine illius arefacto, atque conuerso & humiliato, glorificate Dominum, & dicite: Confitebor tibi Domine, quoniam iram merui & furorem. Tuam misericordiam consecutus sum, Tu es enim Saluator meus, id est, Iesus: & nequaquam fiduciam habeo in idolis, nec timebo quæ non sunt timenda: sed tu es fortitudo mea & laus mea. Hoc est inter psalmum & canticum, quod est inter opera iusti, & gratiarum actionem: vt psalmus demonstrat opera iusti post conuersionem, vt est in præsenti psalmo: Quoniam ad te orabo Domine, manè exaudies vocem meam: Manè adstabo tibi & videbo, & cætera: & canticum, laudem Dei pro eodem opere. Versus post lectionem per quotidianas noctes, illud tempus ad memoriam reducit, quando merces recompensabitur post laborem præsentis seculi iustis à Domino. Versus dicit, Repleti sumus manè misericordia tua, & reliqua. Quem ita exponit Augustinus in eodem

psalmo, vnde sumptus est: Deinde, inquit, illa bona quæ futura sunt, spe anticipans, & velut facta iam deputans, repleti sumus, inquit, manè misericordia tua. Ergò in his velut nocturnis laboribus & doloribus propheta nobis accensa est, sicut lucerna in obscuro loco, donec dies illucescat, & Lucifer oriatur in cordibus nostris. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Tunc replebuntur eo bono iusti, quod nunc esuriunt & sitiunt, cum per fidem ambulantes peregrinantur à Domino. Vnde & illud dicitur, Replebis me lætitia cum vultu tuo: manè adstabunt & contemplabuntur. Et, sicut alij dixerunt interpretes, Satiati sumus manè misericordia tua. Tunc satiabuntur: sicut enim alibi ait, satiabor cum apparuerit gloria tua. Vnde dicitur, Ostende nobis patrem, & sufficit nobis, atque ipse Dominus, Ostendam meipsum illi. Quod donec fiat, nihil boni nobis sufficit, nec sufficere debet: nè desiderium nostrum in via remaneat. Et post pauca: Repleti sumus manè misericordia tua, & exultauimus, & * delectati sumus in omnibus diebus nostris. Dies ille, dies est sine fine, simul sunt omnes illi dies †. Quod per quotidianas noctes sequitur post hymnum Zachariæ, qui nos introducit post resurrectionem corporum in æternam vitam, oratio consueta hoc innuit, quòd illa omnia bona peccatores per pœnitentiam sperant.

Tertia feria illud tempus recolat, quando ab imperatoribus persequebatur ecclesia, qui conabantur auferre lucrum Apostolorum, nè filios spiritales generarent. Tempus illud præcipue fuit à prima persecutione Neronis vsque ad tempora Diocletiani & Maximiani. Qui sancti eo tempore passi sunt, psalmus monstrat, dicens: Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta, & cætera. Sequentia non minus demonstrant tristitiam sanctæ ecclesiæ, quam habebat, quia non ei aperte licebat Christum generare in cordibus electorum. Euasit sancta ecclesia de hac tribulatione, & cantat canticum, quod cantauit Ezechias postquam liberatus est de Sennacherib, & postquam eum Deus visitauit per flagellum infirmitatis, nè eleuaretur cor eius de victoria concessa. Vnde & dicit, Viuens viuens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodiè: pater filiis notam faciet veritatem tuam. Nam & ipse ideò flebat, quia dolebat orbitatem filiorum.

Feria quarta tempus illud recolat, in quo sancta ecclesia exaltata est super omnes inimicos suos. Quod ex titulo psalmi, qui in ea cantatur, cognoscere possumus. Titulus talis est, In finem psalmus David, Canticum Hieremiæ & Ezechiel ex populo transmigrationis cum inciperent exire. Iste psalmus ex persona eorum cantatur, qui intuentur reditum ad Hierusalem, & libertatem populi Dei. Sicut Iudæi quondam liberati sunt de Babylonia, & transducti Hierusalem: ita & ecclesia nostra liberata est de manu impiorum Imperatorum, & donata libertati tempore Constantini Imperatoris. Vnde exultat in cantico, quod cantauit Anna Samuëlis mater, postquam liberata est de afflictione Phenennæ amulæ suæ: Exultauit, inquit, cor meum in Domino, & exaltatum est cornu meum in Deo meo. Ab illo enim tempore postquam respublica & potestas

testas Romanorum subdita est Apostolicis viris & Christianis imperatoribus, dilatatum est os ecclesiæ super inimicos suos, scilicet & paganos & perfidos Iudæos. Ista dilatatio hodierna die permanet: det Deus, vt diu permaneat, & impleatur illud Apostoli, Donec plenitudo gentium introierit, & sic omnis Israel saluus fiet.

De quinta feria. C. A. P. XV.

Iste articulus sub vna virga, id est, sub vno regimine suscipit populum Iudaicum, & populum gentilem. Quia in isto articulo recipiendus est populus Iudaicus, cantatur psalmus in quinta feria, qui prætitulatur ex oratione Moysis. Talis est titulus, Oratio Moysis hominis Dei. Sequitur canticum, Cantemus Domino. Quod olim cantauere in figura futuræ victoriæ, percipiunt quando implebitur quod Dominus in euangelio dixit, Amodò non me videbitis, donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini.

De sexta feria. C. A. P. XVI.

Sexta feria celebratur in memoriam passionis saluatoris nostri. Psalmus qui in ea cantatur, hunc titulum habet, ipsi David, quando cum filius eius persequebatur. De quo titulo ita dicit Augustinus in prologo eiusdem psalmi: Agnoscamus ergo quem admodum Christum persequebatur filius suus: Habebat enim filios de quibus dicebat, Non ieiunant filij sponsi quandiu cum illis est sponsus: cum autem ablatus fuerit sponsus, tunc ieiunabunt filij sponsi. Ergo filij sponsi apostoli, & inter hos persecutor diabolus Iudas. Passionem itaque suam in hoc psalmo prædicaturus est Christus. Canticum passionem eius nihilominus sonat, dicens: Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius. Quod sic Hieronymus exponit: Vexilla & trophæa crucis, & in ipsis cornibus abscondita est fortitudo eius, & paulò post: In cruce ergo paulisper fortitudo eius abscondita est, quando dicebat ad patrem: Tristis est anima mea vsque ad mortem: & Pater, si possibile est, transeat à me calix iste, & in ipsa cruce, Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Ista est quinta nox à secunda feria. Sicut in quinto psalmo per Dominicas noctes celebratur contemptus Nabuchodonosoris & victoria trium phatorum, inter quos erat quartus aspectus filij hominis: ita & nunc in quinto loco contemptus totius mundi, & victoria summi & solius triumphatoris illius, cuius aspectus olim videbatur inter tres pueros. Dignèque in sexta feria memoratur eius passio præ cæteris noctibus, quia in ea perfecta est.

De sabbato. C. A. P. XVII.

Sabbatum recolat memoriam electorum Iudæorum, qui iuncti erunt ecclesiæ in fine mundi. Sabbatum quod fingebant & fingunt Iudæi carnales se obseruare, Iudæi fideles in veritate custodient in fine. Psalmus qui in eo cantatur, talem titulum habet: Psalmus canticum in die sabbati. Ex titulo psalmi conueniens est psalmus sabbato. Quomodo congruat populo Iudaico, versus quidem demonstrat, dicens: In decachordo psalterio cum cantico & cithara. Quod ita Augustinus, Decachordum psalterium modò audistis: Decachordum psalterium significat decem præcepta legis. Sed cantare in illo opus est, non portare psalterium. Nam & Iudæi habent legem: portant, non psallunt. Qui sunt qui psallunt: Qui operantur. Qui operantur cum tristitia, nondum psallunt. Qui sunt qui psallunt: Qui

cum hilaritate faciunt benè, & reliqua. Hoc credimus futurum esse in populo Iudaico, quando populus vnus erit cum sancta ecclesia, quod modo beatus Augustinus narrat de sancta ecclesia. Canticum quod sequitur, Audite cæli, quomodò sabbato conueniat & populo Iudaico, dominus Beda explanat in secundo libro tractatus super Lucam: Cõfluebant autem die sabbati in synagogis, vt iuxta quod Dominus præcipit, Vacate & videte quoniam ego sum Deus, feriatis mundi negociis, ad meditando legis monita quieto corde residerent. Cuius quotidie deuotionis agendæ hæctenus in ecclesia perdurat indicium: quia ad memoriam præcæ religionis canticum Deuteronomij, in quo vniuersus veteris populi status, quid videlicet offensus, quid propitio Deo meruerit, continetur, nonnullis in locis sabbato dicere consuevit: Alioquin esset preposterum, vt in prioribus septimanæ diebus prophetarum dictis carminibus, Moysis vltimum diceretur. Valet enim ad opusculum huiusce fabricationis, si consideremus ex sensibus & intellectu psalmodum Dominicæ noctis in matutinali officio, quomodo eis colligentur psalmi & cætica, quæ sunt per sex dies hebdomadis. Primus psalmus, Dominus regnauit, Domini regnum demonstrat post eius resurrectionem, de quo ipse dicit: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra: econtrà Miserere mei Deus, pœnitentiam mortui hominis peccato, sed etiam respirantis per bonum odorem, quem accepit à nunciis verborum Dei. Pro illo enim venit Christus mori & resurgere à mortuis, vt ipse in euangelio manifestat, dicens: Non veni vocare iustos, sed peccatores, & iterum: Veni enim saluare quod perierat, & vt manifestius dicam, propterea surrexit, vt nos resurgeremus. Sua resurrectio extitit per corpus immortale, nostra extat per pœnitentiam. Vnde non immeritò sicut vice resurrectionis suæ, Dominus regnauit, cantamus in Dominicis, & in festiuis noctibus: ita congruit vice nostræ resurrectionis in sequentibus noctibus, Miserere mei Deus cantare. Quoniam duo continet memoratus psalmus, Dominus regnauit, Christi regnum acceptum per triumphum crucis, & firmationem sanctæ ecclesiæ non commouendam à statu suo, psalmus de secunda feria & canticum huic, id est, psalmo, Dominus regnauit, propter constructionem ecclesiæ, adnectuntur. Psalmus, Verba mea, vocem ecclesiæ continet, quæ in primo tempore coniuncta est apostolis. De qua dicit Augustinus in psalmo quinto: Vox ecclesiæ est in hoc psalmo, * vocate ad hereditatem Domini, Verba mea, Exaudi me Domine: Vocata, inuocat Dominum, vt eodem opitulante, pertranseat nequitiam seculi huius, & ad eum perueniat. Canticum, Confitebor tibi Domine, vt superius demonstratum est, eandem ecclesiam præsentat. Psalmus, Iubilate Domino omnis terra, chororum prædicatorum continet, qui non timentes minas principum, exiuerunt ecclesiam de Babylone ad seruiendum Domino soli. Quid idem chorus passus sit à ciuibus Babyloniæ ciuitatis, psalmus, Iudica me Deus & discerne causam meam de gente non sancta, dilucidat. Canticum minimè later angustiam Ezechie regis, qui dixit, Ego dixi, in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi, & cætera

quæ sequuntur. Ezechias bonus & iustus rex annu-
meratur in corpore prædicantium. Satis indicat
præfens canticum angustiam præfentis ecclesiæ, de
qua angustia dicit verus. Recogitabo omnes annos
meos in amaritudine animæ meæ. Psalmus, Deus
Deus meus, continet vocem gentilis populi, qui à
somnia animæ cuigilat post introductam illumina-
tionem prædicatorum. Quis sit somnus, de quo cui-
gilat, quando dicit, Deus Deus meus ad te de luce
vigilo, Augustinus memoratus dilucidat in tracta-
tu eiusdem psalmi: Illud autem, inquiens, cauere
debemus, ne ipsa anima nostra dormiat. Malus en-
nim est somnus animæ, bonus somnus corporis,
quo reparatur valetudo corporis. Somnus autem
animæ, est obliuisci Deum suum. Quæcunque ani-
ma obliu fuerit Deum suum, dormit. Et infra:
Deus Deus meus, ad te de luce vigilo: sitiuit in te a-
nima mea. Ecce illud desertum Idumææ videte
quomodo hic sitit. Et paulo post, Quando anima
sitit, fontem sapientiæ sitit. De ipso fonte sapientiæ
inebriabuntur animæ nostræ, sicut alius psalmus
dicit, Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & tor-
rente deliciarum tuarum potabis eos. Sitienda est
ergo sapientia, sitienda iustitia. Eandem reuerfio-
nem sonat psalmus in quarta feria, id est, de obliuio-
ne Dei ad eius recordationem, quasi de Babylone ad
Hierusalem. In eodem psalmo aliqua stis memora-
tur similis de psalmo, Deus Deus meus. Infit iste
psalmus, Sulcos eius inebria, multiplica generatio-
nes eius. Vnde idem qui supra in tractatu psalmi,
Te decet hymnus Deus, videmus, credunt, & ex
credentibus alij credunt, & ex illis alij credunt, &
non sufficit vni homini vt factus ipse fidelis vnum
lucretur. Canticum, Exultauit cor meum in Do-
mino, liquido monstrat, sanctam Ecclesiam supe-
riorem esse Babylonia. Psalmus, Deus misereatur
nostri, in quo per voces prædicantium colligitur
populus Iudaicus, dicentium: Confiteantur tibi po-
puli Deus, conuenit cum psalmo de quinta feria,
Domine refugium factus es nobis, qui habet titu-
lum, Oratio Moyfis hominis Dei: Cui apud respon-
det canticum, Cantemus Domino. Hymnus trium
puerorum, Benedicite, passionem Domini ac tri-
umphum eius ad memoriam nobis reducit. Nabu-
chodonosor diabolum significat: ministri eius, qui
accenderunt flammam ignis in fornace, Iudæos
clamantes, Crucifige crucifige. Missi sunt tres pueri
in caminum ignis, futurum enim erat, vt furorem
incendij Iudæorum sustineret Christus. Tres fue-
runt pueri, qui vna voce confitebantur Domino.
Tria pura sacramenta exierunt de homine Christo
in passione eius, spiritus, aqua & sanguis, quæ tria
vnum monstrant Christum. Erat in fornace ad spe-
ctus quarti, quasi similitudo filij Dei: Etenim pen-
debat siue sepeliebatur corpus Christi assumptum ex
Maria virgine. Puerorum corpora non sunt corru-
pta in fornace: futurum erat vt Christi corpus non
corrumperetur putredine mortis. Liberati sunt tres
pueri de camino: Liberatus Christus de ore leonis.
Propter hoc sacramentum, vt opinor, audiui cæcari
in vigilijs paschæ in ecclesia Turonensi post lectio-
nes, Benedicite. Omnes qui pie volunt viuere, per-
secutionem patiuntur, & pertinent ad corpus trium
puerorum, qui missi sunt in caminum, cuius corpo-

ris caput est Christus: At hi qui persecutiones inge-
runt, ad corpus diaboli, cuius membrum extitit Na-
buchodonosor, & omnes persecutores vsq; ad ma-
ximum membrum Antichristum. Et merito in quin-
to ordine recolitur euasio electorum de persecuto-
ribus, quia corpus, quod quinque sensibus regitur,
possunt occidere: amplius autem quid faciant, non
habent. Psalmus de sexta feria, vt prætulimus, & cā-
ticum, Christi passionem detinent, Laudate Domi-
num de cælis, & Cantate Domino, & Laudate Do-
minum in sanctis eius, actum sanctæ ecclesiæ mon-
strant post transactam persecutionem, quem conti-
net versus, Bonum est confiteri Domino, & psallere
nomini tuo altissime. At canticum, Audite cæli quæ
loquor, quamuis duo in se contineat, id est, remu-
nerationem Domini pro bonis, & retributionem pro
offensis: tamen propter sabbati quietem, in qua cā-
tatur, ad eos illud dirigimus, qui bona pace vtuntur
post persecutionem in ecclesia nostra. De quibus
dicit versus, Pars autem Domini populus eius, Ia-
cob funiculus hereditatis eius.

Per Dominicas noctes à septuagesima vsque in
Pascha Domini, in matutinali officio duo psal-
mi mutantur, Miserere mei Deus, & confitemini
Domino. Per hos duos psalmos informantur hi
qui nondum sunt perfecti, etiam illo modo quo ho-
mines hic perfecti esse possunt. De quibus dicebat
Paulus: Quicumque perfecti, hoc sapite. Quibus
non congruit præceptoribus & doctoribus auferre
timorem & spem. Timorem, quem oportet nobis
peccatoribus habere in præfenti peregrinatione de
vindicte Dei inculcat psalmus, Miserere mei Deus,
qui resultat vocem peccatoris penitentis. Planga-
mus peccata in psalmo, Miserere mei Deus: Post
placatum aderit charitas, quæ foras mittit timorem
per spiritum, qui consolatur corda lugentium. Ac
ideo quia post dolorem cordis, & indignationem
reatus solet charitas præbere fidutiam accedendi ad
Dominum, ascendamus spe fortis electorum ad bo-
na opera laudandi Deum, & dicamus ad alterutrum,
Confitemini Domino quoniam bonus. De his duo-
bus gradibus scribitur in Deuteronomio: Non ac-
cipies loco pignoris inferiorem & superiorem mo-
lam, quia animam suam apposuit tibi: Quod sic san-
ctus Gregorius exponit: Accipere nanque aliquan-
do dicimus auferre. Vnde & aues illæ, quæ rapiendi
sunt audax, Accipitres vocantur. Et paulo post: Pi-
gnus verò debitoris, est confessio peccatoris. A de-
bitore enim pignus accipitur, cum à peccatore iam
peccati confessio tenetur. Superior autem & infe-
rior mola, est spes & timor. Et iterum post pauca: In
peccatoris itaque confessione incessanter debet spes
& formido coniungi, quia in cassum misericordiam
E sperat, si non etiam timeat: & in cassum iustitiam
metuit, si non etiam de misericordia confidit. Et
iterum: Tollit enim superiorem, si flenti peccatam,
dicat, Non habebis veniam de commissis: Tollit in-
feriorem, si peccantem palpet, & dicat, Age mala
inquantum vis: Nam Deus pius est, & ad indulgen-
tiam paratus, & reliqua. Psalmus, Dominus regna-
uit, perfectos informat, quales fuerunt Apostoli:
Miserere mei Deus, fragiles & infirmos, quos oportet
plorare & plangere, quod significat tempus Se-
ptuagesimæ. Videtur paruitati nostræ congruere
propter

propter numerum Septuagesimæ, qui tenet peregrina-
tionem nostram, vt cum alleluia & cum altitudi-
ne psalmi, Dominus regnavit, Gloria in excelsis Deo
introducatur in thesauros suos vsque ad diem exul-
tationis Ecclesiæ per resurrectionem capitis nostri.
Ape dictum est, quod psalmus, Qui habitat in
Sadiutorio altissimi, mentionem eorum informet,
qui in certamine positi, in Domino ponunt spem
suam, & omne adiutorium ab eo deprecantur. Est
enim sancta Ecclesia in maiori certamine constituta
diebus quadragesimæ, quam in alio tempore. Ideo
hunc psalmum eo tempore frequentat in versibus,
qui Domini protectionem insinuat & adiutorium.

De versibus
qui in Qua-
dragesima
sunt, vsque
in passionem
Domini.
Cap. XIX

De passio-
ne Domini.
Cap. XX.

Les passionis Domini computantur duabus
hebdomadibus ante pascha Domini: Neque
enim ab re est, quod in duabus hebdomadibus re-
colitur eius passio, quoniam in duobus temporibus
huius mundi scribitur & informatur eadem passio.
quale est illud primi temporis de Noe, qui inebria-
tus est vino, & denudatus inuacuit, & ab vno filio de-
honestatus, & à duobus venerat: & illud iam sub
lege, Et erit vita tua quasi pendens ante te, timebis
nocte & die, & non credes vitæ tuæ. In illis diebus
amittimus per vndecim dies in solis responsorijs
gloriam sanctæ Trinitatis, quoniam per humilitatem
veniendum est ad passionem Christi. Passio &
persecutio humiliant, quatum ad præfens cernitur,
massam, quæ ex Adam sumpta est. Hanc immuta-
tionem humilitatis designant turbæ, quæ obuiam
venerunt Domino die Palmarum ad descensum
montis Oliueti. Hymnus scilicet, Gloria Patri
& filio & spiritui sancto, gloriam sanctæ Trinitatis
recolit. Quoniam vna est persona filij Dei & filij
hominis, qui pari venerat, conformat se sancta ec-
clesia capiti suo, & de glorificatione eius reticet vs-
quedum exaltetur per triumphum victoriæ. Hæc
humiliatio prius, & iterum exaltatio per vnum ver-
sum psalmi centesimonomi monstratur, qui dicit, De
torrente in via bibet, propterea exaltabit caput. De
hoc torrente Dominus in via bibit, quoniam mor-
tem in transitu gustauit, atque ideo exaltauit caput,
quia hoc quod moriendo in sepulcro posuit, sur-
gendo super angelos eleuauit. Quauis ritè con-
gruat, vt propter humiliationem capitis nostri proxi-
mam, omittamus glorificationem sanctæ Trini-
tatis, in qua honoratur filius hominis propter vni-
tatem personæ filij Dei. Vnde & ipse præcepit Apo-
stolis, ne alicui dicerent transfigurationem suam in
monte, antequam resurgeret à mortuis: potest tamè
& simpliciter intelligi, quatenus ad memoriam no-
bis reducat, quod aliquandò esset tempus, quando
memoratus hymnus non dicebatur in Ecclesia no-
stra. A sancto Hieronymo scriptum est de eodem
hymno ad Damasum papam. Simile est & illud,
quod Innocentius papa scripsit, non Missam cele-
brati in Parasceue, & in sabbato sancto: tamen cele-
brati Missa quæ celebrabatur ab Apostolis, scilicet
per solam orationem Dominicam: Si hoc voluit
monstrare verbis suis, vbi dicit, sacramenta pe-
nitentiæ non celebrari, vt nullo modo celebrarentur,
nemo id seruat apud nos. Sed vt populus qui refi-
ciendus erat ipso die, haberet in fundamentum cor-
pus Dominicum, & nihilominus reducat nobis
ad memoriam, Missa Apostolorum celebratur ea-

dem: Quod non est necesse fieri in sabbato sancto,
quia expectant omnes ieiuni vsque ad noctem, quã-
do Missa celebratur resurrectionis Domini. Ab illo
die quando omnis Gloria patri, duæ hebdoma-
dæ sunt, hoc est, quatuordecim dies vsque in Pas-
cha Domini. Dies Paschæ iam de tertia hebdoma-
da est, in qua restauratur omnis amissa glorificatio.
In tertio tempore legis gratiæ omnia beneficia reddi-
tur ecclesiæ, quæ expectauerunt patres nostri, qui
tenebantur in claustris inferni, tempore naturalis
legis & tempore legis literæ. Neque abhorret à ve-
ro, si dies passionis Domini, qui per duas hebdoma-
das celebratur, quasi per duo tempora, eorum mur-
muratione ad memoriam nobis reducant, qui me-
ritis suis cæleste regnum promerebantur, & tamen
humiliati erant in claustris inferni vsque ad tertiam
hebdomadam legis gratiæ.

Quantum potuit, institutor officij conformari
nos voluit sua admonitione Christi passioni, &
causis apostolorum qui obstricti erant tempore pas-
sionis: nec non & disungi moribus persecutorum
sancto.
Primò dicendum est, quod omnis doctrina pastoris
taceatur in ecclesia his diebus, id est, cæna Domini,
& parasceue, ac sabbato sancto. Nō dicitur, Domine
labia mea aperies: non datur benedictio legentibus,
admonitio lectionis non ministratur in matutinali
officio: post hymnū Zachariæ non gubernatur ora-
tio solito more à pastore. Ideo hæc non fiunt, quia
pastor noster Christus recessit, & arietes gregis qui
iam prædestinati erant, vt pastores forent eccle-
siæ, dispersi sunt. Minores quique faciunt suum
officium typo discipulorum, qui forsam minus cog-
niti erant discipuli esse Christi, & typo mulierum,
quæ præfentes adesse poterant humiliationi Christi.
Solent enim aliqui cantores omittere ver-
sum ante, Benedictus dominus Deus Israel, quia
non præcedit lectio, quod non oportet illis face-
re. Suum officium illi celebrant, sed pastoris offi-
cium reticetur. Inuitatorum non cantant, vt do-
ceant malum conuentum vitare suos, qualis fuit apud
Iudæos de nece Christi. Quantò proprius in-
stant passioni, tantò se plus humiliant in officio suo.
Igitur in istis noctibus siue diebus penitus omittitur,
Gloria patri & filio & spiritui sancto. Omnis salu-
tatio deest in istis tribus diebus, siue noctibus, ad vi-
tandam saluationem pestiferam, qualem diabolus
Iudas exercuit. Necnō etiam altitudo signorū, quæ
siebat per vasa ærea, doponitur, & lignorum sonus
vsque quaque humilior æris sono, necessario, pul-
satur, vt conueniat populus ad ecclesiam. Potest
& in hoc humilior vsus Ecclesiæ Romanæ designari
antiquis temporibus, quam nunc sit, & præci-
puè tunc, quando latitabat per cryptas propter per-
secutores. Nam adhuc iunior Roma, quæ anti-
quis temporibus sub vno Domino cum antiqua
roma regebatur, vsum lignorum tenet, non propter
æris penuriam, sed propter vetustatem. Et quia Sal-
uatoris nostri humiliatio per sepulturam, triduo ce-
lebratur, conuenit vt per tres dies, id est, quintam fe-
riam & sextam & septimā, humiliatio nostri officij
susequatur. Nouem psalmi, & noue lectiones, & no-
uem responsorij, qui celebrantur per tres noctes, in-
sinuant, quod Dominus descēdens ad inferiora loca
terre, inde tria hominū genera rapuit, & trāsfluxit

De cæna
Domini, &
parasceue,
ac sabbato
sancto.

De Domi-
nicis nocti-
bus in ma-
tutinali of-
ficio à sep-
tuagesima
vsq; in Pa-
scha.
Cap. XVIII.

ad societatem nouem ordinum angelorū. Hęc tria genera distinguuntur in euangelio per eos, qui in agro sunt, & per eos, qui in molēdino sunt, atque per eos qui in lecto sunt. Et quia hęc tria genera creditur fuisse in naturali lege, & in tempore legis literę, seu tempore prophetarū, meritō per tres noctes recoluntur: & propter nouem ordines angelorū, quorum nomina legimus per nouenarium numerum, eorum reductio colitur ad societatem eorundem angelorum. Memorata tria genera electorum Augustinus ita dilucidat in libro quęstionum euangeliorum, titulo quadragesimo septimo: Qui sunt in illa nocte duo in lecto, & duę, molentes in vnum, & duo in agro, de quibus omnibus binis singuli assumentur, & singuli relinquentur? Tria genera hominum hic videntur significari. Vnum eorum qui ociū & quietem eligunt, neque in negociis secularibus, neque negociis ecclesiasticis occupati, quę illorum quies lecti nomine significata est. Alterum eorum qui in plebibus constituti, reguntur a Doctoribus, agentes ea, quę sunt huius seculi, quos & feminam nomine significauit, quia consiliis (vt dixi) peritorum eis expedit, & molentes dixit, propter temporalium negociorum orbem atque circuitum: quas tamen in vno molentes dixit, in quantum de ipsis rebus & negocijs suis præbent vsibus ecclesię: Tertium eorum, qui operantur in ecclesię ministerio, tanquam in agro Dei, de qua agricultura Apostolus loquitur. Quoniam ista tria genera non abfuisse credimus in omnibus articulis temporum, quę tamen quauis electa essent, descendebant ad inferni claustra, & ea in istis diebus descendit Dominus inde auferre, & sociare actioni & cognitioni & gaudio scilicet angelorum, non immeritō per nouem psalmos, qui pertinent ad actionem, & nouę lectiones, quę pertinent ad cognitionem operum Dei, & nouem responforios, qui pertinent ad cantica sanctorum angelorum, nocturnalia officia celebrantur.

De extinctione luminum. CAP. 22.

Quod lumen ecclesię extinguitur in his noctibus, videtur nobis aptari ipsi soli iustitię, qui extinctus est, & sepultus tribus diebus & tribus noctibus. Sol enim Christus illuminauit ecclesiam suam per diem & noctem, vt in prosperitate dici sciret se moderatē exaltare, & in aduersitate noctis æquanimitate subsistere. Sol, qui præsentem mundum illuminat per diem & noctem viginti quatuor horis perlustrat orbem suum, & sunt simul inter tres dies & noctes septuaginta duę horę: Tot enim discipulos misit Christus binos & binos prædicare ante faciem suam. Igitur per singulas noctes memoratarum Feriarum viginti quatuor lumina accendantur. Et quia ipse sol significat solem nostrum, qui occubuit vespere passionis, per lumen, quod nos possumus accendere & extinguere, instar ortus solis & occasus demonstramus ortū & occubitū veri solis aliquo modo. Illuminatur nostra ecclesia viginti quatuor luminibus, & per singula cantica, in quibus nos oportet exultare, decidimus mœstitia, quia verus sol noster occubuit, & sic quasi per singulas horas defectus solis agatur, vsque ad plenam extinctionem. Hoc enim fit ter, quia triduo recolitur sepultura Domini. In die enim renouatur iste ignis: Non enim aliter potest recuperari ad vtilitatem nostrę

ecclesię, nisi extrinsecus accipiat fomētum. De qua re dicit Gregorius in Moralibus, Ignis namque corporeus, vt esse ignis valeat, corporeis indiget fomentis. Qui, cum necesse est vt seruetur, per congesta ligna proculdubio nutritur, nec valet, nisi succensus esset, & nisi refortus, subsistere. Propter nostram infirmitatem reaccenditur, quia sine lumine non possumus officia nostra peragere in ecclesia. Alioquin conueniret potius, vt post primam extinctionem extinctus esset vsque ad gloriā resurrectionis & renouationis noui testamenti.

Tres psalmi, qui cantantur in Dominica nocte resurrectionis Domini, opera trium dierum monstrant, quę Dominus secundum Lucam promisit se perficere in præsentī seculo. Dicit Lucas: In ipso autem die accesserunt quidam pharisęorum, dicentes illi: Exi, & vade hinc, quia Herodes uult te occidere. Et ait illis: Ite, dicite vulpi illi, ecce dæmonia eiicio, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor: Verum tamen oportet me hodie & cras & sequenti die ambulare, quia non capit prophetam perire extra Hierusalem. Hęc tria opera, id est, dæmonia eiicere, & sanitates perficere, & tertia die consummari, promisit se acturum, & statim, subiicit de sua passione, quę futura erat in Hierusalem. De dæmonibus eiiciendis dicit secundum Iohannem: Nunc iudicium mundi est. Quod sic exponit sanctus Augustinus in sermone quadragesimo nono super eundem Iohannem: Seruato illi in sine iudicio, vbi nouissimē viui & mortui iudicandi sunt. Possidebat ergo diabolus genus humanum, & reos suppliciorum tenebat chirographo peccatorum. Dominabatur in cordibus infidelium, ad creaturam colendam deserto creatore deceptos captiuosque pertrahebat. Per Christi autem fidem, quę morte eius & resurrectione firmata est, per sanguinem eius, qui in remissionem peccatorum fusus est, millia credentium à dominatu diaboli liberantur, Christi corpori copulantur, & sub vno capite vno eius spiritu fidelia membra vegetantur: hoc vocabat iudicium, discretionem hanc, à suis redemptis diaboli expulsionem. De eadem expulsionem dicit idem Iohannes Euangelista in sequentibus: Nunc princeps mundi huius eiicietur foras. Ipsa est prima dies, de qua Dominus dicit secundum Lucam, Ecce dæmonia eiicio hodie. Ipsam diem monstrat prima antiphona, quę dicit, Ego sum, qui sum, & consilium meum non est cum impijs. Hoc est iudicium, id est, discretio de qua dicit Iohannes, vt separati sint fideles, cum quibus est consilium Domini, ab impijs. Eandem monstrat primus Psalmus, Beatus, vir, qui describit primo, quid beatitudo debeat fugere, & quid appetere: ac postea expulsionem impiorum nihilominus describit, dicendo, Non sic impij, non sic, sed tanquam puluis quem projicit ventus à facie terrę, & cætera quę sequuntur. Secunda antiphona monstrat, quod in crastino dixit Dominus se perficere secundum Lucam, hoc est, sanitates. Quę sint istę sanitates, Iohannes continuatim postquam dixit, Ecce princeps mundi eiicietur foras, subiunxit, dicens: Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham post me. Quod ita Augustinus in sermone memorato: Non itaque hoc ad diuersitatem hominum

De tribus Psalmis, qui cantantur in nocte resurrectionis Domini. CAP. 23.

hominum retulit, sed ad creaturę integritatem, aut certe omnia hominum genera, siue in linguis omnibus, siue in ætatibus omnibus, siue in gradibus bonorum omnibus. Et post paululum: Vt sit caput eorum, & illi membra eius. De qua re dicit antiphona secunda, Postulaui patrem meum, dedit mihi gentes in hæreditatem. Quę traxit post se, sunt gentes, quas pater dedit filio in hæreditatem. Tertia antiphona tangit consummationem, quam Dominus se promisit perfecturum in tertia die. Tertia dies est, quando eos de quibus diabolus eiecit, & sanitati restituit, per coniunctionem corporis sui perducit ad societatem sanctorum angelorum. Antiphona dicit, Ego dormiui, & somnum cœpi, & resurrexi. Resurrexit Christus, sed non solus. Hoc testificati sunt illi, qui in die resurrectionis eius per resurrectionem apparuerunt multis in sancta ciuitate. Caput surrexit: necesse est vt membra sequantur. Propterea non dixit Paulus, Qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortui IESV Christi Domini nostri: sed dixit, Ex resurrectione mortuorum. Institutor officij congruentius non potuit singula opera trium dierum monstrare, quam per tres psalmos, & tres antiphonas. In resurrectione Domini omnia hæc impleta sunt: Diabolus eiectus est à fidelibus, ipsi coniuncti sunt capiti, caput surrexit: humana natura in sua resurrectione coniuncta est naturę angelorum, quamuis nimis exaltata sit super omnes angelos. Angeli vbique esse possunt citato transitu, & in cælo & in terra: & illa humana natura à sua ipsa persona, iuxta quod ipsa eademque persona disposuit, potuit, quando voluit, esse in terra & sublimari in cælum per immortalitatis triumphum. Angelorum natura non eget cibo, nec eget potu, nec vestimento neque vehiculo aliquo quo discurrat, neque eguit ista, postea illa humana natura. Quapropter dixit Apostolus, Et si noueramus Christum secundum carnem, sed nunciam non nouimus. Per istos tres dies informatur catechumeni nostri in membris Christi. Primo, quando per exorcizationem & abrenunciationem expellitur diabolus: deinde, per fidē perficitur sanitas in eis: postremō per manus impositionem episcoporum iustificantur. Resurrectio Christi, nostra iustificatio est. Ibi resurgimus cum Christo, vbi iustificamur. Nempe per istos tres dies quasi per tres antiphonas, scilicet primam, quę nos disjungit ab impijs, & postea alteram, quę nos facit surgere per iustificationem, ingressi sumus in ecclesiam. Ex persona Neophytorum dico: Sequentes dies & noctes baptismales ostendunt, qualiter in ipsa ecclesia secundum Christi doctrinam viuere debeamus. Dies ostendunt resurrectionem Christi. Igitur quia vna die resurrexit Christus, sic currunt nostra officia per illos septem dies quasi adhuc sit dies Dominica. In Sacramentario cātamus, Verē dignum & iustum est, æquum & salutare, te quidem omni tempore, sed in hac potissimum die gloriosius prædicare. Cantores quotidie cantant, Hęc dies quę fecit Dominus. Vnam eandemque diem per sacramenta baptismalia septem dierum celebramus, quando electi per omne curriculum huius vitę

non declinant per opera tenebrarum à capite suo, quod ita surrexit, vt vltra non moriatur. Sicut dies recolit resurrectionem Domini, ita nox sepulturam eius. Si fecimus de septem diebus vnum diem propter iugem resurrectionem bonorum operum, debemus noctes præcedentes quasi vni dici aptare. Tridua sepultura præcessit resurrectionem Domini, & tridua sepultura præcedit iustificationem nostram. Consepulti enim sumus cum illo, dicit Apostolus, per baptismum in mortem, vt quomodo surrexit CHRISTVS à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitę ambulemus. Qui enim moritur ac sepelitur, nullum peccatum potest operari. Per noctem enim designatur tempus quietis, vt Dominus in Euangelio: Veniet autem nox, quando nemo potest operari. Quauis hic dicatur mixtim de bonis & malis operibus, possumus tamen noctem intelligere, quando quiescit homo à prauis operibus. Hanc quietem, in qua cessamus à malis, & vigilamus in bonis, recolimus per tres psalmos, qui sunt in nocturnali officio per dies baptismales. Quando me iugimur ter in aqua, consepelimur Christo tridua sepulcro. Ille enim cantat tres psalmos in nocte, qui mente retinet consepultum se esse Christo, & idcirco mortuum esse peccato. Ille mortuus est peccato, qui non operatur peccatum. Ille enim cantat in die, Hęc est dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea, qui perseuerat in innocentia & in bonis operibus. Et quia hæc certatim debemus meditari, & satagere quandiu in præsentī seculo sumus, id est, vsquedum veniat septima dies, in qua separatur anima à corpore, cantemus in die, Hęc est dies quam fecit Dominus, & in nocte celebremus sepulturam Domini. Et si in nobis pluribus non recolimus hanc mortificationem carnis, quę designatur per tres psalmos, & iustificationem, quę designatur per vnus coloris officium, saltem in his, qui nuper baptizati sunt, recolamus. Aliter: Qui baptizantur simplici corde, septiformem spiritum percipiunt, quem Isaias propheta decantat super Dominum nostrum IESVM CHRISTVM singulariter requiescere. Nisi crederetur percipi posse ab eis idem spiritus, qui baptizantur, non deprecaretur ab episcopis, qui manus impositionem exercent, mitti in Neophytos. Vt eidem septiformi spiritui concinamus, per septem dies religiosius, & cum maiori cautela solito, nostros conuentus celebremus. Per singulos dies singulis donis satagimus concinere. Vitamus pigritiam, ne iuxta Domini vocem corripiamur, qui dixit: Cantauimus vobis, & non saltastis. Aduenit spiritus sanctus nouus hospes, exercet canticum lætitię in enarrabilis, scilicet, sapientię & intellectus, consilij & fortitudinis, scientię & pietatis, ac timoris Domini. Hospes suscipiens debet saltare huic cantico fide, spe & charitate. Propter hanc vicissitudinem per singulos dies cantatus aliquid siue in responforio, seu in alleluia de Psalmo, Confitemini Domino, qui recolit bonitatem & misericordiam Dei in seculum: & in nocte, tres antiphonas siue alleluia cum tribus psalmis. Vnusquisque Christianus spiritum sanctum debet colere fide, spe & claritate. Has tres sorores habet vnum quodque donum

spiritus sancti: & omnium septem sunt tres hæ sorores, & singulorum. Quod in nostro vsu possumus ex-
periri, si septem fratres habuerint tres sorores, & om-
nium sunt, & singulorum. Vt recolamus vnum spi-
ritum, qui hæc omnia operatur, vnum diem ducimus
in religione per septem dies: & vt recolamus septem
dona eius, dies multiplicantur per septenarium nu-
merum: & vt recolamus nostram fidem, spem &
charitatem, quæ vsque in finem mundi nobiscum
manere debent secuudum Apostolum qui dicit:
Nunc autem manet fides, spes, charitas, vsque in se-
ptimum diem tres psalmos in nocte cantamus. Ba-
ptismalia sacramenta vsque ad completionem die-
rum septem tendunt, quia septiformi spiritu ditan-
tur nuper baptizati: siue, quia vniuersitas temporis,
quæ sine septem dierum voluitur, significatur per se-
ptem dies, in qua necesse est fatigare, vt nullus Chri-
stianus à fide, & spe, ac charitate alienus sit, quauis
cætera omnia bona opera non possit capere: seu,
quia vnaquæque anima electa recedens à corpore,
ilicò inuenit sabbatum, & habet suum opus comple-
tum, quia Deus die septimo compleuit opus suum.
Deinceps in sequenti tempore quasi crescentium
arborum frondes multiplicantur, & fecoluntur mo-
res boni diuerforum operum per plures psalmos.
Agimus Deo gratias, qui dedit in corde seruorum
suorum, vt eo ordine statuerent officia nostra, quo
possit populus Dei ex eo prædicari propemodum,
sicut ex lectione. Habemus scriptum in Romano
ordine, vt non dicatur kyrie eleison, siue Christe
eleyson ad vllum cursum in memoratis diebus, sed
sine retractatione cantemus, Hæc dies quam fe-
cit Dominus: exultemus & lætemur in ea. Collec-
tâ solam solet sacerdos dicere in fine officij. Si ef-
fer etiâ in re, quod agimus, nõ ea diceretur: Quoniã
est in spe oratio sacerdotis, subsequitur, vt firmeretur
quod tenetur: & quod nondum tenetur, accipiatur.
De qua re dicit Augustinus in tractatu psalmi cen-
tesimi quadagesimo octauo: Laus nostra lætitiã ha-
bet, oratio gemitum. Promissum est nobis aliquid
quod nondum habemus, & quia verax est qui pro-
mittit, in spe gaudemus: Quia tamen nondum ha-
bemus, in desiderio, gemimus. Bonum est perse-
uerare in desiderio donec veniat quod promissum
est, & transeat gemitus, succedat sola laudatio.
Quicquid orationis sit ab his, qui veraciter pascha
celebrant, siue in collecta, seu in cubiculo cordis,
propterea fit, vt quod promissum est, & nondum te-
netur, adueniat vice desiderij, quod sanctus Augusti-
nus memorat, celebratur oratio sacerdotis. Idem in
sequentibus ostendit, quam lætitiã recolat sancta
ecclesia in diebus omnibus pentecostes. Propter hæc
inquit, duo tēpora, vñ, quod nūc est in tribulationi-
bus & tērationibus huius vitæ, alterū quod tunc erit
in securitate & exultatione perpetua, instituta est
nobis etiã celebratio duorū tēporū ante pascha, &
post pascha. Illud, q̄ est ante pascha, significat tri-
bulationem, in qua modò sumus: Quod verò
nunc agimus post pascha, significat beatitudinem
in qua postea erimus. Ante Pascha ergo quod ce-
lebramus, hoc & agimus: Post Pascha autē quod ce-
lebramus, significamus, quod nondū tenemur. Propterea
illud tēpus in ieiunijs & orationibus exercemus: Hoc
verò tēpus, relaxatis ieiunijs, in laudibus agimus.

Hoc est enim alleluia, quod cantamus, quod La-
tinè interpretatur, vt nostis, Laudate Dominum.
Ideò illud tempus ante resurrectionem, Hoc tem-
pus post resurrectionem Domini est, quo tempore
significatur vita futura, quam nondum tenemus.
Quia quod significamus post resurrectionem Domini,
tenebimus post resurrectionem nostram. In capite
enim nostro vtrunque nobis figuratum est, vtrun-
que demonstratum est. Passio Domini ostendit
nobis vitam præsentis necessitatis, quia oportet &
laborare & tribulari, & ad extremum mori: Resur-
rectio verò & clarificatio Domini ostendit nobis
vitam, quam accepturi sumus cum venerit retribuere
nobis digna dignis, mala malis, bona bonis. Et quidem
modò mali omnes nobiscum cantare possunt alle-
luia. Si autem in malitia sua perseuerauerint, can-
ticum vitæ nostræ futuræ labijs poterant dicere: ip-
sam verò vitam quæ tunc erit in ea veritate, quæ
nunc significatur, obtinere non possunt: quia nolue-
runt meditari antequam veniret, tenere quod ven-
turum erat. Nunc ergo fratres exhortamur vos, vt
laudeis Dominum, & hoc est, quod omnes dicimus,
quandò dicimus Alleluia, Laudate Deum.

Quandò scripsi de litania maiore in superiori-
bus, id est, in primo libello huiusce operis, non-
dum legeram illam statutam esse à sancto Grego-
rio. Dixi illam statutam esse ob duas causas, scilicet,
propter imminetia bella, quæ eo tempore
excitari possunt, & propter fruges conseruandas:
At postquam legi statutam esse à sancto Grego-
rio, illud hic interponere eodem modo, vt legitur in vo-
lumine epistolarum eius. Post quod similiter curaui
epistolam quandam ad Phocam Imperatorem sub-
nectere, in qua demonstratur, à Longobardorū gen-
te eo tempore debacchari terminos Romanorum.

In nomine Dei Saluatoris nostri IESV Chri-
sti per indictionem sextam, die vicesima tertia
mensis Nouembris, temporibus Domini & beatif-
simi papæ Gregorij, coronatus est Phocas & Leon-
tia Augusta, in septimo, in palatio quod dicitur Se-
cundianis. Et occisus est Mauritius Imperator
cum omnibus filiis suis masculis, id est, Theodo-
sio iam coronato, Tiberio, Petro, Paulo, & Iustinia-
no, simul & Petro fratre superscripti Mauritij
Augusti, sed & aliqui procerum qui ei cohære-
bant, id est, Constantinus patricius, & curator
de Placidias, sed & Gregorius notarius principis.
Venit autem Icona superscriptorū Phocæ & Leon-
tiæ Augustæ Romæ septimo Kalendarum Maia-
rum, & acclamatum est eis in Lateranis in basi-
lica Iuliana ab omni clero vel senatu, Exaudi
Christe, Phocæ Augusto & Leontia Augustæ vi-
ta. Tunc iussit ipsam Iconam Dominus beatissimus &
Apostolicus Gregorius papa reponi in oratorio sancti
Cæsarij intra Palatium. Oportet fratres charissimi,
vt flagella Dei, quæ metuere ventura debuimus, sal-
tem præsentia & experta timeamus. Conuersionis
nobis aditū dolor aperiat, & nostri cordis duritiã
ipsa iam, quam patimur, pœna dissoluat. Vt enim,
Propheta teste prædictū est, peruenit gladius vsque
ad animam. Ecce etenim cuncta plebs cælestis iræ
mucrone percussit, & repentina singuli cæde va-
stantur, nec languor mortem præuenit, sed lan-
guoris moras, vt cernitis, mors præcurrit. Percus-
sus

Repetitio
de litania
maiore.
CAP. 24.

Sequuntur
dicta ex-
epistolis Gre-
gorij.
CAP. XXV.

sus quisque ante rapitur, quam ad lamenta penitentiæ
conuertatur. Pensate ergò qualis ante consp-
ctum districti iudicis peruenit, cui non vacat flere
quod fecit. Habitatores quique non ex parte sub-
rahuntur, sed pariter corruunt: Domus vacuæ re-
linquuntur, filiorum funera parentes adspiciunt, &
sui eos ad interitum hæredes præcedunt. Vnusquis-
que ergò nostrum ad penitentiæ lamenta confu-
giat, dum flere ante percussorem vacat. Reuoce-
mus ante oculos mentis quicquid errando commi-
sumus, & quod nequiter egimus, flendo puniamus.
Præueniamus faciem eius in confessione, & si-
cut propheta admonet, leuemus corda nostra
cum manibus ad Deum. Ad Deum quippe corda
cum manibus leuare, est orationis nostræ studium
cum merito bonæ operationis erigere. Dat profes-
sionem, dat tremori nostro fiduciam, qui per prophetam
clamat, Nolo mortem peccatoris, sed conuertatur
& viuat. Nullus autem de iniquitatum suarum
immanitate desperet. Vternosus namque Nini-
uitarum culpas triduana penitentia adpersit, &
conuersus latro, vitæ præmia etiam in ipsa senten-
tia suæ mortis emeruit. Mutemus igitur corda, &
præsumamus nos iam percepisse quod petimus. Ci-
tius ad præcem iudicis flebitur, si praunitate sua pe-
nititor corrigatur. Imminente ergò tantæ animadu-
ersionis gladio, nos importunis fleatibus insistamus.
Ea namque quæ ingrata esse hominibus importu-
ritas solet, iudicio veritatis placet. Quia pius ac
misericors Deus vult à se precibus veniam exigere,
qui quantum meremur, non vult irasci: Hinc
erenim per psalmistam dicit: Inuoca me in die tri-
bulationis tuæ, & eruam te, & magnificabis me. Ipse
ergò sibi testis est, quia inuocantibus misereri desi-
derat, qui admonet vt inuocetur. Proinde fratres
charissimi, contrito corde & correctis operibus cra-
stina die primo diluculo ad septiformem litaniã
iuxta distributionem inferius designatam, deuota
cum lachrymis mente veniamus. Nullus vestrum
ad terrena opera in agro exeat, nullus quodlibet
negocium agere præsumat, quatenus ad sanctæ ge-
nitricis Domini ecclesiam conuenientes, qui simul
omnes peccauimus: simul omnes mala quæ facimus
deploremus, vt districtus iudex dum culpas nostras
nos punire considerat, ipse à sententia propositæ
damnationis parcat. Sequitur: Litania clericorum
exeat ab ecclesia B. Iohannis baptistæ. Litania viro-
rum, ab ecclesia sancti martyris Marcelli. Litania
monachorum, ab ecclesia martyrum Ioannis &
Pauli. Litania ancillarum Dei, ab ecclesia beatorū
martyrum Cosmæ & Damiani. Litania scemina-
rum coniugarum, ab ecclesia beati Petri & Mar-
tyris Stephani. Litania viduarum, ab ecclesia beati
martyris Vitalis. Litania pauperum & infantum, ab
ecclesia beatæ martyris Cæcilie. In sequenti episto-
la monstrabitur, quòd importunitate bellorum po-
rest procul dubio videri litania instituta esse. Et ex
qualitate temporis colligimus eam necessariam esse
ad fruges conseruandas. *Gregorius Phocæ Augusto.*

Considerare cum gaudijs & magnis actionibus
gratiarum liber, quantas omnipotenti Domi-
no laudes debemus, quod remoto iugo tristitiæ ad
libertatis tempora sub imperiali benignitate vestra
pietate peruenimus, Nam quòd permanere in pa-

latio, iuxta antiquam consuetudinem Apostoli-
cæ sedis, diaconem vestra serenitas non inue-
nit, non hoc meæ negligentia, sed grauissimæ
necessitatis fuit. Quia dum ministri omnes huius
vestræ ecclesie tam contrita asperaque tempora
cum formidine declinarent, atque refugerent, nulli
eorum poterat imponi, vt ad urbem regiam in pala-
tio permanens accederet: At postquam vestram
clementiam, omnipotentis Dei gratia disponente,
ad culmen imperij peruenisse cognouerunt, ipsi
quoque succedente lætitiã ad vestra vestigia venire
festinabant: quia illuc prius accedere valde timue-
rant. Sed quia eorum quidam ita senectute sunt de-
biles, vt laborem ferrè vix possint, quidam verò
ecclesiasticis curis vehementer implicantur, & labor
præsentium, qui primus omnium defensorum
fuit: bene mihi ex longa assiduitate compertus est
vita, fide, ac moribus approbatas, hunc aptum
pietatis vestræ vestigijs esse iudicauit. Unde cum,
auctore Domino, diaconem feci, & sub celestia
te stans mittere studui, qui cuncta quæ in iis patri-
bus aguntur, inuento opportuno tempore, & re-
leat clementiæ vestræ suggerere. Cui rogo vt se-
renitas vestra pias aures inclinare dignetur, vt tantò
nobis celerius valeat misereri, quãdò ad iudici-
um nostram verius eius relatione cognouerit. Quã-
liter enim quotidianis gladijs & quantis Longo-
bardorum incurSIONibus, ecce iam per triginta &
quinque annorum longitudinem premimus, nullis
explere suggestionibus vocibus valeamus, sed in
omnipotenti Deo confidimus, quia ea quæ cœ-
pit, consolationis suæ nobis bona perficiet, & qui
suscitauit in re publica pios dominos, extinguet cru-
deles tyrannos. Sancta itaque Trinitas vitam vestrã
per tempora longa custodiat, vt de bono vestræ pic-
tatis, quod tardè suscepimus, diutius gaudeamus.

Quandò scripsit nostra paruitas de officio Mis-
sæ, simili modo me latebant, quæ sequuntur vt
ea quæ superius dixi de Litania maiore. Nondum
legeram quod postea inueni in epistola sancti Gre-
gorij, quo tempore alleluia in Missa primo can-
tatum esset in ecclesia Romana, & cætera quæ ma-
nifestabuntur verbis ipsius epistolæ ad Iohannem Sy-
racusanum, Quibus inuentis non potui præterire,
niſi ea hic introducerem, quamuis non in compe-
tenti loco, quia magis competeat ea scribi in offi-
cio Missæ, quam in officio nocturnali, sequitur tex-
tus epistolæ.

Gregorius Iohanni Episcopo Syracusano.

Veniens quidam de Sicilia, dixit mihi, quod
quasi sub zelo sanctæ Romanæ ecclesie de meis dis-
positionibus murmurarent, dicentes: Quomodò
ecclesiam Constantinopolitanã disponit cõprimere,
qui eius consuetudines per omnia sequitur? Cum
dicerent, quas consuetudines sequitur, responsum est
quia alleluia dici ad Missas extra pentecostem tem-
pore fecistis, quia subdiaconos spoliatos proce-
dere, quia Kyrie eleison dici, quia orationem
Dominicam mox post canonem dici statuistis. Cui
ego respondi: Quia in nullo eorum aliam eccle-
siam secuti sumus. Nam vt alleluia hic diceretur, de
Hierosolymorum Ecclesia ex beati Hieronymi tra-
ditiõne tempore beatæ memoriæ Damasi papæ

Repetitio
de alleluia
quod can-
tatur in
Missa, & de
vestimento
subdiacono-
rum, &
Kyrie elei-
son ac Do-
minica ora-
tione, ex e-
pistola san-
cti Grego-
rij.
CAP. 33.

traditur tractum. Et paulò post, Subdiaconos autem ut spoliatos procedere facerè, antiqua consuetudo Ecclesiæ fuit. sed quid placuit cuidam nostro pontifici, nescio qui eos vestitos procedere præcepit. Nā nostræ ecclesiæ nunquid traditionem à Græcis acceperunt? unde habent ergò hodiè, subdiaconi in eis in tunicis procedant, nisi quia hoc à matre sua Romana Ecclesiā per ceperunt? Kyrie eleison autem, nos neque diximus, neque dicimus, sicut à Græcis dicitur: Quia in Græcis simul omnes dicunt, apud nos autem à clericis dicitur, à populo respondetur, & totidem vocibus etiam Christe eleison dicitur, quod apud Græcos nullo modo dicitur. In quotidianis autem Missis alia quæ dici solent, tacemus. Tātum modò Kyrie eleison & Christe eleison dicimus, ut in his deprecantibus vocibus paulò diutius occupemur. Orationè verò Dominicam idcirco mox post precem dicimus, quia mos Apostolorū fuit, ut ad ipsam solum modò orationem oblationis hostiam cōsecrarent. Et valdè mihi inconueniens visum est, ut precem, quam scholasticus cōposuerat, super oblationem diceremus, & ipsam traditionem, quam redemptor noster composuit, super eius corpus & sanguinem non diceremus. Sed & Dominica oratio apud Græcos ab omni populo dicitur, apud nos verò à solo sacerdote: In quo ergo Græcorum consuetudines secuti sumus? Quia aut veteres nostras reparauimus, aut nouas & vtilis constituimus, in quibus tamen alios nō probamur imitari. Ergò vestra charitas cum occasio dederit, ut ad Caranensem ciuitatē pergat, vel in Syracusana ecclesia eos, quos credit aut intelligit, quia de hac re murmurare potuerit, facta colloquutione doceat, & quasi alia ex occasione eos instruere non desistat. Nā de Cōstantinopolitana ecclesia quod dicunt, quis eam dubitet fedi Apostolicæ esse subiectā? Quod & piissimus Dominus imperator, & frater noster eiusdem ciuitatis episcopus assidue profitentur. Tamen si quid boni vel ipsa, vel altera ecclesia habet, ego & minores meos, quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari paratus sum. Stultus est. n. qui in eo se primum existimat ut bona quæ viderit, discere contēnat. Ex præsentis epistola docemur, quicquid boni ab aliis ecclesiis discere possumus, non ea contempnamus. Simulque & docemur quod aliquo tēpore cantabatur Missa in Romana ecclesia absque Alleluia. Si eo tempore cantabatur tractus per omnes Dominicos dies, & post alleluia assumptū in solis Dominicis diebus de septuagesima referuarentur, nescio. Vnū habeo notū, ex eo quod alleluia diuulgatum sit, cantatum esse apud S. Augustinum, & apud Romanam ecclesiā atque Constantinopolitanam priscis temporibus, per dies pentecostes debere Alleluia decantari, ad recordādum de læticia resurrectionis sanctorum. Restat adhuc quod pulsat intentionem ad requirendum, hoc est, ut sicut per Dominicos dies & festos cantatur Alleluia ad Missam, ita debeat cantari per communes dies, an non. Nisi fortè imbui possimus ex præsentis scriptura sancti Gregorij ex eo. Nam ex eo, ubi sanctus Gregorius dicit, alia, quæ dici solent in quotidianis Missis, tacemus, tantum modò kyrie eleison & Christe eleison dicimus, possumus intelligere, quod non alleluia cantabatur apud illū per quotidianos dies in officio Missæ.

Præcepit Dominus discipulis suis quando ascendit in cœlum, ne ab Hierosolymis discederent, sed expectarent promissionem patris, quam audierunt per os eius: Quia Iohannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto, nō post multos hos dies, id est, post decem dies. Merito expectant decem dies, quia futurum erat ut mysterium denarij numeri, post decem dies perfectiūs, spiritu sancto veniente, perciperent. Ita Lucas narrat: Vos autem sedere hic in ciuitate quoad usque induamini virtute ex alto. Eduxit autem eos foras vsque in Bethaniam, & eleuatis manibus suis, benedixit eis. Et factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cœlum, & ipsi adorantes eum, regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno, & erant semper in templo laudantes Deum, & benedicentes Dominum. In ciuitate sedere est, aliqua tracita mente & quieta cogitare de promissis Domini, & à statu perpetuæ pacis non recedere. Firmare sensus corporis, ne mors per eos introeat. Et cogitare quod se ipsum debeat totum integrum reddere Deo. Hoc est, habere integra quatuor elementa in se, qualia illi Deus ea præstitit, totum se versum esse in dilectionem Dei, ex toto corde & ex tota anima, & ex tota mente, & scire imaginem sanctæ Trinitatis signatam in se. Si quis istum denarium desiderat in se habere, & cognoscit se minus aliquid habere ab eo, debet adorare Dominum & precari, ut sibi concedat illum. Et si miserit per charitatem, quæ foras mittit timorem, posse eum impetrare, maneat in templo, laudans & benedicens Deum. Hoc est, expectare per decem dies promissum patris, desiderare iugiter integritatem suæ creationis, & creatoris sui cognitionem. Hunc denariū perceperunt Apostoli amplius & perfectiūs, quā prius haberent in die Pentecostes. Eodem præcepto admonitus est sanctus Augustinus à spiritu sancto antequam transiret de corpore, qui postulauit ut spatium ei daretur per decem dies, meditandi se & sua. Ita scriptum est in eius vita: Nam sibi iusserat psalmos Dauidicos, qui sunt paucissimi, de penitentia scribi, ipsos quaterniones iacens in lecto contra parietem positos, diebus suis infirmitatis intuebatur & legebat, & vbertim ac iugiter flebat. Et nē intentio eius à quoquam impederetur, ante dies ferme decem quā exiret de corpore, à nobis postulauit præsentibus, ne quis ad eum ingrederetur, nisi his tantum horis quibus medici ad inspiciendum intrabant, vel cum ei refectio inferretur. Vsq̄ huc de vita sancti Augustini. Aliter: Scribit idē sanctus Augustinus in sermone septimo decimo super Iohannem: Ieiunium autem magnū & generale est, abstinere ab iniquitatibus & illicitis voluptatibus seculi, quod est perfectum ieiunium, ut abnegantes impietates & seculares cupiditates, tēperanter & iuste viuamus in hoc seculo. Huic ieiunio quā mercedē addit Apostolus, sequitur & dicit: Expectātes illam beatam spem & manifestationem gloriæ beati Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi. In hoc ergo seculo quasi quadagesimā abstinentiæ celebram⁹, cum benè viuimus, cum ab iniquitatibus & illicitis voluptatibus abstinemus. Sed quia hæc abstinencia sine mercede non erit, expectamus beatam illam spem, & reuelationem gloriæ magni Dei

Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi. In illa spe cum fuerit de spe facta res, accepturi sumus mercedem denarium. Et paulò post, Denarius ergo, qui accepit nomen à numero decem, redditur: & coniunctus quadragenario, fit quinquagenarius. Vnde cum labore celebramus quadagesimam ante pascha, cum lætitia verò tanquam acceptam mercedem, quinquagesimam post pascha. Nam huic tanquā saluari labori boni operis, qui pertinet ad quadragenarium numerū, additur quietis & felicitatis denarius ut quinquagenarius fiat: significauit hoc ipse dominus Iesus multò apertius, quā dō post resurrectionē quadraginta diebus cōuersatus est in terra cū discipulis suis: quadagesima autem die cum ascendisset in cœlum, peractis decem diebus, misit mercedē spiritus sancti. Nam in decima die post ascensionem domini, hoc est, in vigiliis pentecostes, celebrata ecclesia baptisterium, & Litaniam exercet ante solēnia Missarū. Orat enim siue ut ipsa mereatur frui aduentu spiritus sancti, sicut Apostoli fructi sunt, qui baptizati sunt ab eo in pentecoste, seu ut neophyti perseverent in vnitāte ecclesiæ. Cantat postea memorata Ecclesia, Gloria in excelsis Deo, more Apostolorum, qui priusquā acciperent spiritum sanctū, in templo erant, semper laudantes Deum & benedicentes Dominum. Quauis dimisso ecclesiæ officio, non proponerem aliquid dicere in istis literis, tamen quia occurrit in hac festiuitate de baptismo scribere, desiderauit voluntarium me demonstrare de his, quæ circa baptisteria aguntur, scire aliquid. Nunc transio ad tres psalmos, qui cantantur in nocte pentecostes. Ut mihi videtur, hoc differt inter istos tres psalmos, qui in pentecoste cantantur, & inter tres qui in pascha Domini, quod est inter baptismum, quem acceperunt Apostoli per aquam, & baptismum, quem acceperunt per spiritum sanctū in die pentecostes, de quo eis dixit Dominus, Vos autem baptizabimini spiritu sancto. Iam baptizati erant aqua, iam acceperant spiritum sanctum: tamen dicitur eis postea, Vos autem baptizabimini spiritu sancto. De baptismo aquæ dicit Augustinus in Epistola ad Seleucianum: Tunc ergo quā dō Hierosolymis exiit cum discipulis suis in Iudæā, & illic morabatur cum eis; baptizabat non per se ipsum, sed per discipulos suos. Quos intelligimus iam fuisse baptizatos siue baptismo Iohannis, sicut nonnulli arbitrantur, siue, quod magis credibile est, baptismo Christi. Neque enim ministerium baptizandi defugeret, ut haberet baptizatos seruos, per quos ceteros baptizaret, qui non defugit memorabilis illius humilitatis ministerium, quā dō eis lauit pedes. Quod ante diem pentecostes acceperint spiritum sanctum, Iohannes manifestat, dicens: Cum ergo esset serò die illa vna sabbatorum, & fores essent clausæ, & post pauca, Hoc cum dixisset, insufflauit, & dicit eis, Accipite spiritum sanctum: Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, & reliqua. Iam acceperunt spiritum sanctū in remissionem peccatorum, sed adhuc restabat donum, quod nondum acceperant, sed accepturi erāt in die pentecostes, id est, ut prædicationem suam firmarent signis miraculorū, & ut non timerent rabiem persequentium, neque irretiri possent vinculo terreni desiderij, neque labefactari errore aliquo.

Tom. 7.

Credimus Petrum iam baptizatum fuisse, quā dō negauit ad vocem ancillæ. Simili modo & Thomam, qui dubitauit de Domini resurrectione. Sicut tunc duo baptisteria leguntur in Apostolis, vnū per aquam, & alterum per baptismum spiritus sancti: ita sunt hodie in nostra Ecclesia duo genera electorū, qui baptizati sunt. Vnū genus est in actiua vita, alterum in contemplatiua. Quæ duo genera Martha & Maria soror eius significabant. Optima pars Mariæ deputata est à Domino, sed Marthæ nō est reprehensa, quia bona est. Hæc distinctio potest inueniri in antiphonis, quæ dicuntur in pascha domini, & in pentecoste. In pascha domini dicit prima antiphona, Consiliū meum non est cum impiis: prima de pentecoste dicit, factus est repente de cœlo sonus tanquam aduentus spiritus vehementis. Spiritus vehemens pulcrem terræ solet dispergere. Distat multum inter donum Dei, quod separat fideles ab impiis, & illud donum, quod terrenas cogitationes expurgat de pectore. Ibi dicit secunda antiphona, Postulaui patre meū: hic dicit, Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis, à templo sancto tuo quod est in Hierusalem, alleluia alleluia. Simili modo distat inter eos qui in hæreditate Domini deputantur, quia fideles sunt, & tamen in actuali vita, & inter eos qui omnia terrena respuerunt, & precantur Deum, ut ad hæc non reuertantur, sed confirmet donum suum in eis, ut possint Deo semper à templo quod est in Hierusalem, alleluia cantare. Ibi dicit tertia antiphona, Ego dormiui & somnum cepi, & resurrexi: hic dicit tertia, Emitte spiritum tuum, & creabūtur, & renouabis faciē terræ, Christus enim resurrexit à morte, & nos quotidie possum⁹ resurgere à vitiis, & potest nobis veraciter dici, nolite contristare spiritū Dei. Hęc antiphona, quæ dicit Emitte spiritū tuū, & creabūtur, spiritū dei precatur obnixè aduenire, ut neque in cogitationibus, neque in verbis regnet spiritus superbiæ, sed spiritus Dei utrinquē deducat per suā creationē, ut scriptū est in euāgelio, Cū vos cepertint, & adduxerint, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: nō enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Precatur renouari faciē terræ, ut nouus homo sit cōstitēs se iustificatū non à se, sed gratia Dei. Sicut in pascha Domini tres psalmi recolunt opera Christi trium dierū, sic & in aduentu spiritus sancti eadem opera. Ut demonstraret vnū opus esse in potentia miraculorum totius. S. Trinitatis, vnus ordo psalmorū continetur & in resurrectione Domini, & in aduentu spiritus sancti. Sed in aliquibus minus operatur Christus, & in aliquibus plus. Stella enim à stella differt in claritate. Quod in pascha diximus de sequentibus baptismalibus noctibus, hoc & hic dicimus, ut tres psalmi recolāt sepulturā Domini triduanā in his præcipue, quæ nuper cōsepulti sunt Domino. Hoc agitur per septē dies propter sacramentū præsentis vitæ, & propter septimam diem, quam animæ sanctorū recipiunt ex utraque corporibus, vel septiformem spiritum sanctum, qui per vnumquēque diē diuerso cibo alit suos. Possunt & tres psalmi recollecte tres virtutes, id est, fidem, spem, & charitatem, sine quibus nemo potest placere Deo. Adnectimus etiā conuiuij, quod vnūquodque donum quasi vnusquisque frater parat suis conuiuijs per dies

Yy ij

septem, & tres virtutes, quasi tres sorores conuiuantes, ex libro sancti Gregorij primo de Moralibus: Ut enim, inquit, hæc ipsa dona breuiter septiformis spiritus replicem, alium diem habet sapientia, alium intellectus, alium consiliū, alium fortitudo, alium scientia, alium pietas, alium timor. Neque enim hoc est sapere, quod intelligere, quia multi æterna quidem sapiunt, sed hæc intelligere nequaquã possunt. Sapientia ergo in die suo conuiuuiū facit, quia mentem ab æternorū spe & certitudine reficit. Intellectus in die suo conuiuuiū parat, quia in eo, quod audita penetrat, reficiendo cor, tenebras eius illustrat. Consiliū in die suo conuiuuiū exhibet, quia dum esse præcipitem prohibet, ratione animū replet. Fortitudo in die suo conuiuuiū facit, quia dum aduersa non metuit, trepidanti menti cibos confidentiæ apponit. Scientia in die suo conuiuuiū parat, quia in ventre mentis, ignorantia ieiunium superat. Pietas in die suo conuiuuiū exhibet, quia cordis viscera misericordiae operibus replet. Timor in die suo conuiuuiū facit, quia dum premit mentem, ne de præsentibus superbiat, de futuris illã spei cibo confortat. Sed in hoc filiorum conuiuuiū illud perferendum video, quod semetipsos inuicẽ pascunt. Valdẽ enim singula quælibet destituitur, si non vna alij virtuti suffragetur. Minor quippẽ est sapientia, si intellectu careat: & valdẽ inutilis intellectus est, si ex sapientia non subsistat. Quia cum altiora sine sapientiã pondere penetrat sua illum leuitas grauius culturum leuat. Vile est consiliū, cui robur fortitudinis deest, quia quod tractãdo inuenit, carens viribus vsque ad perfectionem operis non perducit: Et valdẽ fortitudo destruitur, nisi per consiliū fulciatur: quia quo plus se posse conspicit, eo virtus sine rationis moderamine deterius in præceps ruit. Nulla est scientia, si vilitatem pietatis non habet: quia dum bona cognitã exequi negligit, sese ad iudiciũ arctius stringit: Et valdẽ inutilis est pietas, si scientiã discretionẽ caret: quia dum nulla hanc scientiã illuminat, quo modo misereatur, ignorat. Timor quoque ipse si nõ has etiam virtutes habuerit, ad nullum opus proculdubio bonæ actionis surgit: quia dum ad cuncta trepidat, ipsa sua formidine à bonis omnibus torpens vacat. Quia ergo alterñato ministerio virtus à virtute reficitur, rectẽ dicitur, quod apud se vicissim filij conuiuuantur. Cumque vnam alia subleuandam subleuat, quasi per dies suos numerosa soboles pascẽda conuiuuium parat. Sequitur: Et mittebant & vocabant tres sorores suas, vt comederent & biberent cum eis. Cum virtutes nostræ in omni, quod agunt, spem, fidem, & charitatem sciunt, quasi operatores filij tres ad conuiuuium sorores vocant, vt fides, spes & charitas gaudeant in opus bonum, quod vnaquæque virtus administrat. Quæ quasi ex cibo vires accipiunt, dum bonis operibus fidentiores fiunt, Et dum post cibum contemplationis rore infundi appetunt, quasi ex poculo ebriantur. Non abhorret à vero, si siue propter sepulturam Domini, memorauimus, tres psalmi in nocte cãtentur in diebus neophytorum, seu propter fidem, spem & charitatem, quæ vnusquisque Christianus debet tenere ab ipso initio intellectus sui.

De hora baptismi in sabbato, siue in vigilia Pentecostes. CAP. 23.

Notandum est quod ea hora diei nunc celebrat sancta ecclesia baptismum, qua hora ange-

lus Domini venit ad Cornelium, annuncians ei quod orationes eius & elemosinæ ascenderant in memoriam in conspectu Dei, & vt mitteret ad Petrum, qui cum baptizaret. Eadem hora venit baptista Petrus ad eundem Cornelium baptizandum. Ita enim interrogauit Petrus Cornelium, vt in Actibus Apostolorum scriptum est: Interrogo ergo, ob quam causam accersisti me: Et Cornelius ait, A nudius quartana die vsque ad hanc horam, orans eram hora nona in domo mea, & reliqua. Quem cõtinuò imbuuit Petrus symbolo fidei, vt in memoratis Actibus cõtinetur, moxque cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum. Quo peracto, respondit Petrus, Nunquid aquam quis prohibere potest, vt non baptizentur hi, qui spiritum sanctum acceperunt sicut & nos? Et iussit eos in nomine Iesu Christi baptizari. Igitur eo in tempore circa primitiuam ecclesiam hora nona baptismus celebratus est, vt & ipsa, & imitatrix eius, quæ hodierna die est, retineret in mēte, quod in morte Christi, qui hora nona emisit spiritum, oporteat eam baptizare. Hunc morem tenet nũc nostra ecclesia in vigilia Pentecostes, quæ præsignauit Cornelius, qui vt mereretur accipere baptismum, hora nona erat orans & ieiunans in domo sua.

De octauis Pentecostes. CAP. 19.

Quinquaginta dies post Pascha Domini, hoc est, totum tempus Pentecostes, figurant illam lætitiã, quæ erit in alia vita: siue, quia quadragenarius numerus partibus suis multiplicatus, quinquaginta facit, seu, quod quadraginta habent in se perfectionem operum bonorũ: cui numero si addatur denarius, qui tenet remunerationem operũ, quinquaginta facit: seu quæcunque alia ratio sit, hoc procul dubio tenetur, quod præsentis quinquaginta dies futuram quietem & securitatem atque lætitiã significant. Septem dies qui sequuntur, recolunt aduentum septiformis spiritus, siue nostram lætitiã, in qua congratulamur nuper baptizatis, qui nimirum informantur in corpore Christi. Habemus in nostris libris officialibus scriptũ, Post octauas Pentecostes. Idẽ de eodem scripto tractare debemus. Satis manifestum est, pentecosten exprimere numerum quinquagesimum: Non enim mea simplicitas nouit, quas octauas habeat pentecoste, sed quoniam hæc festiuitas, quæ (vt diximus) recolat aduentum spiritus sancti, & remunerationem nuper baptizatorum nomen obtinuit Pentecostes, ipsæ octauæ quæ huic mysterio possunt cõgruere, retinuerant nomen, quod habet prima dies huius festiuitatis. Quomodo aduentui spiritus sancti octauæ conueniant, vel regenerationi noui hominis, ex verbis sancti Augustini de sermone Domini in monte, aliquã scintillam luminis carpinimus. Post enumeratas sententias octo beatitudinum, dicit inter cætera: Octaua tanquam in caput redit, quia consummatum perfectumque ostendit & probat. Et paulò post: Septem sunt ergo quæ perficiunt nam octaua clarificat, & quod perfectum est, demonstrat, vt per hos gradus perficiatur, & cæteri tanquã à capite rursus exordians. Videtur ergo mihi etiam septiformis operatio spiritus sancti de quo Elaias loquitur, his gradibus sententiisque congruere. Et iterum: Hæc octaua sententia, quæ ad caput redit, perfectumque hominem declarat, significat fortasse & circum-

& circumcensionem octaua die in veteri testamento, & Domini resurrectionem post sabbatum, qui est vtrique octauus idem qui primus dies, & celebratio nem octauarum feriarum, quas in regeneratione noui hominis celebramus. Hucusque Augustini. Octauus dies est, qui & primus secundum formam octo beatitudinum. Prima beatitudo dicit, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Octaua, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Ad regeneratos pertinent hæc sententiæ, vt qui pauperes sunt, in hac vita propter regnum cœlorum vsque ad finem vitæ perseuerantes sint, & accipiant regnum pro quo laborauerunt hic. Baptismus Neophytorum quanuis in sabbato agitur, ad illum baptismum pertinet, quem Apostoli acceperunt in die pentecostes, cuius octauus dies, est dies Dominica sequens, quam solemus appellare octauas pentecostes. Iste sunt feriae, quas B. Augustinus memorat superius octauarum feriarum regenerati hominis. Hoc est inter nostrum baptismum, & apostolorum, quod illi primò aqua baptizati sunt, deinde acceperunt semel per insufflationem Christi spiritum sanctum adhuc in terra Christo sistente, postremò de cœlo in die pentecoste. Nos verò præsentẽ episcopo simul baptizamur, & per impositionem manus episcopi spiritum sanctum accipimus. Imitatio Christi mortem & eius resurrectionem, debemus consummationem nostri baptismatis in die Dominica cogitare, ne præcedant membra caput. Et secundum modum primitiæ ecclesię donationem spiritus sancti in eadem die hora tertia. Quanuis non eisdem diebus vel horis propter aliquas occasiones fluctuantis mundi celebratur aliquando baptismus vel impositio manus: tamen propter sacramentum quod in se continet, eisdem diebus & horis deputantur. Si enim propterea acceperunt apostoli spiritum sanctum hora tertia, quia fidem sanctæ Trinitatis prædicaturi erant, voluimus & nos in mente eadem hora percipisse eundem spiritum, in quo copulatur Trinitas, quæ monstrat eandem Trinitatem. Propius pertinet nostrum baptismum aliquo modo ad baptismum Apostolorum, quam ad baptismum Christi. Non propter sua abludã peccata baptizatus est Christus, sed propter formam membrorum suorum, quia esse in futuro poterant aliqui, qui sibi placerent de sua innocentia, & cogitarent non sibi esse necessarium baptismum: ac ideo præcessit Christi baptismus, qui sine peccato fuit, vt nemo deceptus per stultam securitatem, periret sine baptismo. Non propterea aduenit spiritus sanctus in colubæ specie super Christi baptismum, vt daret tunc ei donum, quod non habebat: sed vt nobis nostro in baptismate suam præsentiam monstraret adesse, & per colubæ simplicitatem demonstraret Christi simplicitatem & puritatem. Apostoli propterea baptizati sunt, vt peccata eorum delerentur in baptismo, sicut & nostra delentur: & ideo venit spiritus sanctus per ignem ad eos, quia rubigo peccati ex eorum fragilitate potuit eis inherere, & hanc voluit vis spiritus sancti in perpetuum consumere. Vis enim ignis vnam materiam consumit, & alteram reficit & fouet: Ligna consumit, & materiam nostri corporis reficit. Ita & ignis spiritus sancti

Tom. 6.

atque rubiginem peccatorum consumit, & animam nostram calefacit ad amorem Dei & proximi. Isti duo effectus sunt duo denarij, quos Dominus dedit sabbatario iuxta Lucam Euangelistam altera die, id est, secũda die, postquam alligauit vulnera semiuui quasi secunda die post baptismum. Benẽ duo sunt, qui significant ordinem dilectionis, quia Deum non potest diligere, qui non diligit proximum: neque rectẽ diligit proximum, qui non eum propter Deum diligit. Sicut in baptismate conformamur Christi morti & sepulture, ita in acceptione spiritus sancti spiritui viuificantur, qui operatur in nobis rectum ordinem dilectionis. Propter mortem Christi, quæ memoratur hora nona esse peracta, hora nona baptizantur, qui in Christi morte baptizantur, propterea mysterium consepulture Christi, quæ recolitur in sabbato, baptizatur Christi corpus in sabbato, vt post hanc sepulturam in die Dominica resurgat. Initium enim resurrectionis à Dominica die debemus celebrare. Sit illa Dominica dies initium noui hominis, qui resurrexit à mortuis: & iterum sepultura eius, quãdo anima transit in requiem sine corpore in sabbato die, quando vestimenta mutantur baptizatorum: & receptio eorum corporum celebratur in octauis pentecostes. Vel ideo celebratur octaua pentecostes, quia septiformis spiritus opus tunc perficitur, quando perfectum hominem monstrat, de quo dicebat Apostolus: Si quis autem in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Celebratur per septem dies opus septiformis spiritus, & in octaua die consummatio, & declaratio, atque glorificatio eiusdem operis. Quod si ita est, merito eandem glorificationem in nostris officiis recolat octaua dies, quæ redit ad caput, quam & prima dies. Itaque sicut celebrauimus maiestatem spiritus sancti in pentecoste, celebramus & in octauis eiusdem festiuitatis, quatenus sapissimẽ recolendo eius dona, dignetur eius charitas se profusiũ infundere cordibus nostris, vsquẽ dum, secundum euangelicum sensum, tria sata farinae fermententur in vnum, & totum quod cogitamus, aut intelligimus, aut viuimus, ad eius dilectionem referatur. In commemoratione harum trium mensurarum farinae, cantamus in eadem nocte tres psalmos in nocturnis, & vsque ad finem diei præsentis Domini, alleluia cantamus. Sic enim celebratur autoritate diuinæ legis festiuitas à vespera vsque ad vesperam, id est, à solis occubitu vsque ad solis occubitum.

De Aduentibus Domini. CAP. XXX.

Scriptum est in superioribus libellis, in quinta hebdomada ac quarta ante natiuitatem Domini, inchoari præparationem aduentus Domini: In quinta hebdomada propter quinque ætates mundi, in quibus fuerunt tales electi, qui crediderunt, & sperauerunt, & dilexerunt aduentum Domini: In quarta, propter quatuor ordines librorum scilicet legis, psalmorum, prophetarum, & initium euangelij. Quanuis liber Moysis narret electos viros extitisse in prima & secunda & tertia ætate mundi, tamen eo tempore scripsit illum Moyses totum, in quo deputatur legislatio. Addidimus etiam alterum sensum, posse initiari aduentum Domini in quinta seu quarta hebdomada, sequendo authores lectionarij & antiphonarij, ac Missalis, cuius authorem credimus esse beatum papam Gregorium. Quæ

Yy iij

utraque tempora intimant nobis rationabilem preparationem propter quinque sensus hominis, qui insunt corpori nostro, & quatuor elementa quibus constat corpus nostrum: At nunc tertium intellectum addimus, qui non minus conuenit preparationi aduentus Domini. Dicimus duos ordines esse iustorum in ecclesia nostra, qui student se preparare ad recipiendum Dominum venturum. Vnus ordo in seculari conuersatione studet, alter in spiritali. De ordine secularium possumus intelligere, quod lectio dicit in quinta hebdomada ante natiuitatem Domini. Propter hoc ecce dies veniunt, dicit Dominus, & non dicent vltra, Viuit Dominus qui eduxit filios Israël de terra Ægypti: sed, Viuit Dominus, qui eduxit & adduxit semen domus Israël de terra Aquilonis. † Adduxit Dominus filios Israël de terra Aquilonis, quando de Babylonia reuersi sunt in Iudæam: Sed melius adducit nostros bonos seculares Dominus ad Iudæam, id est, ad veram confessionem de cōfusione Babyloniæ, quando eos liberat de potestate diaboli & de corpore eius. Hoc fit per baptismum, quem habent seculares fideles & spirituales communem. Qui in animo patiuntur aquilonis rigiditatem, membra diaboli sunt. Quanto peior est diabolus totus cum capite in suo corpore, quàm vnum membrum eius: tantò melius nos liberati sumus à diaboli potestate, quàm essent filij Israël à regibus Chaldæorum. De ipsis secularibus memorat euangelium, quod in quinta memorata hebdomada legitur. Narrat enim quinque millia hominum Dominum pauisse ex quinque panibus. Quod ita Beda exponit in Euāgelio super Lucam: Erant autem ferè viri quinque millia, quia quinque sunt exterioris hominis sensus. Quinque millia viri Dominum sequuti designant eos, qui seculari adhuc habitu positi, exterioribus quæ possident, benè uti nouerunt. Qui rectè quinque panibus aluntur, quia tales necesse est legalibus adhuc præceptis instrui. † Officia cantorum & presbyterorum, quæ celebrantur in sacramentario, & habent initium in quarta hebdomada ante natiuitatem Domini, spirituales per quatuor euangelia ad potiorem perfectionem excitant. Vnde dicit epistola, quæ eodem die legitur, Sciētes quia hora est iam nos de somno surgere: Nunc autem propior est nostra salus, quàm cum credidimus. De eisdem spiritalibus dicit memoratus Beda in memorato libro. Nam qui mundo ad integrum renunciant, & quatuor sunt millia, & septem panibus refecti, hoc est, euangelica refectione sublimes, & spiritali sunt gratia docti: Cuius significandæ distantia causa mysticè reor in introitu quidem tabernaculi quinque columnas deauratas, ante oraculum verò, id est, sancta sanctorum, quatuor fieri iussas: quia videlicet incipientes per legem castigantur, ne peccent: perfecti autem, per gratiam vt deuotius Deo viuunt, admonentur. Typicè per cantum qui renouatur in quarta hebdomada ante natiuitatem Domini, gaudium mentium perfectorum intelligimus. Si per quinque hebdomadas illi intelliguntur, qui adhuc per penitentiam deplorat recentia peccata, meritò per quatuor hebdomadas eos intelligimus, qui gaudio spiritali proficiunt de virtute in virtutem, in qua videbitur Deus deorum in Sion. Isti duo ordines fuerunt in veteri testamen-

to, isti sunt modò. Renouatio cantus significat gaudium electorum, qui plurimum gaudent in aduentu dilecti Domini. Ad eos dicit versus, qui canitur in vespertinali officio: Rorate cœli desuper, & nubes pluunt iustum: aperiatur terra, & germinet saluatorem. Ipsi perfecti sunt cœli, ipsi sunt nubes, ipsi subtilia annunciant instar roris de incarnatione Domini, quando exponunt, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ipsi pluunt grossiora, quando narrant, quomodò Ioseph desponsauit Mariam, & Christus natus est in Bethlehem, & inuentus est in præsepio, & cætera talia. A perta est terra, vterus scilicet sanctæ Mariæ virginis sine damno virginitatis, & protulit germen totius mundi odoris, qui bonus odor redolet per vniuersum mūdum. At nunc multa corda fidelium ad vocem prædicatorū calefiunt, & germinant fidem rectam in Christo: proferunt gaudium, pacem, longanimitatem, & cætera germina, quæ fecundat spiritus sanctus. Alter versus in matutinali officio, dicit, Vox clamantis in deserto, parate viam Domino, rectas facite semitas eius. Quod est dicere, Et bona opera satagite, & cogitationes pias. Hoc ministerium, quod prædicatores debent satagere in diebus aduentus Domini, memorati verius recolunt. Quauis cum gaudio boni serui expectent aduentum Domini sui, tamen maximum gaudium recolunt in præsentia eius. Idcirco aliqua de nostro officio referuamus vsq; ad præsentiam natiuitatis Domini, hoc est, Gloria in excelsis Deo, & clarum vestimentum Dalmaticarum: si fortè nunc ita agitur, vt vidi actitari in aliquibus locis. Preparationem nobis necessariam insinuat Paulus Apostolus in memorata epistola, quæ legitur quarta hebdomada ante natiuitatem Domini. Nox, inquiens, præcessit, dies autem appropinquauit. Abiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honestè ambulemus, nō in comestationibus & ebrietatibus, nō in cubilibus & impudiciis, non in contentione & emulatione: sed induamini Dominum Iesum Christum. Sicut per plures & frequentiores nuncios mouetur magis ac magis animus subditi ad solitudinem suscipiendi prælatum, ita renouatione cantus mouemur magis ac magis ad curam nostræ preparationis in susceptionem Domini. Ideo octo dies ante natiuitatem Domini renouantur ferè tota nocte responsorij & antiphonæ, vt per hoc frequentius nos excitemur ad purgandas omnes quiescencias turpium cogitationum ac terrenarum, & dignum habitaculum, ornatum videlicet piis cogitationibus, paremus regi regum & Domino dominantium.

DEi filius, cum esset vnigenitus filius, voluit sibi fratres adiungere. Descendit ad humanum genus, & assumpsit hominem, vt faceret sibi fratres, nullum despiciens in fraterno loco suscipere, quem cognouit obedientem in mandatis præceptorum suorum. Vt sæpè dictum est, tempus præsentis seculi tribus temporibus distinguitur, videlicet naturalis legis, & legis literæ, & noui testamenti. Præcipui viri in naturali lege extiterunt tres, Abraham, Isaac, & Iacob. Quauis multi forent similes illis, tamen eorum se esse Deum specialiter Deus idem sapissimè memorat per scripturam, dicens: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Istis tribus

tribus tres psalmos primæ periochæ nocturnalis officij deputamus: præcipuè cum hi tres primi ponantur in genealogia Christi, & per hos ad memoriam reducimus omnes electos patres, qui in naturali lege fuerunt, & per Christi aduentum sociati sunt choro sanctorum angelorum, vt sicut angeli sanctæ Trinitati congaudent, ita & illi congaudeant. Secunda periocha recolat eos, qui exercebantur per legem & psalmos & prophetas. Eos nihilominus perduxit ad societatem sanctorum angelorum, vt & illi congaudeant sanctæ Trinitati. Adsciuit sibi etiam fratres in nouo testamento per primitiuam ecclesiam, & per gentilitatis obedientiam, & Iudaicam recognitionem. Quoniam istos plus honorauit suis aduentus, quàm præcedentes patres, ita vt si digni haberentur, quando transeunt de mundo, illic transferantur in cœlum, & coniungantur societati sanctorum angelorum, quod longo tempore expectauerunt patres, murmurantes infra claustra inferni: idè in illis antiphonis, quæ eos recolunt, alleluia celebratur, sicuti est: Ipse inuocauit me, alleluia: & iterum, Notum fecit Dominus*, alleluia.

De octauis in natiuitate Domini. CAP. XXXII.

Octauæ ideo celebrantur, quia primis diebus concurrunt, sicut vnus Dominicus dies ad alterum, qui eodem ritu celebrantur. Quando frequentia bona opera ad prima recurrunt, aliquo modo octauas exercemus. Tanta miseria fuit in hominibus ante Christi aduentum, vt nemo ad eandem innocentiam perueniret, quam habuit primus homo antequàm peccaret. Nam & circumcisio, quæ octaua die celebratur, in recollectione primæ innocentia agebatur, id est, vt mens circumcisio esset ab omni cogitatione carnali, quauis sit & ipsa figura futurorum verorum. Christus per baptismum restituit in genere humano eandem innocentiam, ideò quæ octaua die, id est, Dominica, ex baptismo resurrectio recolitur. Hoc est inter istos, qui primi innocentiam hominis imitantur, & illos qui in veteri testamento erant, quod quauis illi iusti essent, tamen detinebantur: infra claustra inferni ante Christi aduentum: isti penetrant regna cœlorum. Et quoniam ad meliorem statum vult nos redemptor noster perducere, quàm haberet primus Adam, adhuc expectatur octaua dies, quæ erit in resurrectione corporum. Primus Adam ita erat innocens, vt posset peccare, si veller: Et nos ita accipimus innocentiam per baptismum, vt possimus peccare, & possimus velle: sed post receptionem corporum nemo poterit, nemo volet peccare. Igitur quia ad hoc instituta sunt octauæ, vt redeant ad primum, oportet considerare quid in octauis Domini redeat ad primum diem natiuitatis. Primo die natiuitatis exiuit de vtero virginis, & inuentus est in præsepio pannis inuolutus: Nunquid octaua die exiuit iterum de vtero virginis, & inuentus est in præsepio, & celebrata sunt ea quæ de angelorum affatu leguntur prima die acta? Possumus tamen inuenire, in quo congruenter octaua dies congruat primæ. Duas causas intelligimus in Christi natiuitate, scilicet primam, Christum aduenisse ad homines: secundam, homines venisse ad Christum. De qua re dicit Augustinus in libro primo de doctrina Christiana: Non enim ad eum, qui vbique præsens

est, locis mouemur, sed bono studio bonisque moribus. Quod non possemus, nisi ipsa sapientia tantæ etiam nostræ infirmitati cōgruere dignaretur, vt viuendi nobis præberet exemplum. Non enim aliter, quàm in homine, quoniam & nos homines sumus. Sed quia nos cum ad illam venimus, sapienter facimus, ipsa cum ad nos venit, ab hominibus superbis quasi stultè fecisse putata est. Et quoniam nos, cum ad illam venimus, conualescimus, ipsa cum ad nos venit, quasi infirma existimata est. Sed quod stultum est Dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est Dei, fortius est, quàm hominis. Cum ergò ipsa sit patria, viam se quoque nobis fecit ad patriam. Et cum sano & puro interiori oculo vbique sit præsens, eorum qui oculum illum infirmum immundumque habent, oculis etiam carnis apparere dignata est. Quia enim in sapientia Dei non poterat mundus per sapientiam cognoscere Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Non igitur per locorum spatia veniendo, sed in carne mortali mortalibus apparendo, venisse ad nos dicitur. Illuc ergo venit ubi erat: Quia in hoc mundo erat, & mundus per eum factus est, Christi aduentum ad homines colimus in die natiuitatis eius: hominum aduentum ad Christum, colimus in octauis eius. Quod facile dinoscitur ex antiphonis, quæ cantantur in matutinali officio. Prima antiphona in natiuitate Domini, Genuit puerpera regem, de pura natiuitate Domini narrat: prima in octauis Domini, dicit, O admirabile commercium. Quando dicit commercium, ostendit aliud dari, & aliud accipi. Dedit Christus suam Deitatem, & accepit nostram humanitatem. Quod dedit, colimus in natiuitate eius: & quod accepit, in octauis. Membra iuncta capiti, congratulantur in præsentis festiuitate. De sequentibus antiphonis si quis considerare voluerit, potest agnoscere, quod antiphonæ de natiuitate Domini suam natiuitatem specialiter monstrant, & de octauis Domini, membrorum suorum copulationem. In antiphona, Quando natus es, ex persona hominis Dominus appellatur: & in nouissimo homo loquitur ad Deum, Te laudamus Deus noster. Tertia, Rubum quem viderat Moyses, sic loquitur ex persona membrorum ad Dei Genitricem, Intercede pro nobis. Quarta habet iterum in fine, Te laudamus Deus noster. Quinta tenet verba Iohannis Baptistæ, quibus demonstrat utilitatem nostram, quæ data est nobis ex aduentu Christi, dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Antiphona quæ in Euāgelio dicitur, & Domini præsentiam ad homines monstrat, & hominis assumptionem ad eum. Sic enim dicit: Mirabile mysterium declaratur, hodiè innouantur naturæ. Quomodò innouantur naturæ, Gregorius Nazianzenus manifestat in libro de secundis Epiphaniis, dicens: Quid de nobis agitur, vel pro nobis? Noua quædam & inaudita efficitur permutatio naturarum, Et Deus homo fit, & paulò post, Dei filius cepit esse filius hominis, non conuersus ex eo quod erat, sed assumens quod non erat, vt capi possit, qui capi non poterat, & per mediantem carnem sicut velamine quodam interposito, alioqui nos possit. Quoniam quidem ferè sinceram diuinitatis eius naturam nō erat corruptibilis huius

nostra fragillique natura, idcirco ergo incommixta miscetur, & non solum natiuitati nostrae Deus, vel carni superna mens, vel tempori illud quod ante omne tempus est, verum etiam virginitati partus imponitur, & impassibili passio conciliatur, & immortalis mortis poculum propinatur. Sequitur in antiphona: Id quod fuit, permansit: hoc est, verbum quod se nobis voluit demonstrare per materiam carnis, vt fuit incommutabile lumen, & Deus aeternus, sic permansit, non mutatum in aliquam creaturam. Sequitur: Et quod non erat, assumpsit. His verbis monstratur assumptio hominis: Quoniam Christus hominem dignatus est assumere in vnam eandemque personam Dei, merito membra capitis dicuntur transisse in Deum. Vnde Augustinus in sermone vicissimosexto super Ioannem: Quid est ergo credere in eum? Credendo amare, credendo diligere, credendo in eum ire, & eius membris incorporari. Sequitur: Non commixtionem passus, neque diuisionem, scilicet non est passus illam commixtionem quam dicit Sabellius in vnam personam Patris & Filij, neque illam diuisionem, quam blaterat Arrius. De circuncisione Domini me abunde facit securum lucubratiō sanctorum interpretum.

De Theophania & Inuitatione. CAP. XXXIII.

VNum omittimus in theophania ex his quae celebramus in natiuitate Domini, id est, Inuitatorium. Saepè dictum est, quod institutor officij, in quantum potuit, actionem omnem illius temporis, quando illa agebantur, quae recolimus in vstrato officio, voluit ad memoriam nobis reducere. Igitur quia voluit in isto distinguere nostram bonam inuitationem, qua inuitantur & excitantur fideles ad Deum deprecandum ab inuitatione Herodis, qui propterea congregauit scribas & principes Iudaeorum, vt sciret vbi Christus nasceretur, quem cogitabat interficere, Inuitatorium officij praesentis omisit. Praesens officium nocturnale certat intimare tria insignia nobis manifestata per aduentum Christi, id est, Aduentum Magorum, & baptismum Christi, & miraculum ex aqua factum à Christo. De secundo & tertio summam memoratur in tertia nocturna, & in antiphona, Hodie caelesti sponso iuncta est Ecclesia. Apertè verò & plenè de aduentu Magorum canit in duabus superioribus nocturnis. Nam & hoc videtur ordini potissimum congruere caeterorum officiorum. Verum officium, quod in nocte natiuitatis eius canitur, de infantia eius resonat. Memoria quae recolat per officia Cantorum de octauis Domini, & circuncisione eius, scintillas mittit de infantia, similique modo quod agitur in *ὑμνωδιῶν*. Idcirco congruebat, vt praesens officium plurimum illa tangeret, quae circa infantiam eius gesta sunt. Nec non & Apostolici viri satagebāt baptismum generalem transferre de praesenti festiuitate in festiuitatem Paschae & Pentecostes: Quem propterea multi certabant frequentare in ista festiuitate, quia in ipsa à multis creditur Dominus baptizatus esse à Ioanne. Vnde potest videri ab officio praesentis summam dictum esse de baptismo eius, & plenè de aduentu Magorum. Vt plenius haec clarescant, infero quod sanctus Leo Papa scripsit de memoratis festiuitatibus, dicens in capitulo

A octauo Decretalium: Ordo rerum per Iesum Christum Dominum nostrum temporaliter gerendarum in incarnatione verbi sumpsit exordium. Vnde aliud tempus est, quo, adnunciant angelo, beata virgo Maria fecundandam se per spiritum sanctum credit & concepit: Aliud, quo, salua integritate virginea, puer editus, exultante gaudio caelestium ministrorum, pastoribus indicatur: Aliud, quo infans circunciditur: Aliud, quo hostia pro eo legalis offertur: Aliud, cum tres Magi, claritate noui sideris incitati, in Bethlehem ab Oriente perueniunt, & adorant paruulum, mystica munerum oblatione venerantur. Nec iidem sunt dies, quibus impio Herodi ordinata diuinitus in Aegyptum translatione subtrahitur, vel quibus ab Aegypto in Galilaeam, mortuo persecutore, vocatus est. Inter has autem dispensationum varietates accedunt augmenta corporea. Crescit Dominus, sicut Euangelista testatur, profectibus & aetatis & gratiae. Tertia nocturna praesentis festiuitatis recolat tres terminos credentium, id est, populi Iudaici ante receptionem gentilium, gentilis populi post repulsionem Iudaicae plebis, iterum populi Iudaici in finem mundi. In prima nocturna recolat intellectus Magorum, qui Christum intellexerunt Deum esse. In secunda nocturna idem intellectus, qui conspiciat Christum regem esse: In tertia, qui conspiciat Christum ad hoc venisse, vt doceret homines suo baptismo, necessarium eis esse baptizari, & per baptismum mori patri diabolo & operibus eius, & pompis eius. In baptismo Christi mors & sepultura eius recolat. Hanc tertiam periclam recolimus per Introitus Missae ab octauis Theophaniae vsque in praesentationem Domini, nisi forte anticipet nos tempus Septuagesimae. Primus introitus est post octauas Theophaniae, iuxta ordinem Antiphonarum nostri, In excelso throno vidi sedere virum, quem adorat multitudo angelorum. Apostolorum & Apostolicorum virorum est ista visio, hoc est, vt mente intelligant eundem Dominum, qui à Magis adoratus est quasi infans, & cuius praesentatio isto in tempore expectatur vsque ad quadragesimam diem natiuitatis, & gubernare virtutes caelorum, & ab his adorari. Secundus est, Omnis terra adoret te Deus, qui pertinet ad multitudinem credentium, vt quem primò adorauerunt tres Magi, postea adorent omnes credentes ex Asia, & Africa, & Europa. Iam circa hebdomadam, in qua celebratur praesentatio Domini, cantatur, Adorate eum omnes angeli eius. Vnde dicit Apostolus, Vt in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum. Quod ita exponit Ambrosius in epistola ad Philippenes: Hoc enim illi donauit, vt omnes illum adorent, & vt omnes Deum consistantur Iesum Christum in gloria Dei patris effectum, hoc est, talem potitum gloriam, qualem fas est illum qui sibi patrem adscribitur Deum, potiri, propter illam populationem quam habet ad vnigenitum. Et post pauca: Caelestium quidem dicit inuisibilem virtutum. Et Petrus de eodè filio Dei dicit: Profectus, inquit, in caelum, subiectis sibi angelis & potestatibus & virtutibus. Vnde Beda in tractatu epistolae eiusdem Petri:

Petri: Nulli dubium quin filio Dei semper erāt angeli & omnes patris caelestis virtutes ac potestates subiectae, quem cum patre & spiritu sancto vnum sine initio Deum laudant, tremunt, adorant. Sed necessarid admonendum beatus Petrus aestimauit, quod assumpta humanitas in tantam sit gloriam resurgendo sublimata, vt incomparabili culmine omni angelicae dignitatis potentiae praeratur. † Iste introitus aut intra se habet *ὑμνωδιῶν*, aut initium possidet infra octo dies eiusdem *ὑμνωδιῶν*, nisi per anticipationem Paschae praeratur Septuagesima. Memorati introitus beneficia Christi insinuant praestita nobis ad laetificanda corda nostra. Idcirco cum duobus cantamus offertoria, Iubilare. Laetari enim nos oportet, quia non solum de inferno inferiori beneficia Christi nos liberant, sed etiam de claustris inferni, & perducunt vsque ad visionem sempiternae gloriae. Vnde versus responsorii, qui cantatur in hebdomada *ὑμνωδιῶν*, dicit, Quoniam aedificauit Dominus Sion, & videbitur in gloria sua. De quo ita Augustinus in tractatu psalmodum: At vero cum venerit iudicare cum angelis suis, quando congregabuntur ante eum omnes gentes. Et post pauca: Aedificauit Dominus Sion, & videbitur in gloria sua, qui in illa primò visus est in infirmitate sua. Ex hoc versu possumus conuicere institutorem officiorum insinuare voluisse praesentationem Domini in templo excitare nos ad praesentationem sibi & patri. Quadragesima dies, in quibus expectatur Domini praesentatio, omnem statum sanctae ecclesiae demonstrant hinc in presenti saeculo, quando necesse est ei per quatuor partes mundi satagere, vt impleat decem praecipua legis, hoc est, vt iuste & pie viuat in hoc saeculo, expectans beatam spem, quando videat Dominum in gloria sua & choros angelorum adorantes Deum. Eandem perseverantiam in bono studio figurat tunica talaris, quam induit Ioseph in praefiguratione corporis Christi, & nos clerici eam portamus sive in quotidiano vsu, sive in ecclesiastico. Ex ea nempe admonemus populum Dei, vt vsque ad finem mundi sataget se operire bonis operibus. Vnde Gregorius in primo libro de Moralibus: Nam quid est talaris tunica, nisi affectu consummata? Quasi enim propensa tunica talum corporis operit, cum bona actio ante Dei oculos vsque ad vitam terminum tegit. Hoc est cereos accessos manibus portare in *ὑμνωδιῶν*, quod est in praesentatione sui vnumquenque secum habere opera sua, in quibus clarus & lucidus appareat in caetu sanctorum angelorum, in quorum commemoratione celebratur in nocturnali officio *ὑμνωδιῶν* nouenarius numerus. Post commemorata officia, veniente septuagesima, mutamus cantum laetitiae in tribulationem, vt ex eo trahamus ad nostram memoriam, cui affectui debitorum sumus ex nostris meritis, & vt è ducatur humilitatis perueniamus ad passionem Domini.

De octauis Theophaniae. CAP. XXXIII.

Natus est Christus ex Maria virgine temporaliter non propter se, vt tunc inciperet esse, quasi non antea esset: ante omnia tempora fuit cum patre per quem haec omnia tempora creata sunt: sed vt mentibus nostris noua lux appareret, per quam reuerteremur ad creatorem nostrum, qui eramus in

tenebris. Simili modo baptizatus est, non quod egerit baptisterio, vt in eo ablueret sua peccata, quae nulla erant: sed vt formam daret suae ecclesiae, quomodo quaereret abluui sua peccata: Vnde ipse dicebat in Euangelio: Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Mortuus est Christus, vt suum corpus quod est sancta ecclesia, morti moreretur. Erat prius genus humanum Deo mortuum, quia morti obediebat. Viuebamus morti, cum ei seruiebamus: morimur morti, cum ei renunciamus. Vt ad memoriam reducamus, quod Christus propterea passus sit, vt nos moreremur peccato, in quarta feria ante caenam Domini & nostra mortificatio recollitur in aliquibus officiis, & Domini passio legitur. Vnde dictum est in iam scripto libello de quinta varietate. Si sequerentur dies post sextam feriam, in quibus oporteret tristari, forte octauas passionis Domini celebrassemus, hoc est, per celebrationem officij ad memoriam reduceremus morti obnoxii mori nos debere. Moritur homo luxuriae, qui castitatem seruat: moritur inuidiae, qui charitate pollet: moritur incredulitati, cuius cor fide mundatur.

In duabus lectionibus quae leguntur in sexta feria passionis Domini, animaduertimus duas mortes in eodè die celebratas. Lectio de Exodo, Christi mortem manifestat: de Osee verò, membrorum suorum, de quibus dicit Paulus: Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitis & concupiscentiis. Tractus qui sequitur post lectiones, Qui habitat in adiutorio altissimi, informat omne praesidium, quo adiuuantur à Domino sancti in in certamine positi. Hunc psalmum congruit potissimum meditari, cum quis periculis appropinquat, & circumdatur insidiis aut angustiis, velut bestia multis laqueis irretita, vt possit audiri à Domino: Inuocabit me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione. Idcirco nunc cantatur ex persona membrorum, quia affectum illorum non dedignatus est Dominus in se assumere. Cantatur & per singulas noctes propter timores nocturnos, vel quia somnus habet imaginem mortis. In passione Saluatoris nostri paries inimicitiarum ruptus est, & coniuncti sunt duo populi in vno lapide angulari, quod non potuit fieri, nisi gentilitas prius moreretur morti vitiorum. Quoniam ista non proposuimus hinc inquirere, sed precamur supplices, vt ab eo spiritu inserta sint, qui vbi vult spirat: nunc ad propositum redeundum est. In theophania celebramus, quomodo Dominus à Magis sit inquisitus, & inuentus, ac adoratus: quomodo laetati sint coniuuati in nuptiis: quomodo sit baptizatus. Quae omnia possumus dinoscere ex antiphonis, quae cantantur in matutino. In octauis eius celebratur res pro qua Christus baptizatus est, hoc est, nostrum lauacrum, per quod nostra peccata abluuntur, quale est illud de prima antiphona in octauis Theophaniae. Veterem hominem renouans Saluator & in secunda, Te qui in spiritu & igne purificas humana contagia. Idipsum poterit reperire diligens inquisitor in sequentibus. Quia duo praecipua sunt dilectionis, Dei scilicet, & proximi, sicut honorando baptismum Christi Dei & saluatoris nostri celebrauimus in Theophania, celebremus & nostrum initiatum iam in capite nostro, in octauis Epiphaniae, hoc est,

ad memoriam reducamus, qua de causa Christus baptizatus sit scilicet quia necesse erat ut baptizaremur. Et quid prodest baptismus, antiphonae monstrant in octauis Theophaniae. Vnde dicit vna ex illis, Baptizato Domino, facta est peccatorum nostrorum remissio. *Utrum* non habet octauas, quoniam legaliter praesentatus est in templo Christus. Ad quod nullus doctor nos coarctat, ut infantes nostri quadragesima die natiuitatis suae praesententur in templo.

De natalitijs Sanctorum. CAP. XXXV.

Quæ sint natalitia Sanctorum, ex vno responso, qui cantatur in festiuitate beati Stephani, cognoscere possumus. Dicit responso: Hesternodie natus est Dominus in terris, ut Stephanus naceretur in caelis. Natalitia sanctorum, natiuitates eorum monstrant, quibus nascuntur in societatem nouem ordinum angelorum, & in societatem sanctorum patrum naturalis legis, & legis literæ, & noui testamenti. Propter gloriam noui testamenti continent antiphonae de tertia periocha alleluia, veluti sunt: Exaltabuntur cornua iusti, Alleluia. Lux orta est iusto, Alleluia. Custodiebant testimonia eius & praecepta eius, Alleluia. In festiuitatibus, quas recolimus per nouenarium numerum, stantes oramus, recolendo sanctam societatem angelorum & patrum sanctorum, qui iam sunt in laetitia sempiterna.

De octauis natalitijs sanctorum. C. A. P. XXXVI.

Solemus octauas natalitijs aliquorum sanctorum celebrare, eorum scilicet, quorum festiuitas apud nos clarior habetur, veluti est, in octauis Apostolorum Petri & Pauli, & ceterorum sanctorum, quorum consuetudo diuersarum ecclesiarum octauas celebrat. Si non valeamus omnium sanctorum natalitia celebrare, quanto minus octauas eorum? Non est nobis differendum, quæ ecclesiae illas vel illas colant octauas, sed quid nobis inuant ipsae octauae. In natalitijs sanctorum frequentamus receptiones illas, in quibus animae sanctorum recipiuntur, quando exeunt de corpore. De his receptionibus dicit Augustinus in sermone quadragesimo sexto super Ioannem: Sicut ergo diuersae custodiae agentium in officia, sic diuersae custodiae mortuorum, & diuersa merita resurgentium. Receptus est pauper, receptus est diues: sed ille in sinu Abraham, ille ubi sitiret, & aquae guttam non inueniret. Habent ergo omnes animae (ut ex hac occasione instruat charitatem vestram) habent omnes animae cum de seculo exierint, diuersas receptiones suas: habent gaudium bonae, & malae tormenta. Sed cum facta fuerit resurrectio, & bonorum gaudium amplius erit, & malorum tormenta grauiora, quando cum corpore torquebuntur. Recepti sunt in pace sancti patriarchae, prophetae, Apostoli, martyres, boni fideles, omnes tamen adhuc in sine accepturi sunt, quod promissit Deus. Promissa est enim resurrectio etiam carnis, mortis consumptio, vita aeterna cum angelis: hoc omnes simul accepturi sumus. Nam requiem, quae continuo post mortem datur, si ea dignus est, tunc accipit quisque cum moritur. Priores acceperunt patriarchae, videte ex quo requiescunt: posteriores prophetae, recentius Apostoli, multo recentius martyres sancti, quotidie boni fideles. Et alij in ista requie tam diu sunt, alij non tam diu, alij annis paucioribus, alij nec recenti tempo-

re. Cum vero ab hoc somno euigilabunt simul omnes, quod promissum est, accepturi sunt. In natalitijs sanctorum memoratae requie congratulamur: in octauis vero eorum, resurrectioni corporum. Quo honore digna sit octaua dies, liber Leuiticus monstrat: & quid habeat in mysterio, Ezechius presbyter tractat super eundem Leuiticum in libro sexto. Dicit Leuiticus, & locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel: A quindicesimo die mensis huius septimi erunt feriae tabernaculorum septem diebus Domini: dies primus vocabitur celeberrimus atque sanctissimus: Omne opus seruile non facietis, & septem diebus offeretis holocausta Domino, dies quoque octauus erit celeberrimus atque sanctissimus. Vnde dicit memoratus Ezechius: Et primam autem septem dierum celeberrimam atque sanctissimam appellauit. Qui enim scit praesentibus tanquam tabernaculo uti, prima dies, id est, initium & principium a sanctificatione uocationis incipit. Propterea & nimis consequenter ait: Omne opus seruile non facietis: quia nulli in seculo seruiunt, qui tanquam tabernaculum & transitoria ea quae in eo sunt, intendunt. Sed & septem diebus holocausta offerri praecipit, ostendens oportere per omne tempus perfectam conuersationem sequi. Quando ergo istam praesentem vitam percurrerimus, tunc celeberrimum atque sanctissimum octauum diem, seculum videlicet futurum, habebimus. Et infra: Die autem primo requies, & in octaua die requies, non iam septimo, cum numero septem dierum festiuitatem agi proposuisset sed octauo. Primum quidem, quia his, qui secundum litteram legem tenent, festiuitatem celebrare non licet. A nouo enim segregatus est populus, qui scit legem secundum spiritum accipere, & octauum honorare, quem diximus significare mortuorum resurrectionem.

Vbi sanctus Hieronymus exponit illud ad Galatas, Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos, Timeo vobis, ne forte sine causa laborauerim in vobis: ubi sententiam Christianorum subnequit contra eos, voluit nobis opponere, quod obseruemus dies & tempora, vnde arguti sunt a Paulo neoterici Christiani. Dicit inter alia ita: Dicat aliquis, si dies obseruare non licet, & menses, & tempora, & annos: nos quoque similiter crimen incurrimus, quartam sabbati obseruantes, & pasceuen, & diem Dominicam, & ieiunium quadragesimae, & paschae festiuitatem, & pentecostes laetitiam, & pro varietate regionum, diuersa in honore martyrum tempora constituta. Ad quod qui simpliciter respondebit, dicit: Non eosdem Iudaicæ obseruationis dies esse, quos nostros. Nos enim non azymorum pascha celebramus, sed resurrectionis & crucis: nec septem iuxta morem Israel numeramus hebdomadas in pentecosten, sed spiritus sancti veneramur aduentum: & ne inordinatè congregati populi fides minueretur in Christo, propterea dies aliqui constituti sunt, ut in vnum omnes pariter veniremus: non quod celebrior sit dies illa, qua conuenimus, sed quacumque die conueniendum sit, ex conspectu mutuo laetitia maior oriatur. Qui vero opposita quaestioni acutiùs respondere conatur, ille affirmat, omnes dies aequales esse: nec pasceue tantum

De obseruatione dierum per annum. C. A. P. XXXVII.

tum Christum crucifigi, die Dominica resurgere: A sed semper sanctum resurrectionis esse diem, & semper eum carne uelci Dominica: Ieiunia autem & congregationes inter dies propter eos a viris prudentibus constituta sunt, qui magis seculo vacant, quam Deo: nec possunt, immò nolunt toto in ecclesiam vitae suae tempore congregari, & ante humanos actus Deo orationum suarum offerre sacrificium. Quotus enim quisque est qui saltem haec pauca, quae statuta sunt vel orandi tempora, vel ieiunandi, semper exerceat? Itaque sicut nobis licet vel ieiunare semper, vel semper orare, & diem Dominicam accepto Domini corpore indefinenter celebrare gaudentibus: non ita & Iudaeis fas est omni tempore immolare agnum, pentecosten agere, tabernacula figere, ieiunare quotidie. Post enumerationem temporum, quae obseruabantur tempore in illo, quando beatus Hieronymus haec scripsit, illata est causa, quare Christiani tempora memorata obseruantes, crimen non incurrant. hoc est, qui simpliciter respondebit, dicit Non eosdem Iudaicæ obseruationis dies esse, quos nostros, & cetera quae sequuntur. Et iterum infra: Qui vero opposita quaestioni acutiùs respondere conatur, illud affirmat, omnes dies aequales esse, nec pasceue tantum Christum crucifigi, & die Dominica resurgere, sed semper sanctum resurrectionis esse diem, & semper eum carne uelci Dominica. Superior excusatio, in qua dicitur, non eosdem dies esse in obseruatione apud nos, qui apud Iudaeos obseruantur, aliquod nobis supplementum accommodat, qui propterea tempore passionis Domini omittimus salutationem solitam, quia Iudas salutauit Dominum falso, & genuflexionem in oratione die pasceues, quae sit pro Iudaeis, quia Iesu illud genu flectebant, & in oratione duodecim lectionum, quando memoratur passio trium puerorum in fornace, quia nolebant poplite flexo adorare statuam Nabuchodonosoris cum perfidis, & Inuitatorium in diebus passionis Domini, quando uellicet congregabantur ad pessima consilia de nece Domini. Similiter in Theophania inuitatorium omittimus, quando Herodes congregauit sapientes Iudaeorum prauo animo ad inquirendum, ubi Christus nasceretur. Quartam feriam, & pasceuen, & diem Dominicam, & ieiunium quadragesimae, & paschae festiuitatem, & pentecostes laetitiam, & pro varietate regionum diuersa in honore martyrum tempora constituta obseruamus. Quartam feriam obseruamus, quia, ut ait Augustinus ad Casulanum, in ea die congregati sunt Iudaei, & consiliati sunt de nece saluatoris. Pasceuen, quia in eo passus est idem saluator. Quoniam isti dies antiquitus erant in obseruatione ritus Romanae Ecclesiae obtinuit, ut iisdem diebus mutaret officia, & Missam celebraret hora nona: per quod forinsecus populus congregaretur in vnum, quando aliqua causa noua imminebat ad deprecandum in quibus obseruatio celebrabatur. Vnde dicit Hieronymus memoratus in superioribus: Ieiunia autem & congregationes inter dies propter eos sunt a viris prudentibus instituta, qui magis seculo vacant, quam Deo, nec possunt, immò nec volunt toto in ecclesiam vitae suae tempore congregari, & ante humanos actus Deo orationum suarum offerre sacri-

ficiam. Quotus enim quisque est, qui saltem haec pauca, quae statuta sunt vel orandi tempora, vel ieiunandi, semper exerceat? & reliq. Habemus ex Romano Ordine sabbati diem in obseruatione, quem non computauit Hieronymus in ordine dierum obseruationis. Nouimus enim ex multis auctoribus, quod dies sabbati sicut quarta sabbati, & sexta inclusa erat ieiunio apud Romanos, & in eo officium mutatum saepe habemus, sicut in quarta & sexta sabbati, & praecipue in ea benedictio datur, quia ipsa est, quam benedixit Dominus. & proprie significatio ad spiritum sanctum pertinet, qui est septiformis. Vnde cum & pater spiritus sit, & filius spiritus sit, quonia Deus spiritus est: & pater sanctus, & filius sanctus sit, proprio tamen nomine amborum spiritus vocatur Spiritus sanctus. De eodem sabbato diuerso modo obseruatum est apud orientes, & apud aliquos occidentes, necnon & apud Romanam urbem. De qua re sufficienter a sancto Augustino tractatum est in epistola ad Casulanum presbyterum, de quibus pauca hic inseram: De varietate, inquit, ad Casulanum de Urbico: Non tibi persuadeat urbem Christianam sic laudare sabbato ieiunantem, ut cogaris orbem Christianum damnare prandentem. Et iterum ex responsione sancti Ambrosij in eadem epistola, qui inquit: Quando hic sum, non ieiuno sabbato: quando Romae sum, ieiuno sabbato. Et ad quamcunque Ecclesiam ueneritis, eius morem seruate, si pati scandalum non uultis, aut facere. Scriptum est in vita beati Ambrosij, quod ipse Ambrosius ieiunaret ceteros dies hebdomadae, sabbato & Dominico pranderet. Quare prandio ueretur in sabbato aut in Dominica, memoratus Augustinus monstrat in memorata Epistola, scribens de sabbato sic: Quibus autem diebus non oportet ieiunare, & quibus oporteat: praecipit Domini uel Apostolorum, non inuenio definitum: Ac per hoc sentio quidem non ad obtinendam veritatem, quam fides obtinet, atque iustitiam, in qua est pulchritudo filiae regis intrinsecus: sed tamen ad significandam requiem sempiternam, ubi est verum sabbatum, relaxationem quam constrictio ieiunij aptius conuenire. Et infra: Duo quippe sunt, quae iustorum beatitudinè, & omnis miseriae finem sperare faciunt, mors, & resurrectio mortuorum. In morte requies est, de qua dicitur per prophetam: Plebs mea, intra in cellaria tua: abscondere pusillum, donec pertranseat ira Domini. In resurrectione autem in homine toto, id est, in carne & spiritu, perfecta felicitas. Hinc factum est, ut horum duorum utrunque ad significandum non putaretur labore ieiunij, sed potius refectionis hilaritate, excepto uero paschali sabbato, quo discipulorum, sicut diximus, luctus propter rei gestae memoriam fuerat ieiunio prolixiore significandus. Huic enim sensui potest congruere, quando festiuitates sanctorum celebramus, ut in prioribus festiuitatibus congratulemur animabus sanctorum, & in octauis eorundem sanctorum, resurrectioni corporum. Pro hac re solebant omnes Romani omnia sabbata ieiunare, quae modo dixit Augustinus in vno sabbato obseruari. Propterea dico praeteritum, quia nescio quomodo nunc agunt. Si quis uoluerit episcoporumum Ambrosium imitari vsquequaque, non erit extor-

toris à consortio sanctorum. Ponatur populus in doctrina sancti Augustini, ubi dicit in memorata epistola: Libenter acquiescas episcopo tuo in hac re, noli resistere: & quod facit ipse, sine vilo scrupulo vel disceptatione sectare. Vt omnis disceptatio discipulis ablit propter diuersa hec ieiunia, dummodo teneatur fides, spes, & charitas in idipsum, quibus omnis doctrina prophetarum & scientia scripturarum seruit, repetit versum saepe sanctus Augustinus in memorata epistola, Adstitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumamicta varietate. Obseruatur etiam apud nos in aliquibus locis vnus dies, id est, secunda feria, qui non est deputatus in obseruatione à memoratis authoribus, id est, à sancto Innocentio, & sancto Ambrosio, & sancto Augustino, necnò & beato Hieronymo, quem adhuc solent nostri principes in ieiunio libare, quando indicitur triduanum ieiunium instar Niniuitarum. Quod, vt reor, potest habere normam à prædicatione Pauli, qui dixit, Alius iudicat diem inter diem, alius iudicat omnem diem. Tamen exponens illud Ambrosius, de cæteris silet, quartam & sextam sabbati introducit, iuxta morem quem tenebat populus, qui ei tunc notus erat. Verius tamen implent, quod dicit Paulus, qui inter Dominicum diem & tertiam sabbati refectionis, medium ieiunabant secundam sabbati: Iterum inter tertiam sabbati & quintam refectionis ieiunant quartam: & iterum inter quintam sabbati & septimam refectionis ieiunant sextam. Dies Dominicus interdictus est ad ieiunandum in libro, qui proprie vocatur Canoncs. Rationem interdictionis sanctus Augustinus aperit in memorata epistola ad Casulanum: Die, inquit, Dominico ieiunare scandalum magnum est, maxime, posteaquam innouit detestabilis multumque fidei Catholicæ scripturisque diuinis apertissime contraria hæresis Manichæorum, qui suis auditoribus ad ieiunandum istum, tanquam legitimum constituerunt diem, per quod factum est, vt diei Dominici horribilius haberetur. Sanctus Hieronymus vnã quadragesimam ponit in obseruatione: nos obseruamus tres quadragesimas, id est, ante pascha Domini, circæque festiuitate sancti Ioannis, & ante natiuitatem Domini. Sit à pijs mentibus frequentatū apud nos: apud sanctum Hieronymum manifestum est, quod Montanus Hæreticus illam obseruationem trium quadragesimarum statuerit apud suos, id est, tres quadragesimas per annum: Apud nos quoque non est dubium, quin præparare nos debeamus in aduentu Domini multis pijs operibus. Natalicia sanctorum obseruantur apud nos, de quibus dicit Augustinus in memorata epistola: Diebus Dominicis omnibus, & quinquaginta post pascha, & per diuersa loca diebus solennibus martyrum, & festis quibusque pranderetur. solemus post octauas natiuitatis Domini octauas celebrare sancti Stephani, & sancti Ioannis Euangelistæ, atque Innocentium, vt eorum octauarum cantu perueniamus ferme vsque ad vigiliis theophaniæ. De ieiunio quod facimus ante ascensionem Domini, manifestum est, à quo authore habeat exordium, de quo nihil mihi dicendum est, quoniam dicit idem beatus Augustinus: In his enim rebus, de quibus nihil certi statuit

scriptura diuina, mos populi Dei, & instituta Maioriam pro lege tenenda sunt. Tamen non possumus dicere, quòd de lætitia dierum pentecostes non sit scriptum à sanctis authoribus.

Quoniam de natalitijs sanctorum pauca prælibauimus, iuuat subnectere verba sancti Ioannis Chrysostomi, vt his admonear, quomodo me ipsum debeam coercere à superfluis verbis & risu, quando coram sancto altari adstitero: Dicit idem in tractatu duodecimo super epistolam ad Hebræos: Strat sacerdos Dei, orationem offerens cunctorum: tu autem rides, nihil timens? Et ille quidem tremens pro te orationem offert, tu autem contemnis? Non aduertis scripturam dicentem, Væ contemptoribus? Non contremiscis? Non colligis temetipsum? Et in aulam quidem regiam intraturus, & habitu, & oculis, & incessu, & cunctis alijs componis & ornas temetipsum: huc autem ingressurus, ubi verè est aula regia, & talis, qualis cælestis est, rides? Et tu quidem nescis, quia non vides, audi tamen quia angeli præsentés sunt vbique, & maxime in domo Dei adstant regi, & omnia plena sunt incorporeis illis virtutibus. Iste mihi sermo etiam ad mulieres dicitur. Et ante viros quidem non citius hoc audent facere, ac si faciunt, non tamen semper, sed in tempore remissionis. Hic autem & velas & obnubis caput tuum. Dic mihi, rides ò mulier in ecclesia sedens? Ingressa es confiteri peccata tua, procidere Deo, postulare, & deprecari pro delictis tuis, & cum risu hoc facis? Quomodo ergo eum propitiare poteris? Et quid malum est risus, inquit? Non est malus risus. Itane non est malum, sed valdè malum, importuno tempore immoderate? Risus enim inest nobis, vt quando amicos viderimus, post multum temporis hoc facimus: quando aliquos delinquentes & timentes, vt foueamus eos risu, non vt cogamus nos ipsos, & semper rideamus. Risus inest animæ nostræ, vt remissionem habeat aliquando anima, non vt diffundatur.

Memini me dixisse in superioribus dubitando, Vtrum corona clericorum nostrorum formam primò acciperet à sancto Petro, an à successoribus eius, scilicet episcopis vrbis Romæ. Reperi postea auctoritatem huiusce rei Bedæ famuli Dei in historia Anglorum, capitulo vigesimo primo, ex Epistola Ceolfri abbatris ad Aytanum regem Pictorum. Verum etsi profiteri nobis liberum est, quia tonsuræ discrimen non noceat, quibus pura in Deum fides & charitas in proximum sincera est, maxime cum nunquam patribus catholicis sicut de paschæ vel fidei diuersitate conflictus, ita etiam de tonsuræ differentia legatur aliqua fuisse controuersia. Inter omnes tamen quas vel in ecclesia, vel in vniuerso hominum genere reperimus tonsuras, nullam magis sequendam nobis amplectendamque iure dixerim, quam in capite suo gestabat ille, cui se contenti Dominus ait, Tu es Petrus: nullam magis abominandam detestandamque meritò cunctis fidelibus credideram ea, quam habebat ille cui gratiam spiritus sancti comparare volenti idem Petrus ait: Pecunia tua recum sit in perditione, quoniam donum Dei existimasti per pecuniam possideri, non est tibi pars neque fors in sermone

Quando celebrant diuina mysteria, qua reuerentia & mentis standum sit in Ecclesia. CAP. XXXVII.

Iterum de cõtura clericorum. CAP. XXXIX.

sermone hoc. Neque verò ob id tamen in coronam atrondemur, quia Petrus ita atronfus est: sed quia Petrus in memoriam Dominicæ passionis ita atronfus est. Idcirco & nos qui per eandem passionem saluari desideramus, ipsius passionis signum cum illo in vertice, summa videlicet corporis nostri parte, gestamus. Sicut enim omnis ecclesia quia per mortem sui viuificatoris ecclesia facta est, signum sanctæ crucis eius in fronte portare consuevit, vt crebrò vexilli huius munimine à malignorum spirituum defestatione in cursibus, crebra huius admonitione doceatur se quoque carnem suam cum vitis & concupiscentiis crucifigere debere: ita etiam oportet eos, qui vel monachi votum, vel gradum clericatus habentes altioribus se necesse habent per Domino continentia frenis adstringere, formam quoque coronæ, quam ipse in passione spineam portauit, in capite, vt spinas & tribulos peccatorum nostrorum portaret, id est, exportaret & auferret à nobis, suo quæque in capite per tonsuram proferre, vt se etiam irrationes & opprobria pro illo libenter ac promptè omnia sufferre ex ipso etiam frontispicio doceant, vt coronam vitæ æternæ, quam repromisit Deus diligentibus se, semper expectare, proque huius perceptione & aduersa mundi se & prospera contemnere designent. Dicit idem Beda de tonsura in vita venerabilis & sanctissimi Cuthberti episcopi: Postquam seruitutis Christi iugum tonsuræque Petri formam in modum coronæ spineæ caput Christi cingentis, Domino adiuuante, susceperat. Sufficiant hæc ad demonstrandum, quid memoratus Dei famulus Beda de auctore coronæ nostræ sentiret.

Retulimus in huiusce operis verbis, prohibitum esse ab Apostolicis viris celebrari ante horam tertiam, & Missam tamen indidid quod vidi, hoc est, Leonem nuper Missam celebrare diluculo. Additum est in gestis pontificalibus, qua de re Missa celebranda sit circa horam tertiam, scilicet, quia eadem hora Dominus crucifixus est linguis Iudæorum. Addidimus etiam propter nostram consuetudinem innotitam, sexta hora rationabiliter posse Missam celebrari, quia sexta hora diei Dominus crucifixus est manibus persecutorum: similiter & hora nona, quia tunc emisit spiritum. Manifestum est, Missam celebrari præcipuè in recordatione passionis Domini nostri Iesu Christi: In cuius commemoratione agatur, ex ipsis verbis quæ in canone leguntur, manifestè liquet. Hæc, inquit, quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis. Vnde & memores sumus Domine nos tui serui, sed & plebs tua sancta Christi filij tui Domini Dei nostri, tam beatæ passionis, necnò & ab inferis resurrectionis, sed & in cælos gloriosæ ascensionis. Quæ aguntur in celebratione Missæ post initiatum canonem, Domini passionem & resurrectionem, ac in cælos ascensionem recolunt, de quibus omnibus quæ mihi occurrerunt, tetigi, quando de officio Missæ scripsi. Postea recordatus sum sanctum Gregorium insinuasse nobis Cassium Narniensem episcopum accedere hora tertia ad Missarum solennia. quod diligenti cura studui hic inferere, vt me ipsum admonearem, quamuis vidissem Apostoli-

cum Leonem diluculo Missam celebrasse seu cæteros presbyteros in Romana ecclesia, non tamen excidisse à Sancto Gregorio, quòd hora tertia celebranda esset Missa, præsertim cum idem papa referat in homilia sua habita in basilica sancti Sebastiani die festiuitatis ipsius, memorato Cassio episcopo mandatum esse, vt instaret operi quod operabatur, per presbyterum quendam Domino nostro Iesu Christo dicente: Age quod agis, operare quod operaris. non cesser manus tua, non cesser pes tuus natali Apostolorum venies ad me, & reddā tibi mercedem tuam. Quid idem episcopus ageret, idem S. Gregorius manifestat in eadem homilia, scilicet, Missam quotidie celebravit. Et qua hora ad Missam iret, in sequentibus aperit, dicens: Quibus auditis, episcopus in oratione se cum magna cordis contritione prostravit: Et qui oblaturus sacrificium ad horam tertiam venerat, hoc pro extensæ orationis magnitudine ad horam nonam vsque prorelauit. Vt opinor, S. Gregorius eandem horam voluit celebrare in celebratione Missæ, quam cognouit acceptabilem esse Domino per exhortationem factam ab eo ad illum episcopum, quem dixit ad horam tertiam venisse ad Missarum solennia, saluo tamen constituto circa horam nonam per dies abstinentiæ. Si enim in cæteris horis ex constituto agitur Missa, ratio quædam adest, qua defendatur eadem hora: Veluti est in natiuitate Domini, in qua in nocte celebratur Missa propter natiuitatem panis, qui nunc quotidie manditur ex altari, siue propter concentum angelorum, quod iam retulimus. In eodem manè celebratur Missa propter exitum nouæ lucis, seu propter visitationem pastorum ad præsepe Domini, in quo inuenerunt pabulum, vnde quotidie sanctorum animæ reficiuntur. Similiter habemus officia constituta in festiuitate Ioannis euangelistæ, & Ioannis Baptistæ primo diluculo, qui vtrique ex vtero matris, id est, ab accepto lumine huius mundi, in semetipsis sacrificium singulare quoddam Deo obtulerunt: Ioannes euangelista obtulit ab initio huius lucis virginitatis sacrificium, Ioannes Baptista, sacrificium abstinentiæ, qui nec vinum bibit nec siceram, & Nazareus permanit omni tempore. In nocte facta resurrectionis Domini Missam celebramus propter eandem resurrectionem, quæ in ea completa est, & propter visitationem sanctarum mulierum ad sepulcrum Domini.

Aptè Dominus Beda declarat in exequiis sancti Cuthberti, quomodo vestiri oporteat sacerdotem defunctum. Ita enim scribit de eius exequiis: Postquam ergo sanctæ memoriæ Cuthbertus episcopus peracta communionem, eleuatis oculis & manibus ad Deum, commendans ei animam suam, & emittens spiritum, sedensque sine gemitu obiit in via patrum, à nauigantibus ad insulam nostram delatus, toto corpore leuato, capite sudario circumdato, oblata super pectus sanctum posita, vestimento sacerdotali indutus, in obuiam Christi calcamentis suis præparatus, in sindone cereata inuolutus, animam habens cum Christo gaudentem. Non est dubitandum, quin ipse mos esset apud Romanam ecclesiam in hac re, qui apud

De exequiis mortuorum. CAP. XLII.

Anglos fuit, præsertim cum ex illa primum episcopum Augustinum haberent Angliæones, & eo tempore quando celeberrima fuit Romana ecclesia propter auctoritatem doctissimi eius episcopi Gregorij, & postea ex eadem ecclesia habuerunt archiepiscopum Theodorum in vtraque lingua, scilicet Græca & Latina peritissimum. Sed mirari cœpi, quid veller dominus Beda dicere, vbi dixit, in obuiam Christi calceamentis suis præparatus, vtrum veller dicere, quod cum eodem vestimento resurrecturus esset Cuthbertus, an moribus bonis, qui designantur per vestimenta. Interim occurrit mihi cogitare de Christo, vtrum ille vestitus esset vestimentis aliquibus postquam resurrexit à mortuis, & si fuit, vtrum cum ipsis ascenderet in cœlum, an solo naturali corpore, quod spiritale erat. Cœpi cogitare, vtrum illis duobus qui eum in via conspexerunt, apparuit vestitus, quando eum cogitabant peregrinum esse: etiam & Mariæ Magdalene, quando eum credidit hortulanum esse: similiter & discipulis, quando cum eis comedit & bibit, vel vbiunque apparuit eis. Similiter cogitavi quod angeli apparuissent vestiti. Vnde legitur de illis secundum Ioannem, Vidit angelos in albis sedentes. Et in die assumptionis eius ad cœlos legitur, Ecce duo viri adstiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui & dixerunt: Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum cuntem in cœlum. Et hic nescio, vtrum vestitus tunc esset, an non. Scimus enim dixisse angelos eum in ea forma venturum esse ad iudicium, qua tunc ascendit ad cœlos. Simili modo cogitavi, quando transfiguratus est in monte, non amisisse eum vestimenta sua, sed ea facta esse alba sicut nix. Post hoc occurrit quod primi homines Adam & Eua, nudi erant antequam peccarent: Ad quorum conditionem nos venit reuocare redemptor noster, sed multo meliorem. Quibus, postquam peccauerunt, fecit Deus tunicas pelliceas. Salua fide, quanuis nesciam, vtrum ita vestiti venturi sint homines, vt Christus apparuit post resurrectionem, & angeli visi sunt: an ita nudi vt primi homines fuerunt, credo tamen nullam deformitatem fieri in spiritualibus corporibus, quæ possit offendere vel nauseam facere spiritualibus oculis. Inter has ambiguitates occurrit mihi, vt legerem Augustinum de ciuitate Dei, & ad Paulinum de cura pro mortuis gerenda. Pauca inde excerpti, quibus ramen intelligi potest, exequias nos debere facere circa mortuos nostros potius pro nostra salute, quam pro illorum. & si non fuerint exequiæ, ipsis, qui in Christo mortui sunt, nihil obesse. & quod qui eis facit exequias, ob amorem illius facit, qui promittit corpora resurrectione. Dicit idem in primo libro de ciuitate Dei capitulo duodecimo: Multa itaque corpora Christianorum terra non texit: sed nullum eorum quicquam à cœlo & terra separauit, quam totam implet præsentia sui, qui nouit vnde resuscitet quod creauit. Dicitur quidem in psalmo: Posuerunt morticina feruorum tuorum escas volatilibus cœli, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ: Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret. Et paulo post: Quamuis enim hæc in conspectu homi-

num dura & dira videantur, sed preciosa est in conspectu Domini mors sanctorum eius. Proinde omnia ista, curatio funeris, conditio sepulture, pompa exequiarum magis sunt viuorum solaria, quam subsidia mortuorum. Iterum in eodem libro, cap. decimotertio: Nec ideo tamen contemnenda & abiicienda sunt corpora defunctorum, maxime iustorum atque fidelium, quibus tanquam organis & vas ad omnia bona opera sanctus vsus est spiritus. Si enim paterna vestis & anulus, ac si quid huiusmodi, tantò charius est posteris, quantò erga parentes maior affectus: nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quæ vtiq; multo familiarius atque coniunctius, quam quælibet indumenta gestamus. Hæc enim non ad ornamentum vel adiutorium, quod adhibetur extrinsecus, sed ad ipsam naturam hominis pertinent. Vnde & antiquorum iustorum funera officiosa pietate curata sunt, exequiæ celebratæ, & sepultura prouisa, ipsiq; cum viuerent, de sepeliendis vel etiam transferendis suis corporibus filiis mandauerunt. Et Tobias sepeliendo mortuos Deum promeruisse, teste angelo, commendatur. Ipse quoque Dominus die tertio resurrecturus, religiosæ mulieris bonum opus prædicat, prædicandumque commendat, quod vnguentum preciosum super membra eius effuderit, atque hoc ad eum sepeliendum fecerit. Et laudabiliter commemorantur in Euangelio, qui corpus eius de cruce acceptum, diligenter atque honorificè tegendum sepeliendumque curarunt. Verum istæ authoritates non hoc admonent, quod insit vllus cadaueribus sensus: sed ad Dei prouidentiam, cui placent etiam talia pietatis officia, corpora quoque mortuorum pertinere significant propter fidem resurrectionis adstruendam. Vbi & illud salubriter discitur, quanta possit esse remuneratio pro elemosynis, quas viuentibus & scientibus exhibemus, si neque hoc perit apud Deum, quod exanimis hominum membris officia diligentiaque persoluuntur. Ex istis verbis sancti Augustini apparet, quod propterea debeamus exequias celebrare circa mortuorum hominum corpora, quia Deus vult ea resuscitare. Ecce manifestæ sunt exequiæ mortuorum, manifestatæque est affectus hominis, qui debet esse circa exequias mortuorum: Nunc dicendum est de officiis vespertinalibus, & nocturnalibus, atque matutinalibus.

Habemus scriptum in quodam sacramentario, quod officia mortuorum agenda sunt circa tertiam diem, & septimam, & tricesimam. Quod non ita intelligo, quasi ille, qui tertia die agere vult officia mortuorum, debeat prætermittere priores duos dies sine supplicationibus: aut qui in septima die, sex superioribus debeat tenere in ocio: aut qui in tricesima, viginti & nouem vacare ocio: Sed quod tertia die dicuntur celebrari officia mortuorum, duobus modis possit, id est, vt tertia die infra septem, septima infra triginta celebrari aguntur circa officia mortuorum, quam in cæteris diebus: siue vt tertia die consummet illa. Simili modo dicimus de septima & tricesima. De his tribus terminis ponemus auctoritatem sanctarum scripturarum. Dicitur in libro sapientia: de exequiis: Fili, in mortuum produclachrymas, & quasi dira passus,

De officiis mortuorum. Cap. XLII.

passus, incipe plorare, & secundum iudiciū contege corpus illius, & non despicias sepulturā illius. Propter delaturam autem amarè fer luctum illius vna die, & consolare propter tristitiam. & fac luctum secundum meritum illius vno die, vel duobus propter detractionem. Vbi primò dixit, propter delaturam vno die ferre luctum, & postea propter detractionem vno vel duobus diebus, tres dies introducit in luctum. Possimus per tertiam diem commendati defuncti, tertiam diem resurrectionis Domini ad memoriam reducere: vt eo dierum numero deprecemur pro nostro defuncto, quatenus mereatur per remissionem peccatorum, particeps fieri resurrectionis Christi. Pro qua re triduanum ieiunium Niniuitæ fecerunt secundum septuaginta, vt in Christi glorificatione per resurrectione ex mortuis, deleterentur peccata eorum. Vnde dicit Augustinus in libro quæstionū Genesim: Nec septuaginta interpretes, quos legere consuevit ecclesia, errasse credendi sunt, vt non dicerent quadraginta dies, sed triduum, & Niniue euertetur. Et post pauca: Triduum posuerunt, quamuis nō ignorarent quod dies quadraginta in Hebræis codicibus legerentur, vt in Domini nostri Iesu Christi clarificatione intelligerentur dissolui abolerique peccata. De quo dictum est, Qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Clarificatio autem Domini & in resurrectione, & in cœlo ascensione cognoscitur. Secunda igitur celebratio pro defunctis in septimo die, habet auctoritatem in Genesi memorato. Habuit quoque, inquit, Ioseph in comitatu currus & equites, & facta est turba non modica. Veneruntque ad aream quæ sita est trans Iordanem, vbi celebrantes exequias planctu magno atque vehementi, impleuerunt septem dies. Vnde memoratus Augustinus in memorato libro quæstionum scribit: Et fecit luctum patri suo septem dies. Nescio vtrum inueniat allicui sanctorum in scripturis celebratum esse luctum nouem dies, quod apud Latinos nouendia appellant. Vnde mihi videntur ab hac consuetudine prohibendi, si qui Christianorum istum in mortuis suis numerum seruant, qui magis est in gentiliū consuetudine. Septimus vero dies auctoritatem in scripturis habet. Vnde alio loco scriptum est, Luctus mortui, septem dierum: Fatui autem, omnes dies vitæ eius. Septenarius autem numerus propter Sabbati sacramentum, præcipuè quietis indicium est. Vnde merito mortuis tanquam requiescentibus exhibetur. † Tertia agitur tricesimo die, quam nobis Aaron & Moyses in auctoritatem ducunt, de quo dictū est in scripture de Missa: Quoniam sic certamus pro nostris defunctis, quatenus possint participes fieri eorum, quos Christus reuocauit à claustris inferni, in ea commemoratione simili modo celebramus officia pro ipsis, quomodo celebrantur in illis diebus, quando Christus descendit ad inferna, & in quibus creditur mortuus. Non enim possumus intelligere de omnibus, qui sint, qui ilico postquam recesserint de corpore, penetrent regna celorum, aut qui in aliis custodiis recipiantur. Igitur vno modo facimus mortuorum officia. Sunt etiam loca, in quibus generaliter pro omnibus defunctis omni tempore, excepto pent-

costes & festis diebus, in officio vespertinali & matutinali oratur. Sunt & alia, in quibus Missa pro iisdem quotidie celebratur: Sunt etiam & alia, in quibus in initio mensis nouem psalmi, & nouem lectiones rotidèque responsorij pro eis cantantur. Quid hoc valeat, Augustinus in libro ad Paulinum de cura gerenda pro mortuis, monstrat: Non sunt, inquit, prætermittendæ supplicationes pro spiritibus mortuorum, quas faciendas pro omnibus in Christiana societate defunctis etiam tacitis nominibus, quorum sub generali commemoratione suscepit ecclesia: vt quibus in ista vita defuncti parentes, aut filij, aut qualescunque cognati, vel amici, ab vna eis exhibeatur pia matre communi. Si autem deessent istæ supplicationes, quæ sunt recta & pia fide ac pietate pro mortuis, puto quod nihil prodesset spiritibus eorum, si quamlibet locis sanctis exanima corpora ponerentur.

Diximus in superioribus, tres psalmos baptismales per noctes nobis ad memoriam reducere tria opera Christi, hoc est, repulsionem dæmonum, effectum sanitatum, & resurrectionem nostram, simulque triduanam sepulturam Domini: Atque alio modo, Officia dierum baptismalium, spiritus sancti deductionem in terra recta, & tres psalmos noctium, fidem, spem, & charitatem: At nunc addimus, in operibus tenebrarum ceu in nocte, tria esse vitia originalia, id est, suggestionem diaboli, carnis delectationem, & consensum animi. Propter hæc tria vitia vice trium virtutum, scilicet fidei, spei, & charitatis, tres psalmos cantamus, quibus memorata vitia repellantur de nostris catechumenis. Qualiter celebrandum sit officium in Dominica nocte, quæ est octaua post pascha Domini, ex superioribus verbis monstratur: In quibus narratur de octo beatitudinibus, & de opere septiformis spiritus, atque eius perfectione, ac de octo feriis regenerati hominis.

Solent mustare de psalmo, Deus noster refugio, quare præpostero ordine ponatur in tertia periocha. De qua re ita dicimus, sequentes ordinem euangelij: Prius venerūt Magi adorare Dominum, quam baptizatus esset: Ideo officia quæ celebrantur in prima periocha, designant Christianos, & quodammodo imitantur munera & obsequia Magorum. Magi obtulerunt aurum, thus, & myrrham. Sicut enim præcipuum metallum est aurum, ita hoc munus mancipatur præcipuo officio, id est, regali. Per hoc munus Christo oblatum, potest designari regalis potestas cum omnibus suis subditis ventura ad Christum. Hæc enim signant secundæ periochæ antiphonæ. Thus igne adustum, redoler suauiter, & pertinet ad ministerium sacerdotum. Thus quod tunc fuit oblatum Christo, potest signare sacerdotes & religiosos ministros ecclesiæ, qui ex igne cordis thus orationum oblaturi erant Christo. Per myrrham potest designari omnis summa electorum. Myrrha est pigmentum feruens. Quicumque parati sunt animo ad commoriendum pro Christi nomine, myrrham offerunt: In qua summa colligitur plebs & populus, qui notati sunt in antiphonis: Afferte Domino filij Dei: &

Repetitio de tribus Psalmis baptismalibus. Cap. XLIII.

Repetitio de antiphona Fluminis imperij, que capitatur in theophania. Cap. XLIII.

Omnes gentes quasunque fecisti: ac, Venite, adoremus. Porro tertia periocha Christi baptismum celebrat: Vnde & responforium, In columbæ specie: &, Hodie in Iordane, in ea cantamus. Antiphona, Fluminis impetus, apostolorum corda repleta de spiritu sancto in die pentecostes, monstrat, qui postea semper & vbiq; baptismum prædicauerunt. Tertia periocha per suos psalmos continet euentum illum, qui fuit eo tempore, quando Apostoli prædicauerunt baptismum, cui euentui congruit psalmus, Deus noster refugium. Antiphona monstrat, quomodo spiritus sanctus lætificauit Apostolos, vt sanctificarent tabernaculum Domini per baptismum. Cæteri versus sonant, quod homines mundi contra hoc agerent, sicuti sunt isti, Propterea non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris: Sonuerunt & turbatae sunt aquæ eorum, conturbati sunt montes in fortitudine eius. Psalmus, Cantate Domino, monstrat, quod omnes dii gentium sunt dæmonia, Et iterum de atrocitate gentilium infidelium, & læticia credentium dicit, Commoueantur mare & plenitudo eius: gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt, & reliqua. Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ, prædicationem Apostolorum monstrant, nihilominus & subuersionem idolorum. Ita inquit versus: Aluxerunt fulgura eius orbi terræ, vidit & commota est. Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini, à facie Domini omnis terra. & in sequentibus, Confundantur omnes qui adorant sculptilia.

De versu repetitio, & de pentecoste, & de calice. CAP. XLV.

Versus hoc habet singulare, vt excitet corda cantantium ad requirendum faciem Domini in oratione. Idcirco sapissimè ante orationem præcedit. Versus, qui dicitur in nocturnali officio ante orationem, quæ præcedit lætionem, intenta vult facere corda præsentium ad lætionem. Notum est quod sessio plus pertinet ad securitatem, quàm statio. Securitas enim parit negligentiam inter ignauos. Ideo præcedit oratio ante sessionem, vt Domini protectio nostra corda eripiat ab omni securitate fallaci. Antè hymnos, Magnificat, & Benedictus Dominus Deus Israël, præcedit Versus, quoniam sic debemus esse vigilantes & intenti ad verba hymnorum memoratorum, vt in oratione. In cæteris cursibus ante nouissimam orationem præcedit. Oratio & benedictio semper in fine sunt, antequàm disingantur fratres singuli ad propria. Morem tenet iste vsus antiquæ Ecclesiæ. Ita legitur in Actibus Apostolorum de Paulo, quando recessit ab Epheso, & Ephesius prædixit, iam faciem suam non visuros eos amplius: Et cum hæc dixisset, positis genibus suis, cum omnibus illis orauit. Similiter quando de Tyro recessit, Deducantibus nos omnibus cum vxoribus & filiis vsque foras ciuitatem, & positis genibus in litore orabamus: & cum vale fecissemus inuicem, ascendimus in nauim: illi autem redierunt ad sua.

Oratio nouissima idèd communiter celebratur in nouissimo, vt vnusquisque tali scuto, id est, communi oratione rediens ad sua, muniat contra omnia aduersa. Hanc orationem vocauit sanctus Ambrosius postulationem. Postulationem nanque Augustinus deputat in oratione Missæ, quam solet sacerdos dicere post communionem. Quam orationem vbiq; subsequitur benedictio & gratiarum actio: hoc enim sonant verba, Benedicamus Domino: &, Deo gratias. Hæc enim vtraque ad gratiarum actionem referenda sunt, qua oratione Paulus concludit cæteras orationes.

Post superiora descripta inueni iterum authenticum perspicuum Ambrosianum de quinquaginta diebus post Pascha. Quod malui hic introducere, quauis non in suo loco, quàm pigritia præterire. Dicit Ambrosius in tractatu super Lucam: Maiores nobis tradidere, pentecostes omnes quinquaginta dies vt paschæ celebrandos. & post pauca: Ergo per hos quinquaginta dies ieiunium nescit ecclesia, sicut Dominica, qua Dominus resurrexit, & sunt omnes dies tanquàm Dominica.

Nvperimè monstratum est mihi, vt puto ab eo, qui quod aperit, nemo claudit, quid rationabiliter possit dici de corpore Domini posito in altari, & de calice ex latere eius, saluo magisterio eorum qui aliàs & melius mihi volunt aperire, quomodo & quare aliter panis ponendus sit in altari & calix iuxta eum. Altare, crux Christi est, ab eo loco, vbi scriptum est in canone, Vnde & memores sumus, vsquedùm inuoluitur calix de sudario diaconi vice Ioseph, qui inuoluit corpus Domini findone & sudario. De quo altari dicit Beda secundo libro super Apocalypsin: Alia editio habet, super arã, eò quod super altare crucis thauribulum suum aureum, id est, corpus immaculatum & spiritu sancto conceptum obtulerit patri pro nobis. Panis extensus super altare, corpus Domini monstrat extensum in cruce, quod nos manducamus. Vinum & aqua in calice, monstrant sacramenta, quæ de latere Domini in cruce fluxerunt, id est, sanguinem & aquam, quibus nos potat Dominus noster. De quo potu mysticè dicit memoratus Ambrosius in libro memorato. Quæro etiam, cur ante mortem non inueniamus esse percussum, post mortem inueniamus, nisi fortè vt potus eius fuisse doceatur, & ordinem mysticum nouerimus: quia non antè altaris sacramenta, post baptismum: sed baptismum antè, & sic poculum. Et paulò post: Aqua enim & sanguis exiuit: Illa, quæ diluat: iste, qui redimat. Bibamus ergo precium nostrum, vt bibendo redimamur.

EXPLICIT LIBER IIII.
AMALARIJ DE DIVINIS OFFICIIS.

AMALARIJ

AMALARIJ FORTVNATI TREVIRENSIS EPISCOPI
DE ORDINE ANTIPHONARII LIBER

Incipit Prologus de ordine Antiphonarij.



VLongo tempore adio affectus essem propter Antiphonarios discordantes inter se in nostra prouincia, moderni enim alio ordine currebant, quàm vetusti: & quid plus retinendum esset, nesciebam: placuit ei qui omnibus tribuit affluenter, ab hoc scrupulo liberare me, inuenta copia Antiphonariorum in monasterio Corbiensi, id est, tria volumina de nocturnali officio, & quartum quod solummodò continebat diurnale: certauit à pelago curio statim, carbasa rendere ad portum tranquillitatis: Nam quando sui missus Romam à sancto & Christianissimo Imperatore Hludouico ad sanctum & Reuerendissimum Papam Gregorium de memoratis voluminibus, retulit mihi ita idem Papa: Antiphonarium non habeo, quem possim mittere filio meo Domino Imperatori, quoniam hos quos habuimus, vna quando functus est huc legatione aliqua, adduxit eo hinc secum in Franciam. Quæ memorata volumina contuli cum nostris antiphonariis, inuenique ea discrepare à nostris non solum in ordine, verum etiam in verbis & multitudine Responsoriorum & Antiphonarum, quas nos non cantamus. Nam in multis rationabilibus statuta reperi nostra volumina, quàm essent illa. Mirabar quomodo factum sit, quod mater & filia tantum à se discreparent. Inueni in vno volumine memoratorum Antiphonariorum ex his que infra continebantur, esse illud ordinatum pisco tempore ab Adriano Apostolico. Cognoui nostra volumina antiquiora esse aliquanto tempore volumine illo Romane Urbis. In quibus tamen alicubi cognoui corrigi posse nostra ab illis, & in aliquibus nostra esse rationabilius & satius statuta, vt prætulit: arripui medium inter vtraque, vt à nostris, vbi melius erant ordinata, non discederem: & vbi poterant corrigi à voluminibus Urbis, non negligerem, seu in ordine, seu in verbis. Vbi nostri moderni cantores rationabilius authenticis verbis statuerunt officia sua, diuidendo antiphonas per ferias, necnon & responsorios, & in festiuitatibus sanctorum antiphonas distribuendo singulis vigiliis suas, scripsi primo ordinem Romanum, deinde nostrorum cantorum. Et vbi talem ordinem reperi despicere, addidimus illum ex vtriusque voluminibus, vt se demonstrabunt ferie & hebdomada ante natiuitatem Domini, & hebdomada Paschalis. Vbi ordo responsoriorum & antiphonarum in perfectis voluminibus dissonare videbatur ab ordine librorum, de quibus sumpta sunt, & à consonantia quæ ratione ad stipulatur, non dubitavi sequi in nostro Antiphonario ea potius, quæ historia & rationi istius vel illius festiuitatis visa sunt congruere. Vbi ordinabilis vsus est mihi scriptum haberi in Antiphonario Romano, quàm in nostro, vbi scripsi in margine, R. propter nomen Urbis Romæ: Et vbi in nostro, M. propter Metensem ciuitatem: Vbi nostrum ingenium cogitauit aliquid posse rationabilius illis ordinare, I. C. propter indulgentiam & charitatem. Idcirco precor Cantores, vt non prius desiciant nostra, quàm discutiant ea, iuxta ordinem librorum & rotunditatem rationis. Et si inuenierint minus congruere ea ordini librorum & rationi alicui, dent indulgentiam meam imperitiæ: Sin autem, non desiciant edere nostra olera, quæ rubra testis illis ministrat. In versibus, quos penè mutatos reperiet, si fortè quis dignum duxerit præsens volumen frequentare, laborauit & sudauit sacerdos Dei Elisagarus ad primè eruditus, & iudicissimus in lectone & diuino cultu, necnon & inter priores primus palatii excellentissimi Hludouici Imperatoris. Non solum ille, sed & quocunque de eruditis viris ad se potuit conuocare, in præsentem negotio sudauerunt. Quauis enucleatissimè mutati versus conuenit sint responsorij suis: tamen quos aptos reperi, transcurrendo in prioribus Antiphonariis, non dubitavi inserere in nostro Antiphonario, vt inueni insertos. Notandum est, necessarium nobis esse, vt alteros versus habeat noster Antiphonarius, quàm Romanus: quoniam altero ordine cantamus nostros responsorios, quàm Romani. Illi à capite incipiunt responsorium, finito versus: nos versus finitum informamus in responsorium per latera eius, ac si facimus de duobus corporibus vnum corpus. Idèd necesse est, vt hos versus quaramus, quorum sensus cum mediis responsoriorum conueniat, vt fiat vnus sensus ex verbis responsorij, & versibus versus. Hoc prospexit memoratus vir & gloriosus presbyter Elisagarus: qua de re certauit, vt ex diuersis libris congregaret versus conuenientes responsorij, quos nos & alij multi cupiunt frequentare in nocturnali officio. In omnibus istis assensus me adiuuat summi ac sanctissimi Apostolici Gregorij, qui interrogationi sancti Augustini satisfecit, vt vndeunque vellet colligere Ecclesiastica officia, & addere seu inserere Romano ordini, licenter colligeret, & vsu suorum tribueret. Vnde scriptum est in historia Anglorum libro primo, capite quinto: Interrogatio Augustini: Cum vna sit fides, sunt Ecclesiarum diuersæ consuetudines, & altera consuetudo Missarum in Romana ecclesia, atque altera in Gallia tenetur. Respondit Gregorius Papa: Nouit fraternitas tua Romana ecclesiæ consuetudinem, in qua se meminit nutritam: sed mihi placet, vt siue in Romana, siue in Galliarum, seu in qualibet ecclesia aliquid inuenisti, quod plus omnipotenti Deo possit placere, sollicitè eligas, & in Anglorum ecclesia, quæ adhuc ad fidem noua est, institutione præcipua, quæ de multis ecclesiis colligere potuisti, infundas: Non enim pro locis res, sed pro bonis rebus loca amanda sunt. Ex singulis ergo quibusque ecclesiis quæ pia, quæ religiosa, quæ reuera sunt elige, & hæc quasi in fasciculum collecta, apud Anglorum mentes in consuetudinem deponere. Hucusque beati Gregorij. In multis locis prænotauit in primo ordine nomina responsoriorum & Antiphonarum iuxta ordinem Antiphonarij Urbis, & conuenit in secundo iuxta ordinem nostræ consuetudinis: vt vtraque haberet p̄sulta per oculos, & illud caneret, quod iudicio mentis potius eligeret. Notandum est, volumen quod nos vocamus Antiphonarium, tria habere nomina apud Romanos. Quod dicimus Gradale, illi vocant Cantatorium: qui adhuc iuxta morem antiquum apud illos in aliquibus ecclesiis in vno volumine continetur. Sequentem partem diuidunt in duobus nominibus: Pars quæ continet responsorios, vocatur responsoriale: Et pars quæ continet antiphonas, vocatur Antiphonarius. Ego scicutus sum nostrum vsus, & posui mixtim responsorialia & antiphonas secundum ordinem temporum, in quibus solennitates nostræ celebrantur.

Tom. 6.

Zz. iij

DE HIS QUÆ MEO INTERROGATVI RESPONSA SVNT
à Magistris Romanæ Ecclesiæ.

Interrogavi Archidiaconum Theodorum sancte Romanæ Ecclesiæ, quem rogavi Dominus Apostolicus, ut me instrueret iuxta interrogationem meam de ordine Romani officij, quot versus cantaret Romana ecclesia in responso, Adspiciens à longè, respondit, Duos. Sciscitatus sum, cur duos cantasset extra solitum morem in illo responso: Respondit, Propter honorem magnæ festivitatis. Reperi postea non solum in isto, id est, Adspiciens à longè, tres versus, ut in nostro Antiphonario continetur: sed etiam in aliis multis in Romano Antiphonario aut duos, aut tres scriptos. Visum est mihi, ut ratio talis reddi posset de tot versus. Quando contingit bis aut ter unum responsum cantari in una hebdomada, aut in hebdomada, cui subnexi sunt tres versus aut duo convenientes, ut unus cantetur in una nocte, alter in altera, tertius in tertia. Interrogavi, quatuor ordo responso celebraretur in Dominica nocte, quam solemus nominare Octavas Paschæ. Responsum est, Nouenarius, in ea cantamus de auctoritate. Similiter interrogavi de officio Pentecostes. Responsum est, Nouem cantamus, ut in ceteris Dominicis noctibus. Interrogavi memoratum Archidiaconum, quo ordine responso cantarent post Octavas pentecostes usque in Adventum Domini. Responsum est, In octavis pentecostes incipimus legere librum Regum: in eadem prima hebdomada cantamus responso de psalms. In sequentibus hebdomadis usque in Augustum mensem, de historia Regum. In prima hebdomada Augusti, legimus Salomonem, & responso cantamus de psalms. In sequentibus usque in Septembrem mensem de Salomone. In prima hebdomada Septembris legimus Iob, & cantamus responso de psalms: In duabus sequentibus de Iob, In nouissima hebdomada mensis memorati, de Tobia. In primis duabus hebdomadis mensis Octobris, de Iudith & de Ester & Exdra, in duabus nouissimis mensis scripti de Machabæis. In prima hebdomada mensis Nouembris, legimus de Prophetis, responso cantamus de psalms. In ceteris sequentibus usque in Adventum Domini, de Prophetis. Interrogavi si aliquid dicerent Magistri Romanorum inter interstitium nocturnalis officij, & matutinalis. Responsum est mihi, Nihil, sed continuo post nocturnale officium dicunt, Deus in adiutorium meum intende. Orationem Dominicam non cantant post psalms nocturnales: sed dicunt aliquod capitulum tale, quale istud est: Intercedente beato principe Apostolorum Petro, saluet & custodiat nos Dominus. Sæpe in octo responsois & nouem lectionibus finiunt nocturnale officium. Interrogavi si canent per Dominicas noctes Te Deum laudamus. Responsum est, Tantum in natalitiis pontificum, Te Deum laudamus, canimus. Hic inserimus, quomodo inuenimus scriptum de auctoritate Adriani Apostolici: In nomine Domini nostri Iesu Christi incipit responsoiale de circulo anni temporibus ter beatissimi & Apostolici Domini Adriani Papæ per Indictionem septimam. Item in fine: Hoc opus summus reparat Pontifex dominus Adrianus sibi memoriale per secula.

Prænotavi obelo alleluia, quod sequitur psalmum, Confitebor tibi Domine, in Pascha Domini ad vesperum. Scripsi illud, ut inueni in Romano Ordine, quod tamen apud nostrum ordinem videtur superfluum esse. Scripsi olim in libello qui vocatur Officialis, de tēpore Septuagesimæ, & de mysterio eiusdem numeri, & de ceteris officiis, quæ aguntur in ecclesia per annum, siue sint nocturnalia, siue diurnaliter. Nunc dicturus, Deo miserante, de ordine Antiphonarij, cupio summam aliquam scribere, quasi quoddam manuale de solis nocturnalis officij, & de his, quæ vocantur vulgò Cursus. Quo ad memoriam reduceto, reuocetur mens ad desiderium celestis patriæ, recordeturque quomodo ad eam venocata sit, & quomodo quotidie reuocetur, & quod per singulas horas noctis & dici possit seruire Domino per eosdem cursus, atque in nouissimo diei vota sua reddere pro eo, quod quinque sensus virginis atque suam pluchritudinem seruauerint, & suum habitum sponso suo: Quando affectibus his attingitur animus meus, quos subter notare cupio per singulos cursus, afficior nempe dulcedine dilectionis Dei & dilectionis proximi, æternæque patriæ, & presentis saluatoris nostri. Simulque notandum, quod deficit animus meus ab adiutorio humano, & confirmat se in adiutorium Domini, separaturque à terrenis & caducis, & coniungitur celestibus & spiritalibus.

Explicit Prologus.

INCIPIT ADNOTATIO DE NOCTURNALIBVS OFFICIIS
ET DIURNALIBVS, QUÆ VVLGO CURSVS VOCANTVR.

CAPVT I.

Restauratio & renouatio status nostræ innocentie, in Christi resurrectione reddita est nobis. Idcirco locuturi, quod Dominus dederit, de nocturnalibus & diurnalibus officiis à Dominica nocte, quam Dominus sua resurrectione prætulit ceteris noctibus, incipiendum est. In Dominica nocte congruè iuxta consuetudinem Romanæ Ecclesiæ à somno surgentes, dicimus primo, [Domine labia mea aperies] & post hunc versum glorificamus sanctam Trinitatem, quæ glorificanda est & de præteritis, & de presentibus, & de futuris. Postea dat tuba cantoris signum per antiphonam

A inuitatoriam, ut excitentur Christiani circunquaque, & concurrant ad scholam doctorum & pastorum ecclesiarum. Vnde Dominus Beda in tractatu suo super Lucam de quodam versu psalmi inuitatorij sic: At, inquit, cum eiusdem operis compares quaero canendo cum Propheta, Venite, adoremus & procidamus ante Dominum, plerumque coram Domino, qui fecit nos, columbas ad altare deporto. Post hanc antiphonam, canuntur duodecim psalmi ante electiones & responsois. Duodenarius numerus vniuersitatem temporis & rerum continet in se. In duodecim psalmis imbuuntur apud ecclesiasticos viros memoria sanctorum Patrum, qui ante legem excoluerunt vineam Domini. Per hunc numerum instruuntur, quia ad nocturnale officium occurrunt de eo, quod Dominus ab initio mundi habuit

habuit prædicatores in sua ecclesia, qui populum Dei coluerunt suis laboribus, ut reditu quæreret ad propriam patriam per Christi resurrectionem. Primus psalmus, Beatus vir, concinit quodammodo Abel iusto homini, cuius sanguis effusus est in typo sanguinis Christi. Et psalmus, [Domine Deus meus in te speraui] Nox & filii eius, atque vxoribus eorum, quæ saluæ factæ sunt per aquam. Et, [Saluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus] Abrahæ, qui solus restitit, ne adoraret idola, ceteris corruentibus in ea. Dehinc sequitur versus. Versus dicitur ille cantus, per quem reuertitur intentio mentis in aliam intentionem, quasi quædam compositio officialis, disponens iter mentis suauis cantilena de vno affectu ad alterum, Verbi gratia, De psalmodia ad lectionem: de solitudine omnium ecclesiarum ad propriam conscientiam, quæ conuersio addicitur in responsois: Iterum de psalmodia ad Euangelicum hymnum, siue ad orationem Dominicam, cuius prologus solet esse [Kyrie eleison & Christe eleison] seu ad orationem, quam solet proferre solus sacerdos. Iste status mentis in multis ecclesiis demonstratur per statum membrorum. In multis ecclesiis in principio cantus, qui vocatur Versus, vertit se chorus ad altare. Post versus sequuntur tres lectiones cum suis responsois. Merito nostra ecclesia post cultum Abrahæ, transit ad scholam discipline, Abel & Enoch sancti & iusti viri fuerunt: sed non sunt vocati patres gentium, neque patres Christi, neque in signo positi sunt fidei gentilis populi: Abraham à Mattheo Euangelista ponitur in primo ordine genealogiæ Christi: Abraham dicitur pater multarum gentium: Abraham accepit signum fidei, quæ est in præputio. Talis agricolæ excipienda est doctrina, & tenenda. Nam & status temporis admonet nos, ab Abraham lectiones & responsois celebrare. Sexta dici hora legitur in Euangelio Matthæi Abraham intrasse ad agriculturam: Nos verò mediæ noctis tempore admonemur procedere ante Dominum exemplo psalmographi, dicentis: Præueni in maturitate, hoc est, in media nocte. Quod aliquando nostra infirmitas solet protrahere vsque ad gallicantium. Merito memoria eorum mortuorum, qui in Christo mortui sunt, recolitur per noctem, quoniam eorum transitus & quies nocti comparatur, dicente Euangelio: Veniet autem nox quando nemo poterit operari. Per psalmos opus prædicatorum monstratur, per lectiones doctrina. In isto ordine sequimur textum Lucæ Euangelistæ, dicentis: Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ cepit Iesus facere & docere. Doctrina namque prædicatorum quaerit imitatores. Ad hoc enim surgit cantor à sede, & exaltat vocem in responso, ut excitet mentes quæ audierunt doctrinam ad actiones bonas. Surgunt namque deuotæ mentes per deuotionem bonorum operum in responso, ut respondeant exhortatori. Ordo postulat exhortatoriæ functionis, ut tale aliquid præcedat exhortationem quod intentum faciat audientem, & afficiat ad sequendum: ut in promptu monstratur, vbi utilitas lectionis diuinarum scripturarum præcedit exhortatoriæ vocem cantoris. Et ut nullatenus mens exhortatori possit per aliquam arrogantiam propter citatam responsois subiectorum cleuari, constrin-

Tom. 6.

gitur versus, in quo solus debet laborare. Quo facto admonetur ex propriis laboribus & ex propria conscientia, se scire esse mensurandum ante tribunal Christi, non ex opinione populi & discipulorum. Priscis temporibus non cantabatur Gloria post Versum, sed repetebatur responsois. Ordo rationi congruus, ut qui cepit exhortator fieri propter reditu ad celestem patriam, perseveret in eo vsque in fine. A modernis verò Apostolicis additus est hymnus, [Gloria patri & filio & spiritui sancto] post versus, quo admonemur, ut ex omnibus donis atque datis semper laudemus creatorem. Ad quam patriam & societatem nos intet exhortari chorus sanctorum prædicatorum per Christi resurrectionem, numerus lectionum & responsois, qui celebratur in Dominica nocte, euidenter manifestat, scilicet ad celestem Hierusalem & nouè ordines angelorum. Qui rectius & equius non possunt diuidi, quam ternario numero per interstitia psalmorum trium vigiliarum, in quibus recoluntur tria tempora nominata in Euangelio, id est, prima vigilia, & secunda vigilia, & tertia vigilia. Nā in prima vigilia recolitur eorum resurrectio futura in Christo, qui ante legem coluerunt vineam Domini: In secunda, eorum qui post legem datam vsque in aduentum Christi: In tertia, Christi discipulorum. Huius enim excellentia in tribus nouissimis psalmis canitur Alleluia. Horum psalmorum diuisio sic se habet: [Conserua me Domine] memorat quiescentes in Christo de Leuitico genere. [Exaudi Domine iustitiā meam] requiem iudicum: [Diligam te Domine] regum veteris testamenti palmam. [Cæli enarrant] prædicatorum noui Testamenti. [Exaudi te Domine in die tribulationis,] martyrum Christianorum triumphum. [Domine, in virtute tua,] regnum manens spiritualium regum. Hæ personæ membra sunt capitis illius, cuius regnum memoratur in psalmo, Dominus regnavit, decorem induit. Hoc differt inter tres nocturnas Dominicales, & tres quæ per ceteras noctes canuntur, quando festiuitas est sanctorum, quod illæ recolunt resurrectionem corporum, istæ autem beatitudinem animarum sanctorum, quam tunc percipiunt, quando sunt ciues spirituum celestium & bonorum.

Officium matutinale Dominicaliū noctium admonet ecclesiasticos viros prospicere, quomodo primo post Christi resurrectionem fugatis tenebris errorum & vitiorū primitiua ecclesia surrexerit ad lucem veræ fidei, quæ est in nouo testamento, & quomodo in posteriore tēpore adiungeret sibi ecclesiam de gentibus, atque iterum in vno coniunctas duas ecclesias oporteat eā tribulationibus probari, & per patientiam probatam inueniri, necnō & per probationem ad supernam beatitudinē peruenire. Primus versus primi psalmi matutinalis officij, demonstrat Christū regnasse post resurrectionē suā, & induisse se decorē & fortitudinē. Secundus versus monstrat firmatū esse orbē terræ, videlicet apostolos roboratos Christi resurrectione atque ascensione ad cælos, necnō & effusione spiritus sancti. Secundus psalmus monstrat eorum intentionem, quam habuerunt, ut multos sibi coniungeret ex Iudæa, & ut vna eademque fides esset in magistris & subditis, & vna saluatio atque vna glorificatio. Tertius psalmus admonet,

Zz iij

De matutinali officio per Dominicas noctes.
CAP. II.

vt intendatur quod post Iudæorum salutem eadem A
 falus perueniret ad gætes. Ex persona gentium can-
 tatur psalmus, [Deus Deus meus, ad te de luce vigi-
 lo.] Interim repulsa Iudæa, colligetur & ipsa iterum
 per prædicationem Enoch & Helix, & fiet vna ec-
 clesia ex duobus populis. Idcirco præfentes duo
 psalmi, id est, [Deus Deus meus ad te de luce vigi-
 lo:] & [Deus miseretur nostri,] non diuiduntur,
 vt sint in signum illius temporis, quandò nulla di-
 stantia erit inter fidem gentilis populi & Iudaici: A-
 dunata ecclesia ex duobus populis prosperabitur
 per patientiam, vt scriptura dicit, Vasa figuli probat
 fornax, & homines iustos têtatio tribulationis. Tri-
 bulatio enim patientiam operatur. T res pueri in ca-
 minum missi, quorum hymnus canitur in quinto
 ordine Psalmodum, in tribulatione extiterunt pa-
 tientes, & non cesserunt minis Nabuchodonosor re-
 gis, & ministrorum eius. In sua constantia præfigu-
 rant cõstantiam illorum sanctorum, qui in tempore
 Antichristi non cedent insidiis & minis eius, sed
 perseuerabunt in fide catholica. Ipsi erunt patientes
 in tribulatione, & per patientiam probati inuenientur,
 & per probationem spe beati. De quibus scrip-
 ptum est: Beati qui expectant & perueniunt vsque
 ad dies mille trecetos triginta quinque. Spes autem
 nõ est sine fide & charitate. Idcirco in nostra eccle-
 sia tres psalmi cãuntur coniunctim, vt referti sunt
 laude Dei. Docent enim isti tres psalmi, sanctos vi-
 cturos post interfectionem Antichristi in firmitate
 fidei, & beatitudine spei, & lætitia dilectionis, atque
 vnanimitate inseparabili. Post hos psalmos canitur
 aliqua lectio. Non deerit enim illo tempore cibus
 spiritalis in ecclesia, qui auget lætitiã semel cõ-
 ptam. Postquam lectionem dicitur versus, [Domi-
 nus regnauit, decorem induit.] Iste versus nos docet
 iterum electos recituros triumphum Christi: post
 interfectionem Antichristi, qui eius tempore quasi
 in latibulis silebant. Sicut post tristitiam discipulo-
 rum Christi de eius morte, renouata est mēs eorum
 lætitiã de resurrectione eius, vt rutinarent versus,
 [Dominus regnauit] ita & post tristitiam Christiano-
 rum de persecutione Antichristi, renouabitur
 mens eorum lætitiã de eius interfectione, vt canant,
 [Dominus regnauit, decorem induit.] Post hoc tẽ-
 pus sequitur vs hymnus dicatur. [Benedictus Do-
 minus Deus Israël, quia visitauit & fecit redemptionem
 plebis suæ.] Sicut eo tempore, quandò hunc
 cantauit Zacharias, in proximo erat Christi aduen-
 tus primus: ita & in nouissimo tempore, de quo su-
 perius dixi, in proximo erit secundus aduentus eius,
 in quo sancti seruient Domino sine timore, de ma-
 nu inimicorum liberati, in sanctitate & iustitiã cor-
 ram ipso omnibus diebus, & cetera bona attribu-
 tur electis Dei, quæ in præfenti hymno canuntur.
 Vsque ad versus, qui propriè resultant de Ioanne, id
 est, Tu puer propheta, & deinceps.

De nocturnal
 officio
 quotidiano
 nocturno
 C. A. P. III.

Numerus psalmodum qui currit per quotidianas
 noctes in nocturnali officio, id est, duodena-
 rius, certat per clericum ecclesiasticum orare pro
 propriis peccatis, & pro eorum, quorum oblationibus
 sustentatur ecclesia. Scriptum est in Euangelio Io-
 annis: Nonne duodecim horæ sunt diei? Si quis am-
 bulauerit in die, non offendit, quia lucẽ huius mun-
 di videt: Qui autem ambulauerit in nocte, offendit,

quia lux non est in eo. Per 12. psalmos compræhen-
 ditur vniuersalis admonitio ad clerum, vt interce-
 dant pro offensis populorum, quæ in nocte operan-
 tur. Et per statum noctis, compræhenditur qualitas
 peccatorum, dicente Paulo in epistola ad Thessalo-
 nicenses: Omnes enim vos filij lucis estis, & filij diei:
 non estis noctis neque tenebrarum. Igitur non dor-
 miamus sicut & cæteri, sed vigilemus & sobrii si-
 mus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui
 ebrii sunt, nocte ebrii sunt. Nos autem qui dici su-
 mus, sobrii sumus. Debitores enim sumus nos, qui ex
 oblationibus fidelium viuimus, tam pro eorũ pec-
 catis intercedere, quàm pro nostris. De qua re scri-
 bit sanctus Gregorius in homilia sua: Pensemus cuius
 damnationis sit, sine labore hic percipere mer-
 cedem laboris. Ecce ex oblatione fidelium viuimus:
 Sed nunquid pro animabus fidelium laboramus? Il-
 la in nostrum stipendium sumimus, quæ pro redi-
 mendis peccatis suis fideles obtulerunt, nec tamen
 contra peccata eadem vel orationis studio, vel præ-
 dicationis, vt dignum est, insudamus. Nos fratres
 cantemus in nocturnali officio totidem exemplis,
 quot horæ sunt in nocte æquinocetiali: & ex statu
 temporis, discamus, debitores nos esse pro peccatis
 eorum intercedere, quorum oblationibus sustentamur.
 Et ex senis antiphonis, quas vicissim chori per
 singulos versus repetunt, admonemur, vt nostra in-
 tentio tendat ad perfectionem bonorum operum,
 qui pro aliorum peccatis debitores sumus interce-
 dere. Si fecerimus, non erit periculosa & reprehensi-
 bilis suscepta oblatio fidelium à nobis, dicente Eu-
 angelio: Dignus est enim operarius cibo suo. Re-
 cordemurque sententiæ Iacobi Apostoli, dicentis:
 Cõstitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro
 inuicem, vt saluemini: Multum enim valet depre-
 catio iusti assidua. Qualitatem peccatorum, quæ tã
 facillè remittitur, ex scriptis sancti patris nostri Bedæ
 hic inseruimus. In hac autem sententia debet esse
 discretio, vt quotidiana leuiq; peccata alterutrum
 coræ qualibus confitemur, eãque quotidiana creda-
 mus oratione saluari. Et sanctus Augustinus in libro
 Enchiridion: De quotidianis autem breuius leui-
 busque peccatis, sine quibus hæc vita non ducitur,
 quotidiana oratio fidelium satisfaciãt.

De numero
 lectionum
 & respon-
 soriorum
 C. A. P. III.

Apè inculcatum est, respõsorios sequi lectiones
 Spropter disciplinam ecclesiasticam, quæ nõ vult
 auditores legis tantũ habere in sua schola, sed facto-
 res, scribente sancti Gregorio in suis responsis ad
 Augustinum ita: Nam in ipsis rebus spiritalibus, vt
 sapienter & maturè disponantur, exemplum trahere
 à rebus etiam carnalibus possumus. Ad discimus
 ex vigiliis militaribus, ad quid instruamur ex tribus
 lectionibus & respõsoriis. Dicit sanctus Ambrosius:
 Imitare milites istius seculi, & te militem esse Chri-
 sti existima. Armiductores constituerunt in militia
 sua dormientibus militibus castra tueri per tres vi-
 giliã in nocte: Quarta autem est in matutinali tem-
 pore, quandò nos matutinos cantamus. In memo-
 raris tribus vigiliis vigilantes constituti sunt, qui custo-
 diunt militum dormientium corpora, & supellecti-
 lem eorum. In militia seculari vicissim dormiunt
 milites, & vicissim vigilant. In Christianorum verò
 militia dictum est in Euangelio Marci: Quod autẽ
 vobis dico, omnibus dico, Vigilate. Tres lectiones
 & tres

& tres responforij per quotidianas noctes insinuant A
 sanctæ plebi, clericum ecclesiæ Dei ad hoc esse inten-
 tum, vt admoneat per lectionem, hoc est, suam do-
 ctrinam, & per responforium, hoc est, clamorem nõ
 paruum mentis prædicando & exhortando popu-
 lum Dei ad vigilias, si Dominus domus repentẽ ve-
 nerit, serò an media nocte, an gallicantu, an mane,
 ne inueniat eum dormientem. Si enim venerit Do-
 minus, secundum Lucam, in secunda vigilia, & si in
 tertia vigilia venerit, & pulsanti confestim aperitur
 beati sunt serui illi. Hæc est intentio cleri Dei, vt
 si quis graui somno adductus, in prima vigilia negli-
 gens extiterit, in secunda vigilia solerti cura ex-
 pectet Dominum reuertentem à nuptiis: Quod si etiã
 in secunda vigilia negligens extiterit, saltem in ter-
 tia vigilans inueniatur. Norandum est, quod sicut
 vnaquæquæ anima fidelis quacunque die exuta fue-
 rit corpore, septimam sabbati recipit, & resurrectio
 sanctorum corporum octauam diem expectat: ita
 quæcunque anima euigilauerit à graui somno negli-
 gentiæ per curam ecclesiasticam, siue in prima vigi-
 lia, siue in secunda, siue in tertia, statim attingit ma-
 tutinum tempus in quarta vigilia. Vt reor, S. Roma-
 na Ecclesia hoc speciatim nobis insinuat per suam
 consuetudinem. Ipsa enim quocunque ordine
 vel numero lectionum viderit * matutam procede-
 re, vt audiui, dimittit nocturnale officium, & inci-
 pit matutinale, Periculosum est enim transgredi
 terminos patrum, hoc est, nisi aut in maturitate, iux-
 ta auctoritatem prophetæ David surgamus, aut
 iuxta consuetudinem nostræ fragilitatis, in gal-
 licio.

* matutam
 De matu-
 tinali offi-
 cio quoti-
 dianarum
 nocturno
 C. A. P. V.

Quoniam homo pars est mundi, apud Græcos
 appellatur μικρόκοσμος, id est minor mundus: &
 idcirco non immeritò statui temporum comparatur
 rota natiuitatis humanæ. Nox enim dicta est, quod
 noceat ad spectibus vel negociis humanis, siue quia
 fures latronesque in ea nocendi aliis occasione
 nanciscantur. Ignorantia mentis, quæ solet eueni-
 re ex tenebris peccatorum, comparatur nocti. De
 quo peccato dicit S. Augustinus in libro Enchiridion:
 Duabus ex causis peccamus, aut nondum
 videndo, quid facere debeamus: aut non faciendo,
 quod debere fieri iam videmus: Quorum duorum
 illud ignorantia malum est, hoc infirmitatis. Pro
 his enim, quorum mens obcæcata est ignorantia
 peccatorum, orant ecclesiastici viri, vt & ipsi res-
 piciant, & cognoscant sua peccata. Talium mentes
 solet Christus propter suam misericordiam inter-
 uenientibus meritis sanctorum, visitare quodam-
 modò hora matutina. Matutinum est, secessus tene-
 brarum, & aduentus auroræ. Eo tempore sol appro-
 pinquat ad superiora, vt expellat tenebras à superfi-
 cie terræ. Adueniente sole vero, expellitur caligo
 ignorantia à mente humana, sicut factum est super
 Petrum quandò fleuit amarè, & quandò misit Deus
 Nathã prophetam ad Dauid, vt recognosceret pec-
 catum suum. Iam enim aduentante aurora dixit
 Dauid, Peccanti Domino, pro tali statu mentium
 conuersarum, cantant sancta ecclesia in matutinali
 tempore psalmum, [Miserere mei Deus,] quem
 cantauit Dauid, postquam cognouit peccatum suum.
 In isto psalmo fides purificans corda, innuit menti
 remissionem peccatorum, per symbolum, dicens:

Credo in spiritum sanctum, sanctam ecclesiam Ca-
 tholicam, sanctorum communionem, remissionem
 peccatorum. Sicut in psalmo, [Dominus regnauit]
 qui cantatur in libera nocte, recolitur status eorum
 qui post baptismum in cursu cõcepto perseuerant:
 ita in psalmo, [Miserere mei Deus] qui cantatur in
 feruilibus noctibus eorum, qui post baptismum de-
 clinant à cursu suo, & postea per orationes fidelium
 corriguntur, & illuminantur. Post matutinum tem-
 pus sequitur diluculum. Diluculum est quasi iam
 incipiens parua lux dici. Nisi hæc pars pertineat ad
 noctem, non erunt septem partes noctis, quas Do-
 ctiores enumerant, id est, crepusculum, vesperum,
 conticinium, intempesta, gallicinium, matutinum,
 diluculum. De eadẽ hora dicitur in euangelio, Vna
 sabbati valdè diluculo veniunt ad monumentum.
 Eadem hora vocatur & manè. Scribit & Ioannes
 de eadem hora, Maria venit mane cum adhuc tene-
 bræ essent. Et Marcus, quod iam prætulit, Serò
 an media nocte, an gallicantu, an mane. Omnes psal-
 mi qui sunt positi in secundo ordine per quotidia-
 nas noctes, aliquid de manè resonant. Primus dicit,
 [Quoniam ad te orabo Domine, mane exaudies
 vocem meam: mane adstabo tibi.] Secundus, [Emit-
 te lucem tuam & veritatem tuam.] Tertius, [Exitus
 matutini, & vesperæ delectabis.] Quartus, [Mane
 sicut herba transcar, mane floreat.] Et iterum, [Re-
 pletus sumus mane.] Quintus, [Auditam fac mihi
 mane.] Sextus, [Ad annunciandum mane, misericor-
 diam tuam.] In isto psalmo operatur spes, In pri-
 mo vitantur mala, in secundo appetuntur bona per
 spem. Quauis pœnitens spem habeat, tamen ex
 nocte, id est, ex peccato habet vnde tristetur. De qua
 tristitia dicit Apostolus: Tristitia autem quæ secun-
 dum Deum est, pœnitentiam in salutem stabilem
 operatur. Ipsa tristitia pars est noctis, In tertio or-
 dine sunt duo psalmi coniuncti simul, In istis duo-
 bus celebratur præceptum dilectionis, quod est ge-
 minum. In primo psalmo dicit homo imbutus dile-
 ctione Dei, [Deus Deus meus ad te de luce vigilo]
 id est, postquam secesserunt tenebræ, & aurora ve-
 nit fidei, atque diluculum restorationis per spem
 bonam mihi illuxit, ad te vigilo, & per amorè, quo-
 rator ad restituit in te anima mea, quã multiplici-
 ter tibi & caro mea. In isto psalmo dilectio Dei me-
 moratur, in secundo psalmo dilectio proximi. Ista
 duo præcepta nulla interpositione distinguntur. Qua-
 propter non inuenitur vlla distinctio inter præsen-
 tes duos psalmos. Dicit diuina scriptura, Flagellat
 Deus omnem filium quem recipit. Iste homo, cuius
 status nunc recolitur, fuit primò tentatus & victus.
 Vult iterum Deus, vt tentetur & vincat, atque pos-
 sideat triumphum victoriæ. Huius documèti causa
 & admonitionis sequuntur cantica, quæ cantauerunt
 patres nostri, postquam tentati sunt, & Deus
 triumphum præstitit illis. Primum canticum dicit:
 [Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi]
 Audistis flagellum: audi triumphum. Conuersus
 est furor tuus, & consolatus es me. Et iterum:
 Fiducialiter agam, & non timebo. Et iterum: Exul-
 ta & lauda habitatio Sion. Secundum canticum cã-
 tatum est ab Ezechia, postquam conualuit de infir-
 mitate. Tertium ab Anna, postquam amula eius
 humiliata est, & illa exaltata partu filij. Quartum ce-

lebratum est postquam prostrati sunt Ægyptij, qui persequebantur populum Dei. Quintum ab Abacuc propheta, de quo dicit Hieronymus, Interim secundum literam causatur aduersus Dominum propheta, cur Nabuchodonosor templum vastet & iudam, cur Hierusalem quondam vrbs Domini destruat, quare clamet populus & non audiatur, vociferetur ad Dominum oppressus à Chaldeis, & non saluetur: quare etiam ipse propheta, vel populus, ex cuius persona nunc loquitur, adhuc vixerit, ut hucusque perductus sit, ut iniquitatem hostium, & suum videat laborem: cur in iustitia præualeat aduersum se. Et hoc dicit præ mèris angustia, nesciens aurum in igne conflagari, & tres pueros de camino puriores exisse, quam intrauerant. Et infra: Dominus noster sciens clementiæ suæ pondera atque mensuras, interdum non exaudit clamantem, ut eum probet, & magis prouocet ad rogandum, & quasi igne excoctum, iustiorē & puriorē facit. Sextum à Moysè, qui vexatus est propter Iudæos, qui exacerbauerunt spiritum eius, & tali fine concluditur: Laudate gentes populum eius, quia sanguinē seruorum suorum vlciscetur. Et vindictam retribuet in hostes eorum, & propitius erit terræ populi sui. Post hæc Epinicia introducitur persona exhortantis, ad laudem Dei iuxta psalmistæ vocem, dicentis: In Domino laudabitur anima mea, audiant mansueti & lætentur. Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in inuicem. In isto ordine incipit exhortari confortes, & conciuēs suos ad laudē sanctæ Trinitatis, quæ separata est tribus personis, & coniuncta in vna eademque substantia. Ideo tres psalmi qui laude diuina pleni, huius exhortationis vice canuntur, canuntur sine aliqua defunctione apud nostrā ecclesiam. Post hos psalmos, qui finem faciunt psalterij, & perfectè restauratū hominē monstrant, sequitur lectio. Etenim perfectum hominem oppidò delectat docere & admonere negligentes more Dauid, qui tribus versibus memorat renouationem mentis suæ, id est, Cor mundum crea in me Deus, &, Ne proicias me à facie tua, & Redde mihi lætitiā salutaris tui, & ilicò subiungit: Doceam iniquos vias tuas, impij ad te conuertentur. Post lectionem sequitur versus. Nostra prouincia solita est per omnes quotidianas noctes canere in isto ordine * super versum, Repleti sumus manē misericordia tua. In Romano verò antiphonario inueni plures. Idcirco cœpi ex hoc canere versum in matutinis, Domine meditabor in te per secundā feriam & tertiam. [Repleti sumus misericordia tua, per quartam] & quintā feriā. [Auditā fac mihi manē,] per sextā & septimam. Omnes isti versus precantur bona Domini, quæ necessaria sunt in mēte cōuersum retinere in matutina hora vnumquēque, siue pro præsentis cōuersione, siue pro futuro manē, quod expectatur in resurrectione. Post hos gradus ascenditur ad ipsum Dominū nostrū Iesum Christū, qui visitauit & fecit redēptionē plebis suæ. Apostropha fit de cōuerso homine per pœnitentiā ad euangelicum virum, qui exhortatus est laudare sanctā Trinitatē pro beneficiis præstitis conuerso, & dicit: Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit miseriam humanam, & fecit redemptionem illius, sicut locutus est per os sanctorum. Per eorum os promisit, in quacunque die impius conuersus est

* forte, semper.

A set ab impietate sua, quòd omnes iniustitiæ eius obliuioni traderentur. Reddiditque insurandū, quod iurauit Abraham patri nostro daturū se nobis, hoc est, ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiremus Domino in iustitia & sanctitate, ac si dicat ecclesiasticus vir: Iste, qui infirmus fuit, profectò sanitati reddi⁹ est. Omnes partes noctis, cui⁹ caligine iste obscuratus erat, repulset sunt. Agamus Deo gratias, quoniam nunc poterit deinceps seruire domino, & honestè ambulare, sicut decet in die. Dona Dei, quæ in isto hymno memorantur, partim percipit sancta ecclesia in primo aduentu Domini, sed plenius accipiet in secundo.

Propriè vulgus omnem diem, solis præsentiam ^{De cunctis diei. C.A.R.VI.} supra terras, appellat. Ex hac definitione datur intelligi, diem duodecim horarum inchoari debere ab ortu solis, & finire in eius occasu. Manē est quidā angulus noctis & diei. Diluculum & exortus solis, mane vocantur, ut prætuli, in euangelio. Iam dictū est de mane in superioribus. Cum adhuc tenebræ essent. Et iterum dicitur, Et valdè mane vna sabbatorum veniit ad monumentū, orto iam sole. Et iterum, Simile est regnum cælorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam: Conuentione autem facta cū operariis ex denario diurno. Ex isto diurno intelligitur in isto loco mane pertinere ad diem. Scriptum est in altero euangelio: Si quis ambulauerit in die, non offendit. Conuentus sanctorum fratrum qui congregatur prima hora, tertia, ac sexta, atque nona, illorum statum in suo officio recollit, qui post ablutionem aquæ, siue post sanitatem receptā per pœnitentiā, sine retractione currunt per viam Domini, hoc est, per legē eius, scilicet vsque ad vespereum, id est, vsque ad finē vitæ suæ. De quo cursu Paulus dicebat in nouissimis suis diebus: Certamē certauit, cursum consummaui, fidē seruaui. Etenim psalmus *Beati immaculati*, plen⁹ est sanctis moribus, per quos oportet ambulare vnūquēque, qui legē Domini certat implere. Psalmus, [Deus in nomine tuo saluum me fac,] qui præponitur centesimo octauo decimo, non est ita præpositus quasi necessarius sit tantum vni parti diei, quæ vocatur prima, sed toti spatio diei. Homo qui incipit ambulare in lege Domini, sciat se ex vna parte habere leonem, & ex altera parte draconem: Leonem in apertis persecutionibus, draconem in insidiis. Quādo insidiati sunt Dauid Ziphæi, ut eum comprehenderent, & traderent in manus Saul, qui eum volebat occidere, cantauit psalmum istum: Et nos quādo inchoamus in prima hora diei vitare persecutiones & insidias diaboli, cantemus psalmum pro toto itinere diei, Deus in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua libera me. Quare hoc? quoniam alieni insurrexerunt aduersum me. Et cætera. Quid enim volunt precari ambulantes per viam, nisi quod sequens versus monstrat, dicens Auerte mala inimicis meis, & in veritate tua disperde illos. In isto psalmo oratum est pro custodia vtriusque partis viæ. In prima parte psalmi, *Beati immaculati*, intramus in viam Domini. Quæ sit intentio ambulandi, per istum psalmum ex verbis S. Augustini edocemur, Dicit inter cætera in tractatu præsentis psalmi: Nam profectò qui exhortatur, id agit, ut exciteret voluntas eius cum quo

quo agit, ad illud propter quod exhortationis adhibetur alioquin. Ut quid ergò nobiscum agitur, ut velimus quod velle non possumus, nisi quia omnes quidem beatitudinem concupiscunt: sed quonā modo ad eā perueniant, plurimi nesciunt: Ideoque hoc docet iste, qui dicit, *Beati immaculati in via*, qui ambulant in lege domini. Tanquā diceret: Scio quid velis, beatitudinem quærīs: si ergò esse vis beatus, esto immaculatus. Illud enim omnes, hoc autē pauci volunt, sine quo non peruenitur ad illud, quod omnes volunt. Sed vbi erit quisque immaculatus, nisi in via? In qua via, nisi in lege Domini? Sermocinationi huius legis commissimus nos per primam partem psalmi octauo decimi in prima hora diei. Per secundam partem anticipamus secundam partem diei. Sicut in prima parte, ita in ea facimus mentionem de lege Domini. Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Et iterum: Viam iniquitatis amoue à me, & * lege tua miserere mei. Versus qui sequitur, Exurge Domine, adiuua nos, sicut & psalmus, Deus in nomine tuo saluum me fac, pertinet ad spatium totius diurni itineris, sic & iste versus pertinet ad orationem, ut Dominus sit sui gregis per totum cursum itineris adiutor & liberator propter suam misericordiam. Tertia pars memorati psalmi, celebratur in hora tertia diei, necnon & ibi mentio fit de lege Dei, dicendo: Legem pone mihi Domine viam iustificationum tuarum. Et iterum: Da mihi intellectum, & scrutabor legē tuam. Et cætera. Quarta pars psalmi cantatur pro quarta hora diei. Et ibi mentio fit de lege Domini: Portio mea Domine, dixi custodire legē tuā. Quinta pars psalmi canitur pro quinta hora diei. Et ibi mentio fit de lege Domini: Coagulatum est sicut lac cor eorum, ego verò legem tuam meditatus sum. Et iterum: Bonum mihi lex oris tui. Lectio quæ legitur per singulos cursus, hoc docet, ut quādoque congregati fuerint sancti viri, exceptis bonis operibus, quæ secum singuli student agere, passim diuino colloquio reficiantur. In sexta parte psalmi, intratur ad sextam horam diei. Et ibi mentio fit de lege Domini. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua. Et iterum: Nisi quòd lex tua meditatio mea est, & cætera. Septima pars psalmi canitur pro septima hora diei. Et ibi mentio est de lege Domini. Quomodo dilexi legem tuam Domine, tota die meditatio mea est. Octaua pars psalmi, pro octaua hora diei canitur. Est & ibi mentio de lege domini: Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi. In nona hora diei canitur nona pars psalmi, ibi habemus legem Domini: Iustitia tua iustitia in æternum, & lex tua veritas. Decima pars psalmi, canitur pro decima parte diei. Ibi est mentio de lege Domini: Vide humilitatem meā, & eripe me, quia legem tuam non sum oblitus. Vndecima pars psalmi canitur pro vndecima hora diei. Et ibi habemus de lege Domini: Iniquitatem odio habui & abominatus sum, legem autē tuam dilexi. Et iterum: Pax multa diligentibus legem tuā Domine. In duodecima hora diei reddit Dominus operariis suis denarium promissum. Scripsi nuperimè in libello officiali de vespertina hora iuxta etymologiam eiusdem nominis, id est, vespere, vespertina hora iuxta suam etymologiam est post solis oc-

A cubitum, & pertinet ad noctem. Si quis vespertinale officium in ea hora celebrauerit, vnde etymologiam habet, id est, quādo stella quæ vesper nuncupatur, apparet, habet in libello officiali de eo scriptū quod potui sentire: Nos verò sapissimè solemus vespertinale officium celebrare ante solis occubitū. Ut ordo ille in nostra ecclesia celebretur, qui descriptus est in lib. Efdra, Quater in die confitebantur Domino peccata sua, oportet vespertinum officium computare ad partem diei. Dominus Beda ex scripto huius historię dicit, inoleuisse consuetudinem in nostra ecclesia, ut quatuor lectiones recitentur fratribus in die, quòd non fit nisi lectio vespertinalis cōputetur parti diei, cum lectionibus de nona, & sexta, & tertia. In prima nō recitatur lectio. Officium primū diei inchoamus ab ortu solis. Vespertinale synaxin agimus circa duodecimam horam, quæ hora est circa finem diei. Finis diei, potest vnus cuiusque hominis finem designare. dies enim ponitur pro toto tēpore vnus hominis. Vndè dicit Dominus in Euangelio: Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est: Veniet hora quādo nemo poterit operari. Dicit sic sanct⁹ Augustinus, vbi exponit sententiā Euangelij de quinque virginibus sapientibus, quarum deuotioni optabam comparare eorum, qui quinque psalmos cantant vespere. Nam interrogatus Dominus secreto à discipulis de consummatione seculi, inter multa quæ locutus est, hoc quoque dixit: Tunc simile æstimabitur regnum cælorum decem virginibus. Et cætera. Et infra: Videntur itaque mihi quinque virgines significare quinque partitam continentiam à carnis illecebris: continendus est enim animæ appetitus, hoc est, à voluptate oculorum, à voluptate aurium, à voluptate olfaciendi, gustandi, tangendi. Sed quia ista continentia partim coram Deo fit, ut illi placeatur interioris gaudio conscientiæ, partim coram hominibus, tantum ut gloria humana capiatur, quinque dicuntur sapientes, & quinque stultæ: Vtræque tamen virgines, quia vtræque continentia est, quāuis aduerso fomite gaudeant. Qui coram Deo gaudent gloriari de suis operibus, illi ambulauerunt per diem in lege sua, ipsi vocantur sapientes virgines. Istæ sapientes virgines habebunt veniente spōso lampades in manibus cum oleo in fine mundi. Per lampades designantur bona opera, quæ secum quisque habet, qui ea operatus est, & non quæ sunt retributionem pro illis fallacem. Simili modo per psalmos designantur bona opera. Quinque virginum vice in nouissima parte diei quinque psalmos canit chorus, ac si teneat vnusquisque secum sua bona opera, quæ operatus est per quinque sensus corporis, cum quibus quasi quibusdam lampadibus habentibus oleum in se, festinant venire obuiam sponso. Qui enim contendit obuiam sponso venire, gradus ascensionis disponit in corde suo. Idcirco non absquē prouidentia psalmi quindecim graduū includuntur in vespertinali officio. Et quoniam si non sufficiunt ad numerum dierum septem, altrinfecus assumuntur qui derelicti sunt à cæteris officiis. Post hos psalmos sequitur confabulatio sanctorum mutua per lectionem, ut ea admoneantur, quomodo ornatum animi sui renouent, & componant se sicut oportet ornari singulos, qui intrāt

presentiam regis. Versus qui sequuntur, id est, Vespertina oratio. Et dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, pulsant ostium conclavis, ubi rex sedet. Nam in Romano antiphonario inueni verius, Exaltabo te Deus meus rex meus: Et, Magnus Dominus noster: Sed quos prætulit, ipsi euidenter demonstrant, quantum fieri potest, totam deuotionem vespertinalis officij. Post hoc in hymno euangelico, quem cantauit sancta Maria, chorus virginum secum recoluit illuc se oportere contendere, quod præcessit virgo virginum, hoc est, in presentiam Saluatoris. Sancta Maria, postquam audiuit salutationem Archangeli, & illius verba retinuit in corde suo, cantauit presentem hymnum, id est, Magnificat anima mea Dominum. Ideo enim dixit de se, Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Nam & chorus virginum si postquam audierit verba euangelij, dicentis, Attendite ne faciatis iustitiam vestram coram hominibus, vt videamini ab eis, retinuerit in corde suo, beatus vocabitur apud omnes. De eadem re scriptum est in euangelio Lucæ: Extollens quædam mulier vocem de turba, dixit illi: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti: At Iesus dixit ei: Quinimodò, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Beata dicitur sancta Maria, quia audiuit salutationem angeli: Beatus dicitur chorus virginum, quia audiuit à Domino sententiam euangelicam supra scriptam, & custodiuit illam. Cantet chorus virginum hymnum quem cantauit virginum, & omni nisu illuc contendat intrare, quod peruenit sancta Maria.

De completorio.
CAP. VII.

Septem officiis commemoratis, de quibus dicit Propheta, Septies in die laudem dixi tibi, & in alio loco, Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo: Et alia scriptura, septies cadit iustus in die, & resurgit: remanet octauum, quod vocatur completorium. In eo summa perfectio est cæterorum officiorum. Quæ enim septem officiorum gradus proficiendo operantur, hæc octauus demonstrat perfectum, id est, consummatum. Istud officium ad noctem pertinet: sed propter effectum sui nominis, in fine cæterorum officiorum ponitur. In isto consumitur esus, potus, & collatio, & omne commune opus, omnia membra derelinquuntur à suffugio humano: soli Deo, qui non dormit, neque dormitat, committuntur. Somnus enim est imago mortis. Idcirco aliquos psalmos in isto officio cantamus, quos solemus cantare in nocte sabbati, quando Dominus requieuit in sepulcro: & quos ipse cantauit in cruce, & nostra ecclesia canit in officio mortuorum. Psalmus, Cum inuocarem, exaudiuit me Deus iustitiæ meæ, cantatur in nocte sabbati memorata. Ipse cantatur in completorio propter orationem quam in se continet, In pace in idiplum dormiam & requiescā. Psalmus, In te Domine speraui, cantatus est à Christo in cruce, & in eo loco ubi se commendauit patri, dicens, In manus tuas comendo spiritum meum, finitur in isto officio. Psalmus, Qui habitat in adiutorio altissimi, securum est contra insidias diaboli, Quot latentes insidix possunt ingruere super dormientes per ipsum diabolum, & per sua membra, & pericula vermium

ac bestiarum, non valeo explanare. Contra quas præfens psalmus habet congrua verba in oratione, dicentia: Scuto circundabit te veritas eius, nō timoribus à timore nocturno. Etenim veraciter dicimus Saluatori nostro: Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem. Non recolo vtrum scripsissem in libello officiali aut in altero De ordine cantatorij sensum, quem mihi misericordia Domini ministravit, si verus est, eo tempore quando deprecatus sum pro officio completorij, idcirco non me piget illud scribere in isto loco: quamuis proprius sit temporibus illis, quando tractus, Qui habitat in adiutorio altissimi, cantatur: Admonet nos tractus, Qui habitat in adiutorio altissimi, vt quotiescunque diabolus nobis persuadere voluerit, linguis hominum succumbere sibi per gulam & inanem gloriam, atque auaritiam, toties in corde nostro versentur verba psalmi præfentis, in quo scriptum est, Susceptor meus es tu, & refugium meum Deus meus: sperabo in eum, quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium & à verbo aspero. In initio quadragesimæ legitur euangelium, in quo DOMINVS tentatus est, qui sua tentatione nostram tentationem deuicit: vt admoneamus ex eo, quod præcipue in illo tempore se infert diabolus ad tentandos Christi seruos: Tractus verò monstrat nobis quem murum debeamus opponere contra eius tentationem. Post quadraginta dies, id est, in Parasceue canitur idem Tractus iuxta morem antiquum Romanæ Ecclesiæ. Qui status recoluit ordinem temporum & rerum. Postquam enim Dominus ieiunauit quadraginta diebus, cepit eum diabolus tentare, & cantauit ei versus de presenti tractu, Et fecit victus ad tempus, vsquedum iterum reuertetur, non iam ad tentandum, sed ad persequendum per membra sua, sicut legitur in passione fecisse, quæ sequitur post tractum, Nos verò quando persequimur à membris diaboli vsque ad martyrium, nihilominus frequentate oportet verba Tractus, quæ dicunt, Ipse liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aspero, à sagitta volante per diem, à negotio perambulante in tenebris, à ruina & demonio meridiano. Cantatur etiam quartus psalmus in Completorio, propter verba in quibus continetur, In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Dominum. Quatuor elementa sunt, pro quibus custodia postulat: Quam obrem quatuor psalmos canimus, siue quia quatuor vigiliæ celebrabantur apud antiquos in nocte. Peritionem nostram in presenti completorio eliquat versus, Custodi me Domine vt pupillam oculi, sub vmbra alarum tuarum protege me. Vt festa membra quiete potiantur, credit se hoc sancta ecclesia profusus percipere, si euangelici viri Simeonis memoriam fecerit: cantat idcirco hymnum quem Simeon cantauit, postquam Christum vidit & suscepit, atque deprecatus est pacem sempiternam. In isto officio & in prima, non est confabulatio lectionis. Habet tamen consuetudinem nostra ecclesia, vt post officium primæ conueniant in vnum fratres ad lectionem, & ante istud officium similiter. Lectio est quædam refectio mentis. In prima dirigatur grex Domini in via, vt veniat ad pascua. Operetur primò, vt postea impleatur refectio in hora tertia. In isto verò

verò officio consummantur omnia sicut prædixi. Hoc incipit fieri à primo psalmo ubi dicitur, In pace idiplum dormiam & requiescā: Et in secundo, In manus tuas comendo spiritum meum. Post istam commendationem non est ordo, vt sequatur collatio consueta: sed tantummodò postulari pro custodia deprecetur.

De officio,
Adspiciens
à longè.
CAP. VIII.

Propter versus qui præponitur in vespertinali synaxi, Rorate cæli de super officiis cantorum de aduentu Domini, sequentes versus simili modo præpono, qui currunt per omne tempus aduentus Domini in nocturnali officio, & matutinali, ac vespertinali. Non de singulis responsoriis proposui dicere, sed de singulis officiis Dominicalium nocturnum. Prima duo responsoria, id est, Adspiciens à longè, & Adspiciebam in visu noctis, figurant in capite libri personam illius Christi, qui est Deus & homo & rex vniuersalis. Huius aduentum certat nunc sancta ecclesia diuulgare longè lateque. In primo responsorio introducit cantor dicta seu facta Ioannis præcursoris. Ex persona Ioannis potest dici, Adspiciens à longè, scilicet tantum à longè, quantum distat cælum à terra. Ipse enim Ioannes dicit de se: Qui de terra est, de terra loquitur: De Christo, sic: Qui de cælo venit, super omnes est: Quid adspiciendo videntem. Et eadem potentia dicit S. Gregorius in homilia sua vice præcursoris: Qui & humilitatem suam, & diuinitatis potentiam considerans, dicit: Qui de terra est, de terra loquitur. Et cætera. Sequitur, Et nebulam totam terram tegentem, id est, video caliginem ignorantie regentem terrena cor Iudæorum, qui præsentem Deum non cognoscunt in homine Christo. Iste responsorius diuinam naturam in Christo recoluit. Dicit Ioannes Dirigitè viam Domini. Quod sic exponit S. Gregorius: Via Domini ad cor dirigitur, cum veritatis sermo humiliter auditur. Hucusque Gregorij. Quando veritatis sermo ad cor vadit, Christus vadit ad mentem hominis: Cum idem sermo humiliter auditur, cor hominis Christo obuiam vadit. Iste sensus recolitur in responsorio, dicente: Ite obuiam ei. Sequitur, Et dicitè, nuncia nobis si tu es ipse qui regnaturus es in populo Israel. Nempè præcursor mittit discipulos suos ad Christum, vt dicant ei: Tu es qui venturus es, an alium expectamus: vnde sic B. Gregorius: Sicut pro hominibus nasci dignatus es, an etiam pro hominibus mori digneris insinua. Non immeritò interrogatio præposita in responsorio, Ioannis interrogationi comparatur. Qui enim nesciuit vtrum mori dignaretur Christus pro populo Israel, aut per se ad claustra inferni descendere, ipse poterat vtrum Christus per se vellet regnare in populo Israel, an per alios, sicut per multos fecit. In secundo responsorio manifestatur humana natiuitas, dicendo: Et ecce in nubibus cæli filius hominis venit, atque indè responderet superiori responsorio, quod interrogat, si Christus debeat regnare in populo Israel. Iste responsorius dicit: Et datum est ei regnum & honor, & non solum vt regnet in populo Israël, sed vt tribus Iudaica & populus Israël & omnes lingue seruiant ei. Signo posito in eminenti loco, id est, manifestato rege, qui Deus & homo est, sequentes responsorij currant per ordi-

* nescire.

nem librorum & historiarum, ubi hoc perspicere occurrerit nobis. Hic notandum, quod indifferenter in antiphonario posita sunt verba secundi aduentus saluatoris & primi. Multa enim prophetata sunt de primo aduentu Domini, & multa de secundo, ex his quæ in aduentu Domini canuntur. Post præscriptos duos responsorios sequitur, Obsecro Domine, mitte, quem missurus es, de nostro. Ipse est enim primus in contextu librorum. Post hunc sequitur, Audite verbum Domini. Qui quanuis posterior sit in contextu responsorio, Ecce virgo concipiet tamen conuenientiam habet aliquam vt præponatur. In ipso enim responderet moysi deprecationis, dicentis: Obsecro Domine, mitte quem missurus es: cum dicit, Audite verbum Domini gentes. Et infra, Saluator noster adueniet. Et iterum, Conuenit rationi, vt responsorij qui conceptum sanctæ Mariæ prænunciant, coniunctim ponantur. Responsorius, Ecce virgo concipiet, apertè de conceptu sanctæ Mariæ prophetat: Sequens verò, Missus est Gabriel angelus, ea quæ prophetata sunt, presentia monstrat. Aue gratia plena, ordinem contextus tenet. Compositus verò responsorius, Suscipe verbum virgo Maria, superioribus concinens, de Romano in nostrum translatus est. Sequitur ordo, vt post euangelicos responsorios sequatur apostolicus, Saluatorem expectamus Dominum Iesum Christum. Propter cceptum ordinem responsoriorum sequuntur responsorij ad tertiam, & sextam, ac nonam. Idem prologus qui stat in capite tertij voluminis, quod vocatur apud Romanos Antiphonarius, præponitur primis antiphonis, id est, in illa die stillabunt montes dulcedinem, & Iocundare, atque cæteris sequentibus in nostro antiphonario. Cuius idem ordo antiphonarum in nostro antiphonario, qui continetur in Romano vsque ad antiphonam, Angelus Domini nunciauit Mariæ. Dein ordo, quæ accepimus de Metensi antiphonario. In isto officio antiphonas mutauit de vrbis Metensis antiphonarij in nostrum antiphonarium de quarta feria. Inuenimus in memorato Antiphonario in quarta feria antiphonam, Veniet fortior me post me, de verbis sancti Ioannis Baptistæ. Et in sequenti hebdomada antiphonam de Isaia propheta, Vox clamantis. Reseruauit eas vsque ad illud tempus quando legitur Euangelium de Ioanne, vnde ipse Antiphonæ assumptæ sunt. Et posui de Esaia propheta, Egredietur virga de radice Iessæ, in feria quarta primi officij, & præcipue in feria quarta & feria sexta de aduentu Domini posui antiphonas de prophetis, quoniam ipsæ feriæ in prophetia Christi & ecclesiæ extiterunt ab initio. Feria quarta sol & luna collocata sunt in cælo, quæ sunt in prophetia Christi & ecclesiæ. Sexta feria homo, qui fuit forma futuri Adam, creatus est.

Priores responsorij ex persona familiarum Dei cantati sunt, hoc est, ex persona ecclesiasticorum virorum. Ideo aliqui responsorij de collato sibi beneficio sibi met congratulando, propriæ personæ loquuntur. Sicuri est in primo responsorio: Ecce video Dei potentiam venientem, & in secundo, Adspiciebam in visu noctis, & ecce in nubibus cæli filius hominis venit: & Saluatorem

De respon-
soriis: Ieru-
salem, cito
veniet sa-
lus tua.
CAP. IX.

expectamus Dominum IESVM Christum : Et Moyse ipse per se loquitur, Domino dicens: Obsecro Domine, mitte quem missurus es. At in presentibus hebdomada loquitur aut ecclesiasticus chorus, aut propheticus aliquis sermo internunciatus ad Ierusalem, quæ quondam erat metropolis & ciuitas regis magni, & per Ierusalem ad primates toti⁹ Dei famosæ congregationis. Absentia enim Christi nequaquam sine tristitia potest recordari. Illo modo loquuntur presentes responsorij, quasi consolantes sint populum de aduentu Regis & defensoris sui: Hierusalem, cito veniet salus tua, hoc loquitur. Ciuitas Hierusalem, id ipsum simili modo: Ecce Dominus veniet, & omnes sancti eius cum eo. Quartus, Sicut mater consolatur filios suos, consolatur ciues & vicinos hierosolymitanos. Quintus, Hierusalem plantabis vineam in montibus tuis de Hieremia, consolatur captiuos, qui erant in Babilone. Sextus, Virgo Israel, iterum de Hieremia, consolatur decem tribus, super quas regnavit domus Efraim. Iuxta ordinem prophetiæ Ieremiæ, stant isti duo in supradicto ordine. Responsorius, Egredietur Dominus de Samaria, mentionem facit Bethlehem, de qua reges oriundi sunt, qui regabant populum Dei, scilicet, Dauid & Christus rex regum. Responsorius, Bethlehem ciuitas Dei summi, declarat Dominium regis regum. Ideoque subiunxit illum priori. Responsorius, Ecce veniet Dominus protector noster, habet in stemma regum, ideoque sequitur, Bethlehem responsorium. Antiphonæ vadunt per ordinem iuxta Romanum antiphonarum, vsquequod, Benedicta tu inter mulieres. Deinde sequitur ordo Metensis antiphonarij. Vbiunque potui, inserui antiphonas quæ præconium habent declaratione & consolatione Hierusalem, id est, primatu qui desiderat aduentum Domini.

In Metensi antiphonario quem legi, non continetur responsorius, Gaudete in Domino: sed de Romano transluli illum in nostrum. Per presentes responsorios loquitur nunci⁹ Dei ad pauperes & plebē, quæ facili⁹ opprimitur à potentibus. Sicut in prioribus responsoriis consolatus est dignitatem potestatis, ita in istis consolatur subiectam plebem Responsorius, Gaudete in Domino, plenus est consolatoriis verbis. Ecce apparebit Dominus, ipse cōfigit in capite regem regum, qui venturus est liberare pauperes & afflictos de manu potentie secularis. Vtrunque demonstrant presentes responsorij, & liberatorem venturum pauperum, & eundem proximo tempore venturum. Hoc certat facere secundus responsorius, Prope est vt veniat tempus eius, & tertius, Qui venturus est: hoc etiam quartus, Aegyptenoli flere. Orietur stella, transluli de aliis responsoriis hic in quintum ordinem, vt ex eo eliquetur, qui sit ille qui in superiori responsorio dictus est dominator, ante cuius conspectum mouentur abyssi. Sequentes responsorij sunt iidem, qui in cæteris antiphonariis continentur. Excipitur, Latentur cæli & exultet terra, qui præ omnibus corda pauperum consolatur. Antiphonæ ordinem Romani antiphonarij sequuntur vsque ad antiphonam, Hoc est testimonium. Dein Metensis antiphonarij, Certauit in ista hebdomadæ antiphonas inferere de

De responsorius, Gaudete in Domino semper, & Ecce apparebit Dominus. Cap. x.

proprio euangelio, & de prophetis ea quæ plurimum consolantur pusillanimes.

In hac hebdomada continentur mixtum in Romanis voluminibus Responsorij, quos solemus cantare in Dominica, quæ habet primum responsorium, [Canite tuba,] & illi, quos per sequentes noctes infra hebdomadam distinctè canimus. Prætermisi ordinem confusum, & conatus sum ordinare numerum responsoriorum, qui distinctus est à nostris à Dominica nocte per ferias singulas, vt in sequentibus continetur. Præsentis responsorij & sequentis hebdomadæ, certat multitudinem populi congregare, vt præstò sint & parati ad suscipiendum Dominum Dominorum. Idcirco plurimi [Ecce] quod est aduerbium demonstratiuum, continent in se, sicut est in responsorio, [Canite tuba in Sion, Ecce Deus saluator noster.] Et in responsorio, [Clama in fortitudine, ecce Deus noster quem expectabamus,] & in responsorio, [Ecce iam veniet plenitudo temporis.] Primus responsorius, [Canite tuba in Sion,] commonet ciues, vt sciant regis aduentum, & annuncient illam vicinis. Secundus responsorius, [Intuemini quantus sit gloriosus iste,] admonet considerare ciues quod ultra reges sit iste, qui ingreditur ad saluandas gentes. Tertius responsorius, [Non auferetur sceptrum de Iuda,] docet reges Iudæorum suo in tempore deficere. Quartus, [Clama in fortitudine,] nunciat ciuitati Ierusalem, regem longo tempore expectatum, in foribus esse. Quintus admonet ciues, vt se vestiant dignis vestimentis ad suscipiendum tantum regem, id est, vt vicesima quarta die ieiunent. Notandum quod iste responsorius canebatur in Galliis octaua decima die decimi mensis. Pro quo inueni scriptum in Romano, vicesima quarta die decimi mensis, necnon & de ipso interrogauit apostolicum Gregorium. Qui respondit: Non cantamus octaua decima die decimi mensis, sed vicesima quarta die. Sextus responsorius, [Ecce iam veniet plenitudo temporis,] ostendit modum ingressus maximi regis. Tres enim responsorios sequentes aptauit conuenientia euangelij, quod in propria Dominica legitur. Euangelium dicit ex persona Ioannis Baptistæ: Ego vox clamantis in deserto, parate viam Domini, sicut dicit Esaias propheta. Responsorius septimus dicit, [Rex noster adueniet Christus,] quæ Ioannes prædicauit sponsum esse venturum. Euangelium dicit, Qui post me venit, ante me factus est, cuius, ego non sum dignus vt vt soluam eius corrigiam calceamenti. Responsorius octauus dicit, [Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, ecce de quo dicebam vobis, qui post me venit, ante me factus est.] Nonus responsorius dicit [Me oportet minui, illum autem crescere: qui post me venit, ante me factus est, cuius non sum dignus corrigiam calceamenti eius soluere.] Antiphonæ vadunt per ordinem iuxta Romanum antiphonarum, vsque ad antiphonam, Ecce apparebit Dominus.

Per septem dies renouantur antiphonæ de matutinis in omnibus antiphonarijs ante Natiuitatem Domini, id est, à prima antiphona, Canite tuba in Sion de Dominica nocte vsque ad primam antiphonam.

De responsorius, Canite tuba in Sion. Cap. xi.

De antiphonis feriarum in proxima hebdomada ante Natiuitatem Domini. Cap. xii.

antiphonam. [Iudæa & Ierusalem,] de sabbati nocte. Septiformis spiritus, cuius opus est conceptio S. Mariæ & partus, nobis ad memoriam reducit per septenarium numerum. Vnde & in eadem hebdomada legitur Esaias propheta, qui numerat septem dona spiritus sancti in sexta feria quâdò primus homo creatus est, quem modò venit secundus homo reformare. Congruit enim itineri nostro quo pergendum est obuiam Christo infanti, frequentatio septenarij numeri, quatenus eo discamus necessesse nobis esse precari dona septiformis spiritus, quibus renouati & ornati, possimus dignè præsentari mysterijs natiuitatis Christi. Etenim sanctæ Mariæ, vt potuisset ipsa eum, id est, Christum Dominum nostrum, suscipere & portare, & fieri eius habitaculum, idem spiritu sanctus obumbrabit. Responsorius, vt dixi, non inueni distinctos ab antiquis patribus per ferias memoratas: ideo sileo de eis. [Nascetur nobis paruulus,] inueni inter responsorios, qui habent initium à [Canite tuba in Sion,] in Romano antiphonario, & in Metensi antiphonario inter ferias positum, vt reor, quia de futuro scriptum est in antiphonario, [Nascetur nobis paruulus.] Nos enim legimus Esaiam prophetam, vnde iste responsorius assumptus est, & inuentum est in illo, & in Hebraica translatione, & septuaginta, de præterito ibi dictum esse, [Natus est nobis.] Secuti inueni prophetam, & scripsimus illum in nocte natiuitatis Domini, quândò leguntur verba responsorij in nocturnali officio, & in lectione ad Missam: Præcipue cum audirem illum prius in natiuitate Domini cantare, sic tamen, vt vsque modò cantatus est, [Nascetur nobis,] quem nos mutauimus iuxta Esaiam prophetam, [Natus est nobis.]

Antiphonæ quæ canuntur per præsentem hebdomadam, cum hymno S. Mariæ, & habent omnes O, in capite, signum quoddam admirabile & inuestigabile ostendunt nobis in his diebus celebrari. De quo signo dicit Esaias propheta: Propter hoc vobis dabit Dominus signum, Ecce virgo concipiet, & pariet filium. De quo partu dicit Ioannes Baptista, Cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamenti. O, interiectio est admirantis. Per illud O, voluit cantor intimare verba sequentia pertinere ad mentis ruminacionem, quam ad concionatoris narrationem. Et quoniam per conceptionem & partum sanctæ Mariæ facta est hæc admiratio, amplius congruunt memoratæ antiphonæ hymno sanctæ Mariæ, quam Zachariæ. Et si quis voluerit octauam addere propter summam perfectionis, habet rationem apertam, quam sanctus Augustinus scribit de sermone Domini in monte, dicens: Beati ergo qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Hæc octaua sententia quæ ad caput redit, perfectumque hominem declarat. Antiphona quæ prima est ex octo presentibus in contextu antiphonarij, & inscribitur, [O sapientia, quæ ex ore altissimi prodisti,] partim assumpta ex Sapientia quæ vulgò inscribitur Salomonis. Ipsa enim mirabiliter laudat sapientiam. Ita enim scriptum est in libro Iesu filij Sirach de laude sapientiæ: Ego ex ore altissimi prodij, primogenita ante omnem

De antiphonis quæ in principio habent O, Cap. ij.

creaturam. Non enim cogitare debemus membra & lineamenta corporis humani Dominum habere, sicut homo habet: sed propter diuersa opera, quæ operatur in singulis hominibus, membra humana nominantur in eo: quia non desinit quotidie operari, quæ simul creauit: manus ei inscribitur, vt est illud, Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me: Quia generat perpetualiter filium ex sua substantia, verus: vt est, Ante Luciferum genui te. Quândò tribuit sapientiam & sermonem rectum ad manifestationem hominum, Os ei inscribitur, vt hinc est, Ex ore altissimi prodij. Et iterum de Esaiâ: Tunc delectaberis super Dominum, & sustollam te super altitudinem terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui. Os enim Domini locutum est. De fine huius capituli ita scripsit S. Hieronymus in tractatu super Esaiam sextodecimo libro, dicens: Os Domini locutum est, vt quomodò in manibus opus, & in pedibus incessum, & in ventre generationem, & in auribus oculisque auditum atque intuitum, sic in ore Dei sermonem intelligimus. Cæterum simplex & incommutabilis Dei natura, semper & vbique est, Sequitur, [Attingis à fine vsque ad finem fortiter, & disponis omnia suauiter.] Quod ita continetur in memorato libro: Sapientia vincit malitiam, attingit ergo à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Hanc amaui, & exquisiui à iuuentute mea. Iuxta superiora presentis libri, possunt hæc verba historialiter intelligi. Ita enim scriptum est: Ipse enim mihi dedit horum, quæ sunt, scientiam veram, vt sciam dispositionem terrarum, & virtutes elementorum, initium & consummationem, & medietatem temporum, & meditationem omnium, & cætera quæ sequuntur. Et paulò post: Et quæcunque sunt abscondita & improuisa, didici. Omnium enim artifex docuit me sapientia. Et infra: Omnibus mutabilibus melior est sapientia. Attingit autem vbique propter suam munditiam, attingit vbique sine vniuscuiusque operis, cuius ipsa artifex est vsque ad finem alterius perfecti operis. De qua sapientiâ sanctus Augustinus dicit in opere suo contra Arrianos: Vbi autem non est sapientia Dei, quod est Christus, de qua legitur, attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter: Cum ergo vbique sit etiam filius, quod mittendus erat? Fortiter attingit à fine vsque ad finem, quia nunquam & nusquam & à nullo resistitur. Disponit omnia suauiter, scilicet sine lite, sine clamore, sine angore, sine rædio: Hæc interim. De cætero tentemus cantor affectum depingere circa natiuitatem Christi. O quam miras apud homines tu sapientia, que ex ore altissimi prodisti, vsque ad humanam confabulationem. Attingis à fine vsque ad finem fortiter, quoniam es æterna & vbique regnans & insuperabilis. Ex ore altissimi prodisti, quândò visibiliter apparuisti hominibus. Vnde tu ipsa dixisti, Exiui à patre, & veni in mundum. De te enim dicit Apostolus Paulus, Finis enim legis Christus ad iustitiam omnium credenti. In Christo apparuisti, in eo finisti legem & implesti: Nō solum in illo, sed & in omnibus creditibus in se: Attingis tu ab homine Christo qui est

finis legis, vsque ad finem credentium in se, ita
 fortiter, vt fortis armatus non inueniat rupturam
 & scissuram, quo introeat in ouile electi gregis sui.
 Adimpletum est quod longè prædixit propheta
 Dauid: Tu Domine seruabis nos, & custodis nos
 à generatione hac in æternum, in circuitu impij
 ambulans. Iterum, tu sapientia attingis à sine vs-
 que ad finem fortiter, quando à Christo qui in fi-
 ne mundi venit, & impleuit legem, vsque ad con-
 summationem seculi es cum discipulis tuis, intan-
 tum, vt omnes aduersarij non possint resistere &
 contradicere ori & rationi eorum quam dedisti.
 Et disponis illis omnia dona spiritus sancti in vno
 eodemque spiritu suauiter. Quoniam presentes
 antiphonæ dulcedinæ suæ decorant septem ferias
 vel octo, in quibus recolitur septiformis spiritus,
 qui in Christo homine semper habitauit ex quo cæ-
 pit homo esse, & verbum caro factum est, vt habi-
 taret in nobis, fas est vt demonstrarem inquantum
 possum, quam consonantiam habeant singulæ cū
 singulis gradibus spiritus sancti. Licet alter ordo
 scriptus inueniatur præsentium antiphonarum in
 Romano antiphonario & in Metensi. Prima an-
 tiphona. O sapientia, congruit primo gradui spi-
 ritus sapientiæ. Aliud est enim sapere, & aliud
 intelligere. Multi enim æterna sapiunt: sed hæc in-
 telligere nequaquam possunt. Sapientia enim quæ
 in Christo est, mentem de æternorum certitudi-
 ne & spe fortiter reficit, & maturè disponit omnia.
 Sapientia summa est in Christo. Sapientia, quæ in
 cæteris hominibus est, scintilla est summæ sapien-
 tiæ. Secunda antiphona mirabilem ostiariū de-
 monstrat Christum, quod ipse claudit, non est qui
 aperiat: & quod aperit, non est qui claudat. Ita scri-
 ptum est in Apocalypsi de eo: Hoc dicit sanctus &
 verus, qui habet clauem Dauid: qui aperit, & ne-
 mo claudit: claudit, & nemo aperit. Quod ita in-
 telligitur: Qui habet clauem Dauid, id est, regiam
 potestatem quasi ex Dauid stirpe natus, siue quia
 propheta Dauid Christi est dispensatione patefa-
 cta. Qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo
 aperit. Legis diuinæ secreta, solius Christi potestate
 panduntur fidelibus, clauduntur incredulis. Hæc
 antiphona aptatur gradui, spiritus intellectus. Spi-
 ritus intellectus, qui in Christo est, acumine lumi-
 nis sui abdita penetrat, & tenebras cordis illustrat.
 Hoc enim agit, qui quædò vult aperit, quod nemo
 potest claudere. Christus est lux vera, quæ illuminat
 omnem hominem. Tertia antiphona dicit, O Eman-
 uel rex & legifer noster. Quod est mirabile dictu,
 vt Deus sit cum hominibus, manducet cum illis, &
 bibat, & ad eorum interrogata, quotiescunque vo-
 luerint, respondeat: Ipse rex Dauid, non temporaliter,
 sed æternaliter: Ipse est, quodammodo alter Moy-
 ses, qui legem nobis dat permanentem in secula se-
 culorum. Illum nos qui de gentibus sumus, expecta-
 uimus: Ipse saluabit nos in æternū: Hæc antiphona
 conuenit tertio gradui, spiritus consilij. Spiritus
 consilij qui in Christo est, prouidendo præmunit
 membra sua ne in præceps ruant. Hoc est regis mi-
 nisterium & legiferi, vt secundum rationem regat
 sibi populum subiectum, & prouideat quid agere eū
 oporteat, & quid vitare. Christus est consiliarius, ve-
 fortis. Quarta, mira laude & quodammodo ineffa-

abili se profert, quæ dicit radicem Iessæ stare in
 num populorum, & in præsentia eius silere reges, &
 cum gentes deprecaturas. Ita enim canit, [O radix
 Iessæ, qui stas in cruce, in cuius manibus cornua sūt,
 & es in signum populorum, quando sol obscuratus
 est, & terræ motus factus est, & petræ scissæ sunt, &
 monumenta aperta sunt. Super quem continebunt
 reges os suum, id est, principes huius seculi, qui cū
 rethorica & dialectica sua silebunt adueniente præ-
 dicatione sanctæ crucis & sancti euangelij: Vnde
 hodierna die gentes excitate sunt ad prædicandum
 crucifixum.] Hæc antiphona quarto gradui, spiritus
 fortitudinis, aptatur. Spiritus fortitudinis, qui in
 Christo est, facit aduersa non metuere, & trepidanti
 menti fidutiā præstat. De radice enim Iessæ Dauid
 rex ortus est, id est, fortis manu. Qui rex fortis
 ipse stat in signum populorum, scilicet Dominus
 Iesus Christus in cruce crucifixus, vt ad eum multi
 respiciant, & velint sub eius fortitudine uereri. Super
 quem continent, qui sunt nomine tenēs reges, os suū,
 quia non possunt neque audent contra fortitudi-
 nem eius inire certamen. Idcirco multæ gentes ad
 eum confluunt, deprecantes eius protectionem.
 Quinta nempe miratur inauditum Orientem, qui
 non more vicissitudinum temporū mutatur de die
 in diem, sed est æternus: Cuius sol non solum cor-
 poris oculos illuminat, sed etiā mētis. Iustitia enim
 ad adspēctum mentis pertinet. Hæc antiphona cō-
 gruit quinto gradui, spiritus sciētiae. Spiritus enim
 sciētiae, qui in Christo est, scit quid misericorditer
 puniat, & quid misericorditer dimittat. Ortus enim
 sciētiae, quæ charitate radicata est, Christus est. Est
 opus solius iustitiæ, vt scientes reddat oculos se in-
 tuentes mentis. Sexta antiphona mirum quid nar-
 rat, id est, quod Dominus in igne flammæ rubi ap-
 paruisse Moyse, & rubus non combureretur. Hæc
 antiphona congruit sexto gradui, spiritus pietatis.
 Spiritus pietatis, qui in Christo est, parcat misericor-
 diter, eis qui sibi mala ingerunt. Ille enim spiritu re-
 pleratus erat Moyses, de quo legitur quod mirissimus
 fuisse super omnes homines: Sed nullus mitior
 Christo. Christus qui versatus est inter populum
 Iudaicum, respenderit in flamma ignis. Miracula fe-
 cit, peccata dimisit humilibus, quietis, & trementi-
 bus verbum Domini: Sed superbi cordis Iudæo-
 rum spinata non sunt combusta, qui contra Chri-
 stum insidias & persecutiones parabant: Tamen
 pietas Christi omnia hæc tolerauit, aded scilicet,
 vt pro persecutoribus suis orarit in cruce. Septima
 verò regem gentium memorat, & miro modo po-
 nit lapidem in capite anguli. Quem lapidem nos
 credimus viuere, & vult esse opus suum sicut an-
 tiphona dicit, vt vtraque vnum faciat, id est, duos
 parietes ex diuerso venientes, scilicet, de populo
 Iudaico & populo gentili simul coniungat, & vnā
 ecclesiam faciat. Hæc antiphona conuenit septimo
 gradui, spiritus timoris. Spiritus timoris qui in
 Christo est, timere facit gentes, sicut scriptum est:
 Timebunt gentes nomen tuum Domine, & om-
 nes reges terræ gloriam tuam. Octaua, O virgo vir-
 ginum, insinuat mirabilem partum ecclesiam
 mirari, dicens: Filix Ierusalem, quid me admi-
 ramini? diuinum est mysterium hoc quod cerni-
 tis. Hæc antiphona monstrat illum hominem, qui
 ex

ex Maria carnem assumpsit, solum & perfectum esse
 inter cæteros homines, quia in ipso solo habitat se-
 ptiformis spiritus, qui superius memoratus est. De
 qua re scribit sanctus Augustinus in libro primo de
 sermone Domini in monte. Septem sunt ergo quæ
 perficiunt, nam octaua clarificat, & quod perfectum
 est, demonstrat. Si quem deletat ordo præsentium
 antiphonarum, qui in Romano antiphonario con-
 tinetur, reperiet illum in nostro antiphonario præ-
 titulatum in sequentibus.

De officio,
 Sanctifica-
 mini.

C. A. P. XIII.

Præsentium officium certat hoc, vt diem certum
 præstet natiuitatis Domini, & salutem nostram
 quam adfert secum ipsa natiuitas, instar admoniti-
 nis Moysi, qui præcepit populo se sanctificare ante-
 quam Dominus descenderet in montem. Vnde ita
 scriptum est in Exodo, capitulo decimo nono, Va-
 de ad populum, dixit Dominus Moysi, & sanctifica
 illum hodiè & cras, Lauentque vestimenta sua, &
 sint parati in die tertio. In die enim tertio descendet
 Dominus coram omni plebe super montem Sina.
 Et infra: Descenditque Moyses de monte ad popu-
 lum, & sanctificauit eos. Cūque lauissent vesti-
 menta sua, ait ad eos: Estote parati in die tertio, ne
 appropinquetis vxoribus vestris. Itam sanctifica-
 tionem multi sequuntur in nostra ecclesia: Sed qui
 spiritualiter sunt renati, spiritualiter debent vesti-
 menta lauare, id est, lachrymis & compunctionibus
 abluere mala perpetrata, vt possint descendere Do-
 mini occurrere sine offensione.

De nati-
 uitate Domi-
 ni.

C. A. P. XV.

Raperi in Romano Antiphonario duo officia
 nocturnalium in vna eademque nocte posita. Pri-
 mum officium post antiphonam [Dominus dixit ad
 me,] habebat antiphonas [Tanquam sponsus,] &
 [Diffusa est gratia,] Secundum, [In sole posuit ta-
 bernaculum suum,] & [Eleuamini portæ æterna-
 les.] Vnde interrogauit quemdam clericum educa-
 tum ab incunabulis in sancta Romana ecclesia, cur
 essent hæc duo officia in vna nocte posita, id est, v-
 num quod currit per antiphonas, Dominus dixit
 ad me, & [Tanquam sponsus,] & [Diffusa est gra-
 tia:] & alterum, quod habet primam antiphonam,
 Dominus dixit ad me: secundam, [In sole posuit:]
 tertiam, [Eleuamini portæ æternales.] Qui respon-
 dit: Illud quod habet secundam antiphonam, [In
 sole posuit:] & tertiam, Eleuamini, solet apostolicus
 canere in vigiliis & in ecclesia sanctæ Mariæ ad præ-
 sepe sine Inuitatorio. Alterum quod habet secundam
 antiphonam, [Tanquam sponsus,] solent clerici ca-
 nore in ecclesia S. Petri, cum Inuitatorio, [Christus
 natus est nobis,] nocturnali tempore quando popu-
 lus solet ad officium surgere. Propterea primò po-
 suitur antiphonas in nostro antiphonario, quæ ha-
 bent cursum per secundam antiphonam: [In sole
 posuit,] quoniam illud officium prius celebratur ab
 apostolico in vigiliis, & postea quod habet in secū-
 do loco, Tanquam sponsus, in ecclesia sancti Petri
 nocturnali tempore. Iuxta ordinem psalmodum &
 pulchritudinem soni conueniunt antiphonæ ipsi
 nocti natiuitatis Domini, quas solemus canere in oc-
 tauis Domini, & Apostolicus vir canit ad primas
 vigilias in ecclesia sanctæ Mariæ Maiore. Antipho-
 na, [In sole posuit tabernaculum suum,] proponi-
 tur in eodem psalmo & in eodem versu antiphonæ,
 [Tanquam sponsus,] Antiphona [Speciosus forma,]

præponitur in eodem psalmo, & in eodem versu an-
 tiphonæ, Diffusa est gratia. Melodiæque pulchrio-
 res sunt sequentibus se. Sic & cæteræ sequentes iuxta
 ordinem illum, vbi secunda est, In sole posuit taberna-
 culum suum. Sed interest, quod antiphonæ de tertia
 nocturna, non habent alleluia in fine, neque in me-
 dio. Notandum est quod tres nocturnæ tria tempo-
 ra totius mundi recolant, id est, tempus legis natu-
 ralis, tempus datæ legis per Moysen, tempus gratiæ.
 Tertiam nocturnam quæ recollit gratiam noui Te-
 stamenti, oportet habere antiphonas cum alleluia,
 si eo tempore cantatæ fuerint, quo resurrectio Do-
 mini frequeratur à fidelibus, id est, circa matutinalis
 tempus: Nocturnæ verò quæ in primis vigiliis cele-
 brantur, frequenter habent finem ante medium no-
 ctis, in qua parte non celebratur resurrectio Domi-
 ni, nisi in Pascha propter cōueniens sibi mysterium:
 Idcirco solent hæc esse sine Alleluia, sicuti in isto lo-
 co sunt, quæ cantantur in vigiliis primis, Sed neque
 ipsa quæ canuntur in matutinis memorata hora, al-
 leluia habent, vt perspicui potest in antiphonario no-
 stro, qui habet antiphonas iuxta Romanū antipho-
 narium in primis vigiliis, & in matutinis, nisi vna in
 Euangelio, Facta est cum angelo. Dixit mihi me-
 moratus clericus sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quod
 in hymno Zachariæ cantaretur in ipsa natiuitate
 Domini à sancta Romana ecclesia antiphona, Dū
 ortus fuerit sol, quam tamen scriptam reperi in Ro-
 mano antiphonario cum hymno Zachariæ, ea no-
 cte, quando canitur responsorius, Sanctificamini
 hodiè, quam nos solemus canere cum hymno fan-
 ctæ natiuitatis Domini secundum carnem. Antipho-
 næ verò, quæ celebrantur in eadem nocte circa pul-
 lorum cantum, & deinceps, habent in tertia noctur-
 na alleluia, vt est, [Ipse inuocauit me, alleluia,] &
 [Latentur cæli, & exultet terra ante faciem Domi-
 ni, alleluia alleluia.] Notū fecit Dominus, alleluia:
 necnon & omnes antiphonæ habent alleluia, quæ
 canuntur in matutinis. Responsorij de eadem no-
 cte, morem illum sequuntur, quem frequentant do-
 mestici regales & imperiales, quando conueniunt
 in præsentiam regis, vnusquisque quod valet, offert
 regi. Diuersa dona offerunt: sed animos regis æquali-
 ter cupiunt sibi reconciliare, & blandiri. Ita & re-
 sponsorij multarum mentium cogitationes vario
 colore & multiplici gratiarum actione depictas of-
 ferunt regi Christo: Agunt gratias laudando sanctam
 Mariam, quia quem cæli capere non possunt, suo
 gremio protulit: Agunt gratias, quia dignatus est
 cælorum rex carnem assumere ex virgine, vt perdi-
 tum hominem reuocaret ad cælum, vnde gaudet
 exercitus angelorum: Agunt gratias, eo quod per
 suam natiuitatem cæli, id est, prædicatores, mellisui
 facti sunt per dulcedinem spiritualis sensus. Ni fal-
 lor, hunc affectum qui quæserit, reperiet permultos
 responsorios de præsentis natiuitate Domini. Nume-
 rus lectionum & responsoriorum, necnon & anti-
 phonarum nocturnalis officij, admonet nos benedi-
 cere Dominum, & laudare, atque gratias agere, qui
 propterea voluit verbum suum carnem fieri, vt per-
 ditum hominem ad societatem colligeret nouem
 ordinum angelorum. Antiphonas in matutinali
 hora ita ordinavi, vt prima ostenderet, id est, Ge-
 nuit puerpera regem, Christi natiuitatē de virgine

Maria, & virginitatem perpetuam eiusdem sanctæ Mariæ: sequentes de euangelio ita, similiterque & de ratione festiuitatum sanctorum.

Sed & hic notandum est, quod sicut per nouenarium numerum qui celebratur in natiuitate Domini, gratias agimus de Dei descensione vsque ad nostram humiliacionem: ita per eundem numerum gratias agimus in festiuitatibus sanctorum, quoniam illi digni sunt ascendere vsque ad altitudinem cœli, in quo habitant angeli.

De officiis vespertinis in Natiuitate Domini, & in natalitiis sanctorum. CAP. XVI.

Quandò iuuenis fui, vidi cantores præcedentem vespertinalem synaxim ante diem alicuius solennitatis celebriore cantu & gloriosiore celebrare, quam sequentem vesperam dici festiuitatis: intantum vt aliquoties in præcedente vespera celebraretur cantus de festiuitatibus sanctorum, & in sequente, de feriis cõmunibus. Habuimus tamen scriptum in antiphonariis de die natiuitatis Domini, & natalitiis apostolorum Petri & Pauli atque Andreæ, antiphonas aptas & congruas memoratis diebus in vespere sequente ea die, quandò Missa de natalitiis eorum celebratur, & ibi cecinimus eos sicut adhuc faciamus. Ego imbutus prisca consuetudine, cœpi cogitare, quare non essent memoratæ antiphonæ de natalitiis sanctorum in præcedentibus vesperis constitutæ, in quibus audiebam per cæteras festiuitates sanctorum gloriosiore sonum, & videbam maiorem conuentum populorum, atque celebrius officium luminum, quam in sequentibus. Inueni, Deo miserante, rationabilius inuentum esse cultum solennitatum vespertinalium apud scriptores antiquos, qui antiphonas scripserunt, quam apud cantores modernos. Adhuc solent dicere interrogati de vespertinali synaxi, Benedictus Dominus Deus meus, pertinere illam ad diem Dominicum. Si enim voluissent intendere, quod psalmi huius vesperi in fine psalmodum vespertinalium essent positi, nunquam hoc dicerent: quoniam ille, qui psalmodum vespertinales constituit, procul dubio à Dominica die cepit initium psalmodum vespertinalium componere, & non à fine hebdomadis. Idcirco, [Dixit Dominus Domino meo,] ad Dominicam diem pertinet: [Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ,] ad secundam feriam: [Letatus sum in his quæ dicta sunt mihi,] ad tertiam: [Nisi Dominus ædificauerit domum,] ad quartam: [Memento Domine Dauid,] ad quintam: [Confitebor tibi Domine in toto corde meo,] ad sextam: [Benedictus Dominus Deus meus,] ad septimam. Nisi iste ordo seruetur, non erit verum, iuxta expositionem Domini Bedæ, quod in Esdra scribitur, quater in die confitebantur Domino, id est, hora tertia, sexta, & nona, & vespere. Qui enim antiphonas volunt celebrare de Euangelis, quæ leguntur per Dominicos dies, ritè celebrant eas in matutinali officio pertinet ad Dominicam diem, & ad vesperum, in quo canitur psalmus, [Dixit Dominus Domino meo.] Quod si superabundauerint antiphonæ, indifferenter dici possunt per singulas quasque ferias, quandiu idem Euangelium legitur. In festiuitatibus sanctorum & aliis solennitatibus, si serò fuerint vespertinalia officia celebrata, ita vt sol ad occasum transierit, ritè possunt dici antiphonæ festi dici in præceden-

tibus vesperis: quia scriptum habemus, Festa vestra celebrabitur à vespera vsque ad vesperam, id est, à solis occasu vsque ad solis occasum. Quod si voluerit dicere cantor, quauis sol ad occasum nondum transierit, tamen quia officium agimus in memoriam istius & illius solennitatis, in mente nostra iam illa solennitas agitur, idcirco officium illius ritè peragimus, cuius solennitas in mente nostra agitur: Agimus Deo gratias de amore mentium illarum, quia charitas, quæ omnia credit, omnia accepta facit apud Deum. Compositor antiphonarij qui posuit antiphonam vespertinalem, [Tecum principium,] & cæteras sequentes in fine diei natiuitatis Domini, post celebrata cætera officia hoc intendit, quod ipsa vespera magis pertineat ad festa natiuitatis Domini, quam præcedens ante solis occasum. Hæc ratio est per festiuitates apostolorum, & cæterorum sanctorum, quod magis pertineat ad diem natalitium eorum vespera in fine diei post celebrata cætera officia, quam præcedens vespera ante solis occasum. De duodecim noctibus scripsi in prologo lectionarij, & cogito scribere in commentario diurnalis officij.

IXI in superioribus, more antiquo ratione ministrante, quoniam præscripti, habere antiphonas de tertia nocturna, quæ canitur circa quartam vigiliam noctis, alleluia: similiter & antiphonas matutinales magnarum festiuitatum: quod non inuenitur in festiuitate sancti Stephani, & S. Ioannis, & Innocentium. Sunt festiuitates, quarum officia celebrantur nocturnaliter circa vespertinam horam, quæ vulgò appellantur propria: & in posteriore parte noctis canitur alterum officium siue de propria feria, seu de communibus sanctis. Ità enim reor actitatum esse apud antiquos de illis festiuitatibus, quarum antiphonæ in matutino officio non habent alleluia. Antiphonæ, quas solemus canere in nocturnali officio in festiuitatibus sanctorum, & habent initium in antiphona, In lege Domini fuit voluntas eius die ac nocte, exceptæ sunt, vt reor, à * mordis de multitudine antiphonarum, quas habemus scriptas in nostro antiphonario de Romano. Si quis voluerit eas legere, reperiet eas non à principio ità esse statutas, vt cantantur apud nos. Responsorios ità ordinaui, vt ratio docuit historiarum & gestorum ordo. Vbi verba mutauit de Romano antiphonario, in margine eiusdem paginæ è regione R. posui.

IN festiuitate sancti Ioannis sex responsorios reperit, quibus præponimus tres, id est, iustus germinabit sicut lilium: &, Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est: & Iste homo perfecit omnia quæ locutus est ei Deus: vt tres nocturnas faciamus. In nouissimo responsorio, id est, in medio Ecclesiæ contra consuetudinem cæterorum responsoriorum cantatur neuma triplex, & Versus eius atque gloria, extra morem neumate protelantur. Non enim frustra hoc actum est à prioribus. Voluerunt nobis per hoc aliquam doctrinam insinuare, quæ fortè poterat excedere mentem cantorum, quorum pars aliqua sæpè mutatur à transitoriis ad æterna, & lætatur potius in æternis, quam in transitoriis. Fit enim neuma memoratum inter cætera verba circa verbum intellectus. Quando

De festiuitate S. Stephani protomartyris. CAP. XVII.

De festiuitate sancti Ioannis. CAP. XVIII.

Quando veneris cantor ad intellectum, celebra neuma, id est, fige gradum in stantibus & manentibus rebus. Quid hoc vult? Vult nempe te docere, si aliquandò veneris ad intellectum, in quo conspicitur diuinitas & æternitas, vt desiderio mentis preceris moras in eo. Si enim intellexeris illa, ibi te delectabit morari in his, quæ iubilabis, id est, lætaberis sine verbis transitoriis. Intellectus verò erat intra viscera Ioannis, qui ei præstabat ructum quendam, quandò dixit: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum. Versus, [Miser Dominus manum suam, & tetigit os meum,] sic fatur, quasi respondeat Ioannes interroganti. Undè tibi Ioannes hic intellectus, in quo cantores neuma faciunt? Respondet inquit: Miser Dominus manum suam, & tetigit os meum. Cur inquam in isto versu neuma facis cantor? Inquit, Quia hæc missio manûs & tactus oris; per intellectum debent conspici. Cantus gloriæ patris & filij & spiritûs sancti, ipsa virtute debet sanctam Trinitatem laudare, qua Deus vtrunque conspicitur, id est, intellectu. Non enim Romanos versus debemus ad hoc constringere, vt sensus qui in fine versus est, conueniat sensu lateri responsorij. Non enim sancta Romana, & nostra regio vno ordine canunt responsorios & versus. Apud eam præcentor in primo ordine finit responsorium. Succentores verò eodem modo respondent. Deinceps præcentor canit Versum. Finito versu, succentores verò secundò incipiunt responsorium à capite, & vsque ad finem perducunt. Deinde præcentor canit gloriam patri & filio spiritui sancto. Quo finito, succentores circa mediam partem intrant in responsorium, & perducunt vsque in finem. Postremò præcentor incipit responsorium à capite, & perducit illum ad finem. Quo finito, succentores tertio repetunt responsorium à capite, & perducunt illum vsque ad finem. Idcirco quoniam succentores ter canunt responsorium, trifarium neuma est circa verbum intellectus. Succentorum est, neuma canere propter fortitudinem coniunctarum vocum. Ab initio tertio cantabantur responsorij à cantoribus, quem ordinem monstrat responsorij de passione Domini. Non enim ab initio cum responsorij cantabatur Gloria. Habemus & alium Versum in nostro antiphonario scriptum, cuius sensus conueniens est cum latere responsorij, vt si alicui superfluum videatur neuma canere, habeat nostro more Versum aptum ad cantandum. Potest & altero modo intelligi neuma pertinere ad cantores circa verbum intellectus. Maxima pars cantorum studet sono placere auribus hominum, & in eo toto studio & ingenio laborat & inuigilat. Eorum pars quãto plus certat sono placere, tantò minis imbuitur de intellectualibus rebus. Eorum inscitiam potest neuma eliquare circa verbum intellectus. Neuma Græcum est, & interpretatur mutus, vt Comminianus Grammaticus dicit. In fronte enim percudit neuma cantores stolidos in verbo intellectus, quandò eos monstrat solo sono delectari, circa intellectum scripturarum. Canunt etiam moderni cantores præsens neuma in responsorio. [Descendit de cœlis, & in verbo,] [Fabricæ mundi.] In quo verbo potest neu-

ma aptè conuenire. Eo neumate monstrant difficultatem magnam inesse in schola cantorum verbis explicare, quomodò idem qui natus est hodierna die ex Maria virgine, fabricasset mundum & ornasset, & quomodò ipse sit lux & decus vniuersæ fabricæ mundi. Eadem sententia est in versu, [Tanquam sponsus Dominus processit de thalamo suo.] Impossibile est apud scholam cantorum de ordine processionis Christi de vtero virginis narrare, quæ comparatur sponso procedenti de thalamo.

NOs enim non solemus canere, nisi vnum officium nocturnale in natiuitate Domini: Idcirco vnum de duobus quæ celebrantur à Romana Ecclesia, & scripta sunt in antiphonario Romano, & nostro, in nocte natiuitatis Domini, cantamus in octauis Domini. Antiphonas in matutinis, de eadem nocte scripsimus, vt reperimus in antiphonario Romano. Quid de octauis Domini & sanctorum audierim à Romanis clericis, & quid nostra regio frequenter ex eis, partim scripti in libello Officiali, partim conor scribere in libello de diurnali officio.

Antiphona, [Puer Iesus,] est assumpta de contextu euangelij, qui continet locum post officium Simconis. Quod omnino peractum est antè aduentum Magorum: ideoque teneat locum in Dominica ante Epiphaniam, quandò legitur Euangelium, vnde assumpta est.

Antiphonam, [Christo datus est principatus,] inueni in Romano antiphonario inter antiphonas de natiuitate Domini, & in Metensi inter antiphonas de Epiphania. Etenim in suo sensu vtrique festiuitati congrua est: & antiphonam, [Ecce aduenit] inter illas de natiuitate Domini. Quæ huic festiuitati congrua est, quod potest dinosci ex Introitu ipsius dici. Idcirco inscribo eam ad primam vespertinalem synaxim: Et, [Christo datus est principatus,] ad vesperum ipsius dici Epiphaniæ. Nostra regio in præsentis officio solita est vnum omittere de consueto more, id est, Inuitatorium. Inuitatorius est psalmus, [Venite, exultemus Domino.] Illo conuocantur fratres in vnum, & docentur quid agere eos oporteat postquam conuenerint. Venite, inquit, exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro: præoccupemus faciem eius in confessione, quandiu tempus est acceptabile. Dein reddit causas, qua de re oporteat præoccupari faciem eius in confessione. Quoniam Deus magnus Dominus, & in manu eius omnes fines sunt terræ, & altitudines montium ipse conspicit. Iterum docet psalmus quid agamus. Venite, inquit, adoremus, & procidamus, & ploremus ante Dominum, qui fecit nos. Atque fortè instinctu nos pulsât, dicens: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut fecerunt filij Israël, qui opera Domini viderunt per quadraginta annos, & propter duritiam cordis eorum non intrauerunt in requiem Domini. Hunc psalmum audiui Constantinopoli in Ecclesia sanctæ Sophiæ in principio Missæ celebrari. Mentio dualis facta est in præsentis solennitate verborum adorandi Dominum: Vna est Magorum, qui in veritate querebant Dominum, vt cum adorarent &

De octauis Domini. CAP. XIX.

De Dominica prima post natiuitate Domini. CAP. XX.

De Epiphania, id est, apparitione sue manifestatione. CAP. XXI.

salutarēt muneribus: Altera est Herodis, qui dolose dicebat Magis: Ite, & interrogate diligenter de puero: & cum inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum. Magorum beneuolentia, qui communes erant homines, nobis imitanda est: Verfusia Herodis, qui videbatur princeps & rex esse in populo Iudaico, vitanda est. Propter hanc admonitionem & castigationem potest rationi congruere, vt omittatur in presentis officio in primo ordine psalmodum, [Venite, exultemus Domino:] & ponatur in sexto ordine. Antiphona sex per duas nocturnas, magorum obsequia recolunt circa Christi natiuitatem. Tres magi, qui venerunt in ista nocte ad Dominum, legati extiterunt mysticis suis muneribus gentilis populi, qui in terra insulsiue habitant. Tria munera nouum, triplicem personam Christi praefigurabant, id est, regis, & sacerdotis, & mortalis hominis: necnon & tres functiones membrorum Christi, id est, sapientiam, virtutem orationis, & mortificationem carnis. Harum trium functionum legationem munera Magorum portauerunt. Ex munere thuris dicunt per primam antiphonam, [Afferte Domino filij Dei: ad insulas sacerdotum, qui inhabitant terram: Afferte Domino filij Dei, qui propterea potestis dici filij Dei, quia sacerdotes estis. Quid debeant afferre, subauditur, Thura. Ac si dicatur, Virtutem orationis vestrae Christo afferte, quoniam vestrae preces per illum diriguntur Deo patri. Thus enim sacerdotio congruit. Ex munere auri dicitur sapientibus & intelligentibus per secundam antiphonam, [Psallite Deo nostro, psallite regi nostro, psallite sapienter.] Per aurum sapientia offertur. Scriptum est enim, Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Aurum Deo & regi congruit. Ex munere myrrhae dicitur de omni populo mortali & studium habenti ad meliora per tertiam antiphonam, Omnis terra adoret te, & psallat tibi, psalmum dicat nomini tuo Domine: Ac si dicat praesens antiphona, Omnis terra adoret te, & psallat tibi per mortificationem carnis: dicatque tibi, Propter te mortificamur tota die. Myrrha enim condimento conuenit mortuorum corporum. Ista vigilia mentionem facit de gentibus, quae habitant in terra: Secunda vigilia de eis, quae habitant in insulis, dicit, per primam antiphonam de sapientibus, [Reges Tharsis & insulae munera offerent. Reges enim qui propterea vocantur reges, quia semetipsos regunt & ceteros, sapientes vocantur. Per secundam antiphonam dicitur de omni populo. [Omnes gentes quascunque fecisti, venient & adorabunt coram te Domine. Per tertiam antiphonam hortantur se inuicem sacerdotes, & dicunt: [Venite, adoremus eum, quia ipse est Dominus Deus noster. Ast tertia vigilia, de baptismo Christi mentionem facit. Tertia vigilia solet nobis ad memoriam reducere nouum Testamentum. Nouum verò testamentum, fundatum est per baptismum. In tertia vigilia, legatio Magorum completur. In prioribus vigiliis dicitur allegationibus Magorum de futuro. [Omnis terra adoret te.] Et iterum: [Reges Tharsis & insulae munera offerent: Ac in ista, in qua recolitur nouum Testamentum, per frequentationem alleluia cantat in

A praesenti omnis terra Domino, dicitque suis subditis, [Adorate Dominum:] & iterum, Latentur insulae multae: dicunt, Adorate Dominum. Psalmus, [Deus noster refugium] propterea in ista vigilia ponitur, quoniam in eo memoratur perturbatio hominum, qui conturbabantur propter praedicationem noui testamenti, & voluerunt resistere praedicationi Apostolorum: & tamen, Deo disponente, fluminis impetus, qui ministratus est ab apostolis per officia baptisterij, superauit commotionem terrenorum hominum, & latificauit ciuitatem Dei. Nam & haec Dei ciuitas constat ex incolis terrae & insularum. Ecclesia in nouo testamento dicit ad eos qui in Christo baptizati sunt, & in terra habitant, per secundum psalmum, [Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra:] & per antiphonam, [Adorate Dominum in aula sancta eius.] Dicit ad eos, qui habitant in insulis, per tertium psalmum, [Dominus regnauit, exulset terra, latentur insulae multae:] & per antiphonam, [Adorate Dominum omnes angeli eius.]

IN ordine responsoriorum habemus scriptum primum responsorium, [Dies sanctificatus:] de in, [Illuminare Hierusalem.] Ipse enim de translatione LXX. scriptus est. In Hebraica verò legitur, [Surge, illuminare, quia venit lumen tuum.] Assumptus est enim de Esaiam propheta, narratque illuminationem sanctae ecclesiae per Christi aduentum. Si ita oportet dicere, vt verè oportet, de Magis, sicut sanctus Ambrosius dicit: qui enim viderant Christum, Christum intellexerant, debemus intelligere Magos factos Ierusalem. Non enim intelligerent Christum, nisi illuminati essent ab eo. Post illum sequitur responsorius tertius de memorato propheta, iuxta ordinem contextus historiae, [Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes.] In memoratis Magis, quos credimus fuisse legatos totius mundi, omnes de Saba venientes possumus intelligere. Per eos qui de Saba, id est, de captiuitate veniunt ad Dominum, intelligimus multitudinem gentium conuertentium ad Dominum. Saba, vt sanctus Hieronymus dicit in tractatu suo super Esaiam prophetam libro decimo septimo, tota prouincia est, in qua sunt regiones Madian & Epha. Saba interpretatur conuersio, vel captiuitas, Et omnes de captiuitate venientes, & conuersione sua aurum fidei deferentes, & thus sacrificij, & per haec munera nequaquam propria salute contenti, proficiunt vt ceteris praedicent salutare Dei. Hucusque Hieronymi. Post hos duos sequuntur responsorij de Euangelio iuxta ordinem euangelij, quod narrat ordinem aduentus Magorum, & oblationem munerum suorum, necnon & declarat incitamentum eorum itineris fore apparitionem nouae stellae. Et post recessum ab Herode, eandem prauiam constare vsque ad domum, in qua erat Christus. Post hanc historiam posui responsorios in tertia nocturna de baptismo Christi, & nouissimo loco de miraculo ex aqua vino factò, iuxta ordinem rerum gestarum.

PRimò notandum est, intentionem esse canticorum, vt in ista nocte praecipue celebrent, quod primò actum est, de praesenti solennitate, id est, aduentum

De responsoriis. C. A. P. XXXII.

De antiphonis in matutinis. C. A. P. XXXIII.

aduentum Magorum. Ideò in praesentibus antiphonis certauit, iuxta tenorem responsoriorum antiphonas ordinare de aduentu Magorum. Et vbi ratio constringit ad hoc, vt de ceteris solennitatibus cantaretur, quae in ista nocte recoluntur, non distuli scribere. Prima antiphona, [Ante Luciferum genitus,] demonstrat praesentem solennitatem, id est, apparitionem Domini. Secunda, [Venit lumen tuum Hierusalem,] monstrat ex prophetia sua, quem fructum perciperet sancta ecclesia ex apparitione Domini. Tertia ex prophetia eadem, [Venient ad te, qui detrahebant tibi,] recollit lucrum sanctae ecclesiae. Quarta, [Maria & flumina,] quae ex hymno trium puerorum assumpta est, de baptismo Domini resonat. In quinto loco ponitur antiphona, [Magi viderunt stellam,] quae prima est in contextu euangelij de aduentu Magorum. Antiphona, [Hodie caelesti sponso,] tres solennitates praesentes recollit. Sequentes antiphonae, vt praetuli, manifestant Magorum aduentum, & seruati textum euangelij, quae ex eo assumptae sunt.

Antiphonas duas, id est, [Tolle puerum & matrem eius,] & [Reuertere in terram Iuda.] scribam in isto loco. Sunt enim assumptae de euangelio, [Defuncto Herode,] quod legitur in eadem Dominica. Continetur in eo euangelio reuersio Christi de Aegypto post Magorum aduentum antequam baptizaretur.

Sicut certauit schola cantorum in Epiphania frequentare aduentum Magorum, simili modo certat in octauis epiphaniae frequentare baptismum Christi, quasi ipsa die baptizatus esset. Qua de re non dubitauit scribere antiphonam de euangelio, vt primò audiui illam canere, hoc est, [Hodie Ioannes exultat.] Notandum est, quòd vbi deficiunt antiphonae de solennitate Magorum, ibi ceppi scribere de antiphonis, quae baptismum Christi resulant, & deinde tendunt ad octauas Epiphaniae. Plures enim sunt, quam sit necesse celebrare, in vna nocte octauarum. Neque enim tot sunt scripturae de aduentu Magorum, vt illis ordinatim cantando possimus peruenire ad octauas Epiphaniae.

IN Dominica prima post octauas Epiphaniae celebratur miraculum, quod Dominus fecit de aqua in ipsa Epiphania: Ideòque hic scribimus antiphonas de eodem euangelio.

De responsoriis psalmodum non debet nos pigere, neque audientibus fastidium fore, si eos recitauero in suo ordine. Manifestum est, quòd castigatio corporis per ieiunium, & humiliatio mentis, & amor Christi excludat Diabolum de peribulo sanctae ecclesiae. Exclusus est diabolus ante natiuitatem Domini per haec obstacula: Excluditur & E tempore natiuitatis Christi per ipsam Christi praesentiam. Tristatur diabolus, quia exclusus est: latetur ecclesia, quia Christus intrauit in mundum. Sic enim cecinit angelus pastoribus: Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quia natus est vobis hodie saluator. De pace ecclesiae tristatur diabolus, angelorum chorus gaudente canit, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis. Omnes sancti admonent ecclesiam, vt gaudeat in praesenti festiuitate, quam celebrant solenniter: sicut angelus pastoribus cecinit, vt gaude-

De Dominica prima post Epiphaniam. C. A. P. XXXIII.

De octauis Epiphaniae. C. A. P. XXXV.

De Dominica prima post octauas Epiphaniae. C. A. P. XXXVI. De responsoriis, qui à psalterio sunt excepti. C. A. P. XXXVII.

rent de videndo oculis corporis nato saluatore. Ex quibus vnus, id est, Gregorius Nazanzehus ordinem gaudij in homilia de secundis Epiphaniis exponit. Nos, inquiens, exultemus in Christi baptismo, & diem festum celebremus, non ventri indulgentes, sed spiritu exultantes. De qua re quidam Magister Graecorum dicit in homilia secunda super librum Numerorum: Paulus dicit, Omnia honestè & secundum ordinem fiant: Paulus verò tanquam Euangelij minister non solum in actibus, sed in ipso habitu ordinatum vult esse Christianum. Et paulò post: Vnusquisque nostrum si de cibo & potu sollicitus sit, & omnem curam in rebus secularibus gerat, vnà verò aut duas horas ex integro die etiam Deo deputet, & ad orationem veniat in ecclesiam, vel in tranitu verbum Dei audiat, praecipuam verò curam erga sollicitudinem seculi & ventris expendat, ille non complet mandatum, quod dicit, vt homo secundum ordinem suum incedat. Hucusque Magister Graecorum. Transgrediendo praesens mandatum plerique, insistendo seruitio ventris, delinquant in festiuis diebus Natiuitatis & Epiphaniae Domini. Diabolus semper est paratus, vt recedente parumper pastore, ouem rapiat incautam. Credimus enim Christum semper adesse, vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine eius: Ira & in ecclesia per memoratas festiuitates, quae de suo aduentu latatur. Idcirco, eò quòd iactitia est suscepta festiuitatum in nomine suo, praecipue id ipse praecinent angelo, Christus est in circuitu populi sui, & custodit eum. Festiuitatibus celebratis, necesse est vt ecclesia curam sui adhibeat altero modo: siue quia in peregrinatione est adhuc: seu quia in diebus festiuis spiritum gaudij fragilitate humana & genuino vsu declinauit ad curam & sollicitudinem & iactitiam ventris. Contra hoc oportet nos pugnare, & ideò subsequuntur responsorij de psalmis, qui continent in se plurimam orationem, & habent initium à psalmo primo penitentium, id est, Domine ne in ira tua arguas me. Eternum: Tempus enim praesens, id est, a festiuitate Theophaniae, vsque in septuagesimam, recollit deuotionem & ministerium praedicatorum à primis praedicatoribus ecclesiae, vsque ad nouissimos noui testamenti. Id ipsum insinuant nobis epistolae summi praedicatoris Pauli, quae eodem tempore leguntur. Praedicatoribus enim congruit oratio, vt apertum ostium habeat praedicatorum. De ordine psalmodum per communes Dominicas noctes & ferias in diurnali officio & in nocturnali, scripsi in libello officiali.

De sancto Marcello vnum responsorium reperi in Romano antiphonario, id est, Hic est verè famulus Dei. Qui responsorius cantatur sepe in festiuitatibus ceterorum summorum pontificum. In eo loco vbi Metensis antiphonarius habet, Ideòque in stadio positus: in Romano verò continetur, ideòque in oratione positus. Legens ergò sermonem sancti Augustini de penitentia, inueni, Sanctos in stadio positos. Itaque non mutauit hoc quod dudum nostra ecclesia cepit canere, id est, Ideòque in stadio positus, Domini Iesu Christi confessor effectus est. Vt enim scriptum reperi, ita scribo hic: vtrunque, inquit, verissime scriptum est. Et qui

De officio S. Marcelli. C. A. P. XXXVIII.

natus est ex Deo, non peccat: & quod in eadem Ioannis Epistola legimus, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est: Illud enim ex primitiis noui hominis, hoc ex reliquiis veteris dictum est. Vtrumque enim agimus in hac vita. Paulatim autem nouitas accedit, & paulatim vetustate cedente succedit. Cum verò vtrumque agitur, in stadio sumus. In presenti responsorio de festiuitate sancti Marcelli inscribitur, [Ideoque in stabulo positus.] Quare responsorius, [Hic est verè famulus Dei,] hoc proprium habeat in festiuitate sancti Marcelli, scribam ex verbis Domini Bedæ, quæ excerptæ de vita sancti Marcelli in Martyrologio suo: Decimo septimo Kalendas Februarij natale sancti Marcelli papæ, qui iubente * Maximino Imperatore primò fultibus cæsus, & à facie eius, quem corripiebat, expulsum est. Deinde audiens quòd domum sanctæ Lucinæ, quam ipse dānuerat proscriptione, eò quòd de facultatibus suis Christianis donauerit, ecclesiam faceret, atque in ea Missam celebraret, in media ciuitate iussit in eadem ecclesia planas extrui ad animalia carabuli publici, & eundem stabulo episcopum ad seruitium animalium deputauit cum custodia publica. Multa officia sanctorum indidi in nostro Antiphonario ex Romano, quæ non habet Metensis antiphonarius. Cogitavi cur ea omitterem, cum eadem auctoritate fulciantur, qua & illa, quæ scripta inuenimus in Metensi antiphonario, scilicet sanctæ matris nostræ Romanæ ecclesiæ. Addidimus etiam pauca, quæ nostra regio sola continet, vt sunt antiphonæ de sancto Medardo, & de sancto Mauritio. Vtraque enim designantur ex signis præscriptis in prologo antiphonarij.

*Maximio.

De istis
Cap. xxx.

Olim quando solus Antiphonarius Metensis erat mihi notus, in quo reperi antiphonas super psalmos nocturnales de communibus virginibus, quæ non videbantur mihi cõgruere festiuitati præsentationis Domini in templo, cœpi inquirere antiphonas de diuersis locis, quæ congererent memoratæ festiuitati, atque eas cœpi canere cum meis fratribus in choro. Postea reperi in Romano antiphonario proprias, quas vtrâsq; posui in nostro antiphonario. Si quis tenet Romanas, cantet illas: Si quis eas non tenuerit, videat, si possint aptari in suis locis quas scripsi. Responsorios scripsi ex Romano antiphonario. addidi, [Hic qui aduenit, nemo scit nomen eius.] Antiphonas in matutinis diuerso ordine positas inueni inter Metensem antiphonarium & Romanum. Ipse enim scriptus est in nostro antiphonario. In secundo ordine scripsi eadem antiphonas, iuxta ordinem historię euangelij.

De officio
Septuagesimæ.
Cap. xxx.

Rimò notandum est, quorum hominum status celebratus sit à natiuitate Domini vsque in septuagesimam, & à septuagesima vsque in mediam quadragesimam: Scilicet, Christi generatio & sanctorum prædicatorum liberalitas celebrata est à natiuitate Christi vsque in septuagesimam, & à septuagesima generatio eorum, qui de captiuitate emergi desiderant, & de angustiis præsentis peregrinationis vsquedùm iterum renascatur Christi generatio circa paschalia sacramenta. Christi generatio, & suorum prædicatorum liberalitas, maxima ex parte migravit de præsentis seculo, vt regnet cum

angelis coram Deo. Tempus talis demigrationis vocatur nox, dicente Domino in euangelio, Venit nox quando nemo potest operari. Præfens ecclesia, quæ in ista peregrinatione est septuagesima, in nocte recolat gloriam, quæ celebratur apud ciues, qui demigraverunt. In die verò eorum, qui detinentur in captiuitate, & suspirant, vt ad libertatem redeant: Apud illos verò nõ celebratur claritas alleluia, quia tristitia captiuitatis constringuntur: Apud eos verò qui demigraverunt, celebratur alleluia, quoniam ipsi non recedunt de laude Dei. In antiphonariis est primus responsorius, Alleluia, dum præfens est, imitantur illam. Quantum ad nomen alleluia pertinet, non possumus dicere, dum præfens est imitantur illam. Alleluia, neutri generis est. Potest enim fieri, vt pro aliqua re intelligatur Alleluia, & indicatur, dum præfens est, imitantur illam. Historia enim vnde præfens respõsorius assumptus est, docet cui rei respondeat persona pronominis. Ita enim in illa scriptum est, O quàm pulchra est casta generatio cum claritate. Immortalis est enim memoria illius, quoniam & apud Deum nota est, & apud homines: Cum præfens est, imitantur illam: & desiderant illam, dum se subdixerit: & in perpetuum coronata triumphat. Ordo verborum raturus est, si præponatur nomen rei, & supponatur postea persona pronominis. Ideò proposui in isto ordine responsorium, Alleluia: Nomen bonum melius est quàm diuitiæ multæ, vt aliquod nomen præcederet, cui subderetur, imitantur illam. De hoc nomine bono scribit Dominus Beda in expositione super parabolâ Salomonis: Nomen ergò bonum, est nomen religionis, quod diuitiis mundialibus iure præfertur. Nam etsi mundum quis lucraretur vniuersum, meritò hunc contemneret tantùm, vt nomen eius scriberetur in celo, eius memoria inter angelos & inter homines sanctos figeretur æterna. Hæc est generatio pulchra & casta, cuius memoria figitur inter angelos & inter homines sanctos. De ipsa generatione dicit responsorius, Dum præfens est, imitantur illam. Vsque ad noctem septuagesimam, videbatur nobis illam habere presentem, quia illam frequentabamus cum Alleluia per plura officia à Natiuitate Domini vsque ad illud tempus. Primus responsorius, Alleluia, Nomen bonum, sic præponitur, quasi signum aliquod in monte positum, ad quod viatores oportet intendere. Tota intentio est in ista nocte cantorum, vt magnificent nomen alleluia. Secundus responsorius habet in capite alleluia, dum præfens est, imitantur illam. Hoc nomen alleluia pro ipsa re accipiendum est, hoc est, pro verbis historię, dicentis: O quàm pulchra & clara & casta est generatio spiritalis: dum præfens est, imitantur illam, & dum se subdixerit, desiderant illam. Qui, nisi filij & filiæ remanentes in præsentis seculo? Tertius responsorius in suo alleluia, laudem sapientiæ recolat. Ac si dicatur: O laus sapientiæ, sola tenes principatum in conspectu Domini. Per ipsam omnia facta sunt, Diciturque rebus in eo responsorio à matre, quæ hic relicta est in seculo ad perficiendum corpus Christi. Mihi congruit, vt declinem ad eam prolem nostram, quæ in angustiis posita est, & celebrem pro ea laudem Latine compatiendo eius tribulationi. Tu laus

sapientiæ, reuertere in thesauros tuos, id est, in frequentationem prolis nostræ cum Hebræa lingua, quæ triumphat ante Dominum: ibi enim te benedicent angeli. Quartus responsorius ex eodem corpore est, vt plures respõsoriij sunt. Quintus responsorius, Mane apud nos hodie, est assumptus de libro Iudicum. Ita enim scriptum est in illo, capitulo decimonono: Fuit quidam vir Leuitæ, habitans in latere montis Effraim, qui accepit vxorem de Bethleem Iuda, quæ reliquit eum, & reuerfa est in domum patris sui Bethleem, mansitque apud eum quatuor mensibus, secutusque est eam vir suus. Et infra: Die autem quarto de nocte confurgens, haud dubium quin vir mulieris voluit proficisci. Quem tenuit focer. Et iterum infra: Cui rursus locutus est focer: Considera quòd dies ad occasum decliuor sit, & propinquat ad vesperam: mane apud me etiam hodie, & duc lætum diem, & cras proficisceris, vt vadas in domum tuam. Ille habet in suo alleluia laudem charitatis. Gener iste in quinta die recessit à lætitia communi, quam habuit cum focero suo. Responsorius, Mane apud nos hodie, quintam regionem tenet. Ex isto ordine residui respõsoriij frequentant in sua oratione, vt alleluia iterum reuertatur ad præsentem ecclesiam, cum sponsus dignatus fuerit resurgere à mortuis. Sextus responsorius assumptus est de Tobia. Ita enim ibi scriptum est: Dixit autem illi angelus: Ego saluum ducam, & sanum tibi reducam filium tuum. Respondens autem Tobias, dixit: Benedicite, & sit Dominus in itinere vestro, & angelus eius comitetur vobiscum. Et iterum: Credo enim quòd angelus Dei bonus comitetur ei, & benè disponat omnia, quæ circa ipsum geruntur, ita, vt cum gaudio reuertatur ad nos. Iste tangit aliquam consolationem, quam non audiuimus in superioribus, id est, vt iterum reuertaris cum gaudio ad nos ac si dicatur, Cum gloriosa frequentatione alleluia comitetur angelus Domini bonus, & benè disponat itinera tua, & cum iterum aduenerit tempore resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, & natiuitas pulchra & clara & casta per baptismalia sacramenta: cum gaudio reuertatur ad nos, & ex ore nostro per omnes Ecclesias audiat Alleluia. Septimus responsorius, Multiplicentur à Domino anni tui, penè eundem sensum habet. Potest conuenienter subdi responsoriis istis, Narrabo nomen tuum fratribus meis: ac si dicat mater nostra, quæ commendauit Alleluia apud ciues cœlestes, & iterum deprecatur eius aduentum: Cum * reuer sum fueris ad me, alleluia, narabo nomen tuum fratribus meis. Hunc sequitur responsorius, Bonum est confiteri. In eo declaratur, quid sit narrare & laudare nomen alleluia.

De Sexagesima.
Cap. xxxi.

Præfentes respõsoriij conueniunt & præsentis celebrationi, id est septuagesimæ, & statui temporum, id est, principio anni. In istis enim reuelatur miseria hominis, quali modo commeruisset captiuitatem: & primordia creaturarum decantantur. Vnum tempus principium est anni. In eo cantantur respõsoriij, qui assumpti sunt de historiis primorum sanctorum patrum, per quos sancta religio primæ temporibus reformata est post damnationem primæ massæ. Respõsoriij de sexagesima, admonent nos de fat felice creatione primi homi-

nis, & satis misera mutatione eius, id est, de luce in tenebras, de felicitate in miseriam. Quod potest admoneri ex duobus responsoriis, scilicet, Dum deambulet Dominus in paradiso: &, In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Responsorios huius conclusionis ordinaui iuxta tenorem historię, de qua assumpti sunt.

Sexagesimæ nomen per obliquum descendit à Septuagesimæ. Sexagesima creuit ex senario numero & denario. In supputatione numerorum sunt decem inter septuagesimam & sexagesimam. In hac consuetudine denominatione librorum nostrorum, nõ sunt plus quàm septem dies inter septuagesimam & sexagesimam. Quod non est ita denominatum absque providentia. Quisquis enim mysticos sensus voluerit scrutari, reperiet in septenario numero denarium, hoc est, in septem donis spiritus sancti perceptionem decem præceptorum legis. Septuagesima perficitur, vt sæpè dictum est, in sabbato, quod vocatur, clausum pascha. Et sexagesima in quarta feria, quæ nominatur, medium pascha. Tres enim dies sunt integri à feria quarta vsque in sabbatum. Vbi datur intelligi, quòd, si quis peccatorum remissionem dignè & ordinatè quaesierit in primordio suæ conuersionis, ad contemplationem perueniet sanctæ Trinitatis. Septuaginta annis fuerunt patres nostri in captiuitate, circa terminum septuagesimæ supputationis meruerunt reuocari de captiuitate. Illa captiuitas præfigurabat captiuitatè Christiani populi, quàm patitur sub diabolo & ministris eius. Ipsa deploratur in psalmo, Miserere mei Deo. Psalmus, Miserere mei Deus, continetur numero quinquagesimo: Qui numerus orditur ex quinario numero. Quinario enim sensu nostrum peccatum colligitur. Psalmus, Confitemini Domino, continetur numero ceteresimo, septimodecimo. Per hunc numerum designatur regnum Dei perpetuū. Qui in psalmo, Miserere mei Deus, satisfecit penitendo, & publicè confitendo peccata sua in terra aliena, hic meretur reuocari & restitui regno Christi per psalmum, Confitemini Domino. Satisfactionem memorant penitentis primæ antiphonæ de psalmo, Miserere mei Deus. Duabus ex causis peccamus: aut quando dimittimus quòd facere debuimus: aut quando facimus, quod non debuimus facere: contra quæ quidem pugnare non conuenit. Pro peccato delicti clamat prima antiphona, Miserere mei Deus, & à delicto meo munda me, quia tibi soli peccaui. Postquam mens hanc scin rillam lucis perceperit ex dono spiritus sancti, & perseverauerit clamare verba antiphonæ, iam initium capit redeundi ex captiuitate. Post præsentem psalmum, id est, Miserere mei Deus, sequitur psalmus, Confitemini Domino quoniam bonus. Huius psalmi, id est, centesimi septimidecimi, initia, & conclusio quinquagesimi psalmi, conueniunt: Vtræque partes beneficia Dei recolunt. Initia verò quinquagesimi psalmi, & termini centesimi septimidecimi psalmi, mutuo respondent. In initiis psalmi quinquagesimi, est confessio peccatorum ad abluenda peccata: in terminis centesimi septimi decimi, est confessio lætitiæ pro perceptis beneficiis & gratiarum actio. Tanta est Dei misericordia erga penitentes, vt à gradu timoris suscipiantur gradu pie-

De antiphonariis
in Sexagesima.
Cap. xxxi.

tatis, & à gradu humilitatis suscipiantur gradu exaltationis. Antiphonæ primæ de psalmo, Miserere mei Deus, recolunt sententiam dicentem: Iustus in principio accusator est sui: Et antiphonæ de psalmo. Confitemini Domino, tenent ordinem Evangelij, dicentis: Cum vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco, vt cum venerit, qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascende superius: tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Iuxta hanc sententiam versus, sursum tendunt antiphonæ præsentis psalmi: Qui per penitentiam reuocantur ad ecclesiam, per gradus humilitatis debet ascendere. Antiphona, Confitebor tibi, ad latitiam pertinet, dicente Cassiodoro in tractatu eiusdem psalmi: Breuiter edicimus, vt hanc confessionem lætissimam, post percepta beneficia fusam intelligere debeamus. At cæteræ antiphonæ sequentiũ psalmodum, vadunt per ordinem contextus singulorum psalmodum. Cum enim venerimus, Deo miserante, ad loca, vbi ordo fe commutauerit, dicemus tibi quod Dominus dederit.

De Quinquagesima in tertio gradu. Nam & Abraham tercia ætate mundi exiit. Quinquagesima habet denominationem à quinario numero. Quinarius enim numerus congruit exteriori homini, qui quinque sensibus vegetatur, siue ad bonum, siue ad malum. Quinquagesimus psalmus habet vocem penitentis. Quinquagesimus annus ponitur in iubileo. Quinquagesima habet responsum in ipsa die resurrectionis Domini. Nam à quinquagesima sunt quinquaginta dies vsque ad pascha Domini. Qui in quinquagesima orat pro peccato, consequitur lætitiã in pascha Domini. Responsorios de Noë, qui in isto ordine habet locum, inueni coniunctos in Romanis antiphonariis cum antiquis responsorijs de Quadragesima. De qua conuictione non est mihi aliquid dicendum, præsertim cum in ipso sequar modernos in nostra Ecclesia, qui cum responsorijs de quinquagesima ante Abraham posuerunt eos. Iuxta contextum scilicet historie ordo est, vt inter responsorios de Adam & Abraham, inserti sint de Noë. Quomodo conueniens sit numeri sacramentum quadraginta dierum & noctium, quibus cæli aperti sunt, cum hebdomada præsentis, occasionem intelligendi ponam ex dictis sancti Augustini, vt inueni in volumine Eugypij capitulo sexagesimo primo: Quadraginta diebus & quadraginta noctibus pluit, quia omnis reatus peccatorum in decem præceptis legis amittitur per vniuersum orbem terrarum, qui quatuor partibus continetur. Decem quippe quater ducta, quadraginta faciunt. Siue ergo ille reatus, qui ad dies pertinet exterum prosperitate, siue qui ad noctes ex rerum aduersitate contractus sit, sacramento baptismi celestis abluitur. Hi enim qui reformandi sunt per baptismum, oportet rimas tangere quadragenarij & fenarij numeri. Per baptismum recolligitur dispersus primus homo Adam per quatuor partes mundi ad vnum corpus Christi: Corpus Christi legitur fabricatum per quadraginta & sex annos. De quo mysterio ex dictis Augustini habemus scriptum in libello officiali, in loco vbi scribitur de feria quarta, quæ vocatur caput ieiunij. A præsentis feria quarta

De Quinquagesima in tertio gradu. Nam & Abraham tercia ætate mundi exiit. Quinquagesima habet denominationem à quinario numero. Quinarius enim numerus congruit exteriori homini, qui quinque sensibus vegetatur, siue ad bonum, siue ad malum. Quinquagesimus psalmus habet vocem penitentis. Quinquagesimus annus ponitur in iubileo. Quinquagesima habet responsum in ipsa die resurrectionis Domini. Nam à quinquagesima sunt quinquaginta dies vsque ad pascha Domini. Qui in quinquagesima orat pro peccato, consequitur lætitiã in pascha Domini. Responsorios de Noë, qui in isto ordine habet locum, inueni coniunctos in Romanis antiphonariis cum antiquis responsorijs de Quadragesima. De qua conuictione non est mihi aliquid dicendum, præsertim cum in ipso sequar modernos in nostra Ecclesia, qui cum responsorijs de quinquagesima ante Abraham posuerunt eos. Iuxta contextum scilicet historie ordo est, vt inter responsorios de Adam & Abraham, inserti sint de Noë. Quomodo conueniens sit numeri sacramentum quadraginta dierum & noctium, quibus cæli aperti sunt, cum hebdomada præsentis, occasionem intelligendi ponam ex dictis sancti Augustini, vt inueni in volumine Eugypij capitulo sexagesimo primo: Quadraginta diebus & quadraginta noctibus pluit, quia omnis reatus peccatorum in decem præceptis legis amittitur per vniuersum orbem terrarum, qui quatuor partibus continetur. Decem quippe quater ducta, quadraginta faciunt. Siue ergo ille reatus, qui ad dies pertinet exterum prosperitate, siue qui ad noctes ex rerum aduersitate contractus sit, sacramento baptismi celestis abluitur. Hi enim qui reformandi sunt per baptismum, oportet rimas tangere quadragenarij & fenarij numeri. Per baptismum recolligitur dispersus primus homo Adam per quatuor partes mundi ad vnum corpus Christi: Corpus Christi legitur fabricatum per quadraginta & sex annos. De quo mysterio ex dictis Augustini habemus scriptum in libello officiali, in loco vbi scribitur de feria quarta, quæ vocatur caput ieiunij. A præsentis feria quarta

A sunt quadraginta sex dies vsque ad publicum baptismum. Quauis ordo non teneat, vt in eadem feria quarta primò cantetur responsorius, Quadraginta dies & noctes: tamen iuxta ordinem Historie primus cantatur in ea Dominica nocte, cui subditur in sua hebdomada feria quarta caput ieiunij. Et iuxta ordinem historie & iuxta sacramentum, quod ducitur de ratiocinatione quadagesimi numeri, congruum locum habent responsorij de Noë in quinquagesima ante Abraham. Responsorios de Abraham, vt priores ordinavi, iuxta ordinem historie, & in nouissimo posui duo de euangelij, quæ in eadem hebdomada leguntur.

B In isto ordine dicit antiphona: Secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. In ista oratur venia pro his, quæ operati sumus contra legem Domini. In priore Dominica deprecati sumus pro his, quia ea quæ debuimus facere, non fecimus: in ista deprecamur pro his, quia fecimus quæ non debueramus facere. Post has duas antiphonas datur gratiarum actio in antiphona de psalmo secundo, ac si se credat mens adeptam esse quod deprecata est. Vnde dicit Cassiodorus in tractatu memorato: Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te. In primo enim commate dicit, Confitebor tibi: quod ad gratiarum pertinet actionem: in secundo, Exaltabo te: quia prædicationibus beatorum per cunctas gentes exaltatur Dominus Christus, qui reddit bonum pro malo.

M Etenes solent canere inuitatorium in media Quadragesima, Non sit vobis vanum manere surgere ante lucem, quia promisit Dominus coronam vigilantibus. Hæc enim antiphona continet quandam exhortationem congruam ad præsentis tempus. Idcirco visum est mihi, vt in capite quadagesimalis temporis præponam illam. Responsorij de quadagesima, sunt clauis, & tituli de conuersione & statu totius quadagesimæ. In his enim diebus oportet corrigere mores nostros, ieiunare, plorare, orare, patientes esse, vigilare, pœnitere, elemosynam dare præ cæteris temporibus anni. In isto catalogo spurcicia hominum abstergitur, & lauatur homo ab omnibus inquinamentis. Responsorios de ieiunio sic mihi visum fuit scribendos, vt primus statueretur, Emendemus in melius, quæ ignorantes peccauimus. Ordo est, si quis voluerit conuersionis iter arripere, vt primò dimitrat vitia. Quid postea agendum sit, secundus responsorius monstrat, In ieiunio & fetu. Quid per hanc castigationem consequatur pia mens, tertius responsorius monstrat, Paradisi portas aperiet nobis ieiunij tempus. Præpositis enim responsorijs, qui de ieiunio prædicant, sequitur alter modus abtutionis, id est, per cor pœnitens: Nec non & tertius, id est, elemosynarum. Propterea de ieiunio præponuntur, quia præcipue quadagesimale tempus ieiunio consecratum est. Responsorium, [Pater peccauit in cælum,] abstuli de isto loco, & posui illum in ea hebdomada, quando id euangelium legitur, vnde assumptus est. More nostro subdidi post hos responsorios, responsorios ad tertiam & sextam & nonam. Quos scripsi duobus ordinibus, Nostra regio solita est ad tertiam canere per duas hebdomadas, Participem

De antiphonis in matutinis in Quinquagesima. C. A. P. XXXIII.

De Quadragesima. C. A. P. XXXV.

cipem me fac Deus, & cæteros qui inscribuntur in Actenari antiphonario. De memorato responsorio facta est mentio in vita Sancti Ambrosij. Ipse de se narrat, quid sensus memorati versus apud se recoleretur in sua oratione, id est, vt participem cum faceret Deus in quadagesimali tempore omnium timentium se, quando ei reuelatum fuit de sanctis martyribus Geruasio & Protasio. Etenim inueni alteros responsorios breuiiores in Romano antiphonario. Scripsi vtrumque ordinem in nostro antiphonario. Aliquoties enim istos cantamus, aliquoties illos. Quadragesima denominatur à quatuor. Hæc denominatio in quarto loco stat à suo authentico, id est, à septuagesima, & habet suam perfectionem in cæna Domini, quando lauentur pedes fratrum & pauimenta ecclesiarum. Verè qui quadraginta dies studuerit sub disciplina constringi, quæ ostensa est in responsorijs de Quadragesima, non est dubium quin in cæna Domini possit notari cultui munditiæ.

Prima antiphona in matutinis dicit, Cor mundum crea in me Deus, spiritum rectum innoua in visceribus meis. Nam & præsentis antiphonæ, sicut & cætera officia, quæ pertinent ad istum diem, instruunt, qualem intentionem abstinentes debeant exhibere suam coram Deo in tempore mundationis suæ. Antiphona, Cor mundum crea in me Deus, postulat rectam cogitationem in abstinentia. Quod enim est, Cor mundum crea in me Deus: id ipsum repetitur, Spiritum rectum innoua in visceribus meis. Spiritus rectus ad cor mundum pertinet: Crea, & Innoua, vnum postulant. Antiphona, O Domine saluum me fac, O Domine benè prosperare, postulat per interiectionem, O, id est, per magnum desiderium, vt Dominus abstinentem saluum faciat à peccatis, & quod asperum videtur & naufragosum in diebus abstinentie, Dominus faciat illud tranquillum & portabile atque serenum. Quod est alio modo dicere, Hanc prosperitatem tribuat Dominus abstinentibus, vt in abstinentia, quam inchoauerunt in isto tempore, perseuerent vsque in finem. Tertia antiphona, Sic benedicam te in vita mea: rogat, vt sic se firmato in his, quæ superius dixi, dein insistant bonis operibus: hoc est enim benedicere Dominum, vigilanter insistere in bonis operibus. Et deinceps, Leuabo manus meas, in oratione in modum crucis. Ne ventus elationis destituat tale ædificium, postulat in quarta antiphona spiritus humilitatis & anima contrita, & in his oblationibus & holocaustis suscipi militem à Domino. Antiphona quinta, Laudate Dominum cæli caelorum, tenet ordinem psalmi. Excipitur sol & luna, quæ referuntur ad historiam Ioseph.

De responsorijs qui canuntur de Isaac & Iacob. C. A. P. XXXVII.

Responsorij de Isaac & Iacob, iuxta ordinem historie, stant post Abraham patrem illorum. Nam & hos iuxta ordinem historie statui. In nouissimo loco præsentium responsoriorum stat responsorius, Pater peccauit in cælum, propter euangelium quod legitur in sabbato præsentis hebdomadæ, vnde assumptus est. Rato ordine stat iste responsorius post responsorios de Iacob, qui memorat exullem reuersum de exilio. Vtique Iacob reuersus est de exilio ad patriam. Potuit institutor officiorum,

denominationem tricessimam ponere in isto ordine iuxta quantitatem numerorum: sed quia denominatio septuagesimæ & sexagesimæ & quinquagesimæ præfationes sunt quadagesimæ, quæ denominatione currit per totum tempus ieiunij vsque in pascha Domini, ab illa, id est, quadagesima cessant sequentes denominationes.

Prima antiphona dicit: [Domine, labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.] In ista hebdomada memoratur cõsolatio illa, quam populus Dei audiuit per os Aggai & Zachariæ prophetarum post tribulationem, quam passi sunt sub Assuero rege. Renouatio mentis illius populi ad gaudia ædificandi templi, memoratur per præsentis antiphonas. Post intermissum opus, & iterum inceptum, dicitur antiphona, [Domine, labia mea aperies.] Iste mos adhuc seruetur in ecclesia. Post intermissum colloquium tempore noctis, per præsentem versus repetitur iterum colloquium. Sequitur antiphona, Dextera Domini fecit virtutem, Dextera Domini fecit hanc virtutem vt inciperetur reædificari domus Domini, & ad hoc factus est Dominus adiutor. Ereptus populus de camino, quem præparauit ei Assucus, alius scilicet Nabuchodonosor, meritò antiphonã cantat Deo, [Trium puerorum cantemus hymnum.] Multi aduersarij voluerunt turbare populum Dei, ne ædificaret domum Dei: sed quia à Domino erat hoc statutum, non valebant destruere opus illud: hoc memorat antiphona, [Statuit ea in æternum & in seculum seculi.]

De antiphonis in matutinis. C. A. P. XXXVII.

Ratres Ioseph adorauerunt Ioseph: quoniam venturum erat vt ecclesia adoraret Christum. Idcirco suis responsorijs præponitur antiphona inuitatoria, [Adoremus Deum.] Responsorios verò de eodem Ioseph, ordinavi iuxta contextum historie.

De responsorijs Ioseph. C. A. P. XXXIX.

Prima antiphona est, Benignè fac: vel, vt quidam dicunt, Fac benignè: quod non continetur in translatione propria, vnde antiphonarius assumptus est, sed Benignè fac in bona voluntate tua. In ista hebdomada recollitur consummatio murorum Hierusalem, quæ facta est sub Neemia. Pro qua cõsummatione præuenit precatur in præsentis antiphonæ, dicente: Benignè fac in bona voluntate tua Domine, vt ædificentur muri Hierusalem. Impedimentum aduersariorum Neemiæ, qui volebant infatuare opus illud, explanatur in libro Esdræ: Sed Dominus resistebat illis, hortante Neemia sic: Nolite timere à facie eorũ, Domini magni & terribilis mementote. Vice istius sententiæ cantatur antiphona, Dominus mihi adiutor est, nõ timebo quid faciat mihi homo. In ista nocte mutantur de suo ordine duæ antiphonæ, id est, ista, quæ iuxta ordinem, versus caput psalmi post antiphonam, Bonum est sperare in Domino, deberet stare. Et, sol & luna, quæ descendendo à capite psalmi, deberet stare ante antiphonam, Statuit ea in æternum: verso ordine ista stat in priore loco, & illa in posteriore. Ista cõsolatur fratres in magna tribulatione; quam patiebantur ab insurgentibus in se, quibus conuenit Dei solius recordari, & non timere hominem. Idcirco iuxta versus, De tribulatione inuocauit Dominum, stat antiphona maxime cõsolationis, D B B

minus mihi adiutor est. Spes enim tepidis solet arri-
dere. Qui cogitant se defendere contra imminen-
tem hostem, necesse habent dicere antiphonam:
Deus misereatur & benedicat nobis. Legitur in in-
ferioribus partibus historiae memorata: Factum est
autem cum audissent omnes inimici nostri, vt ti-
merent vniuersae gentes, quae erant in circuitu no-
stro, & conciderent inter semetipsos. Hec sententia
potest non inconuenienter aptari antiphonae. [Vim
virtutis suae oblitus est ignis, vt pueri tui liberaren-
tur illi.] Furor ignis, qui erat contra Neemiam,
& pueros suos in vniuersis gentibus, quae erant in
circuitu Hierusalem, sopitus est, cum consumma-
tus fuit murus Hierusalem. Potest haec antiphona,
[Vim virtutis suae oblitus est ignis,] specialiter ac-
cipi de castitate Ioseph inuolabili: Quando domi-
na sua exarsit libidine in eum, vis ignis libidinosi ex-
tinguita est in Ioseph, vt ipse puer innocens perman-
eret. Antiphonae de psalmo, Laudate Dominum de
caelis, ceperunt currere per ordinem: Sed iste ordo
mutatur in versu, Laudate eum sol & luna. Nempe
hoc factum est propter hanc conuenientiam, quam
habent inter se responsorij de Ioseph, & ista anti-
phona, quae facit aliquam mentionem de somnio
Ioseph, in quo vidit solem & lunam se adorare, quae
est propheta de Christo. Reseruata ea de suo ordi-
ne vsque ad hanc noctem, propter dictam causam,
ordo postulat post laudem angelorum, sequi lau-
dem caeli caelorum & omnium aquarum: iuxta or-
dinem sequitur tunc antiphona, [Statuit ea,] quae
iuxta congruentiam suae interpretationis, stat in
conuenienti loco.

De media
Quarta
gestima.
CAP. XLII.

Responsorij de Moysē, vadunt per contextum
historiae, vsque ad responsorios de Iosue. Inter
responsorios de Iosue, inueni vnum de Michāa pro-
pheta, id est, Popule meus, quid feci tibi, quem pre-
notauit ex auctore proprio de quo assumptus est.
Qui idcirco conueniens est praesenti loco, quoniam
superiorem historiam depingit.

De anti-
phonis Ma-
tutinalib.
CAP. XLIII.

Antiphonae praesentes, temporibus Moysis &
Iosuae coaptantur, & temporibus Neemiae. In
nocte quando istae antiphonae cantantur, cantantur
responsorij de Moysē & Iosue. Moyses docuit sa-
crificium offerre Deo. De sacrificio nempe dicit
prima antiphona, Tunc acceptabis sacrificium ius-
titiae. Tempora patrum antiquorum replicantur
in historia Neemiae. Inter caetera sic in ea scribitur
de tempore Iosuae: Dedisti eis regna & populos, &
partitus es eis sortes, vt possiderent terram Seon. Et
caetera. Vbi fors intercedit, humanum consilium
abscedit: Vbi humanum consilium aut refugium
abest, ibi est spes sola in Domino, de qua antiphona
dicit: Bonum est sperare in Domino. Et infra: Et ve-
nerunt filij, & possederunt terram, & humiliasti co-
ram eis habitatores terrae. Huius sententiae proximi-
mus est sensus nouissimi psalmi, Deus misereatur
nostrae, Vnde antiphona est, Benedicat nos Deus,
Deus noster, & benedicat nobis. In benedictione
enim possederunt filij terram. Tunc metuebant Do-
minum omnes habitatores terrae, quos Deus hu-
miliauit ante filios Israel. Et infra, vnde supra: In
tempore tribulationis suae clamauerunt ad te, & tu
de caelo exaudisti, & secundum miserationes tuas
multas dedisti eis saluatores, qui saluauerunt eos de

A manu hostium suorum. Verbis huius sententiae ar-
rident verba antiphonae, dicentis: Potens es Domi-
ne eripere nos, & de manu mortis liberare. In sub-
sequentibus historiae memoratae, sequitur caralo-
gus regum Iudaeorum, qui peccauerunt in Domi-
num. Pro quo, versa vice, cantatur antiphona in i-
sto ordine: Reges terrae & omnes populi, laudate
Deum. Temporibus Neemiae conueniunt memo-
ratae antiphonae sic: Scriptum est in inferioribus
partibus historiae: Statuimus super nos praeccepta,
vt demus tertiam partem sicii per annum ad opus
Dei nostri domus, ad panes propositionis, & ad sa-
crificium sempiternum in sabbatis & Kalendis, in
solemnitatibus & in sanctificationis, & pro peccato, vt
exoretur pro Israel. Huic sententiae congruit anti-
phona, [Tunc acceptabis sacrificium iustitiae.] Se-
quitur: Reliqua vero plebs misit sortem, vt tolle-
rent vnam partem de decem, qui habitaturi sunt in
Hierusalem. Notum est his, qui historiam Esdrae le-
gunt, plebem istam quae nunc sortem mittit pro
his, qui habitaturi sunt Hierusalem, & Neemiam
confisos esse in sola spe caelesti & in via & in patria:
idcirco ex eorum persona non immerito cantatur An-
tiphona, Bonum est sperare in Domino. Et sequi-
tur infra: Benedixit autem populus omnibus viris,
qui se sponte obtulerant, vt habitarent in Hierusa-
lem. Pro istis verbis stat antiphona [Benedicat nos
Deus Deus noster. Sequitur in fine libri.] De filiis
Ioiahae filij Eliasib, gener erat Sanabalath. Oroni-
tes, quem fugauit me: Recordare Domine Deus
meus aduersus eos, qui polluunt sacerdotium. Et
caetera: Mente canebat Neemia antiphonam, [Po-
tens es Domine, eripe nos,] qui effugauit generum
ducis. Non timuit mortem ab homine sibi inferri,
qui contra potentiam saeculorum certabat, ne pol-
lueretur sacerdotium. Post hoc sequitur in histo-
ria, constituisse eundem Neemiam ordinem to-
tum ministrorum Dei. Huius, id est, Neemiae in-
tentionis vice, potest antiphona decantari. [Reges
terrae & omnes populi laudate Deum,] quia exalta-
tum est nomen eius solius. Reperam quod in supe-
rioribus partibus omisi de ratione antiphonarum
quae sunt de benedictione. Ab illa Dominica die
quandò iam ab alleluia se continet os Ecclesiae, id est,
à sexagesima vsque ad responsorios de Ioseph, tres
antiphonae sunt, de memorata benedictione, vide-
licet, [Benedictus es in firmamento caeli:] &, [Hy-
mnum dicite, & superexaltate:] &, [Trium puero-
rum cantemus hymnum.] Haec tres antiphonae me-
morant tres pueros, laudantes sanctam Trinitatem
in camino. Antiphona, [In spiritu humilitatis,]
quae cantatur in quadragesima, est quaedam praedi-
catio ad totam ecclesiam pro toto tempore quadra-
gesimae afflictionis. Antiphona vero in septuagesima,
[Benedicat terra Dominum,] & omnia nascen-
tia in ea, hymnum dicant ei,] humiliter coniungit
humanam laudem cum laude angelorum. Alleluia,
cantus est angelorum in caelo. Monstratur hoc in A-
pocalypsi Ioannis Apostoli: Benedictio, vnde anti-
phona assumpta est, [Benedicat terra Dominum.]
Laus est hominum in tribulatione positorum, ad signi-
ficandum, societate sanctorum angelorum esse cum
his, qui pro Deo patiuntur. Cuius tribus pueris in ca-
mino ignis visus est vir similis filio Dei, & pro hac
significatione

significatione in septuagesima cum continuo Alle-
luia miscerit antiphona, [Benedicat terra Domi-
num, & omnia nascencia in ea, hymnum ei dicant.]
De numero noctium, quae ad celebrandam pas-
sionem Domini pertinent, & de amissione
Gloriae, dictum est in libello supra scripto officiali.
In duabus hebdomadibus ante pascha Domini vn-
decunquē potuit colligere compositor antiphona-
rij sermones conuenientes passioni Domini, super
eos fecit sonum cantus habilem ad id tempus, id
est, lugubrem, iuxta numerum necessarium respon-
siorum & antiphonarum. Antiphonas de vn-
guento Mariae mutauit de prima feria Metensis an-
tiphonarij in septimam feriam. Illa enim die cele-
brata est eadem vnctio, id est, pridie ante Palmas.
In die Palmarum inueni antiphonam, [Cum ange-
lis & pueris in benedictione,] & in aliquibus,
[Videns Dominus:] ad laudes, [Confundantur.]
Visum est mihi, [Confundantur] congruere Chal-
daeis & Iudaeis, qui succenderunt ignem irae: [Cum
angelis & pueris, his, qui laudant Dominum de
caelis,] In cena Domini congregauit illos respon-
sorios, in quibus Dominus praedixit discipulis suis
de sua traditione, & quid egerit orando, & quid Iu-
das econtra insidiando & tradendo. Eos quos re-
peri de euangelio, excerptos iuxta ordinem Euan-
geliorum posui: Caeteros conatus sum iuxta con-
sequentiam rerum gestarum ponere. In nocte pa-
rasceus mutauit de cena Domini responsorium de
Isaia propheta, [Ecce vidimus eum,] qui proprie
pertinet ad tempus crucis. Illud sequitur de Iere-
mia propheta, [Animam meam dilectam tradidi
in manus iniquorum.] Hos duos de prophetis pra-
misi. In contextu sequentium Responsoriorum in-
scribitur responsorium de Esaia propheta, [Expan-
di manus meas,] quem non cantamus in istis nocti-
bus, sed in festiuitate sancti Andreae. Idcirco posui
illum in isto ordine, quia inuentus est in Romano
antiphonario. Caeteri compositi sunt à magistris
sanctae Romanae Ecclesiae, in quibus compunctio
traditionis eius frequentatur, & dolor crucifixio-
nis eius stimulat corda fidelium. In nouissimis
duobus de Euangelio celebrantur ea, quae in no-
uissimo peracta sunt circa passionem eius, vsque ad
celebrationem sepulturae in die parasceus. In sab-
baro sancto recolitur sepultura eius in aliquibus
responsoriis, & in aliquibus vero planctus & fletus
doleantium de nece iniusta.

De Passio-
ne domini.
CAP. XLIII.

De extin-
ctione lu-
minum circa
sepultura
Domini.
CAP.
XLIII.

Mid est, per feriam quintam, quae vocatur Cae-
na Domini, & per sextam, quae vocatur Parasce-
ue, & per septimam quae vocatur Sabbatum san-
ctum, vt extinguantur luminaria ecclesiae in nocte.
De more sanctae matris nostrae Romanae ecclesiae
interrogauit Archidiaconum Theodorum memo-
ratae ecclesiae, scilicet Romanae: Qui respondit:
Soleo esse cum Apostolico in Lateranis, quando
officium celebratur de cena Domini. Nihil enim
ibi in eadem nocte obseruatur de extinctione lu-
minum. In feria sexta nullum lumen habetur lam-
padum siue cereorum in ecclesia in Ierusalem,
quandiu dominus Apostolicus ibi orationes so-
lennes facit, aut quandiu crux salatur: Sed ta-
men in ipsa die nouus ignis accenditur, de quo re-
Tom. 6.

A seruatur vsque ad nocturnale officium. Vtrique
mores per rationabile iter gradiuntur. Noster mos
qui extinguit lumina cereorum aut lampadam per
tres noctes, docet nos apostropham facere de lati-
tia in tristitiam, de gaudio in maeritiam. Cogni-
tum est omnibus, significari ecclesiae laetitiam per
lumen cereorum & lampadam. Simili modo can-
tus magis pertinet ad delectationem & laetitiam
mentium, quam ad luctum & maeritiam. Per tres
enim noctes extinguuntur lumina, quae continent
in se cum suis diebus septuaginta duas horas. Per
praesentem extinctionem designatur extinctio lati-
tiae, quae recolitur facta esse in cordibus discipulo-
rum Christi, quandiu Christus iacuit in sepulcro.
Sive illa extinctio laetitiae, quae facta est in cordi-
bus apostolorum post traditionem Domini vsque
dum intrauit ad eos ianuis clausis, & ostendit eis
manus & pedes, atque manducauit coram eis. Et
bened in eo loco extinguuntur, vbi cantus renouat-
tur, vt innotescat in vnoquoque articulo alicuius
improvisae laetitiae affuisse semper obicem tristitiae.
De hac re & numero cereorum habemus scriptum
in libello officiali. Vt enim in sexta feria iuxta
Romanum morem reaccenditur lumen nouum,
hanc habet rationem: In eadem die sol obscura-
tus est à sexta hora vsque ad horam nonam: Instat
eius obscuracionis extinguuntur lumina consueta
in Ecclesia, & iterum renouantur, quoniam circa
horam nonam reuersum est lumen solis ad orbem
illuminandum. Per tres enim horas non dedit lu-
men suum, vt praedicaret orbi, tribus diebus & tri-
bus noctibus creatorem suum & operatorem ob-
scuraturum se in sepulcro. Et propter necessitatem
communem reaccenditur in sancta Romana ec-
clesia eodem die, vt ex illo cibi coquantur, & refer-
uetur ad usum noctis necessarium. In eadem vero
nocte, id est, Dominica quae pertinet ad resurre-
ctionem Christi, causa significandi mysterij omnia
lumina renouantur. Propter sacramentum Domi-
nicae sepulturae & resurrectionis in Dominica no-
cte, liquet ratum esse ordinem, vt cum ventum fue-
rit ad officium, quod pertinet ad resurrectionem
Christi, nouus ignis & permanens exurgat, qui
illuminet totam ecclesiam. Hoc est quod dico: Re-
feruetur ignis de sexta feria, vt illuminetur cereus,
qui ponitur in vice columnae ignis ad benedicen-
dum, qui ab initio benedictionis illuminatus est.
Et cum benedictus est, ab eo illuminetur secundus
cereus. Caetera luminaria extincta permancant vs-
que ad nouissimam litaniam, quae pertinet ad offi-
cium Missae de resurrectione Domini. Tunc ac-
cendantur luminaria ecclesiae & neophytorum, vt
significetur, resurrectione Christi de terra, illumi-
nandum orbem terrarum.

De resur-
rectione
Domini.
CAP. XLIV.

De numero psalmorum per paschales noctes,
descripsimus quod potuimus, in memorato libel-
lo, qui vocatur officialis. In nostro antiphonario re-
peritur ordo, qui in Romano antiphonario est, an-
tiphonarum & responsoriorum de paschalibus diebus.
In eo ordine non inueniuntur antiphonae, quas so-
lemus canere in nocte resurrectionis Domini su-
per nocturnales psalmos, id est, [Ego sum qui sum:]
&, [Postulaui patrem meum:] &, [Ego dormiui.]
Nescio vnde eas collegissent Metenses. Vnum scio,
B B b ij

quia verba habent consonantia resurrectionis Christi. Prima antiphona, [Ego sum qui sum,] ostendit Christum crucifixum, Deum esse, & Dei voluntatem non esse cum impiis qui Christum voluerunt extinguere: sed cum illis Iudæis, qui in lege Dei veraciter perseverauerunt, sicut Petrus & Paulus fecerunt. Antiphona, [Postulavi patrem meum,] docet gentilem populum additum esse gregi Christi per passionem suam. Tertia verò, [Ego dormivi,] Christi resurrectionem monstrat. Responsorios distinctos reperi in antiphonario Metensi per singulas quasque ferias usque ad quintam feriã. Visum mihi fuit rationi congruere, ut quia quinque ferie deputatos responsorios habuerunt, sexta & septimã non deficeret hæc proprietates, iuxta ordinem euangelij in capite debui responsum depingere, [Dum transisset sabbatum,] Sed propter nobilitatem cantus, & manifestam explanationem resurrectionis Domini, iuxta tenorem plurimorum antiphonariorum posui in capite. [Angelus Domini descendit de celo,] Quem sequuntur duo iuxta textum Euangelij, id est, [Dum transisset sabbatum,] Et, [Angelus Domini locutus est mulieribus.]

De feria secunda. CAP. XLVII.

Maria Magdalene resurrectionem Domini declarat. [Introduxit vos Dominus,] competentibus Iudæis loquitur. [De ore prudentis,] conuenit superioribus verbis, scilicet melli & legi Domini.

De feria tertia. CAP. XLVIII.

Surgens Iesus Dominus noster, de resurrectione Domini sonat: [Virtute magna,] constantiam primorum prædicatorum decantat. [Si consurrexisti cum Christo,] attrahit ministros ad locum, ubi victor certaminis est.

De feria quarta. CAP. XLVIII.

In feria quarta est adhuc allocutio ad Iudæos, qui iam inuitantur ad regnum Christi. Christus est leo de tribu Iudæ, & radice Dauid, qui vicit & aperuit suis portas cæli. Responsorius, [Expurgate vetus fermentum,] continet in se hæc verba, [Pascha nostrum immolatus est Christus, itaque epulemur in Domino.] De hac epulatione dicit offertorium, quodea die canitur, Panem angelorum manducauit homo. Responsorius, [Christus resurgens à mortuis,] consummatam victoriam Christi & primitiuæ ecclesiæ manifestat.

De feria quinta. CAP. XLIX.

Tulerunt Dominum meum, assumptus est de euangelio, quod legitur in quinta feria. In responso [Congratulamini mihi omnes qui diligitis Dominum:] Maria circa monumentum querit Dominum, & inuenit. In monumento sepultus est Dominus. In responso, [Populus acquisitionis,] monstratur in hac feria mentionem eius populi fieri, qui de præputio acquisitus est Christi sanguine.

De feria sexta. CAP. L.

Responsorius [Surrexit pastor bonus,] ostendit eum resurrexisse, qui in sexta die animam posuit pro ouibus suis. In hac sexta die memoratur baptismus gentium: In responso, [Dignus es Domine,] prædicatores præcipui laudes dignas dant Christo. Etenim, cuius sanguis effusus est pro nostra redemptione, dignus est reuelare arcana scripturæ, quæ de eadem redemptione prælibata sunt. Responsorius [Data est mihi,] de proprio euangelio excerptus est.

De Sabato. CAP. LI.

Ostendit mihi angelus fontem aquæ viuæ, sic loquitur, quasi hi loquantur ad ecclesiam, qui

in Christo baptizati sunt, & sunt agni nouelli, & hodie reuertuntur ad fontes, ut exuat se albis. Quibus subditur responsorius: [Omnes qui in Christo baptizati estis, Christum induistis.]

Norum solenniter est, canere matrem nostram Romanam ecclesiam tres psalmos ante hymnum euangelij, & post hymnum duos per diuersa altaria diuersorum locorum. Sæpius tamen ad crucem & ad fontes, ut ex scriptis discimus, quæ continent per diuersos libellos ordinem Romanum. Simili modo norum est, quod in fine psalmorum versus solemus dicere ante orationem, quam solemus facere genua flectendo, siue, vultum declinando in terrã. Versu enim commonemur ad aliquam mutationem, & renouationem mentis, continentem habitum orationis. De eodem versu scriptum habemus in libello officiali & in prologo istius. Ea enim hic oportet dicere de illo, quibus intelligatur, qua de re consuetudo S. Romanæ ecclesiæ amittat versus in paschalis diebus, & alter cantus constituatur pro eo. Paschalis enim dies qui per septem dies quasi vnus dies celebratur, apud nos ordine officij sui prædicat nobis illud tempus, de quo Iesus Christus dixit in Euangelio Ioannis: Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum & gaudium vestrum nemo tollet à vobis: & in illo die me non rogabitis quicquam. Orando enim rogamus quod nondum habemus. Quod non erit necessarium, quando cor electorum gaudebit, & gaudium eorum nemo tollet ab illis, & non erit necesse ut aliquid rogent: ut iam gaudeamus in spe ex eo, quod expectamus futurum in re, versus qui solet animimum nostrum reuocare ad aliquam introducendam orationem, aufertur in paschalis diebus, & cantatur pro eo ad aliquos cursus diurnales responsorius, [Hæc dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.] Exultatio & lætitia vnde responsorius præfens dicit, clariore efficitur in mente nostra, si clariore lingua, id est, Hebræa, pronunciat apud nos fuerint. Ideo in ea statione, in qua

De glorio lo officio, quod fit circa vespertinales terminos in paschali hebdomada in Romana ecclesia. CAP. LII.

Apostolicus celebrat vespertinale officium, alleluia canitur cum omni supplemento & excellentia Versuum & Sequentiarum. In cæteris officiis diurnalibus pro versibus canitur responsorius, Hæc dies. In vespertinali post tres psalmos canitur vnum alleluia ante hymnum sanctæ Mariæ, post quartum vnum, post quintum vnum, quæ pertinent ad crucem & ad fontes. In Romano enim ordine inuenitur in ipsa die resurrectionis Domini repetitur psalmus, [In exitu Israël.] Hoc enim fit propter multiplicia altaria illius loci, ubi illa die statio fit. Inuenitur etiam à quarta feria responsorius inditus, [Hæc dies quam fecit Dominus] post duo alleluia, ut demonstratur, illum fuisse primò statutum pro versibus, sed dignitate Apostolica alleluia mutatum est pro eis. Eadem enim re factum est, ut multi versus alleluia, græca lingua in memorato officio canantur. In sexta feria interponitur responsorius, [Hæc dies quam fecit Dominus,] inter duo alleluia, ut opinor, propter loca stationum, quæ prius designantur per loca vilia, & postea nobilia. De quibus scribitur in Romano ordine: Usque ad diem octauum paschæ, iuxta Romanam consuetudinem, memoratum cursum celebramus.

In nocte

passionem suam, loquitur persona cantorum ad concionem, narrans ei ordinem Christi ascensionis. In Romano antiphonario repperi responsorium scriptum, Viri Galilæi, quem nos non piguit notare in nostro antiphonario. Si quis voluerit eum cantare inter nocturnales responsorios, habet eum præfatum. In nouissimo ordine positus est, [Omnis pulchritudo Domini, exaltata est super sidera.] Christi corpus iam in re exaltatum est super sidera: membrã videlicet eius ibi sunt in spe, ubi caput est in re. Et ideo non frustra ponitur responsorius, [Omnis pulchritudo Domini] in nouissimo loco, in quo narratur perfecta & summa receptio pulchritudinis Domini super sidera. Antiphonæ super psalmos matutinales, tenorem historiarum, qui scriptus est in euangelistis & in Actibus Apostolorum, seruant.

Officium nocturnale de festiuitate Pentecostes. CAP. LVII.

Primò notandum est, antiphonas tres, id est, [Factus est repente de celo sonus] & [Confirmatus hoc Deus] & [Emitte spiritum tuum,] quas nostra regio canit, Romanos non canere. Ex Metensi Antiphonario scriptimus eas in nostro. De ordine huius officij, id est, nocturnalis in festiuitate Pentecostes, quomodo apud Romanos celebratur, scriptum habeo in prologo huiusce opusculi. Numerum Psalmorum & Responsoriorum totum adimplet Romana ecclesia, quem solemus canere per cæteras Dominicales noctes. De numero verò, quem nostra regio tenet per aliqua loca, scriptum habemus in libello officiali.

Propter sacramenta baptismalia, numero trium psalmorum completus nocturnalia officia per octidies vltimæ hebdomadis pentecostes. Vnde, quod potui, ut memorauim, scriptum habeo in libello officiali. Restat solummodò hic scribere ordinem responsoriorum, quem noster antiphonarius tenet. Primus responsorius, [Dum complerentur dies pentecostes,] monstrat chorum discipulorum simul fuisse in quodam cenaculo, & expectasse promissionem Christi. Monstrat etiam figuratè, qualiter promissio Christi adueniret, instar videlicet sonitus vehementis spiritus. Secundus, [Spiritus sanctus procedens à throno,] exponit cui rei ministraret sonus spiritus vehementis, id est, spiritui sancto procedenti à throno. Hic sonus spiritus vehementis excitat corda, ut intendant operi spiritus sancti, qui inuisibiliter pectora apostolorum penetravit. Tertius responsorius, [Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis, ubi erant sedentes, & repleti sunt omnes spiritu sancto,] hoc habet amplius in sua doctrina præ cæteris superioribus duobus, ut demonstrat apostolos repletos esse spiritu sancto. Quartus, [Spiritus Domini repleuit orbem terrarum,] hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. Hoc iste præ cæteris habet amplius, ut demonstrat scientiam vocis diuersarum linguarum, datam esse discipulis per aduentum spiritus sancti. Quintus, [Apparuerunt Apostolis dispartitæ linguæ tanquam ignis,] monstrat, quod in superioribus non audiimus, hoc est, ut linguæ igneæ sederint super Apostolos. Sextus responsorius, [Repleti sunt omnes spiritu sancto, & ceperunt loqui prout spiritus sanctus dabat eloqui illis.] Hic monstrat quandam fabricam peractam esse:

Tom. 6.

Fabricam dico, quam fabricauit spiritus sanctus per suum aduentum in Apostolis, id est, ut prædicatores existerent suæ operationis. Hoc ostendit præfens Responsorius in verbis suis, dicens: Et ceperunt loqui prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Hucusquè historia præfentis festiuitatis declarata est: Cæteri responsorij qui supersunt, id est, [Vltimo festiuitatis die] Et, [Iam non dico vos seruos,] de verbis dictis Domini in aliis locis sumpti sunt: Qui tamen in suo textu aliqua verba habent de præfenti festiuitate, ut in [Vltimo festiuitatis die] continetur inter alia: Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant. Et, [Iam non dico vos seruos,] Accipite spiritum sanctum in vobis paraclitum. Et idcirco hæc tenent loca, id est, septimum & octauum in nostro antiphonario: Responsorius, [Disciplinam & sapientiam docebat eos Dominus,] non minimam partem operis spiritus sancti declarat. Tria enim declarat maxima, id est, primò docuisse eos Dominum disciplinam & sapientiam: Secundò gratiam spiritus sui firmasse in illis: Tertio implèsse corda eorum intellectu. De disciplina exponit sanctus Augustinus in tractatu super psalmum octauumdecimum in sermone decimo-septimo ita: Addidit autem & eruditionem: vel, sicut plures codices habent, disciplinam. Sed disciplinam, quam Græci appellant pædiam, ibi scripturæ nostræ ponere consueuerunt, ubi intelligenda est per molestias eruditio, secundum illud: Quem enim diligit Dominus, corripit: flagellat autem omnem filium, quem recipit. Hæc apud ecclesiasticas literas dici assoler disciplina, interpretata de Græco, ubi legitur pædia. Hoc enim verbum in Græco positum, est in epistola ad Hebræos, ubi Latinus interpres ait: Omnis enim disciplina ad præfens, non gaudij videtur esse, sed tristitiæ, postea autem fructum pacificum his, qui per eam certant, reddet iustitiam. Cum quo ergo facit Deus suauitatem, id est, cui propitius inspirat boni delectationem, atque, ut apertius id explicem, cui donatur à Deo charitas Dei, & propter Deum charitas proximi, profectò instanter orare debet, quò tantum sibi augeatur hoc donum, ut non solum pro illo contemnat delectationes cæteras, sed etiam pro illo quasi libet perferat passiones. Hucusquè Augustinus: In responso sequitur post disciplinam sapientia. Sapientia est quæ facit sapere æterna, & pro eis instanter laborare & operari. Tenet enim iste ordo morem nostræ scholæ, ut primò erudiantur nostri scholastici per disciplinam, & postea sapientes fiant per sapientiam. Neque enim iste mos deest doctrinæ Christi, dicentis: Nónne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Dixit superius sanctus Augustinus, disciplinam pertinere ad flagella salubria, quæ perducunt hominem ad receptionem Dei. Quæ nobis initiauit Christus, ut superius audiimus. Nónne hæc oportuit pati Christum? Sapientiam dicimus verò iuxta affectum eorum, qui æterna sapiunt. Qui æterna sapiunt, certant & inter prospera & inter aduersa aditum arripere, quò perueniant ad gloriam cælestem. Eundem ordinem

Bbb iij

sequitur responforius, vt dicat Dominum docuisse disciplinam primò discipulos, & postea cibasse eos per sapientiam de spe æternorum. Gratiã sanitarum & curationum, & operationem virtutum, quam tribuit illis ante passionem suam, firmavit in illis per aduentum spiritus sui, & intellectu, quem illis primò dedit, quandò aperuit sensum eis, vt intelligerent scripturas, impleuit perfectiùs corda eorum. Quoniam in isto responforio quodammodò summa operatio spiritus sancti declaratur, teneat & iste nouissimum locum responforiorum in præfenti festiuitate. Antiphonæ super matutinas, ordinem historie sequitur. Antiphona, In benedictione fontes & omnia quæ mouentur in aquis, consonat fontibus baptisterij. Hic notandum est, quòd consuetusimus per principia festorum dierum, vt est in Pascha Domini, & in ascensione eius, & in præfenti festiuitate antiphonas canere super Psalmos in matutinis & in cæteris sequentibus noctibus, Alleluia excepto in benedictione. Quare hoc: nisi quia in his noctibus in quibus celebratur ipsa res gesta, certant cantores historiam præfentis festiuitatis declarare: At in cæteris nostram deuotionem, quam semper & ubiq; debemus recolere pro beneficiis Dei, quæ accepimus ex sua resurrectione & ascensione, & ex aduentu spiritus sancti. Quare nostro more Antiphonæ in benedictione cantentur, scriptum habemus in libello officiali, scilicet, quia in eo hymno, id est, [Benedicite:] memoratur tempus maximæ tribulationis, quæ futura est: Et Latina lingua est humilior Hebræa & Græca, idèd humilior illa tempus humilitatis & afflictionis maximæ commemoratur per antiphonam suæ linguæ, [In benedictione.]

De responforiis psalmodum. CAP. LVIII.

DE Responforiis psalmodum, scripti in prologo huius somatis, quòd tunc fuit mihi visum scribere. Vnde iterum non piget me scribere aliqua ex illis, quoniam veni ad ordinem temporum, in quo solemus illos canere. Ecclesiæ nostræ regionis, consueto & vsitatissimo more canunt illos ab octauis Epiphaniæ vsque in sexagesimam. Mos verò nostræ humilitatis apud nostros obtinet, vt canamus illos ibi, & hic, id est, ab octauis Pentecostes vsque in Kalendas Iulij. Audiui illos canere in isto ordine, quandò videbar puer esse ante Albinum doctissimum Magistrum totius regionis nostræ. Cuius auctoritate delectatus ac fretus, postquam libertate vsus sum canendi, quæ congrua mihi videbantur, cæpi illos canere tempore superscripto, id est, ab octauis pentecostes vsque in Kalendas Iulij. Post hoc veniens Romam, anno ab incarnatione Domini octingentesimo tricesimo primo, indictione nona, sub imperio Domini & piissimi Imperatoris Lodouici, & Apostolatu gloriosissimi Apostolici Gregorij, interrogauit de ordine responforiorum à festiuitate Pentecostes vsque in aduentum Domini. Responsum est mihi à viris eruditissimis sanctæ matris nostræ Ecclesiæ: Prima hebdomada ante responforios Regum, responforios de psalmis canimus: Similiter ante responforios de sapientia, similiter ante responforios de Iob, similiter ante Responforios de prophetis. Si istum ordinem à præterito tempore audierim, non cantarem alterum, neque scriberem de altero. Talis enim

A ratio potest reddi de ordine psalmodum ante septuagesimam, qualis sequitur. Simili modo & de responforiis, qui canuntur inter octauas Pentecostes, & aduentum Domini. Dies enim à natiuitate Domini vsque ad octauas Epiphaniæ, memorant præfentiam sponsi cum sponsa: Simili modo dies à resurrectione Domini vsque ad octauas Pentecostes. De his enim diebus videtur scriptum esse, Nunquid possunt filij sponsi ieiunare quandiù cum illis est sponsus? Dies verò ab octauis Epiphaniæ vsque in septuagesimam, & à festiuitate Pentecostes in aduentum Domini, recolunt dies de quibus iterum scribitur in Euangelio: Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. In septuagesima verò renouatur alter ordo dierum, qui videtur maiorem afflictionem inferre in ecclesiam. Maiorem afflictionem sustinet homo, qui captiuus est & exul, quàm ille, qui infra patriam expectat sponsi aduentum. Tempus ab octauis pentecostes vsque in aduentum Domini, humiliatorem illam insinuat, quam solet sustinere sancta ecclesia à propria dominatione propter absentiam sponsi sui. Vt sapienter & maturè agamus circa tale tempus, frequenter repetimus responforios de psalmis, quibus admonemur, vt in eo tempore humiliemus nos sub manu potentis Dei, & ieiunemus, & oremus, quatenus eruamur de periculis instantibus, & referuemur sobriè vsque ad aduentum Domini. Ieiunandum est eo tempore, quoniam oblati sunt nobis sponsus, & lætitia vultus eius. Ieiunium & oratio vnum medicamentum præstant immundorum spirituum vel hominum tentamenta superant. His duabus virtutibus monstrat sponsus nobis medellam præstari cõtra quendam morbum, dicens: Hoc genus in nullo potest exire, nisi in ieiunio & oratione. His diebus, de quibus supra dixi, qui recolunt præfentiam sponsi esse cum sponsa, maioribus epulis dedita est sancta Ecclesia ex consuetudine Maiorum, quàm in cæteris: Idcirco in his diebus non habet occasionem diabolus tantam quantam vult habere, per Cererem & Liberum maculandi honestorum hominum animas. Expletis his diebus, consuetudine veterè & voluptate carnali imbuta humanitas, attrahitur appetitu suo ad epulas licitas dierum festorum: Cui non oportet obedire, quoniam ablati sunt sponsus, sed atteri & ieiunare. Vt hoc possit fieri, necesse est adiungatur oratio. Hæc cõcausa est, quæ nos docet responforios de psalmis, quæ continent orationes plures, quàm cæteri libri, canere in memoratis temporibus? Et vt amplius instruamur, pertinere eos ad tempus penitentia, primus responforius assumptus est de psalmo, qui primus deputatus est in ordine eorum qui vocantur psalmi penitentia.

Præfens festiuitas Antiphonas & Responforios habet de prophetia Hieremiæ, & Esaia, & de Euangelio. Hieremias & Ioannes vtrique sanctificati sunt in vtero matris, vtrique fortissimi prædicatores extiterunt contra duelles. Idèd verba quæ facta sunt Hieremiæ, congruenter deputantur Ioanni Baptistæ. Antiphonæ quæ excerptæ sunt in præfenti festiuitate de Esaia propheta, Christi Iesu propria personæ conueniunt: Sed quia Ioannes Baptistæ præcursor eius meruit fieri, & ex ventre matris sanctificari,

De festiuitate sancti Ioannis Baptistæ. CAP. LIX.

In nocte enim solemus versus canere. Scimus duo curricula temporum, diei scilicet & noctis, distincta esse à Domino in Euangelio Ioannis: Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt: Si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo. Præsumimus enim in die, id est, in meliore parte huius mundi, in spe lætari de futura re: pertimescimus verò in nocte, id est, in deteriore parte huius mundi, dicendo verbum: Ne forte offendamus præsumendo de spe, quæ potest in nobis corrumpi ex nostra fragilitate, nisi Dominus custodièrit nos. Eosdem psalmos cantamus per singulos vespers, quia vna eademque dies celebratur. In nocturnali officio eos recolimus, quos solemus in singulis quibusque Dominicis noctibus celebrare.

De responforiis, qui prætitulantur de auctoritate ex persona synagoga credentis. CAP. LXII.

Responforij qui prætitulantur de auctoritate, memorant introitum apostolorum ad ecclesiam, quæ ex Iudeis collecta est ad fidem noui testamenti. Propterea iidem prætitulantur de auctoritate, quoniam Apostoli, quorum habitus præfentibus responforiis decantatur, vice Christi auctores extiterunt Iudaicæ ecclesiæ & gentilis. Primus responforius, [Ego sicut vitis fructificauit,] blandè colligit partem Iudaicæ plebis ad vnitatem fidei. Sapientia enim illa loquitur in præfenti responforio, de qua dicit Dominus Apostolis: Ego enim dabo vobis os, & sapientiam. Ipsa sapientia blandè & suaviter alloquitur populù Iudaicù per ora Apostolorum, dicens: Transite ad me omnes qui concupiscitis me, hoc est, qui concupiscitis sapientiam, & à generationibus meis adimplemini, id est, à mysterijs, quæ reuelantur per nos Apostolos in tempore hoc. In multis antiphonariis inuenitur responforius in secundo loco, [Speciosa facta es & suauis, altitudo tua similis palmæ indeficienti:] Quem nos ponimus in tertio loco propter responforij conuenientiam: [Delectatio bona] cum primo. Iste responforius secundus, per laudem sapientia hortatur auditores transire ad doctores sapientia. Sapientia est delectatio bona: in operibus manu illius, diuitia multa. Responforius tertius, [Speciosa facta es,] quodammodo potest concinere formidanti animo auditorum, qui non fidunt se posse ascendere ad altitudinem palmæ, neque viriditati eius indeficienti comparari. Cuius altitudini & pulchritudini altitudo sapientia Apostolorum assimilata est. Ex eorum cœtu fuit aliquandò Petrus, qui dixit Domino: Exi à me, quia homo peccator sum. Tali querimonia subuenit quartus responforius, dicens: Veniens à Libano quàm pulchra facta es, & odor vestimentorum tuorum super omnia aromata: Ac si dicatur rudi auditori: Noli timere: Cum ueneris à Libano baptisim, pulchra eris, & odor vestimentorum tuorum erit super omnia aromata veteris testamenti. Post nos sequitur quintus responforius de Apocalypsi, [Audiui vocem in cælo tanquam vocem tonitruu magni, Regnabit Deus noster, & cætera.] In isto responforio est locutio ad baptizatos, & memoratur victoria Christi, qui dixit, Confidite, ego uicimundum. Sequitur sextus: [Audiui vocem in cælo angelorum multorum, dicentium: Timete Dominum, & date claritatem illi.] Ac si dicatur, Illum timete, & illi date claritatem, cuius victoria vobis in-

A tonuit in superiore responforio, quia ipse Christus, qui vos eripuit de regno diaboli, & fecit esse suum regnum, ipse est, qui fecit cælum & terram, mare & fontes aquarum. In primis responforiis narratur adunatio ad vnam fidem auditorum & præpositorum: In sequentibus responforiis monstratur ecclesiæ, quæ nunc collecta est, mysterium spõs & sponsæ, de quibus ipsa procreata est. Ipsa sponsa est Ierusalem, & idcirco frequenter præfens sponsa memoratur per Ierusalem, vt per hoc mens vertatur cantorum in istis responforiis ad primitiuam ecclesiam, quæ primò cæpit crescere in Ierusalem. Septimus responforius, [Locutus est ad me vnus ex septem angelis, profert personam alicuius eximij auditoris, dicentis ad ciues suos, Locutus est ad me vnus ex septem, id est, ex perfectis prædicatoribus: Veni, ostendam tibi nouam nuptam sponsam agni. Quod est apertè dicere, Mysterium illud ostendam tibi, quod est in Christo & in ecclesia. Narratur in octauo responforio, quid vidisset adspiciens, [Vidi Ierusalem descendentem de cælo, ornatam auro mundo, & cætera.] Idèd vidi Ierusalem descendentem de cælo, quia sic mihi dixit vnus ex angelis, Omne datum optimum, & omne donum perfectum, de sursum est, descendens à patre luminum. In cæteris responforiis narratur pulchritudo struaturæ Ierusalem, quæ omnia oportet intelligi mysticè de spiritualibus ædificijs, & cælesti Hierusalem. In nono describitur porta eius: in decimo, platea eius: in vndecimo aperitur, quòd ipsa Ierusalem sit ciuitas magna cælestis, quæ tamen adhuc in seculo retinetur pro tabernaculo Dei. In duodecimo eliquatur, quòd populus Israël credens in Deum, Deo laudes decanter in eadem ciuitate, in qua priùs Dauid regnauit, & cum suis cantoribus Deo laudes canebat. In tertiodecimo, more Moylis, qui per verba responforij, [Docete filios vestros,] admonuit populum antequam moreretur, vt memoriter teneret legem Domini, admonetur populus Christianus ex circuncisione, vt doceat posteritatem suam legem Christianam memoriter tenere. Iuxta tenorem officiorum, quæ continent in se personam primitiæ ecclesiæ, oportet præfentes responforios per tres hebdomadas decantari.

Præfentes responforij, qui prætitulantur de psalmis, conantur monstrare intentionem eorum, qui olim habitauerunt in Babylone, id est, in confusione istius mundi, & postea desiderium habuerunt indè reuocari per prædicationem, & orationem, & doctrinam eorum prædicatorum, qui de Ierusalem descenderunt visere eos. Idcirco primus responforius est de psalmo, [Super flumina Babylonis, illic sedimus & fleuimus dum recordaremur Sion, Ipse responforius nominatur, [Si oblitus fueris tui Ierusalem, obliuiscatur me dextera mea:] Iste responforius seruens studium gentilitatis monstrat post conuersionem eius, adèd, vt mala sibi optet si deinceps oblitus fuerit matris suæ Ierusalem. Secundus responforius, [In toto corde meo exquisiuite,] iuxta sensum verborum suorum præponi potuisset, quia exponit cuiusdam cor gentilis tale, quale fuit Cornelij. Sed, vt prædixi, ad manifestandam totam seriem præfentium responforiorum, de memorato psalmo primus responforius sumptus est, in

De responforiis psalmodum cum alleluia ex persona filij. CAP. LXIII.

quo plurimum queritur propter repagula Babylonice captiuitatis. In tertio responforio, id est, [Deduc me in femita mandatorum tuorum] postulat via exundi de Babylone, & intradi Ierusalem. Ipse qui fuit Baylon, profitetur errorem suum in quinto responforio, [Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, & timuerunt.] Ac si dicat, Quam diu meritò bruto animali comparatus fui, non potui te videre: Nūc rationabili sensu deditus ego & populus meus, videmus te Deum esse, & timemus. Quomodo hoc sit factum, in sequentibus eliquatur: Vocem dederunt nubes, Hanc vocem audiuit populus iste primò in Effrata, vt responforius sextus dicit, quoniam ibi natus est Christus, Ipsa inuenta est in campis gentium. Qui descenderunt de Ierusalem, adorauerunt Deum cum populo, qui de Babylone reuocatus est, in sua ecclesia. In ipsa ecclesia perseverant pedes Domini, id est, * visiones euangelicæ. Postquam pedes Domini steterunt in gentili populo, cœperunt habitatores Babylonice ciuitatis irridere eum, & conari euellere eum de statione sua, dicuntque ei in septimo responforio, [Hymnum cantate nobis.] Superbus Babylonius & arrogans, vult sibi lusus & delicias de Dei canticis exhiberi. Quibus respondendum est, Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Miror cur subiunctum sit alleluia prauæ irrisioni, id est, [Hymnum cantate nobis alleluia,] pro quo mutauit, [Alleluia, ait Babylon,] Ob defensionem contra istos Babylonios cantatur responforius octauus, [Iudica iudicium meum,] & iterum nouus, [Fac cum seruo tuo.] Post hanc persecutionem sequitur liberatio Domini. Pro qua liberatione dicit responforius decimus: [Dicant nunc qui redempti sunt à Domino.] Quid habeant dicere, vndecimus responforius manifestat: [Bonum est confiteri Domino, & psallere.] Quare quia ex omnibus tribulationibus nostris liberavit nos Dominus. Sequitur duodecimus responforius, [Deus canticum nouum cantabo tibi.] De quo Cassiodorus in tractatu psalmi, Benedictus Dominus Deus meus, ita: Venit, inquit, ad ordinem secundum, in quo se post liberationem spirituum nequitiarum & inmanium populorum per nouum canticum propheta gratias agere Deo pollicetur. Et infra: Nouum enim meritò dicitur, quia dum non sit à Iudæis receptus, quibus promissus fuerat vt veniret, transiit ad gentes. Sequitur, In psalterio decem chordarum psallam tibi. Et infra: Psalterium decem chordarum est decalogus, qui datus est tribubus Hebræorum. Et, vt ambo testamenta vnum habere manifestaret authorem, in vtrisque se Christo Domino psallere compromisit. Præsens ecclesia non est contenta, vt ipsa sola canter Deo: Mauult diuulgare nomen eius toto orbe per responforium tertiumdecimum, [Narrabo nomen tuum fratribus meis.] Quid dicat fratribus suis, quartusdecimus responforius monstrat, dicens: [In ecclesiis benedicite Dominum.] In isto responforio separat fideles à conuentibus hæreticorum, & prauorum, ac rogat Deum laudare in ecclesiis, in quibus vna fides est, & doctrina Apostolorum. Et iterum decimus quintus, [Cantate Deo, psalmum dicite ei,] hortatur populos, vt in his quæ audiérat, fidei mente præsumentes, laudes Deo hymnica

A exultatione concelebrent: Idcirco assumuntur præfentes responforij de psalterio, quod est decem chordarum, in quibus dilectio Dei propter tria, & dilectio proximi propter septem designatur, vt ex responforiis psalterij proles se insinuet diligere sponsum matri suæ, & matrem suam, & loqui se, ac respondere ciuitati Ierusalem, quæ in cælo habitat. Tria enim officia diurnalium, id est, [Cantate Domino,] &, [Vocem iocunditatis,] & [Exaudi Domine vocem meam,] recollunt eadem tempora, quæ memorantur per præfentes responforios. Idcirco nil delinquit, qui præfentes responforios cantauerit per tres hebdomadas, id est, ab officio [Cantate Domino,] vsque ad pentecosten, salua & celebrata festiuitate ascensionis Christi. Neque reprehendo consuetudinem ecclesiæ nostræ, quæ ob amorem exaltationis Christi in cælis, & desiderium illius regni, quò iam ipse præcessit, cantat responforios de ascensione per decem dies. Habeant finem responforij de psalmis in quocunque tempore, cantor rationabiliter iudicauerit: initium ratum non possunt habere ante Dominicam, in qua cantatur Introitus, [Cantate Domino canticum nouum.]

Officia sanctorum, quæ celebrantur infra dies pentecostes, in nostro antiphonario inserui inter responforios de autoritate, & responforios de psalmis, de quibus nunc scripsi. Etenim aliqua tempora illa, in quibus celebrantur festiuitates sanctorum, de quibus supra memorauit, solent occurrere, priusquam cantentur responforij de psalmis.

Responforios de Ascensione Domini, notauit iuxta hanc consequentiam, quam tenet, vt nobis videtur, ordo rerum gestarum de eadem ascensione. Notauit in principio illos, qui continent quandam prælocutionem Christi ad discipulos de sua ascensione, qui continentur ordine subscripto. Primus est, [Tempus est vt reuertar ad eum qui me misit:] secundus, [Non turbetur cor vestrum:] tertius, [Non relinquam vos orphanos.] Per istos tres consolantur corda discipulorum, ne conturbentur de eius ascensione, cum eius aduentus procul dubio iterum promittatur post decem dies. In quarto responforio, id est, [Exaltare Domine in virtute tua,] est allocutio discipulorum ad Christum illo genere locutionis, quo mater ecclesia prælocuta est in canticis canticorum, Fuge dilecte mi, assimilare capreæ hinulòque cervorum super montes aromatum: Ac si dicat, Quoniam docente te credimus, quia existi à patre, & venisti in mundum, vbi pro nobis multa flagella passus es à perfidis, qui sunt mundi amatores, & non fuisti honoratus in mundo, vt decuit, nunc præsertim cum audiuimus abs te nobis necesse esse, vt eas, & mittas nobis paraclætum tuum, cum te deceat hymnus in Sion, relinque mundum, & vade ad patrem: Tu exaltaberis in virtute tua, paraclætus tuus veniet, & docebit nos de tua clarificatione, quam habes apud patrem tuum: interim cantabimus & psallemus Alleluia. Post hanc concordiam magistri & discipulorum, Magister discipulos commendat patri in responforio quinto, [Pater, inquit, cum essem cum eis, ego seruabam eos, quos dedisti mihi. In quatuor sequentibus narratur ipsa ascensio Domini ad cælos. In responforio, [Post passionem

De festiuitatibus sanctorum. C. A. P. LV.

De vigiliis in ascensione Domini. C. A. P. LVI.

sanctificari, conueniunt quodammodo ei antiphonæ, Dominus ab vtero vocauit me, & Postuit os meum, formansque me ex vtero, atque, Reges videbunt, & consurgent principes. Responforios & antiphonas in matutinis, iuxta ordinem Euangelij, vt reor notauit. Sed & hoc inquirendum est, cum antiphonæ de festiuitatibus apostolorum in tertiâ nocturna, & antiphonæ de matutino habent alleluia in fine, quare & istæ non habeant. Duas causas hic possumus inspicere. Prima est, quòd antiphonæ de tertiâ nocturna, & antiphonæ de matutino, pulsant animum audientem, vt intendat cogitare, quòd maior sit gloria sub tempore gratiæ noui testamenti, quam foret sub tempore legis naturæ, & legis literæ. Ioan-nenim natiuitas exitit ante resurrectionem Domini: Apostolorum verò natiuitas in cælo exitit post clarificationem Ecclesiæ per nouum donum spiritus sancti. Ideo istæ antiphonæ, & legis literæ. Alleluia, illæque decorantur. Altera est, quam comperio ex Romano Antiphonario, qui ad nos peruenit. In præclarissimis festiuitatibus sanctorum, consuetudo est sanctæ matris nostræ romanæ Ecclesiæ, duo officia peragere in nocte, quorum officia prætitulantur, De vigiliis. Primum eorum, quod canitur in initio noctis, sine alleluia peragitur: Alterum verò, quod habet initium circa medium noctis, & finitur in die, habet in tertiâ nocturna in suis antiphonis alleluia, & in antiphonis de matutino: quasi primum recolat illa tempora, quando circa Apostolicum chorum legalis mos obseruabatur, & sabata celebrabantur: Alterum verò, quando penitus illa postposita sunt, & resurrectio Domini cœpit celebrari per Dominicos dies, vt hodiè cernitur. Officia primitiua Ecclesiæ non solum ea procurabant, quæ tantummodo necessaria erant ad nouum testamentum: sed & ea, quæ poterant subuenire infirmitati rudis Ecclesiæ, & oblitere falsitati Iudaicæ subintroductionis. Idcirco ea, quæ nunc aguntur in nostra Ecclesia in commemoratione illius temporis, quando mixta erant noua cum veteribus, quæ vt stercora deputata sunt à Paulo in Epistola ad Philip-penses, non tam præclara sunt, quantum illa, quæ recollunt illa tempora, quando ea tantum cœperunt obseruari, quæ pertinent ad nouum testamentum. Idcirco illa sine alleluia peraguntur: Ista, quæ transeunt vsque ad cõsortia sanctorum angelorum, habent in suis antiphonis prope finem positis Alleluia. Quæ sententia in initio apud perfectos semper tenetur, manifestatur ex dictis Bedæ presbyteri in tractatu super Lucam: Prudentia verò, inquit, iustorum est, non de legis operibus iustitiam præsumere, sed ex fide salutem querere, vt quando in lege positi, legis iussa persciant, gratia se tamen Dei per Christum saluandos intelligant. De ordine nocturnalis & matutinalis officij scripsi in libello officiali.

De vigiliis apostolorum Petri & Pauli. C. A. P. 60.

De numero psalmodum & antiphonarum & responforiorum, quod potui, scripsi in libello officiali: Nunc verò quia scripsi in nostro antiphonario duas vigiliis, quæ non continentur in metensi antiphonario, & ordinem mutauit responforiorum, hinc dicenda sunt pauca. Ex Romano Antiphonario posui duas vigiliis in nostro Antiphonario. Primam solet Apostolicum facere in initio noctis, quæ fit sine inuitatorio, quoniam ea hora

non inuitatur populus ad vigiliis. Populus enim inuitatur ad vigiliis ea hora noctis, de qua dicebat David Propheta: Præueni in maturitate, & clamaui. Si quis vult discere, quæ sit illa hora, legat sanctum Augustinum super psalmum decimum-octauum, inuenietque ibi maturitatem esse positam pro media nocte. Ea hora ingreditur clerus & populus ad secundam vigiliam, & cantatur inuitatorium, Responforios more nostro scripsi iuxta consequentiam rerum gestarum, & ordinem historiæ, vnde sumpti sunt. In antiphonis secutus sum ordinem Romani antiphonarij tam in vigiliis S. Petri, quam in vigiliis sancti Pauli: Quare antiphonæ canantur super psalmos vespertinales in fine dici festi, scriptum habemus in officio de natiuitate Domini.

De vigilia sancti Laurentij. C. A. P. 61.

In vigilia sancti Laurentij inueni in Romano antiphonario duo nocturnalium officia. Eundem ordinem inserui in nostro antiphonario.

Simili modo vt superius, duo nocturnalium officia inueni in Romano antiphonario in vigilia sanctæ Mariæ de Assumptione eius: Idcirco & nos duplicia officia posuimus in ea festiuitate in nostro antiphonario.

De vigilia sanctæ Mariæ in die Assumptionis eius. C. A. P. 62.

In vigilia sancti Andree inueni, vt supra, duplicia nocturnalium, quod secutus sum in nostro antiphonario. Responforios & antiphonas propria sanctorum plures scripsi de antiphonario Romano, quas non inueni in Metensi antiphonario.

De vigilia S. Andree. C. A. P. 63.

Responforios cõmunes omnium sanctorum, iuxta Romanum antiphonarium prætitulaui. Post hæc scripsi seorsum de apostolis, de Martyribus, de confessoribus, iterum de eo sancto, qui non fuit vocatus episcopus.

De responforiis cõmuni-bus sanctorum. C. A. P. 64.

Post officia sanctorum inserui officium pro mortuis. Multi enim transeunt de præfenti seculo, qui illic sanctis coniunguntur. Pro quibus solito more officium agitur. Quia autem minor est in illo regno, maior est isto sancto, qui in præfenti seculo est.

De officio pro mortuis. C. A. P. 65.

Ratio reddita est, quare subiungatur officium sanctorum, officium pro mortuis. Scilicet quoniam iusti defuncti absque periculo insidiarum antiqui hostis liberè viuunt, & meliora sperant: Pro quibus tamen agitur officium, quod pro mortuis statutum est, vt sepeius intimatum est. Iusti verò viuentes in carne, quanuis religiosissime viuant, semper possunt esse solliciti & suspecti, ne aliqua fraude diaboli, aut sua ipsius negligentia torpentes, debilitentur à recto cursu.

De Natalitiis Pontificum. C. A. P. 66.

Post officium Pontificum inseritur officium quo dedicantur loca, quæ vocantur propriè Ecclesiæ. Nisi prius fuerit Episcopus, non sequitur dedicatio ecclesiæ. Episcopus perficit officium, quo dedicantur loca ecclesiæ. Maior est enim pontifex, qui benedicit, quam domus quæ benedicitur. Quia mentionem feci de dedicatione Ecclesiæ, congruè est, vt dicam de officio, quod canitur in dedicatione ecclesiæ sancti Michaelis, quod officium stat in suo ordine, id est, tertio Kalendas Octobris. Confiteor me in nocturnali officio posuisse ibi antiphonas, quæ propriè postæ sunt in dedicatione cõmuniū Ecclesiarum: Et hoc non ex me. Audiui illas in ea festiuitate canere Albinum doctissimum

De officio in Dedicatione Ecclesiæ. C. A. P. 67.

Magistrum nostræ regionis, de quo sæpè mentione A
facio Responsorios quosdam qui in ea festiuitate
scribebantur in plurimis antiphonariis, & canta-
bantur à multis stultis cantoribus, audiui illum res-
pondere. Quos non scripsi in nostro antiphonario,
sed pro eis statui de diuersis officiis Responsorios, in
quibus tamen aliqua mentio recolitur de ministre-
riis angelorum. Quos ita ordinaui, vt ratio & histo-
ria librorum doceret.

De anti-
phonis,
que sunt ex
euangeliis
quotidia-
nis.
C A P. 67.

Post officium quo dedicatur ecclesia, scripsi an-
tiphonas de Euangeliis, de quibus interrogauit
magistros Romanæ ecclesiæ, si illas canerent. Res-
ponderunt, nequaquam: Nostri tamen magistri di-
cunt se eas ab eis percepisse, per primos magistros
quos melodiam cantus Romani docuerunt infra
terminos Francorum. Deus scit si isti fallant, aut
si ipsi fecerint, qui gloriati sunt se eas percepisse à
magistris Romanæ ecclesiæ, aut Romani propter
incuriam & negligentiam eas amisissent, aut si nun-
quam cantassent eas, tamen nos cantamus illas, pro-
pter verba saluberrima, & auctoritatem nostrorum
cantorum, qui gloriantur magisterio se vti cantile-
næ exercitationis.

De inui-
tatoris anti-
phonis.
C A P. 69.

Post hoc scripsi inuitatorias antiphonas, que cur-
runt per Dominicas noctes, Et scripsi eas per or-
dinem iuxta contextum psalmi, [Venite, exultemus
Domino.] Nam de quotidianis noctibus scripsi
ante septuagesimam.

De anti-
phonis triū
puerorum.
C A P. 70.

Post inuitatorias antiphonas sequitur ordo, vt
scribantur antiphonæ trium puerorum. Eas nõ
aliter ordinaui, nisi iuxta ordinem cæterorum an-
tiphonariorum. Quamuis hæc omnia initium habe-
ant ab octauis Pentecostes, necnon & Responsorij
de psalmis, & regum, & Salomonis, & Iob, & se-
quentes. Noli his interpolare officia sanctorum, vt
expeditè in nostro antiphonario possint inueniri of-
ficia sanctorum & officia de quotidianis diebus.
Nam & Romani in omnibus suis libris officialibus
quotidiana officia in sine ponunt, præter capitula
de euangeliis. Vbi norandum quoddam maximè per do-
minicas noctes ab octauis pentecostes vsque in ad-
uentum Domini, Romani canant antiphonas de
de historiis librorum, vnde Responsorij assumpti sunt,
aut alleluia cum hymnis Zachariæ & sanctæ Ma-
riæ. Easdem antiphonas præposui in capite Respon-
siorum. Eo tempore non fui recordatus, quod il-
la hora diei septimæ feriæ, quando canitur psalmus
ad vespere, Benedictus Dominus Deus meus, qui
docet manus meas ad prælium, frequentius perti-
neat ad præteritam hebdomadam, quam ad sequen-
tem. Manifestum est, à Christi resurrectione ha-
beri initium diei ac noctis. Nos enim sequentis
diei non potest dici priusquam sol præteriti diei ad
occasum redactus sit, ante cuius occasum frequen-
tissimè celebratur synaxis vespertina, in quo canit-
ur psalmus, Benedictus Dominus Deus meus, &
cæteri sequentes. Ideò conuenit scribere antipho-
nas, quæ pertinent ad dominicam noctem illius no-
ctis, quando cantantur Responsorij Regum post Res-
ponsorios. Simili modo dico de Responsoris cæteri-
is & antiphonis. Vnde precor, si aliquis dignatus
fuerit nostra opuscula scribere, in sine Responsorio-
rum dignetur eas scribere.

Vt prædixi, ita audiui à Magistris ecclesiæ Ro-
manæ, hoc est, vt in prima hebdomada ante
Responsorios Regum canerentur Responsorij de psal-
mis: Quibus commendatur iterum inchoari tem-
pus ieiunij & orationis. Quid impedit ordini, si
contigerit per septem hebdomadas, aut per sex, aut
per quinque decantari Responsorios regum ante
Augustum mensem, aut per duas vel tres cantari
de psalmis, & quatuor Regum, cum necesse sit in
isto tempore, vt fiat admonitio & doctrina humi-
litate & subiectionis: Admonitione hac perfuncta,
restat aptum tempus quatuor hebdomadarum ad
recordandum exemplorum sanctorum patrum, id
est, Samuelis, David, Heliæ & Heliæ. Horum
omnium personæ, iuxta contextum historiæ, repe-
riuntur in Responsoris & antiphonis, quæ præti-
lantur Regum. Iuxta ordinem historiæ conatus
sum ordinare Responsorios & antiphonas, quas
cantamus in nostro antiphonario. Eo præcipue tẽ-
pore cantamus illas, quo habile est ire ad pugnam.
Vir bellicosus fuit David.

De Respon-
soriis, qui
præti-
lantur Regu.
C A P. 71.

Responsorios de Salomone & sapientia, vt supe-
riores, iuxta ordinem historiæ certavi ordinare.
Hic contextus officiorum iuxta ordinem canoni-
cum currit. Tempus Salomonis concluditur in
libris regum: coniunguntur ei de Sapientia Respon-
soriij, quoniam sapientissimus fuit. David strenuus
in bellicis rebus, Salomon strenuus præ cæteris in
sapientia: Nam & sapiens vir, fortis dicitur. Vnde
Horatius Poëta:

De Respon-
soriis, qui
præti-
lantur de Solo-
mone, siue
de sapien-
tia.
C A P. 72.

Fortis, & in scipso totus teres atque rotundus.
Merito qui sapientia pollet, fortis dicitur. De
qua scriptum est, Sapientia vincit malitiam. Hi duo
mensis fortissimi sunt calore, vt quidam versus re-
ferunt:

*Solfutio ardentis cancri fert Iulius astrum,
Augustum menssem leo feruidus igne perurit.*

Ex traditione sanctorum patrum discimus pro-
prium esse sapientiæ, vt feruorem præstet suis exe-
cutoribus. Vt de pluribus vnum dicam, dicit Hiero-
nymus in epistola ad Nepotianum de Monachorum
& clericorum vita. Porro Sunamitis in lingua
nostra coccinea dicitur, vt significet callere sapientia,
& diuina lectione feruere. Idcirco congruere
videtur Augusto mensi feruido, vt in eo cantentur
Responsorij de sapientia, quatenus eorum cantu in-
struamur, oportere illos qui aliquam scintillam sa-
pientiæ perceperint, precari augmentum eius à sum-
ma sapientia & perfecta, quæ in celo habitat, iuxta
præsentium Responsoriorum verba: Emitte Domine
sapientiam de sede magnitudinis tuæ. Et iterum,
Da mihi Domine sedium tuarum afflictricem sapi-
entiam. Feruor mensis nos admonet & instruit per
suos Responsorios feruorem & amore sapientiæ
sitire. In præsentibus duobus mensibus finitur forti-
tudo, de corque & altitudo sapientiæ, quantum ad
historiam pertinet veteris Testamenti Israeliticæ
plebis. Quod manifestius demonstrabitur ex histo-
riis Esdræ & libro primo Machabæorum, cum per
ordinem venero ad illos.

De Respon-
soriis Iob
& Tobie.
C A P. 73.

In Septembri mense iuxta doctrinam Romanæ
ecclesiæ, canimus propter admonitionem nec-
cessariam de afflictione, quam debemus recolere
in diebus incolatus nostri, Responsorios de psalmis
in

in prima hebdomada, secunda & tertia de Iob, in A
quarta de Tobia. Iob de gentili populo electus est:
Tobias in captiuitate meruit probari, & probatus
inueniri: Vtrique propter coronam patientiæ flag-
gellati, vtrique probati inuenti per patientiam. Idcirco
memoria eorum coniunctim & in vno mense cele-
bratur. Quibus deficit numerus Responsoriorum, id
est, nouenarius, his potest addi ad perfectionem no-
uenarij numeri sufficientia de Responsoris Iob, in
quibus dolor & planctus continetur. Neuter enim
eorum apice regni sublimatus erat. Quamobrem
non possident singuli singulos menses, sed in vno,
in quo Assyriorum regnum memoramus, conclu-
duntur. Vt comperi ab his, qui in plaga Orientali
degnant, oppidò infirmus est Septembris mensis:
Idcirco Responsorij de Iob & Tobia infirmis in Se-
ptembri mense canuntur, vt agrotantes in eo
discant iuxta exemplum beatorum patrum Iob &
Tobie, flagella Dei patienter tolerare. Narrant
enim Orientales, propter abundantiam nouarum
frugum & multi nouitate, mutari in infirmitatem
corporum sumentia, vt quidam verisificator canit, abun-
dantia musti repletus est September:

Sidere vingo tuo Bacchum September opimat.

Quantum pertinet ad historiam, quæ per Respon-
sorios præsentis temporis eliquatur, finitur regnum
Assyriorum in Responsoris de Tobia. Responsorij
de Iudith, Esdra & de Hester, vsque ad Responso-
rios Machabæorum, sub tempore Persarum & Me-
dorum iacent.

De Respon-
soriis Iu-
dith, Esdræ
& Hester.
C A P. 74.

Liber Tobie & Iudith & Hester non recipiuntur
in canone apud Hæbræos: Tamen quia nos le-
gimus illos in ecclesia, cantamus ex illis Responso-
rios. Ità scribit Eusebius in Chronica sua de Iu-
dith: Cambyses Persarum Rex secundus annis octo.
Hunc auit ab Hæbræis secundum Nabuchodonosor
vocari, sub quo Iudith historia conscribitur.
De Hester sic: Septimus Artaxerxes annis quadra-
ginta. Ea, quæ de Hester & Mardocheo scripta
sunt, quidam affirmant sub hoc rege gesta, quod
ego non puto. Nunquam enim Esdras de Hester
siluisset, qui scribit hoc tempore Esdræ & Neemiæ
reuersos ex Babylone, & ea deinceps cõsecuta, quæ
ab his gesta referuntur. Hucusque diuina scriptura
temporum seriem continet. Memorat memoratus
Eusebius ea, quæ sunt scripta de Mardocheo
& Hester, contineri tempore Artaxerxis regis, qui
fuit vndecimus Persarum, sic dicens: Persarum vn-
decim^o Artaxerxes, qui cognominatus est Mnemõ,
Darius & Parysatis filius, annis quadraginta. Sub hoc
rege mihi videtur historia, quæ in Hester libro cõti-
neretur, expleta. Ipse quippe est, qui ab Hæbræis Af-
suerus, & à Septuaginta interpretibus Artaxerxes
võcatur. De quo rege scribit sanctus Hieronymus
in expositione Ezechielis, sic: Artaxerxes cognom-
mèto Mnemon, Darius & Parysatis filius, regnavit
annis quadraginta, qui ab Hæbræis Assuerus appel-
latur, sub quo Mardochei & Hester narratur histo-
ria, quando omnis populus Iudæorum de mortis
periculo liberatus, recepit pristinam libertatem.
Fiuntque à secundo anno Darius vsque ad extremum
Assueri, anni centum quinquagintaquinque, men-
ses quatuor qui additi superioribus annis ducentis
trigintaquatuor, faciunt annos trecentos octua-

ginta nouè, menses quatuor. Idcirco iuxta ordinem
historiæ post Iudith ordinandus est Responsorius de
Esdra, & post hunc Responsorij de Hester. Hos &
superiores Responsorios more solito iuxta contex-
tum historiæ studui ordinare. In istis Responsoris
consummatur regnum Persarum & Medorum.
Hos enim Responsorios, id est, de Iudith, Esdra & He-
ster, cantamus in priore parte Octobris mensis.

Machabæorum historia tempora & regna Græ-
corum memorat. Nam & hos Responsorios
curavi, prout potui, statuere iuxta ordinem histo-
riæ. Responsorium, [Dirumpam vincula populi
mei,] non reperi in libro Machabæorum. Ideò pos-
sui illum inter Responsorios, de quacunque tribula-
tione sit necesse clamare. Regnum Medorum præ-
cessit regnum Græcorum, Quod superius memo-
raui defecisse in officio Augusti mensis fortitudi-
nem & decorem in populo Israël, ex historia Esdræ,
ex libro Machabæorum in isto loco monstrabitur.
Scriptum est in primo libro Esdræ: Plurimi etiam
de sacerdotibus & Leuitis, & principes patrum, &
seniores, qui viderant templum priusquam funda-
tum esset, & hoc templum in oculis eorum, flebant
voce magna. Et multi vociferantes in læticia le-
uabant vocem, nec poterat quisquam agnoscere
vocem clamoris lætantium, & vocem fletus populi.
Et iterum in libro primo Machabæorum: Væ mihi,
vt quid natus sum videre contritionem populi mei,
& contritionem ciuitatis sanctæ, & sedere illic,
cum datur inimicorum in manibus, sancta in ma-
nus extraneorum? Factum est templum eius, sicut
homo ignobilis. Vasa gloriæ eius captiua abducta
sunt: trucidati sunt iuuenes eius in plateis, & iuue-
nes eius ceciderunt gladio inimicorum. Quæ gens
non hæreditauit regnum eius? Omnis compositio
eius ablata est. Responsorij de Iudith & Ezra &
Hester, qui subiacent temporibus Persarum & Me-
dorum, & Responsorij de Machabæis, qui subiacent
temporibus Græcorum, vno mense concluduntur
ob significationem minoris potestatis regno-
rum Medorum & Græcorum, quam fuisse Af-
syriorum & Romanorum. Quanto enim humilio-
ra & viliora fuissent hæc duo regna, id est, Medorū
& Græcorum, quam Assyriorum & Romanorum,
Orosius in primo libro historiæ ita manifestat,
dicens: Ineffabili ordinatione per quatuor mundi
cardines quatuor regnorum principatus distinctis
gradibus eminentes, & vt Babylonium regnum ab
Oriente, à Meridie Carthaginense, à Septentrione
Macedonicum, ab Occidente Romanum. Quo-
rum inter primum & nouissimum, id est, inter Ba-
bylonium & Romanum, quasi inter patrem senem,
ac filium: Africanum ac Macedonicum breuia ac
media, quasi tutor curatorque venerunt, potesta-
te temporis non iure hereditatis admissi. Vt opinor,
satis monstratum est ex historia supra scripta, qua-
rè vno mense concludantur Responsorij de tot hi-
storiis.

De Respon-
soriis Ma-
chabæorum.
C A P. 75.

De Respon-
soriis Pro-
phetarum.
C A P. 76.

In Nouembri mense iuxta morem Romanæ ec-
clesiæ, in prima hebdomada cantamus Responso-
rios de psalmis, in tribus sequentibus de prophetis.
Non requiratur in prophetis ordo historiæ: nec
enim mos est prophetarum, vt ordinem historia-
rum sequantur: sed tactum spiritus sancti, qui vbi

cunque vult, spirat, & cum vocem eius audieris, nescis vnde veniat, & quod vadat. Isti enim responsorij vice diuersorum missorum spiritus sancti, prae-mittuntur ante aduentum Christi. In nullis libris veteris testamenti toties reperitur admonitio spiritus sancti ad populum, vt conuertatur ad Deum, quoties in prophetis. Et ideo quia in proximo est, vt veniat salus mundi, id est, in mense Decembri, vt eadem admonitio in Nouembri mense frequenter celebretur, necesse est. Adueniente tempore, quod nominatur, Aduentus Domini, ea quae lucidius narrant de Christi natiuitate leguntur & cantantur. Nemo prophetarum tam lucide & aperte prophetat de Christi natiuitate, quantum Elaias. Propterea ipse legitur in aduentu Domini. Quem statim sequuntur & responsorij, qui euidentissimè reboant de natiuitate Christi. Omnes prophetae de Christo prophetauerunt: idcirco in Nouembri mense & eorum libri leguntur, & de ipsis sumpti sunt responsorij. Hieremias qui plurimum narrat de passione Domini, referatur vsque ad tempus passionis: Tamen vna lectio legitur de eo quinta Dominica ante natiuitatem Domini. Nouember mensis regno Romanorum quoddammodò responderet. Assyriorum regnum quoddam praesagium fuit regni Christiani populi, quauis à longè. Istud est enim aeternum, & illud temporale. Prophetae seminauerunt temporibus regnorum Assyriorum, & Africanorum, atque Graecorum, quod Christiani colligunt tempore Romani imperij. Idcirco fas est vt mentionem faciamus eorum factorum nos, qui Christiani sumus, & à Christo ita vocati tempore memorati imperij, qui ad opus nostrum seminauerunt messem, quam colligimus, de qua nutrimur. Et hoc nullo in tempore satius, quam in Nouembri mense, qui est coniunctus & affinis Decembri, in quo Christus natus est, qui ad maturitatem perduxit nationem prophetarum, & nobis dedit potestatem colligendi eam. Finitis responsoriorum superiorum regnorum, ordo est vt sequantur responsorij prophetarum, qui nobis laborauerunt, in quos fines seculorum deueniunt. Vt lucidius monstretur quod cupio intimare, scribatur pars historiae memorati Orosij presbyteri de eadem re. A primo anno imperij Nini vsque quod Babylon à Semiramide instaurari coepta est, interueniunt anni sexaginta & quatuor: Et à primo anno Procae, cum regnare cepit, vsque ad conditionem vrbis factam à Romulo, interfunt anni aequè sexagintaquatuor. Ita regnante Proca, futurae Romae seminis iacta est, etiam nondum germen appareret. Eodem anno regni ipsius Procae, Babylonis regnum defecit. Et infra: Babylon nouissimè eo tempore à Cyro Rege subuersa, quo primum Roma à Tarquiniorum regum Dominatione liberata est. Siquidem sub vna eademque conuenientia temporum illa cecidit, ista surrexit: Illa tunc primum alienigenarum perpeffa Dominatum, haec tunc primum etiam suorum aspernata fastigiū. Illa tunc moriens, quasi dimisit haereditatem haec verò pubescens, tunc se agnouit haeridem. Tunc Orientis occidit, & ortum est Occidentis imperiū. Et iterum infra: Babylon post annos mille centum sexagintaquatuor, quam condita erat à Medis & Arabato rege eorum, praefecto autem suo spoliata, opi-

bus & regno atque ipso rege priuata est: ipsa tamen postea aliquandiu mansit incolumis: Similiter & Roma post annos totidem, hoc est, mille centum sexagintaquatuor, à Gothis & Alarico rege eorum, comite autem suo irrupta & opibus spoliata, nunc regno manet adhuc & regnat incolumis. Quauis intantum arcanis statutis inter vtranque urbem conuenientiae totius ordo seruatus sit, vt & ibi praefectus eius Arbatus regnum inuaserit, & hic praefectus eius Atalua regnare tentauerit, tamen apud hanc solam meritò Christiani imperatoris attentatio prophana vacuata sit: itaque haec ad hoc praecipue commemoranda credidi, vt tanto arcano instabilitatem iudiciorum Dei, ex parte patefacto, intelligant hi, qui insipienter vtiq; de temporibus Christianis murmurant, vnum Deum disposuisse tempora, & in principio Babylonis, & in fine Romani imperij, illius clementiae esse quod viuim: quod autem miserè viuimus, in temperantiae nostrae. Ecce similis Babyloniae ortus & Romae, similis potentia, similis magnitudo, similia tempora, similia bona, similia mala: tamen non similis exitus, similisue defectus. Illa enim regnum amisit, haec retinet: Illa interfectione regis orbata haec incolumi Imperatore secuta est. Et hoc quare: Quoniam ibi in rege libidinū turpitudine punita, hic Christianae religionis cōtinētissima equitas in rege seruata est. Ibi absque religionis reuerentia audacitatem voluntatis licentia furoris impleuit: hic & Christiani fuerit, qui parcerent: & Christiani, quibus parcerent: & Christiani, propter quorum memoriam, & in quorum memoria parceretur. Regnum Christiani populi sine fine perseverabit. Hoc enim certauit regnum Romanorum, vt totus orbis in vnum concurreret, & conueniret, vt vni Augusto census totius orbis describeretur. Hoc, Deo auctore, praestitum est Christiano populo. Ipse nominatur per vniuersum orbem terrarum, ipse vni Christo verè & perpetualiter describitur. Non erit inane quod propheta dixit: In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum. Et in Euangelij Marci: Et in omnes gentes primum oportet praedicari euangelium.

Inueni quoddam responsorios dispersè positos per diuersa officia nocturnalium, qui non conueniebant cum ceteris, quales sunt: [Distumpam vincula populi mei,] quem inueni inter responsorios de Machabaeis: & tamen in historia machabeorum non inuenitur, & [Peccata mea sicut sagittae infixae sunt in me,] reperi inter eos qui de psalmis sunt: & tamen ipse non est assumptus de psalmis. Eadem ratio est de ceteris sequentibus, qui simul in vnum collecti, positi sunt in nostro antiphonario post responsorios de prophetis. Collegique simul quaedam antiphonas, quae consonant tempori exomologeseos, & solemus eos & eas canere per noctes quando obseruatur ieiunium indictum, & ieiunium quatuor temporum anni.

Antiphonae quaedam sunt post responsorios collectae, quarum sonus redactus est in sola Alleluia sibi inuicem coniuncta, vt per Dominicas noctes super psalmos matutinales solum Alleluia audiatur ad memorandam laetitiam futurae resurrectionis, quae restat in octaua die. Excipitur hymnus trium puerorum, de quo scriptum habem⁹ in libello officiali. Inueni

De responsorios, quae diuersis officijs collectis. Cap. 77.

De antiphonis, conuersis per conuenientiam soni in alleluia. Cap. 78.

De ordine sepulture cuiuscunque Christiani. Cap. 39.

De responsorios, quae cantantur ab antiquis ante hymnum sancti Martini. Cap. 80.

Inueni in Romano & in Metensi antiphonariis ordinem scriptum, quomodo fungi officio conueniat circa fines hominum, & circa sepulturam eorum. Ex vtriusque collegi ea, quae recta mihi videbantur & rationabili cursu congruere, atque ea redacta in vnum corpus, posui sub vno textu in fine antiphonarij nostri.

Inueni in vetusto Romano antiphonario responsoria ad vespereos, quae ego subinde audiui canere, & cantavi: Sed quoniam maxima pars regionis nostrae non ea cantabat, neque potui rationem inuenire cantandi ea ante hymnum sanctae Mariae, cum ante hymnum Zachariae non cantaretur, praetermissi ea: At nunc quia inueni ea in Romano antiphonario, hic subiungo illa. In aduentu Domini Responsorius, Tu exurges Domine misereberis Sion, quia tempus miserendi eius, quia venit tempus. In natiuitate Domini responsorius, Benedictus qui venit in nomine Domini, alleluia. Versus, Deus Dominus & illuxit nobis. In Epiphania responsorius, Dies sanctificatus illuxit nobis, alleluia alleluia. Versus, Venite gentes, & adorare Dominum, alleluia alleluia. In Dominicis noctibus, Responsorius, Quam magnificata sunt opera tua Domine. Versus, Omnia in sapientia fecisti, repleta est terra opera tua

Deus. Et iterum: Responsorius, Vsque ad vespereum, Quam magnificata sunt opera tua Domine. Versus, Omnia in sapientia, vt supra. Infra hebdomadam Responsorius, Adiutorium nostrum in nomine Domini. Versus, Qui fecit caelum & terram. Per duas hebdomadas infra Quadragesimam, Responsorius: Educ de carcere animam meam, vt confiteatur nomini tuo Domine. Versus, Perit fuga à me, & non est qui requirat animam meam. In sequentibus duabus hebdomadibus Responsorius, Esto nobis Domine turris fortitudinis à facie inimici. In nouissimis duabus hebdomadibus Responsorius, Vsquequod exaltabitur inimicus meus super me: respice & exaudi me Domine Deus meus. Versus, Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero, ego autem in misericordia tua speravi. In paschalis diebus, Responsorius, Alleluia alleluia. Versus, Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra. In ascensione Domini, Alleluia alleluia. Versus, Ascendit Deus in iubilatione, & Dominus in voce tubae: In diebus Pentecostes Responsorius, Alleluia alleluia. Versus, Repleti sunt omnes spiritu sancto, & ceperunt loqui alleluia alleluia. In festiuitatibus sanctorum de responsorijs proprijs quae in nocte cantantur.

NICOLAI EPISCOPI METHONENSIS, AD EOS QUI HAESITANT AIVNTQUE CONSECRATVM PANEM ET VINVM NON ESSE CORPVS ET sanguinem Domini nostri Iesu Christi.

Autor: Si quis quisque ausus matius et idcirco caute legendus

MYSTICAM hanc & incruentam consecrationem, qua panem & calicem consecratos in corpus & sanguinem Domini transmutari credimus, à quoniam principium accepisse dicas? nonne ab ipso Deo & seruatore nostro Iesu Christo, quemadmodum nos sacra documenta Euangelia: Prorsus ab eo. Quis verò ille est sermo, quo id traditur? Hoc facite, inquit, in meam commemorationem. Et D. Paulus: Quotiescumque enim comeditis panem hunc, & calicem hunc bibitis, mortem Domini annuntiat. Quo modo, quòque ritu, ab ipso Seruatore didicimus? Accipiens enim, inquit, panem, & gratias agens, fregit, ac dedit discipulis, & ait: Accipite, comedite. Hoc est corpus meum quod pro vobis frangitur & traditur: similiter & calicem postquam canauit dicens: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine, id autem idem est, quod & Diuus Matthaeus inquit: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis effunditur. Quis verò scopus ac finis huius traditionis? Quid aliud quam participatio Christi, & vita in Christo participantium aeterna? Si quis enim, inquit, comederit ex hoc pane, & iuret in aeternum: &, Panis autem quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita: & Nisi manducetis carnem filij hominis, & bibitis eius sanguinem, non habetis vitam in vobis: qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet vitam aeternam: & rursus, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo: Quemadmodum misit me viuens Pater, & ego vivo propter patrem: &, Qui edit me, & ille uiuet propter me. Carnem enim suam quasi escam homo circumponens, diuina autem virtute, serpentem quidem deprenit, nos autem erigit, Pape, quem expauescendum

& tremendum mysterium! Qui hoc tradidit, Deus est, qui propter clementiam & benignitatem suam homo quoque factus est, & tanquam ouis ad matationem & mortem processit, vt obnoxium morti propter peccatum hominem morte eximeret. Causa huius traditionis est, magni huius beneficij recordatio. Corpus & sanguis Christi ea sunt, quae hoc ritu perficiuntur: ritus finis, participatio Christi & vita aeterna; quod idem est quasi diceret, participantium deificatio: vt Diuus Paulus magna voce proclamat, Calix benedictionis quem benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? deinde subdit & rationem, quo pacto fiamus corpus Christi, aitque, Panis quem frangimus, nonne communicatio corporis Christi est? quandoquidem vnus panis, & vnus corpus multi sumus, omnes enim vno pane participamus. Quid enim est, ait, panis? nimirum corpus Christi. Quid verò sunt participantes? nimirum corpus Christi, nam participantes corpore Christi, nos etiam ipsum efficimur. Nam quia vniuersa nostra caro corrupta est à peccato, opus nobis fuit noua carne. Quis ergo tam audax & prorsus temerarius existat, vt aduersus hanc traditionem aliquid noui moliat, mysteriumque falsitatis accuset, atque abroget eum, qui ita tradidit & instituit? Si quis legem Moysis abroget, inquit, Apostolus, sine misericordia vlla, sub duobus aut tribus testibus moritur: quanto dignius dexteriori supplicio censendus erit, qui filium Dei conculcarit, & sanguinem testamenti prophetaum existimarit, & spiritum gratiae iniuria affecerit: Verum quis ille, qui conculcat filium Dei, & aliorum quae diximus reus censetur? nonne qui sanguinem eius ingratus abrogat, nec admittit, & veracis ab omnique mendacio alieni oris traditionem &

1. Cor. 11.

Mat. 26.

Ioan. 6.

1. Cor. 10.

Ad Heb. 10

mandatum nihili facit? Hoc est corpus meum dicens: & Hic est sanguis meus: & Nisi manducetis carnem filij hominis, & bibatis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quid hæritas? quid omnipotenti impotentiam attribuis? Nõne ipse est qui ex nihilo omnia vt essent fecit? vnus trium personarum diuinitatis, qui postremis temporibus incarnatus est, & panẽ in suum corpus transmutari iussit? Quid requiris causam & ordinem naturæ panis transmutationis in Christi corpus, & aquæ vini que in sanguinem, cum supra naturam, rationem, mentem, & cogitationem, ex Virgine sit natus? Non credes itaque nec mortuorum resurrectionem, nec in cœlos eius assumptionem, & alia Christi miracula supra naturam, mentem & cogitationẽ eminentia. Id tibi accidit, quod Christum, non Deum verum ac filium Dei confiteris, sed Arrianismum vel potius Iudaismum recipis. At forsatis dubitas minimẽ que credis, quod non videas carnem & sanguinem, sed panem & vinum. Qua de re scias oportet, tu qui ingrato iniquo que animo erga beneficium affectus es, Deum qui omnia nouit, cum humanissimus sit, prouidẽ hoc fecisse, ad hominum imbecillitatem se demittens, ne auerterentur multi arrhabonem æternæ vitæ, & ægre ferrent, carnem & sanguinem intuentes. Itaque rebus naturæ consuetis hoc fieri voluit, iis suam diuinitatem coniungens, cum dixit: Hoc est corpus meum, &, Hic est sanguis meus, &c. Accipite, comedite, & bibite ex eo omnes, in remissionem peccatorum: & rursum, Panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita: &, Nisi manducetis carnem filij hominis, & bibatis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Hoc facite in meam commemorationem. Propterea ei credentes, ita offerimus panem perfectum, viuum, siue corpus Christi quod perfectum etiam post passionem permansit & integrum (Neque enim os eius contritum est) & à diuina vita inseparabile, plane quale ipse primus noster ac magnus pontifex & sacrificus victimæque, suis ipsius discipulis tradidit: itique, denuo qui ab initio suis ipsi oculis Verbum intuiti sunt, eique ministrarunt, catholicæ Ecclesiæ ab extremis ad extremos vsque orbis terrarum limites tradiderunt: omnes quidem Hierosolymitanæ, vbi & Diuus Iacobus primi, magnique pontificis frater ac successor, mysticam incruentamque Liturgiam exposuit, Petrus autem & Paulus Antiocheni; Paulus verò peculiariter, ubi vniuerso: Marcus, Alexandrinæ: Ioannes & Andreas, Asiæ & Europæ: Omnẽque vniuersæ Ecclesiæ vbicunque sit, per eam quam sanctus Clemens conscripsit Liturgiam tradiderunt: quæ hæc ita ad verbum habentur: Memores igitur eorum quæ propter nos passus est, gratias agimus tibi Deus omnipotens, & eius statutum adimplemus. In qua enim nocte tradebatur, accipiens panem in sanctis & immaculatis suis manibus, & eleuatis oculis ad te Deum ac patrem suum, frexit deditque nobis dicens: Accipite ex eo, comedite: Hoc est corpus meum quod pro multis comminuitur, in remissionem peccatorum. Similiter & calicem ex vino & aqua tempe-

Aratum, sanctificauit, deditque nobis dicens, Bibite ex eo omnes: Hic est sanguis meus qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Hoc facite in meam commemorationem. Memores igitur passionis eius, mortis, resurrectionis, reditus in cœlos & futuri eius secundi aduentus, in quo veniet iudicaturus viuos & mortuos, redditorusque cuique secundum opera sua offerimus tibi regi ac Deo, secundum eius institutionem panem hunc, & hunc calicem, gratias tibi per eum agentes, quod nos dignatus fueris ad stare coram te & tibi sacrificare. Et te rogamus vt propitio serenoque vultu respicias supra hæc proposita dona coram te, tu qui nullius indiges Deus: & tibi complacitum sit in eis ad honorem Christi tui, & mittere digneris sanctum tuum Spiritum super hoc sacrificium, testem passionum Domini Iesu, vt efficiat panem hunc, corpus Christi tui: & calicem hunc, sanguinem Christi tui. Et iterum magnus ille Paulus, Ego accepi à Domino quod & tradidi vobis, quod Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & benedixit, frexit, dixitque: Accipite, comedite: Hoc est corpus meum quod pro vobis frangitur. Hoc facite in meam commemorationem. Quotiescumque enim comeditis panem hunc, & calicem hunc bibitis, mortem Domini annuntiatis donec veniat. Si vero cenæs hoc quod à nobis perficitur, illo minus esse nescis Christum etiam, hoc tempore operari, nunquẽ adeste. Ero enim vobiscum dies & noctes ad consummationem huius seculi, pollicitus est. Hoc item mysterium summo opere admirans quasi obtupefactus Diuus Apostolus, cum timore Dei ac fide vt dignẽ eo participemus adhortatur & supplicium transgressorum definit. Quicumque comederit, inquit, panem hunc, aut biberit calicem Domini indignẽ, reus erit corporis & sanguinis Domini. Id perinde est, ac si dixerit, Diui Chrylostomi sententia, quemadmodum tradidit quidem eum Iudas, in eum verò petulanter debacchati sunt Iudæi: ita dedecore & infamia eum afficiunt, qui sanctissimum eius corpus indignẽ ore sumunt, & corpori admovent impuro. Itaque inquit, probet se ipsum homo; non alter alterum: hoc enim iudicare est: sed primum quisque seipsum: & sic de pane edat: & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignẽ, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans, hoc est perpendens & considerans corpus Domini propositum. Quod si is, qui per se in aliquod humanorum vitiorum delapsus est, & indiscretẽ accessit, vt indignẽ communicans, tanta mulatur condemnatione: qui in ipsam consecrationem peccat, & immediatẽ ipsum dominicum contumeliis afficit corpus atque negat, traditionẽque abrogat, & auctorem qui tradidit, conculcat, quãnam fuerit, & quanto magis deteriori ac maiori dignum tum accusatione tum supplicio? Horrorẽne plena sunt ea dicta? Reliquumne est vllum noui facinoris, prauaricationis, impietatis genus, quod ad hanc sceleris audaciam accedere possit? Verum libera õ Domine, per tuam misericordiam ab hac impostura & dementia omnes eos, qui non rectẽ consentunt, quem consecramus panẽ & vinum corpus perfectum & sanguinem preciosum esse Christi tui.

INCIPIT

INCIPIT EXPOSITIO DE CELEBRATIONE MISSÆ; A. D. REMIGIO AVTISIODORENSI EPISCOPO, EDITA; & Sanctorum Patrum sententiis & auctoritatibus confirmata.

DE D. REMIGIO EPISCOPO AVTISIODORENSI, EX SIGEBERTI CHRONICO, SUPPLEMENTO PHILIPPI BERGOMATIS, TRITHEMII Scriptorum Ecclesiasticorum Catalogo; & aliis.

Remigius Monachus Autisiodorensis, Ordinis S. Benedicti, & postea vrbis eiusdem Episcopus; S. Odonis, primi Cluniacensis Abbatis, in Musica & Dialectica præceptor, & Commentator insignis, diuinarum Scripturarum; multa ex illis ad commune commodum est interpretatus, & potissimum in Mattheum & Pauli Apostoli, In Canonem Missæ, Epistolæ, &c. LIBER I.

Claruit, Carolo Caluo aut Arnulpho Imp. videlicet; minùs, vno seculo post Carolum Magnum, & ante Christi annum 900.



CELEBRATIO Missæ; in commemorationem Passionis Christi peragitur, sicut ipse præcepit Apostolis tradens eis Corpus & sanguinem suum, dicens; Hoc facite in meam commemorationem: hoc est; in memoriam Passionis meæ. Tanquam diceret: quod pro vestra salute passus sum; ad memoriam reuocate; & pro vestra vestrorumque, eadem perferre curatè. Hanc Missam, B. Petrus Apostolus primus omnium, Antiochiæ dicitur celebrasse: in qua, tres tantummodò Orationes in initio Fidei proferebatur; incipientes ab eo loco vbi dicitur; Hanc igitur oblationem. Missa autem, dicitur; quasi, Transmissa; vel quasi, Transmissio: eò quod populus Fidelis, de suis meritis non præsumens, preces & oblationes quasdam Deo Omnipotenti offerre desiderat, vt per ministerium & orationem sacerdotis ad Deum trãsmittat; quem, mediatorẽ inter se & illum cognoscit: confidens, per eius orationem atq; intercessionem, à malis omnibus liberari atque Creatori suo reconciliari, & in omnibus corroborari. Vel; Missa dicta est (vt Ildoro dicit) ab emittendo: tẽpore enim quo Sacerdos incipit consecrare Corpus Dominicum; dicẽdum est à Diacono post Euangeliũ; si quis Cathecumenus est, procedat foras: & quia tunc emittuntur Cathecumeni ab Ecclesia, qui non debent interesse sacris misteriis, eò quod nondum sunt perfecti; idẽ dicitur Missa, ab emittẽdo. Siue; alio modo potest Missa dici, eò quod nos mittat ad Deum. Idẽ autem; non ab Apostolica vel Euangelica lectione, quod maus esse constat, eadem Missa inchoatur: sed potius canendo & psallendo; quatinus, dulcedo suauitatis, corda audientium prius demulceat; & sic, post modulationem suavis cantilenæ, in spiritalibus rebus, populus per compunctionem mentis intrus, salutifera Euangelij verba ardentiori affectu suscipiat. Quod autem populus Dominico die siue Solemnitatum, ad Ecclesiam confluit; ad imitationem Israëlitici populi creditur fieri, qui temporibus statutis ad templum Domini confluebat; &, sex dies operans, septimo ab opere feruili requiescere videbatur, non tamen si-

ne meditatione legis. Sicut enim Apostolus ait; Aet. 15. 21. Moyses habet in singulis ciuitatibus qui eum per singula Sabata prædicet in Synagogis: Vnde & canticum Moyse, per omne Sabbatum in Ecclesia recitare mos Ecclesiasticus consueuit; & quod illi faciebant in Sabbatis; nos, propter reuerentiam Dominicæ Resurrectionis, die Dominica agere curamus. Necesse est enim vt populus Dei, eo die quo Dominus resurrexit, à curialibus vacans operibus, instruat: vt quomodò per totam hebdomadam, curam corporis morituri indescinenter egit; eo die, curam animæ in perpetuum victuræ agere curet. Primò omnium; Antiphona dicitur ad Introitũ. Antiphona, Græcè; vox, reciproca, Latinè; quod genus psallendi, Græci inuenisse traduntur. Quæ idẽ ad introitum dicitur; quia per hanc introimus ad Officium diuinum, sicut per introitũ ostij ad secreta domus. Introitus autẽ appellatur; quasi ingressus: quia per illũ ingreditur quis ad Missam. Deinde imponitur; Gloria Patri & Filio, & Spiritui sancto: Quæ verba; ad diuisionem Psalmorum qui prius indifferenter canebantur, Beatus Hieronymus Damasus petente composuit; sed cum nequaquam id sufficeret; prædicto Apostolico iterum suggerente, addidit adhuc; sicut erat in principio; & c. Induit Diaconus Dalmaticam, in similitudinem Crucis: vt qui minister verbi Christi, Passionem illius ad memoriam reuocat; sicut Christus crucifixus est pro salute Mundi, ita & minister ipsius semetipsum vitis & concupiscentiis crucifigere non obliuiscatur, pro amore Redemptoris. Quod eadem vestis candiditatem habet: ostendit; ministrum Christi, candorem castitatis, mente simul & corpore habere debere; qui auctoritatem prædicandi Euangelium in Ecclesia retinet. Habet & coccineas Virgulas; sanguinem Christi pro salute mundi effusum declarantes. Procedentibus ad altare ministris; in medio eorum, propter debitum honorem, Euangelium Christi defertur; tanquam persona præpotens, præcedentibus ac sequentibus ministris constipata cum procedit in publicum. Cerei quoque, Euangelium præcedentes, demonstrant gratiam Euangelij; ad Mundum qui erat in tenebris peccatorum illuminandum. Quod autem eadem pro-

Abac. 3. 3.

Hymnus, Gloria in excelsis, etc. & c. 6. summatus à s. Hilario.

1. Cor. 6. 16. Leuit. 16. 12.

Mat. 23. 20.

Luc. 1. 28.

Iud. 6. 12.

Ruth. 2. 4.

1. Par. 15. 2.

cessio Euangelij, ab Australi parte fit in plagam Septentrionalem; declarat, Dominum nostrum Iesum Christum qui verbum salutis Mundo in tulit, à parte meridiana ortum esse. Nam Hierusalem in qua Dominus primò verbum salutis annuntiavit, in meridie habet Bethleem, à quo loco ipse Saluator venit, sicut scriptum est; *Deus ab austro veniet.* Cantore incipiente **K Y R I E E L E I S O N;** collocantur Cerei in ordine, à parte Australi in Septentrionem, ab Acolito ostendente hoc factò quòd miserus sit Deus omnipotens, Mundo, in Meridie & Septentrione. Idèd autem dicunt, *Kyrie eleyson,* & Latini Græcè & Græci Latine; quia & illorum quædam Græca verba, honestius quàm Latina, & quædam Latina melius quàm Græca sonant; & ut vnum eius populum nos esse ostendamus; vnumque Deum, vtrumque populum credere. *Kyrie;* id est, *Domine: eleyson;* id est, *miserere Christe eleyson;* id est, *Christe,* quies vnctus non oleo visibili sed plenitudine diuinitatis, miserere. Nam Christum dicitur vnctio; vnde, *Christus, vnctus.* Deinde incipit Sacerdos; **GLORIA IN EXCELSIS DEO;** Hymnum in Natiuitate Saluatoris ab Angelis decantatum, sed à Beato Hylario Pictauesi Episcopo postea auctum & consummatum: & hoc ipsum, ad imitationem Angelorum; ut ostendamus, nos eundem Deum colere in terris quem & Angeli venerantur in cælis. Postea dicit Sacerdos; **DOMINVS VOBISCVM;** salutans populum, orat ut Dominus sit cum eis, sicut dignatus est promittere per Prophetam, dicens; *Inhabitabo in illis & ambulabo,* &c. Iuxta quòd & Saluator dicit Discipulis suis; & in illis, omnibus Fidelibus; *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus,* &c. Qui salutationis sermo; non humano arbitrio compositus, sed ex diuinæ Scripturæ auctoritate probatus sumptus; vbi, frequenter, & singulariter & pluraliter positus legitur. Singulariter; sicut ait Angelus ad Beatam Mariam; *Aue gratia plena, Dominus tecum;* & sicut ad Gedeonem similiter, Angelus salutando dixit; *Dominus tecum fortissime virorum.* Pluraliter autem; sicut in libro Ruth legitur, Booz salutando dixisse messoribus suis; *Dominus vobiscum;* & sicut in Paralipomenon; Propheta à Deo missus, inuenitur salutasse Afa Regem Iudæ cum exercitu suo, victores de prælio reuertentes; *Dominus vobiscum, quia fuistis cum Domino.* Ecclesia ergo, tam salubri salutatione Sacerdotis accepta; & ipsa, resalutando orat, & orando resalutat; postulans, ut sicut Dominum optauit esse cum eis, ita sit & cum ipso, dicens; **ET CVM SPIRITV TVO;** id est; cum anima tua sit omnipotens Deus, ut dignè pro nostra salute eum exores. Et non dicit; *Tecum;* sed; *cum spiritu tuo;* ut Officium subsequatur, spiritualiter totum fieri intelligatur. Et benè, Dominus cum spiritu hominis esse optatur; quia, in spiritu & mente rationali, creatus est homo ad imaginem & similitudinem Dei, & ibi est capax diuinæ gratiæ & illuminationis. Sacerdotalis saluatio non tantum est inuenta ex auctoritate Scripturæ; sed & illa Episcopalis ad populum, qua dicitur; **PAX VOBISCVM;** siue; **PAX VOBIS,** similiter non humano sensu inuenta, sed de Scripturæ sanctæ

auctoritate sumpta est: Nam & in veteri Testamento inuenitur dixisse Angelus, Danieli Prophetæ; *Noli timere vir desideriorum pax tibi, confortare & esto robustus.* Et in nouo; id est, in Euangelio; penè semper ita legitur Dominus Apostolos salutasse dicendo, *Pax vobis;* & eisdem Apostolis, eandem salutationis formam commendauit, dicens; *In quamcumque ciuitatem aut domum intraueritis, salutate eam, dicentes Pax huic domui.* Merito ergo & Apostolorum successores; id est, Ecclesiarum Præsules, hac salutatione vtuntur, domù Dei salutantes, vbi omnes oportet filios esse pacis; ut saluatio pacis super eos requiescat, & salutantibus & salutatis possit esse fructuosa. Deinde dicit; **O REMVS;** inuitans secum populum ut simul orent. Quapropter actius debet esse populus vsque dum dicat Sacerdos; **PER OMNIA SÆCVLA SÆCVLORVM.** Sequitur Collecta quæ est dicta à collectione; eò quòd ex auctoritate diuinæ Scripturæ salutationes sint collecta quæ in Ecclesia leguntur; sicut est illa de tribus pueris. Vel quòd ex multis sermonibus vna colligatur Oratio: siue à collectione vel societate populi, qui tunc in vnam concurrunt, colligitur. Ideo autem in omnibus Collectis interponitur; **PER DOMINVM NOSTRVM IESVM CHRISTVM;** & cætera; ut omne quod datur à Patre, intelligamus quòd per Filium eius nos accipiamus, cuius hæreditas sumus. Per ipsum ergo, hostiam laudis atque oblationis offerimus, qui per mortem ipsius reconciliati sumus, cum inimici essemus, dicens verò Sacerdos; **QVI TECVM VIT ET REGNAT;** & cætera; admonet populum ut credat, Filium Dei viuere & regnare semper, sine initio & termino, & vnam potestatem habere æqualiter cum Patre & Spiritu sancto, atque vnam substantiam. **AMEN.** Confirmatio Orationis est à populo: Interpretatur enim; *verè,* ita; siue, fideliter credimus sicut dicis: Filium videret Dei, ante sæcula & in præsentia & in futuro regnare cum Patre & Spiritu sancto; & regnum & potestatem eius, nullo sine concludi. Deinde sequitur lectio Apostolica antè Euangelium; non causa dignitatis, sed ad amorem Apostolorum qui ante Deum ibant, sicut narrat Euangelium; quos mittebat Dominus ante se binos & binos. Epistola autem, dicitur *super-missa;* eò quòd super vetus Testamentum & Euangelium missa est: non causa dignitatis; sed, ut si quis Euangelium fuerit transgressus, ibi inueniat medicinam salutis. Incipiente autem Subdiacono Apostolicam lectionem; verso ordine, cæteri transferuntur ab Oriente in Occidentem: ut demonstretur; per vocem & prædicationem Apostolorum, totum Mundum gratia fidei esse illuminatum; non solum à Meridie in septentrionem, sed etiam ab Oriente in Occidentem. Nomine enim Orientis & Occidentis, omnia climata Mundi comprehenduntur; eò quòd, rot diebus, Sol sua præsentia illa illustret, sicut ibi veniens ab Occidente in Orientem. Postmodum cantatur Responsorium; quòd à capite repetatur, dictum; quia vno inchoante respondent alij. Cantatur & Versus; dictus à vertendo: quia illo terminato, à capite Responsorium repetitur. Deinde cantatur

Dan. 10. 19.

Luc. 2. 4. 36.

Luc. 10. 5.

Mat. 6. 7.

Luc. 10. 2.

ALLELVIA,

Apoc. 19. 6.

Ier. 14. 12.

ALLELVIA, quod ex Hebræo in Latinum, sonat; *Laudate Dominum:* Nam, *Alleluia;* dicitur, *Laudate: Ia;* nomen Dei est, vnum ex decem quibus vocatur apud Hebræos. *Alleluia,* autem; primò, in nouo Testamento additum est, dicente Ioanne; *audiuì vocem in celo dicentium, Alleluia.* Et quia, hac voce, Angelos in cælo Deum laudare cognouimus; huiusmodi voce laudationis, creditum est Deum delectari. Hoc quoque ideo canimus, ut eundem Deum nos colere in terra, ostendamus; qui etiam colitur ab Angelis in cælo. Et hoc ante lectionem Euangelicam à Cantore imponitur, ut laudetur ab omnibus cuius gratia saluantur omnes: Quasi dicat; quia verba Euangelij salutem conferentia mox audituri estis. Desertur Euangelium ad Analogium, præcedentibus cæteris; ut ostendatur, gratia ipsius, Mundum esse illuminatum: Verba Euangelij Leuita pronuntiaturus, contra Septentrionem faciem vertit; ut ostendat, verbum Dei & annunciationem Spiritus sancti, contra eum dirigi qui semper Spiritui sancto contrarius extitit, & in nullo ei communicat. Quos enim Spiritus sanctus qui est Deus, ad fidem colligere desiderat; Diabolus, dispergere ab unitate Ecclesiæ & integritate fidei, laborat. Sicut enim per Austrum, qui ventus est calidus & leniter flar, Spiritus sanctus designatur; qui corda quæ tangit, ad amorem dilectionis inflamat: Ita & per Aquilonem, qui durus & frigidus est, Diabolus intelligitur; qui, eos quos possidet, ab amore charitatis atque dilectionis torpentes & frigidus reddit. Quod enim per Aquilonem designatur Diabolus; ostendit Propheta dicens; *O Lucifer qui dicebas in corde tuo, sedeo in lateribus Aquilonis;* & cætera. Crucem pingit Diaconus, primùm in fronte, annunciaturus verba vitæ; ut ostendat se illius discipulum esse, qui crucem pro salute totius Mundi sustinuit: deinde in pectore; ut omnis vana & immunda cogitatio, ab eius corde pellatur. Salutat & populu dicens; **DOMINVS VOBISCVM;** quatenus corda illorum à mundanis cogitationibus Dominus emundet, & ad suscipiendam verba salutifera aperire dignetur. Ad cuius salutationem; populus crucem in frontibus ponit, ut à malis cogitationibus corda sua emundet, & ad intelligenda verba salutis pura maneant. **SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECVNDVM,** illum; eò quòd post præcedentia Euangelij, sequuntur illa; vnde, quando initium alicuius Euangelistæ legitur, non dicit, *Sequentia;* sed, *Initium.* Idcirco, secundum Matheum, aut Marcum, aut Lucam, aut Ioannem; ut sciatur, secundum quem Euangelistam lectio illa legatur. Potest & ita intelligi, quod dicit, **SEQUENTIA;** ut ea quæ sequuntur post salutationem in illa lectione, secundum illum Euangelistam contineantur. Hinc sequitur Euangelium; quod de Græco in Latinum sonat, bonum nuncium. Et quod est melius nuncium, quàm istud; *Pœnitentiam agite;* & cætera quæ in Euangelio dicuntur de incarnatione Filij Dei & de eius miraculis, prædicatione, Resurrectione atque Ascensione; de gloria quoque Electorum, & de damnatione Reproborum? Perlecto Euangelio, iterum se signo Crucis populus munire festinat; ut, quod ex diuinis eloquiis ad salutem percepit; signatum sigillo crucis atque munitum,

permaneat, ne à mentibus suis Diabolica fraude euacuari valeat. Post recitatum Euangelium, iterum Sacerdos populum salutat; orans, in eorum cordibus verba salutis quæ perceperunt, à Domino confirmari; & inuitat illum populum pariter secum ad Orationem, dicens; **O REMVS.** Sed licet, apud nos, tunc Collecta inter Euangelium & Offerendam non dicatur; apud Græcos tamen dicitur. Ita autem potest intelligi, secundum quòd fit apud nos, ut omnis populus oblationi insistere iubeatur; dum oblaturi intentionem suam offerunt; quatinus illorum oblatio accepta sit Deo. Deinde sequitur Offerenda; quæ inde hoc nomen accepit, quòd tunc populus sua munera offerat. Sequitur Versus, à vertendo dicti; quòd in offerendis reuertantur, dum Offerenda reperitur. Suscipit interim Sacerdos, à populo, Oblatam; ut ipse, qui est inter Deum & ipsum populum mediator, præces eorum & vota Deo offerat. In qua Oblatione; aqua miscetur vino. Per vinum, significatur Christus; per aquam; populus. Et si vinum offertur sine aqua; videtur significare, populum saluari potuisse absque Christi passione. Vtrumque ergo miscetur simul; ut intelligatur passio Christi, & Mundum sine ea non potuisse saluari. Quod autem Sacerdos Oblationem suscipit, & Clerus Deo laudes interim persoluit; ad imitationem populi Israelitici sumptum est; qui oblationes & vota, cum laude modulationis, Deo offerre consueuerat. Post Oblationem, ponitur incensum super altare, dicente Sacerdote; *dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, Domine.* Hoc est, dicere; Sicut incensum acceptum & gratum est in conspectu populi; ita fiat oratio mea acceptabilis in conspectu tuo. Quibus expletis; conuertit se Sacerdos ad populum, postcens ut iungant præces suas precibus eius, ut mereatur exaudiri pro salute illorum: hoc autem dicendum est à Sacerdote, cum silentio. **ORATE FRATRES;** id est; ut meum & vestrum pariter sacrificium acceptum sit Domino. Acclinans ergo se, populus; orare debet ita; *Sit Dominus in corde tuo & in ore tuo, & suscipiat sacrificium sibi acceptum de ore tuo & de manibus tuis pro nostra omniumque salute, Amen.* Vel hoc dicant omnes; *Spiritus sanctus superueniat in te, & virtus Altissimi se infundere & obumbrare dignetur tibi; qui excusiat omnem rubiginem peccatorum tuorum, & euacuet sordes omnium vitiorum; & emundet, & expurget, castificet & sanctificet corpus & cor tuum; & eius templum; & Christi meritis esse membrum; & faciat te idoneum & dignum ministrum ad immolandum Deo sacrificium laudis & reddenda Altissimo tantam quam omnium nostrum vota; exaudiat te Dominus in die tribulationis; & cætera; vsque, Pinguet; *Suscipiat præces & munera tua quæ ei offers pro tua & omnium nostrorum iniquitate, vel ignorantia; & pro vniuersa Ecclesia sancta catholica & apostolica, per Orbem terrarum longè lateque diffusa. Corporale,* cui superponitur Dominicum Corpus, non aliud quàm lineum oportet esse; quoniam, Ioseph, linteum mundum emit, vnde corpus Dominicum inuoluit. Nam & linum purum est germen terræ; & Dominus, purum & verum corpus habuit; non simulatum. Et ut linum, per multos sudores peruenit ad candorem; ita Christus Iesus, multis affectatus passionibus migravit ab hoc sæculo, & ad candorè resurrectionis atque immortalitatis*

Psal. 140. 2.

Luc. 2.

Psal. 119. 2.

Tom. 6.

Cc iij

perductus est. Ita ergo; qui corpus Christi in se recipere desiderat, per multos bonorum operum labores & per castitatem mentis & corporis, debet se reddere mundum atque candidum. Quod ita applicari debet, ut nec initium nec finis appareat; sicut etiam Sudarium Domini, in sepulchro inuentum est. Sudarium est ligamentum capitis: Per caput, diuinitas designatur; quia caput Christi, Deus est. Inuolutio autem, hoc significat, quia Christus qui in humanitate initium habuit nascendo & finem moriendo; in diuinitate, neutrum horum, sed semper esse habet. Post; Sacerdos, Collectam, super oblatam canit: & in eius fine; PER OMNIA SÆCULA SÆCULORVM; ut supra. Hucusque Præfatio & prælocutio populi. Hinc sequitur exhortatio; SVRSVM CORDA: Hortatur enim Sacerdos populum, tanquam dicat; Iam apostolicis & euangelicis præceptis sufficienter instructi & confirmati, corda vestra à terrenis curis sursum ad Dominum erigite; ut sacrificium quod Deo offerendum mihi obulstis, dignè offerre valeam. Respondet Populus; HABEMVS AD DOMINVM: quasi dicat; Corda nostra, ut præcipis, erecta habemus ad Dominum, ut suscipere dignetur votum nostrum. Hortatur iterum; GRATIAS AGAMVS (simul ego & vos) DOMINO DEO NOSTRO: subaudi; de omnibus bonis, ab illo præstitis: id est; propter innumerabilia beneficia eius. Itémque sic intelligitur: SVRSVM CORDA: hortatur Sacerdos, populum, ut sursum habeat corda ad Dominum intenta; ut illorum sacrificium sit ei acceptum. Vel sic sursum admonet leuare corda; fideliter ad Dominum orando, ut illis de sursum veniat auxilium à Deo cœlesti à quo sunt creati. HABEMVS AD DOMINVM: Id est; Ut hortaris nos; habemus corda nostra sursum cleuata ad diuinam contemplationem. Hortatur iterum: GRATIAS AGAMVS DOMINO DEO NOSTRO. Respondet populus; DIGNVM ET IUSTVM EST: Subaudi; ut illi gratias agamus Domino Deo nostro, à quo cuncta suscepimus bona, quando participes meruimus effici regni eius. Hanc exhortationem quæ sequitur, Gelasius Papa composuit. Affirmat iterum Sacerdos populi vocem, & conuertit se ad Deum Patrem dicens; VERE DIGNVM ET IUSTVM EST: id est; sicut tuus populus respondit, dignum & iustum est, tibi gratias agere. DIGNVM; id est, iustum; &; IUSTVM; id ipsum est, salutare: hoc est; salute plenum; quoniam, ad nostram corporis & animæ salutem, dignè illum laudamus. Post confessionem verò populi; Dignum & iustum est ut Deo gratiæ rependantur; intermisso populo cui loquebatur, iam conuertit se Sacerdos ad Deum Patrem tanquam ad præsentem; & incipit loqui, dicens; NOS TIBI SEMPER ET VBIQUE GRATIAS AGERE. Et hoc; non ad horam, sed SEMPER; id est, omni tempore, & in prosperis, & in aduersis; ET VBIQUE, id est, in omni loco. DOMINE SANCTE; qui dominaris omnium quæ in cœlis sunt & quæ in terra; & qui, omnia, sancta tua benedictione sanctificas, ut sint sancta. PATER, Græcè; genitor, Latine; Deus enim ineffabiliter genuit Filium ante omnia sæcula. OMNIPOTENS dicitur Deus, quia omnia potest, quia immortalis

Deus cur & quomodo dicitur Omnipotens,

est; immò, vita mutari non potest, quia immortalis est. Omnipotens enim dicitur, faciendo quod vult; non, patiendo quod non vult. ÆTERNUS DEVS: quia nec initium habuit, nec terminum habebit; quia nec cœpit, nec desinet. Gratiæ autem quas debemus offerre; per Dominum nostrum Iesum Christum sunt offerendæ; qui est mediator inter Deum & nos, & qui est Pontifex Pontificum. Christus, Græcè; vnctus, Latine; Vnctus est Dei Filius, secundum humanitatem; non oleo visibili quo vngebatur Reges & Sacerdotes, sed plenitudine diuinitatis & dono gratiæ, quod visibili signatur vnguento quo baptizatos vngit Ecclesia. Christus tamen non tunc est vnctus Spiritu sancto; quando vnctus est, sed mystica vnctione vnctus est, quando veniente ad Mariam virginem Spiritu sancto, vterus eius repletus est: hoc est; quando humana natura, sine vllis præcedentibus bonorum operum meritis, Deo verò in vtero Virginis copulata est ita ut cū illo vna fieret persona. Vnde, ex bono hoc, confitemur illū natū de Spiritu sancto & Maria virgine. Vnctione autem olei, designatur plenitudo Spiritus sancti; quia cor, quod repleuerit, in amorem Dei & dilectionem Proximi accendit. PER QVEM, MAIESTATEM TVAM LAUDANT ANGELI; quia per Christum sunt creati, & non solum Angeli, per illum, laudant Deum patrē; verum etiam illæ Virtutes cœlorum, quæ super alias dominationem & potestatem habent. Hi ergo tam beati & sublimes spiritus; per Christum, maiestatem Dei laudant; sicut, ad eos, congratulando dicitur in Psalmo; laudate Dominum omnes Virtutes eius. DOMINATIONES ADORANT. quoque eandem diuinam maiestatem, sicut in hymno confessionis Esdræ 2. Esdr. 9. 6. ad ipsum Deum dicitur; Exercitūs cœli, te adorant. TREMVNT POTESTATES etiā; sicut per figurā de eis dicitur; Columnæ cœli contremiscent & pavent ad nutum eius; qui tamen tremor, nec eis pœnalis sit, nec timoris sed admirationis. Cū igitur, in cœlestibus tanta sit deuotio laudantium, venerātium, adorantium, tremor admirantiū; consideret hæc, homo cui dictū est, quid superbit terra & cinis? Et audiat Apōstolo. Eccle. 10. 9. lum monētem; cum metu & timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini. Cœli quoque; qui per Christum sunt facti, tunc laudat Deum patrem quando nos prouocant ad laudē eius. COELORVM QVOQVE VIRTUTES AC SERAPHIN CONCELEBRANT; cū, cordis deuotione & cōmuni gaudio, laudant; nā, celebritas; est cōuentus populi, cum laude. Nouem autem sunt ordines Angelorū. BEATA SERAPHIN SOCIA EXULTATIONE CONCELEBRANT. Et laudat maiestatem Domini, quoniam sine intermissione laudat Deum vicissim. Tunc ergo omniū Creatorem & rectorē laudant & concelebrat cœli; sicut eum laudant Sol & Luna, & stellæ & lumen. Vnde in Psalmo dicitur; laudate eum Sol & Luna; & cætera, vsq; aqua quæ super cœlos sunt. In hymno quoque; trium puerorum, omnia elementa ad laudē Dei prouocantur; non quod elementa muta, habeat sensum laudandi; sed quia cuncta benè cogitata, laudem Dei pariant; & consideratione Creaturæ, impleatur cor hominis ad eructandum hymnum Creatori.

Esdr. 9. 6.

Job. 26. 11.

Eccle. 10. 9.

Psal. 14. 8.

Creatori. Et quia longū fuit, in ista gratiarū actione totos Angelorum ordines, qui in Scripturis nouem inueniuntur, ponere singulatim; post cœlos, ponuntur dicendo; COELI COELORVM QVE VIRTUTES. Quo nomine, omnes cœlestes Spiritūs, generaliter appellari solent, ut in Psalmo; Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ. Et iterum; Verbo Domini, cœli firmati sunt; & spiritu oris eius, omnis virtus eorum. Ad vltimū, ponuntur beata Seraphin, qui est summus Ordo Angelorū & Spirituum. A c, verè beata Seraphin; quæ ex singulari propinquitate Creatoris sui, incomparabili ardent amore. Vnde, ardētēs; vel, incendētēs, interpretatur. Sciendum autē quod Cherubin & Seraphin, per M. literam, prolata; iuxta proprietatē linguæ Hebraicæ, masculini generis & pluralis numeri tātūm: Si autē per N. literam dicantur, sicut in Psalms & hymnis & in præfati gratiarū actione ponuntur; Græca declinatione, in neutrale genus mutata intelligimus; cū dicimus lucida sydera, speciosa nemora, iocunda littora; sic & beata Seraphin neutro genere & plurali numero accipiamus. Seraphin, singulari numero; sicut & Cherubin, tātūm habet. Ut autem ad solum Patrē dirigatur oratio; cū totius sanctæ Trinitatis sicut vna est diuinitas, ita equalis honor & gloria; ratio illi debeat; id, Apōstoli, sancto ordināte Spiritu sanxerūt; ut, qui multorū Deorum errores, vnus Dei prædicatione nitēbātur euellere; sub Trinitatis sacramento, vni personæ in Sacrificiorū ritu supplicandum esse decernerent; ne, qui vnū prædicabant, in pluralem diuinitatis numerū incidisse arguerentur. Et quia Pater & Filius & Spiritus sanctus; vnus deitas, vnus naturæ, vnus substantiæ, vnus eiusdemq; potestatis existit; vna ex eis persona propter vnitatis mysteriū retinēdum in sacrificio inuocaretur. Nec alia debuit inuocari nisi quæ prima est; in qua, duæ aliæ naturaliter manentes, existunt. CVM QVIBVS, ET NOSTRAS VOCES UT ADMITTI IVBEAS DEPRECAMVR. Voces Angelorū sunt, in laudem Cōditoris, ipsa admiratione intimæ contemplationis. Quales ergo oportet esse voces nostras; quas in conspectu Dei, cum Angelicis laudibus deprecamur admitti; id est, inmitti? Vtiq; tales voces non sunt in sono oris, sed in desiderio cordis. Voces enim, apud secretissimas aures Dei non faciunt verba nostra sed desideria. Et quia superna ciuitas, ex Angelis & hominibus constat; meritò, sancta Ecclesia quæ illis socianda est in cœlo; & cum illis, in Dei laudibus permansura; iam nunc, ipsis vocibus Deū laudat in terris, quibus eum sancti Angeli laudent in cœlis. SUPPLICI CONFESIONE; id est; humili laude, non superba præsumptione; sic, desiderātes, maiestatem Dei credere & cōfiteri in mundo; sicut ab Angelis videtur & laudatur in cœlis. Hæc enim confessio; non est confessio peccati, sed laudis & gratiarum actionis. Vna ergo confessio; id est, laude & gratiarum actione; iam, homines cum Angelis sociantur, laudantes de cœlestibus & terrestribus; tanquam eum qui fecit cœlum & terrā, & DICENTES, SANCTVS, SANCTVS, SANCTVS DOMINVS DEVS SABAOTH; PLENI SVNT COELI ET TERRA GLORIA TVA. Ista sunt voces Angelorum, Deum in cœlis laudantium, hic hymnus gloriæ Dei, ex volumine Isaiæ Propheta

Psal. 32. 6.

Angelorū voces, quæ sint.

Isa. 63.

Tom. 6.

sumptus est; vbi, Seraphin leguntur id ipsum cœlasc; & Ioannes in Apocalypsi legitur audisse. Ergo; non humano arbitrio, sed vtriusq; Scripturæ auctoritate coniuncta; dicimus ter, Sanctus; & semel, Dominus; ut ostendamus omnipotentem Dominum, Trinitatē in Personis habere, & vnitatem in Substantia. Sabaoth autem, vnum est ex decē nominibus Domini, apud Hebræos; & interpretatur apud Hebræos, Exercitūs; siue, Virtutum, vel Militariū. Dominus autē Sabaoth, Dominus omnipotēs dicitur; quia omnis exercitus vel militia, virtutēq; Angelorum, illi seruiunt. Angelicos autē Spiritūs, rectè, militiam dicimus; quia eos decertare contra Potestates aërias non ignoramus; quæ tamen certamina, non labore sed imperio agūt. PLENI SVNT COELI ET TERRA, GLORIA TVA; id est; gloria diuinitatis tuæ; quia omnia implet, iuxta quod ipse dicit; Cœlum & terram ego impleo. Adiunguntur autem huic hymno Angelorum, verba Turbarum ex Euangelio sumpta, laudantium Dominum & Regem nostrum venientem Ierosolymā, atque dicentiū; OSANNA IN EXCELSIS. Meritò ergo, illi gratias agentes, dicimus; Osanna; id est, salus in excelsis. Vnde in Psalmo; Domini & salus. Quod enim dicit turbæ, Osanna; hoc est quod alibi dicitur; O Domine salus me fac, o Domine benè prosperare. Illud verò quod subiungimus, dicentes; BENEDICTVS QUI VENIT IN NOMINE DOMINI; Ignatius Martyr, legitur apposuisse. Quod verò subiungitur, Osanna; id est, salus; siue, Visifica in excelsis; aperte docet; aduentum Domini in carne, non solum humani generis, in terra, sed Angelorū in cœlis esse salutem; quia dum nos redempri ad superna ducimur, eorum numerus (qui cadente Sathana erat minoratus) impletur. Rectè igitur, Osanna in excelsis, in eius laude canitur; cuius tota incarnationis dispensatio, pro adimplenda gloria patriæ cœlestis apparuit. Hucusq; Præfatio tenet, & exhortatio. Hinc sequitur Obsecratio, post has laudes & gratiarum actiones facta totius Ecclesiæ silentio; in quo, cessante omni strepitu verborum, sola ad Deum dirigatur intentio & cordium deuotio. Sociatis sibi igitur omnium votis & desiderijs, incipit Sacerdos orationem fundere, quo ipsum mysterium Domini Corporis & Sanguinis consecratur. TERTIVR CLEMENTISSIME PATER: Idcirco (ut fertur) venit consuetudo in Ecclesia, ut tacitè ista obsecratio atque consecratio à Sacerdote caneretur; ne verba tam sacra & ad tantum mysterium pertinentia, vilescerent: dum, penè omnes, in vsu ea retinentes, per vicos & plateas aliiq; in locis vbi non conueniret, ea decantarent. Vnde fertur, quod, quodam tempore, antequam ista consuetudo fuisset; dum pastores in agro decantarent, diuinitus percussus sunt ab igne cœlesti. SUPPLICES ROGAMVS ET PETIMVS: Et, hoc; per Iesum Christum, per quem omnis supplicatio & petitio nostra dirigi debet ad Deum, tanquam per verum mediatorem & æternum sacerdotem, qui sedet ad dexteram Patris & interpellat pro nobis. VTI ACCEPTA HABEAS ET BENEDICAS: Ac si suppliciter dicat; petimus, ut hæc Spiritu tuo sanctifices atque benedicas: ut quod nostræ humilitatis geritur mi-

Apoc. 6. 10.

Angelorū militia cōtra Potestates aërias.

Hic. 23. 24.

Psal. 118.

Christi aduentus in carne, hominum & Angelorū salus, fuit.

Obsecratio Missæ, & Præfatio.

Hoc narrat Sophronius in Prelo spirituali, Cap. 196. huius Bibliothecæ, Tom. 7.

CCc iiij

nisterio, tuæ virtutis impleatur effectu. Quod autem subiunxit; HÆC DONA, HÆC MVNERA, HÆC SANCTA SACRIFICIA ILLIBATA: non aliud atque aliud dicitur; sed, res vna, pro sui magnitudine, diuersa appellatione commendatur, & sermonum repetitio, tanti Sacramenti est commendatio & piæ deuotionis excitatio: quia, hæc sunt verè sancta & illibata; id est, inuiolata & incontaminata sacrificia, quæ in ministerio Domini corporis offeruntur. Vel, *illibata*, dicuntur, id est, non prægustata, sed integra adhuc manentia. Libare enim, sub vno sensu dicitur fundere: unde legitur quod Dauid libauit aquam Domino, sibi oblatam; id est, fudit. Sub alio sensu dicitur, libare, gustare: unde & prælibata res dicitur, prægustata. IN PRIMIS QUÆ TIBI OFFERIMVS PRO ECCLESIA TVA SANCTA CATHOLICA: Reddit causam, Sacerdos, pro qua offerat illa sacrificia; & dicit: IMPRIMIS; id est, principaliter: pro Ecclesia catholica; id est, vniuersali. Sic enim dignum fuit ut inciperet sancta Oblatio pro Ecclesia Dei, toto Orbe diffusa; quæ est, vnitas Sanguine Domini redempta. QUAM PACIFICARE, CVSTODIRE, ADVNARE, ET REGERE DIGNERIS TOTO ORBE TERRARVM: Ut pacem habeat ab Hæreticis & Paganis; digneris eam adunare, quæ dispersa est per Paganos, per hæreticorum dogmata. Id ipsum autem videtur esse, *adunare*; quod est, *pacificare*: id ipsum, *custodire*; quod est, *regere*. Pacificando namque adunat, cum omnium Fidelium corda, in sua pace coniungit; cum omnium Fidelium mentes, vnus efficit voluntatis; diffusa charitate per Spiritum sanctum. Custodiendo regit; cum, inter omnia pericula, clementer eam gubernat & dirigit. Quod autem adiungitur; VNA CVM FAMVLO TVO PAPA NOSTRO. Ipsi etiam Ecclesiastici corporis vnitas, fortius commendatur; quia religionis cultum sic Dominus instituit, ut in beatissimo Petro Apostolo principaliter collocaret, atque ab ipso (quasi quodam capite) dona vellet in omne corpus manare. Papa autem (secundum quosdam) dicitur, *admirabilis*; vel, *coronatus*: sed, quod melius est; *Pater patrum*; id est, Episcoporum. Sequitur; ET ANTI-
Coloss. 8. STITE NOSTRO: Sicut enim vniuersalis Ecclesie commemoratio, propter vnitatem societatis & pacis coniungitur commemorationi Apostolici Pontificis: ita dignum & religiosum est, ut singula Ecclesie commemoracionem suorum subiungant Antistitum; probantes se per illam orationem seruare cum eis *vnitatem spiritus in vinculo pacis*. ET OMNIBVS ORTHODOXIS: *Orthodoxis*; rectæ gloriæ, dicuntur; eod quod nullo errore deprauati, rectæ fidei confessione Deum glorificent. Idem ergo sunt, CATHOLICÆ ET APOSTOLICÆ FIDEI cultores. Catholicæ: id est, vniuersalis; quam vniuersa vbique seruat Ecclesia: eiusdemque Apostolicæ, quam in toto Mundo doctrina Apostolorum fundauit. Additur; PER CHRISTVM DOMINVM NOSTRVM: quia; aliter, nec oratio Ecclesie, nec oblatio Deo offerri potest nisi per vnum mediatorem Dei & hominum: quod ipse in Evangelio commendat dicens; *quicquid perierit in nomine meo, hoc faciam*. Quam petitionis formam custodit

1. Re. 23. 16.

Coloss. 8.

Mat. 11. 12.

A Ecclesia in omni oratione sua; cum, *Per Christum*, dicitur. MEMENTO ETIAM DOMINE, FAMVLORVM FAMVLARVMQUE TVARVM: deinde subiungitur; ET OMNIVM CIRCVM ASTANTVM. Manifestum est quod hic quidam locus sit, vbi aliquibus (sed specialiter) nominatis; etiam cunctorum qui assistunt in Ecclesia, commemoratio adiungatur. In quo loco, aut liberum est Sacerdoti quos desiderauit peculiariter nominare, & nominatum Deo commendare; aut certè illud ab Antiquis est obseruatum, ut ibi Offerentium nomina recitentur. Prius ergo oblationes sunt commendandæ; actunc eorum nomina sunt edicenda, ut inter sacra mysteria nominentur, non inter alia quæ præmittimus. QVORVM TIBI FIDES COGNITA EST, ET NOTA DEVOTIO: quia qui rectè credunt & qui te deuotè diligunt; tu solus vides in conscientiis eorum. QVI TIBI OFFERVNT HOC SACRIFICIUM LAVDIS. In quibus verbis; fideliter considerandum est, quod tota Ecclesia Deo offerat illud sacrificium Laudis; quia de omni multitudine circum astantium dicitur, *qui tibi offerunt*. Quod enim adimpletur propriè, ministerio Sacerdotum; hoc, generaliter, fide & deuotione cunctorum, Sacrificium laudis dicitur, quia in laude illius offertur. Non enim nostra illi damus, sed sua illi reddimus. PRO SE SVISQUE OMNIBVS: id est; ad se, vel genere, vel familiaritate, vel qualibet alia deuotione, vel conditione, vel sub eiusdem fidei pertinentibus professione, vel sub euentibus quàm defunctis. Et, hoc; qua spe faciunt, subiungitur. PRO REDEMPTIONE ANIMARVM SVARVM: quia in ipso habemus redemptionem, per sanguinem eius, & remissionem peccatorum. PRO SPE SALVTIS ET INCOLUMITATIS SVÆ: id est; pro vita æterna quæ est vera salus; *Spe enim salui facti sumus*. Nec solum pro salute æterna; sed etiam pro temporali incolunitate: id est; corporali sanitate. Incolumitas enim; dicitur sanitas, integritas. Vtraque enim sanitas, ab illo est; & animæ scilicet, & corporis, de quo ponitur in Psalmo, *Domini est salus*. TIBI QUÆ REDDUNT VOTA SVÆ, ÆTERNO DEO VIVO ET VERO: Id est; Sacrificia vel vota fidei & piæ conuersionis. COMMVNICANTES: Id est; participantes fidei illorum sanctorum. Ideo autem sumus communicantes eorum memoria; tanquam filij, patrum, & sectatores, præcedentium; quia eandem fidem habemus quam & illi habuerunt. MEMORIAM VENERANTES: Id est; cum pietate & humilitate, vestigia eorum sequentes. In hac autem commemoratione Sanctorum beata Dei genitrix primùm ponitur; per quam, & illi & nos meruimus audorem vitæ suscipere. Et ei iungitur commemoratio Apostolorum ET MARTYRVVM; nõ solum eorū qui hic nominatim exprimuntur, sed & omnium quorū nec numerum nec nomina scire possumus; & tamen, per fidem, non locum his præcipuis piè adharemus; sed etiam illis in quorum cõmunionem copulati sumus. QVORVM MERITIS PRECIBVSQUE CONCEDAS: propter merita namq; & intercessionē iustorū, Dominus miseretur. VT IN OMNIBVS, PROTECTIONIS TVÆ MVNIAMVR AVXILIO: Id est; siue in prosperis, siue in aduersis.

Psal. 39.

Ex. 32. 13. Sanctoꝝ intercessio pro viuenti bus.

Consecratio Missæ.

Ioh. 6. 57.

¶ Ratum, interpretatur Idorus, firmus, & ex more: Orig. Lib. 1. cap. 24.

Sic Moyses pro populo peccante-intercedens, Patrum petitiones, a spiritibus Iustorum scribi; quia; qui intus claritatem Dei vident, non est credendum quod sit aliquid foris quod ignorent. Postulat ergo suffragia Martyrum, nec tamen sacrificat Martyribus; sed vni Deo. HANC IGITUR OBLATIONEM SERVITVTIS NOSTRÆ: quia dignum est, ut seruis suo seruiat Domino. SED ET CUNCTÆ FAMILIÆ TVÆ; QUÆ SVMS DOMINE, VT PLACATVS ACCIPIAS: In his verbis, vnitas Ecclesie ostenditur; quando in illa oblatione, communis seruitus exhibetur Domino, tam à Sacerdotibus quàm à cuncta familia domus Dei. Oratur itaque Deus, ut hanc Oblationem quam illi soli defert Ecclesia, placatus accipiat. ET SIC, DIES NOSTROS IN TVA PACE DISPONAS: Id est; dies, quibus inter pericula diuersa viuimus, in sua pace disponat. AT QUÆ AB ÆTERNA DAMNATIONE NOS ERIPIT: finito videlicet huius mortalitatis cursu. Atque, ab æterna damnatione ereptos, IN ELECTORVM TVORVM GREGE ANNUMERARE DIGNARE: Hanc quidem orationem; id est, Obsecrationem, quæ antecedit Consecrationem; principaliter, Gelasius Papa composuit; sed beatus Gregorius addidit hunc versiculum, *Ab æterna; vsque, per Christum*: Et, hunc vsque, Obsecratio est; hinc, sequitur Consecratio, ita incipiens: QUAM OBLATIONEM; TV DEVS, IN OMNIBVS, QUÆ SVMS, BENEDICTAM: Oratur Deus; ut, Oblationem, suis altaribus impositam & rãtis precibus commendatam; ipse, per virtutem Spiritus sancti, ita perfectam Eucharistiam accipiat, ut in omnibus sit *Ascripta*; id est, in numerum placitorum sibi, recepta: *Rata*; id est, immobili firmitate sit perpetua. Sit quoque *Rationabilis*; ut, quàmuis de simplicibus terræ frugibus sumpta, benedictionis potentia efficiatur Corpus & Sanguis filij Dei: ut per huc cibum & potū impleatur in nobis quod ipse promisit; *sicut misit me viuens pater & ego viuo propter Patrem; & qui manducat me, propter me & ipse viuet*. Item; BENEDICTAM: Id est; ut tu eam benedicere digneris. ASCRIPTAM, Id est, in tuâ partē, eam assumere digneris, ut tua sit. RATAM: Id est; iudices eam dignam tibi, ut transeat in corpus filij tui: *¶ nam, Reor; dicimus, Iudico*. RATIONABILEM: Ille quidem panis & illud vinum, per se irrationabile est; sed orat Sacerdos ut ab illo rationabiliter tractatus, & ab omnipotenti Deo consecratus; rationabilis fiat, transeundo in corpus filij eius. VT, NOBIS, CORPVS ET SANGVIS FIAT DILECTISSIMI FILII TVI DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI: Id est; ad nostram salutem, fiat Corpus eius & Sanguis. Hoc autem quod sequitur; QVI, PRIDIE QUAM PATERETVR, ACCEPIT PANEM, & cætera, vsque; IN MEAM COMMEMORATIONEM FACIETIS; populi, in vsu habuerunt post Domini Ascensionem. Inde ergo, Ecclesia iugem sui memoriam Redemptoris celebrat; sicut ipse Dominus, Apostolis; & Apostoli, generaliter omni Ecclesie tradiderunt cum his verbis sanctis prædicatis; sine quibus, nulla lingua, nulla regio, nulla

A pars Ecclesie, potest consecrare. Hoc autem est Sacramentum quod & Apostolus manifestat, dicens; *Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Iesus qua nocte tradebatur Accipit panem in sanctas ac venerabiles manus suas; & cætera*. Christi ergo virtute & verbis, iste panis & calix ab initio consecratus est, & semper consecratur, & consecrabitur. Ipse enim loquens per Sacerdotes verba sua, cælesti benedictione sanctū Corpus & Sanguinem suum perficit. Quod autem ait; SVMITE EX HOC OMNES: commendatio vnitatis est, ut, per hoc mysterium Christo participantes, vnum simus omnes in illo, sicut Apostolus ait, *Vnus panis & vnum corpus, multi sumus* in Christo. Tanta autem Ecclesie vnitas in Christo est, ut vnus vbique sit panis corporis Christi, & vnus calix sanguinis eius. ACCIPIENS HVNC PRÆCLARVM CALICEM. Ideo dicit, hunc accepit, quia calix quem Sacerdos catholicus sanctificat, non est alius nisi ipse quem Dominus Apostolis tradidit. Quia sicut diuinitas verbi Dei est vna quæ totum implet mundum, ita, licet multis locis & innumerabilibus diebus illud Corpus consecratur, non sunt tamen multa corpora Christi, neque multi calices, sed vnum est corpus Christi & vnus sanguis, cum illo quod sumpsit in vtero Virginis, & quod dedit Apostolis. Diuinitas enim replet illud, quæ & coniungit, ac facit ut sicut ipsa vna est, ita coniungatur corpori Christi, & vnū eius corpus sit in veritate. Unde animaduertendū est, quia siue plus siue minus quis inde percipiat, omnes æqualiter, corpus Christi integerrimè sumunt, & generaliter & specialiter, omnes & vnusquisque. Ideo autem sanguis Christi, nouū Testamentū est, quia noua dilectio est, qua vsque ad mortē in nouissimis Sanctorū temporibus nos dilexit. Et ideo Sanguis ille, noui & æterni est Testamenti, quia, quos à veritate innouat, ad æternā hereditatē perducit. MYSTERIUM FIDEI est, quia credere debemus quod ibi salus nostra consistat. Prouidens enim nobis, dedit hoc Sacramentum salutis, ut (quia nos quoti diē peccamus, & ille iā mori non potest) per istud sacramentū Corporis sui, remissionē consequamur. Quotidiē enim comeditur & bibitur, in veritate, & tamen integer viuusque & immaculatus manet. Mysterium enim est, quod, aliud videtur, aliud intelligitur. Quod videtur, speciē habet corporalem, quod intelligitur, fructū habet spirituale. Sed, cum, mysterium sit quod aliud significat, si in veritate corpus Christi est, quare appellatur mysterium? Propterea utique, quia post consecrationem aliud est, aliud videtur. Videtur siquidem panis & vinum, sed, in veritate, corpus Christi est & sanguis. Consulens ergo Omnipotens deus infirmitati nostræ, qui vsu non habemus comedere carnē crudam & sanguinē bibere, facit, ut pristina remaneant forma illa duo munera, & sit in veritate corpus Christi & sanguis, sicut ipse dixit: *Caro, inquit, mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus*. Sciendum verò est, quod eundem calicem Domini Sanguinis, nisi mixtum esse cum aqua, non licet, quia nullum vinum fuit in nostræ redemptionis mysterio cum ait, *non bibam amodò de hoc germine vitis, & cætera*, & de latere eius fluxit aqua cū sanguine. Hæc enim Sacramenta sunt Ecclesie, sine quibus ad vitam nõ

Christi virtute & verbis consecratur Panis & Calix, in Altari.

1. Cor. 10. 17.

Sacramentū Eucharistiæ, cuius dicitur mysteriū, cum in veritate, sit Christi corpus.

Ioh. 6.

Matth. 26. 29. Ioh. 19.

intratur. Illius ergo panis & calicis oblatio, mortis Christi est commemoratio, quæ, non tam verbis quam mysteriis peragitur, per quæ, mentibus nostris, mors illa preciosa arctius commendatur. Hoc Sacramentum vltimum Discipulis tradidit, vt, memoriam tantæ charitatis, eorum mentibus infigeret arctius. **VNDE ET MEMORES DOMINE NOS SERVI TVI, & cætera:** Idem est quod dicit, *hoc facite in meam commemorationem.* Quid verò dignius vel salubrius potest fieri, quàm vt hæc mysteria frequentando memor sit Ecclesia beatæ passionis que totius Mundi peccata deleuit? Et quia non solum mortuus est pro nobis, id est, *propter delicta nostra*, sed etiam *resurrexit propter iustificationem nostram*, ac sic mortem nostram moriendo destruxit, vt vitam resurgendo reparauerit, memores simus resurrectionis quoque eius, per quam spoliavit Infernum? Et quoniam, assumptus in cælum, viam nobis ascendendi patefecit, simus memores etiam gloriose Ascensionis eius? Idem enim, pretium redemptionis nostræ in Sacramento Dominici Corporis & Sanguinis celebramus, vt semper illud meditemur quod ait Apostolus, *empti enim estis pretio magno.* Igitur, memores horum tam Sacerdos quàm plebs fidelis offerunt **PRÆCLARÆ**, id est, præcellenti & gloriose maiestati Dei: non de suo, sed de eius donis ac datis, verè **HOSTIAM PVRAM, HOSTIAM SANCTAM, HOSTIAM IMMACVLATAM:** quæ trina repetitio, tanti mysterij est laudatio. Quam verò hostiam offerre debet Ecclesia, nisi quam à Domino accepit? Id est? **PANEM SANCTVM VITÆ ÆTERNÆ, ET CALICEM SALVTIS PERPETVÆ.** In hoc pane, vita æterna est, sicut ipse panis viuus de seipso ait: *Ego sum panis viuus, qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Et, quòd iste panis sit corpus suum, exponit: *Et panis, inquit, quem ego dabo, caro mea est pro Mundi vita.* Et, calix est salutis perpetuæ, quia Sanguis ille effusus est pro multis in remissionem peccatorum. **SVPRA QVÆ, PROPITIO AC SERENO VULTU DIGNERIS RESPICERE** id est, placabili vultu: non quòd vultus Dei aliquando mutetur, sed tunc serenat & illuminat vultum suum, quando declarat super nos misericordiam suam. Oratur itaque Deus, vt placabili & sereno vultu, id est, declarata pietatis suæ præsentia, respiciat munera Ecclesiæ: & **ACCEPTA**, id est, beneplacita habeat, **SICVT MVNERA IUSTI PVRI TVI ABEL**, cuius fides & iustitia & oblatio, quia accepta fuit (id est, apud Deum digna) & in Lege commendatur, & in Euangelio, & epistolis Apostolorum: qui, non ætate sed puritate & simplicitate, puer Dei dicitur. **ET SICVT SACRIFICIVM PATRIARCHÆ NOSTRI ABRAHÆ**, quod sacrificauit in oblatione vniuenti sui, offerens in holocaustum, cum qui est Patriarcha non tantum Israëliticæ plebis secundum carnem, sed & nostri, secundum fidem. Ad iungitur adhuc: **ET QVOD TIBI OBTVLIT SVMMVS SACERDOS TVVS MELCHISEDECH**, qui interpretatus, Rex iustitiæ: cuius Sacerdotium & sacrificium, iu tantum magnificatur vt de eo dicat Apostolus, *Assimilatus per omnia Dei Filio manens Sacerdos in æternum.* **Quod verò subiun-**

Ro. 4.25

1. Co. 6.20

Ioh. 6.

gitur, **SANCTVM SACRIFICIVM, IMMACVLATAM HOSTIAM**, ad complendam petitionem, subiunctum est. Antiquum sacrificium, imago fuit huius veri Sacrificij: nam & in sacrificio Abel de primogenitis ouium, quod sacrificio Cain (quod erat ex fructibus terræ) prælatum est, noui Testamenti fides præfigurabatur, quæ (innocentiæ gratia Deum laudens) veteris Testamenti terrenis operibus anteponitur: et immolatione vniuenti & dilecti filij Abrahæ, immolatio eius præfigurabatur, de quo dicit Pater, *hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui.* Et Apostolus, *qui vniico filio suo non pepercit.* Sacrificium quoque Melchisedech, tam verum erat, vt significatio esset Sacrificij Christi, & sic vt inde prædictum sit, *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* **SVPPLICES TE ROGAMVS OMNIPOTENS DEVS, IUBE HÆC PERFERRI PER MANVS SANCTI ANGELI TVI IN SVBLIME ALTARE TVVM, IN CONSPECTV DIVINÆ MAIESTATIS TVÆ.** Hæc verba tam profunda, quis comprehendere sufficit? quis inde dignè aliquid loquatur? Magis vengeranda sunt, quàm discutienda. Beatus tamè Gregorius idoneus tanti Sacramenti interpres, quodam loco, de eis tanquam de ineffabili, penè ineffabiliter loquens: *Quis (inquit) fidelium habet dubium, in ipsa immolationis hora, ad vocem Sacerdotis, cælos aperiri, in illo Iesu Christi mysterio, Angelorum choros adesse, summis ima sociari, terrena celestibus iungi, num quid, ex visibilibus & invisibilibus fieri? Idem quoque alibi: Vno (inquit) eodemque tempore ac momento, & in cælum rapitur ministerio Angelorum consociandum corpori Christi, & ante oculos Sacerdotis in altari videtur.* Beatus quoque Augustinus, de eodem sublimi altari, ait *In conspectu diuinæ maiestatis est quoddam altare Dei invisibile, ad quod non accedit Inuisus: ille solus accedit, qui ad istud securus accedit: illic inuenit vitam suam: qui in isto discernit causam suam.* Hæc, ex verbis Patrum posita sunt, ne quis carnaliter æstimet in cælis esse altare corporeum, sed potius intelligamus altare Dei, sublime, rationale, & intelligibile, esse in cælesti & rationabili creatura, Angelica scilicet, & humana. Fit ergo & in ista oblatione aliquid ineffabile, vt, per Angelica ministeria, tanquam de sublimi Altari, diuinæ maiestati offeratur, cum, absentibus Ministris cælestibus, Christus vt oblata consecret adesse credendus est. **Vnde, beatus Ambrosius: non dubites Angelum assistere (inquit) quando Christus assistit Christus immolatur.** Per hæc mysteria, corda Fidelium, omni benedictione cælesti replet & gratia, tribuens corporibus castimoniam, mentibus fidem, cogitationibus puritatem. **MEMENTO ETIAM DOMINE FAMVLORVM FAMVLARVMQVE TVARVM, ET EORVM QVI NOS PRÆCESSERVNT CVM SIGNO FIDEI ET DORMIVNT IN SOMNO PACIS:** Orat pia mater Ecclesia, etiam pro Defunctis suis & eos sacræ Oblationis intercessione commendat, certissimè credens, quia sanguis ille pretiosus qui pro multis effusus est in remissionem peccatorum, non solum ad salutem viuientium sed etiam ad absolutionem valeat Defunctorum. Præcedant enim fideles de corpore exeuntes ad Dominum, sed non præcidentur ab Ecclesia: quia præcedunt cum signo

Gen.

Matt. 4.

Ro. 8.31

Psal. 109.4

Hebr. 5.

Altare Dei

sublime,

quod sit.

Eff. & Eu-

charitatis

spirituales

in cordib.

fidelium.

Oratio Ec-

clesiæ in

missa, pro

defunctis.

Fidei signum signo fidei, quia aqua & Spiritu sancto renati, quia cruce Christi signati. **Dormiunt** autem, tanquam verè in resurrectione suscitandi, *in somno pacis*, quia ab humanitate Christi & Ecclesiæ, nec per hæreses nec per mortalia crimina separati sunt. In quibus, & si aliquando fuerunt, tamen per penitentiam sanati sunt, &, per orationem Ecclesiæ (cui dictum est, *quodcumque solueris erit solutum*) reconciliati & redemptionis mysterio sociati, vtique in pace obierunt, miserante illo qui non vult mortem peccatoris. Neque enim piorum animæ defunctorum separantur ab Ecclesia alioquin non ad altare fieret eorum memoria, in consecratione corporis Christi. Post illa ergo verba quibus dicitur, *In somno pacis*, vsus fuit antiquorum, sicut etiam vsque hodie Romana agit Ecclesia, vt statim recitarentur ex Diptycis (id est, tabulis) nomina Defunctorum atque ita, post lectionem nominum, subiungerentur verba sequentia: **IPSIS** (videlicet, quorum nomina numerantur) & cæteris **OMNIBVS IN CHRISTO QUI RESCENSIBVS, INDVLGEAS LOCVM REFRIGERII**, ubi non sentitur ardor pœnarum. **LV CIS**, de qua dicit Psalmista: *placeam coram Deo in lumine viuentium.* Et pacis, in qua animæ Sanctorum requiescunt: vt est, *Illi autem sunt in pace.* **NOBIS QVQVE PECCATORIBVS FAMVLIS TVIS**: licet omni tempore, peccatores nos esse, ex corde debeamus cognoscere, tunc quam maxime confitendum est cum in illo sacro mysterio celebratur remissionis gratia, indulgentia peccatorum: & cum humilitate & contritione cordis dicere debemus Deo, **NOBIS QVQVE PECCATORIBVS**, non de vllis nostris meritis, sed **DE MVLTITVDINE MISERATIONVM TVARVM SPERANTIBVS, PARTEM ALIQVAM ET SOCIETATEM DONARE DIGNERIS CVM TVIS SANCTIS APOSTOLIS ET MARTIRIBVS, & cætera**: vt quibus, pro modulo nostro, sociamur per communionem fidei, quorum memoriam veneramus, in quorum communionem & vnitatem hæc mysteria agimus, cum ipsis societatem beatitudinis æternæ in futuro accipiamus. **INTRA QVORVM NOS CONSORTIVM NON ÆSTIMATOR MERITI; SED VENIÆ QVÆ SVMVVS LARGITOR ADMITTE**: Id est, vt Dei nos pietas instruat, introducat, petimus, vt non nostri meriti æstimator, sed veniæ sit largitor; vt quia Sanctorum societati per meritum non possumus, per indulgentiam coniungamur. In fine autem orationis, **PER CHRISTVM, PER QVEM HÆC OMNIA SEMPER BONA CREAS, SANCTIFICAS, VIVIFICAS, BENEDICIS, ET PRÆSTAS NOBIS**: Id est, per Christum, Deus pater hæc omnia non solum in exordio creauit condendo, sed etiam semper creat præparando & reperando bona; quia omnia à Deo creata valde bona, creata & suis conspectibus oblata sanctificat, vt, quæ erant simplex Creatura, fiant Sacramenta: Viuificat; vt sint mysteria vitæ; Benedicit; quia omni benedictione cælesti & gratia accumulatur. Præstat nobis; Per eundem, secum sanctificantem; qui, de Corpore suo, ac Sanguine suo, nobis tam salubre dedit refectionem. **PER IPSVM**; tanquam verum mediatorē Dei & homi-

num. ET CVM IPSO, ET IN IPSO, tanquam verè consubstantiali. **OMNIS HONOR ET GLORIA**; Deo patri, in vnitatem Spiritus sancti: qui ex Patre Filioque procedens, vnitatem Deitatis possidet cum Patre & Filio. Insinuatur itaque nobis, in Patre auctoritas, in Filio, natiuitas, in Spiritu sancto, Patris Filijque communitas, in tribus Personis, æqualitas. **PER OMNIA SÆCULA SÆCULORVM**; Hic certè simpliciter sunt accipienda *sæcula sæculorum*, donec præsens perueniat ad finem, & succedat futurum sæculum quod non habet finem, ubi Deus videbitur & laudabitur sine fine. **A MEN**, autem, quod ab omni Ecclesia respõdetur; interpretatur, *verū.* Adiungit autem Sacerdos, adhuc: **OREMUS.** Et orat Ecclesia cum Sacerdote, non voce sed corde: quia, est silentium est, tamè clamatur peccus in auribus Dei. **PRÆCEPTIS SALVTARIBVS MONITI**: Hoc præceptum nobis est salutare; id est, ad salutem nostram proficiens: quo, nos, vnigenitus Filius per lauacrum regenerationis & spiritum adoptionis, Dei filios effectos dicere monuit. Et, non non humana sed **DIVINA INSTITVTIONE** vt Deo audeamus dicere, **PATER NOSTER**, informauit dicens: *sic vos orabitis, Pater noster, & cætera.* Diuina ergo institutione informati, non præsumptionis temeritate sed obedientiæ pietate, præsumimus dicere Deo Patri; **PATER NOSTER QVI ES IN COELIS.** Hæc autè obsecratio; oratio Dominica vocatur, quia eam Dominus docuit, quando Discipuli rogauerunt eum vt doceret eos qualiter orare deberent. Quibus ipse dixit, *non est necesse vt multum loquamini oratione, quia Dominus Deus omnipotens scit quid opus sit, antequam peratis eum.* Tunc dixit illis; *Cum oratis, dicite, Pater noster dicitur à patrandis; id est, perficendo. Qui ergo patrem inuocat Deum; se debet præparare, vt filius eius dignus sit vocari. Quod si iniuste vocat eum patrem; pro ipsa inuocatione iniusta, supplicium recipiet. Sicut enim filius imitatur bonum patrem, pro ipsa inuocatione, vt, Isaac imitatur est Abraham; & Iacob, Isaac: sic nos qui Deum Patrem vocamus, vt boni filij, sanctitatem illius imitari debeamus, vt simus sancti & immaculati, iuxta id quod ipse dicit; Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester.* Primùm fuit, Deus omnipotens, pater Iudæorum; iuxta quod ipse dicit per Prophetam: *filius meus primogenitus Israel.* Et; *filios enurini & exaltani, ipsi autem spreuerunt me.* Sed quid factum est? Desiit eorum pater esse; propter infidelitatem eorum, noster autè, propter suam misericordiam, factus per fidem & dilectionem, cui supplicamus quotidie, dicentes; *Pater noster.* Pater, duobus modis dicitur Deus omnipotens: vel quia patrauit nos, id est, creauit & compegit in vtero matris nostrarum, ex carne & anima, ex semine viri & femine; cum nõ essemus: vel quia fecit nos renasci ex aqua & Spiritu sancto, cum perditum essemus. Prima natiuitas, facit nos filios præuocationis, secunda, reconciliationis cum dimissa sunt nobis omnia peccata, & originalia & actualia. **QVI ES IN COELIS.** Psalmista dicit Deo; *Si ascendero in cælum, tu illic es, si descendero ad Infernum, ades, etiam si potuisset fieri vt haberem pennas & volarem in extremas partes Maris, illic te inuenirem;* & Dominus, per Prophetam; *Cælum & terram ego impleo.* Altior namque est cælo, Profundior abyso, latior terra, longior Mari. Et

Matt. 6.9

Vulgata

Editio, Le-

giticæ, Or-

is, nolite

multi loqui,

&c.

Mat. 6.7.

Leuit. 11.

44.

Exo. 4.12.

Isa. 1.2.

Psal. 138.8.

Isa. 13.24.

sic, est ubique, per plenitudinem diuinitatis suæ & non per extensionem quare ergo, specialiter dicit se esse in cælis: Quia per cælos intelliguntur Angeli & homines iusti, in quibus maximè Deus habitat, iuxta quod scriptum est, *Anima Iusti, sedes sapientie est*. PATER NOSTER QUI ES IN COELIS: id est, qui habitas in Angelis, quorum habitacula sunt cæli & homines iusti. SANCTIFICETVR NOMEN TVVM. Nomen Dei, per se, sanctum est: & quare nos dicimus, SANCTIFICETVR NOMEN TVVM? Quia quando renati sumus ex aqua & Spiritu sancto, tempore baptismatis, in nomine Domini omnipotentis sumus sanctificati, dicente presbytero, *Baptizo te in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti*: eod ergo precamur, vt illa sanctitas quæ facta est in nobis, tunc in baptisate per inuocationem nominis Dei, illa permanceat in nobis in æternum, vt non polluamus eam, sed semper simus sancti, vt sicut tunc effecti fuimus sancti, ita, in perpetuo sancti maneamus. Vel aliter, SANCTIFICETVR NOMEN TVVM: Intelligatur à nobis quæ sanctitatis sit nomen tuum: id est, sanctum habeatur in omnibus operibus nostris, vt dum tuam sanctitatem colimus, peccare timeamus. Vel aliter: est modò aliquis Christianus bonus qui facit bona opera: videt hoc aliquis Paganus aut Iudæus & dicit, Benedictus Deus qui talem seruum habet tunc nomen Dei sanctificatur, id est, laudatur per illum bonum Christianum. Et è contra est malus: videt eum, Paganus, mala operari, & dicit, Certè ecce malus Christianus! Si enim non sumus boni, nomen Dei blasphematur per nos, iuxta quod Paulus ait, *nomen Dei blasphematur per vos, in Gentibus*. Nos autem precamur vt sanctificetur nomen Dei: id est, laudetur & glorificetur in opere nostro. Quicquid boni agimus, ad laudem eius referatur: quicquid mali agimus, ad eius contumeliam. ADVENIAT REGNUM TVVM: Deus omnipotens semper regnat in cælo & in terra, & nos nescimus modò qualiter regnat, idcirco precamur vt veniat regnū illius. Quid est istud regnum Dei? Æterna beatitudo, de qua dicitur est electis, *venite benedicti Patris mei, & cætera*. Hoc regnum precamur: Et, qui ergo precatur vt veniat dies iudicij, valde debet preparatus esse. Vel aliter: Deus Omnipotens regnat in electis suis, per fidem, spem, & charitatem & cætera bona: & è contra, Diabolus regnat per luxuriam, per ebrietatē per odiū, & cætera mala: idcirco precamur Deū, vt ipse regnet in nobis per iustitiam, non, Diabolus, per peccatum. FIAT VOLUNTAS TVA SICVT IN COELO ET IN TERRA: Sicut in cælo, id est, in Angelis qui nunquam peccauerūt, tua voluntas bona est, & illorum officium acceptabile habes, sic fiat voluntas tua in hominibus in terra, vt illorum officium placeat tibi simili modo. Vel alio modo: Per cælū, intelligitur Dominus Iesus Christus, per terram, sancta Ecclesia. Scimus sicut vir distat à muliere, & sicut cælum à terra à quo accipit terra omnem vbertatem, sic & sancta Ecclesia, quicquid boni habet, à viro suo Christo accipit, iuxta quod scriptum est, *omne datum optimum & omne donum perfectum, de sursum est*. Ad Deum Patrem dicitur, sicut est voluntas tua in cælo, id est, in omnibus iustis: ita fiat in terra, id est, in Ecclesia quæ est

Matt. 25.

Iac. 1. 17.

corpus eius. Vel: sicut est voluntas tua in cælo, id est, in omnibus iustis: ita fiat in terra, id est, in peccatoribus, vt & ipsi valeant tibi placere per penitentiam. Vel, fiat voluntas tua, sicut in cælo: hoc est, in mentibus nostris: ita fiat in terra, hoc est, in corporibus. PANEM NOSTRVM QVOTIDIANVM DA NOBIS HODIE: Pan, Græcè ἄρτος, Latine, torum vel Omne dicitur: & ab eo quod est pan, deriuatur panis. Et ideo, per panem, intelligere possumus omnia necessaria tam in cibo quàm in potu, in vestimento, omnique subsidio temporali. Panis quotidianus dicitur, quia quotidie necessarius nobis est. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*: id est, omnia quæ nobis sunt necessaria tam ad victum quàm ad vestitū tribue nobis hodie, id est, omni tempore. Vel aliter, Panem hic possumus intelligere, Corpus & Sanguinem Domini, de quo ipse dicit alibi, *nisi quis manducauerit corpus meum, & bibit sanguinem meum, ipse in me manet & ego in eum*. Precamur itaque vt det nobis Carnem & Sanguinem suum ad manducandum, vt, per illud quod visibiliter sumimus, illud quod non videmus in nobis suscipere possimus: id est, Deum omnipotentem, iuxta quod ipse dicit, *Qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meum, ipse in me manet & ego in eum*. Illud quod dicitur, hodie, non possumus referre generaliter ad Corpus & Sanguinem domini, quia sunt tales qui non possunt quotidie communicare: nam, aut aliqua discordia contra Proximum commaculati, aut nocturnali pollutione coinquinati homines, sunt qui non possunt semper esse parati: è contra, sunt tales qui quotidie possunt communicare. Illis cōuenit quod Dominus dixit Zachæo, *hodie in domo tua oportet me manere*, & quod suscepit eum gaudens in domum suam, quia illi tales, cum gaudio debent Corpus & Sanguinem Domini sumere. Illi verò qui quotidie non possunt communicare, possunt dicere cum Centurione, *Domine nō sum dignus vt intres sub tectum meum hodie*, intrabis alia die. Sunt etiam tales qui nolentes à sua iniquitate recedere, abstinere se à Corpore & Sanguine Domini, causa humilitatis: talibus prædicans B. Augustinus, dicit, *Frater, placeat mihi humilitas vestra, qui timetis accedere ad Corpus & Sanguinem domini, sed melius est vt ab iniquitatibus vestris recederetis, vt mundi affecti per penitentiam, Corpus & Sanguinem Domini sumeretis: quandiu non acceditis, non mihi placet*. Dicamus aliter, *Panem nostrum quotidianum*: Per panem, possumus accipere diuina eloquia, scientiam Legis, & Prophetarum, psalmodum, & Euangelij. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*: id est, omni tempore vitæ nostræ, refice nos de doctrina Sāctarum Scripturarum: quia sicut corporeo cibo reficitur corpus, sic spirituali cibo reficitur anima ad amorem & agnitionē illius. ET DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA SICVT ET NOS DIMITTIMVS DEBITORIBVS NOSTRIS: Debita intelliguntur hic peccata. Duobus verò modis sumus debitorum Dei: aut faciendo ea quæ ipse prohibuit fieri, aut non faciendo quæ iussit fieri. Ipse dicit in Euangelio, *diliges Proximum tuum sicut teipsum & Dominum tuum, ex toto corde, tota anima, tota virtute*. nos Non diligimus Proximum, sicut ipse præcepit, neque Deum. Ergo debitorum sumus: id est peccatores. Ipse dicit: *honora patrem tuum & matrem, vt sis*

Sic etiā Iustorum, Originum, Lib. 20. Cap. 2.

Ioh. 6.

Quinam, Sacramentum corporis Christi, communicate nō possunt.

Luc. 19. 5.

Matt. 8. 8.

Luc. 11. 3.

Matt. 5.

Ex. 20. Epp. 6.

sis

sis longæuus *super terram*: nos non facimus hoc: ergo debitorum sumus, id est, peccatores. Hæc sunt quæ præcepit Dominus fieri: *non occides, non adulterabis, non furtum facies, non periurabis*: nos facimus talia, quæ Dominus prohibuit fieri, Debitorum sumus. Hic admonemur, & quid petamus & quid faciamus vt accipere mereamur. ET NE NOS INDVCA IN TENTATIONEM: Petimus ne deserti eius adiutorio, alicui tentationi vel conscentiamus decepti, vel cedamus afflicti. SED LIBERA NOS A MALO: Hic admonemur cogitare, nondum nos esse in eo bono in quo nullum patiamur malum. Quæ petitio: ita latè pater, vt homo Christianus in qualibet tribulatione cōsistutus, in hoc gemitus edat, in hoc lachrymas fundat, in hoc exordiat, in hoc immoretur, ad hoc reminet Orationem. AMEN: signaculum Dominicæ Orationis, quod interpretatur, verè, siue, fideliter. Attestatio est veritatis, quod ex Apostolica traditione etiam ad cæteras Orationes cōsuetè responderet Ecclesia; sicut Apostolus ad Corinthios scribit, dicens: *si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiotæ, quo modo dicit Amen, super tuam benedictionem? quoniam quidem nescit quid dicas!* Ex quo ostendit, non posse Idiotam respondere verum esse quod dicitur, nisi ante intellexerit. Post Orationem Dominicam, quam (ad contemplationem perfecti mysterij) tota ad Deum fundit Ecclesia, Sequitur in conclusione eiusdem orationis, Sacerdos, & dicit LIBERA NOS QVÆSVMVVS DOMINE AB OMNIBVS MALIS, PRÆTERITIS, PRÆSENTIBVS, ET FUTVRIS: In quibus verbis, mala præterita quibus liberari petimus, peccata nostra transacta intelligenda sunt quorum, etsi actio iam cessauit in nobis, tamen reatus manet nisi diuina indulgentia deleatur. Vnde admonet Scriptura, dicens; *Fili, peccasti: non adicias iterum, sed & de præteritis deprecare, vt tibi dimittantur*. Mala verò præsentia, quia quotidie peccamus, & quotidie necesse habemus dicere, *dimitte nobis debita nostra*, possunt intelligi quotidiana peccata nostra, & in animo accidentes sæpe diuersi languores, & afflictiones in corpore, & extrinsecus irruentes innumeræ calamitates, vt fames, pestilentia, gladius, & cætera huiusmodi pericula. Quæ omnia quotiescunque patimur, eius debemus implorare auxilium, qui solus, sua pietate, & animas & corpora curat, & nouit quando filiis quos ad hæreditatem æternam præparat, & flagellum correctionis & dulcedinem consolationis adhibeat. Futura etiam mala quid aliud intelligenda sunt, nisi quæcunque nobis accidere possunt, salutis & paci contraria; siue per tentationes Diaboli, siue per aduersitates & misérias sæculi? Et maximè, illa pro quibus effugiendis præcipue orare debemus; vt liberemur à ventura ira, à damnatione æterna; quæ sine dubio, malis constat esse futura. Orat ergo hic Sacerdos, immò & cum Sacerdote Ecclesia, vt in fine orationis Dominicæ dictum est, *sed libera nos à malo*, ita nobis per Dei misericordiam præstetur vt liberemur ab omnibus malis: id est; quæ nobis vel in præterito acciderunt, vel in præsentem accidunt,

1. Cor. 14. 16.

vel in futuro accidere posse formidantur. Vnde & Dominus sciens fragilitatem nostram in tantis periculis constitutam, misericorditer admonet dicens; *Vigilate & orate ne intretis in tentationem*: Et iterum; *Vigilate itaque omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia que futura sunt, & stare ante filium hominis*. Sequitur Sacerdos & dicit: ET INTERCEDENTE PRO NOBIS BEATA ET GLORIOSA SEMPER QVÆ VIRGINE DEI GENITRICE MARIA, ET BEATIS APOSTOLIS TVIS PETRO ET PAULO ATQVÆ ANDREA, DA PROPITIVS PACEM IN DIEBV NOSTRIS, VT OPE MISERICORDIÆ TVÆ ADIVTI, ET A PECCATO SIMVS SEMPER LIBERI, ET AB OMNI PERTVRBATIONE SECVRI. Præcepit populo Israëlitico Dominus, cum detineretur in Babylonia seruitute captiuus, dicens inter alia, per Ieremiam Prophetam: *Et orate pro pace ciuitatis ad quam transmigrare vos feci, quia in pace ipsius erit pax vobis*. Similiter autem & Apostolus, populum Ecclesiæ exhortatur, dicens; *Vollo igitur primò omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro Regibus & ijs qui in sublimitate sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate*. Iuxta hanc ergo formam, & per Prophetam & per Apostolum constitutam diuinitus; populus Fidelium in huius sæculi peregrinatione, (tanquam in Babylone captiuus, & patriæ supernæ suspirans) orat etiam pro pace temporali, ne impediatur à pace spirituali & æternali; vt remotis per Dei pietatem Persecutionibus, seditionibus, hostilitatibus, quietam & tranquillam vitam hanc agat Ecclesia in omni pietate. Et hoc orat, generali obseruantia, sine intermissione, in omni Dominica Oblatione; in qua, iuxta præceptum Apostolicum, obsecrationes suas & orationes, & postulationes, & gratiarum actiones offert Deo. Hoc autem, paucissimis, sed eminentissimis Sanctis nominatis à Deo exorat: videlicet, vt intercedente imprimis Dei genitrice, per quam humano generi salus exorta est; & beatis Apostolis, Petro & Paulo atque Andrea, impetrare mereatur. In qua postulatione, non cæterorum intercessio Sanctorum prætermittitur; sed in istorum commemoratione, omnium suffragia expetuntur: quia omnes, ita sibi in Deo sociati & vni existunt, ita omnes vnum desiderant & rogant pro salute hominum, vt & in vno omnes pariter habeantur, & in vno omnes pariter neglegantur. Non enim amant Sancti, suos electores; si suorum sociorum eos inuenerint desertores: magisque offensurus est, quisquis ita agendum putat, eos ad quos se contulerit; quàm eos à quibus abstulerit. Vnitatem enim gaudent, & in Christo vnum sunt. Quid ergo dicit Ecclesiæ; DA PROPITIVS PACEM IN DIEBV NOSTRIS: Manifestè, iuxta exemplum quod in Isaia legitur, hoc facit. Cum enim prædixisset idem Propheta, Ezechia Regi iusto, venturæ captiuitatis mala; compunctus respondit; *bonum verbum Domini quod locutus est; fiat tantum pax & veritas in diebus meis*: videlicet, futura, humiliter Dei iudicio referuare; de præsentem verò, quod ad

Luc. 22. 46.

Hier. 14. 9.

1. Tim. 2. 1.

suam & populi salutem pertinebat, deprecans. *fiat, inquit, pax & veritas in diebus meis: Pax, ne regni tranquillitas ab hostibus turbaretur: Veritas vero, ut in ipsa pace, Dei cultus & religionis veritas servaretur.* Vnde & Apostolus, ubi hoc orari præcipit, utrumque simul posuit; *ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate:* Nam quietas & tranquillitas, pertinet ad pacem; pietas, ad divini cultus religionem. Ita ergo, & Ecclesia deprecatur pacem fieri in diebus nostris; quod & post nos, alij, & post ipsos, alij usque ad consummationem sæculi, utique similiter orabunt. Cur autem ipsam pacem postulet, subiungit: videlicet, *UT OPE, id est, auxilio & protectione MISERICORDIÆ Dei, ADIVTI:* quantum ad interiorum religionis devotionem pertinet. *SIMVS SEMPER A PECCATO LIBERI,* quantum verò ad exteriorum pacem, simul etiam *AB OMNI PERTURBATIONE SECVRI.* Nam pax, in qua non divinx religioni, sed mundanæ cupiditati servitur, non est Iustorum, sed iniquorum de quibus Psalmista ait, *Quia zelavi in peccatoribus, pacem peccatorum videns.* Sequitur, & quod in ista, & in omnibus ferè orationibus Ecclesiasticis in conclusione subiungi solet; *PER DOMINVM NOSTRVM IESVM CHRISTVM FILIVM TVVM, QVI TECVM VIVIT ET REGNAT DEVS IN VNITATE SPIRITVS-SANCTI, PER OMNIA SÆCVLA SÆCVLORVM:* quod utique certa ratione (ut sæpè dictum est) Catholica concelebrat Ecclesia, propter illud utique Sacramentum quo mediator Dei & hominum, factus est homo Christus Iesus Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, qui per propriam sanguinem semel introiit in Sancta, utique non manu facta, sed in ipsum cælum ubi est in dextera Dei & interpellat pro nobis. Per ipsum ergo, hostiam laudis atque orationis offerimus qui per eius mortem reconciliati sumus cum inimici effemur. Christus namque in forma Dei permanentis, unigenitus Deus cui cum Patre hostias offerimus; formam serui accipiens, Sacerdos factus est: per quem, hostiam viuam, sanctam, Deo placentem offerre possimus. Nec tamen, à nobis, hostia offerri potuisset, si Christus, pro nobis factus hostia non fuisset. Cum verò dicimus, *FILIVM TVVM,* & adiciamus; *QVI TECVM VIVIT ET REGNAT DEVS IN VNITATE SPIRITVS-SANCTI:* illam utique unitatem commemoramus, quam naturaliter habet & Filius & Spiritus sanctus. Vbi ostenditur quòd idem ipse Christus pro nobis, Sacerdotali functus est officio, cui naturalis est unitas cum Patre & Spiritu sancto. Cum verò; *IN VNITATE SPIRITVS-SANCTI DICIMVS,* vnã naturam Spiritus sancti, cum Patre Filioque monstramus. Unitas autem naturæ: quid aliud quàm Trinitatem vnum Deum, & & ex hoc, vnum ostendit & regnum? Vbi autem regni, naturalis est unitas, vna regnandi permanet & potestas. Viuit ergo & regnat Chri-

stus Dominus noster, cum Patre in unitate Spiritus sancti, per omnia sæcula sæculorum. De quo & in Euangelio, ad beatam Mariam, Angelus dicit; *& regni eius non erit finis.* Hac oratione expleta, commiscens Sacerdos Dominicam oblationem, ut calix Domini totam plenitudinem contineat Sacramenti, tanquam per eiusdem mysterij copulationem, imprecatur Ecclesiæ pacem, dicens, *PAX DOMINI SIT SEMPER VOBISCVM:* cui tantum bonum, etiam Ecclesia imprecatur respondens, *ET CVM SPIRITV TVO.* Quid est autem pax Domini, nisi pax Christi? Pax autem Christi, finem temporis non habet, & ipsa est omnis piæ actionis intentionisque perfectio. Propter hanc; spiritum eius, pignus accipimus: propter hanc, in eum credimus & speramus, & amore ipsius quantum donat accendimur: propter hanc denique, omnem tribulationem fortiter toleramus, ut in in ea, feliciter, sine tribulatione regnemus. Vera enim pax unitatem facit, quoniam, qui adheret Domino, vnus spiritus est. Imprecata igitur pace, incipiens à Sacerdote, dat sibi mutuum omnis Ecclesia osculum pacis, ut omnibus vera pace vnitis fiat in eis locus Dei sicut dicitur in Psalmo, *& factus est in pace locus eius,* & impleatur in Ecclesia quod alibi Psalmista dicit, *Deus in loco sancto suo, Deus inhabitare facit manimes in domo.* Et hoc utique ex traditione Apostolorum seruat Ecclesia, cui frequenter ab eis dicitur *Salutate inuicem in osculo sancto:* id est, osculo vero, osculo pacifico, osculo columbino, non ficto, nec subdolo, quali versus est Ioab ad occidentum Amasam, quali Iudas ad tradendum Saluatorem, quali vruntur ij qui loquuntur pacem cum Proximo suo, mala autem sunt in cordibus eorum. Illi ergo, osculo sancto salutant se inuicem, qui non diligunt verbo nec lingua, sed opere & veritate. Inter hæc omnia, cantatur ab omnibus, & cantando oratur, dicentibus: *AGNVS DEI QVI TOLLIS PECCATA MVNDI MISERERE NOBIS:* nullus enim tollit peccata, nisi ille de quo dictum est, *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum Mundi.* Cui, nullum bonum hominis, impossibile, nullum malum, est insanabile. Quomodo autem peccata Mundi tollat, Apostolus Petrus ostendit, qui ait, non corruptibilibus argento vel auro redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni incontaminati & immaculati Christi. Et in Apocalypsi, Iohannes Apostolus, qui dilexit, nos, inquit, *& lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo,* Non solum autè lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, quando sanguinè suum dedit pro nobis in cruce, vel quando quisque nostrum in mysterio sacrosanctæ Passionis illius, baptismi aquis ablutus est, veruntia quotidiè tollit peccata mundi, lauatq; nos à peccatis nostris quotidianis in sanguine suo, cum eiusdè beatæ Passionis, ad altare, memoria replicatur. Post hæc ergo, sùpta eucharistia, id est bona gratia (gratia enim dei, pro omnibus gustauit mortem) &

1. a. 37. 2.

1. Tim. 2.

Pax iniquo rã, quæ hic.

Psal. 72. 3.

Hebr. 9. 12.

Luc. 1. 77.

1. Co. 6. 17.

Ecclesia omnis, dat sibi, mutuum pacis osculum in missa.

Psal. 75. 3.

Psal. 67. 6.

Ro. 16. 16. 1. Co. 16. 20. 2. Cor. 13. 4. 1. Petr. 1. 4. 1. Theol. 5. 25.

2. Re. 20. 9.

Luc. 22. 48.

Psal. 27. 3.

1. Ioh. 3. 12.

10. 1. 29.

& celebrata gratiarum actione; responderetur ab omnibus. *A MEN.* Hæc est enim clara vox sanguinis Christi, quam sanguis iste exprimit ex ore Fidelium eodem sanguine redemptorum. Finitis verò omnibus, adstanti & obseruanti populo, absolutio datur inclamante Diacono: *ITÈ MISSA EST.* Missa igitur, nihil aliud intelligitur quàm Dimissio: id est, absolutio: quam celebratis omnibus, tunc Diaconus esse pronuntiat finitam, cum populus à solemnibus obseruatione dimittitur. Vnde & Missam Cathecuminarum, canones dicunt, quando post Euangelij

lectionem incipiunt celebrari sacra mysteria, quibus nullum (nisi baptismi fonte regeneratum) interesse licet. Tunc enim clamante Diacono, Cathecumini mittebantur, id est dimittebantur foras. Missa ergo Cathecuminarum fiebat ante actionem Sacramentorum: Missa fidelium fit post confectionem & participationem eorundem Sacramentorum. *A MEN:* per hoc quod dicitur *Amen,* id est, *ita,* vel *verè* creduntur, omnia quæ in ministerio Missæ peracta videntur, à Domino esse recepta.

Missæ Cathecuminarum, & fidelium, quæ fit.

Explicit. D. Remigij Antissiodorensis Episcopi Missæ Expositio.

D. PHOTII PATHRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI, NOMOCANON: CVM COMMENTARIIS D. THEODORI BALSAMONIS, Pathriarchæ Anthiocheni, Gentiano Herueto, Aurelio, Interprete.

Causa Legendi Sic quæ auctoris scriptura

D. THEODORI PATRIARCHÆ ANTIOCHENI AD SANCTISSIMVM PATRIARCHAM DOMINVM Georgium Xiphilinum, carmen.

PERQVAM piæ traditiones canonum In vasto ego Mari tremens Atlantico, Peruasi, ut Ascreus Charybdin hospes traicit, Vel rubrum ut pelagus Israelites senex, Tuæ manûs dextra stabilis gratia, O Patriarcharum valde piæ decus: Vnde bacilli mystici calamo louans Illorum inaccessum itiner bifariam, Ipse in duobus tradidi scripto libris,

Quæ canonica & discipline sunt opera. Te rogo qui bonis nites actionibus, Et luce doctrinæ cunctos illuminas, Huius libri columna itineris ut sis, Aegyptiorum mores quidem excusulans, Verum in salutis via lucem porrigens. Hæc tibi scribo Theodorus Balsamon, Qui Patriarcha sum religionis inclitæ Antiochiæ, atque ad eam orientis totius.

INTERPRETATIO DIVINORVM ET SACRORVM

Canonum, sanctorum & benedictorum Apostolorum, & sanctorum Oecumenicarum synodorum, etiam localium seu particularium, & reliquorum sanctorum Patrum: præterea autem etiam declaratio earum legum quæ sitæ sunt in quatuordecim titulis positæ in principio Canonum, ut sciatur quænam sint in usu, & quæ non sint: iussu Imperatorio & Patriarchali, elaborata à Theodoro humili Diacono, Dei magnæ Ecclesiæ Nomophylace, & primo Blachernorum, Cartophylace, Balsamon, nomine.



OBEDITE Rectoribus vestris & tur, & ante Canones in summa redacta sunt, diligenter examinarem, & quæ in eis sitæ leges in usu habentur, declararem: quæ verò exoleuerunt, & non in postrema legum purgatione, quæ ab illustri Imperatore Domino Constantino Porphyrogeneta facta est, receptæ sunt, doceremus: ne qui forte in eas incidentes, leges quæ exoleuerunt, tanquam adhuc validas & usitatas recipiant, & tanquam qui à via recta & regia aberrent, illinc reuertantur. Quod ne præ dicto quoque sanctissimo Domino nostro, omnium qui nostro tempore fuerunt, sapientissimo accideret, in periculum venit, in causa Metropolitani illius Amasæ Domini Leonis: præfens opus aggredi sumus, eorum auxilio & orationibus freti qui hoc nobis commiserunt. Ac primum quidem leges quæ in dictis xiiij. Titulis à Photio scriptæ sunt, qui hoc Nomocanonum ante legum purgationem composuit, diligenter inspectas in duo diuisimus, & declarauimus quænam

in usu habeantur, ut quæ in Sexaginta librorum Imperialium A fundamento sita sunt: & quæ, ut in repurgatione non admiffæ, omnino exoleuerunt. Deinde etiam declarauimus, quænam ex ijs in quinquaginta libris Digestorum, & duodecim libris Codicis antea sita, nunc in quibus libris & titulis Imp. collocatae inueniuntur. Similiter & quæ in his contraria esse videntur, ex veteri interpretatione, & pro exigua nostra cognitione soluiimus, sicut etiam quæ ex Iustino. Nouellis in repurgatione non admiffæ fuerunt: quæ tamen à Phorio tanquã

uſitata deſcriptæ ſunt, ut petri offenſionis, ſuſtulimus. Porro alia etiam ſilia & quæ in uſu decreta, poſt repurgatione recepta ex Imp. uſibus, & notis & nouellis decretis, & ex Synodalibus etiam actiõibus in hoc opere collocauimus, ut qui in id incidunt ſint in tuto, & nec ab eo moueri aut labefactari queant. Si quid itaque quod non oportet forte ſcriptũ ſit, uel in his, uel in Canonum interpretationibus, merito ei uenia detur: neque enim à noſtro incepto, ſed à neceſſaria obediẽtia, tam magnum opus proſectum eſt.

D. PHOTII PATHRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI, NOMOCANONIS TITVLVS PRIMVS, DE THEOLOGIA, ET FIDE ORTHODOXA, ET CANONIBVS ET ORDINATIONIBVS.

Cap. 1.

DE Theologia, & fide orthodoxa, & canonibus & ordinationibus, Apostolorum canon 49: & l. synodi Constantinopolitani canõ primus, & quintæ synodi Ephelinæ canon 7. syn. Carth. canon 2. syn. sextæ canon 1. 63. 81. liber primus Codicis, tit. primus.

Cap. 2.

BA L S. Prima constitutio primi tituli primi libri Codicis, est caput primum primi libri Imperialium, quod sic dicit: Christianus est, qui credit uiam esse diuinitatem in aequali potestate, patris & filij & spiritus sancti. Qui enim præterea quæ dicta sunt opinatur, est hæreticus.

Cap. 3.

Quot canones sunt seruandi, syn. Chal. canon primus, syn. Carthag. canon primus, synodi sextæ canon 2. synodi Nicenæ secundæ can. 2. Tertia constitutio 2. tit. Nouellarum, uult septem synodorum canones & eorum decreta seruari ut diuinas scripturas. In primo autem lib. Codicis, tit. 3. constitutione 44. & prima & secunda constitutione primi tit. Nouellarum, partim quidem quod canones seruantur ut leges: partim autem quod leges sequuntur canones, & liber primus, tit. 2. constitutio 12. quod pragmatici typi qui aduersantur cano-nibus, sunt infirmi & inualidi.

L. Priuileg. C. de fac. eccl.

Cap. 4.

BA L S. Tertia constitutio ij. tituli Nouellarum, est Iustini Nouella 131. quæ sita est in lib. v. Imperial. tit. 1. cap. 1. responso primo, quod sic habet: Decernimus ut sancti ecclesiasticos canones, legum vim habeant, qui à sanctis septem synodis expostiti fuerunt, hoc est à Nicenæ, in qua Arius infanus anathemate percussus est: & ab ea quæ fuit Constantinopolitana cl. patrum, à quibus spiritus sancti inimicus Macedonius notatus est: & ab Ephesina, in qua Nestorius condemnatus est: & à Chalcedonensi, in qua Eutyches cum Nestorio, anathemate iectus est: præterea autem à Constantinopolitana ij. per quem Origenes cum suis scriptis, & alij etiam impij, notati traductique sunt: & præterea à Constantinopolitana tertia, quæ de multis hæresibus triumphas priorum sanctorum synodorum decreta confirmauit, & in primis Nicenæ secundæ, à qua qui aduersus sanctas imagines rabiè perciti fuerunt, æquè ac præcedentes hæretici, à catholica Dei Ecclesia abdicati sunt. Prædictarum enim synodorum decreta, tanquã diuinas scripturas, recipimus, & canones ut leges seruamus.

Nota præsentem nouellã, quæ dicit tanquã leges seruari oportere, nõ solum qui à sanctis septem synodis editi sunt canones, sed eos etiã qui ab illis confirmati sunt, seu canones synodorum localium. Et lege secundã canonẽ 6. synodi, qui confirmat non solum locales, sed etiam scripta aliorum sanctorum.

Schol. De legibus quæ in secundo præsentis capite declaratae sunt, quæ par erat scripta sunt. Scias autem quod aliqui

diuerso modo dicebant, idque coram sancto nostro Imperatore, nõ debere seruari canones ubi legibus aduersantur, eo quod hi conscripti fuerint ante repurgationem, & ita excoluisse qui eis nõ consentiunt. Alij uero allatis canonibus qui legi aduersantur, & præsentis allegata 131. Nouella, quæ in v. Imperialium libro sita est, tit. 3. cap. 1. quæ dicit canones seruandos esse ut leges, & ut diuinas scripturas, os eis obdurarunt qui ipsis aduersabantur. Quando illis etiam dicentibus non esse hanc admittendam Nouellam, ut quæ à Iustiniano facta esse dicitur, meminere autem etiam synodorum, quæ factæ sunt post Iustinianum, & ita absurdum quidpiam ex eo probantibus, ipsi ex hoc etiam magis comprehendere dicebant, quod quæ hac Nouella continetur, ut propria adiciuerit Imperator, qui fecit legum inquisitionem & repurgationem. Nisi enim ita esset, nõ etiam posteriorum synodorum canones ut leges seruari oportere adiciisset, sed hanc etiã ut alias Iustiniani nouellas, abrogasset, eo ipso quod eam in Imp. non collocasset, quod apud sanctum quoque Imperatorem receptum est. Nota præsentem interpretationem tenens memoria, & dic canones plus quàm leges ualere. Canones enim ab Imperatoribus & sanctis patribus editi, tanquã diuina scripturae recipiuntur: leges autem à solis Imperatoribus receptæ, uel compositæ sunt, & propterea vim non obtinebunt aduersus diuinas scripturas seu canones.

Quod ecclesiastica non scripta consuetudo, tanquam lex seruanda, sit, & quod nõ necesse habemus seruare legem Moſaicam, synod. sextæ canon 82. Basil. ex epistola ad Diodorum, & ex 27. & ex 29. cap. epistolarum ad Amphilo-chium de sancto spiritu. In iure etiam ciuili consuetudo tanquam lex non scripta vim obtinet, quando & in iudicio confirmata fuerit, & quando legi non scriptæ aduersatur. Sin autem in aliquibus locis, eius quod quæritur consuetudo inueniri non potest, tunc oportet ut bis Romæ sequi consuetudinem, ut dicit libri primi Digestorum titulus tertius. Inuentum est autem etiam in l. libro tit. 17. quod difficiliter quidẽ, sed æquitate tamen exigente, consuetudinem transgredimur.

BA L S. Leges autem iij. tit. Digestorum sunt in libro 52. Imperial. tit. primo cap. 41. quod sic dicit: De quibus lex scripta non est, seruare oportet morem & consuetudinem, sin autem hoc quoque deficit, ea quæ accedunt, & ei quod quæritur sunt similia, sequi oportet. Sin autem ne hæc quidem inueniuntur, tunc seruare oportet ius quo Roma utitur. & decretum secundum, quod antiqua consuetudo pro lege seruatur. & tertium, quod quemadmodum, lex uel scripta, uel sine scripto fertur, ita etiam eius abrogatio fit uel lege scripta, uel non scripta, id est de consuetudine &

Cap. 5.

L. De quibus.

L. ne consuetudine. &

L. si de interpretatione. ff. de legibus & testat. c. 6.

L. Et si non habet. ff. De verb. & retum.

not.

non utendo, Et cap. xlij. Longa consuetudo pro lege seruatur, ubi lex scripta non est. & cap. xlij. Tunc ueretur alicuius ciuitatis uel provincie consuetudine, quando controuersia de eare in iudicio mota confirmata fuerit. & cap. xliij. Et quæ longa consuetudine approbata, & multis annis seruata sunt, non minore uim habent quàm scriptæ leges. Et cap. xlvi. In legum interpretatione, uerbis consuetudo attendenda est. Et cap. xlvij. Et quomodo in similibus perpetuo indicatum est. Docet autem Stephanus in cap. xlij. doctrinam optimam: & soluit eas quæ de non scripta consuetudine apparent repugnantias, sic dicens: Diuturna consuetudo tunc tanquam lex seruatur, quando legi scriptæ non aduersatur. Nec existimes hoc esse contrarium fini præcedentis legis Digestorum. Illic enim de defuetudine loquens, dicit quod ipsa potest legem tollere. hic autem de consuetudine loquitur, & dicit quod consuetudo nouam legem non inducit si alicui ueteri legi repugnat, fieri enim potest ut ex defuetudine quidem lege non utamur, non tamen contraria utamur. Nota ergo hanc doctrinam, quæ & pulchra est, & est in iudicijs frequens. Est & caput clxxxij. tertij tituli ij. libri Imperial. quod sic habet: Difficiliter quidem, æquitate tamen exigente mutamus consuetudinem. Sed tu hanc quoque legem interpretare conuenienter legibus retrò scriptis, scilicet in præsentis tertio capite, & dic longam consuetudinem propter aliquam utilitatem mutari, quoad ea non fuerit confirmata & approbata in iudicijs, nec tanquam lex scripta uim & potestatem obtinuerit. Propterea enim hic quoque ad eum est illud, Difficiliter quidem, sed æquitate tamen exigente consuetudinem immutamus. Nota quod cum diuersæ leges de longa consuetudine sanciant, & inter se inuicem repugnent, ut patet cum aliæ quidem dicant longam consuetudinem in iudicio confirmatam esse inuadendam quia legi scriptæ aduersatur: aliæ uero eam seruari iubent etiam si legi scriptæ aduersatur, præsentis sextum decretum xlij. cap. prim. tit. ij. libro Imp. soluit hanc repugnantiam. Dicit enim leges quidem statui scriptis, & sine scriptis: similiter etiam abrogari: & introduci etiam quidem legem, per defuetudinem ex non scripta consuetudine procedentem, ut quæ subiectis grauis esset, propter benignitatem sublata esse. Per consuetudinem autem, seu legem non scriptam abrogari legem, non exoleuisse, quod benigna legi aduersatur. Ita solue eam, quæ uidetur, repugnantiam in dicto capite, per interpretationem Stephani, & legis quæ dicit: Benignus esse leges interpretandas. Hæc autem accipe de illa consuetudine, quæ in iudicio confirmata est. Non est lex scripta, quæ decernat, ut quæ uult tonderi, & à proprio marito se iungi, non eo ipso tondatur, sed in Monasterium abducatur, & trimestri tempore probetur, num leui aliqua temeritate adducta tonderi petierit. Sed ex non scripta consuetudine sæpe in iudicio probata & confirmata cautum est, ne mulieri alias tonderi permittatur, quam si post tres menses interrogata, in bono hoc proposito perseueret. Et fuerunt hæc quidem satis examinata in tribunalibus Imperatorij. Cum multi enim dicerent uxorem illius Pyrrho egeorgij debere eo ipso tonderi, quod esset firmi ac solidi iudicij, ut quæ nata esset annos quadraginta: non esset autem lex scripta de trimestri spatio, à Deo coronatus optimus & sanctus noster Imperator, longam consuetudinem, ut dictum est, confirmatam pro lege scripta accepit, & declaratorio edicto confirmauit. Quare non scripta consuetudo tunc demum transitur æquitate exigente, id est iustis causis propositis, quando non iudiciaria disceptatione confirmata fuerit. Vidi enim non scriptam consuetudinem quæ non sic confirmata fuerat, fuisse infirmatam. Cum enim mos esset ut qui ex Laicis sacerdotibus Monachi facti fuerant, & ad sacerdotum ministerium prius adscripti erant, etiam post uitam Monasticam in corporis ministeriorum catalogo perma-

nerent, & uia cum Laicis sacerdotibus uersarentur, sanctissimus noster Dominus Michael longam hanc consuetudinem pro nihilo habuit, & statuit ut ex Laicis solum sacerdotibus ministeria constarent, Monachi autem in suis ministerijs assiderent. Cum esset consuetudo, ut Iudæi apud solum rē uerē Prætozem litigarent, potens & sanctus noster Imperator statuit ut ij in omni foro ex legibus litigarent: & consuetudo pro nihilo reputata est, ut quæ non esset iure approbata ac confirmata.

Quod non ab vno Episcopo, sed à communitate canones eduntur, Basilij canon xlvij. circa finem. Gregorij Nysseni canon vj. circa medium.

De Patriarchis, & Metropolitanis, & iis qui dicuntur in Aphrica Priuari, Apostolorum canon xxxij. Synodi Nicenæ canon iij. vj. vij. Syn. Antioch. canon ix. Synodi Constantinopol. canon ij. ij. Synodi Ephelinæ canon viij. Synodi Chalced. canon ix. xvij. xxvij. Synodi Sardicenis canon iij. iij. v. Syn. Carth. can. xv. ij. xxxix. Syn. vj. can. xxxvj. xxxix.

De ordine Patriarcharum, eorumque qui ab ipsis, & reliquis Episcopis, ipsoꝝ ordinatione dati sunt: & quod Constantinopolis est omnium Ecclesiarum caput, lege librum primum Codicis tit. primũ. constitutionem vi. & tit. ij. Sexta autem ij. tit. primi libri constitutio dicit, quod Patriarcha Constantinopolitanus habet aliorum primatum: & vij. constitutio primiti. Nouellarum, & iij. ij. tit. faciunt primæ Iustinianæ Episcopum Archiepiscopum, & quod est maior Metropolitanus, & quod à Synodo ipse ordinatur, & quas habet prouincias.

BA L S. Caput vi. primi tit. v. libri Imp. Sic inquit: Oportet eos qui sunt in Illyrico de aliqua re canonica querentes, hanc ad Archiepiscopum Constantinopolitanum referre: & ab eius sacrosynodo & sancto iudicio diuinaque lege iudicari. Est Nouella Iustiniani cxxij. sita in lib. ij. Imp. tit. 1. cap. ix quod sic habet: Ante omnia autem illud seruandum decernimus, ut nullus per dationem auri uel aliarum rerum Episcopus ordinetur. Si quid autem eiusmodi peccatum fuerit, ipsi se ipsos, & qui dant, & qui accipiunt, & qui intercedant, ex diuinis scripturis diuini que canonibus condemnationi subiiciunt. Et ideo & qui dat, & qui accipit, & qui intercedit, à sacerdotio, uel à Cleri honore moneatur. Quod autem pro ea causa datum est, ab illa ecclesia uendatur, cuius uoluit sacerdotium emere. Sin autem etiam secularis fuerit qui pro hac causa accipit, uel pro ea intercedit, ab eo illa quæ data sunt in duplum exigi iubemus, Ecclesia uendicanda. Non solum autem ea quæ hoc modo data sunt uendicari iubemus, sed etiam omnem cautionem pro ea quocumque modo emissam, & pignorum uel fideiussorum obligationem, & omnem quamcumque actionem irritam & infirmam esse decernimus. Et præterea qui quod promissum est accipit, non solum id de quo conuertit est reddat, sed etiam aliud tantum quantum cõuentio comprehendit, ab eo exigatur, idque debet dari Ecclesie. Si quis autem Episcopus, siue ante propriam ordinationem, siue post, uel it res suas uel earum partem offerre Ecclesie, cuius sacerdotium accipit, non solum non prohibemus, & ab omni condemnatione præsentisque legis pœna liberum esse iubemus, sed omni etiam laudatione dignum esse censemus. Non est enim hoc emptio, sed oblatio. Tertia autem constitutio ij. tit. Nouellarum est Nouella Iustiniani cxxxi. quæ sita est in lib. v. Imp. tit. ij. cap. i. responso ij. quæ sic habet: Et ideo conuenienter eorum decretis decernimus, ut sanctissimus ueteris Romæ Papa sit primus omnium sacerdotum, beatissimus autem Archiepiscopus Con-

Cap. 4.

Cap. 5.

L. Omni inuouatione C. de fac. Eccl.

Auth. de sacros. Episcopis.

Auth. de Eccl. titu. coll. 9.

stantinopolis, quæ est noua Roma, secundum locum obtineat post sanctissimum thronum Apostolicum Romæ...

Auth. de Eccl. tit. paragr. A proprietate.

Cap. 6.

Quoniam, & ubi ordinantur Episcopi, vel Clerici, & si is qui est electus, Episcopatum per libellum renunciet, Apostolorum canon primus, secundus, xxxv. Synodi Nicenæ can. iij. Syn. Antioch. can. xij. xix. xxix. Synodi Laodicenæ can. v. xij. Syn. Ephesinæ can. viij. & epistola ad Synodum quæ erat in Pamphilia. Syn. Sardic. can. vj. Synodi Chalcedon. can. xxvij. Synodi Carthag. can. xij. xvij. xlix. lv. xcviij. Syn. vj. canon xxxij. xxxvij. Synodi Nicenæ ij. can. viij. Syn. j. & ij. Constantinopoli in æde sanctorum Apostolorum congregatæ can. xvj. Basilij epistola ad Chorepiscopos. Cyrilli ex epistola ad Dium, can. primus. iij. Theophili ex Commentario canon vj. Cyrilli ex epistola ad episcopos qui erant in libra & Pentapoli, can. j. iij.

Cap. 7.

Non esse multitudinem permitteudam sacerdotum electionem, Synod. Laodicæ can. xij. Syn. Nicenæ ij. can. iij.

Cap. 8.

De contradictione, quæ fit in ordinatione Episcopi, Synod. Antioch. can. xix. Synod. Carth. can. xlix. tit. primus Nouellar. Constitutio prima, ii. xvii. in quibus est etiam de contradictione ordinationis Clericorum & Præfectorum.

BALS. Prima enim constitutio primi tituli Nouellarum iubet ut fiant Episcoporum ordinationes coram vniuerso Ecclesia populo, ut liceat unicuique volenti contradicere. Et si quidem ante ordinationem facta sit contradictio, non prius ordinari quam facta fuerit examinatio, & nulli penitus crimini affinis inuentus fuerit: sin autem ante examinationem ordinatus fuerit, excidit à Sacerdotio vna cum eo qui ordinauit. Sin autem eum qui ordinationi contradixit esse calumniatorè apparuerit, vel is accusationem non prosecutus fuerit, perpetuo separetur à sancta communione ab eo qui ordinat: fiat autem ordinatio. Secunda autem constitutio eiusdem tituli dicit, quod est contradictio propter causam que potest ordinationi afferre impedimentum per leges & canones: & quod veraque parte præsentem sit examinatio, vel accusatore ad tres menses differente accusationem peragere, & quod Accusator non probans, vel aufugiens, eijcitur à prouincia in qua habitat. Si autem facta sit ordinatio ante examinationem, qui ordinatus quidem est, extenditur: qui autem ordinauit, anno prohibetur à diuino ministerio, & omnes eius facultates suæ Ecclesiæ applicentur.

Ad eandem consuetudinem vult eadem seruari etiam in ordinationibus Clericorum. Non ad eandem tituli constitutio dicit, quod si quis accusat eum qui est ordinandus, propter quamcumque causam, fiat prius persequentis accusatoris examinatio: sin autem ab sit, vel differat, is qui est ordinandus faciat intra tres menses inquisitionem: & si à crimine alienus apparuerit, præsentem vel absentem accusatore ordinetur. Et accusator, si quidem est Clericus, gradu eijcitur: sin autem Laicus, castigatur. Sin autem fiat ordinatio ante examinationem, & qui ordinauit, & qui ordinatus est, eijcuntur. Dicit autem eadem seruari in ordinatione Clericorum, & Episcoporum, & Præfectorum.

SGHOL. Prima constitutio pr. tit. Nouellarum est Nouella Iustiniani vj. & que non est posita in Imp. Secunda autem constitutio eiusdem tit. Nouellarum est Nouella Iustiniani cxxij. Hoc autem caput eius non est posita in Imp. Et xvij. constitutio primi tit. Nouellarum est Nouella Iustiniani cxxxvij. quæ sita est in libro tertio Imp. tit. j. cap. viij. quod sic habet: Si quis autem accusationem aliquam instituerit aduersus eum qui est ordinandus Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel alius Clericus, vel Præfector, propter quamcumque causam, differatur eiusmodi ordinatio, & fiat prius accusationis examinatio præsentem accusatore, & quæ delata sunt prosequere: sin autem ab sit vel differat accusator, sic quoque qui est ordinationem facturus, intra tres menses diligentissimam faciat examinationem. Et si eum qui delatus est accusatus esse reuenerit, siue diuini, siue nostris legibus, prohibeatur ordinatio. Si autem nulli crimini obnoxius inuentus fuerit, siue præsentem, siue etiam absentem accusatore fiat ordinatio. Accusator autem siue præsentem non probauerit, siue aufugerit, si sit quidam Clericus, de suo gradu deijciatur: sin autem sit Laicus, conuenientem correctionem subeat. Si quis autem ante examinationem accusatum ordinet, & qui ordinauit, & qui ordinatus est, sacerdos eijcitur. Nota ergo quod neque vj. Iustiniani Nouella, quæ perpetuo exilio subijcit accusatorem, nec cxxij. Nouella caput quod decernit de prouincia in qua habitat expellendum accusatorem, in Imp. receptæ sunt, sed benignius eiusdem Nouellæ caput, quod decernit eiusmodi calumniatorem, si sit quidem Laicus, castigandum: sin autem Clericus, deponendum. Sed etiam intra tres menses extendi accusationem aduersus eum qui est ordinandus, vel præsentem accusatore, vel absentem, speciale est propter utilitatem ordinationis. Existimo ergo quod leges posteriores, quæ statuerunt ut per xxx. dierum edicta eaque scripta, accesserunt accusatores. & reliquæ leges latæ de accusatoribus non habent locum in præsentem decreto. Si hoc enim datum fuerit, locum non habebit examinationem fieri oportere intra trimestre tempus. Scriptorum autem fiet datio absque ulla excusatione, accusatore per paucorum dierum denunciations seu citationes scriptis mandatas vocato.

De tempore intra quod oportet Episcopos ordinari, Syn. Chalced. can. xxv. Syn. vj. can. xliii. Secunda Nouella primi tit. Nouellarum dicit, quod si ii qui sunt ipsius ciuitatis, differant Episcopum ad sex vsque menses eligere, faciat ordinationem is cui competit, suæ animæ periculo, aliis omnibus obferuat.

BALS. Tempus, quod Episcopi ordinationis gratia à præsentem canone comprehenditur, dupliciter interpretatur. Nam xxv. canon Chalced. Syn. statuit, ut intra tres menses in vacantiis Ecclesiis Episcopi renunciarentur. Quartus decimus autem, anno sexto, Syn. docet de tempore atatis Episcopi. Trifregressio autem, illius quidem pænæ Ecclesiasticæ subijcit, huius autem, depositioni. Scias quod hac lege utens sanctissimus Dominus noster & vniuersalis Patriarcha Dominus Mi-

Auth. Quo modo oportet Episcopos. Auth. de Ecclesiast. diuers. tit.

Cap. 9. Aut. cxxij

chael, illum Amasæ Metropolitanum tribus edictis citauit pro eligendo Amnisi Episcopo, qui anno vno iam vacabat. Dicebat enim, quod quoniam tempus anni præterijt, & Amnisi Episcopus non est à Metropolitanis electus, sed etiam tria ad eum edicta emissâ sunt conuenienter huic decreto: is verò hoc non fecit, ipse, ut hac lege comprehenditur, bene eum elegerit, & eius qui erat, eligendus ordinationem fecerit. Quo etiam tempore cum quidam dicerent hanc Nouellam distinctionem non esse in Imp. receptam, & ideo exoluisse, ipse perstrit, dicens non esse eorum ut vel apex aboleretur ex ijs quæ in Nomocanone scripta sunt, quod inslar diuinarum tabularum ab Ecclesia reputatur. Sed cum ab ore Imperatoris hoc postea didicisset, & à principibus Senatus id quod prius dictum est audiisset, me ad præsentem opus conscribendum incitauit: ut in Proæmio declarauimus. Cum hæc ergo Nouella non sit in usu, locum habet xxv. canon. Syn. Chalced.

Cap. 10.

Non esse aliquem ordinandum Episcopum, vel Presbyterum, vel Diaconum, prius quam omnes qui sunt in domo sua Christianos orthodoxos fecerit, Syn. Carth. can. xxxvi, & xvij. constitutio v. tit. primi lib. & x. xi. tit. puniunt eos qui Samaritanos & Græcos baptizant, vxores autem suas & liberos qui sunt domi suæ, ad sanctum baptismum non adducunt.

BALS. Quæstio. Cum xxxvi. canon Carth. Syn. decernat, ne quis fiat Clericus, nisi omnes qui sunt domi suæ Christianos fecerit, quomodo præsentem constitutiones, quæ dicunt eos qui ex Græcis nati sunt fideles, puniendos, nisi vxores suas, & filios, & omnes qui sunt in sua adibus, non sunt in Imp. editæ maxime cum in Canone colliguntur: s o l. Constitutiones quidem in Imp. non sunt receptæ propter sancti Apostoli præceptum, quod decernit, ut non soluantur infidelium coniugium, si vnus ex ijs sit fidelis. Quis enim scit, inquit, an fidelis infidelis suam coniugem ad fidem tradiderit, & contra? Canon autem non vult ut is cum infideli cohabitet qui nunquam fuit infidelis, sed orthodoxus, multo autem magis post Clericatum, & ideo non permittit ut fiat Clericus. Porro alij quoque Canones non permittunt fidelibus, ut cum infideli matrimonio iungatur. Est ergo differentia inter eum qui est fidelis ad fidem conuersus, & eum qui est fidelis à natiuitate. Ille enim venia dignus censetur, ut qui suos cognatos infideles non eijcit, illos quoque sperans posse ad fidem orthodoxam conuertere. Hic verò punitur, ut qui vna cum infidelibus cohabitet, nec ei ut fiat Clericus permittitur. Lege etiam lxxij. canonem Syn. in Trullo, ita fideles diuidentem, & in sine hæc dicentem: Sanctificatus est vir infidelis in muliere. Sanctificatus est etiam mulier infidelis in viro. Lege etiam ex epistola ad Corinthios valde aptum de hac re locum qui dicit: Fratres, si quis sororem mulierem habeat infidelis, &c. & dic ex ijs omnibus, eum Sacerdotio dignum habendum, qui baptizatus est, & alios sanctificat, etiam antequam eos baptizauerit qui vna secum habitant.

1. Cor. 7.

Cap. 11.

De iis qui sunt Episcopi ex Laicis, Syn. Sardic. can. x. Syn. i. & ii. quæ in æde sanctorum Apostolorum congregata est, can. xvij. Secunda constitutio primi tit. Nouellarum non permittit ut ex Laicis statim Episcopus ordinetur, sed fiat prius Clericus, & maneat tribus mensibus docens scripturas & Canones. Prima autem eiusdem libri & tit. constitutio non vult ipsum minus quam sex mēibus prius Clericum vel Monachum factum esse.

Auth. de Ecclesiast. diuers. tit.

BALS. De ijs qui sunt Episcopi ex Laicis, in diuersis Iustiniani Nouellis multa scripta sunt: Exoluerunt autē omnia, ut quæ in Imp. non scripta sunt. Ex ijs ergo omnibus mentem solam adhibe xvij. can. prima & secunda Synodi quæ habitæ est in æde sanctorum Apostolorum. Illic enim omnino dice-

tur quomodo canon accipitur, & quid ex Nouellis Imperatoris Iustiniani seruetur.

Quomodo Ethnicus, vel qui ægrotat, vel qui recenter est baptizatus etiam ex mala vitæ institutione, ordinatur Episcopus vel Clericus, Apostolorum canon lxxx. Syn. Nicenæ can. ii. Syn. Neocæsar. can. xii. Syn. Laodic. can. iij.

Quomodo fit vacans Episcopus in vacante Episcopatu, Syn. Antioch. can. xvj.

Quando fit Episcopus vel Clericus, Eunuchus, vel qui aliter corpore vitiat & male affectus est, Apostolorum can. xxi. xxii. lxxvii. lxxviii. Syn. Nic. can. i. Lex ciuili eos qui seipos vel alios castrant, variis pœnis afficit. Aliquando enim capite, aliquando verò publicatione bonorum, & exilio, aliquando penatationis. Omnino enim in nostra Republica nullum castrari permittitur, præterquam barbaros apud solos barbaros. Si quis autem à nobis castratus fuerit, manumittitur si erat feruus, etiam si propter morbum castratus fuerit, sicut in cxlij. de Eunuchis Nouella continetur.

BALS. Prima & ij. constitutio posita sunt in libro Imp. xiv. tit. primo, cap. lxxxvij. quod etiam sic habet: Constitutio iubet ut nullus Romanus castratur nec extra quidem Romanum solum, nec emat illum castratum Romanum: sed & eum qui castratur, & eum qui emit, & eum qui contractum conscripsit, & publicanum qui aliquid veltigalis pro eo accepit, puniendum decernit. Barbari autem mancipia, quæ extra Romanum solum castrantur, liceat omnibus mercatoribus emere & vendere. Sed etiam cxlij. Iustiniani Nouella posita est in lib. Imp. lx. tit. ij. cap. vltimo, quo etiam sic habet: Statuimus, ut qui in quocumque nostræ Reip. loco castrare audent vel audebunt quamcumque personam, si sint viri qui hoc ausi fuerint, vel etiam audeant, idem patiuntur quod fecerunt: & si salui quidem fuerint, bona eorum publico applicentur, ipsique per eum qui hoc tempore gloriosissimum terræ administrat imperium in Gypsion mittantur, ut illic sint toto vitæ tempore: sin autem sint mulieres quæ hoc faciunt, ipsæ quoque puniantur bonis eorum publico applicatis ab eo qui illo tempore gerit magistratum, & eis in exilium mittendis: ut ex qua impietate se questum facturas existimabant, vel cogitabant, ex ea supplicium & bonorum suorum amissionem sustineant. Porro autem eos quoque qui insenserunt, & ea de causa personam tradiderunt, vel etiam domos, vel locum aliquem pro ea re præbuerunt, vel etiam præbent, siue sint viri, siue mulieres, easdem pœnas subire iubemus, ut qui sint huius nefariæ actionis conscij. Castrati autem ij quoque aliis connumerari debebant, qui ab antiquiori tempore castrati sunt, sed iubemus, ut qui à decima indictione mensis, qui nunc in pressus est, à quocumque, in loco nostræ Reip. sunt castrati, sint liberi & nullo modo possint sub quacumque specie contractus trahi in seruitutem, nec vllus forensis de eis contractus factus vel faciendus seruetur. Sed si quidem propter morbum, feruum castrari contigerit, illum quoque iubemus libertatem assequi. Tot enim cædes factus, prætextu eorum qui hæc audent, in nostra Republica minime sustinemus. Si enim barbari, nostris his præceptis auditis, ea seruauerunt, quomodo permiserimus, ut post tot leges eorum qui nos præcesserunt, hoc modo peccare in nostra Republica impunitum relinquantur?

Auth. de Eunuchis.

Ut qui est Dæmoniacus, clericus non efficiatur, Apostolorum can. lxxviii.

De eo qui non paret suo Episcopo volenti ipsum in maiorem gradum ordinare, Syn. Carth. can. xxxi. Basil. can. x.

Cap. 17. De Episcopo, vel Clerico ordinato, & à Parochia non admisso, vel qui non recepit, vel non potest discedere, Apostolorum can. xxxvj. Syno. Ancyr. can. xvij. Syn. Antioch. can. xvij. xvij. Syn. vj. canon decimus septimus.

Cap. 18. Non posse morientem Episcopum, alterum pro se ordinare, Apostolorum can. lxxvj. Syno. Antioch. can. xxij.

Cap. 19. Ne sit omnino in parua ciuitate vel vico Episcopus, Syn. Laodic. can. lvij. Syn. Sard. can. vj.

Cap. 20. Non debere esse in vna provincia duos Metropolitanos, vel in vna ciuitate duos Episcopos: vel in duabus ciuitatibus vn um Clericum. Syn. Nic. can. vij. Syn. Carth. can. x. xij. Syn. Nicenæ secundæ canon quintusdecimus. Helenopontus habet duos Metropolitanos, vt est xxvij. Nouella. & Paphlagonia diuersos, vt xxix. Nouella: & Phrygia Capatiana: & ij. Capadocia. Sed neque duarum ciuitatum potest quis esse Episcopus. Exceptus est Temēsis. ipse enim etiam reliquarū Scythiæ Ecclesiarum curam gerit, & Leontopolis Iauriæ est sub Episcopatu Ifauropolis, vt habet liber primus Cod. tit. iij. constitutio xxxv. sed neq; sit Præfectus duorum Monasteriorum.

BALS. Vicefima octaua Nouella sita est in libro Imp. tit. ij. cap. i. quæ hic à nobis sita non est, quod valde sit immutatus earum, quæ illic declarantur, regionum status ab impiis barbaris. Porro autem xxxv. constitutio ij. tit. primi lib. Codicis est cap. iij. primi tit. iij. lib. Imp. quod sic habet: Eum qui aufert cuiusvis ciuitatis seu veteris seu recens edificatæ vni priij Episcopatus, vel aliud priuilegium, etiam si id faciat ex Imp. permissione, infamem decernit, eiusque bona publicat, conatum quoque infirmas. Excipit autem prouincias quæ sunt in Scythia & Leontopoli Iauriæ, cum xxxix. constitutio iij. tit. primi lib. quæ decernit, vt non fiat aliquis Præfectus duorum Monasteriorum, in vsu esse non debeat, quod non sita sit in Imp. Valer. & in vsu est consequenter xv. canon epistolar. Syn. qui decernit non debere fieri aliquem Clericum in duabus Ecclesijs vnus ciuitatis. Si enim non permittitur alicui, vt sit Clericus in duabus Ecclesijs, nec Præfectus duobus Monasteriis præerit, sicut nec caput vnum duobus corporibus. Quod autem Pantocratorenis Præfectus præsist multis Monasteriis, canoni non aduersatur. Multa enim Monasteria vt vnum reputantur, quod per accessionem ad Pantocratorem redeant. Legi quæ hic sita est, sed tertio capiti primi tit. iij. lib. ne mentem adhibueris. Sublatum est enim à xv. can. Syn. Chalced. à xxxvij. Syn. in Trullo. Lege autem & cum xxxvij. canonem, & eius interpretationem.

Pantocratorenis Præfectus is est quæ Generalem vocant.

Cap. 21. De iis qui ordinant in ciuitatibus vel prouincijs quæ eis non subsunt, Apostolorum canon. xxxv. Synode Antioch. canon. xij. & xxij. Synode Ephes. can. vij.

Cap. 22. De iis qui per Magistratum Principumve potestatem sunt compotes Ecclesiarum, Apostolorum can. xxx. Syn. Nicenæ ij. can. iij. Lege primum caput octauum tituli præsentis operis, & quæ in eo scripta sunt.

Cap. 23. De iis qui propter matrimonium vel concubinatum non ordinantur Episcopi, Apostolorum cano. xij. xvij. xix. Syn. vj. can. iij. xij. Basilij canon xij. titulus primus Nouellarum: in quibus dictum est, quod qui ordinatur Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, debet esse virgo, vel ex virginitate vnâ solam virginem vxorem duxisse.

A BALS. cxxij. Nouella sita est in lib. iij. Imp. tit. j. cap. xxvij. quod sic habet: Clericos autem non alius ordinari præcipimus, quam si literis sciant, & rectam fidem vnamque honestam habeant, & nec concubinam, nec naturalem habuerunt, vel habent filium: sed vel continenter viuunt, vel vxorem legitimam cumque vnâ habuerunt, vel habent: & non viduam, vel à marito separatam, nec aliter legibus vel diuinis canonibus prohibitam. Quæ sunt autem cxxxvij. Nouella sita sunt in libro eiusdem & tituli & capituli, qui sic habet: Decernimus vt quoties opus fuerit vt eligatur Episcopus, conueniant Clerici, & primi ciuitatis cuius est ordinandus Episcopus: & propositis sanctis Euangelis in tribus personis faciant electionem, inter vnusquisque eorum in sacris eloquijs, & super ipsa scribat, quod neque propter donationem, neque B promissionem, neque propter amicitiam, vel gratiam, vel aliam quamuis affectionem: sed scientes eos esse recte & Catholica fidei & honeste vitæ, & tricesimum annum excedere, elegerunt, & quod nec vxorem quidem vel concubinam vel filios naturales sciunt eum habuisse vel habere. Sed etiam si quis prius ex ipsis vxorem habuit, eamque vnâ, & nec viduam, nec à marito separatam, nec legibus vel sacris canonibus prohibitam. Sed nec aliquem eorum qui eliguntur vel civilem administrationem gessisse, vel apparitorem fuisse sciunt, nisi is qui administrationem gessit, vel fuit apparitor, non minus quam quindecim annis vitam ab omni reprehensione vacuam in Monasterio egerit: prius videlicet dicta à nobis obseruatione in his quoque personis, in electionibus, quæ de iis fiunt seruata. Vt ex tribus sic electis personis, melior ordinetur electione & iudicio eius qui ordinat. Etiam si à præsentibus cxxxvij. Iustiniani Nouella, in. vij. cap. primi tit. iij. lib. Imp. non prohibetur quempiam eligi ad Episcopatum, qui habeat vxorem legitimam: ne tamen eam sequaris, sed potius cxxxvij. canonem Syn. in Trullo, quem etiam lege, & dic canones ex eo præferri legibus. Lege etiam quæ à nobis in dicto canone scripta sunt. i. quæstio. Interrogauerit autem quispiam cum præsentibus Iustiniani Nouella in Imp. recepta sit, quæ decernit non aliter aliquem ordinari Episcopum, quam si electio facta sit in tribus personis, & à Clericis, & à primoribus ciuitatis, & vnusquisque ipsorum iurauerit tactis diuinis Euangelis de his quæ in Nouella continentur, quomodo nihil eorum hodie est in vsu. SOL. à iij. canone Nicenæ Synodi, xix. Antioch. & xij. Laodic. qui decernunt vt Antistitum electiones & ordinationes fiant ab Episcopis, eorum iudicio, in vsu esse desit propositis sanctis Euangelis fieri Episcoporum electiones à Clericis & ciuibus. Propterea enim, vt est consentaneum, nequaquam est in vsu lex quæ in septimo libro sita est, & decernit vt Indices iudicent propositis sanctis Euangelis. Vt autem in tribus personis fiant hodie ab Episcopis electiones, vt existimo ex præfenti Nouella necesse est.

De iis qui propter pecunias ordinantur, vel officia accipiunt, Apostolorum canon xxix. Syn. Chalced. can. ij. Syn. vj. can. xxij, xxij. Tarasij Archiepiscopi ad Adrianum Papam Romæ epistola. Synodi Nic. ij. canon iij. v. xix. Basilij ex epistola ad Dominum. Episcopus. Gennadij & eius Synodi ex tralaticia ad sanctissimos Metropolitanos epistola. liber j. tit. ij. constitutio xxx. xli. & tit. primus Nouellarum, in quibus dictum est etiam de insinuatijs quæ dantur Episcopis vel Clericis: & quod Byzantij ij. soli qui sunt magnæ Ecclesiæ, non etiam aliarum Clerici ea dant suis Conclericis. Qui autem ea præbuerunt, non dant plusquam vnus anni diaria. Sed nec vllam curationem vel administrationem Ecclesiasticam potest quis suscipere, vel pauperibus præfici, vel

Auth. De Ecclesiast. diuersi tit.

Cap. 24.

vel Xenodochio aut sanctæ domui præesse propter rei alienius donationem. Quæcunque autem propter ea dantur, vel promittuntur, sacrosancta domus vendicat. Possunt autem Episcopi & ante ordinationem, & post, Ecclesijs offerre.

Insinuatiua Auth. de diuersis Ecclesia. cap. BALS. D. Nouella, quæ docet de insinuatijs quæ dantur à Clericis qui ibi fiunt, non est hic posita, vt sepe dictum est, cxxij. autem Nouella posita est, vt sepe dictum est, in lib. iij. Imp. tit. primo cap. ix. & deinceps, quod quidem ix. caput suū est extra quintum caput præsentis tit. quod etiam lege, cum doceat de iis qui propter pecunias ordinantur. De Diaribus autem quæ dantur, quæ ere eiusdem tit. & libri cap. xxxvi. quæ sic habent: Sed neque Clerico cuiuscunque gradus dari aliquid ei à quo ordinatur, vel illi alij personæ permittimus. Sed solum præbeat ea quæ sunt consuetæ iis qui illi qui ordinat ministrant, & vt moris est, seruiunt, dum ne vnus anni diaria excedant: in sancta autem aut det penitus suis Conclericis pro sua insinuatione, nec propter: ei causam suis solaris vel alius distributionibus priuetur. Sed nec Xenodochy præfatus, vel qui pauperibus alēdis, vel egrotis curandis præfatus, vel vllus alius sacrosanctæ domus administrator, vel cuiuscunque Ecclesiasticæ curationis tractator, det ei aliquid à quo præfatur, vel illi alij personæ pro illi concedita administratione. Qui autem præter ea quæ constituta sunt vel dat vel accipit, vel intercessor existit, Sacerdotio, vel Clericatu, vel quacunque sibi credita administratione nudabitur, iis quæ data sunt à sacrosanctæ domo vendicatis, cuius hæc persona ordinationem, vel curationem, vel administrationem suscipit: sin autem sit secularis qui accipit vel intercedit, ab eo quod datum est duplum exigetur, & sacrosanctæ domui, in qua eiusmodi persona administratione, vel ordinationem, vel curationem accepit, præbeat. Si quis autem Clericus cuiuscunque gradus, vel cuiuscunque sanctæ domus administrator, vel ante ordinationem sibi cõcedat cuiuscunque administrationis, aut curæ, vel postea, voluit aliquid ex suis facultatibus offerre Ecclesiæ in qua ordinatur, vel loco, cuius administrationem vel curationem suscipit, non solum non prohibemus hoc fieri, sed eum etiam magis adhortamur, vt pro animæ suæ salute hæc faciat. Nos enim ea sola dari prohibemus, quæ priuatis quibusdam personis præbentur: non ea etiam quæ sacrosanctis Ecclesijs & venerabilibus domibus offeruntur. Lege etiam finem ix. cap. primi tit. iij. lib. in cap. v. præsentis tit. quoniam lex præfata sita est. Præfens quidem Nouella depositioni subicit canonicos qui ordinantur, vel aliquam aliam curationem Ecclesiasticam pro pecunijs accipiunt: & Laicos, qui in his intercessere, ad eius quod datum est dupli redactionem obligat. Secundus autem Chalcedon. Syn. canon anathemati subicit Laicos qui in his intercedunt. Puniri itaque Laicos, qui sacrosanctarum domorum administrationes pecunijs suscipiunt, ex hac Nouella apparet. Quis sit autem Laicus, qui sacrosanctæ domus administrationem vel Ecclesiasticam administrationem suscipit, vel sit Clericus, vel in cellulario Monasterio constituitur gratis, ignoro, & propterea genibus flexis Deū rogo, vt nos omnes à talibus minimis liberemur. si enim Dominus iniquitates obserauerit, quis sustinebit?

Cap. 25.

Cap. 26.

Ne fiant reordinationes, Apostolorum canon lxxvij. Syn. Carth. canon xlviij.

Ne Episcopus vel Clericus migret à ciuitate in ciuitatem. Syn. Nicenæ. can. xv. xvj. Syn. Antioch. canon xxj. Syn. Chalced. can. v. xij. xx. Syn. Sardic. can. j. ij. xv. Syn. Carth. can. xliij. ix. Syn. vj. canon xvij. xvij. xix. Nona & x. constitutio primi tit. Nouellarum, dicit quomodo in magnam Constantinopolitanam Ecclesiam aliarum eius Ecclesiarum

A Clerici transferuntur. BALS. Nona constitutio primi tit. Nouellarum, est Nouella Iustiniani iij. & posita est in libro iij. Imp. tit. vij. cap. j. quæ postquam enumerauit eos qui debent esse Clerici, tam in magna Ecclesia quam in alijs diuinis aedibus, & prohibuit transferri Clericorum ab vna Ecclesia in aliam, hæc quoque dicit aperire: si enim in sanctis Monasterijs prohibemus ab vno Monasterio in aliud transferri, multo magis ne hoc quidem sanctissimis Clericis permittimus, lucri, & mercaturæ iactantiam habere eiusmodi cupiditatem existimantes: sin autem aliquam eiusmodi translationem tua beatitudo, vel qua tunc fuerit imperialis maiestas, faciendam censuerit, hoc non alius fieri quam ad dictum nobis numerum res redierit, vt fiat translatio in locum eius qui deest: non autem quisiat vltra numerum ingrediatur. Hoc enim nulla ratione nec vlllo modo fieri permittimus. Nota quod ex hac Nouella Patriarchæ Constantinopolitano & ei soli datum est Clericos ex aliena prouincia suscipere, etiam sine sententiâ Episcoporum. Habet autem hoc priuilegium etiam Carthaginiensis Episcopus, & quare quæ sunt in scripto canone eius Synodi. Tunc autem dicit posse Constantinopolitanum, & Carthaginiensem Episcopum ab alijs prouincijs Clericos ad se traducere præter sententiam ac voluntatem eorum qui ipsos habent: quando Clericorum inopia laborant, quod quidem Constantinopoli locum non habet propter multitudinem Cleri ipsius, & quod nulla sit omnino eorum penuria. Quin etiam quando necessitas eos impulerit, vt alienos Clericos recipiant, non poterunt aliter hoc facere, nisi ipsorum Clericorum numerus deficiat. Quomodo autem præstitutus Clericorum numerus hodie absque vlllo periculo non seruetur, ignoro.

Aut. vt determinatus sit numer. Clericor.

Cap. 27.

Cap. 28. L. Nulla nisi C. de Episcopis & Clericis. Auth. de sanctis Episcop. par. 129. Diaconissam.

De eo qui est peccato obnoxius, & tamen est ordinatus, Syn. Neocæsar. can. ix. xj. Basilij canon xxvij. Theophilus ex Commentario can. iij. v. vij.

De ætate eorum qui ordinantur masculorum, & foeminarum, Syn. Carth. can. xvj. Syn. vj. can. xxij. Syn. Neocæsar. can. xj. Syn. Chalced. can. xv. Nona constitutio secundi tit. primi libri Codicis non concedit vt fiat Diaconissa quæ non excefferit xxv. annum. Prima autem constitutio primi tituli Nouellarum vult eam esse quinquaginta annos natam. Quare siquidem propter aliquam causam necessariâ, quæ hæc ætate minor est, ordinata fuerit, vult eam in Monasterium conici, in quo non fuerit ei cum viris consuetudo, nec libera vitæ instituentia potestas. Porro autem secunda eiusdem tituli constitutio non vult Ecclesiæ Diaconissam fieri quæ non sit xl. annos nata. Eadem autem constitutio dicit eum qui ordinatur Presbyter, non debere esse minorem xxx. annis, & xx. Diaconum, Lectorem octodecim, & Episcopum xxxv. xvij. eiusdem tituli constitutio vult eum exceffisse xxx. annos.

E BALS. Secunda primi tituli Nouellarum constitutio, est Nouella Iustiniani cxxij. Sita est autem in lib. Imp. iij. cap. xxix. quod sic habet: Diaconissam autem in sancta Ecclesia non ordinari, quæ sit minor xl. annis, vel quæ ad secundas nuptias venerit. Similiter dicit eiusdem tituli cap. xxxv. & xxvij. quod est pars eiusdem Nouellæ Presbyterum xxx. annis minorem fieri non permittimus. Sed neque Diaconum vel Hypodiaconum minorem xxv. annis nec Lectorem minorem xvij. annis. Sed scias quod Iustiniani quidam Nouella, quæ diffusa latæque inuenitur, dicit eum Lectorem fieri, qui est vij. annos natus, & Episcopum qui xxxv. sicut hoc quoque dicit præfens liber. In reparatione autem, Episcoporum quidæ tempus plane prætermisum. Lectoris autem ætas auctum est, pro octo enim

annis, dicit Lectorem esse debere x. annos natum. Debet ergo mentem magis adhibere iis quæ in Imp. scripta sunt, quam iis quæ continentur in iis libris qui ante repurgationem in usu habebantur, & iam in usu esse desierunt. Ne uxor autem quomodo non exerceatur quod de Lectorum ætate scriptum est. Clerici enim Lectores nunc ordinantur sex annos nati, & non nunquam etiam tres annos tantum. Leg. xi. & xv. canonem sexta Syn. qui depositioni subiiciunt eos qui ordinant Diaconos, & Hypodiaconos ante complementum xxx. annorum. Similiter qui & sacerdotes ante annos eis præstitutos, qui autem dicunt nihil obesse eis qui ordinant Lectores ante decennium eorum completum, quia canones nullam eius mentionem fecerunt, malè dicunt. Vbi enim nihil definitur à canonibus, debemus sequi leges, & ex similibus similia decidere. Ex præfenti xxvii. capite, & iis quæ in ipso continentur, didicisti tempora eorum qui debent ordinari. Quia autem de iis qui officia vel immunitatem dignitates accipiunt, in publico secreto sita est iussio incliti Imperatoris Domini Alexij Comneni, scias eam ita habere ad verbum: Multi, qui aliquam publici utilitatem annuntiant, vel propter gloriam cupiditatem petentes, ut liceat accipere, vel vendere, vel permutare dignitatem aliquam, vel officium aliquod, in paruos ea pueros transferunt. Ne ergo hoc fiat, nec hi imponere vel decipere videantur, Imperatoria mea hoc maiestas statuit, ut qui dignitatem vel officium aliquod acceperit, siue propter renunciationem, siue propter benevolentiam aliquam, siue per mutationem, siue gratis, vel per Imperatoria mea maiestatis beneficentiam & voluntatem, non recipiatur persona quæ honoratur, minor xx. annis. sed omnes qui propter has causas vel dignitatem vel officium accipiunt, sint nobis maiores xxx. annis. Quando autem Imperatoria mea maiestas non propter eiusmodi causas, sed nulla re intercedente aliquem honorauerit, vel alicui officium dederit, si is qui honoratur, sit minor xx. annis, sic aperte inferatur. Ponatur ergo præfens Pittacium in secreto rescripto ad declarationem præfentis iussionis & prouisionis meæ Imperatoria maiestatis, ut ab hoc tempore deinceps exerceatur. Debet autem ad iici in Pittacio eius qui nullo intercedente honoratur, hoc videlicet, Ponatur non prohibitus à mea regia iussione de his qui honorantur, cum sint minores xx. annis.

Cap. 29.

De Chorepiscoporum creatione, & quando, & quomodo offerunt vel communicant, & quosnam ordinant vel non, Syn. Ancy. can. 13. Syn. Neocæsar. can. 13. Syn. Antioch. can. 10. Basilij in epistola ad Chorepiscopos.

Cap. 30.

Quod debent esse solum septem Diaconi, etiam si sit magna ciuitas, Syn. Neocæsar. can. 14. Syn. 6. can. 12. 15. Prima constitutio primi tit. Nouellarum dicit, quod numerum eorum qui in vnaquaque ecclesia ministrant, quantitas redditus & quæ inuoluit consuetudo definit. Nona autem eiusdem tituli iubet constitutio in magna Constantinopolitana ecclesia esse sexaginta Presbyteros, Diaconos 100. Diaconissas 20. Hypodiaconos 40. Lectores 200. Cantores 25. Ianitores, c. decima autem eiusdem tit. constitutio vult in aliis ecclesiis feruari statutum quod ab initio factum est. A typo autem Domini Heraclij in eadem magna ecclesia constituti sunt Presbyteri 80. Diaconi 150. Diaconissæ quadraginta. Hypodiaconi 70. Lectores 160. Cantores 20. Ianitores 75. Dicit autem etiam tertia Iustiniani Nouella sita in libro Imp. 3. non esse ultra 60. Presbyteros in magna ecclesia. Diaconos autem masculos 100. & 40. fœminas, & Subdiaconos 90. Lectores 110. Cantores 25. ut sit omnis numerus

Auth. Vt determinatus sit numerus.

A sanctissimorum magnæ ecclesiæ Clericorum in 425. personis: & centum præterea eorum qui dicuntur hostiarij. Nunc autem hæc quantitas propter rerum inæqualitatem diminuta, & Nouellæ inutiles factæ sunt.

Quinam sunt Clerici vel Ecclesiastici ordinis, Syn. Laodic. can. 24. Secunda autem constitutio primi tit. Nouel. Clericos dicit Presbyteros, Diaconos, Hypodiaconos, Lectores, Cantores.

BALS. Secunda vero constitutio primi tit. Nouellarum, est Nouella Iustiniani 123. sita in libro Imp. 3. tit. 1. cap. 42. quod id quidem, quod 31. caput, non continet. hæc autem tractat expresse. Presbyteros autem, & Diaconos, & Subdiaconos, & Lectores, & Cantores, quos omnes Clericos appellamus, bona, quæ quocunque modo in eorum dominium peruenerint, esse in propria eorum potestate, subeimus, in istarum peculiorum militarium, ut possint ea ipsi etiam legitime donare, & de eis testari, etiam si sint in potestate parentum: ita tamen ut eorum filij, vel si filios non habeant, eorum parentes legitimam accipiant. Ex 31. cap. huius legis atque adeo eius solius, apparet non liberari aliquem à patria potestate, eò quod factus sit Clericus. Quod autem Clericus, qui est in potestate, habeat, rerum sibi quocunque modo acquirarum dominium, & vsum, in istarum militarium peculiorum, ne extendat etiam ad legatam, vel hereditatem, & donationem quæ eis obueniunt, quæ dicuntur peculia non acquisita, sed de eis intellige quæ gratia Clericatus eis obueniunt. Sic enim accipiendum est illud, Quocunque modo, ut à præfenti lege non subiciantur leges peculiorum. Quare autem etiam 32. can. Carth. Syn. quæ dicitur docet ab hac lege de bonis quæ Clericis obueniunt, & de bonis quæ debent ab eis relinqui in testamento. Existimo enim præferendum esse Canonem, etiam si hoc non sit propter malam consuetudinem. Et hæc quidem de bonis Clericorum, & eorum patria potestate. Constantinopolitani autem atque adeo eius solius dignitates, & magistratus liberat Clericos à patria potestate, & lege quæ de eo à nobis scripta sunt in 36. cap. præfentis tit. Episcopalis autem dignitas liberat eo ipso eos qui ordinantur à patria potestate, sicut in eodem capite de eo fusius diximus. Patriarcha quidem, qui hoc Nomocanonum composuit, doctorum quinam sint Clerici, straximist statim ad 24. can. Syn. Laodic. qui etiam Monachos Clericis connumerat. Ego autem non recedo ab iis quæ scripta sunt in 40. can. 7. Syn. & lege ea. Ad iici autem hæc quoque, si datum fuerit ex sola consensura Monachos esse Lectores, Monachi indistincte Lectoris munia omnino exercebunt, etiam si à Monachis sacerdotibus tonsi fuerint, qui nec sunt præfati, nec ab Episcopis facultatem acceperunt. Porro autem fœminis quoque Monachis hoc conceditur propter tonsuram, quod est absurdissimum. Malam ergo consuetudinem ne sequere, quare autem solutionem.

Non esse ordinandum cuiuscunque vxor adulterata fuerit, & si Clerici vxor adulterata sit, Syn. Neoc. can. 8. Lex quoque ciuilis omnes qui suas uxores adulteratas non dimitunt, punit. Secunda autem constitutio 9. tit. 9. lib. Cod. dicit eum esse lenonem qui suam vxorem adulteratam non dimittit, non tamen is qui solum suspicatus est. Hodie autem etiam post condemnationem, potest maritus suam adulteratam vxorem ex Monasterio recipere, conuenienter obseruationi 144. de Reputiis Nouellæ.

BALS. 144. Iustiniani Nouella, posita est in lib. 28. Imp. tit. 7. cap. 1. responsio 7. quod in parte sic habet: Adulteratam autem mulierem conuenientibus pœnis subiicimus, ut in Monasterium intrudatur, & si intra biennium quidem maritus

Cap. 31. L. Crimen Cad L. Iuliam, de adulteriis.

Auth. Vt liceat maritri & auic coll. 8. pag. r. agr. Quia verò.

eam recipere voluerit, damus ei hoc faciendi potestatem, eique cohabitandi, nullum ea de re periculum cauenti, nec matrimonio propter ea quæ intercesserunt ex ea re lapsi. Et hæc quidem dicit lex ciuilis, & ita se habet Nouella in Laicis. Lex enim ecclesiastica, seu 8. can. Syn. Neocæs. Nec maritum mulieris adulteratæ ad ministerium sacerdotale accedere permittit: nec sacerdotem coniugem eius quæ post ordinationem adulterata est, rursus esse sacerdotem permittit, sed cogit eum suam adulteratam vxorem dimittere, si velit fungi sacerdotali officio, & quare hunc canonem.

Cap. 33.

Non esse Clericos absolute ordinandos, sed omnino ad ecclesias vel Monasteria, Syn. Chalced. can. 6.

Cap. 34.

De circumscriptionibus, & de ecclesiis quæ sunt in pagis, Syn. Laodic. can. 57. Secunda constitutio 6. tit. primi libri dicit, Ex vicis, & pagis, & non foris ad suas ecclesias ordinantur, ut conferat propriam capitationem, & id quod est publicum.

L. In Ecclesiis, C. de episc. L. quæ quis C. de episc.

BALS. Secunda constitutio 3. tit. primi lib. Codic. sita est in lib. 3. Imp. tit. 3. cap. 6. quod sic habet: Ex eodè pago in quo est ecclesia, pro locorum proportione Clerici Episcopii iudicio ordinantur, & propriam agnoscant capitationem.

Auth. de ecclesiis, de ueris, cap.

Sextadecima constitutio eiusdem tit. & 2. primi tit. Nouellarum, dicit adscriptos etiam inuitis Dominis in suis possessionibus ordinari, ut per Dominos capitationem conferant, & per substitutum ministrent.

Auth. de ecclesiis, de ueris, cap.

BALS. 123. Iustiniani Nouella, sita est in 3. li. Imp. tit. 1. cap. 38. quod sic habet: Adscriptos etiam, in ipsiis solum possessionibus, in quibus adscripti sunt, Clericos etiam præter Dominorum sententiam fieri permittimus. Permittimus autem, ut Clerici facti sibi impostam terræ culturam peragant. Sed scias quod hæc Nouella de adscriptis, aliter se habebat antequam Nouellarum compositum esset Latifundium, & aliter in eorum Latifundio scriptum est, & in Imp. translationum. Prius enim capitationis meminit, & ut adscripti per substitutos ministrarent decreuit. In Latifundio autem, & in Imperialium eorum, de capitatione scilicet prætermisum est. & ideo quod ad capitationem attinet, seu canonem, adhibe eundem legi superius positæ, & sita in lib. 3. tit. 3. cap. 6. De adscriptis autem 53. can. Syn. Laodic. & 123. Iustin. Nouella, seu 38. cap. primi tit. 3. lib. Imp. quod positum est superius. De canone autem, & de iis qui dari consueverunt, in usu est in hodiernum usque diem Auea bulla incliti Imperatoris Domini Isaac Comneni, quæ sic habet in parte: Constituit autem mea Imperatoria maiestas, etiam in ordinatione sacerdotum & in canone veterem formam exerceat, & eum Episcopum vel Archiepiscopum, qui ordinat, nihil aliud habere quam septem aureos nummos præstantis characteris meæ maiestatis, scilicet unum quidem quando facit eum exiguum papæ, seu Lectorem: tres autem, quando ordinat eum Diaconum: & alios tres, quando facit eum sacerdotem seu presbyterum. Similiter & pro canone, prædico quod habet triginta iugera, & unum aureum nummum, argenteos duos, aricem unum, ordei modios 6. Vini 6. mensuras, farinæ modios 6. & gallinas 30. Ab eo autem quod habet 20. iugera duas partes nummorum, & argenteum unum, & dimidium agnum, ordei modios 4. Vini mensuras 4. farinæ modios 4. & gallinas 20. A fundo autem qui habet 10. iugera, argenteos 5. agnellum unum, ordei modios duos, vini mensuras duas, ordei modios duos & gallinas decem, quem idmodum etiam in veterum exactorum iudiciis describitur. Cum hæc autem auea bulla typica, facta est etiam Synodalis declaratio, mensis Nouembrii decima indicte, à sanctissimo illo Patriarcha Domino Nicolao, iubens conuenien-

xxviii.

xxviii.

xxviii.

ter hanc auea bulla dari canones, & quæ sunt danda pro ordinatione.

Vt sub Episcopo ciuitatis sint Clerici Prothodochorum, & Monasteriorum, & Martyriorum, Syn. Chalced. cap. 8.

De feruis qui fiunt Clerici, Apostolorum canon. 82. 35. Constitutio 3. tit. primi libri. Cod. dicit, quod feruus nec domui quidem sententia sit Clericus, nisi prius manumittatur. Secunda autem constitutio primi tit. Nouel. dicit, quod si sciente & non contradicente domino Clericus factus fuerit, manumittitur & fit ingenuus: si autem ignorauit, ostendens intra annum eius conditionem, ipsum recipit. Qui autem manumittitur, si fiat secularis, traditur domino suo in seruitutem; hæc autem constitutio dicit, quod Episcopatus à seruili & ab ascripta fortuna liberat, & etiam à patria potestate. Hoc ipsum autem etiam 81. Nouella, quæ tractat per quasnam dignitates liberatur quis à curia, & à patria potestate.

BALS. 123. Nouella sita est in libro 3. Imp. tit. 1. cap. 11. quod sic habet: Post ordinationem autem etiam à seruili adscripta fortuna Episcopos liberos esse iubemus, nisi Appartor præter prædictam obseruationem ordinatus fuerit, eos enim qui sunt eiusmodi, Episcopatu motos suo ordini restitui iubemus, ne ex eiusmodi fortuna fiat sacerdoti iniuria. Octogesima autem prima Iustiniani Nouella sita est in libro 31. Imperial. tit. 5. cap. 1. quod ita habet in principio: Decernimus ut Consules qui sunt in gradu, & deinceps iubet hæc Nouella, ut omnes qui sunt in dignitate, & habent officia seu magistratus sui iuris, etiam si non sint à patre emancipati. 9. quidem 10. & 11. Nouella Imperatoris Domini Leonis Philosphi, iubet ut seruus qui ignorante domino Clericus factus sit, atque etiam Monachus, & qui adeo Episcopus factus fuerit, priori domino restituantur. In itaque cum ab 11. capite primi tituli tertij libri Imp. didiceris, quod etiam à seruili adscripti conditione, qui sunt Episcopali dignitate honorati, liberati sunt, ne contrarium id esse existimes 37. eiusdem libri & tituli capiti, quod dicit, non alius seruum effici liberum, etiam si Clericus factus fuerit, quàm si etiam consecuta fuerit domini scientia, sed huic conuenienter illud quoque caput intellige. Qui enim dicit, quod propter Episcopatus dignitatem liber fit seruus etiam præter Domini sententiam, si non rectè dicunt. Interpretatur enim hoc quoque caput à sequenti capite. Sunt enim utraque eiusdem Nouella, & omnino à posteriore scilicet 37. capite, prius caput scilicet 11. interpretabitur. Nouella autem domini Leonis sapientis, quas lege diligenter, etiam eum qui Clericus Monachus fuit atque etiam Episcopus factus est, priori seruili conditioni restituant, si nesciente seruo eo honore affectus sit. Sed cum inuenirem eiusdem Imperatoris Nouellam, quæ dicit, quod antiquitus usque ad tres annos, poterat dominus eum qui Monachus factus esset fugitiuum seruum suum reuocare: cum hoc autem tempus præterisset, excluderetur: & decernit quod seruus, qui eo animo Monachus factus est, omni tempore quo inuentus fuerit, Domino priori subiciatur: nec ideo quod seruus non appareat, 1. ad propterea Dominum ex lapsu triennij: studui inuenire legem quæ doceat de triennio, & non inueni eam, præterquam eam solam quæ superius posita est, & dicit, Dominum posse intra annum reuocare seruum qui præter suam sententiam Clericus factus est, & ideo cogor ea sequi quæ à sapiente constituta sunt. Existimo autem quod si quis hæc Nouellam subtiliter excutere voluerit, magnas in ea dubitationes inueniet. Si enim, ut ipsa dicit seruum qui est in fuga, & Monachus factus est, donec ipsum in-

Cap. 31.

Cap. 36.

L. tubemus adscripti os. L. Seruis C. de Episc. & Cleric.

Auth. Constitutio que per dignita.

uenerit querit, omnino à contrario sensu, seruum Monachum, A qui non est in fuga, sed apparet, intra solum triennium Domini renouabit. Si hoc autem non fecerit, excludetur. Hoc est, quod intra annum faciendum esse dicit dicta Iustiniani Nouella. Si hæc ita dixois, & interpretatus fueris, ad cõcordiam redigetur Nouella Imperatorum, etiam absque eo tempore, quod ad triennium usque peruadit propter consolationem Domini.

SCHOL. EX 123. Iustiniani Nouella, quæ sita est, ut dictum est, in lib. 3. Imp. tit. primo, & decernit post ordinationem etiam à seruilis adscriptiij fortuna esse liberos Episcopos: ita ex 81. Nouella, quæ posita est in lib. 13. Imp. tit. 5. cap. 1. iubet omnes qui dignitatibus officijsq; principalibus seu magistratibus ab Imperatore honorati sunt, à patria potestate liberari, etiam sine voluntate patris. Dicebant quidam Ecclesiasticos quoque magistratus, simul ac characterem acceperunt, illustres esse, & dici, & esse sui iuris, & tenentes etiam Illustrissimi, & vel Apostolis conferendi, sancti Constantini Imperatoris, ad sanctum Siluestrum, qui tunc erat Papa ciuitatis Romanæ, emisso decreto, quod etiam situm est à nobis extra primum cap. 8. tit. presentis operis, & statuit licere Papæ Romano ipsam dignitatem suos honorare Clericos, quibus etiam Imperator eos qui sibi subsunt, & esse sacrum senatum, sicut & senatum Imperatorum: similiter & legibus, quæ à nobis itidem posite sunt, & decernunt Ecclesiam Constantinopolitanam habere etiam priuilegia Romæ veteris. Alij autem tenentes sine 81. Nouellæ, quæ sita est in 5. libro, tit. 1. & dicit hæc expresse: Clarum est, quod non est qui ignoret, ante omnia sanctissimis Episcopis, simul cum ordinatione, ut sint etiam sui iuris, accedere. Qui enim sunt spirituales omnium Patres, quomodo in aliorum potestate fuerint? dicere conati sunt ex sola Episcopali dignitate Episcopos à patria potestate esse liberos: non autem etiam Ecclesiasticos magistratus fieri sui iuris à Patriarchali suscepto characterè. Hoc enim, inquit, adiectum esset Nouellæ. Mihi autem videtur eos non rectè dicere. Non enim sublatum est decretum sancti Constantini à Iustinianea Nouella, quæ decernit ut æque ac imperium, Romana Ecclesia dignitatibus honestetur. Sed cum Episcopalis dignitas daretur non solum à Patriarchis, sed etiam à Metropolitanis, & ideo nonnulli dubitarent omnino Episcopi essent sui iuris an non. Nouella Iustiniani omnes Episcopos esse sui iuris statuit, etiam si non ordinentur à Patriarchis. Vnde etiam sine ulla dubitatione dignitate claros esse dico magna Ecclesiæ magistratus, & debere ipsos honorari tanquam sanctos senatores, ut vult Decretum sancti Constantini, & reliqua decreta de quibus mentio superius facta est. Hoc autem est speciale priuilegium Magistratibus seu officiis Sedis Constantinopolitane Ecclesiæ, per sancti Constantini decretum, aliorum enim Patriarcharum magistratus & officia, aliorumque Metropolitanorum & Episcoporum, non dignantur eisdem priuilegijs.

ALIA INTERPRETATIO. Cum lex dicat, eum qui interrogatur, & non contradicit, sed tacet, in lucro quidè, pro consentiente: in damno autem, pro negante haberi in presentis decreto, is qui scit serui sui ordinationem, & non contradicit, pro consentiente reputatur, etiam si damno afficiatur, & hoc est speciale propter libertatem. Dic præterea, quod ex sola Episcopali ordinatione, ij qui sunt in potestate, sunt sui iuris, non etiam ex quouis alio clericatu. Officia autem & Magistratus Patriarchæ Constantinopolitani, atque adeo eius solius, efficiunt eos sui iuris qui sunt in potestate. Domino autem ad triennium usque porrigi ordinati serui reuocationem, & ex Nouella Imperatoris Domini Leonis sapientis, & seruatur, etiam si sit graue libertati, propter iustum & æquum.

De Diaconissis, & quod non fit mulier Presbyter- Cap. 37. ra, Synod. Nic. can. 18. Synod. Laodic. can. 11. Syn. Chalced. can. 15. Syn. 6. can. 14. De peccatis quæ soluuntur per ordinationem, Syn. Cap. 38. Neocæsar. can. 8.

TITVLVS SECVNDVS.

De extructione Ecclesiarum, & de sacris vasis & donariis, & Clericis, qui præter Episcoporum sententiam altaria erigunt.

De consecratione Ecclesiarum, & Martyriorum, Cap. 1. quæ non habent reliquias sanctorum, Syn. Carth. can. 6. 83. Syn. Nic. canon. 7. 17.

BALS. In quarto cap. 3. tit. presentis operis adscriptum est quomodo fit Ecclesia. Dicit autem etiam 15. constitutio 2. tit. primi libri Codicis, Quod si quis donauerit rem mobilem, vel immobilem, vel per se mobilem, in personam Martyris, vel Prophetæ, vel Angeli, tanquam oratorum ipsi edificaturus: & donationem in sinauerit in iis in quibus necesse est, necesse habet opus, etiam si non ceptum sit, implere cum Clericis. Et eo impleto, dare donationes. Hoc ipsum fit etiam Xenodochijs, & Nosocomijs, & Prochodochijs, habente Episcopo potestate cum eis agendi. His autem completis, administratio fit prout eis qui liberalitate ac munificentia vsi sunt, visum fuerit, & conuenienter decretis ab eis editis. Et 45. constitutio in primis tituli primi libri dicit, Quod si quispiam dispositionem fecerit vel in institutione, vel in legato, vel in fidei commissio, vel donatione causa mortis, necesse habet is qui ab Episcopo iussus est, etiam si est a testatore prohibitus, providere, ut si Ecclesiæ sit quidem ei facere mandatum est, eam intra triennium compleat: Sin autem Xenodochium, intra annum. Potest enim etiã domus conduci, intra quam recumbant ægroti, donec opus completum fuerit. Cum hoc autem tempus aduenit, Episcopus petit id quod relictum est, cum fructibus, & accessionibus, à tempore mortis testatoris, & facit Ecclesiarum extructiones, & Xenodochiorum, & Gerocomiorum, vel Orphanotrophiorum, vel Nosocomiorum, vel Prochodochiorum: & presicet administratores ipsorum nisi defunctus expresse dixerit quis sit administraturus: sin autem etiam nominauerit, sit in potestate Episcopi, eum, si male se gerat, mouere, & alium presicere. Sin autem is qui ab Episcopo iussus est, molestia affectus, Magistratus commotionem expectauerit, dat duplè id quod relictum est. Si sit autem Episcopus negligens, cogit Metropolitanus id quod dispositum est impleri, vel illius Diocesis Archiepiscopus. Et quicumque vult ex ciuibus, eum mouet. Si autem post mortem propriam hæredes iussi sunt dare vel facere, tempus significatum post eorum est vitæ excessum computatur. Magistratus autem cogit ea impleri. Mense Martio 14. indicti, facta est à sancto nostro Imperatore Domino Emanuele Comneno constitutio hæc in parte persequens: Cum his hoc quoque decernentes, iis quæ ante scripta sunt, adiciamus, Multi homines, in extremis suis dispositionibus curatores & administratores eorum quæ à se decreta sunt relinquunt: & iis rerum ipsarum dispensationem & administrationem committunt, Christum, quod quidem est dulce & salutare nomen, hæredem scribentes. Hoc autem videtur facere, eo quod suas facultates iubent pauperibus distribuere. Dum enim accipit is qui petit, stat Christus in manu porrigenis. Quando enim inquit, vni eorum minimo fecistis, mihi fecistis. Iubemus ergo, quando curat oris eiusmodi distributiones, & ad pias causas propostæ diuisiones, ad animæ curam, & orphanorum pupillarum ac pauperum educationem nutritionemque tendunt, ne in iis locum habeant iudiciorum dilationes, & diuturnæ

Matt. 25. Legatorum curatores debent extremæ voluntati & constitutioni, quam civis sumè satisfacere, ne officio priuetur.

diuturnæ in eis temporum moræ. Hinc enim cœnit ut morientium animæ derelicto afficiatur, & quæ propter bonum & vniuersi utilitatem lata sunt leges, in contrarium conuertantur. Non enim æquum censet mea Imperatoria maiestas, ut quæ in alijs iudicijs obseruatur consequentia, in his obseruetur: sed quæ sunt in eiusmodi causis dubitationes, hinc statim soluantur non dato libello, sed cognitione ad tres vel quatuor vsque dies extensa. Non enim iudiciaria aliqua dilatione introducta, iuris vniuersi quisque fiet examinatio, & amba partes accessentur sine ulla proelatione: & ab vtriusque partibus petetur, ut quæ sibi videntur conferre proponant: & ita breui tempore vnius fortasse mensis vel etiam duorum, prout iudici vndebitur, quod emerit dubium conuenientem solutionem accipiet, legibus scilicet firmiter stabilitæ que seruatis, quæ non statim post mortem defuncti illius successores iubent statim in iudicium prorahi, sed post lapsam aliquot dierum, sicut de eis fufusus in Imp. dicitur. Sin autem curator ad dilationes procedere visus fuerit, & eiusmodi quædam moliri deprehensus fuerit, & ad proelationes processerit, non faciens ut restator ordinauerit, à bonorum defuncti curatione & administratione remouebitur. Ea autem iis committetur quos Imperator statuerit. Vel si is absit, Prefectus Constantinopolitanus vna cum sanctissima Ecclesiæ Oeconomo, eius curam & administrationem geret, debentes dare noticiam Imperatori eorum quæ ab ipsis in eiusmodi causis geruntur, & etiam sanctissimo illius temporis Patriarchæ, si contingat forte Imperatorem abesse, & non eius iussu defuncti voluntatem impleri.

Tertia constitutio primi tituli Nouellarum dicit eum qui ab Episcopo & œconomo iussus, per publicas personas bis molestia afficitur, ab omni lucro excidere: & Episcopum omnes facultates cum intermedijs emolumentis & accessionibus in ea quæ sunt disposita distribuere, nõ seruata Falcidia. Hoc idem est etiam si quid omnino legatum fuerit.

Auth. de eccles. can.

BALS. Tertia constitutio 2. tit. Nouellarum, est Nouella Iustiniani 131. quæ sita est in libro 5. tit. tertio. Quæ autem hic allegata sunt, sunt eiusdem tituli cap. 9. quod sic habet: Si autem pro redemptione captiuorum aliquod relictum est, & non nominatum dixerit restator, per quidam oporteat redemptionem fieri: sic quoque iubemus locorum Episcopum & eius œconomum res quæ propter ea relicta sunt accipere, & primum hoc opus implere. In omnibus enim huiusmodi pijs voluntatibus sanctissimos Episcopos volumus providere, ut omnia ex defuncti voluntate procedant: etiam si à restatoribus, vel ijs qui donauerint sit prohibitum, ne ulla habeant eorum participationem: Sin autem, qui hæc facere iussi sunt, semel & bis à beatissimo locorum Episcopo, & eius œconomis per personas publicas admoniti, differant ea quæ disposita sunt implere, iubemus eos, omne lucrum quod eis ab eo qui hæc iussit, relictum est, amittere: sanctissimos autem locorum Episcopos, res omnes, quæ pijs, ut dictum est, causis omnibus deputatæ sunt, cum fructibus & accessionibus intermedij temporis, & lucro memorati temporis vendicare, & quæ restator disposuit implere, scientes quod si negligentes fuerint, de his omnibus Deo rationem reddent. Quod si sanctissimus locorum Episcopus aliquod eorum quæ à nobis dicta sunt prætermiserit, liceat etiam sanctissimo eius Metropolitanano hæc exigere & implere, atque etiam cui libet liceat hanc questionem mouere, & studere ut omnibus modis piæ eiusmodi causæ implerentur. Sin autem hæres ea quæ ad pias causas relicta sunt nõ impleuerit, dicens relictas sibi facultates ad ea non sufficere, iubemus ut omni ex Falcidia lucro cessante, quantumcumque in his facultatibus inuentum fuerit, extendatur Episcopi prudentia ad res eas ad quas relicta sunt. Sin autem legatum ad pias causas ab aliquo relictum fuerit, iubemus ut intra sex menses à die apertionis testamenti numerandos, hoc omnibus modis præbeat iis quibus relicta sunt: sin autem qui granati sunt, differant hoc legatum præbere, & fructus, & usuræ & omnis legitima accessio ab eis exigetur à tempore mortis eius qui hoc reliquit. Sin autem legatum annum cuiusque venerabili domui relictum fuerit, si ij quidem qui dare iussi sunt, vel locus ex quo hoc præberi iussus est, sit in eadem vel in fissima prouincia, iubemus hoc legatum nullo modo alienari. Nota ex his sitis Nouellis, quod statuta quæ sunt ab extructoriibus seu fundatoribus, seruantur, nisi aduersentur canonibus. Quod loci Episcopus, & eius œconomi cogunt, non solum successores eorum qui donauerunt res aliquas propria causa, sed ipsos etiam donatores dare quæ data sunt, etiam si hoc non sit concessum, sed potius etiam prohibitum à restatore. Quod quæ ad pias causas relicta sunt, Falcidiam non admittunt. Quod licet Episcopi, administratores, qui à fundatoribus relinquuntur, si mali appareant, amouere, & alios facere. Et dic, his notatis, consistere non posse quæ in statutis à fundatoribus describuntur, ut locorum Antistes nullam omnino partem habeant in Monasterijs à se adificatis. Similiter nec aucta Antistitem, quæ continent, eos qui eis succedent, Episcopos nihil iuris habituros in Monasterijs: & quæ eam ob causam propter transgressionem intentantur ab eis segregationes, in ipsorum capita redituras.

culatibus inuentum fuerit, extendatur Episcopi prudentia ad res eas ad quas relicta sunt. Sin autem legatum ad pias causas ab aliquo relictum fuerit, iubemus ut intra sex menses à die apertionis testamenti numerandos, hoc omnibus modis præbeat iis quibus relicta sunt: sin autem qui granati sunt, differant hoc legatum præbere, & fructus, & usuræ & omnis legitima accessio ab eis exigetur à tempore mortis eius qui hoc reliquit. Sin autem legatum annum cuiusque venerabili domui relictum fuerit, si ij quidem qui dare iussi sunt, vel locus ex quo hoc præberi iussus est, sit in eadem vel in fissima prouincia, iubemus hoc legatum nullo modo alienari. Nota ex his sitis Nouellis, quod statuta quæ sunt ab extructoriibus seu fundatoribus, seruantur, nisi aduersentur canonibus. Quod loci Episcopus, & eius œconomi cogunt, non solum successores eorum qui donauerunt res aliquas propria causa, sed ipsos etiam donatores dare quæ data sunt, etiam si hoc non sit concessum, sed potius etiam prohibitum à restatore. Quod quæ ad pias causas relicta sunt, Falcidiam non admittunt. Quod licet Episcopi, administratores, qui à fundatoribus relinquuntur, si mali appareant, amouere, & alios facere. Et dic, his notatis, consistere non posse quæ in statutis à fundatoribus describuntur, ut locorum Antistes nullam omnino partem habeant in Monasterijs à se adificatis. Similiter nec aucta Antistitem, quæ continent, eos qui eis succedent, Episcopos nihil iuris habituros in Monasterijs: & quæ eam ob causam propter transgressionem intentantur ab eis segregationes, in ipsorum capita redituras.

Dicit autem liber primus Digestorum, titulo 8. cap. 1. quod sacra sunt diuini iuris, & nullus in ea dominium obrinet. Sacra autem res est, quæ est publice consecrata. Quæ enim sunt priuata, non sunt sacra, sed prophana. Si autem corruerit ædificium, manet locus sacer, ut cap. 6. Consecrantur autem & in urbibus, & in pagis. Publicus autem locus, præter iussu Imperatoris non fit sacer, ut cap. 8. & 9. Est autem sacrum inæstimabile, ut cap. 10. & Institutionum prim. tit. 1. dicit, quod sacrum est id quod 1. rectè per sacerdotem Deo dedicatum est, ut templum, & vasa sacra, & si templum corruerit, manet locus sacer. Non est autem sacrum, quod quis auctoritate propria tanquam sacrum fecerit. Et tit. 6. quod diuturna possessione sacra quis non acquirat, nec fit valida rei sacræ stipulatio, ut Instit. 3. tit. 19. & tit. 23. Quod nullus sciens emit rem sacram. Sin autem deceptus emit ut rem priuatam, agit ad id quod interest. & Instit. 4. tituli 15. quod prohibetur quis ædificare in sacro, liber primus, tit. 15. cap. 7. Magistratus sacra obseruant, & curant ut ea honorentur. lib. 1. tit. 14. cap. 7. Non rectè quis paciscitur sacrare locum priuatum, lib. 6. tit. 1. cap. 23. ff. Sacra tanquam nostra vendicare non possumus, lib. 8. tit. 1. cap. 14. ff. Sacro loco intercedente etiam per ipsum ad priuatum aditus impeditur. Per eum enim locum seruitus non constituitur, lib. 11. tit. 7. cap. 36. ff. Sacra quæ venerunt in manus hostium, sacra esse cessant, sicut liber in seruitutem redactus à calamitate autem liberata, priorem statum rursus recipiunt. Et lib. 17. tit. 1. cap. 63. quod si res communis consecrata fuerit, quæ erat in ea communio soluitur. Et lib. 18. tit. 1. cap. 5. 6. 62. Rei sacræ emptio consistit, si quis eam esse sacram ignoret, & Pro socio habet actionem de re quantum eius interfuit non decipi. Sin autem scit is qui emit, nõ consistit emptio.

Tit. de reu. diu. ff.

Tit. de reu. diu. ff.

Tit. de reu. diu. ff.

Tit. de reu. diu. ff.

Tit. de reu. diu. ff.

Tit. de reu. diu. ff.

Tit. de reu. diu. ff.

Tit. de reu. diu. ff.

Tit. de reu. diu. ff.

Tit. de reu. diu. ff.

Tit. de reu. diu. ff.

Tit. de reu. diu. ff.

Tit. de reu. diu. ff.

Tit. de reu. diu. ff.

Tit. de reu. diu. ff.

Tit. de reu. diu. ff.

Tit. de reu. diu. ff.

Tit. de reu. diu. ff.

Tit. de reu. diu. ff.

Tit. de reu. diu. ff.

Tit. de reu. diu. ff.

Tit. de reu. diu. ff.

Tit. de reu. diu. ff.

Tit. de reu. diu. ff.

Tit. de reu. diu. ff.

Tit. de reu. diu. ff.

Tit. de reu. diu. ff.

Tit. de reu. diu. ff.

E E e

De eodrah. Et caput septuagesimum tertium eiusdem tituli Di- gestorum, Si sacrum corruerit, locus non fit prophanus, vnde nec venditur.

BALS. Primum caput 9. tit. primi libri. ff. est liber 46.

Imp. cap. 6. quod sic habet ut scriptum est: Quare ergo, ut perfectus ex his discas ea que sunt ex ipsis posita in hoc opere. Quod autem præter sacerdotum sententiam ab aliquibus sacrum factum est, non est ita sacrum, ut ego quidem existimo, ut Episcopale censetur, & habeat privilegium Catholice Ecclesie. nam quod ad hoc quidam attinet ne commutetur, sacrum est. Et si quis enim oratorum absque sacerdotis oratione fecerit, sacer est tamen locus eiusmodi, & non amplius fiet communis 63. cap. 1. tit. 17. ff. est liber 12. Imp. tit. 1. cap. 63. resp. ultimum, quod sic dicit: Solatur societas si vel persona mutetur, vel res, vel sententia, vel actio. Persona quidem, maxima vel media capitis diminutione, & morte. Res autem mutatur, quando vel non est omnino, vel statum consecrata mutavit vel etiam publicata. Cum autem audis legem meminisse eius quod est prophanum, ne id pro immundo, sed pro privato accipias. Scis autem, quod sancta quidem, que non sunt consecrata, & venduntur, & donantur, & suscipiuntur, eorumque dominium tempore acquiritur. 2. Sacra autem in nullis sunt bonis nec dominio, & quod qui sacrum quidem furatus est, ut sacrilegus punitur: qui autem sacrum privatum est suffragatus, ut verbi gratia imagines, furti actione tenetur. Sunt autem multa & que alia eorum differentia. Si quis autem dicat, & quomodo venduntur Monasteria & sacra, audias, quod nihil eiusmodi venditur nec emitur, sed in eis habetur, & venditur, & emitur. Qui autem vas sacrum vel locum sanctum vendit, perdit precium, & punitur. Et liber 2. tit. 1. cap. 1. Iustus autem quibusdam de causis nonnunquam sacra venduntur. Quare primum & secundum titulum quinti libri. Docent enim de Ecclesiis, & Monasteriis, & sacrosanctis domibus, earumque rebus ac iuribus. Et hæc quidem de sacris. Quæ autem ex fructibus offeruntur, sacra non sunt. & quare librum quinquagesimum quartum, titulum tertium, caput secundum.

Et liber viceimus quartus, titulus primus, caput quintum, Digest. Recte dono uxori meæ locum, ut in eo ædem faciat: & fit locus sacer. Et liber viceimus septimus, titulus decimus, caput duodecimum, Curator furiosi non potest rem aliquam dedicare. Liber octauus, caput tricesimum nonum, Qui rem sacra legat, videtur insanire, & ne precium quidem dat: quandoquidem nec omnino quidem venditur. Liber tricesimus nonus, titulus primus, caput primum, Locum habet operis noui nunciatio, ne præter legem fiat opus in sacro loco. Titulus tertius, caput decimum septimum, Sacro loco intercedente non constituitur seruitus. Liber quadragessimus primus, titulus primus, caput tricesimum secundum; Possidere definimus, si locus ipse sacer fiat, etiam si non vt talem, sed vt priuatum cum habemus. Titulus tertius, caput nonum, Diurna possessione sacra non acquirimus. Liber quadragessimus tertius, titulus primus, caput primum, secundum, Non oportet aliquid fieri in loco sacro, & factum restituitur. Titulus sextus, eiusdem libri, caput primum. Non licet facere, vel in loco sacro iniicere, quod deformitatem, & non ei ornamentum afferat. Hoc autem ad sacra priuata non pertinet, Sacrorum autem custodia iis qui ipsis præfunt permissa est.

BALS. Quintum caput, titulus primus libri viceimi quarti. Et si monumentum purum magis precij uxori dona-

A vero, valet donatio, sic tamen ut cum sit religiosus, valet. Sed & si ipsa in illum fuerit illata, fit locus religiosus. Ad Deo quoque offerendum recte dono uxori meæ, vel locum, in quo opus faciat quod promiserat: vel eadem, & fit locus religiosus. Cap. 12. 10. tit. 27. lib. cap. 10. sic habet: Curator furiosi recte rem suam, tanquam sit furiosus, alienat, sed non rem furiosi tanquam suam. Potest autem ad furiosi vitilitatem dare pignori: rem autem eius consecrare non potest. Si quis autem publica, vel sacra, vel Imperatoris propria legauerit, videtur insanire, & eorum ne precium quidem datur. Quoniam illa quidem nunquam venduntur: que sunt autem Imperatoris, non præter Imperatoris sententiam. Caput primum, titulus tricesimus septimus, decretum sic habet: Recte a re stipulor, ut hoc sacrum exhibeas, vel extrahas, vel monumenti locum. Nam in iis quoque locis valet locatio. Valet autem in re sacra locatio, que est conuentio, ut aliquid sacrum extrahatur, non autem ut sacrum tradatur. Si quis enim Monasterium conducto acceperit, non solum ex conditione que est iniqua & inualida, non inuabitur, sed etiam punitur. Qui enim conducunt, & ex pacto Monasteria accipiunt, ut qui contractum contra leges fecerint, Dei & Legis condemnationem formident. Titulus decimus quintus, caput tricesimum septimum, responsum ultimum, quod sic habet: Si iussero fieri cruce ex centum libris, & in hoc loco sacro statui: omnes autem que in eo sacro loco sunt, sunt argenteæ, vel aeneæ, hæres cogitur eas facere argenteas, non autem dabit aeneas, nec cogitur eas facere aureas.

Liber 35. tit. 2. cap. 1. Etiam in iis que Deo legantur, locus est Falcidia. lib. 50. tit. 14. cap. 2. Si quis rem aliquam vouerit, voto obligatur ipse, non autem res que vouetur. Quando autem soluta fuerit, ipsa quidem sacra non fit, sed liberatur qui vouerat. Eiusmodi autem voto obligantur patres familias puberes sui iuris. Filius enim familias, vel seruus sine patris dominive auctoritate voto non obligantur. Si decimam quis bonorum vouit, non prius esse in bonis desit, quam fuerit separata. Si quis autem ea non separata, decesserit, hæredes eius obligantur. voti enim obligatio transit ad hæredes. Liber primus Cod. tit. 2. constituitur prima, licet volenti relinquere sanctis Ecclesiis in vltima voluntate. 2. firmas enim & ratas esse oportet eorum qui moriuntur voluntates. Constitutio 13. In valido testamento, vel codicillis, vel non scripta voluntate, licet viduis, & diaconissis, & sacris virginibus, & monachis, & aliis sacris Ecclesiis, relinquere, clerico, & monacho, & mendicis, in institutione & substitutione, & legatis & fideicommissis, seu specialibus, seu per vniuersitatem.

BALS. Primum caput 2. tit. 35. lib. ff. est liber 41. Imperial. responsum tertium, dicens in parte: Ea etiam que Deo legantur, Falcidiam admittere. Extra autem hoc præfens caput, Paleus hæc expresse dicit: De differentia ecclesiasticorum caput, 131. Nouella, non permittit ea que in pijs causis legantur, rescari Falcidia. Scholiasies autem hoc dicit: Existimo hoc præfens Digestorum caput sublatum esse a 131. Nouella, que sita est in 3. tit. 5. libri. & mox etiam fusius docet, quomodo hæc lex sublata sit. Et hæc quidem dicit Paleus & Scholiasies. Ego autem dico, quod præfens Nouella non recte ab eis accepta est. Non enim indistincte dicitur, per Falcidiam non rescandæ ea que ad pijs causas relicta sunt: sed si male reseruat sit hæres in datione legati, amittit Falcidiam que ad ipsum pertinet, & dat legata, ut dicit Nouella. Sin autem in eorū datione se recte gesserit, accipit Falcidiam que ad se pertinet. Dicit enim eadem

2. Sacra in nullis est Dominio, neque potest vendi aut eni, sed 1. quod in eo est. 5. ex quoque dicitur.

L. Si sponsus, parag. proinde. ff. De donat. inter vir. & vxo. 1. Nemo potest rem sacram legare. L. Abagnato. ff. De Curat. furiosi. L. 1. paragr. Nunciatio. ff. De oper. noui nunciat. L. Si prius parag. fin. ff. De aqua pluuar.

L. Qui vniuersitas parag. Postest. ff. De acq. vel amit. poss. L. Vltima pignorem. ff. De vltim. p. & vltim. p. L. 1. & 2. ff. De interdictis. L. 1. Ne quid in loco sacer.

L. Iulianus. ff. De Curat. furiosi.

L. 1. paragr. Ad municipiū. ff. Ad Falcid. 1. Si quis rem aliquam ff. De pollicit. 1. Filius famul. nō potest sine patris auctoritate voto se oblig.

L. 1. C. de sacros. sed. 1. Nihil est detrahendum de uoluntate defuncti. L. Generali leg. C. lib.

Auth. de ecclesiast.

e. ad. Nouella, sita in lib. 5. tit. 3. cap. 9. quod sic habet expressè: Sin autem hæres que ad pijs causas relicta sunt, non impleuerit, dicens bona sibi relicta ad ea non sufficere, iubemus ut omni lucro ex Falcidia cessante, quantum in eis facultatibus inuentum fuerit, sanctissimi locorum Episcopi prouidentia cedat ad res ad quas relicta sunt.

Cōstitutio 17. Que sunt vsque ad 500. solidos non insinuatæ donationes in Ecclesiā, vel Xenodochiū, vel Nosocomion, vel Orphanotrophium, vel Brephotrophium, vel Trochium, validæ ratæ que sunt. Reliquæ autem, etiā si ad pijs causas factæ fuerint, insinuatione opus habent. Et etæ etiā quas esse amplioris quantitatis probatum fuerit, exceptis donationibus Imperatoriis. Constitutio 18. Quæ ad sanctas domos ex curiali munificentia veniunt, lucratiuorum descriptioni non subiiciuntur. Constit. 19. Si quid donatū fuerit, & vel hæreditas, vel legatum sacrosanctæ domui relictum fuerit ad captiuorum redemptionem, mobile vel immobile, competunt personales, & in rem, & hypothecariæ: & sola centū annorum præscriptione repelluntur. hoc est enim tempus vitæ longæui hominis. Cōstitutio 37. 3. tit. Si quis Dominum Christum hæredem scriperit, non addita appellatione oratorij, Ecclesia loci in qua erat defunctus, scripta esse videtur. Idem etiam in legato: & cedit ad alimentum pauperum. Si cui autem Sanctorum Martyrum vel Angelorum reliquerit, non facta mentione domorum, si est quidem in illa ciuitate, vel in eius regione eiusmodi domus, ea id capit: Sin autem non est, ea accipit quæ est in Metropoli. Sin autem nec illic quidem est villa eiusmodi, eæ que sunt in loco Ecclesiæ id capiunt.

BALS. Nonadecima constitutio non est sita in Imp. nec 37. 3. tit. Tu autem scias, quod etiam si hac constitutio statuat sacrosanctas domos sola centū annorum præscriptione repelli, primum tamen caput 120. Iulianiani Nouellæ seu postremum caput 2. tit. 5. li. Imp. hæc aperte decernit. Omnis actio, que venerebilitati domui competit, siue est personalis, siue hypothecaria, non excedit 40. annos, vnicuique eiusmodi sacrosanctæ domui competentibus temporalibus præscriptionibus sua tempora seruantibus. alius domibus ei cedentibus, nisi ostensum fuerit defunctum aliquid cogitasse, aliud vero dixisse. Tūc enim, quod verum est, & non quod scriptū est, seruatur. Sin autem locum expressum dixerit, multa autem eius nominis loca inuenta fuerint in ciuitate vel in regione que est circumcirca, si ad eorum quidem aliquem maiorem habebat affectionem, vel frequentius illuc ventitabat, ei relictum esse videtur. Quod si non inueniatur aliquid eiusmodi, que est ex his ædibus pauperior, id accipit quod relictum est. Et tit. 3. eiusdem lib. dicit, valere id quod relinquuntur pauperibus. Constit. 28. eiusdem tit. Valet id quod relictum est ad redemptionem captiuorum. Et si testator quidem eum nominauit qui huic rei est inseruiturus, ipse exigat, & pro sua conscientia restatoris ordinationem exequitur: sin autem non dixit personam, Episcopus ciuitatis in qua restator natus est, accipit quod relictum est, domorum executione manifestam apud præsidem constituyente eorum que data sunt quantitatem, & post annum numerum eorum qui redempti sunt, & eorum que pro eis data sunt. Sin autem barbarus erat qui restatoris est, & de eius ciuitate dubitatur, Episcopus loci in quo mortuus est, bona accipit, & implet quod ordinatum est. Qui autem scit id quod relictum est, recte facit si id dicat præfidi & Episcopo, & non est delator.

De sacris vasis & donariis, Apostolorum canon

Tom. 6.

73. Syn. primæ & secundæ quæ in sanctorum Apostolorum æde congregata est; cap. j. Epistolæ Cyrilli ad Dūm. cap. 2. Decimatertia constitutio 2. tit. primi libri Codicis dicit, Quod si sint mobilia præter vasa sacra, cessat necessarium immobilium & sacrorum vasorum alienatio & hypotheca. Et decimaseptima constitutio eiusdem tit. dicit, Quod, qui non propter captiuorum redemptionem sacra vasa vel suppellectilem emit, vel in hypothecam pignusve accipit, à precio & vltura excidit: & venduntur per Episcopos & œconomos; & vasorum custodes, etiam si fusa sint, atque etiam eorum precia exiguntur, si non apparent. Dicit liber 18. tit. 1. caput 62. Quod, qui insciens sacrum emit, etiam si non consistit venditio, agit tamen aduersus venditorem, quanti eius intererant non fuisse id à se perceptum. Vel eos qui emunt, vel qui fundunt, vel qui alienant, nisi propter redemptionem captiuorum, Prima autem constitutio eiusdem tituli dicit, quod sacra vasa Constantinopolis, & oratoriorum quæ vbilibet sita sunt, non alijs venduntur vel pignori dantur, quàm ad redemptionem captiuorum. Sin autem sint plura vasa quæ nulli sunt vsui; contingerit autem aliquam sanctam domum ære alieno grauari, & non sint aliæ res mobiles ex quibus possint debita dissolui, licebit, venditione sine damno consistente, Episcopo quidem apud Metropolitanum alicuius, Metropolitano verò apud suum Patriarcham, superabundantia vasa alijs sacrosanctis ædibus, quæ opus habent, vendere, vel fundere, & vendere, & eorum precium pro debito præbere, ne mobilia eorum alienentur. Dicit autem etiam liber primus, titulus decimus octauus, caput decimum tertium, quod Præsides sacrilegos conquirunt.

BALS. Secunda constitutio 2. tit. Nouellam est Nouellam Iulianiani 120. que sita est in lib. 5. Imp. & ita habet: De dicitur. Est & liber 6. tit. 1. caput 41. quod sic habet: Magister stratus pacis curam gerat, quærens sacrilegos, & plagiarios, & fures, & receptatores, & eorum delicta acriter persequens. Quæntiam 4. caput 2. tit. dicit, Exceptis debitis res reliquæ in familia hærescunda iudicium veniunt: & venena, & libri magici, & similia. Est autem iudicij officium ea statim corrumpere. Non diuiduntur autem, quæ ex sacrilegio acquisita, vel ex publico surrepta, vel vi & inuisione parta sunt. Tu autem scias, quod quæcumque mala fide possidet defunctus, non veniunt in familia hærescunde iudicium: sed suo domino integre & minime diminuta seruantur. Vicissimum sextum caput 41. libri, tit. 1. ff. dicit, Turpes stipulationes sunt inualide, ut quando quis se cadem facturum, vel sacrilegium admissurum spondiderit. Neque enim ex iis competet actio. Et primum caput 4. tit. 48. libri dicit, Lex de iis qui sunt rei læse maiestatis, est similis ei que de sacrilegio lata est, & ea tenetur qui populum Romanum offendit: & qui dolo induit præter iussum Imperatoris ut obsides interimantur: vel ut essent armati homines in ciuitate aduersus ciuitatem: vel ut locus vel sacra occuparentur: vel ut seditio fieret cotio: vel ut interficeretur Magistratus. Et qui ad hostes misti nuncium vel literas, vel eis signa dedit: vel eis aliter opem tulit, & milites corruptit: vel ad seditionem ac tumultum aduersus ciues incitauit. Et caput primum, 13. tit. eiusdem libri, cap. 1. Peculatus autem mouetur aduersus eum qui ex sacris, vel monumentis, vel pecuniis publicis abstulit, vel in suos vsus conuertit, præter ea que lege permissa sunt, & aduersus eos qui dolo procurarunt ut horum quid fieret, & aduersus eum qui

L. Iubemus vt & L. sanctimus. C. de sacrosanct. eccles.

L. Qui officij. ff. De contra empt.

L. Sancta C. de sacrosanct. eccles.

L. Quomodo liceat vasa sacra vendere.

L. Cognit. ff. de offic. præfidi.

Auth. de alien. & empt.

L. Genera. luer. cum seq. ff. De verb. oblig. L. 1. ff. Ad legē Iuliam Maciel. L. 1. Ad leg. Iuliam peculatus. L. Diu. Severus. ff. Ad l. Iuliam, pec. L. Aut facta. paragr. Loc. ff. De pœnis.

enim nonnulli, quod quoniam factus, qui in matris visceribus adhuc later, matris omnino de factus ipsius coniunctus est, & non potest nisi cum matre illuminari, quod in lucem nondum venerit, nec sciendi baptismi voluntatem habeat, nec pregnantis quoque debet mulier baptizari, sed expectare donec factus in lucem exierit, ne eius quidem pars illuminetur: alia vero nequaquam illuminata maneat: & quod si cum pregnantem factus baptizatus fuerit, si postquam in lucem exierit baptizetur, inuenitur huiusmodi baptizatus, quod est absurdum. Et ideo etiam Neocesariensis Syn. in 6. can. soluit dubitationem, de pregnantem sic deficiens, quod oportet eam illuminari quando velit: nihil enim hac in re commune habet quæ peperit cum eo quod natum est, quod nisi quisque propriam animi voluntatem, quæ est in confessione, ostendat. Cum itaque hic diuinus canon statuat nihil habere commune, quod nascitur, cum ea quæ peperit. Patriarcha, qui hoc opus composuit, inuenit assumptas leges aliquando quidem dicere partem esse pregnantis mulieris factum qui est in vero præter sententiam canonis: aliquando autem non esse, ea quæ contraria videntur coniunctis, eorum solutionem nostræ, ut est verisimile, in scriptis relinquit. Dicitur ergo dictas leges non esse inter se contrarias. Factus enim, qui est in vero, semper antequam natus sit, pars est matris, ut dicitur caput vicesimiquinti libri. Et ideo non potest pater eum tanquam sit in sua potestate vendicare: postquam autem natus fuerit, vendicat, ut qui non sui pars matris. Porro autem is etiam qui bona fide possidet quod ex furta ancilla natum est, id tanquam non furuum suscipit. At canon quidem non quod non sit pars pregnantis mulieris, qui in vero est factus, permittit eius illuminationem: sed quoniam nihil habet commune factus cum muliere quæ peperit: Scilicet quod non ea quoque non illuminata reputetur, quod non possit factus baptismi confessionem suscipere. Quando autem furta ancilla factus suscipitur, & quando non, dicunt diuersæ leges: & quæ scripta sunt superius posita vicesimo sexto capite, secundum librum Imperialis.

Cap. 11.
Cap. 12.
Cap. 13.

C. Ne factum baptismi iterum.

L. Excipiunt ff. de senat. ff. de alim. & cib. leg. L. Mela. I. Si quera ff. Qui testam. facere possunt. L. Impuber ff. Ad l. Cornel. de falsid.

L. Si minor annis. ff. Ad l. Iulian. de adult.

Post sanctum baptismum vngi oportere, Synod Laodic. canon quadragesimus octauus.

De sancti Christifatis confectione, Syn. Carthag. canon 6.

De iis qui bis, vel non ut oportet, baptizantur, & de iis qui infirmos non baptizant, Apostolorum canon quadragesimus septimus, quadragesimus nonus, quinquagesimus.

De iis qui rebaptizant, & rebaptizantur, tractant prima & secunda constitutio noni tituli, primi libri Codicis. Altera enim Episcopo depositione, altera vero viciniam supplicium ei qui baptizauit & baptizatus est imponit. Siquidem est ætatis in quam cadat crimen. Scias autem quod ei qui est pubertati proximus, ob nullam causam datur auxilium, ut liber vicesimus nonus, tit. quintus, cap. decimum quartum. Est autem pubertas in masculo quidem quartusdecimus annus completus, in femina autem, annus duodecimus. Ut liber vicesimus octauus, titulus primus, caput quintum, Institutionum 1. tit. 22. Sin autem fuerint aliquibus legata alimeta, donec fuerint puberes masculus quidem capit, donec octauumdecimum annum compleuerit: femina autem, quartumdecimum. Ut liber tricesimus quartus. Porro autem impubes falsum non committit. Ut liber quadragesimus octauus, tit. decimus, caput vicesimum secundum. & adulterium post pubertatem committitur. Ut caput tricesimum sextum, quintus titulus eiusdem quadragesimo octauo libri. Iam vero Nouella, quæ tractat de

A Ecclesiis Africæ, quæ est tricesima septima, dicit quod, qui sunt rebaptizati, milites quidem esse non possunt, penitentia autem agenda locum habent.

B A L S. Caput decimum quartum, 16. tit. 35. lib. Imp. quod sic habet: Si impubes pubertati proximus dormiens prope dominum qui est interfectus, id quod factum est non prophanerit, puniatur. Impuberibus enim, qui sub eodem sunt recto, dat veniam, non autem ministris & consocijs, si possint id quod fit intelligere. Eis enim ne in alia quidem causa datur auxilium. Quintum cap. primi tit. 35. lib. ita habet: Masculus, qui decimum quartum annum compleuit, restatur. Femina autem, quæ 12. Natus autem calendaris Ianuarij videtur annum complere sexta hora noctis pridie calendaris Ianuarij anni sequentis. Caput tertium, 19. tit. 38. lib. Imp. quod sic habet: Antiquitas feminarum quidem pubertas a solis 12. annis indicatur: Masculorum autem, ex eo quod completus esset decimus quartus annus, si vna etiam corporis habitus concurreret. Ut in Institutionibus didicisti: Iuber itaque constitutio, ut etiam in masculis a quatuordecimo anno indicatur, non in scripto a nobis corporis habitu, propter pudorem. Quæ in tricesimo quarto libro, titulo decimo quarto, capite decimo quarto, quod sic habet: Si impuberibus alimenta legauero, & non ostendatur quousque eos accipere voluit, quousque viuunt capiunt. Sin autem dixi, usque ad pubertatem: masculus quidem usque ad decimum octauum annum, femina usque ad decimum quartum accipit. In solis autem alimentis pubertas ita benigne definitur. & caput secundum ita habet: Nec Liboniano (natus) consulto, nec crimini falsi est impubes obnoxius. Et caput quadragesimum, quinquagesimus septimus titulus: Post pubertatem adulterium adulterium committit, & legi subijctus. Nouella ista est in libro primo, tit. primo, cap. quadragesimo quinto, quod sic habet: Hæreticus ne baptizet, nec rem publicam administrat, nec vllum regium officium exerceat. Qui est rebaptizatus, a sola militia arceatur: Iudeus mancipium Christianum ne habeat. Atque hæc quidem docent capita de impuberibus qui rebaptizantur, vel aliter peccant, quando eis datur venia, & quando non datur, & quantum est tempus quod est post pubertatem. Tu autem omnibus collectis, dicas, quod Impubes trisariam diuiditur: In infantem impuberem qui loqui non potest, & iam complet triennium: in proximum infantem, qui prope est ut loquatur, & septimum annum complet, & in eum qui est pubertati proximus, & est doli capax, qui a septimo anno ad ipsum decimum quartum etiam usque procedens, annum decimum quantum attingit. Et puberes quidem, qui non sunt doli capaces, non sunt crimini obnoxij. Qui autem iam sunt capaces, seu qui annum septimum compleuerunt, & si rebaptizantur, corriguntur. & si aliter peccant, puniuntur. & dic illum impuberem falsi crimine non teneri, qui est minor annis septem. Sed etiam quadragesimum caput, tricesimum septimum titulum sexagesimi libri sic interpretare. Post pubertatem enim teneri adolescentem crimine adulterij est eiusmodi, cum qui peccat in impubertate, non solum in impubertate, sed etiam postea teneri. Quod autem de alimentis dictum est, & præter canones, quod sint alimenta maxime necessaria. Scias autem, quod eiusmodi puberes, non ut qui sunt perfectæ ætatis puniuntur, sed in eos paulo mitius agit.

D diuiditur: In infantem impuberem qui loqui non potest, & iam complet triennium: in proximum infantem, qui prope est ut loquatur, & septimum annum complet, & in eum qui est pubertati proximus, & est doli capax, qui a septimo anno ad ipsum decimum quartum etiam usque procedens, annum decimum quantum attingit. Et puberes quidem, qui non sunt doli capaces, non sunt crimini obnoxij. Qui autem iam sunt capaces, seu qui annum septimum compleuerunt, & si rebaptizantur, corriguntur. & si aliter peccant, puniuntur. & dic illum impuberem falsi crimine non teneri, qui est minor annis septem. Sed etiam quadragesimum caput, tricesimum septimum titulum sexagesimi libri sic interpretare. Post pubertatem enim teneri adolescentem crimine adulterij est eiusmodi, cum qui peccat in impubertate, non solum in impubertate, sed etiam postea teneri. Quod autem de alimentis dictum est, & præter canones, quod sint alimenta maxime necessaria. Scias autem, quod eiusmodi puberes, non ut qui sunt perfectæ ætatis puniuntur, sed in eos paulo mitius agit.

Quinam ex hæreticis ad fidem orthodoxam accedentes baptizantur, & quinam solum vnguntur, Syn. Nic. can. decimus nonus. Syn. Laodic. canon 7. 8. Syn. Constantinopol. canon septimus. Syn. 6. canon nonagesimus quintus. Synod. Nic. secundæ can. 8. Basilij can. quadragesimus septimus.

Quomodo qui est dæmoniacus, vel qui in morbo delirat, baptizatur, Timoth. cano secundus quartus.

L. Mela. ff. De cib. & alim. leg.

Cap. 14.

Cap. 15.

Cap. 16. Non oportere mulierem in diebus suæ purgationis baptizari, Timothei canon 6.
Cap. 17. Si catechumenus ante baptismum communicauerit, Timothei canon primus.

TITVLVS QVINTVS.

De iis qui contemnunt Ecclesias, & Synaxes, & memorias, & de iis qui comedunt in Ecclesiis, & de agapis.

Cap. 1. De iis qui docent domum Dei, & synaxes, & memorias, esse contemnendas, Synod. Gangr. canon quintus, octauus. Syno. 6. canon septuagesimus sextus, 88. 97.

Cap. 2. Non faciendas in Ecclesiis agapas, nec esse comedendum in eis, Syn. Laod. canon vicesimus octauus. Syn. Carth. can. quadragesimus secundus. Synod. 6. canon septuagesimus quartus, septuagesimus sextus, nonagesimus septimus. Tertia constitutio 12. tit. primi libri Codic. prohibet eos qui confugiunt, comedere vel dormire intra templum, sed securè eos posse agere intra vestibula, in atrijs, & porticibus, & lauacris, & hortis.

B A L S. Tertia constitutio 12. tit. primi libri Codic. est liber 5. Imp. cap. 11. quod sic habet: Usque ad Ecclesiam terminos, qui sunt ante forum publicam securitatem habeant qui confugerit, interioribus lauacris, vel hortis, vel adibus, vel atrijs, vel porticibus videntes, & prohibeantur intra templum vel comedere vel bibere. Armis autem se non muniant sed ea apud Episcopi deponant, vel munus perasasi, vel postea erecti iussu Episcopi & iudicium.

TITVLVS SEXTVS.

Cap. 1. De fructuum oblatione, Apostolorum canon tertius, quartus, 51. 52. Syn. sextæ, canon vicesimus octauus, quinquagesimus septimus, septuagesimus nonus, nonagesimus nonus. Cyr. ex Epistola ad Düm, canon 2. Tricesima octaua constitutio 3. tit. primi libri dicit, quod non oportet Episcopos vel Clericos cogere aliquos offerre fructus, vel dare angarias, vel propterea excommunicare, vel anathematizare, vel non dare communionem, vel non baptizare. Etiam si eiusmodi consuetudo inualuerit. Qui hoc autem transgreditur, a sua Ecclesia excidit, & sua administratione: & dat decem libras. Hæc autem observantur in sola regia vrbe, eiusque regione, & locis qui pertinent ad Metropolitanos, qui ordinantur à Patriarcha, vel ad Episcopos qui fiunt ab illis. Lege quæ scripta sunt in primo capite, 2. tit. præsentis operis, de oblationibus, & de iis quæ donantur vel relinquuntur sanctis domibus.

Cap. 2. Quomodo oportet dare vel accipere fructuum oblationes, & de iis qui ab Ecclesia accipiunt ceram vel oleum, Apostolorum canon septuagesimus secundus. Syn. Gangr. canon septimus. 68. Theophili ex commentario canon 7.

Cap. 3. De iis qui offerunt Synagogis vel sacris, gentium, Apostolorum canon 51. 52. Prima constitutio 22. tit. primi libri Codic. dicit, quod id quod Iudæorum vniuersitati legatum est, non petiatur. Et nona constitutio 11. tit. eiusdem libri, quod si quid datum vel relictum fuerit ad Hellenismi seu Paganismi constitutionem, id ciuitas accipit.

Tom. 6.

De ieiunio & quadragesima, & Pascha, & Pentecoste, & Dominico, & Sabbaro, & genuflexione.

De ieiunio, & iis quæ prohibentur vel permittuntur fieri in quadragesima ieiuniorum, Syn. Gangr. can. decimus octauus, decimus nonus. Apostolorum canon 64. 69. Syn. Laodic. cano 49. quinquagesimus, 51. 52. Syn. sextæ canon vicesimus nonus, 52. 55. 56. 88. Petri canon decimus quintus. Quinta constitutio 12. tit. 3. lib. Cod. dicit, quod in præcedentibus 40. Paschæ diebus cessat omnis criminalium causarum disceptatio. Et sexta constitutio, quod dies festi sunt septem dies ante Pascha, & septem post Pascha, & Christi Natalis, & Theophania. & dies passionis Apostolorum, & Dominicus. & in iis diebus nec spectaculum peragitur, nec causa dicitur. In 15. autem Paschæ diebus nec debitum priuatum vel publicum petitur. Octaua autem constitutio permittit in 15. dieb. manumissiones & emancipationes fieri & de iis acta confici. Nona verò constitutio dicit, quod etiam in quadragesima, & in die Paschæ qua stio habetur de latronibus, ut conficiis profertur & maxime de Iauris. Tertia autem constitutio 6. tit. primi lib. Cod. dicit, quod in diebus Paschæ nullus in custodiam trahitur, vel in vincula coniicitur, præterquam adulter & incestus, & raptor virginis & tumulorum efflor, & præfignatorum in canator, & monetæ violator, & homicida, & parricida, & tyrannus.

B A L S. Quinta autem constitutio 2. tit. 3. libri Codicis, & alia diuersa capita dicunt quæ in his visa sunt. Si vis autem planè sciri: quibusnam diebus feriantur ac quibusnam iudicia, lege Imperatoriam Nouellam quæ mense Martio, 10. indictionis anno 6570. emissæ est à Deo coronato optimo & sanctissimo nostro Imperatore Domino Emanuele Comeno, Quæ hæc tractat post principium: Decretumus ergo ut illi dies sint ab omnibus negocijs & actionibus immunes, quos in presenti constitutione expresse enumerauimus: & in aliquibus quidem illorum ab omni actione cesset, ut toto eorum spatio iudicium minime exerceatur, nisi Imperatoris forte dispensatio, aliqua forte ratione vel necessitate, ut sepe negocia facile emergunt ac erumpant, in his quoque voluerit iudicium federe: in aliquibus vero ex parte iudicia agitentur. Ut scilicet à mane usque ad ipsum diuini sacrificij tempus, liceat iudicibus vacare orationi, & Dei glorificationi: & post diuinum sacrificium iustitia curam gerere, & iis qui iniuria affecti sunt legunt virtute opem ferre. Quibus ergo post diuinum sacrificium est iudicare permittitur, in iis quæ a se fiunt, decretis, recordabuntur temporis, quo fiunt eorum decreta. Ac primum quidem tractandum est de iis quæ sunt ab omni actione immunes. Qui est ergo octauo Septembris dies natalis immaculatæ Domine & Dei matris, erit festus. Similiter & 14. qui honoratus est exaltatione viuificæ Crucis: & 26. propter Apostoli & Euangelistæ Ioannis Theologi emigrationem. 6. Octob. quod in eo agatur memoria sancti Apostoli Thomæ. Nonus propter Alphæum Iacobum Apostolum. Et 18. propter Apostolum & Euangelistæ Lucæ. 13. mensis Nouemb. quod patris Chrysostomi in eo memoria peragatur. 14. quod Philippi Apostoli in eo facti agatur. 16. quod Euangelistæ & Apostoli Mattheus honoratur. 21. quod Dei matris in templum ingressus celebratur. Et 30. quod Andree & Petri in eo festi agatur. 9. Decemb. ut pote quod in eo peragatur concepcio castissimæ matris Dei nostri. 20. usque ad ipsum 6. mensis Ianuar. ut pote quod in eis celebratur natalis. & EEc iiij

Cap. 11.

L. Quadragesima & L. Omnes dies. C. de ferijs.

L. Nemo deinceps. C. de Episcop. cop. & aut. dicit.

Festus conceptionis Virginis Mariæ.

Feria Paschales.

Medietates quadragesimæ.

Festum dd. Cosmæ & Damiani.

baptismus Domini, & Dei & servatoris nostri Iesu Christi. 18. iustitiam Iana. xij. propter divinos Patres & Doctores Athanasium & Cyrillum. Et 25. propter memoriam magni Patris Gregorii Theologi. 2. Februarij. propter servatoris occursum. 3. propter memoriam Symeonis, qui Christum suscepit, mysterium. 25. Martij. propter Dei matris annuntiationem. Dies Paschales ab ipsa Lazari resurrectione usque ad octavam post Pascha. 25. Aprilis propter Apostolum & Evangelistam Marcum. Et 30. propter Apostolum Iacobum Theologi & Evangeliste fratrem. 8. Maij. propter memoriam sancti Iohannis Theologi. 10. propter sancti Apostoli Simonis Zelatoris memoriam. 21. propter sanctorum Apostolorum aequalium Imperatorum Constantini & Helenæ memoriam. 26. propter Apostoli Alphæi Indæ. 11. Junij. propter Apostolum Bartholomæum. 19. propter Apostolum Iudam & Thaddæum, & Iacobum, & Iacobum. 24. propter præcessoris natalem. 29. propter festum summorum Apostolorum Petri & Pauli. 30. propter celebrationem Apostolorum 12. 25. Iulij. propter sanctæ Annæ Dei genitricis parentis dormitionem. 6. Augusti propter servatoris nostri Iesu Christi transformationem. 9. propter memoriam sancti Apostoli Marthie. 15. propter gloriosissimam sanctæ Dei matris emigrationem. 20. propter memoriam sancti Apostoli Thaddæi. 24. propter memoriam Apostoli Bartholomæi. 29. propter venerabilis præcessoris truncationem. His ut ab omni negotio penitus immunes computantur etiam quadragesimalis ieiunij mediæ tates, & Pentecostes, & servatoris assumptio. & omnes totius anni Dominicæ, ut in eis sit exclusus omnis ad iudicium aditus: & nullus eorum, quibus iudicare sorte datum est, iudiciale quid exerceat. Qui autem ex parte quidem cessant à iudicijs, & non sunt omnino, ut prædiximus, à negocijs gerendis immunes, hi sunt 6. mensis Septembris, quod summi ducis Michaelis in Chonis miraculum admirabiliter effectum est. 23. Octobris, quod fratris Dei Iacob memoriam peragimus. 25. quod magnum martyrem Ingentique redolentia fragrantem Demetrium celebramus. Primus Nouembris, quod miraculorum effectores gratis mēdentes Cosmam & Damianum celebramus. 8. quod in corpore eorum Synaxis peragatur. 28. quod sanctus Martyr Stephanus recens celebratur. 4. Decembris, propter præclaram martyrem Barbaram. & 6. propter miraculis insignem Ingentorumque fragrantia scatem Nicolaum. Primus Ianuarij. propter divinum Gregorium Nyssenum. 15. propter venerationem preciosa Patri catenæ. 19. propter exaltationem preciosi corporis Theologi Gregorij. Et 27. propter venerabilem exaltationem reliquiarum Chrysoptomi. 7. Februarij, propter magnum Martyrem ducem exercitus Theodorum. Et 17. propter athletam Theodorum Tironem. 9. Martij, quod quadraginta magnorum Christi martyrum memoria peragatur. 23. Aprilis, quod magnus Martyr Georgius honoratur. 2. Maij, propter magnum Athanasium. 8. Junij, propter magnum Martyrem ducem exercitus Theodorum. Nonus propter sanctum patrem nostrum Cyrillum Alexandrinum. Et 27. propter sanctum & mirabilium operum effectorem Sampsonem. Primus Iulij, quod in eo sanctorum mirabiliumque operum effectorum, Cosmæ & Damiani memoriam peragimus. 2. quod depositionis preciosa cæstis Dei matris memoriam agimus. 8. quod magnum Martyrem Procopium celebramus. 11. quod insignem Martyrem Euphemiæ. 20. quod Prophetam Heliam honoramus. 27. quod athleta mirabilium operum effectoris Panelcomonis festum agimus. Et 31. Augusti. propter preciosa & Deiparæ depositionem. 2. autem sunt eiusmodi, ut partim quidem operari liceat, sintque profecti, partim in iis operari non liceat, festi sint. Foras autem, quæ sunt vel propter Imperatoris natiuitatem, vel re-

nuntiationem, eas quoque in profectis diebus mea Imperatoria maiestas annumerat, & ipsa præfens decretum incipiens, & in iis quæ ipsa peregerit docens reliquos. Non enim constitutionis ratio ita persuadebit ijs qui illi mentem adhibent, ut mea Imperialis maiestatis actio. Ipsos enim dies, in quibus Imperatoria mea maiestas in hac vita edita est, & Dei providentia ad imperium electa est, profectos esse decernit: nec iudicia illum in eis iustitiæ agere omnes ergo præter superius adscriptos dies profecti erunt, & in eis dicitur, & consequenter iudicialium sententiarum sicut executiones. Credo autem præfens nostræ Imperatoriæ maiestatis decretum Deo gratum futurum. Miseros enim dicens Pharisæos Dominus, ipsi etiam misericordiam iudicium præcipit.

Ut neque puerpera, nec qui propter morbum non potest, Pascha ieiunare cogatur, Timothei canon 8. 9. & decimus.

De tempore, & die Paschali, & de Theophanijs, Apostolorum canon 7. Syn. Antioch. can. 1. Syn. Carth. canon 73. Syn. 6. canon 66. 89. Dionisij ex Epistola ad Basilidem, canon 1. Theophili ex edicto de Theophanijs.

Non oportere die Dominico fieri spectacula, vel genuflectere in Dominicis, vel diebus Pentecostes, & quod oportet, quoad eius fieri potest, die Dominico feriari, non tamen sabbato: & quod oportet legere scripturas sabbato, Syn. Nic. can. 20. Syn. Laodic. can. 29. Syn. Carthag. canon 61. Syn. 6. canon 19. 66. Petri canon 15. Theophili ex edicto de Theophanijs. Decima constitutio 12. tit. 3. lib. Cod. dicit, diem Dominicum esse festum, nec licere in eo operari. 9. autem eiusdem tit. constitutio, quod in eo non interpellatur quisquam aut priuatum debitum: nec iudicatur, nec scenicum spectaculum, vel venatio, eorumve cultus peragitur. Sin autem contingerit Imperatoris natalem esse Dominico, differuntur spectacula. Qui autem spectat die Dominico, militia priuatur, & bona eius publicantur, & executor, qui legem transgressus est. Licet autem pacifici & transigerent in die Dominico. Dicitur autem in lib. primo, tit. 9. constitutio. 2. & 13. quod Iudei sabbato, & alijs suis festis, nec corporale ministerium exercent, nec aliquid faciunt, nec propter publicam vel priuatam causam in eos actio intenditur vel ipsi, in Christianos intendunt.

BALS. Decima constitutio 12. tit. 3. lib. Cod. & 12. eiusdem libri, sunt postremum cap. 60. libri Imp. quod propemodum ita habet, ut in ea visum est: nisi quod prior eademque fustor nouella meminit solius Dominici. Imp. autem omnem diem deputatum in Dei honorem similiter esse honorandum decernit. Adicit autem, ut sicut apparitores, litium exaltatores, & præcones. fiant autem omnes contractuum conuentiones, absque illo impedimento, non solum in scriptis vel sine scriptis, sed etiam per iudiciales sententias.

Que sit causa genuflexionis, & cur hoc non fiat die Dominico, & diebus Pentecostes, & cur oramus ad orientem, Basilij ex 27. cap. eorum quæ scripta sunt ad Amphilochem de sancto spiritu.

TITVLVS OCTAVVS

De Parochijs, & quomodo versentur Episcopi & Clerici, de eorum peregrinatione, & de annuis Synodis, & de susceptione hospitum & doctrina, & commendatitijs, & pacificis epistolis, & quasnam res agunt publicas vel priuatas, & quomodo se inuicem honorant.

Cap. 2.

Cap. 3.

Cap. 4.

L. fn. C. de feciis.

L. die fab. C. de ludis & Cælic.

Cap. 5.

Cap. 1.

L. Omni in nouatione. c. de sacros. eccl. c.

L. Decerni mus. ibid.

De parochijs, & de iis, quæ regis typis sunt, in nouationibus, Syn. Chalced. can. 17. Syn. Carth. canon 3. 56. 71. Syn. 6. canon 25. 36. 37. 38. 39. Sexta constitutio 2. tit. primi libri Codic. dicit quod Canonica dubitationes, quæ in toto Illyrico oriuntur, non oportet decidi præter sententiam Archiepiscopi Constantinopolis & eius Synodi, quæ habet priuilegium Romæ veteris. 16. eiusdem tit. constitutio infirmat ea quæ decreta sunt regnante Zenone contra ea quæ paulo antè statuta fuerant ab Imperatoribus de Sacerdotibus vel constitutione Ecclesiastica, & priora renouat, & dicit Constantinopolitanam Archiepiscopum habere aliorum primatum. 30. constitutio 3. tit. primi libri dicit, Vnaquæque ciuitas habeat proprium Episcopum. Quod si quis per diuinum rescriptum ausus fuerit proprio Episcopo vrbe vel regionem, vel aliquod ius adimere, priuatur iis quæ habet, & fit infamis. Excepta est autem Tomorum Scythiæ ciuitas. Eius enim Episcopo reliquarum quoque curam gerit. Et Heleno Isauriæ est sub Episcopo Iauropolit. Quod autem Constantinopolitana ciuitas habeat priuilegia Romæ veteris, dicit liber primus Codicis, tit. 21.

BALS. Caput primum, 23. tit. 4. lib. Imp. sic habet: Constantinopolis non solum Italiæ, sed etiam ipsius Romæ priuilegijs utatur. Cuiusmodi autem sint priuilegia sanctæ veteris Romæ Ecclesiæ, ostendit decretum quod ab Apostolis aequali sancto magno Constantino ad sanctum Siluestrum qui tunc erat Papa Romæ, factum est.

DECRETVM CONSTANTINI

ÆQVVM esse iudicauimus cum omnibus Satrapis, & vniuerso Senatu, Magistratibus, & omni populo, qui est sub Romæ gloriæ potestate, ut sicut sanctus Petrus est Dei in terris vicarius, ita etiam Episcopi, successores principis Apostolorum, principalem in terra habeant potestatem amplius quam nostræ gloriæ Imperatoria maiestas, idque à nobis concessum est, & à nostra Imperatoria maiestate, & volumus Apostolorum principem, & eius successores ac vicarios esse primos apud Deum patres & defensores: sicut Imperatoria nostra potestas in terra honoratur & colitur ita etiam decernimus coli & honorari sanctam Romanam Ecclesiam: & plusquam Imperium nostrum, & terrenam sedem sanctam, S. Petri Cathedralis gloria affici & extollit: dantes ei potentiam, & gloria auctoritatem, & decernentes statum sedis, sedis Alexandrinæ, Antiochenæ, Hierosolymitanæ, & Constantinopolitanæ, & ut semel dicam, omnium totius orbis Ecclesiarum. Et qui futurus est Episcopus sanctæ Romæ Ecclesiæ, debet esse insignis, & omnibus mundi sacerdotibus altior & si quid est quod ad Dei cultum, & Christianæ fidei correctionem, & confirmationem pertineat, id ab eo iudicatur. Equum enim est ut sancta illa lex illic caput & principium habeat, ubi sanctus Legislator seruator noster Iesus Christus insit beatum Petrum Apostolum sedem tenere: & ubi crucis passionem sustinuit, & beatæ mortis calicem bibit & magistri & Domini sui vestigia secutus est: & gentes illic caput suum per nominis Christi confessionem inclinet, ubi Doctor noster beatus Apostolus Paulus cernice pro Christo porrecta martyrij coronam accepit: & ad finem usque mundi ibi Doctorem querant, ubi sanctæ eius reliquie quiescunt: & illic supplices, & in terra prosternati, caelestis &

Imperatoris & Dei seruatoris nostri Iesu officio deserviamus, ubi super bo illi regi seruiuimus. Tradidimus ergo ipsis sanctis Apostolis, beatis Dominis meis, Petro & Paulo, & post ipsos beato Siluestro & patri nostro magno Episcopo & Catholico Papæ Romano, & omnibus eius successoribus, qui quidem ad finem usque mundi sessuri sunt in sede beati Petri, ab hodierno die, nostrum Imperiale palatium Lateranense, quod vincit ac antecellit omnia mundi palatia. Præterea autem etiam diadema seu coronam capitis nostri: simul etiam lorum, & superhumeralia, quod Imperatorum collum circumdat: & simul etiam purpuream chlamydem, & tunicam coccineam, & indumenta regia & imperialium equorum auctoritatem. Similiter & sceptrum Imperialia, & omnia signa & banna, & reliqua ornamenta Imperialis amplitudinis, & nostræ potestatis gloriæ. Et viros religiosissimos diuersorum ordinum Clericos sanctæ Romanæ Ecclesiæ seruientes ornari decernimus, & illam habere amplitudinem & maiestatem, qua ornatus erat magnus noster Senatus seu Paritij, & Consules, & relique dignitates. Et sicut Imperialis exornata est militia, ita etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Clerum exornari decernimus. Et quemadmodum Imperatoria potestas multis officijs exornata est, Cubiculariorum, Hæstuariorum, Excubitorum, ita etiam sanctam Romanam Ecclesiam exornari volumus: & ut lumen Episcopale quam amplissime præfulgeat, hoc quoque decernimus, ut clerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ equitente equos albis lineis ornatos. Et sicut noster Senatus fert calceos seu sandalia cum lineis: albis ita etiam caelestia, sicut terrestria ad Dei laudem. Et præterea concedimus sanctissimo nostro Siluestro Episcopo & Papæ vrbis Romæ, & omnibus eius successoribus beatis Episcopis, in honorem & gloriam Domini nostri Iesu Christi, & ipsius sanctissime magnæque & Catholice Ecclesiæ, ut si quis ex senatus sua sponte ac propria voluntate velit fieri clericus, & in sanctorum clericorum numero connumerari: ne quis ex omnibus hoc audeat impedire. Adhuc autem decernimus, ut ipse etiam pius ac religiosus sanctus Pater noster Siluester magnus Episcopus & omnes eius successores Episcopi ferant Diadema, seu coronam, quam ei tradidimus ex capite nostro, ex auro puro, & margaritis inestimabilibus: & ut ea vrantur in capitibus suis, ad laudem Dei & honorem sancti & Principis Apostoli. Ipse autem beatus Papa Siluester supra coronam, seu tonsuram quam habuit ad honorem Dei & sancti Petri, noluit ferre coronam ex auro vel margaritis: Nos autem, quia sanctus Siluester noluit ex auro coronam, splendidissimum Phrygium lorum, quod sanctam resurrectionem significat, eius sancto capiti proprijs manibus imposuimus, & tenentes frænum equi eius, propter venerationem & reuerentiam sancti Petri, stratoris officio functi sumus, decernentes ut omnes eius successores Phrygio vrantur loro in processionibus, ad imitationem imperij. Porro autem ne Episcopatus auctoritas contemnatur, sed etiam ultra nostrum terrenum imperium etiam potentia & gloria decoretur, ecce palatium nostrum, ut prædiximus, & Romanam ciuitatem, & totius Italiæ seu occidentaliū regionum provincias, loca, & castra prius scripta beatissimo Episcopo nostro Siluestro Papæ vniuersali tradidimus, & ei successoribus eius tradimus: firmamque ac solidam regiam iustionis potestatem per diuinam hanc iustionem & pragmatice constitutionem permanere decernimus, & Romanæ Ecclesiæ viris in æternum concessimus: ideo autem par esse censeuimus, ut nostrum imperium nostrique imperij potentiam in Orientem transfereremus, & in Byzantinorum regione, loco vrbis ac frugifero, vrbis nostro nomine statueretur, & nostrum illic staret imperium, quod ubi est principale Sacerdotium, & caput Christianæ religionis, datum à rege calorum, non est

æquum ut terrenus Imperator illic potestatem habeat. Hanc autem Imperij nostri cessionem proprijs manibus composuisti in preciosis reliquijs sancti Apostolorum principis Petri possimus: illic nos omnia firma & illabefacta servaturos nostrosque successores iuravimus: hæc cum actis & monumentis nostris servanda tradidimus sancto patri nostro & universali Episcopo & Papæ, & per ipsum omnibus suis successoribus, annuente Domino nostro & servatore Christo omnia ante scripta tradimus rectè in æternum servanda.

NOTA, quod ex presenti edicto, seu regia iustione sancti & magni Constantini, ius habet Papa Romanus imperatoris privilegij fruendi, præter solam coronam: & ideo in omnibus, quæ ubique sunt, processibus, & diuinis eorum mysterijs, regio loro caput eius regitur: induitur autem etiam veris vestimentis, & eum vero Imperatoris more equitat. eosque qui ei subsunt, imperatoris dignitatibus honorat. Quia autem sancta Synodus dedit Archiepiscopo Constantinopolitano omnia Papæ Romani privilegia, conati sunt nonnulli Patriarchæ, ut ille Cærus & dominus Michael, & alij, eadem sibi privilegia arrogare: sed eis non rectè cedit. Clericos autem Constantinopolitanos dignitatibus honorari non est vetitum, sed ea quoque sunt multa. Ius autem habet ex hoc edicto Chastophylax equitandi in festo sanctorum Norariorum equum patriarchalem cum albo linteamine. Oportet etiam etiam eius caput, utpote Patriarchalis, caddenarij regi aurea tarsi. quæ etiam in Chastophylaco seu tabulario sita est. Huius quoque temporis Patriarcha Alexandrinus ex presenti edicto ius habet, ut cum Phrygio celebret. Habuit autem hanc facultatem sanctus Cyrillus Alexandrinus à Romano papa Cælestino, quando fuit Ephesina Syn. adversus Nestorium. cum non posset Cælestinus adesse Ephesi, & iudicare Nestorium, visum est ut sancto Cyrillo à Cælestino permitteretur huic synodo præsidere. Ut itaque constaret eum habere ius & auctoritatem Papæ, scilicet cum Phrygio, & condemnans Nestorium. Ab eo ergo tempore cum eodem Phrygio sacrificant, & præsidem Patriarchæ Alexandrini, & non veniunt reprehendi. Lege etiam s. Cælestini de ea re Epistolam sitam in actis 3. Syn.

Cap. 2. Non debere Episcopum temere peregrinari, vel Clericū in alia versari prouincia, Apostolorū canō 14. 15. Syn. Ancyran. canon 18. Syn. Antioch. canon 3. 13. 22. Syn. Laodic. canon 41. 42. Syn. Constantinopol. canon 2. Syn. Chalced. canon 13. 23. Syn. Sardic. canon 3. 11. 12. 16. 17. Syn. Carth. canon 23. 71. Syn. 6. canon 17. 18. 20. Syn. Nic. secundæ. canon x. Syn. 1. & 2. quæ in sancto Apostolorum templo habita est, canon 16. 42. Tertij tit. primi libri Codicis dicit constitutio, Episcopus in quocunque negotio præter iussu Imperatoris ne sit Constantinopoli, sed mittat Apocripharium. Transgressor autem multatur & exterminatur, Prima autem constitutio 3. tit. Nouellarum dicit, Nullus Episcopus ablit plusquam anno à sua Ecclesia præterquam iussu Imperatoris cogentibus eos Patriarchis in suis Ecclesijs perferre. Sin autem præter Imp. iussionem plusquam anno abfuerit, Patriarcha Climatis illum legitimis edictis vocet, seruans sanctos canones. Sin autem omnino esse contumax inobediensque perstiterit, eum Episcopatu eiiciat, & alium faciat. sin autem is qui abest, non est Metropolitanus, sed alius Episcopus. Metropolitanus faciat in eum illa quæ dicta sunt: sin autem hoc prætextu vtatur quod priuati iudicij vel Ecclesiastici gratia ablit, per œconomos vel Clericos, vel Apocripharios mittantur, qui eum

Episcopus non ablit à sua ecclesia quā anno.

de Ecclesiasticis quæstionibus conueniant. Non ingrediatur autē prius Byzantium Episcopus, quam cōuenienter canonibus à suo metropolitano literas quæ commendatitiæ dicuntur ad Imperatoriam maiestatem attulerit, quæ esse necessariam peregrinationem testent. Metropolitanus autem peregrè proficiscens Patriarchales literas accipiat, & non eas per se Imperatoriæ sublimitati ostendant: sed cum Patriarcha, vel cum suæ Diocesis Apocriphariis communicent, & cum eis ingrediuntur. Licet autem eis etiam per magnæ Ecclesiæ referendarios vel Apocripharios ad Imperatorem referre. Septima autem eiusdem tituli Nouellarum constitutio dicit, quod si Episcopus nouo tempore à sua Ecclesia abfuerit, ne œconomus ei sumptus suppeditet: sed is sumptus ad Ecclesiasticas & pias causas præbeatur, & qui subsunt Patriarchæ Constantinopolitano, sine eius permissione ad ipsum ne accedant, & ita qui peregrè proficiscitur, ne suam Ecclesiam plusquam anno relinquit: & œconomus sumptus eis ne suppeditent, & Antistes quibus subsunt eos adhortentur per literas vt redeant, & si differant, ad iudicij certamen eos vocent: & si intra certum tempus non reuertantur, eiiciant, & alios ordinent. Eadem autem sint & de Clericis cuiuscunque gradus.

BALS. Tertia constitutio eiusdem tit. est Nouella Instituti 86. sita in lib. 3. Imp. tit. 22. quæ sic habet in fine, sed nec Monachos, nec clericos, vel Episcopos huc venire iubemus absque sanctissimo ipsorum Patriarcha, vel sciant quod se ipsos hoc habitu indignos reddent, & scias quod integra quidem Nouella solius Episcopi meminit: Imp. autem, nec clericum nec Episcopum sinunt Constantinopoli agere absque sententia Patriarchæ. Tu autem magis mentem adhibe xvi. canon primæ & secundæ syn. quæ in ad sanctorum Apostolorum est habita, qui tempus peregrinationis ad sex menses redigit. Lege etiam illius Patriarchæ Domini Nicolai synodalem declarationem, quæ 14. mensis Martij, 3. indict. facta est, & statuit quāto tempore sine illo præiudicio possint magnæ Ecclesiæ sacerdotes & Episcopi abesse.

Oportet Episcopos causas peregrinationis eorū qui per ipsorum regionem transeunt Episcoporum curiose inquirere, Syn. Sard. can. 1.

De Episcopis & Clericis, qui proficiscuntur ad Imperatorem, vel eos qui illi adstant, Syn. Antioch. canon 11. 12, syn. Sardic. can. 7. 8. 9. 21. Syn. Carthag. canon 76. 104.

De susceptione hospitum, & de pacificis, & commendatitijs Epistolis, Apostolorum canon 12. 37. Syn. Antioch. canon 7. 8. 11. Syn. Laodic. canon 41. 42. Syn. Chalced. canon 8. Syn. Sardic. canon 9. Syn. Carthag. canon 23. Syn. 6. canon. 17.

De differentia pacificarum & commendatitiarum Epistolarum, Syn. Chalced. canō 11. Syn. Carthag. canon 16.

Quibusnam oporteat Episcopos ferre auxilium, & de Episcopis & Presbyteris & Diaconis, qui Ecclesiasticis indigentibus opem non ferunt, Apostolorum canon 59. Syn. Sardic. canon vii. Qui inopia premuntur hæretici, non capiunt ea quæ dicuntur à synodo à iudiciis vel Ecclesijs, vt liber primus, 81. tit. v. constituit. 8.

De synodis, & iis qui ad eas proficiscuntur. Apostolorum canon 37. Syn. Nic. canō v. Syn. Antioch. canon

Aut. 86. b. 10

Cap. 5

Cap. 4

Cap. 6

Cap. 7

Cap. 8

canon

can. 20. Syn. Laodic. canon 30. Syn. Chalced. canō 19. 21. Syn. Carthag. canon 18. 73. 76. 85. Syn. 6. canon 8. Syn. Nic. 2. canon. 6. Secunda & 18. constitutio primit tit. Nouellarum volunt semel, vel bis in anno Iunio, vel Septembri fieri synodum Metropolitanorū, apud Patriarchā & Episc. apud Metropolitanos: & examinare causas quas Episcopi, & Clerici, & Monachi inter se habent de fide, & canonibus, & negocijs Ecclesiasticis, & alijs, & quæ præter canones peccantur corrigi. Earum autem præfides & ordines non obediens Metropolitanis Synodos facere differentibus, vel Imperatoriæ maiestati significantes extremè puniuntur.

Non temere oportere Episcopum vel Clericum emancipare, Syn. Carthag. can 35.

Quomodo vendicant Episc. loca ad se pertinentia, quæ ab hæreticis occupantur, Syn. Carthag. can. 122. 37. Nouella dicit Ecclesijs Aphricæ tutè habere suas possessiones, & si Greci, vel hæretici habeant, vel aliquas eorum domos, vel vasa, ea esse eis auferenda, non opposita longi temporis præscriptione.

Non debere electores populum adorare, Syn. Carth. can. 16.

De Episcopis, qui non conuertunt hæreticos, & de Episcopis, & Clericis qui non docent populum, & quod Episcopus Deo pro populo responderet: & quando cum peccauerit populus, Clerus segregatur, Apostolorum canon. 36. 39. 58. Syn. Carthag. canon. 122. 224. Syn. 6. canon 19. 64.

De Episcopis, & Clericis, qui aliquid seculare faciunt, vel publicum, vel priuatum, & vel aliquid conducunt, vel curam tutelam ve gerunt, Apostolorum canon 6. 81. Syn. Chalcedon 3. Syn. Carthag. canon 16. Syn. Nic. secundæ canon 10. Syn. 1. & 2. in templo sanctorum Apostolorum habitæ canon. 11. 17. constituit. 3. tit. primi lib. Codicis, prohibet ne Clerici aditum habeant ad actiones publicas, vel quæ curijs conueniunt. & 30. eiusdem tit. constitutio prohibet Ecclesiasticis postremas voluntates aperire, 50. librarum pœnam transgressori statuens. & 40. eiusdem tituli constitutio dicit quod Episcopi, & Presbyteri, & Diaconi, & Hypodiaconi, & Monachi, etiam si nō sint ordinati, sunt ab omni tutela & cura immunes vacantes Ecclesijs, & suis Monasterijs, diuinorum ministeriorum celebrationem non negligentes. Secunda vero constitutio primi tituli Nouellarum dicit, quod Episcopus vel monachus non fit tutor vel curator. Alij autem Clerici suorum cognatorum curam gerunt, si intra quatuor menses apud competentem iudicem id sua sponte susceperint: nec circa aliam curam ei præiudicium afferatur: sed nec publicorum, vel vctigalium, vel alienarum possessionum receptor, vel domus curator, vel causæ procurator, vel pro eiusmodi causis fideiussor, Episcopus, vel œconomus, vel alius clericus, sit nomine proprio, vel Ecclesiæ, vel sui Monasterij. Possessiones tamè quæ prope sanctas eides sitæ sunt, possunt cōducere, & in emphyteusim capere: omnibus Clericis, & Monachis in contractu, vel in venditione consentientibus, & vtile esse id quod agitur declarantibus. Potrò autē ipsæ quoque venerabiles ædes suis Clericis locant, & dant in emphyteusim præter ea quæ sunt alia lege prohibita. Et ipsi etiam ab

Cap. 9.

Cap. 10.

Cap. 11.

Cap. 12. Episcop. de debet hæreticos cōuertere. populi docere.

Cap. 13.

L. Placet de Episc. & Cler.

L. Genera. liter. sancit. de Episc. & Cler.

alijs Clericis accipiunt. Qui autem præter hæc facit, si est quidem Episcopus, omnia eius bona Ecclesiæ applicantur: sin autem œconomus, vel alius Clericus, dat pœnam pecuniariam, quæ à suo Episcopo statuitur. Qui autem eis administrationes commiserunt, vel ab eis fideiussionem acceperunt, non habent actionem aduersus ipsos, vel res, vel fideiussores, vel Ecclesijs, vel Monasterijs: sed etiam damnnum, quod publico allatum est, è domo sua resarciunt.

BALS. 24. primi tit. Nouellarum constitutio est Nouella Iustiniani. sita in libro 3. Imp. tit. primo, cap. 3. Hæc autem ita habent, ut visum est. Quare autem necessario Synodalem etiam decorationem, quæ facta est x. decembris, 6. indict. à sanctissimo Patriarcha domino Luca, de clericis, qui publicas & personales seruitutes exercent, quæ posita est in 16. canon. Carth. Syn. In Patriarchatu autem beati Patriarchæ domini Ioannis, mense Februario, indict. 8. facta est Synodalis declaratio, quæ decernit ut nec Diaconi, vel omnino Ecclesiastici aut Monachi causas agant. Quam etiam legem sitam in 16. can. Carthag. Syn. mense autem Ianuario, 4. indict. Patriarchatū egerunt beato Patriarcha domino Michaele Archialo, facta est Synodalis declaratio, quæ tractat ut quādam modum Sacerdos & Diaconus, ita etiam clericus, & quibus sacratus a secularium officiorum & ministeriorum exercitio abstineat. Cuius quidem declarationis potestas sita est in dicto canone. Potrò autem 68. Nouella domini Leonis Philosophi iubet ne Clerici vel Monachi orphanorum tutelam vel curam suscipiant. permittit autem ut sint tutores & administratores vltimarum voluntatum: & maxime si ad animam pertinentes donationes sunt ab eis processuræ: & nota hoc. Etanc enim distinctionem non alibi sitam inuenies Sed etiam 86. eiusdem Imperatoris Nouella decernit: ut nec Episcopus, nec ullus clericus, aduocacionibus, vel cōduccionibus, vel fideiussionibus vacet. Qui autem tale quid facit, ad aliquod quidem tempus segregetur, sin autem persisterat, deponatur. Et hæc quidem ita, Quidam autem Diaconus à beato Patriarcha domino Luca causam agere prohibuit, vt nec dicitis canonibus, & cæteris legibus, dixit apud Imperatorum tribunal, præsentate etiam Patriarcha, eiusmodi leges & canones non habere locum in eos qui hodie causas agunt & aduocatorum officio funguntur, sed in eos qui tunc erant in ciuilibus iudicijs ordinati, & Imperatoris frumentarias reseras accipiebant, & erant sub Primicerijs, & a secularibus magistratibus characterem accipiebant: quandoquidem omnino clerici rectè prohibebantur secularia aduocatorum officia exercere, sed quia, qui hodie causas agunt, & causidicorum officium obtinent, aduocaciones vt liberale aliquod studium exercent, nec sacratis quidē causas dicere prohibebitur, & dictū suum confirmans, æquum esse asserbat, ut non actio, sed modus à canonibus puniretur. Non solis enim clericis, sed etiam Episcopis amicos defendere permittetur, nec pro causa Ecclesiastica dicere eis probro dabitur, ut ipsæ etiam leges hoc aperte indicant. Sed clericum causas dicere, & aduocati munere fungi perinde ac seculares officiales, laicumque accipere characterem, id est quod odio haberetur, & puniretur. Quod autem esse aduocatum, erat seculare officium, & reseras frumentarias seculares accipiebant, qui erant ordinati aduocati, & erant sub Primicerijs, ex multis est manifestum. Et lege postrema capita primi tit. viij. lib. Imp. & quæ in libro Eparchi de ijs scripta sunt, & ordinata de aduocatis. Tractant enim aduocatos esse collectam multitudinē, & ab illis qui tunc erant præsidibus characterem accipere. His dicitis admissus est, eique fuit permiffum à patriarcha, ut causas vt ante defenderet.

Sacerdos, Diaconus, & clericus, a secularibus officijs se abstineat: nisi ea pertineant ad curam defunctorum.

Cap. 14. L. Eum qui C. de Epif. & cler.

De Episcopis, & Clericis, qui cum introductiis mulieribus conuerfantur, Syn. Nic. canon 3. Syn. sextæ, canon 5. Syn. Nic. secundæ, canon 18. Basilij ex Epistola ad Gregorium. Decimanona constitutio tir. primi lib. Codic. dicit, Sacerdotes, & Clerici cum solis suis matribus, & filiabus, & fororibus, & iis quæ eis ante nupserunt cohabitent. Et prima constitutio primi tit. Nouellarum dicit: Ne habeant Diaconi aliquas secum versantes loco scilicet fororum, vel cognatarum, vel earum quæ dilectæ dicuntur: sed per se habitent vel cum suis veris fratribus, vel patribus, vel parëtibus, vel filiis. Si qua autem dicatur adesse, simulata quidem bona appellatione, sed mala suspitione, ne ordinetur, & etiam ordinata ab habitu excidat, vna cum eo obnoxia existens & huic legi, & reliquis, quæ stupratoris puniunt. Secunda verò constitutio eiusdem tituli Nouellarum dicit, Nullus Clericus qui vxorem non habet, habeat in domo sua introductam, præterquam matrem, & filiam, & sororem, & alias non suspectas. Sin autem hæc non serauerit, & bis ab Episcopo vel cum clericis admonitus eam non eiecerit, vel eo etiam accusato ostensum fuerit illum se non decorè gerere, deponatur, & detur curiæ ciuitatis cuius erat Clericus Episcopus, qui omninò cum muliere cohabitatur, deponitur. Sed nec Diaconissa potest cum vilo habitare qui in malam possit suspitione cadere. Ab Episcopo autem admonita, si eum eiicere differat, ministerio priuatur, & diurno victu, & toto vitæ tempore in monasterium includitur. & bona quidem eius, si habeat liberos, inter ipsos, & ipsam pro proportione diuiduntur, & partem sibi conuenientem monasterium pro eius alimentis accipit. Sin autem non habet liberos, Ecclesia in qua erat, & monasterium ea ex æquo diuidunt.

Cap. 15.

Quomodo oportet Episcopum, vel Clericos, vel eos qui se continent, ad mulieres accedere, Syn. Carthag. canon 38. Syn. Nic. 2. canon 22.

Cap. 16.

Non oportere Clericos cum eo conuiuari, qui secundum coit matrimonium, vel præter leges vxorè ducit, Syn. Neocæsar. can. 7. Timoth. can. 11.

Cap. 17.

Clericos nihil debere facere absque sententiâ suorum Episcoporum, Apostolorum canon 39. Syn. Laodic. can. 57.

Cap. 18.

Non oportere Clericos facere conuiuia ex symbolis, Syn. Laodic. can. quinquagesimus quintus.

Cap. 19.

De ordine Episcoporum ex tempore, & quomodo Clerici sedent, & se inuicem honorât, Syn. Nic. canon 18. Syn. Laodic. canon 8. & 56. Syn. Carthag. can. 86. 89. Syn. 6. canon 7.

TITVLVS NONVS.

De peccatis, & iudiciis Episcoporum, & Clericorum, & segregatione, ac penitentia, & quænam peccata soluit manuum impositio.

Cap. 1.

Qui, & apud quos accusant Episcopos, vel Clericos, Apostolorum canon 4. Constantinopol. Syn. canon 6. Syn. Chalcedon. can. 9. 21. Syn. Carthag. canon 8. 11. 12. 15. 30. 128. 129. Cyrilli Epistola ad Düm. canon primus. Generaliter de personis, quæ prohibentur accusare quamvis personam in crimine publico, tractat liber 9. C. tit. 1. & 40. lib. ff. tit. 2.

Clericus vxorem non admittat secum nec minus sacerdos.

De criminalibus, & pecuniariis, & canonicis quæstionibus dictum est in Codice & in Nouellis. Dicit enim lib. 1. tit. 2. cap. 6. quod canonicas quæstiones, quæ oriuntur in toto Illyrico, non oportet decidere præter sententiam Archiepiscopi, & eius Synodi quæ habet vrbis Romæ priuilegia.

BALS. Præfens caput tractat apud quos agi debet cum Episcopis, & Clericis pro criminalibus causis & pecuniariis. Scias autem esse Nouellam priorum Imperatorum Heraclij, & Constantij, quæ decernit, ne neque Episcopus, nec Clericus, nec Monachus possit in ius vocari ad civilem aut militare magistratum pro vlla criminali vel pecuniaria causa: sed ad proprios tantum Episcopos, vel Metropolitanos, vel Patriarchas. Eadem etiam decernit quæ Iulio mense 4. indict. 5885. anno est edita aurea bulla inclij Imperatoris domini Alexij Comneni, quæ hæc expresse addit: Sin autem inter litigantes est diuisio, & alter quidem est status secularis: alter verò in diuini cleri numerum relatus est, a Etor rei foro omninò subiicietur. & vniuscuique ad competens iudicium accedit: nisi forte quis ex omnibus forum Imperatorum postulet. Tunc enim cessantibus omnibus, Imperatoria maiestas de causa cognoscat, & controversiam decideret. Lege etiam 15. can. Carthag. Syn. & quæ sunt in ipso.

Et tit. 6. constitut. 22. quod qui per calumniam apud competentem iudicem Episcopum accusat, soluit 30. libras. Et constitut. 25. eiusdem tit. quod Clerici Constantinop. si nolint actores apud Patriarcham agere, à solis præfectis præiudicantur, siue conueniant, siue conueniantur, tam pro priuatis, quàm pro Ecclesiasticis: & Clerici quidem æconomum seu Ecclesiæ defensores dant fideiussorem, & non alium, vsque ad 1. libras. & si res eam summam excefferit, pro quantitate quæ excedit dant iniuratum cautionem. Nam & leges & canones veterant Clericum iurare. Conuentus autè æconomus non dat fideiussorem, sed & ipse, & clerici dant duos numeros pro monitione, & pro curatoris constitutione, reliquosque sumptus parcius faciunt. Et 33. eiusdem tit. constitutio dicit, quod Episcopi, clerici, & monachi, à regione in regionem non prorrahuntur, sed apud prouinciarum præfides conueniuntur. Sin autem Constantinopoli inueniantur, apud solos præfectos prætorio conueniuntur. Vbi etiam eis honor habetur, & aduocatos accipiunt.

Quod si in prouinciis de rebus priuatis conueniantur, solos æconomos, vel Ecclesiæ defensores dant fideiussores. Sin autè apud præfectos prætorio pecuniariè conueniantur, vel pro se inuicem fidei iudent, vel sub hypotheca præbent cautionem. Pro Ecclesiasticis autem solus æconomus conuenitur, quem oportet fieri ab Episcopo, & Ecclesiæ defensorem fideiussorem exhibere. & in minoribus quidè iudiciis, pro monitione dant Episcopi & clerici executoribus non plus quàm vnum solidum. Sin autem per præfides executorum, eius sententia in prouincia moniti fuerint, non dant plus quàm duos solidos pro sportulis. Byzantij autem externus Clericus dat tres solidos pro sportulis, quacunque sit actione conuentus. Executor autem, qui quemuis clericum iniuria afficit vel vexat, exauctoratur seu cingulo priuatur, & capitali supplicio afficitur. Si qui autem eos per iniuriam conuenisse visi fuerint, dant eis omnes impensas quæ à principio ea de causa ab eis factæ sunt.

BALS.

BALS. Non inuenimus legem vel canonem, qui prohibeat vel permittat clericos iurare. Numquid ergo præfens legislatio respexit ad id quod à Domino in Euangelis dictum est, Ne iuret quissiam: 32. autem constitutio 3. tit. primi lib. Cod. non est sita in Imp.

L. Si quis in confertendo, C. de Epif. & cler.

L. 2. C. de Epif. audientia.

L. Si quis ex cõsentu, C. eodem.

L. Episcopa. iudicij, C. eodem.

L. Decernimus C. eod.

XXXIX. autè eiusdè tituli cõstitutio dicit, quod clerici rectè in cõtractu fori præscriptioni renuñciat. licet autem vniciue generaliter ea quæ pro se introducta sunt negligere. & 2. constit. 4. tit. eiusdem libri dicit, quod si ante definitiuam sententiam Clericus appellauerit, statuta in alios ea de causa 50. librarum argenti multa Fiscus ab eo nõ accipit, sed pauperibus diuidit. 8. eiusdem tit. constit. dicit, quod in solis pecuniariis, inter consentientes, non etiã inter inuitos, Episcopus rectè iudicat. Et constit. 8. quod rata est Episcoporu sententia inter eos qui ipso elegerunt: & præfectorū prætorio sententiis assimilatur, à quibus non licet appellare. Et 13. constit. quod si actor velit, non tamen inuitus, agit apud Episcopum Constantinopolitanum, æconomum, & alios suos clericos, siue aduersus illos, siue aduersus Ecclesiam habeat controuersiam. Et 29. cõstitutio, quod nullus primo loco Clericum apud Patriarcham accuset, sed apud suum Episcopum. Sin autem sit ei suspectus, apud Metropolitanum. Sin autem ille quoque est suspectus oportet tres vnà cum eo iudicare loco totius Synodi, qui pro loco ordinationis primi sint, & si eorum sententiæ non acquieuerint, diceccis Patriarcham appellare, & eius sententiæ stare, tanquam si eos ab initio iudicauisset. A Patriarcharum enim sententia appellari non potest.

BALS. Tertio cap. primi lib. 6. tit. ne mentem adhibueris. Constitutio enim illa sublata est à dicta posteriore Nouella. Sed neque alij ex Nouellis Iustiniani, quæ aliud dicat, mentem adhibueris. sed quantum ad hoc quod primum apud Episcopos & Metropolitanos causas dicantur, & sic veniant ad Patriarcham, sequere dictum responsum 4. cap. 1. tit. lib. Quod ad hoc autem, quod ciuiles vel militares Magistratus aduersus sacros nullam potestatem habeant, adhibe mentem Nouellæ Imperatorum Constantini & Heraclij: & Nouellæ Imperatoris domini Alexij Comneni, quoru in præfenti titulo meminimus. Lege etiam 15. can. Syn. Carthag. & 9. can. Syn. Chalc. & quæ in eis sunt, quæ quidem solunt omnem dubitationem. Integra Nouella ita habet: Aduersus enim eiusmodi Episcopales sententiis non esse locum appellationi, ab iis qui non præcesserunt constitutum est. Quarta autem constitutio est Nouella 88. Idem etiam de iis qui agunt apud Episcopos. Licet autem apud Patriarcham agere, & non plus quàm quatuor* filiquas pro sportulis accipit qui à Patriarcha vel Metropolitanano mittitur clericus. Vel si missus fuerit Episcopus, non plus quàm sex solidos propter quancunque causam vel quantitatem. Patriarcha autem audit appellationem eorum qui ex sua permissione iudicauerunt, Episcoporum vel Metropolitanorum. Qui autem præter hæc facit, dat duplum id quod super actum fuerit, & à Patriarcha, vel Metropolitanano pena Ecclesiastica subicitur, ex Ecclesiastico catalogo ciectus. Hæc quidè, cum res ad statum spectant Ecclesiasticum: sin autem sit ciuilis controuersia, non cogitur is qui agit, vel accusat, hæc seruare, sed est in eius potestate agere apud Magistratus seculares. Quarta autem eiusdem tit. Nouellarum constitutio dicit, quod si quis aduersus clericum causam habet pecuniariam, conueniat Episcopum sub quo est is qui agit, & sine scriptis absque vilo præiudicio iudicet. Et si valuit partes, sententia sine scri-

* hæc est m.

ptis profertur. Sin autem aliqua de causa non possit Episcopus causam decidere, tunc causa apud seculares Magistratus dicitur, Clericis suis seruatis priuilegiis. Sin autem queritur de criminibus, si quidem de ciuilibus, ciuiles Magistratus Byzantij indicant & in prouinciis, causa post litem contestatam non excedente duos menses. Et si clericus visus sit dignus supplicio, prius per Episcopum sacerdotali dignitate nudatur: & sic legis manibus subicitur. Sin autem peccatum est ecclesiasticum, Episcopus canonibus conuenienter iudicat. quæ etiam leges sequuntur. Nec seculares Magistratus ei se quæstioni immisceant. Et decima quinta constitutio eiusdem tit. dicit, Qui habet controuersiam aduersus aliquem Ascetarum, vel virginum, vel sacratorum, vel mulierum quæ sunt in Monasterio, corum Episcopum adeat. Ille verò cum grauitate & honestate ipsam, vel ipsam per Monasteriorum præfectos, vel Apocriarios, vel alios bonos ac probos deducat & consideret. Secularis autem Magistratus, qui seipsum in gerere conatur, excipitur, & Fisco vnà cum suis apparitoribus 10. libris multatur. Executores autem in cancello includuntur, & vtrique par est, castigantur, executorumque deinceps sumgi officio per Episcopos prohibentur. Scias autem quod secunda eiusdem tit. constitutio, quæ est his omnibus validior, & quæ sit recentior, dicit, quod si quis ordinandum Episcopum vel clericum est accusaturus criminis, quod ex legibus vel canonibus possit impedire ordinationem, is eam persequatur. & qui est eum ordinaturus, crimen examinet, præfente & persequente accusatore, vel accusationem ad tres menses implere differente: & si innocens quidem & crimini non affinis apparuerit, ordinetur: sin autem reus, impediatur. Accusator autem, qui non probauit, vel effugit, euicitur ex prouincia in qua habitat. Quod si ordinatio fiat ante examinationem, is quidem qui est ordinatus, expellitur: qui verò ordinatus, à sacroru celebratione anno vno separatur. & omnes eius facultates suæ Ecclesiæ dominio applicantur. Eadem autem dicit etiam 17. eiusdem tit. constitutio, non solum de ordinatione Episcopi, & clerici, sed etiam de præfectorum Monasterij: differt autem, & quæ dicat quod accusator quidè qui non probauit, sed desistit. Si est clericus, à suo gradu expellitur. Sin autè Laicus, castigatur. & quod si fiat quidem ordinatio ante inquisitionem, & qui ordinauit, & qui ordinatus est, sacerdotio mouentur. Eadem autem 2. primi tit. Nouellarum constitutio dicit, Qui habet litem aduersus Clericum, vel Diaconissam, vel Monachum, aut Monacham aut Ascetiam, corum Episcopum adeat, & ille iudicet. & si pars vtraque silitum egerit, fiat executio per seculares Magistratus. Si quis autem eorum qui contendunt, intra decem dies contradixerit, secularis eorum locorum Magistratus rem examinet, & vel sententiâ confirmet, vel exequatur, non valente eo, qui secundo victus est, appellare. Quod si Magistratus Episcopi sententiæ contrariam sententiâ tulerit, Magistratus sententiæ appellationi subicitur, & ex lege referatur, & examinatur. Sin autem iussu vel mandato iudicauerit Episcopus, appellatio refert eius sententiæ ad eum qui transmisit. Quod si crimen intendatur aduersus aliquem eorum qui dicti sunt, si quidem apud Episcopum, & veritatem inuenerit, eum gradu euiciat. & tunc competens iudex eum detineat, & causam legitime examinans ei finem imponat. Sin autem apud Magistratum intentatè, & probatum sit, acta Episcopo ostendantur. & si ex eis delictum inuenerit, eum à gradu, paret. & iudex ei legitimum supplicium inferat. Sin autem existimauerit Episcopus non iuste acta esse quæ facta sunt, sit is qui accusatus: est sub legitima securitate proprio gradu non motus, donec Imperatoria maiestas causa per Episcopum, & magistratum cognita iusserit quod sibi videtur. Si Episcopus differat in pecuniariis iudicare, præstet actor ad magistratum accedere.

FFF

Tom. 6.

Qui autem est accusatus, non dat fidei iuramentum, sed promittit sub hypotheca bonorum sine iuramento. Episcopi, qui inter se inuicem, eiusdem Synodi existentes habent litteras, à Metropolitanano suo, & aliis eiusdem Synodi Episcopis iudicantur: & si utraque pars eis non stet, Patriarcha de eis cognoscit, nullo iis quæ ab eo constituantur valente resistere. Idem est etiam si clericus contra suum Episcopum accesserit. Episcopus litigans nec dat fidei iuramentum, nec cautionem economi, & Prochorophi, & Nosocomi, & qui sunt eiusmodi, suo Episcopo subiiciuntur, & ab eo quod ad suam utilitatem facere videtur postulant, nec possunt ante postulationem se ad aliud iudicium conferre, sed post postulationem, si se lesos esse putauerint, si est quidem Episcopus qui iudicauit, Metropolitanus examinat. Sin autem Metropolitanus iudicauit, Patriarcha cognoscit. Sin autem ante reddidit rationem, & postulationem mortuus sit eorum qui dicti sunt quispiam, eorum heredes tenentur. Similiter libri primi, tit. 3. constituit. 41. quæ dicit quod economus reddit quotannis Episcopo rationem administrationis. Episcopi, & Clerici, qui propter legationem vel ordinationem peregrinantur, non conueniantur donec reuersi fuerint. Non lasis iis, quibus illi tenentur, ex eorum absentia, in longi temporis præscriptione, Monitiones & executiones clericis cum honore afforantur, & Monachis, & Ascetis, in pecuniariis, priuatis, & publicis. & Monacha quidem à Monasterio non trahitur, sed per procuratorem litiget. Monachus autem & suas & Monasterij causas agit, vel per se, vel per procuratorem: Sin autem præter hæc fiat, iudex cingulo priuatur. Episcopus, si de re propria conueniatur, dat sportulas, pro sua autem Ecclesia non vexetur, sed economus, vel qui ab eo præficitur. Qui autem præter hæc sportulas acceperit, duplum reddit. & si sit quidem miles, cingulo priuatur: sin autem clericus, deponitur. De loci autem conseruatoribus 134. Nouella dicit, quod Monacha propter nullam causam aut actionem à proprio Monasterio trahitur.

Cap. 2.

Quot & qui aduersus Episcopos vel Clericos testificantur, Apostolorum canon 75. Syn. Chalced. canon 21. Syn. Carthag. canon 31. 59. 128. & 130. Quosnam in iudicio testes esse oporteat, docet 5. tit. 22. lib. ff. Octaua autem quarti libri & eiusdem tituli Cod. constitutio dicit, quod vnus solus non auditur, etiam si magna sit & illustri dignitate præditus. Hæreticus autem aduersus orthodoxum nullo modo testificatur, nisi de statu curiali cum orthodoxo agatur, vt est lib. 1. C. tit. 5. constit. 21.

ff. de testib. l. iurificati. religioni. C. de testibus.

B A L S. Secundus titulus, 21. lib. Imp. cap. 1. dicit esse testes fide dignos. & in pecuniariis, & criminalibus causis productos, qui non sunt à lege prohibiti, vel excusati. S. tit. 4. lib. Cod. dicit, à testimonio repellitur qui condemnatus est, quod se dicitios ac turbulentes aliquas ineptias fecerit. Nona autem de testibus Nouella, sita est in Imp. quæ ita habet principium: Decernimus & maxime in hac magna & beata ciuitate. & lege eam vt quæ est maxime necessaria, & multa docet de iis qui possunt dicere testimonium 9. constit. 20. tit. 3. lib. Cod. sita est in primo libro Imp. responsio 20. quod sic habet: Oportet testes iurare priusquam dicant testimonium. Credendum est autem honoratoribus. Vnius autem testis testimonium minime est admittendum in quouis iudicio, etiam si sit Senatorij ordinis 21. constit. 5. tit. 1. lib. Cod. est liber 21. Imp. qui sic habet: Hæreticorum Manichei quidem vel Borboristæ, vel Græci, vel Samaritani, vel Mætanistæ, vel Tascodurgitæ, vel Ophitæ, vel qui Iudaicam religionem obseruant, nulla in re dicant testimonium. Reliqui autem omnes, in iudicio quidem quod habet orthodoxi aduersarium, non admittantur. in reliquis autem omnibus cõtractibus, vel testamentis, vel iudiciis habentibus

A hæreticos aduersarios, indistinctè dicant testimonium. Quæ autem in hac constitutione comprehenduntur de ordine & statu curiali, non sunt posita in Imp. sed neque 45. Iustiniani Nouella quæ sita est in paratitulis.

Si quis, qui multorum criminum Clericos accusauit, primo propositum crimen non probauerit, Syn. Carth. can. 104.

De iis qui propriis Episcopis non obediunt, & de eo qui illi suscepit, qui est à proprio Episcopo eiectus, vel excõmunicatus. Syn. Antioch. can. 6. Syn. Carthag. can. 9. 29. 32. 72. 128. 138.

De iudiciis Episcoporum & Clericorũ, Apostolorum can. 74. Syn. Antioch. can. 14. 15. Syn. Chalced. can. nonus, decimus septimus. Syn. Sardic. can. tertius 5. 14. Syn. Carthag. canon 15. 120. 121. & 128. Quæ debent in hoc capite adscribi, coniunxi præsentis capitis adscriptionibus. Querens ergo de pecuniariis vel criminalibus causis, illic lege.

De retractatione sententiarũ Episcoporum, Syn. Antioch. can. 6. Syn. Sardic. can. 3. 4. 5. & 14. Syn. Carthag. can. 14. 15. 28. 79. 9. 100. 122. 125. 9. constit. 4. tit. 1. lib. dicit, quod Episcoporum sententiæ sunt præfectorum prætorio similes, à quibus nõ licet appellare. Et vicesimanona eiusdem tituli cõstitutio, quod siue solus Metropolitanus, siue cum sua Synodo iudicabit Episcopum vel Clericum, nec placuerint quæ decreta fuere, diæcesis Patriarcha cognoscit, & iis quæ ab eo iudicata fuerint statuerit, inde ac si ipse ab initio iudicauisset. Neque enim à Patriarcharum sententia appellatur. Idem ij. quoque eiusdem tit. Nouellarum constitutio, quæ dicit, quod si quis eorum qui apud Episcopũ litigant, intra decem dies contradixerit, eorũ locorum præfens Magistratus rem examinet: & vel confirmet sententiam, vel exequatur: non valente eo, qui hac in re secundò victus est, appellare. Sin autem Magistratus Episcopi sententiæ contrariam sententiam ferat, prædis sententia est appellationi obnoxia, & ex lege refertur, & examinatur. Sin autem ex iussu vel mandato iudicauerit Episcopus, appellatio refert sententiam ad eum qui transmisit.

De retractatione sententiarũ Episcoporum, Syn. Antioch. can. 6. Syn. Sardic. can. 3. 4. 5. & 14. Syn. Carthag. can. 14. 15. 28. 79. 9. 100. 122. 125. 9. constit. 4. tit. 1. lib. dicit, quod Episcoporum sententiæ sunt præfectorum prætorio similes, à quibus nõ licet appellare. Et vicesimanona eiusdem tituli cõstitutio, quod siue solus Metropolitanus, siue cum sua Synodo iudicabit Episcopum vel Clericum, nec placuerint quæ decreta fuere, diæcesis Patriarcha cognoscit, & iis quæ ab eo iudicata fuerint statuerit, inde ac si ipse ab initio iudicauisset. Neque enim à Patriarcharum sententia appellatur. Idem ij. quoque eiusdem tit. Nouellarum constitutio, quæ dicit, quod si quis eorum qui apud Episcopũ litigant, intra decem dies contradixerit, eorũ locorum præfens Magistratus rem examinet: & vel confirmet sententiam, vel exequatur: non valente eo, qui hac in re secundò victus est, appellare. Sin autem Magistratus Episcopi sententiæ contrariam sententiam ferat, prædis sententia est appellationi obnoxia, & ex lege refertur, & examinatur. Sin autem ex iussu vel mandato iudicauerit Episcopus, appellatio refert sententiam ad eum qui transmisit.

B A L S. Secunda constitutio 1. tit. Nouellarum 123. caput 123. Iustiniani Nouella, quod positum in lib. 3. Imp. tit. 1. cap. 44. & eadem fere dicit, quæ hic visa sunt, sed in fine eiusdem capituli hæc dicit Nouella: Sin autem sit res ecclesiastica, seculares magistratus nullam cum hac causa communionem habeant, sed sanctissimi Episcopi ex sacris canonibus rei finem imponant. Lege etiam 45. cap. primi tit. 3. lib. Imp. qui sic habet: Si qui autem sanctissimi Episcopi eiusdem Synodi inter se controuersiam habeant, siue pro iure ecclesiastico, siue pro aliis quibusdam negotiis, prius Metropolitanus ipsorum cum aliis duobus ex eadem Synodo Episcopis rem iudicet: & si utraque pars iudicatis non acquiescerit, tunc beatissimus illius Diæcesis Patriarcha inter ipsos audiat: & illa decernat quæ ecclesiasticis canonibus legibusque cõueniant, nulla parte eius sententiæ valente contradicere, &c.

Si Episcopus habens controuersiam cum Episcopo iudicio non contendat, sed manu agat, Synod. Carth. can. 120.

Quando potest Episcopus aduersus Episcopum apud secularem magistratum actionem intendere, Syn. Carthag. can. 48.

De Episcopis & Clericis qui iniuste expelluntur, Syn. Nic. 2. can. 4. Syn. Sardic. can. 14. 18. 19.

Quot Episcopi deponunt Episcopum, Syn. Constantinopol. quæ fuit aduersus Episcopos Arabiæ, quare can. 12. Carth. & 20. à 2. & 6. & 3. Episcopis.

Ex quibusnam causis deponitur quispiam, Apostolorum canon. 3. 5. 6. 7. 11. 20. 23. 25. 27. 29. 30. 31. 35. 42. 44. 45. 46. 47. 49. 50. 51. 52. 53. 55. 59. 60. 62. 63. 64. 65. 66. 68. 69. 70. 81. 83. 84. Syn. Nic. canon 2. 10. 17. Syn. Ancyr. canon 10. 14. 18. Syn. Neoc. can. 1. Syn. Antioch. canon 1. 3. 4. 5. 13. Syn. Ephes. can. 2. Syn. Chalced. canon 2. 18. 27. Syn. Sardic. can. 21. Syn. 6. canon 3. 4. 5. 9. 10. 11. 86. 97. Basilij can. 70.

Ex quibusnam causis quispiam simul & deponitur & segregatur, vel deponitur, & à communionem seu Ecclesia absconditur, Apost. canon 28. 29. 30. 65.

Ex quibus causis Clericus, vel Laicus anathematizatur, Syn. Gangr. canon. 18. Syn. Chalced. can. 2. 7. Basilij ex epistola ad Gregorium Presbyterum.

Quod non oportet bis vendicare in idipsum, Apost. post. can. 25. Basilij. can. 3. 32. 51.

Ex quibusnam causis quispiam perfecte eiicitur, Apost. can. 28. 51. 62. Syn. Antioch. can. 4. Syn. Laodic. can. 36. Syn. 6. can. 11.

Quadonam cathedræ quidem vel Ecclesiastici status est aliquis particeps, reliquorum autem nihil exercet, Syn. Ancyr. canon 1. 2. Syn. Neocæsar. can. 9. Syn. 6. can. 3. 26. Basil. can. 27. 7.

Non esse credendum Episcopo qui dicit ei suum Clericum priuatum peccatum esse confessum, Syn. Carth. can. 132.

De Episcopo vel Clerico qui comedit carnem in sanguine, vel à feris captam, vel suffocatum, Apost. can. 63. Syn. Ancyr. can. 3. Syn. Ancyr. can. 3. Syn. 6. canon 67.

Quod Episcopos, & Presbyteros, & Diaconos, & omnes qui sacra contrectant oportet etiã à propriis vxoribus abstinere. Syn. Carth. canon 3. 4. 25. 70. Syn. 6. can. 12. & 13.

De Clerico qui irridet infirmos, Apost. can. 57.

De Clerico qui seipsum castrauit, Apost. can. 23.

Syn. Nic. can. 1. eius quæ habita est in Templo Sanctorum Apostolorũ, can. 8. lege etiam quæ superius scripta sunt in 14. cap. primi tituli præsentis operis.

De Clericis Apostatis, & sacrificatoribus, & Magis, & Incantatoribus, & Astrologis, & Mathematicis, & de Vaticinationibus, & Veneficiis, & amuletis, Apost. canon 62. Syn. Ancyr. canon 1. 2. Syn. Laodic. can. 36. sancti Basilij. can. 73.

De Maleficis, & Mathematicis, & similibus, tractat. 18. tit. 9. libri Codic. constitutio prima hæc est, Plus est veneno quàm gladio necare constitutio 2. Geometriam scire est vtile. Mathematica autem prohibita est & condemnatur. Constitutio tertia, Nullus Aruspex, vel sacerdos, vel eorum qui huic ritui ministrare solent, ad vllum ingrediatur, quamcunque ob causam, etiam si eorum sit amicus. Nam & ipse crematur: & qui eum euocauit, publicatis suis bonis deportatur, & eũ qui vult accusat. Constit. 4. Qui magica arte salutem hominum, vel pudicitiam infidiantur, puniuntur. Sed non ij qui ad corporũ medelam aut fructuum fertilitatẽ aliquid faciunt, vtpote imbrem, vel grandinẽ sistentes. Constit. 5. Nullus interroget Vatem, vel Sacrificum, vel Aruspicem: nec consulatur Chaldæus, vel Mathematicus, vel quispiam eis similis. Qui autẽ præter hæc facit, truncatur.

Quot Episcopi deponunt Episcopum, Syn. Constantinopol. quæ fuit aduersus Episcopos Arabiæ, quare can. 12. Carth. & 20. à 2. & 6. & 3. Episcopis.

XXIII. cõstit. 3. tit. 1. lib. C. suscipit memoriã Flavianiani: & eiicit Eutychem. 38. autẽ eiusdem tit. cõstitutio dicit quod non oportet Episcopum vel Clericos cogere aliquos fructus offerre, vel dare angarias, vel molestia probrove afficere, vel anathematizare, vel non dare propterea communionẽ, etiã si inualuerit consuetudo. Qui autẽ transgreditur, Ecclesia excidit, & eius administratio, & dat 10. libras. Hæc autẽ in sola Imp. vrbe seruari, & eius regione, & locis qui pertinet ad Metropolitanos qui ordinantur à Patriarcha, vel ad Episc. qui sicut ab illis, Et secũda constitutio 1. tit. Nouellarũ dicit quod Episcop. vel Presbyter, qui sine causa canonica aliquẽ segregat, soluta à maiore Antifite segregatione, ipse excõmunicatur quandiu Antifiti cui subest visum fuerit.

B A L S. 123. Iustiniani Nouella sita est in lib. Imp. 3. tit. 1. cap. 24. quæ sic habet: Omnibus autem Episcopis vel Presbyteris interdiximus, ne aliquem à sancta communionem segregent, prius quam ostensa fuerit causa propter quã ecclesiastici canones hoc fieri præcipiunt. Si quis autem aliquem præter hæc à sancta communionem separauerit, ille quidem, qui iniuste à sancta communionem separatus est, soluto à maiori sacerdote vinculo, sancta communionem dignetur. Qui autẽ iniuste aliquem à sancta communionem separare ausus fuerit, omnibus modis à sacerdote cui subest à communionem separabitur, quandiu ei visum fuerit: vt quod iniuste fecit, iuste sustineat.

De iis qui segregant, vel ex Ecclesia aut communionem eiiciunt, Apostolorum can. 12. 13. 32. li. Syn. Nic. can. 5. 12. 13. Syn. Antioch. can. 6. Syn. Laodic. can. 36. Syn. Chalced. can. 4. 16. Syn. Sardic. can. 13. 14. Syn. Carthag. can. 65. Syn. 6. can. 21. 14. 3. tit. primi libri cõstitutio dicit, quod qui ex Episcoporum examinatione Episcopatu eiectus est, si quid turbulentum fecerit, & suum Episcopatum inuadere voluerit, procul à ciuitate c. miliaribus eiicitur, nec ei datur facultas accedendi ad Imperatorem, vel accipiendi rescriptum. Sed & si acceperit, nullam ex eo villitatem percipit, & ei qui auxilium illi afferit succensetur. Et 23. eiusdem tituli cõstitutio Eutychem eiicit. Et 5. eiusdem tituli Nouellarum constitutio eiicit Petrum, Anthimon Severum, & Zonaram, minitans iis qui habent scripta Seueri, & ea non exurunt, tum alias pœnas, tum etiam manu absconditionem. Secunda autem primi tituli Nouellarum constitutio dicit, quod Episcopus, qui à sacerdotio canonicè excidit, & inuadit ciuitatẽ, è qua eiectus est, vel relinquit locum in quo iustus esse versari, in Monasterium alterius prouinciæ conuicetur.

Ex quibus causis segregatur Episcopus, vel Clericus, vel Laicus, & si Episcopus accusatus per bellum Episcopatum renunciet: & quod non oportet eum qui Episcopus factus est, seu iuste seu iniuste eiectum, ad gradum sacerdotalem deduci, Apostolorum canon 5. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 15. 16. 20. 24. 30. 36. 44. 45. 48. 49. 51. 54. 56. 57. 58. 65. 67. 70. 71. 72. 73. 76. 84. Syn. Chalced. ex actis de Photio Episcopo Tyri, & Eustathij Episcopi Beryti. Syn. Ancyr. canon 18. Neocæsar canon 58. Cyrilli ex epistola ad Dũm. can. 1. 3. Syn. 6. can. 20. & quæ in eis sunt contrarietate quæ in canonibus esse videtur soluentia.

Quod quandiu Episcopus ei non communicat qui ab ipso segregatus est, nec alij Episcopi ei qui segregauit communicant, Syn. Carthag. can. 133.

Quot Episcopi deponunt Episcopum, Syn. Constantinopol. quæ fuit aduersus Episcopos Arabiæ, quare can. 12. Carth. & 20. à 2. & 6. & 3. Episcopis.

Ex quibusnam causis deponitur quispiam, Apostolorum canon. 3. 5. 6. 7. 11. 20. 23. 25. 27. 29. 30. 31. 35. 42. 44. 45. 46. 47. 49. 50. 51. 52. 53. 55. 59. 60. 62. 63. 64. 65. 66. 68. 69. 70. 81. 83. 84. Syn. Nic. canon 2. 10. 17. Syn. Ancyr. canon 10. 14. 18. Syn. Neoc. can. 1. Syn. Antioch. canon 1. 3. 4. 5. 13. Syn. Ephes. can. 2. Syn. Chalced. canon 2. 18. 27. Syn. Sardic. can. 21. Syn. 6. canon 3. 4. 5. 9. 10. 11. 86. 97. Basilij can. 70.

Ex quibusnam causis quispiam simul & deponitur & segregatur, vel deponitur, & à communionem seu Ecclesia absconditur, Apost. canon 28. 29. 30. 65.

Ex quibus causis Clericus, vel Laicus anathematizatur, Syn. Gangr. canon. 18. Syn. Chalced. can. 2. 7. Basilij ex epistola ad Gregorium Presbyterum.

Quod non oportet bis vendicare in idipsum, Apost. post. can. 25. Basilij. can. 3. 32. 51.

Ex quibusnam causis quispiam perfecte eiicitur, Apost. can. 28. 51. 62. Syn. Antioch. can. 4. Syn. Laodic. can. 36. Syn. 6. can. 11.

Quadonam cathedræ quidem vel Ecclesiastici status est aliquis particeps, reliquorum autem nihil exercet, Syn. Ancyr. canon 1. 2. Syn. Neocæsar. can. 9. Syn. 6. can. 3. 26. Basil. can. 27. 7.

Non esse credendum Episcopo qui dicit ei suum Clericum priuatum peccatum esse confessum, Syn. Carth. can. 132.

De Episcopo vel Clerico qui comedit carnem in sanguine, vel à feris captam, vel suffocatum, Apost. can. 63. Syn. Ancyr. can. 3. Syn. Ancyr. can. 3. Syn. 6. canon 67.

Quod Episcopos, & Presbyteros, & Diaconos, & omnes qui sacra contrectant oportet etiã à propriis vxoribus abstinere. Syn. Carth. canon 3. 4. 25. 70. Syn. 6. can. 12. & 13.

De Clerico qui irridet infirmos, Apost. can. 57.

De Clerico qui seipsum castrauit, Apost. can. 23.

Syn. Nic. can. 1. eius quæ habita est in Templo Sanctorum Apostolorũ, can. 8. lege etiam quæ superius scripta sunt in 14. cap. primi tituli præsentis operis.

De Clericis Apostatis, & sacrificatoribus, & Magis, & Incantatoribus, & Astrologis, & Mathematicis, & de Vaticinationibus, & Veneficiis, & amuletis, Apost. canon 62. Syn. Ancyr. canon 1. 2. Syn. Laodic. can. 36. sancti Basilij. can. 73.

De Maleficis, & Mathematicis, & similibus, tractat. 18. tit. 9. libri Codic. constitutio prima hæc est, Plus est veneno quàm gladio necare constitutio 2. Geometriam scire est vtile. Mathematica autem prohibita est & condemnatur. Constitutio tertia, Nullus Aruspex, vel sacerdos, vel eorum qui huic ritui ministrare solent, ad vllum ingrediatur, quamcunque ob causam, etiam si eorum sit amicus. Nam & ipse crematur: & qui eum euocauit, publicatis suis bonis deportatur, & eũ qui vult accusat. Constit. 4. Qui magica arte salutem hominum, vel pudicitiam infidiantur, puniuntur. Sed non ij qui ad corporũ medelam aut fructuum fertilitatẽ aliquid faciunt, vtpote imbrem, vel grandinẽ sistentes. Constit. 5. Nullus interroget Vatem, vel Sacrificum, vel Aruspicem: nec consulatur Chaldæus, vel Mathematicus, vel quispiam eis similis. Qui autẽ præter hæc facit, truncatur.

Quot Episcopi deponunt Episcopum, Syn. Constantinopol. quæ fuit aduersus Episcopos Arabiæ, quare can. 12. Carth. & 20. à 2. & 6. & 3. Episcopis.

Ex quibusnam causis deponitur quispiam, Apostolorum canon. 3. 5. 6. 7. 11. 20. 23. 25. 27. 29. 30. 31. 35. 42. 44. 45. 46. 47. 49. 50. 51. 52. 53. 55. 59. 60. 62. 63. 64. 65. 66. 68. 69. 70. 81. 83. 84. Syn. Nic. canon 2. 10. 17. Syn. Ancyr. canon 10. 14. 18. Syn. Neoc. can. 1. Syn. Antioch. canon 1. 3. 4. 5. 13. Syn. Ephes. can. 2. Syn. Chalced. canon 2. 18. 27. Syn. Sardic. can. 21. Syn. 6. canon 3. 4. 5. 9. 10. 11. 86. 97. Basilij can. 70.

Ex quibusnam causis quispiam simul & deponitur & segregatur, vel deponitur, & à communionem seu Ecclesia absconditur, Apost. canon 28. 29. 30. 65.

Ex quibus causis Clericus, vel Laicus anathematizatur, Syn. Gangr. canon. 18. Syn. Chalced. can. 2. 7. Basilij ex epistola ad Gregorium Presbyterum.

Quod non oportet bis vendicare in idipsum, Apost. post. can. 25. Basilij. can. 3. 32. 51.

L. Episcopi. Pa. iudicij. C. de Episc. audientia.

Cap. 10.

Cap. 11.

Cap. 12.

Cap. 13.

Auth. de ecclesiast. diuers. cap.

Cap. 7.

Cap. 8.

Cap. 9.

Cap. 10.

Cap. 11.

Cap. 12.

Cap. 13.

Cap. 14.

Cap. 15.

Cap. 16.

Cap. 17.

Cap. 18.

Cap. 19.

Cap. 20.

Cap. 21.

Cap. 22.

Cap. 23.

Cap. 24.

Cap. 25.

Cap. 26.

Cap. 27.

Cap. 28.

Cap. 29.

Cap. 30.

Cap. 31.

Cap. 32.

Cap. 33.

Cap. 34.

Cap. 35.

Cap. 36.

Cap. 37.

Cap. 38.

Cap. 39.

Cap. 40.

Cap. 41.

Cap. 42.

Cap. 43.

Cap. 44.

Cap. 45.

Cap. 46.

Cap. 47.

Cap. 48.

Cap. 49.

Cap. 50.

Cap. 51.

Cap. 52.

Cap. 53.

Cap. 54.

Cap. 55.

Cap. 56.

Cap. 57.

Cap. 58.

Cap. 59.

Cap. 60.

Cap. 61.

Cap. 62.

Cap. 63.

Cap. 64.

Cap. 65.

Cap. 66.

BA L S. Tertia eiusdem tit. & libri constitutio sic dicit: Et per sacrificia vaticinari. Qui autem est eiusmodi, esse puniatur. Et qui eum, vel suscipere, vel mercede euocauit, exterminationi seu exilio & bonorum publicationi subicitur & qui hoc crimen accusat, non est delator, sed praxio magis dignus. Vide ergo quod veteres leges ad id quod est benignius traducte sunt: & non ea quam prius habebant potestate, in repurgatione sita sunt sublatam esse enim & comburi maleficos, & deportari eos qui euocauerunt. Similiter pretermissa sunt & quæ de Aruspibus dicta sunt, & non ingredi illum ex his ad aliquem, etiam si sit eius amicus. Tantum autem prohibitum est per sacrificia diuinare. Nota ergo hæc. Quarta eiusdem tituli & libri Codicis constitutio, est eiusdem tit. & lib. Imperial. cap. 24. Sed nec hæc quidem ita sita est ut erat in integra, sed pretermisisset illud, non puniri eos qui ad corporis medellam, vel fructuum fertilitate faciunt aliquid magicum, & imbres stilunt & grandinem. Et caput sic situm est: Constitutio dicit, 1. um qui maleficium exercuit quod mentes pudicas ad amorem attrahit, vel aduersus hominum salutem quid machinatus est, bonorum publicatione & exilio puniri. Ne ergo mentem adhibueris is quæ in textu scripta sunt, sed us que sita sunt in Imperiali. Nam à canonibus & legibus qui sunt in textu, statum est ut puniantur non solum ij qui propter aliquam causam magica operantur, sed ij etiam qui ad ipsos accedunt. Etiam si aliquis boni gratia sciscitetur. Ut quado de fructuum fertilitate interrogant. Similiter & 5. eiusdem tit. & lib. C. constitutio sic dicit: Nemo interroget aliquem diuinationem profitentem. Chaldaei autem & Mathematici ne in ipsis quidem diuinationibus seipos præbeant: sed etiam capitaliter per ferrum punitio subiciantur. Nota ex constitutione sita in interpretatione presentis capituli, quod etiam si ex Digestis & C. quæ ante repurgationem in usu ciuili versabantur, in capitali supplicio cõruebatur, & tri, & capite truncari, & fure & affigi, Imperator tamen qui fecit legum repurgationem, & Imperiali composuit, ea non admittit, sed distancias à canonibus in Imper. statuens, hæc tria non adiecit. Ne hæc itaque contraria, esse hinc legibus quæ sita sunt in 19. tit. 48. libri Digestorum quæ dicunt esse capitale supplicium, & tri aliquos, & capite truncari & fure & affigi. Si enim recentiores constitutiones, quæ hoc decernunt, non admisse sunt, multo magis nec ff. leges. Mentem ergo adhibe is quæ in 39. capite sita sunt. Nota ex presentibus 25. capite, quod sicut comburi aliquos non admittit Imperiali. Ut diximus in presentis capituli interpretatione, ita nec caput amputatur Chaldaei & Magis: sed loco eius per ferrum punitio permittitur. Dic ergo summam ex his & multis aliis colligens, non esse capitale supplicium capitis amputationem, nec in furca suspendi, nec lapidibus obrui, nec in profundum immergi, sed esse crudelem & inhumanam mortem. Capitale autem supplicium esse relegationem, excacationem, manus amputationem, & reliqua, quæ dant ei qui puniunt, tempus se conuertendi & discedendi à peccatis, eo quod longo tempore plectantur. Dic autem, quod quæcumque leges mueniuntur in Imperiali. dictæ doctrina contraria, ea sunt Digestorum, & seruari non debent. Statutum enim constitutiones esse Digestorum legibus præstantiores, quando de vno & eodem constitunt, & quod videtur legibus & omnibus nouellis leges debere benignius interpretari, & sic sententiam ferri. Ne mireris itaque quod Synodus quæ Constantinopoli est habita tempore illius sanctissimi Patriarchæ Domini Michaelis Oxite, decreuit & permittit ut exueretur Bogomytus. Est enim verisimile non fuisse tunc leges tractatas, vel potius quod cum à sua hæresi dimoueri non possent, etiam tanquam martyres incendium præripuisse. Ego autem qui scio nullam inquam canonem supplicium permittere, quia lex ecclesiastica non nouit poenas corporales,

L. Capitulum ff. de panis.

A sed ciuili, adhuc miror quomodo Synodus hoc inquam decretum ediderit. Christianorum enim in corpore Hæreticos abscindere iubemur: sed eos punire non docemur: sed si sint perinaces, eos tradere legi seculari, & à secularibus Magistratibus de iis sententiam ferri.

Constitutio 6. Qui elementa perturbant, vel suos inimicos per Demones interficiunt, feris obiciuntur. constit. 7. Peccata quidem vbique sunt abominanda & execranda: qui in regia autem vrbe inueniuntur malefici, vel diuinatores, vel somniorum coniectores, vel aruspices, torquentur, & laniantur negantes, & iis qui eos conuincunt resistentes, priuilegia habere non valentes. Constit. 8. Culpa similis est, prohibita discere, & docere. Constit. 9. Qui nouit aliquid maleficum, eumque in maleficio deprehendit, Si autem auriga vel vllus alius præter hæc fecerit, vel clam eum punierit, extremo supplicio puniatur. Hoc enim tanquam in inimicum fecisse existimatur: vel ut ille confcius in publicum non proferat. Dicit autem etiam liber 1. C. tit. 7. Constit. 3. quod Malefici etiam in diebus Paschalibus in carcerem coniciuntur & vincuntur. Et Constit. 10. eiusdem tit. quod Mathematici qui suos libros non cõburunt, ad orthodoxam Episcoporum fidem accedentes, à ciuitate omnino eiiciuntur. Sin autem in ciuitate inuenti fuerint impios suos ritus diuulgantes, deportantur.

BA L S. Sexta eiusdem tit. & libri Codicis constitutio, est caput 6. quod sic habet: Qui ad hominum perniciem Demones innocant, esse puniuntur. 7. constit. est eiusdem tit. & lib. caput 27. quod sic dicit: Qui sunt in dignitate constituti non subiciuntur tormentis, nisi in crimine lese maiestatis. Sin autem etiam fuerint aliqui inuenti Magi, vel quancumque etiam modicam diuinationem proficientes, nullo dignitatis priuilegio utantur. Conuenit enim peccato quod ab eis factum est, ut ij si puniantur, si in comitatu tale quid deliquerint. Vide ergo & hic quoque pretermisum est de Aruspibus, & de iis qui per somnia diuinant, & largius punitum est quomodocumque diuinare. Similiter etiam pretermisum est in vngulis laniani inficiantes, omnino conuenienter generali traditioni quæ requirit ut probant accusatores. Cap. 26. 17. tit. 7. libri quod sic habet: Primo die Paschali, nisi specialis Imperatorius iussus ibi detinuerit, omnes qui sunt in custodia absoluantur. Nisi sit viri; sacrilegus, vel adulter, vel raptor virginum, vel sepulchrorum effossor, vel ventricus, vel qui falsam moneta fabricauit, vel homicida, vel parricida, vel aduersus Imperatorem vel ciuitatem aliquid machinatus. Nota ex presentibus capite, quod nec feris obici eos qui per Demones suos inimicos occidunt, admittit constitutio, quæ sita est in Imperiali. Sed eos etiam esse puniri statuit. Adhibe ergo animam nostram interpretationi, ij retro scripta est, Et tit. 11. eiusdem lib. Constit. 2. Nullus per extorrum incisionem vaticinetur. Acerbed enim puniatur, qui presentium vel futurorum per id quod est prohibitum veritatem inquirat. Lib. 5. tit. 17. ff. Vir qui suam uxorem veneficam inuenit, repudio iure soluit matrimonium: & contra, mulier, si sit maritus veneficus. Similiter & Nouella de repudiis lib. 7. tit. 65. Constit. 2. Qui maleficij condennatus est, si coniecturis quidem, & testimoniis, & etiã propria depositione conuictus est, non potest appellare. Sin autem testibus, & probationibus, ac argumentis, non etiã propria depositione, vel metu tormentorum deposuit, potest appellare. Lib. 9. tit. 41. constit. 3. Primi torquentur alieni serui: & quado de crimine probabilia dixisse vili

Malefici diuinatoresque puniendi.

L. Nemo deinceps, C. de episc. audientia

Qui Demones innocant, C. de gladio trucidandi.

Quis optimi soluebatur diebus Paschal.

L. C. de beneficiis.

A ergo hoc lege permittitur, de eo quoque preces offerre est superuacuum, nempe cum Imperator preces omnium anticiperet. In alieno autem loco, nec inuito, nec volente Domino, vel ignorante, audeat quis thesaurum quaerere. Sed sine oblatiis precibus, sine sine precibus, præter legem scrutatus in alieno loco thesaurum inuenit, ad loci quidem dominum omnia inuenta pertineant. Qui autem inuenit, ut qui legem transgressus est, valde puniatur. Sed si neque quaerens, neque precibus oblatiis, sed dum terram forte araret, vel aliquo alio modo terram colens, non dedit opera perscrutans in alieno loco thesaurum inuenit, ipse quidem inuentorum dimidium lucretur: det autem dimidium Domino loci. Ij. constit. est 25. caput, quod sic habet, Qui sanctum baptismum prodit, est inrestituibilis, id est nec restatur, nec testimonium dicit, nec alterius hereditatem accipit. Apostata enim, hoc est desertor seu transfuga existimatur. Aduerte ergo, quod id quod in integra dictum est, ut ij cum hominibus non conuersentur, & quod ipsi non habeant tempus penitentiae, non est additum in Imperialibus, sed de durum inhumanumque cõstitum est. Ei ergo qui Imperiali composuit, hoc quoque nomine age gratias.

Liber 3. tit. 9. Constit. 18. Iudæus, qui, quæ non sunt suæ religionis propria, cõtraria doctrina ad ipsam transfert, bona amittit, & capitali supplicio puniatur. De his autem etiã in ff. tractatur. Dicit enim liber 9. tit. 2. Constit. 7. quod qui venenum pro medicamento seruo dedit, ad eius precium tenetur, ut qui mortis causam dedit. Scias autem quod locus est accusationi, etiã si quis temere medicamentum dederit. cap. 9. Similiter etiã de obstertrice cap. 9. lib. 10. tit. 2. Constit. 4. Non diuiduntur inter hæreticos mala medicamenta, que in hereditate inuenta fuerint, vel libri magici, vel familia, sed arbitrio iudicis corrumpuntur. liber 18. tit. 1. cap. 35. Mala medicamenta, seu venena non venduntur. Sed si mixtionem suscipientia sunt tanquam pro antidoto vtilia, venduntur. Liber 48. tit. 8. cap. 2. Lege Cornelia de Sicariis tenetur, qui hominis occidendi gratia facit venenum, vel vendit, vel habet. Sunt autem medicamenta & quæ sanitatem afferunt, & quæ pericula seu amatoria dicuntur. Si quis autem etiam non malo animo dedit mulieri medicamentum ut ipsa conciperet, ea verò illo accepto sit mortua, in exilium mittitur.

BA L S. Decretum septimum 3. tit. 60. libri dicit: Qui non occidit, sed mortis causam dedit, tanquam re non facta, a cõtione in factum, non Aquilia tenetur, ut qui venenum pro medicamento dedit, vel furioso gladium. Aduerte ergo, quod in ff. scriptum est libros magicos non diuidi, nec mala medicamenta. Imperiali autem dicit hæc diuidi: & est multo accuratius & perfectius quod ab Imperiali constituitur. Ea enim, ut quæ sint in dominio, diuiduntur. Est autem alterius rationis, ea iudicis officio comburi ne qui ab eis ledantur. Imperiali autem adicit exilium cum bonorum publicatione aduersus eos qui faciunt amatoria. Quæ autem de pigmentario seu pharmacopola scripta sunt, sita sunt in 3. responso eiusdem 3. cap.

Et pigmentarius, seu pharmacopola, qui dat temere cicutam, vel salamandram, vel aconitum, vel pityocampen, vel bubrostem, vel mandragoram, vel cantharidas. cap. 4. Qui facit prohibita sacrificia, lege Cornelia de Sicariis tenetur. cap. 48. tit. 18. cap. 28. Venenarij, si sunt in dignitate positi, deportantur. Reliqui autem capite puniuntur. cap. 38. Qui dedit poculum amatorium, vel abortionis, sine dolo, si sit quidem humilis, in metallum damnatur: Fff iij

C. de thesauris.

C. de Apostatis, per totum tit.

L. Quæ a cõtione paragr. Collocationis ff. Ad LA. Quilliam.

L. Ceteris paragr. Collocationis ff. Ad LA. Quilliam.

L. Quod saepe paragr. Venenarij ff. de Eiusdem ff. Ad Cornelia de Sicariis.

ff. Ad Cornelia de Sica.

L. Capitulum paragr. Venenarij ff. de penis l. Si quis aliquid para. Abortionis ff. eodem.

sin autem honestior, relegatur, amissa parte bonorum. Summo autem supplicio afficiuntur si quis eis perierit.

B A L S. 38. cap. eiusdem 48. libri Digestorum. tit. 18. est rescriptum, 6. 38. cap. 51. tit. 60. libri, quod sic habet expresse. Lege etiam canones stios in 20. capite 13. tit. presentis operis, qui docent de Apostatis, & Sacrificiis, & Magis, & Incantatoribus, & Astrologis, & Mathematicis, Vatribus, & amuletis.

Cap. 16.

De Episcopis, vel Clericis, qui pulsant vel occidunt, Apostolorum canon 27. 36. Syn. 1. & 2. quæ in Templo sanctorum Apostolorum est habita, can. 9. Basilij can. 55. Secunda Constitutio primi tituli Nouellarum, prohibet quidem Episcopis propriis manibus pulsare, sed penam non statuit. Generaliter autem de quolibet verberante vel pulsante lex civilis statuit.

f. & C. de iniuriis.

B A L S. Liber 47. tit. 10. lib. 9. Cod. tit. 35. dans in eos actionem iniuriarum, quæ etiã civiliter mouetur, & etiam criminaliter inscriptione propostia, & definit quænam sit atrocitas iniuriæ, quæ leuis. De homicidiis autem tractat 8. tit. 48. libri. ff. Scias autem quod homicidium ex affectione consideratur, an eum occidere cõstituerat. Vnde etiam inueniri potest, quod qui percussit quidem, non autem occidit, ut homicida punitur: & qui occidit non punitur ut homicida, si solum voluit percutere. Hæc autem affectio consideratur ex iuramento eius qui percussit. Et est voluntaria quidem cæcis pœna in clara persona quæ occidit, deportatio, & omnium bonorum publicatio. In vilibus autem, ense feriri, & bestis tradi. In eo autem qui per negligentiam interfecit, quinquennij relegatio. In inuoluntaria autem datur venia. si ergo quæras de homicidiis, lege dictos titulos cum ipsorum paratulis. Generaliter autem dicitur liber 48. tit. 19. cap. 5. quod in omnibus criminibus considerandum est, an consulto, an forte fortuna peccauit, & ita vel ex lege, vel mitius supplicium irrogare oportet. Et cap. 11. quod consulto prudensque ac sciens quis peccat, ut qui factionem habet, vel impetu, ut qui irascitur, vel forte casu, ut qui in venatione in feram iccit, & hominẽ interfecit. Lege etiam 8. canonem magni Basilij, & Nouellam, quæ in eo sita est, de occisoribus Imperatoris Domini Alexij Commeni.

L. Abfente paragr. fin. ff. de peccatis.

Cap. 27.

De Episcopis, & Clericis, qui ludunt aleis, vel inebriantur, vel ad spectacula accedunt, sepulchra fodiunt, furantur, peierant, fenerantur, vel fescualteras accipiunt, vel sibi aliud turpe lucrum excogitant, Apostolorum can. 25. 45. 43. 44. Syn. Nic. can. 17. Laodi. Syn. can. 4. 54. Carth. can. 5. 16. Syn. 6. cã. 10. 23. 24. 50. 51. Syn. Nic. 2. can. 4. Basilij can. 14. 17. 29. 36. Constitutio 4. tit. 1. lib. C. dicit: Episcopus vel Clericus, qui ludit aleis, vel cum iis qui ludunt in inicitate societatem, eisque affidet, vel theatrum aut venationẽ spectat, ab omni sacra celebrãdi ministerio suspenditur, suaque tessera frumentaria priuatur: & tempus illi ad penitentiam definitur: & si eo tempore penitentiam dignè egerit, sacerdotali benignitate dignus habetur. Sin autẽ postrid. tempus perseuerarit, clerico perfectè eiicitur, & cù suis facultatibus sit curialis ciuitatis cuius est Clericus: vel si ea ciuitas nõ habeat curiam, sit in propinqua ciuitate quæ opus habuerit. Sin autẽ facultates non habeat, sit apparitor. Hæc autẽ obseruant Patriarchæ, & Episcopi & Ecclesiãrũ defensores. Et illius Diocesis præfecti, præfides, & defensores hæc sacerdotibus renunciant. Oportet autem hæc exactè propostis Euangeliis quærere, & calumniatoribus succenfere. Diuerfas

Episcopi & clerici qui aleis ludunt, inebriantur, à sacris arcedendi.

A autẽ pœnas statuit aduersus magistratus, & apparitores, & defensores, si cum hæc didicerint, non renuncient eis quibus par est sacerdotibus. Porro autem secunda constituitur. 1. tit. Nouellarum, iubet eos triennio à sacrorum celebratione arceri, & Monasteriis expelli præbens sacerdotibus facultatem diminuendi tempus penitentiar. Nõ solum prohibetur Clericus peierare, sed etiã omnino iurare. Dicit enim primus liber C. tit. 3. constit. 25. quod Clerici qui litigant, dant fideiussores vsque ad 1. libras. Sin autem res excedit, pro eo quod excedit nõ præstito iuramento promittunt, quoniam & leges & canones prohibent Clericũ iurare, Etiam si maximè dictum est in libro 12. eiusdem tituli, constitutione 3. quod oportet eos qui confugiunt, admonitos, & secutos futuros iuramentum accipientes, arma quæ inferunt deponere. Et 6. eiusdem 12. tit. constit. est, quod si est suspicio de Clerico quod eius qui confugit res habeat, is sui Episcopi iussu iurat.

L. Cũ Clericis C. de Episcop. & Clericis.

L. Si seruus C. De iis qui ad eccles. conf.

B A L S. Tertia constitutio 12. tit. primi lib. Cod. est caput 11. primi tit. 5. lib. Imperial. quod situm est in interpretatione 2. cap. 5. tit. presentis operis. & lege ipsum, quod quidem nihil tractat de iureiurando. Sexta constitutio eiusdem tituli & lib. Cod. quæ est vltimum rescriptum 13. cap. primi tit. 5. lib. Imperial. nihil tractat de iureiurando. Querendum est ergo, an debent Episcopi & Clerici dare corporalia sacramenta. & puto, quod quoniam capita quæ ex Codice accepta, & posita sunt in Imperial. de quibus etiam mentionem fecit Photius, in textu iurandi omnino non meminere, prohibitus est omnino Episcopus vel Clericus iurare. Propterea enim etiam loco sacramenti corporalis excogitata est inscriptio, quæ sacramenti locum obinet, & implet omnia quæcunque sacramentum corporale facturum est. Lecleros itaque male coguntur dare iuramenta corporalia nisi enim Clerici.

An clerici iuras accipere possunt.

Prohibitio autẽ ne Clerici vfuras accipiãt, mihi videtur omnino loqui de iis quæ ex mutuo seu ex pacto dantur: non de iis quæ taxat ex mora debentur in bonæ fidei actionibus. Certè etiam 8. tit. Nouellarum constitutio dicit in piis legatis ex mora peti vfuras & fructus.

B A L S. Tertia constit. 2. tit. Nouellarum est Nouella Iustiniani 131. quæ sita est in libro 5. Imperial. tit. 3. cap. 9. quod situm in lib. 5. Imperial. tit. 3. cap. 9. quod situm est in scholio primi capitis 2. tit. presentis operis in principio. Gratias ergo age Patriarchæ Photio, qui rectè interpretatus est, Episcopos & Clericos posse vfuras tanquam id quod interest petere.

f. & Cod. De Furtis.

De furto Clericorum lex separatim nõ loquitur, sed de furto tractat generaliter. Nonus titulus 6. libri Codicis & 2. tit. 47. libri Digestorum.

B A L S. Duo sunt autem furti genera, & vni quidem dicitur furtum manifestum, alterum verò non manifestum. Furtum manifestum est, qui cum re furtiua à quacunque persona deprehenditur, priusquam rem deferat in eum locum ad quem proposuerat, siue in loco publico, siue priuato. Sin autem eo detulit quo proposuit, etiam si deinceps cum ea comprehendatur, non est fur manifestus. Qui autem non est talis, non est fur manifestus. Est autem pœna furti manifesti in quadruplum precij furti. rei quæ furto est ablata, & nonnunquam eius quod interest. Non manifesti autem, in duplum. & in vtrisque vltra pœnã res ablata redditur, vel eius æstimator. Quæ autem etiam alia eiusdem tituli capita, quæ docet de furto manifesto & non manifesto: & dic quod etiam si dicti tit. non faciunt mentionem de Clericis furibus, tamẽ quoniam iisdem legibus quibus & Laici, clerici conueniuntur, eis autem non est datum primi legium

Fur manifestus.

legium ne cum eis furri agatur, necessario eisdem quoque de A furto legibus ipsi adstringuntur.

Qui autem ex incendio vel naufragio aliquid accipit, dat ei quidem cui furrepti est, quadruplum, intra annum vtilem: & Fisco quadruplum, post annum autem simplum. vt 6. lib. Cod. tit. 2. Constitutio 18. Et in 9. tit. 47. libri. Fures vt plurimum criminaliter accusantur præcedente inscriptione, vt cap. 81. eiusdem tit. de furtis. ff. & cessat pœna dupli vel quadrupli. Dicit enim 57. cap. eiusdem, quod si quis præfecto vigillum vel præfidi furem tradiderit, isque condemnatus rem dederit, vel eius æstimatorium vt qui in periculo fuerit, Qui autem furti accusatus est, vel datus pecunias tranlegit, sit infamis. Vt lib. 3. tit. 2.

L. in cã. C. de furtis & seruo corrupto. ff. de incendio, ruina, per totum L. de incendio, ruina nauis. l. fin. ff. de furtis.

* & de re iud. l. 1. ff. de iur. iud.

f. De iis qui not. in tam.

B A L S. Cap. 2. & 6. 18. constitutio 2. tit. 6. lib. Codicis, est caput 35. 9. tit. 60. libri Imper. quod sic dicit, Si quis ex incendio vel naufragio aliquid abstulerit, vel minuerit, mara arum emensum in quadruplum tenetur, Post annum autem in simplum. ad pœnam autem definitum, dare Fisco seu publico quadruplum, vt in Cod. comprehensum est, non est additum in Imperi. Dicunt itaque nonnulli propterea quadruplum à Fisco non peti. Mihi autem videtur quod ex eo quod dixit Imperial. obnoxium esse eum qui peccauit, vñ cum quadruplo etiam pœnæ definitæ, probari potest Fiscum etiam posse petere quadruplum. Dicit autem etiam 31. caput 3. tit. 53. libri hoc modo: Qui rapit, vel dolo ex naufragio lucratur, in quantum ei qui danno affectus est tenetur, tantum etiam dat publico. Nonus autem titulus 47. libri Digestorum situs est in libro 20. 60. libri Imperial. tractans de iis qui auferunt ab incendio & ruina. Dicit autem finis primi capitis eiusdem tituli, vltra pœnam pecuniariam competere etiã persecutionem criminalem: & est hoc speciale in iis qui rapiunt ex incendio, & ruina, & naufragio. Pununtur enim & pecuniarie & criminaliter, quod non est in aliis criminibus, vt dicit 7. cap. 50. tit. 47. libri Digestorum, quod ita habet vt hic positum est. Si enim qui iniuriam fecit, vel fur, criminaliter tractus punitus fuerit, non soluit itaque pecuniariam. Nota autem quod quando ex delicto intendatur actio criminaliter, datur etiam inscriptiones. Lege etiã 3. rescriptum primi capitis quod dicit: Infamis est qui proprio nomine actione furti cõdemnatus est, vel bonorum raptorum, & actionis iniuriarum, & doli: vel qui de eiusmodi actionibus pactus est, & dedit pecunias, lite nondum contestata.

f. De sepulchro violato.

De sepulchrorum effossoribus tractat generaliter 12. tit. 47. libri, in quo dicit, quod & pecuniarie & criminaliter tenentur. & est pœna pecuniaria, aliquando quidem in centum, aliquando verò in ducenta: aliquando autem ad id quod interest factum non esse damnum, & sit infamis qui condemnatur. Qui autem sepulchra effodiunt, si quidem armata manu, capitali pœna puniuntur. Sin autem sine armis, ad metallum vsque. Sin autẽ reliquias vel ossa moueant, si sint quidem humiliores personæ, extremo supplicio afficiuntur. Sin autem honestiores, deportantur. Qui autem aliter peccant in monumento, relegantur, vel in metallum damnantur. Quomodo autem possint sine periculo & damno transferri reliquias, & monumentum honorari, docet idem titulus, & 7. 11. tit. Digestorum tenentur autem sepulchrorum effossores lege de sacrilegis. Vt liber 48. tit. 13. ff. & constit. 6. 19. tit. 9. libri Codicis. in quo etiam auget pœnas pecuniarias, aliquando quidem pecuniarum redemptionem, vel

f. De relig. & sumpt. fin. ff. ad legẽ Iuliam, de cultu, peccatis, l. fin. C. de sepul. viol.

agri, vel domus imponens, si materia sit ad se è monumento ablata: aliquando verò decem librarum pœnam infligens. & 20. Magistratui, qui non persequitur. Etiam autem in Paschæ diebus in carcere includuntur & vinciuntur sepulchrorum effossores. vt liber 1. Cod. tit. 4. constit. 3.

L. Nemò deinceps. C. de episc. audient.

B A L S. 12. tit. 47. libri Digestorum tractat de monumentorum seu de sepulchrorum reliquiarum violatione. Dicit autem 8. caput eiusdem tituli: Crimen sepulchrorum effossionis ad legem publicam de vi refertur, competit autem etiam pecuniaria seu civilis. Pœnæ autem quantitas non sumpta est in Imperial. in caput dicit, Qui reliquias, vel ossa transmovent, & cetera, quæ in textu comprehenduntur. Quartum decretum 3. cap. 23. tit. 60. libri dicit, quod non oportet mortuorum reliquias contrètare vel spoliare: sed eas quæ ad tempus repositæ sunt licet transferre. 7. caput eiusdem tituli dicit: Monumentum quidem deterius fieri non oportet. ipsam tamen ornare licet, non contactis reliquiis. 3. cap. primi tit. Imperial. dicit circa finem: Sin autem loci dominus præter iussum sacerdotis vel Imperatoris eum eiecerit qui ab alio situs est, vel ossa quæ sita sunt, tenetur actione iniuriarum. Et cap. primum 3. tit. eiusdem libri dicit, Licet iusta ex causa accedere ad præterem, & repositas, quæ vexantur, reliquias transferre. Et caput 14. dicit, Nemo corpus humanum sine iussu Imper. in aliud locum transferat. Nec est prima constitutio contrarium. Illa enim iusta de causa permisit reliquias ex magistratum decreto transferre. Hæc verò nulla iusta cause mentione habita dicit, quod sine iussu Imper. non licet eas transferre. 4. caput dicit: Peculatus autem tenetur, qui sacra ex monumentis, vel pecuniis, vel quod Deo donatum est, accipit. Quinta 19. tit. 9. libri constitutio ea ipsa dicit quæ visa sunt. Hæc cum ita se habeant, nota quod de sepulchrorum violatione lege tenentur, qui absque Imperatoris, vel Episcopi iussu, vel decreto magistratus, mortuorum reliquias transmovent, quæ iustis ritè peractis sepultæ sunt. Sed Magistratus quidem non possunt sine iusta causa, eorum translationẽ permittere. Imperator autem & Episcopi indistincte hæc permittere possunt. Qui itaque dicunt hæc sine præiudicio posse fieri ab eo qui velit modo non proposita turpis lucri causa, male dicit. Propterea enim etiam quissiam venerabilis sancti Moçij Monasterij præfectus, qui absque eiusmodi concessione reliquias transulerat, Synodice Monasterio eiectus est, & depositus.

L. Sepulchri violati. ff. de sepulchro violato.

Cap. 18.

De iis qui matrimonium, vel vinum, vel carnes abhorrent, Apost. can. li. 54. 66. Syn. Ancyr. canon 14. Syn. 6. eanon 13. 30.

Cap. 29.

De permissis vel prohibitis matrimoniis, & vt lectores, cùm ad pubertatem venerint, interrogentur, an velint vxores ducere: & de concubinato, & fornicatione, & adulterio, Apost. canon 17. 19. 25. 26. Syn. Ancyr. canon 10. Syn. Neocæsar. can. 1. 9. 10. Syn. Chalced. can. 14. 15. Syn. carth. canon 16. Syn. 6. can. 3. 46. 12. 13. 48. 58. Basil. canon. 3. 6. 16. 69. 70. Theophili ex commentario canon 4. 5.

L. Si quis non dicam rapere. C. de Episc. & Cler.

Liber 1. Cod. tit. 6. constit. 5. Si quis virginem facram vxorem accipere solum conatus fuerit, capitali supplicio punitur. Et 14. eiusdem tit. constitutio. Quod si Presbyter, vel Diaconus, vel Subdiaconus vxorem duxerit, Canonibus quidem tenentur qui non minus valent quàm leges, & à sacerdotio excidit: & qui ex nefario matrimonio nati sunt filij, nec sunt naturales, nec nothi: & neque per donationem, vel successionem, vel simulatum mutui contractum, vel aliam obligationem à patribus accipiunt, vel matres eorum. Sed eailorum accipit

Ecclesia, Dicit autem etiam 13. r. tit. Nouellarum constitutio, quod si Monachus, clericus factus fuerit, ne audeat ad matrimonium accedere, etiam si eum gradum sit affectus in quo licet Clericis uxores ducere, scilicet cantoris, & lectoris: aliis enim omnibus matrimonium est omnino prohibitum. Sin autem uxorem duxerit, vel concubinam habuerit, vel incontinenter vixerit, clero eiiciatur, & sit priuatus, ad militiam, vel aliud studium ac exercitium, non audens accedere. Et prima eiusdem tituli constitutio: Nullus qui secundam uxorem duxit, ordinetur Presbyter vel Diaconus. Sed nec si cum muliere cohabitabit, quæ proprium maritum reliquit, nec si habet concubinam: sed si continentem vitam agit, & vel cum uxore cohabitabit, & vnus pudicæ mulieris, & quam virginem duxit, maritus fuerit. Si quis autem cum sit presbyter, vel Diaconus, uxorem vel concubinam introduxerit, vel aperte, vel clanculum, seu per simulationem, à sacro statim ordine excidat, & sit priuatus, & laicus. Lector autem, qui secundam uxorem duxit, ne promoueat. Nec etiam tertium matrimonium celebret. Sin autem cum secundam uxorem duxit, promoueri studuerit, sit priuatus. Dicit autem hoc etiam quæ ordinantur Diaconissæ, admonentur, quod si ordinem dedecore afficere ausæ fuerint matrimonium contrahentes, vel alioqui in fornicatione viuentes, erunt morti obnoxii, & eorum facultates suorum Monasteriorum vel ecclesiarum dominio applicabuntur. Qui autem eas uxores ducere, vel eis stuprum afferre ausi fuerint, ense sunt puniendi: & eorum facultates publicum accipiet ærarium. Et 13. eiusdem tituli constitutio, quod si curialis vel apparitor, qui 15. annis fuit Monachus, Clericus factus est, deinde uxorem duxerit, propriæ vitæ conditioni reddatur. Eadem etiam de aliis qui ex Clericis Monachi facti sunt, & si non curiales vel apparitores fuerint. Item, Qui cælibe ordinat, ipsum interroget, an sine legitima uxore possit honestè vitam agere. Qui autem tempore ordinationis Diacono vel Subdiacono permittit vt ducat uxorem post ordinationem, episcopatu eiicitur. Presbyter, vel Diaconus, vel Subdiaconus, qui post ordinationem uxorem ducit, Clero eiicitur: & cû suis bonis traditur curiæ ciuitatis in qua erat clericus. Lector autem, qui secundam uxorem ducit, vel viduam, vel dimissam accipit, vel eam quæ legibus aut canonicis est prohibita, ad alium gradum non promoueat: sed etiam, qui promotus est, priori vitæ statui restituitur. Dicit etiam, quod qui rapiunt, vel adulterant, vel corrumpunt Ascetiam, vel Monacham, vel Diaconissam, vel eam quæ habet alium Religiosum, & qui sunt etiam conscij, pena capitali puniuntur; & bona eorum, ecclesiæ, vel Monasterio eius quæ probro affecta est, vendicantur per Episcopum, & Oeconomum, & Magistratus, & Apparitores, ipsa verò cum rebus suis in Monasterium tuto seruanda immittitur. Sin autem est Diaconissa, quæ habet liberos legitimos, ij partem legitimam accipiunt. Sin autem anno postquam fuerit scelus cognitum, sanctæ domus id non iudicio persecutæ sint, eas Fiscus accipit: eo qui in iis persecutis est negligens Magistratu cingulo priuato, & priuatis quinque libris multato.

Si presbyter aut diaconus uxorem aut concubinam introduxerit, fiat laicus.

A BALS. Tricesimum primum caput eiusdem tituli, & etiam 32. dicit vt interrogentur ij qui sunt ordinandi, an possint continere: & de iis etiam qui sunt sacri uxores ducuntibus. & lectoribus, qui secundas uxores ducunt: quæ à Patriarcha patriarchaliter tractata sunt. De iis autem qui rapiunt, vel corrumpunt, vel adulterant eas quæ sunt Deo dedicate, docet ipsa secunda constitutio primi tit. Nouellarum, quæ est 63. seu caput 2. 4. libri Imp. quæ dicit ea ipsa quæ iam visa sunt, præter penam. Imperialis enim dicit eos qui peccauerint consensioque ac participes sceleris, id periculi sustinere quod à lege imminet. Qui autem Nomocanonum composuit, dicit eos capitali supplicio puniri. Tu autem Imperiali potius mentem adhibe: & si velis scire quæ sunt penæ legitimæ, lege librum 60. tit. 58. ca. li. quod sic habet: Qui mulierem rapuerunt sponfam, siue non sponfam, siue viduam, siue est ingenua, siue serua, siue libertina, & maxime si sint Deo consecratæ, pena legitima puniatur. hoc est, si cum armis quidem seu gladiis seu clauis ac fustibus, ij gladio puniantur, Qui autem eis inuenerunt, vel conscij fuerunt, vel sua sponte susceperunt, vel aliquod studium adhibuerunt, eis verberatis ac tonsis nates amputentur. Qui enim ita rapere proposuerunt, parati sunt etiam resistentes interficere. Sin autem absque illis armis rapuerunt, qui raptum quidem fecit ei manus amputetur. Qui autem eis in raptu opem tulerunt, vel conscij administrique fuerunt, vel sua sponte susceperunt, vel illum studium eis adhibuerunt, verberati tonsisque relegentur. Quare etiam 5. Imperatoris Domini Leonis sapientis Nouellam, quæ eadem ferè decernit.

De iis qui gratia matrimonij mulieres rapiunt, Cap. 30. Apost. can. 67. Syn. Ancyr. can. 11. 25. Syn. Chalced. can. 27. Syn. 6. canon. 52. Theophili ex commentario canon. 2. Liber primus tit. 6. constitutio 5. Si quis rapuerit, vel solum accipere conatus sit uxorem Virginem sacram, capitali supplicio puniatur. Et cõstit. 13. eiusdem tit. Parentibus, & fratribus, & curatoribus Virginum, & diaconissarum, & Viduarum quæ Deo sunt dedicate, licet earum raptores, cõsque qui in tempore inuasionis eis opem ferunt, in ipso facto interficere. Sin autem effugerint, eos quidem inquirunt Constantinopoli præfectus prætorio & præfectus vrbi. In prouinciis autem omnes ciuiles & militares magistratus, & postquam eos stiterint, vt fori præscriptione non permittos, extremo supplicio puniuntur. & bona raptoris, cuiusque qui vt dictum est, tulit auxilium, capit Monasterium, vel etiam asceterium. Vt, quæ polluta est, ex iis illic nutriatur. Si ea autem cui vis allata est, est Diaconissa, & non ascetria, seu Monacha, eius quidem ecclesia dominium accipit: ipsa vero vsu fructuum. Qui eis autem alioqui auxilium tulerint, vel ministrauerint, vel conscij fuerint, vel susceperint, vel aliquod eis studiũ operamue præbuerint, soli sunt extremo supplicio obnoxij. Locus est autem iis quæ dicta sunt, etiam si aliqua ex dictis mulieribus sua sponte peccauerit. Liber 1. tit. 4. cap. 3. Etiam in diebus Paschæ Virginum raptores in vincula coniiciuntur. Liber tertius tit. 24. constit. prima. Qui non est illustris, sed tantum clarissimus, ma. Qui non est illustris, sed tantum clarissimus, in prouincia virginis raptum commiserit, illinc legibus eiicitur, legis præscriptione non vtens. Tit. 41. constit. 4. Qui dicit suam uxorem fuisse à seruo raptam, non debet Dominum, sed ipsum accusare. Liber 7. tit. 13. constit. secunda: Si seruus raptum virginis vel dissimulatione præteritum vel pactione trãmissum in publicũ detulerit, libertate donatur.

L. Si quis non dicam rapere C. de episc. & Cler.

1. Nemo deinceps. C. de Episc. aud. l. r. C. vbi Senatores vel Clar. si set uis. C. de uis. act. noxal. act. l. si quis set uis. C. qui bus ex caut. ferui.

1. Propter violatam. c. ad legem adult. l. vnica. c. si quis cæcus tutor. l. h. cõdit. c. ad l. 10. tit. de vi. l. i. c. de raptu virg.

Lib. 9. tit. 9. constit. septima: Marius non potest iure mariti de stupro virgini vi allato, antequam eã uxorem duxisset, actionem mouere, nisi erat eius sponsa. ipsa autem mouet ad iustitiam curatoribus. Tit. x. constit. prima: Si quis vitium afferat ei cuius curam gerit, deportatur, & omnia eius bona publicantur. Tit. 12. cõstit. tertia: Si rapta sit filij mei sponsa, ago aduersus eum lege de vi. Liber 11. tit. 13. constit. 1. Si quis solum mulierem quancunque rapuerit, seruam vel liberam, etiam si esset ei desponsa, capitis damnatus moritur: & qui etiam eis in raptu auxilium tulerunt, & raptarum parentibus, & fratribus, curatoribusque, & dominis tempore inuasionis, licet eos interficere. Sin autem effugerint, inquirunt quidem eos Byzantij Præfectus prætorio, & Præfectus vrbi. In prouinciis autem omnes Magistratus, & Imperatores, & Duces, & postquam eos comprehenderint, interficiunt non potentes vt fori præscriptione, vel appellatione. Et si ancilla quidem vel libertina rapta sit, occiduntur quidem raptores, non tamen etiam facultatum diminutionem subeunt. Sin autem est ingenua, omnia bona raptoris, & administratorum, eorumque qui illi auxilium tulere, raptæ dominio applicantur: & nec cõsentiente quidem patre, potest ei qui rapuit nubere. Eandem autem & bonorum & mortis penam subeunt, qui ipsum in inuasionem secuti sunt. Concilii autem, & administri, & susceutores, & qui aliquod eis studium ac operam præbuerunt, cuiusque sint sexus, vel conditionis vel gradus, vel dignitatis, capitis tantum penam subeunt, etiam si mulier sua sponte rapta est. Sin autem raptæ parentes id passi sint, & cesserint, deportantur. Serui autem & ancillæ qui administri fuerint, exuruntur, & abrogatur omnia quæ alibi de mulierum raptu decretata sunt, præsertim constitutione sufficiente ipsis, sacrisque mulieribus, & viduis.

BALS. Tertia xli. tit. constitutio 3. libri Codicis, est cap. 46. 5. tit. 40. libri, & dicit, quod Dominus, qui serui peccatum ignorat, noxali tantum actione tenetur: sin autem sciat, suo nomine. Ius autem quod tota ea constitutione continetur, est eiusmodi: Si seruus alienum rapuerit, intra annum quidem quadruplum exigit actione raptorum bonorum post annum verò simplum: vt scilicet vel dominus det seruum noxæ: vel ad id teneatur quod ad ipsum peruenit: sin autem Domino conscio rapuit, dominus omnino tenetur ad id quod interest, hoc est ad quadruplum, vel ad simplum: sin autem tuam uxorem rapuit, aduersus ipsum seruum publici criminis accusationem intentat. Constitutio 3. lib. 7. tit. 13. est 18. tit. 48. libri Imp. qui ita habet. Si seruus raptum virginis indicauerit, sit liber: vel si ancillam suam iniuriam remisisse probauerit. Et liber 47. tit. 2. cap. 40. Qui alienam ancillam meretricem si meretricem rapit vel celat, nec vt fur, nec vt plagarius tenetur. Nõ enim furri, sed voluptatis gratia hoc fecit. Liber 48. tit. 5. cap. 29. Tempus, quod est præfinitum ad accusationem adulterij, nõ est etiã præfinitum in stupro quod vi infertur. Sine temporis enim præfinitione mouetur, quoniã vis etiam publica committitur. Simile est cap. 5. 6. tit. eiusdem libri, in quo dicitur raptus excedere crimen adulterij, & qui rapuit eam que nupsit, vel que nõ nupsit, ultimo supplicio afficitur, etiam extraneo accusante, si pater puellæ exortus suam iniuriam remisit. Caput 40. 2. tit. 47. libri, est caput 38. quod sic habet vt visum est. Scias autem quod qui est eiusmodi, etiam si non tenetur vt fur, vel vt plagarius, pecuniariè tamen à Magistratu puniatur, & ca-

stigatur. Et quare penultimum decretum 47. tit. quod dicit circa finem: Qui cum aliena ancilla fornicatur, si sit quidem diues, præbeat Domino ancilla pro delicto nummos 36. Si sit autem humilior persona, verberetur: & habitafacultatum ratione, det pro portione 36. nummorum, 17. autem nouella, quæ de mandatis loquitur, est caput 21. 3. tit. 6. libri Imperial. quod sic dicit expresse; Neque verò homicidus, nec adulterus, nec virginum raptoribus peccantibus seruabis inuisurandi securitatem, eosque illinc extrahes, & eis supplicium impones. Non enim est eis parcendum qui sic peccant, sed iis qui accedunt, ne ab audacioribus talia patiantur, & alioqui, quæ ex sacris habetur securitas, non iis qui faciunt iniuriam, sed iis qui iniuria afficiuntur, à lege data est, nec fieri possit vt verque asyli tuela muniretur, & qui iniuriam facit, & qui iniuria affectus est.

De hominibus sacerdotalis ordinis, qui vnà cum mulieribus lauantur, Syn. Laodic. canon. 30. Syn. 6. canon 77. 17. nouella de repudiis dat potestatem marito vxoris, quæ præter suam sententiam vnà cû vitis lauatur, ei mittendi libellum repudij, & soluendi matrimonium, & eius dotem lucrandi.

BALS. 117. Iustiniani nouella sita est in libro 28. tit. 7. dicit quartum responsum primi capituli hæc expresse: Si cum viris externis viro nolente conuiuetur, vel lauetur mulier, hæc est vna ex causis, quæ soluunt matrimonium.

De Laicis, vel dignitate præditis, vel militibus, qui sunt episcopi vel clerici, Apostol. canon. 83. Syn. Nic. canon 12. Syn. Chalced. canon. 7. Liber primus Cod. tit. 6. constitutio 37. Serui, qui Dominorum voluntate Monachi sunt, à seruitute liberantur. Sin autem relicta Monastica exercitatione, ad alium vitæ statum accesserint, in seruitutem reuocantur, & cõstitutio 54. eiusdem tit. quod si quis, cû sit clericus, armatam militiam sectatus sit, vel depositus militiam aggrediatur, exauthoratur, & sit statim suæ ciuitatis curialis, vel alterius vnus Prouinciæ, si sua ciuitas habet multos curiales: sin autem later, curiales res eius apprehendunt: & dimidium quidem in reddito vel ex venditione accipiunt: dimidium autem ad præfectorum prætorio mensam infertur. Idem & in Monacho, qui quomodocunque militauerit, vel dignitatem acceperit, vel eam quæ in iudiciis versatur, vitam persequitur.

BALS. Quare librum quartum Imperial. tit. 1. cap. 11. responsum quod sic dicit: Si Monachus Monasterium reliquerit, & ad secularem vitam transierit, oportet eum militiam & honore, deinde iis etiam quæ habet, primum nudatum ab episcopo locorum, & Prouincia præside, in Monasterium intrudi: & bona quæcunque postea eum habere ostensum fuerit, ad Monasterium in quod inicitur, pertinent: sin autem etiam rursus Monasterium reliquerit, tunc præses prouinciæ in qua inuentus fuerit, eum retineat, & inter sibi subiectos apparitores eum connumeret. Et cap. quartum eiusdem tit. & libri, quod sic habet: Si quis ad vitam Monasticam accedere voluerit, iubemus, vt si sit quidem notum, eum in in nullius esse potestate; Monasterij præfectus, quando sibi visum fuerit, ei habitum præbeat: sin autem nescitur, an sit in nullius potestate, ne intra tres annos habitum Monasticum accipiat: sed intra dictum tempus, eius conuersationis ritæque institutionis periculum faciat Monasterij Præfectus, & si intra triennium fuerit exortus aliquis qui dicat eum vel seruum, vel colonum, vel proprium esse adscriptitium, & vel vt qui agriculturam fugerit, vel aliquid suffuratus esset, vel

Cap. 31. Auth. ne dicitur. cap. & sol. mar.

Cap. 32.

1. Serui si dominorũ. c. De Episc. & Cler.

propter aliquod delictum, ipsum in Monasterium venisse: ad-
que ostensa fuerint, is proprio Domino restitatur cum bonis
que in Monasterium introduxisse ostensum fuerit, pollicente
prius Domino eum nihil mali ab ipso passurum. Sin autem
intra triennium nullus aduersus aliquem ex dictis personis ege-
rit, Monasterij Prefectus post lapsum triennij, si hunc ho-
minem dignum iudicat, tunc det illi habitum: & nullus ei
postea de statu negotium exhibeat, quandiu quidem certe agit
in Monasterio. Res autem quas in Monasterium eum intulisse
apparuerit, cognito Domino reddantur. Si quis autem ex di-
ctis personis Monasterium reliquerit, & ad vitam secularem
accesserit, & vel in urbibus, vel in agris circumscriptat, pro-
pria vita conditioni fortunæ tradatur. Et Cap. 10. eiusdem
tit. dicit Prohibemus autem parentibus suos filios vitam Mo-
nasticam eligentes à sacrosanctis Monasteriis abstrahere.
Constitutio 19. eiusdem tit. Non licet parentibus prohibere fi-
lios qui volunt esse Monachi vel Clerici: nec illos ea sola de
causa exheredare. Sed si de bonis quidem suis disponant, ne-
cesse habent eis tres vncias relinquere. Sin autem non disposue-
rint, locus erit ab intestato. Si verò ecclesiam vel Monasteria
reliquerint, & seculares facti sint, omnia ipsorum iura ad ec-
clesiam & Monasterium pertinent. Dicit autem etiam pri-
mi tit. Nouellarum constitutio, quòd si quis Presbyter, vel
Diaconus, vel Subdiaconus, vel Lector, clerici habitum re-
linquere voluerit, & ad aliam vitam transire, vel in curiam
cum bonis, vel si sit pauper, ad Apparitoris conditionem sta-
tutumque deducatur. Et secunda eiusdem tituli conditio dicit:
Nemo proprio Clero relicto, fiat secularis. Nam & ea quæ illi
adesse, ut par est, militia priuatur, & sua ciuitatis curia datur.
Et si seruus, sciente Domino & non contradicente, clericus
factus fuerit, sit liber & ingenuus. Ignorans autem Domi-
nus si intra annum unum eius fortunam conditionemque
ostenderit, ipsam recipit. Quare librum quartum, tit. primum
cap. 11. quod sic habet: Nullam potestatem damus vel paren-
tibus filios, vel filios parentes secularem vitam relinquentes,
tanquam ingratos à sua hereditate excludere, pro causa quæ
ante vitam Monasticam secuta est.

Cap. 33.

e. de iis qui latrones & ff. de recep.

l. 2. ff. eod.

De iis qui sunt concij clericorum peccantium, & non manifestant, Basil. canon. 71. De iis qui la-
trones excipiunt vel celant, vel possunt tradere, & non tradunt, vel eos etiam qui sunt aliis crimini-
bus obnoxii, tractat 49. titulus 11. libri Cod. & 16. tit. 47. libri ff. aliquando quidem pœnis aduersus illos statuta ipsos subiicientes: aliquando verò di-
uersas pœnarum causas inducentes. & quomodo reiauelluntur qui degunt in agris seu prædiis. Qui autem cognatum vel affinem latronem seruauit, mediocriter punitur. Vt cap. 2. dicti 16. tit. libri 47.

BALS. Ca. 3. 27. tit. 60. libr. Imperial. sic dicit: Qui sciens aliquem recepit crimini obnoxium, idem quod ipse supplicium subibit. Qui autem suscepit latrones, & non adduxit eos in iudicium, bona eius publicentur, vel puniatur pro persone qualitate, ut Iudici visum fuerit. 16. tit. 47. libri. ff. positus est in primo capite eiusdem tit. & dicit: Latronum receptatores tanquam latrones puniuntur: & qui etiam possunt retinere latrones, & eos dimittunt, acceptis pecuniis, vel parte prædæ. Lege etiam 4. caput, quod docet quomodo auelluntur rei etiam in possessionibus versantes: & quòd nisi domini possessionis dant eos præfidi seu magistratui, eius dominio priuantur, præfideque ac curatores in exilium mittuntur. Lege etiam librum primum, tit. primum, cap. 20. Tit. 39. cap. vltimum. tractant enim quòd æque ac Hæretici & malefici puniuntur qui eos recipiunt & celant.

Deponi Clericos qui dant fideiussiones, Apost. canon 25. & 31. constit. vi. tit. primi libri Cod. dicunt, clericos litigantes dare fideiussores. Secunda autem constit. primi tit. Nouellarum, dicit clericos quidem litigantes nō dare fideiussores, sed promissionem sub hypotheca facere sine iureiurando: Episcopus autem litigantes nec dare fideiussores, nec facere promissionem. Quæ autem scripta sunt in interpretatione canonis sanctorum Apostolorum, sufficiunt ad soluendam dubitationem de fideiussionibus Episcoporum & clericorum. & lege ea.

Cap. 32.

De Clericis qui comedunt in caupona, vel publico diuerforio, Apost. canon 54. Syn. Laodic. canon 24. Syn. Carth. canon 40. Syn. vi. canon 9. Quartadecima constitutio primi tit. Nouellarum dicit castigandum esse Monachum qui in caupona versatur, in prouinciis quidem à defensoribus: Constantinopoli autem à præfecto prætorio, & expelluntur Monasteria à Monasteriorum præfectis. Lex autem vbique seruatur, & ut ipsa seruetur, curam gerunt Præfecti prætorio, & præfides.

Cap. 36.

De Clericis qui Imperatorem iniuria afficiunt, vel Episcopum, vel Magistratum, vel Presbyterum, Apost. canon. 55. 56. 84. De clericis iniuriam facientibus, lex quidem ciuilibus specialiter non tractat. Dicitur autem in libro 9. Cod. tit. 7. constit. vnica, quòd qui Imperatori maledixit non punitur, neque durum aliquid vel asperum patitur: vel enim ex leuitate dicit, & contemnitur: vel ex ignorantia, & misericordia dignus habetur: vel ut iniuria affectus, & remittitur. Refertur autem ad Imperatorem: & ipse ex personæ qualitate iudicat, an sit ei danda venia, an verò puniendus sit. Dixit enim etiam liber 48. tit. 4. constit. septima, non oportere iudices abuti honore Imperatoris, sed verum considerare, & an persona hoc poterat facere, & utrum id antea fecerit, & an ira erat pericita: & utrum resipuerit, neque enim temerarius nugator debet facile puniri. nisi sit eiusmodi peccatum, quod à legis scriptura descendat, vel ad exemplum legis iudicandum sit. asperius autem aduersus milites mouetur. Generaliter de iis qui iniuriam faciunt, vel verberant, vel venena faciunt, & ea inueniunt, & legunt, & non perfiringunt, tractat liber 47. tit. 10. ff. & liber 9. Cod. tit. 35. & 36. & quarto Institutionum tit. 4. in quibus dictum est, eam & ciuilibus seu pecuniarie & criminaliter moueri. & quòd, qui iniuriarum condemnatur, sit infamis, etiam si alienum seruum iniuria affecterit, vel datis pecuniis transegerit. Vt liber 3. tit. 2. consti. 2. & sexta & quòd est atrox iniuria quæ fit Magistratui, vel Consuli, vel Sacerdoti, vel ei qui est in dignitate constitutus: & quòd intra annum solum mouetur. Capitale autem supplicium aduersus eos constitutum est qui libellos famosos faciunt, & eos legunt, & vim ac sententiam ipsorum dicunt aliquibus. Vt liber 9. tit. 36.

C. si quis Imperatori maledixerit.

L. famosi.

parag. Hoc tamen. ff. Ad l. Iuliam maiest.

ff. de iniuriis & fam. libellis. c. de iniuriis, & seq. ti. de famosis li.

ff. de iis qui notantur infamia.

BALS. Decimus titulus libri 47. ff. situs est in 21. tit. 60. libri Imperialium in principio, & quare diuersa capita, quæ de iniuriis & libellis famosis tractant. Primum autem caput eiusdem tituli hæc dicit expresse: Generaliter quidem dicitur iniuria, id quod fit præter leges: specialiter autem, con-
sumelia,

sumelia, & damnum, ut in lege Aquilia: & iniustitia, ut in eo qui inique & præter leges tulit sententiam 35. titulus 9. libri Cod. positus est in capite 43. 21. tituli 40. libri quod dicit: Qui per calumniam mouit actionem iniuriarum, vel re-
legatur, vel dignitatis gradu mouetur. Et 30. vi. tit. eiusdem libri situs est in libro 40. tit. 63. & dicit hoc primum caput: Quisquis libellum famosum obsegnatum vel non obsegnatum inuenit, & non statim comburit, sed legit, eidem sit pœnæ obnoxius, cui is quoque qui libellum cō-
posuit. Et ca. secundum: Qui libellum famosum inuenit, nulli alij dicat quid in eo contineatur, sed eum perfringat vel exurat. Qui autem hæc non fecerit, erit capitali supplicio obnoxius. Quilibet enim audacter ea quæ in libello famoso ponit accusat, sciens quòd si probauerit, dignus honore habeatur: B
sua autem non probauerit, punietur. Eiusmodi autem libellus, eius aduersus quem scriptus est, existimationem non ledet. Quartus autem titulus 4. Institutionum non situs est in Imperiali. Dicit autem actionem iniuriarum & ciuilibus & criminaliter intentari.

Cap. 37.

De iis qui faciunt coniurationes, vel sodalitates, Syn. Chalced. canon. 18. Syn. Carth. canon 53. Syn. 6. canon 34. Ius quoque ciuile punit sodalitates & coniurationes, vt liber 48. tit. 4. & tit. 19. cap. 11. & 16.

ff. Ad l. Iuliam maiestatis. l. Re-
spiciendū, parag. De-
linquent. & l. aut facta. parag. si ff. De pœnis.

BALS. Quartus titulus 48. libri ff. situs est in 30. 6. tit. 60. libri Imperial. & quare caput 4. Postquam enim in præcedentibus capitibus dictum esset, quoniam læsæ maiestatis crimine teneantur hæc quoque dicit expresse: & qui procurauit ut aduersus rempublicam fieret coniuratio, & qui exercitui parauit insidias, vel hostibus ipsum prodidit, & qui dolo impedit quominus hostes in Romanorum potestatem venirent, vel effecit ut eis auxilium ferretur multitudine, & armis, vel equis, vel pecuniis, vel alio alio modo, vel ut socii Republicæ hostes essent perfecit, vel prohibuit quo minus alius Populus ciuitati pareret: vel effecit ut darentur inimicis obsides, vel pecunia, vel inuenta.

Cap. 38.

Quanam peccata soluit manuum impositio, Syn. Nic. canon 8. lege etiam Syn. Ancyrt. canon 12. & quæ in eo à nobis scripta sunt.

Cap. 39.

De pœnitentia, & quoniam habent facultatem dandi reconciliationem iis qui pœnitentiam agunt & quòd licet sacerdoti pœnas augere & minuere, Apostolorum canon 51. 52. Syn. Nicen. canon 11. 12. Synod. Ancyran. canon 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Synod. Neocæsar. canon 1. 2. 11. 14. Synod. Carth. canon 6. 7. 27. 43. 45. Syn. Laodic. canon 2. Syn. 6. canon 102. Basilii canon 5. 34. 37. 74. 75. 76. 82. 84. Gregorij Nysseni canon 3. 4. 7. 8. Tertia consti. 10. tit. primus. libri Cod. sustulit pœnitentiam orthodoxorum qui ad Hæreticos defecerunt. 37. Nouella, quæ de Aphricæ ecclesiis differit, eis quoque dedit tempus pœnitentiæ. 34. autem constitutio 4. tit. primus libri, & 2. constit. primus tit. Nouellarum, dant potestatem episcopo qui videt pœnitentiam clericis qui lusit aleis, vel ad spectacula accessit, diminuendi pœnam & ante pœnitenti temporis complementum eum diuini officii celebrationi restituendi. Hoc autem est speciale de Episcopis. Ciuiles enim iudices habent ab initio potestatem augendæ & minuendæ pœnæ, ita tamen vt modum in vtroque non excedant. Vt liber 48. tit 19. constit. 11. 13. ff. etiam in eodem libro maxime dictum est, tit. 16. cap. primo & libro 50. tit. 1. cap. 15. quòd facti quidem quæstio sit in po-

L. Respicie-
ndū, parag.
Hodie, ff. de
pœnis. l. or-
dine. ff. Ad
municip.

testate iudicis, non autem legis auctoritas. Qui tamen tulit sententiā, nō potest sententiā euertere. Dicit enim septimus liber Codicis, titulus 50. constitutio prima, quod iustam sententiam non potest successorum quispiam retractare, & liber nouus. tit. 47. constit. 15. quòd Præfes non potest sub-
uertere pœnam à se definitam.

L. i. C. sentē-
tiā rescindī
non posse.

L. Præfes. c.
de pœnis.

L. A. A. po-
rag. de am-
plianda. ff.
de re iudi-
cata.

L. i. parag.
fin. ff. de
quæst.

BALS. II. caput & 13. 19. tit. 48. ff. est caput 11. lib. tit. 7. libri, quod sic habet: Pro qualitate peccati supplicium irrogandum est, & nec durum, nec nimis facilem Iudicem videri, sed in leuibus quidem mitem ipsum esse oportet, & in grauioribus vehementem cum benigna commoderatione. Et cap. 14. Qui aliquod crimen extra ordinem iudicat, potest pœnam augere & minuere: ita tamen vt modum in vtroque non excedat. Primum caput 16. tit. 48. libri. ff. est caput primum primi tit. 60. libri. quod sic dicit in fine, quòd facti quæstio est in potestate iudicis, non autem legis auctoritas. Caput 46. primi tit. noni libri sic habet: Nec prædecessoris sententiam, nec suam posse aliquam reuocare, non venit in controuersiam: nec ab eius sententia proponi posse appellatio-
nem manifesti iuris est.

In 45. caput primi. tit. 42. libri, dicit, quòd dictam pœnam augere vel minuere magistratus absque principali auctoritate non potest. Et liber 48. tit. 18. cap. primum, dicit, quòd si seruus, metuens ad dominum reuerti, de se falsum dixerit & post condemnationem, ipso de consciis interrogato veritas apparuerit, à pœna liberatur: & ab officio venditur, ne ad dominum reuertatur, & precium datur domino. Is autem qui aliquem tanquam reum condemnauit, non potest eum absolueri, si eum esse innocentem conlitenit. Neque enim quis suam reuocet sententiam, etiam si sit pecuniaria. Oportet ergo de eo in criminibus referre ad Imperatorem. Et cap. nouum & 27. 19. tit. eiusdem libri, quòd decurio, neque in metallum, nec ad opus metalli condemnatur, nec in furca suspenditur, nec comburitur. Sed etiam si tale quid decretum fuerit, liberatur, non per magistratum, sed per Imperatorem qui docetur, & pœnam commutat, vel eum liberat. Et quòd Præfides suas sententias non mutant, sed si quis de seipso mentitus, & propter defensionum inopiam condemnatus fuerit, & postea documenta inuenta fuerint quæ ad sui iuris probationem ei opulentur, vel Imperator ipsum liberat, vel pœnam dimittit. Hæc de definitiuis sententiis dicta sunt. Interrogauerit autem quispiam, cum 3. cap. 51. tit. 60. libri, dicat, Iudicem posse augere & minuere pœnam, quomodo ergo hic dicit contrarium? Sol. Qui est iudex extraordinarij criminis, potest augere & minuere pœnam. Qui autem ordinarij criminis est Iudex, causa habente pœnam à lege constitutam, non potest hoc facere. Vel dic, quòd ante sententiam quidem potest pœnam augere & minuere, etiam si sit lege definita. Sed post sententiam non potest: desit enim esse iudex, & quare caput 14. eiusdem. 51. tit. 60. libri responsum secundum 26. cap. 51. tit. 60. libri, quòd sic habet: Si qui rempublicam administrant, vel primates ciuitatis, aliquid capitale admiserint, vt sint digni exilio, vel relegatione, vel capitali supplicio, oportet magistratū eos custodire vinctos, & ad Imperatorem referre, relationi adiungentem quam in eos tulit sententiam. Quæ

L. motis pa-
fin. ff. de pe-
nis. l. Diui
fratres. ff.
eodem.

1. quod ve-
nit. ff. de re
iudicata.
1. Iudex po-
tētia quam
ff. cod.

enim inter locutus est iudex, ea potest etiam om-
nino tollere, & mutare, vt liber 42. tit. 1. cap. 14.
& merito. Qui enim interlocutus est, iudex reman-
et: qui autem tulit sententiam, illius rei iudex esse
desiit. vt liber 42. tit. prim. caput 55.

BALS. 19. cap. 8. tit. 4. libri. ff. & 20. sunt 2. tit. 60.
libri caput 19. quod sic habet: Qui autem est arbiter, seu ele-
ctus iudex, id decernit quod sibi videtur: nec de eius sententia
curat Prætor. Quod si in compromissariis iudiciis visum
fuerit vt hoc pronuncietur, non valet, nec cogitur ferre sen-
tentiam. Fert autem sententia, qui est hoc animo vt velit per
id quod dicit omnem causam decidere. Qui autem in multis
capitibus iudex sumptus est, non videtur ferre sententiam, ni-
si omnibus controuersis finem imposuerit: & decernit quidem
vt det aliquid, vel vt qui conuenitur absoluitur, non potest
postea contrarium statuere: sententia autem interlocutoria,
quæ sunt in præparatione iudicij, mutari possunt. Vt si iussit
sistere calendis, & postea interlocutus est idibus. Et caput
20. Etiam si in pronuncianda sententia errauerit, non se cor-
rigit: postquam enim pronunciauit, Index esse desit.

TITVLVS DECIMVS.

De administratione rerum ecclesiasticarum, & de iis
quæ sunt propria Episcopi.

Cap. 1.

Quod oporteat Oeconomum esse ex clero Ec-
clesiæ, Syn. Chalced. canon 26. Syn. Nic. secundæ
canon 11. Theophili ex commentario canon 9. 32.
const. vi. tituli primi libri Cod. dicit oportere Oe-
conomum fieri ab episcopo. & 41. eiusdem tit. cõ-
stit. quod sit habita illius examinatione. 24. verò se-
cundi tituli constit. quod oportet Oeconomus sin-
gulis mensibus, vel transactis ad summum duobus,
apud Arcarios rationem reddere de iis quæ in peri-
culo versantur, & quod vnusquisque quidē Oeco-
nomus quærit quæ ad suam administrationē perti-
nent. Reliqui autem Oeconomi ex iussu Patriar-
chæ in scriptis dato rationibus se id legisse subscri-
bunt: & quod absque eiusmodi obseruatione in ra-
tionem refertur, id Oeconomi è domo sua soluunt.
Et 47. tertij. tit. quod Oeconomus reddit episcopo
singulis annis rationem suæ administrationis: & si
quid vel dani attulisse vel lucri fecisse visus sit, red-
dit: sin autem ante redditam rationem sit mortuus,
tenentur eius hæredes. Tenentur autem & quod
fuerit negligens, & quod pauperibus alienarit. Se-
cunda constit. secundi tit. Nouellarum, prohibet
Oeconomis, & orphanotrophis, & reliquarum san-
ctarum domorum administratoribus, & præterea
etiam omnium chartulariis, & eorum parentibus,
& filiis, & sibi per matrimonium affinitate con-
iunctis, bonorum sacrosanctarum ædium emphy-
teules, locationes, & hypothecas, vel per se, vel
per interpositas personas accipere. Nam & contra-
ctus infirmatur, & omnes facultates Oeconomor-
um, & chartulariorum, & administratorum, eor-
umque qui sunt eis affinitate coniuncti, ad sacro-
sanctam domum, ex qua rem accipiunt, redit post
mortem ipsorum.

Auth. vt de
termin. sit
num.

BALS. Iustitiani Nouella 3. seu caput 2. tit. 3. libri
Imperial. sic habet: Sicut sumptum, qui hac in re sit definiti-
mus, ita etiam oportet sanctissimi illius temporis Patriarchæ,
& Religiosissimos Oeconomos considerare, vt alij etiam sum-
ptus qui sunt ex redditibus ecclesiæ in pijs actionibus & deo

A gratis consumantur: & eos illis subministrant, qui sunt vt vera
indigentes, & aliunde non habent alimentum. Et enim do-
minum deum placant, & non hominum imperio ac studio eccle-
siasticos sumptus hominibus diuitibus largiri, & ea ratione
pauperes necessariis priuari: sciant enim sanctissimi Oecono-
mi qui sunt illo tempore futuri, quod si quid præter hæc fecerint,
& pœnas à Deo infligendas sustinbunt, & ex suis facultatibus
indemnitatē ecclesiæ præstabunt. Nota præsentem Iustitiani
nouellā, propter decreta, quæ sunt à Patriarchis, de Adelphe-
tis, & reliquis cōmeatibus frumentariis vel tesseriis, quæ dantur
diuitibus & valde potentibus: & dic ea quidem non esse va-
lida: esse autem valida, quæ sunt pauperibus.

De reu ecclesiasticarū administratione, Aposto-
lorum canon 38. 40. 41. Syn. Antioch. canon 24. 25.
Cyrilli ex epistola ad domnū caput 2. Theophili ex
cōmentario, can. 3. 10. Multa quidem dicta sunt de
administratione rerū ecclesiasticarū in 2. tit. pr. libri
Cod. & in diuersis cōstitutionibus Nouellarum.

De rebus, & redditibus ecclesiarum, quæ sunt
sine episcopis, Syn. Ancyr. canon 15. Syn. Chal-
ced. canon 25. Syn. 6. canon 35.

De alienatione rerum ecclesiasticarum, Aposto-
licarum canon 39. 73. Syn. Ancyr. canon 15. Syn. Carth.
canon 22. 25. Syn. Nic. secundæ, canon 12. Cyrilli
ex epistola ad Domnum cap. secundum. lege quæ
adscripta sunt in secundo cap. præsentis tit.

De iis quæ acquiruntur ab episcopo, vel clerico,
post ordinationem, Syn. Carth. canon 32. Syn. 1. &
secundæ, quæ in æde sanctorum Apostolorum est
habita, canon 7. 32. cōstitutio 3. tit. primi libri. cod.
dicit quod episcopi orthodoxi, & clerici, id quod dū
sunt in potestate acquisierint, etiam adhuc in pote-
state constituti habent proprium, & ipsum non con-
ferunt, & id etiam possunt in vita alienare, & de ip-
sis in externos disponere, vel ipsa ad descendentes
transmittere. Et 20. eiusdem tit. constit. quod quæ
post episcopatū acquisita sunt, non potest episcopus
alienare, vel de eis disponere: nisi à parentibus, aut
patruis & auunculis, vel fratribus ad eum peruenerint:
sed ea ad suā ecclesiā pertinent, & ab Oecono-
mis post eorū mortē rationes petuntur. Quæ autē
ante episcopatū acquisita sunt, & alienant, & de ipsis
disponūt. Et 40. quod episcopi, & presbyteri, & dia-
coni habent quasi castrensē, & de iis legitime dispo-
nunt: nec cadit in testamētum querela inofficiosa.

Iij. constit. 2. tit. nouellarū, dicit, quod episcopi,
ea quæ post episcopatū ab ipsis acquisita sunt, mobilia,
vel per se mouentia, in suos cognatos, vel vilo alio
modo non trāsferūt, sed ea cōsumāt in redemptionē
captiuorū, vel ad alendos pauperes, vel ad suæ ec-
clesiæ vtilitatē. Quæ itaque ex illis post eorū mortē
superfunt, ea ab illorū ecclesiā vendicātur. Habent
autē facultatē alienandi ea quæ ipsos ante episcopa-
tum habuisse probatum fuerit: & quæ post episco-
patū à cognatis ad ipsos peruenerit, quibus ab inte-
stato ad 4. vsq; gradū possunt succedere. Hæc autē
seruātur etiā in orphanotrophis, & ptochotrophis
& nosocomis, & gerontocomis, & xenodochis, &
omnibus alijs administratoribus, venerabilium do-
morum in iis quæ tempore suæ administrationis eis
hoc modo obueniunt. Secunda autem pr. tit. No-
uellarum constit. dicit simplicius, quod, quæ post
ordinationē ab episcopis acquisita sunt, ad ipsorum
ecclesiā pertinent: quæ dicit, quod omnes clerici,
hoc

Cap. 2.

Cap. 3.

Cap. 4.

Cap. 5.

L. sacrosan-
cti C. de
Episc.

L. si quis
presbyter.
c. de Episc.

hoc est presbyteri, diaconi, lectores, cantores, res
quæ à se quomodocunque acquisitæ sunt, etiam si
sint in potestate, habent proprias, & donant, ac de
eis disponunt: ita tamen vt eorum filij, vel si non
adsint, eorum Parentes partem legitimam auferāt.
Tertia autem secundi tituli Nouellarum constit.
dicit, quod si episcopus, vel clericus cuiuscunque
gradus, vel ecclesiæ Diaconissa mortua fuerit sine
testamento, vel legitimis successoribus, eorum suc-
cessio pertinet ad ecclesiam in qua sunt ordinati.

BALS. 33. constitutio 3. tituli primi libri cod. est ca-
put 8. 3. tituli 3. libri Imperial. quod sic habet: Et Presby-
ter, & Diaconus, quæcumque acquisiuit, etiam dum
esset in parentis potestate, alienari: & de iis disponat
quibus voluerit, nec vindicentur ab illis qui eum ha-
bent in potestate, vel conferantur fratribus, vel eorum
filiis: sed filij ipsorum ea accipiant, etsi non factō testa-
mento sint mortui.

Cap. 6.

De rebus propriis episcopi, & quod non de-
bet mori mori intestatus, Apost. canon 40. Syn. An-
tioch. canon 24. Syn. Chalced. canon. 22. Syn.
Sardic. canon 12. Syn. Carth. canon 28. 81. lege etiā
quæ adscripta sunt in 5. capite præsentis tituli.

Cap. 7.

Vt Dei ecclesiæ quæ sunt in barbaricis gentibus,
conuenienter consuetudini quæ inualuit admini-
strentur, Syn. Constantinopol. canon 2. Syn. Chal-
ced. canon 28. Syn. 6. canon 30. 37. 39.

Cap. 8.

Vt ne episcopus, nec clericus det Hæretico in
donatione vel in testamento, etiam si sit cognatus,
Syn. Carth. canon 22. 81. Non solum ab episcopis,
& clericis, prohibentur Hæretici capere, sed etiam
ab alijs. Dicit enim liber primi tituli 8. constit. 9.
quod neque Orthodoxus potest vilo modo tranf-
ferre in Hæreticum rem immobilē in qua est ortho-
doxa ecclesiā: alioqui à fisco vendicatur. Tertia de-
cima autem 2. tit. Nouellarum constit. dicit, quod
si orthodoxus qui habet possessionem in qua est fa-
cta ecclesiā, eam alienauerit, vel reliquerit, vel in
emphyteusim dederit, vel locauerit, vel quacunque
administratione præbuerit Iudæo, vel Samaritano,
vel Græco, vel Montanista, vel Arriano, vel vt se-
mel dicam, alij Hæretico, ecclesiā eius pagi illius
dominium vendicat, liber primi tituli. 5. constit. 18.
Si Hæreticus, vt militiam vel dignitatem assequa-
tur, vel vt publicam rationem obeat, vel doceat, vel
causas agat, se orthodoxum esse simulet, & eū vxor-
em, vel filios habere hæreticos apparuerit, eiicitur:
sin autem etiam non compertum fuerit, non potest
aliquid suum dare vel alienare Hæretico, sed illa
quomodo quæ ad Hæreticum pertinent, ecclesiā
fiscus vendicat, omnino enim qui militiam, vel dig-
nitatem, vel aduocationem, vel publicum munus
& exercitium sunt consecuti, habent solos ortho-
doxos hæredes: & quæ ex ipsis quomodocun-
que ad Hæreticos peruenerint, publicum æra-
rium repetit. Quæ autem exhæredationum cau-
sas ponit, 121. Nouella dicit, quod si Pater or-
thodoxus senserit suos filios non esse orthodoxos,
est in eius potestate ipsos exhæredare: Sin autem
contra Pater est Hæreticus, non sit in eius pote-
state alios hæredes scribere quàm suos filios ortho-
doxos: vel si non sint, cognatos orthodoxos. Si qui
autem ex filiis sint orthodoxi, alij verò non, eius fac-
cultates veniunt ad orthodoxos, etiam si pater

1. Cognoui
mus. c. de
Hæret. &
Manich.

alios hæredes scripserit. Sin autem postea Hære-
tici fratres, orthodoxi facti fuerint, datur eis
sua pars, sed non etiam percepti fructus: nec illi
administrationis rationē exigunt. Sed interea or-
thodoxi bona eorum alienare non possunt. Sin au-
tem omnes filij sint Hæretici, cognati orthodoxi
erunt hæredes. Si verò non sunt, tunc si Parentes
quidem sunt clerici, ecclesiā in qua habitationem
habuit, res accipit. Sin autem ecclesiastici fuerint
negligentes in bonis intra annum vendicandis, Fif-
cus ea accipit. Postrema de Samaritanis, quæ est
tertia tertij tituli nouellarum, dicit quod Samarita-
ni nec sunt hæredes ex testamento, vel ab intestato:
nec legata, vel donationes capiunt. Sed nec habent
successores ab intestato Samaritanos, vel eos qui
se orthodoxos quidem esse simulant, non autem ita
sentiunt. Sed nec testari, vel legare, vel donare pos-
sunt, nisi iis qui sunt orthodoxi & fide & operibus.
Quod si non sunt, bona eorum post mortem ad Fif-
cum redeunt. Tertia constit. 2. tit. Nouellarum di-
cit: Nullus Hæreticus nec per conductionem, vel
emphyteusim, vel emptionem, vel alio modo bona
immobilia accipiat ab ecclesiā vel alio venerabili
loco. Hæreticus enim quæ à se data sunt, eam ob
causam amitrat: res verò ad eum locum à quo data
est redeat. Administrator autem qui dedit, arcetur
deinceps ab omni administratione, & in monaste-
rium includitur, & anno vno à sancta communio-
ne separatur: eadem autem constitutio dicit, quod
si quis Hæreticorū ausus fuerit suæ religionis face-
re conuenticulum, vel Iudæi nouam facere synago-
gam, ipsam vendicat ecclesiā: sin autem in emphy-
teusim dedit vel locauit, vel quomodocunque de-
dit tali personæ administrandam, si Dominus qui-
dem sciens ipsum Hæreticum, hoc fecit, omnes
redditus temporis illius contractus, ecclesiā ciuita-
tis, sub qua fita est possessio, vendicat. Ignoranti au-
tem Domino nullum damnum affertur: Hæreti-
cus verò, vtroque casu à possessione expellitur, eiū-
que bona publicantur.

Authēt. de
Samar.

BALS. De Samaritanis constit. primi quæ est 3. tit. nouel-
larū, est Nouella Iustitiani 129. sed non est sita in Imperial.
nec tertia nouella, quæ est Nouella Iustitiani 124. Quæ au-
tē 51. caput pr. tit. pr. libri & lege ipsum, & capta quæ deinceps
sequuntur vsq; ad finē tituli, quæ tractat ea quæ visa sunt,
& alia multa vitia & necessaria de Hæreticis. Ex his enim
vt est verisimile integra castra & pagos Bogomalicos errare
permittimus, & mori cum sua hæresi. Si autē quemlibet eius-
modi in Imperial. ciuitate versantē inuenim⁹, valde punimus.

TITVLVS VNDECIMVS.

De constructione Monasteriorum, & Mona-
chorum.

De extruccionē Monasteriorum, & ne ea fiat pri-
uata, & de rebus Monachorū, Syn. Chalced. can. 4. Cap. 1.
24. Syn. 6. can. 49. Syn. Nic. secundæ, canon 13. Syn.
primæ & secundæ in templo sanctorum Apostolo-
rum, can. 1. & 6. Tertiadecima constit. primi tituli.
Nouellarum dicit, quod qui vult ædificare Mona-
steriū, debet primum colloqui cum episcopo ciui-
tatis, vt ille adūstens orationē faciat, & crucē figat,
& tunc extruccionis fiat principium. Et 3. constit. se-
cundi tit. Nouellarum dicit: Qui vult ædificare

GGg

Monasterium, non aliter extruere incipiat, quam A
 locorum episcopus illic orationem fecerit, & ve-
 nerandam crucem fixerit. Qui autem nouum ædi-
 ficare cœpit, vel vetus renouare, id cogitur adim-
 plere, lege etiam quæ adscripta sunt in 41. cap. se-
 cundi tit. & cap. 14. tertij. tituli præsentis operis.
 Prima autem constitutio secundi tituli. Nouella-
 rum, dicit: Nullus monasterium vendat, vel permu-
 ter, vel donet, in quo extructum est altare, & sacra
 celebrata sunt, & Monastica exercitatio facta est.
 Nam & quod factum fuerit erit irritum, & qui ac-
 ceperit, à precio exciderit, & qui vendit, & rei quam
 vendit amissione multabitur, & precij perditione,
 eis sanctissimæ loci ecclesiæ, & sacrosanctis loci mo-
 nasteriis attributis: vt ipsi curâ gerant, vt quod malè
 est alienatum, rursus ad habitum Monasticum re-
 ferant. Nec hypotheca in iis sit valida, sed infirme-
 tur: & monasterium sacrorum celebrandorum mi-
 nisterio attribuat. Liber primi tituli 3. constit. 33.
 dicit quod qui propria monasteria relinquunt, non
 accipiunt mobilia, quæ secum attulerunt quanta-
 cumque ea sint, & si nulla de eis acta confecta
 sunt. De immobilibus autem oportet ea fieri quæ
 sunt legitima. Neque enim aufertur ei qui dedit,
 eorum vendicatio. Et 16. constit. primi tituli, No-
 uellarum, dicit quod si quis Monachus recede-
 re voluerit, quæcunque bona habebat, quando mo-
 nasterium ingressus est, ea ad Monasterij domi-
 nium pertinebunt, & quod oportet eum qui vult
 esse Monachus, de rebus propriis disponere. Ip-
 sum enim ingressum consequuntur, & si non hoc
 expresse dixerit. Quod si cum haberet filios,
 ipsis res aliquas dederit vel in dotem vel in dona-
 tionem propter nuptias, & ea partem legitimam
 eius bonorum efficiant, ne si in reliquis vllam
 partem habeant. Si nihil autem eis, vel minus
 legitima donauit: etiam postquam Monachus fa-
 ctus fuerit, debetur filiis legitima. Sinautem ma-
 ritus, vel mulier, Monachus factus sit, id quod
 in casum mortis ad se rediret, alter accipit, vel lu-
 cratur: & quod si Monachus ad militiam venerit,
 vel ad alium vitæ statum, eius quidem bona apud
 Monasterium remanent: ipse autem sit eius regio-
 nis apparitor. Quod si quis etiam ad aliud Mo-
 nasterium peruenerit, facultates eius sunt primi mo-
 nasterij, monasteriorum autem Præfecti eum ne su-
 scipiant, & hoc prohibeant episcopi, & Archiman-
 dritæ. Dicit autem etiam 52. constitutio 3. tituli pri-
 mi libri, quod si quis grauatus fuerit restitutione
 vel substitutione si filios non susceperit, & propter
 monasticam exercitationem vxorem ducere nolue-
 rit, bona apud eum perpetuo remanent, eaque, vt
 vult, dum est superstes, cõsumit, & relinquit, modo
 piè. Sin autem ei sub hac conditione relictum fue-
 rit, si filios susceperit, id habet & si nullos habue-
 rit. Idem etiam in fœminis, quæ virginitatem profi-
 tentur. Eadè constitutio dicit, quod si quis ex con-
 iugibus monachus euaserit, alius mittit libellum re-
 pudij: & locus est iis quæ inter eos conuenerunt in
 casum mortis: & lucrum quod ex eo proficiscitur,
 seruatur, vt par est, filiis natis ex eo matrimonio: &
 si maritus efficiatur monachus, eius vxor non nubit
 alteri vno anno. Quod si quis ex sponsis monachus
 factus fuerit, arræ ei simplæ redduntur, & nullo dâ-

no afficitur, vt erat eiusdem tituli constitutio. Et
 13. Nouella, quæ tractat de repudijs, dicit, quod si
 præter dictas illic causas mulier libellum repudij
 miserit, dos quidem datur marito, vel in dominiũ:
 vel si sint liberi, in vsum fructuum, vxor autem, tradi-
 tur per Iudicem episcopo ciuitatis in qua habitat:
 & per eum toto vitæ suæ tempore in monasteriũ in-
 truditur, & si habeat quidem liberos, ij. duas partes
 eius bonorum accipiunt: tertiam autem, monasteriũ:
 sinautem non habet liberos, sed parentes, duæ par-
 tes dantur monasterio, & tertia parentibus, præter-
 quam si cum eam haberet in potestate, in iusto eius
 repudio confenserit. Tunc enim omnia monaste-
 rij dominio attribuuntur, perinde ac si mulier nec
 liberos nec parentes haberet. Et secund. constitu-
 tio primi tit. Nouellarum, dicit, quod si seruus vel
 adscriptitius, pro ea quæ illic est distinctione, fiat
 monachus, res quas in monasterium intulit, capit
 Dominus. Non manent autem simul monachi &
 monachæ: sed viri quidem in alia loca transferun-
 tur: & bona ipsi diuiduntur pro iure quod eis com-
 petit. Qui autem grauatus est legato, vel restituti-
 one, si vxorem duxerit, vel si liberos non susceperit,
 vel si sic donatum sit, vel ad aliquem accesserit, &
 fiat Monacha vel Ascetria, extinguitur restitutio.
 Etsi enim Monasteriis egressi fuerint, ea tamen bo-
 na cum aliis eorum ad monasteria pertinent: sin au-
 tem propter liberationem captiuorum, vel nutri-
 mētum pauperum, fiat eiusmodi restitutio, ea neu-
 tro dictorum modorum excluditur. Eius qui Mo-
 nasterium ingreditur, si nō habet liberos, res ad mo-
 nasterium pertinent: sinautem habet liberos, & de
 rebus suis non disposuit priuquam ingrederetur,
 est in eius potestate etiam postea disponere, & non
 potest partem eorum legitimam minuire. Porro
 autem sibi quoque seruat vnus filij proportionem,
 quæ debet Monasterij dominio applicari. Sin au-
 tem mortuus sit in monasterio, priuquam testamē-
 tum fecerit, filij quidem partem legitimam acci-
 piunt: reliqua autem, Monasterium. Nullus ex spō-
 sis præteritu arrarum damno afficitur, si fiat Mona-
 chus. Et Matrimonium soluitur ex eo, quod vnus
 coniugum habitum Monasticum susceperit, etiã abs-
 que repudio, & recipit mulier dotē, & alias res suas.
 Ei autem, qui non monachus euaserit, quod ex con-
 uentione in casum mortis profectum est lucrũ, ad
 eum redit: sinautē ambo simul diuerterint, nullus
 eorum ex altero lucratur, nisi quis sua sponte alteri
 donauerit. 134. autem Iustiniani Nouella, de loci
 cõseruatoribus differens, dicit, quod si mulier adul-
 terij condemnata fuerit, cõuenientibus pœnis sub-
 iecta in Monasterium intruditur: & est in potestate
 mariti, eam intra annum recipere, ex iis quæ inter-
 cefferunt non læso matrimonio: sinautem tempus
 præterierit, vel ea non recepta decesserit, Monasti-
 cū habitũ capit. Etsi habet quidem liberos, ij. octo
 vncias accipiunt, & monasterium quatuor: sin autē
 solum habet ascendentes, qui sceleri opem non
 tulerint, ij. quatuor vncias accipiunt, & Monaste-
 rium octo: sin autem opem tulerint, vel nulli sunt
 ascendentes, aut descendētes, accipit omnia mona-
 steriũ, pactis dotalibus Marito seruatis in omnibus
 casibus. Si quis autē adulterij accusatus, vel Iudicis
 proditione, vel aliquam aliam ob causam, pœnas
 effugerit,

Cap. 2.

L. tubem. C. de Episc.

l. seruis. C. codem.

Auth. de eccl. elestat. diuers. cap.

Cap. 3.

effugerit, & postea marito eius viuente vel mortuo, A
 cum ea turpiter versatus sit, vel in matrimonium
 eam acceperit, nec validum quidem est matrimo-
 nium: sed vir quidem vt adulter à quouis Magistra-
 tu punitur: Mulier autem castigata & tonsa, toto
 vitæ suæ tempore, in Monasterio includitur, &
 res vt dictum est, diuiduntur, periculo Comitum
 priuatorum, & loci Magistratum.
 De iis qui sunt Monasteriorum præfecti vel Cle-
 rici, Syn. Carth. canon 80. Syn. Nic. secundæ
 canon 21. De seruis qui sunt monachi, vel præ-
 textu pietatis contemunt, vel Dominis non ser-
 uiant, Syn. Gangr. canon 3. Syn. 6. canon 85. Syn.
 Chalced. canon 4. 34. Constitutio 6. tituli primi
 Codicis dicit, quod Adscriptitij sine consensu
 Dominorum monachi effecti, itidem eis subiiciun-
 tur, vt si non effecti essent. Constitutio 37. Ser-
 uui, qui dominorum voluntate Monachi facti sunt,
 liberi sunt: sin autem monastica exercitatione
 relicta, ad alium se statum contulerint, in seruitu-
 tem reuocantur. 13. primi tituli Nouellarum
 constitutio, dicit, quod qui in Monasteriis per-
 manent, siue sint liberi, siue serui, prius triennio
 perseuerent, tonsura ac veste vtentes, & scriptu-
 ras discantes, & suam fortunam, ac conditio-
 nem, causamque cur Monachi esse velint num-
 mala sit consistentes, & admoneantur: & si trien-
 nio perseuerauerint, & vt Monachi fiant digni visũ
 fuerint, tunc tondentur, & à seruitute liberentur.
 Si quis autem intra triennium ipsum in seruitu-
 tem vendicet, dicens eum aliqua furripuisse, & in
 Monasterium confugisse, ne protinus eum abstra-
 hat: sed eum prius esse seruum, & propter fur-
 tum vel delictum aufugisse ostendat: & tunc eum
 accipiat vt par est cum is cum quibus in Mona-
 sterium ingressus est, dea autem fidem se eam ob-
 causam nihil ei mali facturum: sinautem hæc non
 ostensa fuerint, & ille ex exercitatione bonus ho-
 nestusque apparuerit, etiam si triennium nondum
 præterierit, maneat in Monasterio: & si post
 triennium dignus videatur, in exercitatione D
 Monastica perseueret, siue seruus, siue liber, à
 nullo deinceps molestia affectus, & si antea pecca-
 uerit: sed quæ furto sublata sunt, ea vbicumque sint,
 priori domino redduntur.

BALS. De seruis qui sunt Clerici, Monachi, vel
 etiam ad episcopalem dignitatem prouehuntur, lege 36. cap.
 primi tituli præsentis operis & quæ in eo sunt. Præterea
 autem 9. 10. & 11. Imperatoris Domini Leonis sapien-
 tis Nouellam. nam eorum etiam mentionem fecimus in di-
 cto 36. capite.

Eadem autem constitutio dicit: Episcopus Ab-
 barem, vel Archimandritam vnus cuiusque Mo-
 nasterii non omnino pro gradu promouent: sed
 quem monachi omnes, vel qui bonæ sunt existima-
 tionis, elegerint, tactis euangelis dicentes, quod
 nec propter amicitiam, nec propter gratiam eum
 elegerint: sed scientes eum orthodoxum & mode-
 stum, & administratione dignum, & qui possit con-
 seruare Monachorum scientiam, & statum Mona-
 sterij. Eadem etiam de mulieribus, Monasteriis &
 Ascetris. Et 13. constitutio eiusdem tit. adiciens,
 quod oportet digni electionē facere à primo, & ita
 Tom. 6.

gradatim deinceps per eos qui sequuntur. Primi
 enim, si digni videantur, præferuntur posteriori-
 bus. 39. autem eiusdem tituli constitutio definit,
 quod Monasteriorum quidem præfectos obseruāt
 episcopi, Monachos autem Præfecti, & quod duo-
 rum Monasteriorum non sit idem præfectus.

BALS. Terriadecima primi tit. Nouellarum constitu-
 tio, est nouella Iustiniani 123. quæ sita est in libro 4. Imper-
 rial. tit. primo cap. 3. & ita habet hoc caput vt visum est. siue
 est autem a nobis hoc caput extra 32. caput 9. tituli præsentis
 operis: & quare quæ de eo illic dicta sunt, eadem 123. nouella
 per ij. caput primi tituli 4. libri Imperial. ea dicit quæ hic
 visa sunt. Circa finem autem dicit: Ea omnia, quæ a nobis
 de Monasteriis, Præfectorum promotione dicta sunt, iubemus
 etiam seruari in multorum Monasteriis, sanctissimo episco-
 po, cui subest Monasterium, eum qui sic eligitur omnibus mo-
 dis Monasterio præficiendi.

Non oportere Monachum temete exire Mona-
 sterio, & in rebus agendis versari, & quod sub sunt
 episcopo, Syn. Chalced. canon 3. 4. 8. 26. Syn. 6. can.
 41. 41. 46. Syn. primæ & secundæ, quæ habita est in
 templo sanctorum Apostolorum, canon 2. 4. 19.
 Constitutio 3. tituli primi libri Codic. dicit, quod
 Apocritarii soli possunt egredi Monasteriis, & in-
 gredi ciuitates. Sin autem dogmatibus vel consiliis
 suis videantur eos qui sunt simpliciores perturba-
 re, legitimè castigantur. Et constitutio 38. eius-
 dem tituli, quod qui sua monasteria relinquunt, nō
 accipiunt quæ in ea intulerunt mobilia, quantæ-
 cunque fuerint quantitatis. In immobilibus autem
 donationibus iura seruanda sunt. Ei enim qui dedit
 non ablata est vendicatio, Dicit autem etiam secū-
 da constitutio primi. tit. Nouellarum: Nec Mona-
 chi, nec monachæ per Urbem circuncursent: sed per
 Apocritarios respondeant in monasteriis manen-
 tes. Transeunte autem monacho in aliud monaste-
 rium, res quas habet, dum egreditur, ad primum
 Monasterium pertinent. Lege etiam quæ scripta
 sunt in primo capite huius tituli, & in 32. cap.
 9. tituli præsentis operis.

Monachos non debere vxores ducere, vel cum
 aliquibus tanquã fororibus versari, nec eas quæ vir-
 ginitatē profitentur cum aliis cohabitare oportere,
 Syn. Ancyr. canon 19. Syn. Chalced. canon 16. Syn.
 6. canon 44. 47. Basil. canon 19. 97. lege quæ ad-
 scripta sunt in 12. cap. 8. tit. præsentis operis, & 29.
 cap. 9. tit.

De Monachis qui faciunt sodalitates, vel con-
 iurationes, Syn. Chalced. canon. 18. Syn. 6. can-
 non. 34. lege quæ adscripta sunt in 37. cap. 9. tit.
 præsentis operis.

Non debere exercitatores seu Monachos
 cum fœminis lauari, Syn. Laodic. canon 30. Syn.
 6. canon 46. 47.

De Custodia sacrarum virginum, Syn. Carth. Cap. 8.
 canon 44. Syn. 6. canon. 46. 47. Syn. Nic. secun-
 dæ canon 18. 25. 22.

De stupro sacrarum virginum, Syn. 9. canon 4.
 Basilij canon 18. 20. 60. lege quæ ascripta sunt ter-
 tio cap. 9. tit. præsentis operis.

De tempore ætatis earum quæ habitum accipiunt,
 & quænam dicatur virgo, Syn. Carth. can. 126. Syn.
 6. canon 40. 41. 43. 45. Basilij canon 18.

Cap. 11. De Monachis, vel laicis dignitate præditis, vel militantibus qui sunt clerici, Syn. Nic. canon 12. Syn. Chalced. canon 7. Curilli ex epistola ad episcopos Libyæ & Pentapolis, canon secund. lege que ad scripta sunt 32. cap. 9. tit. præsentis operis.

Cap. 12. De iis qui vtuntur veste Monastica, & condemnant eos qui vtuntur veste communi, Syn. Gangr. canon 12. Dicit liber prim. tit. 4. constitutio 4. Mimatæ & quæ publicè corpore quæstum faciunt, sacrarum virginum habitu ne vtantur. Et 2. constitutio primi tit. nouellarum dicit: Nullus laicus, & maxime scenici, & meretrices, vtantur, vel imitentur Monasticum habitum. Corporali enim supplicio alioqui punitur, & in exilium mittitur.

BALS. 94. cap. eiusdem nouellæ, sect. 13. cap. eiusdem libri & tit. fufe dicit quæ visa sunt in præfenti 12. capite, adiciens per episcopos & Magistratus puniri eos qui sanctum habitum habent ludibrio.

Cap. 13. De muliere, que vestibus virilibus induitur, Syn. Gangr. canon 13.

Cap. 14. Non oportere Mulieres ronderi propter exercitationem, Syn. Gangr. canon 17.

Cap. 15. De eo qui prætextu exercitationis non alit liberos vel Parentes, Syn. Gangr. canon 15. 16.

Cap. 16. Quænam ciuilia negotia, vel quasnam curationes possunt obire Monachi, Syn. Chalced. canon 3. lege quæ adscripta sunt tertio cap. 8. tit. præsentis operis.

TITVLVS XII.

De Hæreticis & Iudæis & Gentilibus. Cap. 1. Quid est hæresis, & schisma, & ἡ ἑτερονομία, Basilij canon primus.

Cap. 2. Qui est hæreticus, Syn. Constantinopoli. canon 6. Prima constit. 4. tit. libr. primi. Cod. dicit, quod qui non opinatur sanctam Trinitatem habere in vna deitate æqualem potentiam, ne Christianus quidem dicitur, sed est demens ac vesanus, & Hæreticus, & infamis, & punitur. Et titulus 8. eiusdem libri, quod est Hæreticus, & legibus quæ aduersus Hæreticos latæ sunt subiicitur, qui ab orthodoxa fide vel minimum declinat. Prima autem constit. 4. tit. Nouellarum, dicit, eos esse Hæreticos, qui communicare non possunt, fufe autem de Hæreticis illic actum est.

BALS. Prima constit. primi. tit. Nouellarum sita est in capite l. primi. tit. prim. lib. Imp. quæ est Nouella Iustimiani 109. tractatque, vt summam dicam, nullam militiam, nec vllam, quæcumque ea sit, publicam curationem posse obire Hæreticos. Dicit autem Hæreticos esse omnes qui sacramentis, quæ dantur à sacerdotibus, in Dei ecclesia non communicant: Et quod mulieribus Hæreticis non dantur Priuilegia quæ data sunt orthodoxis, vt habeant tacitus hypothecas in bonis maritorum, vincant autem in hypothecis antiquiores creditores, ad hoc vt de rebus dotalibus lucrisque matrimonialibus eis satisfiat.

VIII. titulus primi libri Cod. prohibet habere priuilegia vel docendi, vel faciendi Clericis.

Auth. de mulieribus fide Heret.

c. de Heret.

cos, vel letanias, aut publicè aut priuatam celebrandi. Nam si quid fiat eiusmodi, officium Præfecti prætorio dar centum libras: regionis autem præfides quinquaginta, & quod eorum conuenticula orthodoxa ecclesia accipit, & quod Manichæi, & Donatistæ extremo supplicio afficiuntur, & omnia eorum bona publicantur, & neque testantur, vel quomodocunque contrahunt, nec filij qui non sunt orthodoxi, eis succedunt, & quod post mortem accusantur, & eorum testamenta infirmantur. & quod vrbibus expelluntur, & quod domus in quibus Hæretici Dominis volentibus congregantur, ecclesiarum dominio applicantur, & quod à curialibus vel ab Apparitorum ministeriis non liberantur, & quod Monasteria non faciunt: nec militant, & quomodo puniuntur, qui aduersus sanctas Synodos scribunt, vel ea habent, aut legunt, & quod legitime non sepeliuntur, & quod nec dignitates assequuntur: nec fiunt aduocati, vel defensores, aut Patres ciuitatis, fiunt autem curiales, & quomodo coguntur filios qui sunt orthodoxi, alere, & hæredes scribere, & dare eis dotem, & donationem propter nuptias, & quod si parentes contendunt, is est potentior, qui vult suos filios ad rectam fidem adducere, & quod filij orthodoxi, qui peccant in parentes Hæreticos, puniuntur.

BALS. 8. tit. primi libri Cod. positus est in principio secundæ constit. in primo tit. primi libri Imp. & dicit eius caput 18. non debere Hæreticos docere, nec ordinare. 9. non debere Hæreticos legare: & loca, quæ ab eis occupantur, vendicari ab ecclesia 20. non habere Manichæos, & Donatistas priuilegia orthodoxorum, sed eos etiam extremo supplicio affici. 21. eiicci ex vrbibus Hæreticos, & ab ecclesia catholica vendicari, quæ quomodocunque relinquuntur iis, quas ipsi audacter vocant, ecclesiis. 24. caput dicit: Hæretici legitimis ne tradantur sepulturis. 25. caput hæc definit: Si sint autem parentes diuersæ fidei & religionis, illius sententia magis valeat, qui orthodoxam fidem in eis eligit, & si sit pater qui contradicit, non ideo succensens, eum alimento priuet necessario, vel aliis necessariis sumptibus. Sed etiam dans eorum, vel donationem propter nuptias, eos personis orthodoxis coniungat, nullam aliam aduersus eos iræ causam prætexens. Quod autem puniuntur filij orthodoxi, qui in Patres Hæreticos peccant, non est assumptum in Imperiali. Et ei qui illa compos. it, sunt ea de causâ agenda gratia.

Et quod non baptizant Hæretici, nec per se, vel interpositas personas, pagos curant aut administrant. Sed nec docent, nec hæredes instituunt, nec inter sacros ambitus aliquid agunt, & quod in iudicio aduersus orthodoxum testimonium non ferunt, nisi orthodoxus trahatur in curiam. Vt est secunda constit. 8. tit. Nouellarum est autem in integrarum numero 32. Sed in vltimis voluntariis & cõtractibus testificantur. Lege quæ adscripta sunt in 8. cap. 9. tit. præsentis operis. De Iudæo autem tractat 12. tit. primi libri Cod. in quo etiam eorum Synagogas non inquiri oportere dicit, neque ipsos sabbatis, vel suis festis corporale ministerium exercere, nec cõueniuntur, nec à Christianis probro aut contumelia afficiuntur, nec Christianas mulieres vxores ducunt, & quod ipsi rebus suis vānalibus precia statuunt,

C

E

c. De Hæreticis per totum.

C. De Iudæis & Cælicis.

statuunt, & quod in matrimoniis legem suam non seruant, & quod in solis causis pecuniariis possunt proprios sibi Iudices eligere, & quod coronarium canonem primates ipsorum suo periculo largitionibus inferunt: & quod nihil eis audendum est aduersus Christianos.

BALS. Dicit 28. cap. primi tit. primi libri Imperial. Omnes generaliter Hæretici nec separatas congregationes, nec seiuncta baptisimata faciant. Nec venerandæ communionis esse omnino participes audeant, nec finium priuilegiis, in quibus habent officinas, vtantur, eorum qui legibus repugnant penas formidantes, eo qui domum suppeditat prædictis accusationibus obnoxio, Monasticæ præcipue, nullum eorum, qui dicuntur, Patriarcharum, vel sacerdotum, vel Episcoporum, vel Presbyterorum, vel Diaconorum, habeat intra Constantinopolim, prohibeantur autem negociari intra eius fines, impiisque comestationes & conuiuia facere: vel mancipia, emere, propter eas quæ in vnoquoque subiectæ sunt rationes.

De libris Hæreticis, Apostolorum canon 7. 60. Syn. sextæ, canon 68. Syn. Nic. secundæ, canon 9. Constit. 6. tit. primi libri Cod. dicit: Porphyrij & aliorum Hæreticorum scripta aduersus Christianos, comburantur, & Nestorij, & quæcumque non consentiunt Synodis quæ Niceæ & Ephesi habitæ sunt, & Cyrillo Patriarchæ Alexandrino, quorum non licet fidem transgredi. Qui autem habent dictos libros & legunt, vltimo supplicio afficiuntur. Non dicuntur autem Nestoriani, sed Simoniani: sicut Arriani, Porphyriani.

De Idolorum depositione, Syn. Carth. can. 58. 84. BALS. Prima constit. 14. lib. primi tit. Cod. iubet sacra claudi, quæ non est sita in Imperiali.

De Nestorio, Musæo, Eurychiano, Maximo, Porphyrio, & Celestino, vel Hæreticis, qui ab eis constituti sunt, vel orthodoxis qui eiecti fuerunt, Syn. Constantinopoli. canon 4. Syn. Ephes. canon 1. 2. 3. 4. 5. Syn. Sardic. canon 20.

Cap. 6. Non esse faciendam oblationem præfente Hæretico, Timoth. canon 9.

Cap. 7. De clericis Hæreticis, qui ad ecclesiam orthodoxam accedunt, Syn. Carth. canon 57. 68. Basilij canon prim. Theophili ex commentario canon 1.

Cap. 8. De Episcopis, vel Clericis, qui vnâ cum Hæreticis comunicant vel orant, vel eis operari permittunt, vel eorum baptismum aut sacrificium admittunt, Apost. canon 10. 45. 46. Syn. Antioch. canon 2. Syn. Laodic. cap. 33. Lege quæ adscripta sunt in 15. cap. tertij tit. præsentis operis.

Cap. 9. De Episcopis, vel Clericis, qui benedictiones ab Hæreticis accipiunt, vel à Iudæis: vel orant in Ecclesiis aut Monasteriis Hæreticorum, vel Gentilium, vel sabbata celebrant: vel vnâ cum Iudæis dies festos agunt. vel ad Synagogas accedunt, aut ad sacra Gentilium & de Angelitis, Apost. canon 65. 70. Syn. Laodic. canon 9. 29. 32. 35.

37. 38. 42. Syn. sextæ, canon 11. Prima constit. 12. tit. primi libri Cod. dicit. Quod Iudæorum vniuersitati legatum est, non petitur. Dicit autem etiam liber 34. canon 8. ff. quod id quod legatur licito corpori vel collegio, valet, contra autem, quod illicito, præterquam si singulis in eo legatum sit, tunc enim valet. Multa eiusmodi responsa seu decreta habet 48. tit.

Cap. 3.

L. Quicumque in hac c. de Hæreticis.

Cap. 4. C. de sacrificiis.

Cap. 5.

Cap. 6.

Cap. 7.

Cap. 8.

Cap. 9.

c. de Iudæis & Cælicis.

6. libri Cod. Nona autem constit. 11. tit. primi libri, dicit: quod si datum vel relictum fuerit bellis vel personis ad Græcorum errorem confirmandum, ciuitas, id accipit, in qua personæ habitant, vel sub qua loca sunt, & impenduntur instar reddituum aut vectigalium ciuitatis.

De Episcopo, qui sciens dicit Hæreticum posse communicare, Syn. Carth. canon 124.

Hæreticos non debere ingredi Ecclesias, Syn. Laodic. canon 6.

Non esse eundem ad falsos Hæreticorum Martyres, Syn. Laodic. canon 34.

De Matrimoniis Hæreticorum cum orthodoxis, Syn. Laodic. canon 1. 31. Syn. Chalced. canon 14. Syn. Carth. canon 21. 24. Syn. 6. canon 77. Ius Ciuile, licet nuptias definiens, dicit, liber 23. tit. 2. cap. primo, esse viri & mulieris coniunctionem, & totius vitæ consortium, diuinique & humani iuris communicationem: & conuenienter huic definitioni oporteat eos qui matrimonio coniunguntur, esse eiusdem religionis, scit tamen & admittit matrimonium inter Orthodoxum, & Hæreticum. Dicit enim liber primus Cod. tit. 5. constit. 12. quod si contendant Parentes, superior euadit qui vult suos filios ad fidem orthodoxam adducere. Et constitutio 18. eiusdem tit. quod si alter eorum qui cohabitant, sit Orthodoxus, & alter Hæreticus, oportet eorum liberos esse orthodoxos. Et liber 5. tit. 1. constit. 5. Si sponsa recuset matrimonium propter religionis differentiam, si mulier quidem præuidit causam, vel eius parentes, tenentur. Si autem ignorabant, vel etiam postquam arras acceperunt, causa accidit, reddit simplum. Idem etiam in sponso. Sexta constit. 9. tit. primi libri Cod. dicit, quod Christianus qui Iudæam vxorem accepit, vel Iudæus Christianam, reus est adulterij.

BALS. 12. constit. 5. primi libri Cod. seu 25. caput primi tit. primi libri Imperial. situm est in medio Scholij 2. cap. præsentis tit. lege etiam 72. canon Syn. in Trullo: & scies quod fidelis cum muliere infideli non iungitur matrimonio, etiam si nonnulli decepti à sine ipsius canonis, qui docet de infidelibus qui crediderunt post matrimonium, aliud audacter dixerint. Ego autem qui scio esse orthodoxos Iberos, & nostra omnia suscepisse, & videam ipsos suas filias Agarenis nuptum dare, miror, & nescio quomodo à suis sacerdotibus, qui legunt & sciunt decreta canonum, hæc non prohibentur. Hæc ergo corrigi cupio potentissimi & sanctissimi nostri Imperatoris auxilio. Quinta constitutio primi. tit. 5. libri Cod. est caput secundum secundi tit. 28. libri Imperial. & aduerte quod id quod dicit, propter religionis differentiam, non est adiectum in Imperialibus. Secundum enim caput hæc dicit: Si mulier sui iuris adulta ætate, arras acceptis matrimonium recusauerit, reddit arras duplicatas: sin autem cum esset minor ætatis veniam petiit, & arras accepit, rursus duplum reddat: sin autem est impubes, nec ipsa veniam ætatis petiit, ipsa tunc reddet simplum quod accepit: sin autem etiam pater puellæ vel Mater accepit arram pro filia, vel auus pro nepte, cum sint adulta ætate, ipsi quoque tenentur dare quadruplum: si quidem matrimonium, quod potest procedere, recusant facere. Sin autem matrimonium non potest consistere, ipsa reddantur arras simplæ. Sin verò poterat

c. de Senatu. tit. 5. l. 7. re-

Cap. 10.

Cap. 11.

Cap. 11.

Cap. 11.

Cap. 11.

L. ff. De Rit. nuptiar.

L. Mulier. C. De spon. salibus.

quidem matrimonium consistere, sed propter instam causam recusatur: si sciebant quidem causam ante contracta sponsalia, sibi impudent quod eam desponderint: sin autem ignorabant, vel causa forte post sponsalia contigit, tunc simpliciter reddatur. Eadem etiam dicimus in sponso, qui sponsam recusavit. Quadruplari autem arras, quando sponsa recusat matrimonium, nunc non est in usu, nisi hoc utique specialiter conuenierit. Omnis autem cautio, quæ præter hanc constitutionem facta est, minime consistat.

Cap. 14. De iis qui ex Hæreticis ad Orthodoxiam conuersi sunt, & an fieri possit ut ij sint Clerici, & quinam ex eis baptizantur, & quinam solum vnguntur: & quoddam Hæreticis benigne ac clementer vi oportet, ut ipsi conuertantur, Syn. Nic. canon 8. 18. Syn. Laodic. canon 8. 19. Syn. Laodic. canon 7. 8. Syn. Constantinop. canon 8. 19. Syn. Laodic. canon 7. 67. Syn. 6. canon 98. Basilij canon 1. 47. Theophili ex Epistola ad Aphygiõ Episcopum. Synodus quæ fuit habita à Cypriano, definit omnem hæreticum, qui ad fidem orthodoxam accedit, esse baptizandum, dicens hæreticorum baptismum non esse baptismum.

Cap. 15. Nec Episcopus, nec Clericos donare debere, vel in testamento dare hæreticis, & si sint cognati ipsorum, Syn. Carth. canon 22. 81. lege quæ prius scripta sunt in 39. cap. 10. tit. præsentis operis.

Cap. 16. De Hæreticis qui agunt pœnitentiam, Basil. canon 5. lege quæ adscripta sunt in 39. cap. 9. tit. præsentis operis.

Cap. 17. Quomodo Episcopi vendicant loca sibi competentia, quæ detinentur ab Hæreticis, Syn. Carth. canon 121. lege quæ adscripta sunt in 10. cap. 8. tit. præsentis operis.

Cap. 18. De iis qui conantur ea infirmare quæ Ephesi acta sunt, Syn. Ephes. canon 6. Lege quæ adscripta sunt in tertio cap. præsentis tituli.

TITVLVS TERTIVS DECIMVS.

Cap. 1. De laicis, Vt laicus sancta communione moueatur, qui tribus Dominicis agit in Ciuitate, & non cum cæteris venit ad ecclesiam, Syn. Sardic. canon 5. canon. 80.

Cap. 2. De laicis qui secundas vxores, vel etiam tertias, & plures ducunt: & de matrimoniis, & coitu prohibito, Apost. canon 18. 48. Syn. Anc. canon 16. 17. Syn. Neocæsar. canon 2. 3. 4. 7. Syn. Ancyr. canon 16. 17. Syn. Laodic. canon 1. 10. 31. Syn. Chalced. canon. 16. Syn. 6. canon 53. 54. 72. 98. Basilij canon 4. 18. 23. 24. 41. 50. 53. 67. 68. 75. 76. 78. 79. 80. Eiusdem ex Epistola ad Theodorum. Theophili Archiepiscopi Alexandriæ, ex Epistola ad Agathonem. Lex ciuilibus non punit bigamiam vel polygamiam. Punit autem, lucri amissione, parentes, qui secundum matrimonium contrahunt, si sint eis filij ex priore matrimonio. De quibus fufe tractat 10. tit. 5. lib. Cod. & Nouella de nuptiis. Præterea autem cogitur mulier annum luctus expectare, propter confusionem feminis: quod non est in viro. Quæ itaque nubit ante annum completum post mortem mariti, fit infamis: nec potest plusquam tertiam suorum bonorum partem secundo marito dare, vel in testamento relinquere. Ipsa quoque nihil habebit ex hære-

C. De nuptiis. Auth. de nuptiis.

ditate, vel legato, vel mortis causa donatione. Et si primus maritus ei aliquid reliquit, id decem personæ gradatim accipiunt: scilicet ascendentes, & descendentes, & qui sunt ex latere, seu transfuersales, vsque ad secundum gradum. Ab intestato autem succedit suis cognatis vsque ad tertium gradum solum: & omni auctoritate priuatur, iisque quæ à primo marito ad eam redeunt prætextu sponsalium, vel ex voluntate defuncti. Quoddam si nulla inueniatur ex decem personis, locus est fisco. neque ante nuptias donatione fruitur: sin autem etiam hæres scripta est, siquidem ex parte, pars eius manet apud hæredes: sin autem sola scripta est, redit hæreditas ad eos qui succedunt ab intestato. Soluitur autem infamia, si supplici libello Imperatori porrecto, is hoc ei largiatur. Quoddam si ex primo matrimonio liberos habeat, non alias id ei concedetur, & ab aliis pœnis & infamia liberabitur, quàm suarum facultatum dimidij vsufructum, & dominium in contrahendo secundo matrimonio, filiis reliquerit. Vt liber 5. Cod. tit. 9. constit. 1. fecunda, & in Nouella de nuptiis. Euenit nonnunquam ut impudè intra tempus luctus nubat, scilicet iussu Imperatoris, & quando intra tempus luctus pepererit, ut est liber 3. ff. tit. 2. cap. 11.

De nefariis autem & prohibitis nuptiis, tractat 5. & 6. & 7. tit. 5. libri. Cod.

De nefariis autem & prohibitis nuptiis, tractat 5. & 6. & 7. tit. 5. libri. Cod.

BALS. IO. & II. cap. 2. tit. 3. lib. Digestorum est 21. libri Imperial. tit. 2. cap. 10. quod sic dicit: Iussu Imperatoris potest mulier intra tempus luctus vxorem ducere. Et cap. 11. Decretum 2. quod sic habet circa finem: Quæ intra tempus luctus peperit, potest statim nubere. Quintus autem tit. 5. libri Cod. est liber 28. Imperi. caput 23. quod sic habet: Nullum qui est sub Imperio Romanæ Ciuitatis duas posse vxores habere manifestum est. Nam & in edito prætorio eiusmodi homines infamia notantur. Quam rem competens iudex non relinquet impunitam 44. cap. eiusdem tit. quod est cap. 6. hæc dicit: Si quæ fuit sub alicuius tutela, administrationis rationes acceperit, & 25. annum excesserit, & definitum tempus præterierit, filius eius qui tutelam gessit, potest eam vxorem ducere. Quoddam si etiam puellæ pater moriens hoc petiit, ut Puellatoris filio nubere, sic quoque est validum matrimonium. Liber 28. Imperialium, tit. 5. cap. 27. hoc dicit: Si quis quencunque Magistratum gerens conetur quamuis puellam inuitam vxorem ducere, vel inuitis parentibus, pro ea attentione decem auri librarum pœna multetur & quandocunque à Magistratu cessauerit, ne conetur frui priuilegijs Magistratus: sin autem frui conatus fuerit, intra biennium eiiciatur è ciuitate in qua priuilegijs vti voluerit, licet autem puellæ, & eius Patri testificari, quoddam Magistratus voluit matrimonium cum ea contrahere: & facta testificatione, erunt extra iurisdictionem Magistratus, tam in criminalibus, quàm in causis pecuniariis. Et si sit quidem Præfes Prouinciæ, vel militaris Magistratus, sit sub præside: sin autem vtrique, sit sub præfeto prætorio. 22. caput, quod est caput 38. dicit: Qui in Prouincia exercet officium, non potest que in ea nata est vxorem ducere, vel eam quæ habet illic habitationem. Sponsalia autem contrahere non prohibetur, & si mulier post officij depositionem ei nubere noluerit, arras tantum reddit. potest autem prius desponsam accipere, nec dos est infirma & inualida, sed valet & consistit. 25. caput hæc dicit:

C. De fecundis nuptiis.

L. Libero- rum, patag. Est talis. ff. De iis qui not. infam.

L. 3. C. De interdicto matrimon. inter, &c.

In nefariis nuptiis ne dos quidem esse videtur qua data sunt. & propterea quicquid ex eis qua ratione dotis data sunt accepit Maritus, ea ab illo auferuntur, etiam si fructus maximè ceperit. Tertium Decretum eiusdem capituli hoc dicit: Si Tutor, vel qui fuit curator eius quæ sub tutela vel cura ipsius fuit, maritum adoptauerit, vel eius Patrem, erit irrita adoptio, quem admodum soluitur quando quis proprium generum adoptauerit, vel eius Patrem, erit irrita adoptio, quem admodum soluitur quando quis proprium generum adoptauerit. Et 42. caput, quæ est constitutio tertia, 6. tit. 5. lib. C. hæc dicit: Quidam qui habebat filium sui iuris, & ei vxorem, sibi Nurum dederat, post contractum matrimonium, iam natus ex nuru liberis, suæ nurui Curator datus est. eius ante filius, nurus maritus, timens ne propter Patris curam non consisteret matrimonium, Imperatori supplicauit. Qui rescripsit firmiter quidem ac validum esse matrimonium: Patrem tamen debere à cura cessare, & alio constituto, Patrem ei debere rationes reddere. Quoniam autem diuersa capita statimus in fine præsentis 2. capituli de illicitis & nefariis nuptiis: & aliqua quidem ex his dicunt non solum ex post facto legitime contractum matrimonium, alia autem solunt, interrogo de eo quod sepe Synodali- ter interrogatum est: Si quis post relictum contractum matrimonium cum sua socru rem habuerit, vel cõ aliqua persona, quæ suæ vxori consanguinitate iuncta est, soluerit matrimonium, an non: Solutio. Minime, sed punientur qui incestum commiserunt. Dicitur enim in libro secundo tit. tertio, cap. 85. secundo decreto: Quæ ab initio firma sunt, ex iis quæ postea accidunt non infirmantur. Si autem nondum est peractum sacramentum matrimonij, sed sola fuerint sponsalia, & gener postea cum socru rem habuit, vel cum aliqua persona, quæ sponsæ consanguinitate iuncta est, impediatur matrimonium propter regulam quæ dicit: Res, quæ in eum locum deducta est, à quo ab initio consistere non potuit, infirmatur: & etiam ne a scientibus permittatur incestus. & hæc quidè scripta sunt ad eorum interpretationem quæ à Patriarcha sunt composita. Scias autem præsens caput eger multa interpretatione. Multa enim ac diuersa leges editæ sunt de prohibitis nuptiis. Et quia de iis qui secundo matrimonium contrahunt superius tractauimus, audi etiam de Polygamis, & de prohibitis matrimoniis. Ab antiqua lege tria matrimonia agnoscentur. Sed quia tempore Imperatoris Domini Leonis sapientis, varia fuerunt in ecclesia inter Antistes sententiæ: plurimi enim ex iis non permittebant trigamiam: & peruenit etiam hæc dissensio vsque ad filium ipsius Imperatoris Dominum Constantinum Porphyrogenetam, edita est vnionis quæ dicta est decisio, quæ tractat quando tertium matrimonium permittitur, & quando non. Lege etiam hanc decisionem, quæ sita est in interpretatione 4. cap. sancti Basilij. Vltra autem tertium matrimonium nunquam dixeris posse matrimonium consistere. Nam etiam tertium matrimonium apud antiquos dicebatur polygamia. De prohibitis autem nuptiis, lege primum & secundum caput quini tit. 28. lib. Diuidunt enim cognationem in tria, in eos qui sunt superioris & eos qui sunt inferioris ordinis, & eos qui sunt ex transfuerso sive à latere. superioris quidem ordinis sunt Patres, Aui, & deinceps. Inferioris autem sunt, filij, nepotes, abnepotes & ceteri deinceps. A latere autem seu ex transfuerso sunt, fratres, consobrini, & patrui & auunculi, patruelles, & ceteri. Deinde etiam aliam esse dicunt abusuè cognationem, quæ fit ex affinitate: & postquam de eo verba fecerunt & docuerunt gradus mixtusque cognationis, inter eos quidem qui sunt inferioris & superioris ordinis matrimonium perpetuo prohiberi dicunt, etiam si non sint ex legitimis nuptiis. A latere autem cognatorum ab octauo gradu coniunctionem admittunt. Similiter & affinium nuptias impediunt

vsque ad sextum gradum, tempore autem illius Patriarchæ Domini Alexij Comneni exorta est dubitatio de septimo gradu cognationis. Quidam enim dicebant non posse ab patruelem accipere in vxorem filiam sui ab patruelis, quod consanguineorum matrimonia à legibus permixta sunt ab initio octauo gradus. Alij autem contra dicebant sextum tantum cognationis gradum esse prohibitum: & debere sextum esse improbitum, cum non sit prohibitum. dictus sanctissimus Patriarcha vnà cum Synodo, quæ tunc erat, expresse statuit hæc quæ sequentur: Quoniam ergo Basilius quidem est in septimo gradu Theodoræ: lex autem permittit ut qui sunt octauo inter se gradus, matrimonium inuent: prohibet autem iis qui sunt in sexto. Iis vero qui sunt in septimo, nec permittit, nec negat, & propterea cum sepe huiusmodi mota sunt controuersia, dispersatum est ut eiusmodi quidem matrimonium antequam processisset, non permitteretur: postquam autem processisset, non separarentur ij qui sic coniuncti sunt, sed punirentur. Hoc itaque Synodale decretum obseruatum est vsque ad tempus sanctissimi illius Patriarchæ Domini Luca. Tunc autem mense Aprili, 14. indictione, anno 6696. cum defunctus sanctissimus Athenarum Metropolitani & inclitus Dominus Nicolaus Hagiotheodoritus ad Synodum retulisset, magnam hinc animabus perniciem afferri in nonnullis qui in sua prouincia in septimo gradu matrimonium clandestinum corrahebant propter merum pœnæ, facta est Synodalis declaratio, quæ hæc decernit: Propter hæc ergo nostra mediocritas cum sancta vestra fraternitate, Synodalem illam dispensationem, quæ à sanctissimo illo Patriarcha Domino Alexio facta est, in matrimonio inter consanguineos septimi gradus, nec omnino à lege cinnili prohibito, nec pure permisso confirmans, & corroborans, & veluti interpretis ac declarans, & simul etiam multorum improbitatem ac curiositatem excidens, & veluti radicibus euellens, ne iniquitatis germina amplius pullulent, & vtrape- rables filij & à diuinis legibus alieni crescant, & multiplicentur, non solum si interrogato an fieri possit præcesserit, sed etiam ante interrogationem factum dissolui iubet, hoc matrimonium ab hodierno die omnino cessare iubens, An licet iis quæ antea facta sunt matrimoniis manentibus nihil fecerit in indiuis. Qui ergo eiusmodi matrimonium deinceps contrahere ausi fuerint, nõ solum suo scopo nullo modo fruentur, sed etiam cum illius contractus infractione, excommunicatione quoque subiciantur, ut qui sint præsentis Synodalis decreti contemptores, & cognatum sanguinem confundant, & qui contrahentibus consenserint, canonice seneritatis vires experientur, & qui sacrum facere ausi fuerint, depositioni subiciantur. Facta est autem etiam postea in iussio potentis & sancti Imperatoris nostri & Domini emissa mense Maio eiusdem indictionis, quæ hæc in eius parte decernit. Nostra itaque Imperatoria sublimitas hoc Synodale de quæstione resposum, vel ut vere dicam, decretum consequenter diuinis canonibus legibusque ciuilibus editum, in posterum obseruandum & perpetuo immobile ac immutabile futurum iudicauit, eandem de proposita quæstione habens sententiam, quam sanctissimus Dominus & vniuersalis Patriarcha, & sancta ac diuina Synodus. Nota præsentem decisionem. Scias autè, quod etsi ea decisio, & iussio, quæ eam confirmauit, grauiter prohibet matrimonium in septimo gradu: indictione tamen 4. anno 6694. facta est iussio Imperatoris Domini Isaacij Angeli, Patriarchatum egerente laborioso Domino Basilio, statuens ut ex dictis actiõibus præiudicio non afficiatur matrimonium Imperatorum Catacuzeni Domini Ioannis, & sororis Imperatoris Domina Irene, quod in septimo consanguinitatis gradu factum est, sed quantum ad eos solos, locum non habuisse ea quæ à Synodo & Imperatore Domino Emanuele decreta sunt

An licet matrimonium in septimo gradu contra- here.

de eiusmodi matrimonio. Et à synodo etiam suscepta est. Ac de septimo quidem gradu ita est decisa dubitatio. Sed quoniam cum inter eos qui sexto affinitatis gradu coniuncti erant, prohibitum esset ut diximus matrimonium, tempore illius sanctissimi Patriarchæ D. Sisinii & duo patruales, ut est verisimile, duas sorores acciperent, exposita est decisis ab eodem Patriarcha, quæ hæc tractat circa finem: Statuit nostra mediocritas ut eiusmodi matrimonia deinceps inter Christianos locum non habeant, neque ab illo inquam fiant. ab omnibus autem communiter introducantur, & per facultatem, quæ à sancto spiritu datur, paterne & dominice definitur, ut nullus deinceps, siue sit aliquis ex iis qui potestatem & auctoritatem obtinent, siue ex iis quos extollunt diuitiæ, siue ex vulgo quispiam, veniat ad eiusmodi matrimonium protegerit, vel liberis susceperit, is toto vitæ suæ tempore abdicabitur, nec ad poenitentiam prius recipietur quam matrimonium fuerit dissolutum, etiam si liberis ante susceptum. Sacerdos autem, qui in tali matrimonio preces conceperit, perfecta depositioni subicitur. Cum hæc ergo ita se habeant, & de eiusmodi contractu exorta esset controversia, emissa est Novella constitutio potentis & sancti nostri Imperatoris & Domini, mense Iunio, indictione octava, quæ hæc in fine persequitur. Itaque ut utraque rectè seruentur & colantur, Imperialium & sacerdotum iurisdictionem maiestas, legumque & canonum subtilitas, nec decisis omnino solvenda est, nec rursus permittendum ut omnino exerceatur. Sed media quadam & regia, ut aiunt, via est incedendum: & utrunque est conservandum, nempe & reverentia, quæ debetur Antistiti, qui illam decisionem conscripsit: & Imperatoribus, qui illius decisionis meminerunt: & videndum ne quid quod à legibus canonicisque discrepet, suadeatur, quod hæc induxit decisis. Oportet enim contraetum ea decisione introductum iam quidem etiam ante interrogationem perfectum non dissolvi, sed eos qui sic matrimonio coniuncti sunt, poenis impositis gravari, iudicio & examinatione illius loci Antistiti, & conservari coniugium. Quod si prius sciscitatum accesserint, non concedere sine conuenientibus poenis & mandatis, propter eam quæ superius dicta est reverentiam. Nec liberè, ac nullaque ad eos retardandos allata causa sciscitantibus permittere, sed cum mandato, vel ipsos potius ab ecclesia, dictæ decisionis, & eorum quæ in illa decernuntur commemorationem accipere. Et si decretum quidem honorare volentes, quæ etiam in eo comprehensa sunt, velint firma & in mota manere, sunt omnino laudandi: sin autem quod ab eo veritum est velint agere, hoc eis facere permitretur, conuenientibus tamen eis prius poenis impositis. Cum sanctissimi Patriarchæ Sisinii decisis, & Imperatoria præterea iussio hæc decernant, ne dixeris omnes contraetibus, qui sunt in septimo gradu affinitatis, ab eis cogui. Est enim iussio incliti Imperatoris Domini Alexij Comneni edita ex admonitione illius Præsidis & Heteriarchi Bardæ cognomine Sicci, mense Martio, indictione decimaquinta, & missa ad sanctissimum, qui tunc erat, Patriarcham Dominum Nicolaum, & sacram ac diuinam Synodum, quæ statuit ut amita & consobrina cum Patruo & consobriuo matrimonio coniungantur, etiam si sint in sexto gradu affinitatis. Et lege hæc iussionem, quæ sita est in Synodali declaratione, quæ inuenitur in Cod. iam dicti Domini Nicolai Patriarchæ. Quia autem aliquando ad Imperatoris Tribunal agitatum est, an posset vnus & idem duas ab consobrinis in matrimonio habere, ut pote cum contraetibus ad septimum affinitatis gradum deducatur, edita est Imperatoris Domini Emanuelis Comneni iussio, quæ statuit hoc non posse fieri, quoniam maritus censetur vnus esse gradus cum uxore, & quod contraetibus ad sextum

affinitatis gradum deveniat. Sed quoniam hæc iussio non sita est in competentibus secretis, ego quidem non possum amplius scribere. Ecclesia autem prohibet hoc matrimonium. Lege etiam 67. can. sancti Basilij, & quæ in eo scripta sunt. Nota ex præfenti Novella, quod male permixtum est Domino Michaheli Pleuræ coniungi matrimonio Domine Annæ Spanopulianæ, quæ erat consobrina Maria Scrulicæ quæ illi desponsa fuerat. Et si enim lege mortis ante matrimonium ab ea desponsa separata fuerat, & nec dum cum ea rem habuerat, non debebat tamen suam consobrinam accipere. Non enim coniunctio, sed precum prolata conceptio facit ut sponsalia matrimonium reputentur. Si ergo laicus est tale quid facere prohibitus, multo magis qui est saceratus. Is enim per Synodalem declarationem prohibitus est tempore illius Patriarchæ Domini Michahelis Anchioli mulieri legitime coniungi, quæ sit cognata ei quæ ipsi per sola stipulationis vincula scriptis mandata desponsa esset, cum ipsa nec sponsalium precum mysterium accipisset, vel mortua esset, vel poenitentiam adducta alij nupsisset, nisi forte eam adhuc sex annos natam mors opprimeret. Nihil enim Synodo, non intercessisse coitus cupiditatem cum puella sex annos nata. Hoc autem non observabitur in laicis. Solum enim qui sacrum tribunal consecranda sunt, vnus vnusque & virginitatis viri debent nominari, & ipsi eiusdem esse status. Præter hæc autem scias, quod ante imperium incliti Imperatoris Domini Alexij Comneni aliter fiebant sponsalia. Mense autem Iulio 7. indict. anno 692. emissa est lex eiusdem Imperatoris, quæ sic habet: Antiqua quidem leges valde diuersa sponsaliorum & matrimoniorum decreta statuerunt: & magis hanc partem quam Phrygas & Myros, ut est in proterbio, nouerunt. Quæ autem sub beato Patriarcha Domino Ioanne Xiphilino per Synodalem considerationem peracta: edita est declaratio, cui etiam inter Imperatores vel in primis illustris D. Nicephorus Botaniates bulla aurea robur dedisse inuenitur, ea quæ à se longe inuicem scium etiam fuerat in vnum coniunctis videtur, & quod in matrimonij Synodali statuit decisis, id ipsum etiam in sponsalibus aperte decernit à duobus fratribus duas consobrinas non permittens responderi. Et permulti quidem rem non consideratam agredientes, & Synodalis constitutionis mentem assequi non valentes, aberrant, nec conicere possunt quidnam sint sponsalia, & cum quàm sit res securior perspicere non possint, etiam quod à sua intelligentia considerari non potest, ecclesiasticæ subtilitati adscribunt, nostri quidem imperij pietas rem paulo magis ex scientia adgreddens, & eam quæ videtur repugnantiã rectè distinguens ac diuidens, per præsentem constitutionem optimum decretum inuenit. Quoniam enim lex antiqua sponsalia in sola contrahentium voluntate definit, nec de alio quàm de consensu, & contraetibus, & sponsis curiose inquiri: nobis autem Dei gratia ad multo honoratius & sacratius incrementum vita nostra processit: & ideo non solum nuptiæ, sed etiam ipsa sponsalia, habet sacram quæ in eis peragitur benedictionem: tempus quoque præfinitum per recentius decretum sapientissimi Imper. Domini Leonis, in prima eorum qui conueniunt coniunctione expositum est: scilicet in masculis quidem 15. ætatis annis: in fœminis autem tertius decimus: Quod quidem tempus etiam ad perfectam matrimonij coniunctionem satis esse lex vetus declarauit, existimauit nostra potestas per hæc esse constitutionem tuto pronuntiandum, illa esse propriè sponsalia, & ex synodali subtilitatis consideratione nuptiis æquiuale, quæ habent integrum tempus, quod Imperatoris Domini Alexij nouella constituit, & sacram benedictionem consequentem agnouerunt: & in illis, Synodalis decisionis valere obseruationem. Si enim alteram forte earum quæ conueniunt partium, morte vel aliquo alio euentu, vel mutata sententia separari

contigerit,

contigerit, & ad aliam vitæ sortem transferri, non parum hinc absurdi exoritur, si preces, quæ nuptias præcedunt, peracta in sponsalibus, tanquam vtile quidam, & vulgare confusumque reputentur, & hæc res indiscriminatim sumatur, tanquam si ne Deus quidem inter personas quæ coniunguntur per sponsalia intercesserit. Hæc enim ratione prædictus noster Imperator aptè secutus sanctæ & vniuersalis sextæ & Synodi canonem, qui eam quæ desponsa est, donec est in vnus sponsus, ad matrimoniale societatem alij coniungi prohibet, & alioqui esse adulterium aptè definit contra ac leges antiquæ statuunt, decernit quod quæ sit separatio post factam sponsis benedictionem, ea est illius sententia, verorum sponsalium solutio. Sin autem sponsalia aliqua conuenienter multorum consuetudini facta sint, & editi quidem sunt contraetibus: nondum autem venit tempus in quo quæ debet à Christianis benedictio fieri consuevit, & nec preces, quæ in iis qui sponsalia contrahunt per sacerdotem prolata sunt, ea vera quidem sponsalia quod ad ecclesiasticam subtilitatem attinet, nec esse, nec nominari: neque Synodalem declarationem in eis locum habere: sed hominum tamen placita stipulationibus firmata rata esse, & veteres leges suam in eis firmitatem obtinere. Hoc enim modo & lex antiqua integra seruabitur, ique de sponsaliis prius est edita: & Synodi decretum intactum inuolatumque remanebit, ut quod conuenienter huic obseruationi intelligatur & interpretetur. Quoniam autem hæc ita se habent, & vera quidem esse sponsalia statutum est, quæ cum sacra benedictione præstituta etiam tempore peracta esse noscuntur. Quæ autem ex antiquis sunt legibus, ut hominum placita stipulationibus manita, ea in vsu esse permixtum est, & solam in eis veterem legem seruari, quæ certis prohibitis personas ad separatam sponsam non accedere debere sanxerunt: oportet etiam huic decreto aliquod addere, quod non est à Christiana honestate alienum. Quoniam enim antiqua lex & noua non ex accurata perfectaque ratione seruatur, sed maxima quidem pars populi, sequens antiquam legum auctoritatem, post septennium audaciter sponsalia peragebat, & ad sponsas vnusquisque sine metu ingrediebatur, antiquo more, & libertate congressus, amoris etiam ardorem accendentes. Pars autem sacratior sequens nouellam Imperatoris constitutionem, ponebat quidem differentiam inter sponsalia & matrimonium, eas quæ sunt primum in sponsalibus, & ita eas quæ in nuptiis preces cantans: sed eadem vno & eodem tempore faciebant, sponsaliaque ac matrimonium in vno spacio peragebantur; breui tantum aliquo intercedente momento, hoc nostra pietas, utpote quod nimis temere fiebat, corrigens, statuit per præsentem generalem constitutionem, ea, quæ in septimo anno contrahentium, & deinceps usque ad 14. vel 12. annum ætatis sub forma sponsalium sunt, non habere omnino locum legitimorum & firmorum sponsalium, sed tanquam firmas solum stipulationes haberi & iudicari ex natura aliorum contraetuum, & ita hæc apud omnes nostros subiectos exerceri, antiqua lege, quæ de sponsalibus est edita, de prohibitis scilicet personis ad sponsam separatam accedere, perfectè obseruanda, ut quæ in Christianis esse debet honestas magis abundet. Et si enim non sint sponsalia, si subtiliter considerentur: sed quia tamen id quod fit, habere sponsalium scopum videtur, & fundamenta matrimonij ex eo iaci incipiunt, æquum fuerit etiam personas lege prohibitas rursus quoque prohiberi: nullumque tam impudenter & inueniliter se egerere ut eam audeat uxorem accipere, quam anti- quæ lex, cum esset sponsa alicuius, non permisit alij nubere solutis sponsalibus. Aduentante quidem tempore, quod simul ad sponsalia & matrimonium aptum esse noscimus, scilicet fœmina quidem 12. annum præterente, masculo autem 14. erit- scendente, tunc sponsalia primum cum sacris precum canticis

A peragi, & ei consuetis obseruationibus scilicet arma, & osculo sponsis consueto. & ita breviori vel longiori interiecto tempore, ut contrahentibus vnus fuerit, inexcusabiliter legitimas quoque nuptias procedere: & non eodem simul die, vel etiam hora sepe vna fieri, rebus amplius diuisis. Hæc enim procedente in matrimonij consequentia, & lex antiqua seruabitur, quæ prohibitas personas enumerat, non permittens eas accedere ad separatam sponsam propinqua persona: & Nouella Maximi Philosphi constitutio rectè in omnibus seruari, & esse in vsu videbitur: & persone, quæ conueniunt, ab immaturis & indecoris congressionibus prohibita, puram & castam conversationem agant, tempore opportuno cum sacra benedictione simul conegredientes, quando sponsalia & matrimonij ab eis peragi oportuerit. Et si quis præter ea quæ statuta sunt à præfenti nostra potentia constitutione, ausus fuerit sponsalia peragere, & non hæc generaliter & in omnes edita, & in posterum seruanda sequi vnus sit, ab ipso primo die Iulij mensis ingressuri instantis septimæ indictionis 692. & arras ante tempus præstitutum, & sacram benedictionem exigere ausus fuerit, vel contrahentes personas ad se videndum ingredi permiserit, & inter se inuicem indiscriminatim versari, scriptor quidem contraetibus, qui arræ contraetum exposuit, propria statione mouebitur. Qui autem sponsalia ante tempus peragunt, se humane & diuinæ iræ obnoxios esse sciant. Fiscus enim, per secretum domesticorum poenam, quæ ex stipulatione in contraetibus inserta est, in vnoquoque ipsorum in solidum exigit, propter præsentis constitutionis contemptum. Credimus autem etiam ipsum Deum aduersus eos insurrecturum, quod prædictes ac scientes nequitiam inter adulescentes non veriti sint introducere. Si enim lex quidem antiqua cessauit, nec perfectè potuit sponsalia contrahere, is autem quæ recens constituta sunt qui contrahunt, uti recitant, quid aliud agunt quam quod homines qui nihil legibus ad se inuicem attinent, permittunt inter se matrimonio coniungi, petulantes amoris adulescentum animis per impiam conuersationem immittentes: Similiter emissi est etiam alia eiusdem Imperatoris super eadem lege constitutio, quæ sic habet: Scimus nos mense Iulio septimæ indictionis anni 692. de matrimonio & sponsalibus statuisse ea quæ in constitutione, & relatione comprehensa sunt, & nihil eorum moueri sustinemus, sed inuolabilia & immutabilia semper manere volumus: & contrahi quidem sponsalia & matrimonium ut diximus, tempusque minima inuolatum seruari: & eorum qui coniunguntur, illum quidem esse maio. em 14. annis, hanc vero 12. Quia autem nihil tunc statutum est, an quæ sic contrahuntur sponsalia per poenam solutionem soluantur, an omnino indissolubilia permaneant, & propterea ipse nos interrogasti, statimus ea sponsalia, quæ sunt propriè sponsalia, immobilia omnino & indissolubilia permanere, utpote Deo in medium introducto, & per precum mysterium coniunctionem confirmante, nec ea vnquam poena datione solui, quæ nec etiam in contraetibus in posterum inscribentur: quoniam sponsalia non ex ipsiis, sed per Dei inuocationem confirmantur, quæ etiam indissolubilia omnino manebunt, ut quæ propter eas solas causas soluantur propter quas & matrimonium, quibus ea æquiuale constitutum est. Ac etiam persone quoque cognata, prohibita nuptias vel sponsalia contrahere, itidem prohibebuntur, & præter ea quæ hæc constitutione decreta sunt, nihil fiet ab aliquo, nisi forte Imperator, dispensatio aliqua ratione, sponsalia & præuante sacra benedictione intra annos præstitutos permiserit. Licet enim Imperatoribus supra leges dispensare, ut dixit sapiens Imperator, & etiam leges antiquæ. Qui & ipsi tempus contrahentes, non etiam naturalem congressionem permittent, donec eorum qui coniunguntur, alter quidem annum 14. altera vero 12. excesserit

pareatibus magnam diligentiam adhibere debentibus ne quid fiat ante dictum tempus. Nam & is qui immaturum concubuitam perpetravit, & eius parentes legitus quæ de stupro latæ sunt tenebuntur. Porro autem quando Imperator sponsaliorum vel nuptiarum tempus innovaverit, si qui coniungebatur, ante tempus rei præstitutum morte separati sint, sic quoque prohibebuntur persona prohibita, nec eis facile licebit irrumperere ad ea audenda quæ fieri non debent, ut ante tempus nostris visum constitutionibus sponsalia vel matrimonium solvantur. Quod enim deest perfecto tempore sponsaliorum vel nuptiarum, Imperatoris supplens dispensatio, is quæ sunt prohibita illa abefactam prohibitionem servabit, & nequaquam facient contractum prohibitum. Sed quicumque ex perfectis sponsalibus vel matrimonio prohibentur contractus, ij etiam ab iis quæ intra præstitutum tempus & dispensatione constitutionem, & solutionem naturaliter acceperunt, prohibebuntur. Et quæ novella quidem de sponsalibus continentur, ex ea clara sunt. Scias autem, quod in secreto Cartophylacij sita est declaratio sanctissimi illius Patriarchæ Domini Nicolai, quæ hæc ad verbum tractat: Sanctissimus Cyrzici Metropolitanus Simeon cum nostra mediocritate confidens dixit, quod Clericus quidam sua Metropolis, cui nomen est Ioannes Diabatenus, dependit quandam Mariam Theophili vocatam, septem annos natam. Cum autem intellexisset esse iniusta sponsalia, quod esset impubes sponsa, tunc quidem desistit, post annos autem octo eam in matrimonio legitime duxit. Et hæc dicens, volebat scire quid de Clerico agendum. Audiuit itaque à nostra mediocritate, & à considente fraternitate, quod non solum in contractu matrimoniali arras dari cautum est, sed etiam in omnibus contractibus, verum non coacte, sed sponte. Quemadmodum itaque in aliis contractibus non dicimus esse infirmum quod factum est non datis arras, ita etiam in matrimoniali contractu: & si arra seu sponsalia non præcesserint, firmum erit & inseparabile matrimonium. Cum itaque sponsalia, quæ per dictum est, præcesserint inter Clericum & Mariam, consistere non possent, habebit Clericus inseparabiliter eam quæ per solam sacram benedictionem illi in matrimonio, coniuncta fuit, ut tractatum est. Donatio autem ante nuptias, propter quam etiam sponsalia fieri constitutum est, inter coniuges, vel ipsas partes non tractabitur. Sed perinde ac si nec sponsalia præcessissent, nec donatio ante nuptias consecuta esset, erit firmum, & non infringendum matrimonium.

Cap. 3.

De iis quæ existimant maritos suos absentes mortuos, & nubunt, Synod. 6. canon 83. Basil. can. 31. 36. 46. Quæ de repudiis tractat 117. Novella dicit, quod similes, vel scholasticus, vel fœderatus, vel alius armatus agit in expeditione aliquot annis, expectet eum vxor, etiam si ab eo literas non acceperit: sin autem audierit eum esse mortuū, ne nubat, nisi prius per se, vel suos parentes, vel aliū si de dignum, Priores & Chartullarios numeri in quo habitat, & Tribunalum interrogaverit, an re vera sit mortuus. & illi sanctis Evangelijis propofitis, in actis deponant eum esse mortuum: & mulier actū accipiat, & postquam acceperit, annum maneat, & tunc nubat legitime: sin autem præter hanc distinctionem nupserit, & ipsa, & qui eum accepit, ut adulteri puniantur: sin autem qui deposuerunt, falsum dixisse conuicti sunt, priuantur militia seu exauthorantur, & decem librarum pœnam pendat ei quem mortuum esse dixerunt. & est in eius potestate propriam si velit vxorem accipere: sin autem erat scholasticus, à primis scholæ, & actuario fiat dicta depositio: sin autem fœderatus, ab optione.

De iis qui separantur, Apost. can. 5. Syn. Gangr. canon 14. Syn. Carth. can. 22. Syn. 6. canon 87. Basil. canon 9. 35. 48. 77. De matrimonij separatione in multis locis ius civile, & maxime in lib. 24. tit. 2. Digestorum, & lib. 5. Cod. tit. 17. & in Nouella de nuptiis: perfectius autem 117. Novella, quæ causas ritè exponit, propter quas maritus vel vxor potest repudiare & dotem lucrifacere, eius seruans dominium liberis ex eo matrimonio susceptis, si modo sint. Si sciuerit aliquos Imperatori moliri infidias, & suo marito non indicauerit. Si eam adulterij accusauerit, & probauerit. Si vilo modo vitæ mariti infidias parauerit, vel cum hoc alios moliri sciuerit, ei non indicauerit. Si cum viris externis conuiuia ageret, vel vnà laetur, nolente marito. Si eo nolente maneat extra domum non apud suos parentes, nisi ipse absque dictis causis eam extruferit. Mulier autem mittit repudium, & donationem ante nuptias lucratur, seruans dominium suis liberis, si modo vili sint. Si Imperatori infidias molitus sit, vel cum hoc alios moliri sciuerit, vel per se, vel alium Imperatori non aperuerit. Si quouis modo vitæ ipsius infidiatus fuerit, vel cum fuisset conscius, ei non reuelauerit, & non legibus vindicare conatus sit. Si eius pudicitia, ut ipsa adulteraretur, infidiatus sit. Si Maritus eam adulterij accusauerit, nec probauerit. In his autem non solum, ante nuptias donatione multatur, sed etiam alia tertia parte ex aliis eius facultatibus, & subit pœnas quas condemnata mulier erat subitura. Si cum alia cohabitet in eadem domo, vel eadem ciuitate, & ab ipsa, vel per alium admonitus non ablineat. Porro autem in his quoque alteram donationis ante nuptias partem lucratur, ipsius dominium seruans filiis legitimis. Si ergo præter has causas repudiet Maritus, perdit donationem, & aliam eius tertiam partem: sin autem mulier mittat iniustum libellum repudij, perdit dotem: & præterea in Monasterium conicitur toto vitæ suæ tempore, & bona eius diuiduntur: & eius quidem filij octo vncias accipiunt: Monasterium autem quatuor vncias. sin autem non sint filij, sed parentes, qui repudio non consenserunt, ipsi quidem quatuor vncias accipiunt: Monasterium autem octo: sin autem consenserunt, Monasterium totum accipit. Eadem etiam dici possunt in Marito qui iniuste repudiat, ex 127. novella, quæ dicit esse pœnas æquales iniustorum repudiorum: & maritum similiter iis teneri quæ aduersus vxorem constituta sunt. Soluitur autem impudè matrimonium, si vir post triennium ab inito matrimonio non possit coire cum vxore, & si Monachus alteruter factus sit, & si maritus in captiuitatem abductus sit, & incertum sit postquam quinquennio manserit, an viuat.

BALS. Cap. 4. 7. tit. 28. lib. dicit, iniustorum repudiorum pœnas esse in vrisque partibus æquales. 4. cap. 21. Iustitiani novellæ in septimo tit. 28. cap. dicit: Dictis causis eas quoque nominatim adiuicendas intelligimus, ex quibus licet matrimonia impudè dissoluerent, causam scilicet exercitationis seu religionis, triennalem vitæ consuetudinem, in qua coire non poterunt, & causam captiuitatis. Sed ex duabus quidem causis, sine pœna, & absque vilius rei datione dicit solui coniugium. De eo autem quod pars alterutra ingrediatur Monasterium, hæc dicit: Tunc enim iubemus viro & vxori ad meliora transmitti

Cap. 4. ff De Diuortio, & C. de repudiis.

Auth. de ecclesi. diuer. capit.

seuntibus dissolueret coniugium, & secedere cum aliqua breui relicta ei qui relictus est consolatione. De quo enim lucro consenserint ij qui conueniunt in casum mortis, oportet eum qui relictus est, ab altero id habere, siue sit maritus, siue vxor, eo quod is, quod ad coniugem attinet, videatur esse mortuus, cum aliud vitæ iter inopediatur. Sed etiam 123. Iustitiani Nouella, seu 20. caput primi tit. 4. lib. Imp. iubet eum ex coniugibus, qui in mundo relictus est, ex parte quæ tonsa est accipere, si quid ex conuentione per eius mortem erat ad eum rediturum. quod etiam breuem consolationem nominauit 22. Novella, quæ omnino respexit ad pœnam, quæ ex aliis causis data est. Quod enim datur ex conuentione, ne pœna quidè existimatur. Et hæc quidem ita habent. Quæro autem, cum 117. Imperatoris Domini Leonis Philosphi nouella dicat ex mariti consensu non debere dari mulieri. & 22. Imperatoris Iustitiani Nouella definit ea quæ superius scripta sunt, exigente mulier aliquid à marito qui condetur, nomine donationis propter nuptias: an non. Sol. Antiquitus quidem non dabatur ex conuentione donatio propter nuptias, sed ex lege. Si mulier enim dabat aliquid dotis nomine, maritus quoque cogebatur dare tantam quantitatem in communis facultates. Vnde etiã græce nominatur ex conuentione. Hoc autem sublatum est. & hodie non dat maritus eiusmodi. Sed dat ex conuentione aliquam partem, quantum scilicet dare mulieri si prior decedat, conuenierit: sin autem non conuenierit aliquid dare, pro conuentione non cogetur aliquid dare. Existimo autem quod Nouella quidè Imperatoris Domini Leonis Philosphi dicit de conuentione quod ex lege antiqua agnoscebatur, & necessario dabatur: Imperatoris autem Iustitiani Nouella, de lucro quod dabatur ex conuentione, si alteruter prior decedisset. Quantitatem ergo, quam ex vnus ex coniugibus morte præcedente dari conuenit ei qui superstes fuerit, exiget is qui in vita relictus est post alterius consensum, qualiscumque ea sit, & quomodocumque vocetur & euenit, ut si tonsa fuerit mulier, vir eo modo exigat quantitatem quam dari conuenierit superstiti, si alteruter prædecesserit etiam si abusu appellatur.

Ex consensu autem per conuentionem soluere matrimonium, nuper quidem dictum fuerat: sublatum est autem ab 117. nouella: & rursus à Iustino Imperatore renouatum est. Et Maritus qui sine causa vxorem indotatam eiicit, dat ei quartam partem suorum bonorum pure. Sin autem euenierit vt sint plures quàm tres filij, non quartam partem, sed vnus filij portionem accipit. Non potest autem quod ei datur excedere 100. libras auri. Iis autem non subicitur mulier indotata quæ sine causa à marito recedit, vt est ipsa 117. Nouella.

BALS. X. constitutio 17. tit. 5. libri Cod. statuit ex consensu posse solui matrimonium, quæ non est sita in Imperiali. sed nec 117. nouellæ caput, quod tollit solutiones matrimoniorum quæ fiebant per consensum, positum est in Imperiali. Sed pro eo positum est 13. cap. 34. nouellæ quod est 4. caput 7. tit. E 28. libri Imperiali. quod æquiualeat 117. Imperatoris Iustitiani Nouellæ. Est autem Iustitiani 140. nouella, quæ non est omnino sita in Imperiali, & quod mulier indotata accipiat quartam partem facultatum Mariti, quantam ipse eam sine causa repudiauerit, pars est 117. Imperatoris Iustitiani nouellæ. Sed ne hoc quidem situm est in Imperiali.

L. si ita stipulatio. ff. de stipulat.

Ad eod autem prohiberi non potest matrimonium dissolutio, vt dicitur liber 45. tit. 1. cap. 19. quod si quis coram qui cohabitant pœnam promiserit, si sine causa solutum sit matrimonium, non valet. Sufficit enim in iis pœna legibus constituta, nisi e-

Aam etiam continet stipulationem.

Et cap. 134. eiusdem tit. quod non rectè stipulor pœnam, si qua mihi non nupserit. Sed nec ab ea que mihi nupserit, possum pœnam stipulari, si matrimonium soluerit. Eadem etiam de muliere, quæ à marito stipulatur. Et liber 8. C. tit. 30. cap. 2. quod quis inutiliter pacificatur non licere matrimonium soluere: nec valet pœna, quæ eo nomine in stipulationem deducta est. cap. 18. pri. tit. 43. lib. Imperiali. quod ita habet vt visum est. Est autem pœna inuoluta, quæ in stipulationem deducitur, ex eo quod sine causa ab alterutro cohabitantium solutum sit matrimonium, ne priuatis pactationibus publica pœna tollatur.

L. si stipulatio. ff. de verb. oblig.

L. 1. C. de inutilibus stipulat.

BALS. CXXXIII. caput pr. lib. 45. tit. ff. est caput 134. pr. tit. 43. libri Imperiali. quod sic habet, vt paulo ante visum est. Adscripsit autem Chummus extra illud scholium quod interpretatur caput, & quod docet, quando ea, quæ nuptiarum gratia facta sunt stipulationum vincula, literis mandata, debent valere, & quando non. Tu autem es scholium ne mentem adhibueris: sed nota quod stipulationum vincula literis mandata, quæ fiunt de matrimonio, si quidem fiunt ab iis solis qui sunt coniugendi matrimonio, sunt inuoluta, quod attinet ad perendam pœnam si contrauentum fuerit. Sin autem etiam ab aliquibus aliis, valent & eo quod aliqua de causa non sit factum matrimonium eorum qui erant iurgendi matrimonio, petitur pœna ab eo qui interrogatus promisit se esse eorum vt fieret matrimonium: & in his quidè consistit ius civile. Scias autem sepe esse quæ situm, an qui stipulationem de matrimonio cum aliqua muliere contrahendo vincula in scriptis dederit, vel etiam instrumenta sponsaliorum quæ non possunt consistere, postquam illa stipulationum vincula & sponsaliorum instrumenta infirmata & abrogata fuerint, possit aliam vxorem ducere, & in presbyteri locum promoueri. Tu ergo dic, quod si persona quidem, quæ ei qui sacerdos futurus erat desponsa fuerat, post scriptorum infirmationem sextum annum exceperit, non sinitur qui eo scripta edidit vel etiam iniusta sponsalia, cum alia muliere coniungi, & sic fieri sacerdos, vt qui propter cupiditatem bigamus reputetur, & quod esset femina eiusmodi vt in eam amor caderet. Sin autem ea persona esset minor sex annis, quando pacta conuenta abrogata sunt, is rectè alteri mulieri coniungitur, & tunc fiet sacerdos. Confirmata autem hoc etiam ex Nouella Imperatoris Domini Alexij Comneni, quæ statuit non posse solui legitima sponsalia, & iubet vt si forte ea soluta sint, vt pote legitimis temporibus non facta, non possint prohibere cognatæ personæ eorum qui contra leges conuicti fuerant, matrimonio coniungi, lege eam nouellam sitam in 2. cap. presentis tit.

Cap. 5. rum concubitu, Apost. canon 61. Syn. Ancyr. canon 8. Syn. 6. can. 86. 87. Basilij canon 7. 18. 21. 25. 26. 30. 34. 37. 38. 48. 58. 59. 62. 72. Greg. Nyss. can. 3. De stupro, & adulterio, & masculorum concubitu, tractat ius civile in libro 9. Cod. tit. 9. capitale supplicium iis qui ea perpetrant inferens. Vbi dicitur, quod adulterium non solum propter legitimæ vxori stuprum allatum, sed etiam si id fiat in nefario, & quod non potest consistere, matrimonio, & in concubinato.

L. c. vii. C. ad l. Iul. de adult.

De fornicatione, adulterio, & stupro, & masculorum concubitu, Apost. canon 61. Syn. Ancyr. canon 8. Syn. 6. can. 86. 87. Basilij canon 7. 18. 21. 25. 26. 30. 34. 37. 38. 48. 58. 59. 62. 72. Greg. Nyss. can. 3. De stupro, & adulterio, & masculorum concubitu, tractat ius civile in libro 9. Cod. tit. 9. capitale supplicium iis qui ea perpetrant inferens. Vbi dicitur, quod adulterium non solum propter legitimæ vxori stuprum allatum, sed etiam si id fiat in nefario, & quod non potest consistere, matrimonio, & in concubinato.

BALS. Capitali supplicio puniri adulteros, & qui stuprum admiserunt, non est situm in Imp. sed dicit 73. caput dicti 37. tit. Adulteri verò verberentur, ac tondeantur, namque eis amputentur. Ij verò qui interuenerunt, quorumque opera ac ministerio scilicet hoc admissum est, verberentur, ac tondeantur,

Adulterij ministro-rum que ii-bdinis pœna.

perpetuè exulent. 12. caput, quod in 7. titulo situm est 28. libri, dicit in principio: Si vir exstimer suam uxorem posse conuincit adulterij, oportet virum suam prius uxorem inscribere quam adulterum: & si adulterij crimen aperte ostensum fuerit, tunc misso diuortij libello, iubemus eas penas peccatoribus instigi, quas leges constituunt, illis quoque penas legitimas sustentibus, quorum interueniente opera ac ministerio hoc scelus factum est. Ex facultatibus autem adulteri, si habet uxorem, dotem, & ante nuptias donationem ei seruari: vel eam partem quæ nostra lege datur, si non dotalia instrumenta consecuta sint, reliquis autem eius facultates, si sine quidem ascendentes vel descendentes, eos usque ad tertium gradum, conuenienter suis ordinibus & gradibus accipere. Si autem non sint eis ascendentes aut descendentes, eas publico applicari iubemus. Mulierem autem adulteratam, publicis penis subiectam in Monasterium iuici: & deinceps quæcumque conscripsit Patriarcha De nefariis nuptiis dicit 76. caput 37. tit. 60. lib. Qui miscentur cum consanguineis, siue parentes cum filiis, siue filij cum parentibus, siue fratres cum sororibus, esse puniuntur. Qui autem in alio gradu cognationis inter se commiscantur, scilicet pater cum uxore filij, vel filius cum uxore patris seu cum nouerca, vel uiricus cum priuigna, vel frater cum uxore fratris: vel auunculus cum consobrina, vel cum duabus sororibus, vel qui cum matre externa eiusque filia sciens rem habet, ij verberentur, & naues eis amputentur, una cum iis cum quibus rem habuerunt. Similiter & caput 77. Qui matrimonio coniunguntur, vel alias carnaliter concupiscuntur, & filij qui ex eis nascuntur, & solum, vel etiam pater & filius cum matre & filia, vel duo fratres cum duabus sororibus, vel duo fratres cum matre & filia, vel consobrinus cum ea quæ fuit uxor consobrini, præter separationem verberentur. 78. caput dicit: Qui cum Monachis, vel diaconis, vel Ascetris se petulantur & libidinose gerunt, eis ut qui Christi sponsam Ecclesiam iniuria afficiat, naues amputentur, & ipsi & eis cum quibus coierunt. 79. caput dicit: Qui cum ea quam è baptismo leuauit, vel sub matrimonij nomine rem habet, vel alias clam congregatur, ei cum ipsa cum qua coit naues amputentur, & si scilicet prius à se iniuncta separatis. Quod si in eam quæ est in potestate mariti hoc fiat, pena similiter procedat. Præterea autem etiam verberentur. Lege etiam 6. decretum 10. cap. 5. libri Imperial. quod dicit: Qui virginem, vel uiduam rapuit, non potest eam ducere uxorem, ne consentiente quidem patre eius ac permitte crimine. Qui autem ex sacro baptismo aliquam suscepit, non potest eam postea uxorem ducere, ut quæ eius filia facta sit. Sed nec eius matrem vel filiam. Sed nec filius eius. Nihil enim eque potest paternam affectionem & iustam matrimonij prohibitionem introducere, ut eiusmodi vinculum, per quod Deo intercedente eorum anima coniunguntur.

Fornicatio non laudatur quidem à iure ciuili, non est tamen prohibita. Dicit certe lib. 12. tit. 5. cap. 4. quod id quod datur meretrici, non redditur. Cum sit enim meretrix, non est turpe si accipiat, & si eam esse meretricem turpe est. Et lib. 39. tit. 5. cap. 5. quod etiam propter inhonestam causam rectè fit donatio, ut verbi gratia, in meretricem, & valet. Et liber 47. quod, qui alienam ancillam, quæ est meretrix rapit, vel celat, nec tanquam plagiatum, nec tanquam fur tenetur. non enim fecit hoc furti, sed voluptatis gratia. Si quis enim meretricis fores fregerit, & ingressi alij non ab ipso introducti, res eius suffurati sint, non tenetur furti.

BALS. Rectè dicit, quod, qui rapit alienam ancillam, quæ est meretrix, non tenetur plagij, seu non daturatur in metallum & quæ re totum 38. tit. 60. lib.

L. Idem si ob stuprum parat, sed quod & meretrici ff. de cond. ob tur. p. causam. L. Affectio nis. ff. de donat.

L. Verum est. ff. de furtis.

Dicit autem etiam liber 38. tit. 8. quod, qui è meretrice nati sunt, non solum matris, sed etiam matris cognatorum sunt hæredes, illique eis contra succedunt. Mulier autem illustis, quæ habet legitimos liberos, & ex fornicatione natos filios, nec uiuens nec moriens potest dare quidpiam filiis natis ex fornicatione, ut liber 6. Cod. tit. 17. constitutio 5. Qui autem ex fornicatione natus est, non dicitur habere patrem, ut lib. 1. tit. 5. cap. 23. Concubinatus autem iure ciuili permittitur & possumus sine crimine illas habere concubinas, cum quibus nihil nefarium peccatur, ut exempli gratia, sui patris vel aui concubinam, vel suæ sororis filiam non licet habere concubinam, ut dicit liber 25. tit. 7. Concubina autem esse possunt libertinæ & ingenue obscuro loco nate. Qui enim ingenue honesto loco natam uult habere concubinam, protestetur oportet se eam habere uelle in uxorem: vel si hoc recusat, in eam quidem id quod non licet admitte, non tamen adulterium. Nomen enim concubinatus à legibus agnoscitur. Vnde dicit 6. liber Codicis, tit. 47. quod mulier libera, quæ cum libero homine fuit legitime in concubinato, eos qui ex illa coniunctione suscepti sunt, habebit hæredes cum liberis legitimis: & ut semel dicam, multa de iis qui ex concubinis nascuntur, notis scilicet, & naturalibus, tractat ius ciuile in Cod. & Nouellis docens quinam sunt, & quomodo possunt esse patri germani & legitimi, & quando, & quantum possunt ex bonis paternis accipere.

BALS. VII. cap. 45. Imperial. dicit: Hæc successio uocat omnes cognatos etiam si iure ciuili non uocentur. Vnde etiam ex fornicatione nati fratres, & inter se inuicem, & in matrem habent cognatorum auxilium, & etiã mater in ipsos. Eadem etiam dicimus de prægnante ancilla manumissa. Et 9. caput, eius qui ex meretrice natus est, hæreditas non pertinet ad cognatos paternos, neque enim habet patrem: sed matri eius, & fratribus ex eadem matre natis datur cognatorum auxilium. Et hæc quidem dicunt leges quæ docent differentiã eorum qui fornicatorie coniunguntur, & dicunt cognatos maternos eis succedere, qui ex fornicatione suscepti sunt. Patrem autem vel cognatos paternos eos non agnoscere: sed spurium quidem, seu naturalem filium, in uicinia tantum Patri succedere: leges autem & canones de matrimonio agnoscunt etiam fornicatorum cognationem & cognatos qui fornicatione coniunguntur, ut cognatos legitimos, qui in incestum inciderunt, puniunt. Et lege canones qui positi sunt in 5. capite, & 118. nouellam imperatoris Iustiniani, quæ sita est in fine 3. tit. 45. libri Imp. 7. cap. 57. tit. 6. libri Cod. est cap. 42. & dicit: Si quæ illustis mulier filium ex legitimis nuptiis peperit, & aliu vulgo conceptum, & cuius pater ignoratur habuit, quoniam modo bona materna ad eos ueniunt: an solum ad filios legitimos, an etiam ad naturales, dubitatur. Statuimus ergo, ut neque ex testamento, neque ab intestato, neque ex donatione inter uiuos, si sint filij legitimi, aliquid omnino à claris matribus ad eos qui ex fornicatione nati sunt ueniat. In mulieribus enim ingenuis, qui pudicitiam in primis debent conseruare, ex fornicatione susceptos filios uel nominari, turpe, iniustum, & graue, & nostris temporibus indignum iudicamus. Et hanc legem ipsi pudicitie, cuius esse studium perpetuo gerendum censuimus, conseruamus. Sin autem concubina, quæ est liberæ conditionis, filium, uel filiam peperit ex licita consuetudine cum homine libero, eos etiam cum filiis legitimis ad bona materna, quæ iure, & in sua potestate possidet, uenire nulla est inuidia.

ff. Vnde cognati.

L. Si qua illustis C. A. l. senat. Officiant L. Vulgo concepti. ff. de statu her. min. ff. de Concubinis.

C. de legit. hæredibus.

XXIII. cap. 5. tit. pr. libri ff. dicit: Qui ex legitimo quidem matrimonio natus est, patre sequitur. Qui vulgo autem conceptus est, matrem. Et 24. cap. eiusdem tit. Qui non ex legitimo matrimonio natus est, matrem sequitur, nisi lex specialis aliud decernit. Dicit autem 2. decretum pr. cap. 37. tit. 40. lib. Qui mulierem honestam & ingenue habet concubinam, & hoc testificatione non declarat, an eam habet uxorem: uel si hoc recusat, petulantia & impudicitia cum ea peccatum committit, non autem etiam adulterium, scilicet cum suo corpore quæstum non fecerit.

Porro autem ancillas quoque proprias possumus habere concubinas. Dicit enim liber 6. tit. 4. cap. 4. quod quæ ad mortem usque fuit concubina suo domino, qui legitimam uxorem non habebat, ea fit cum suis filiis ingenue, & accipit peculium quod habebat, dum moreretur dominus, ad modum legitimum, & non habent filij in eam ius Patronatus, uel filij, uel cognati defuncti. Et liber 7. eiusdem tit. 15. cap. 3. dicit, quod qui ad finem usque uitæ concubinam habuit, potest dum adhuc uiuit, de ea, & de iis qui ex ea nati sunt quod uult statuere, & in extrema uoluntate alij relinquere, uel expresse hæredes. Sin autem mortuus sit, nec aliquid dixerit, uocatur in libertatem, & qui ex ea nati sunt filij, dum non habuerit defunctus uxorem legitimam. Qui enim duxit uxorem, nec liberam, nec ancillam potest habere concubinam. Adulterij autem crimen intentatur, & de stupro concubine agitur, ut liber 48. tit. 5. caput 12. 13. Est autem concubina, quæ cum alio quo legitime cohabitabatque matrimonio. Quæ autem est minus honorata, Græce & Latine dicitur, ut liber 1. tit. 1. cap. 144.

BALS. Caput 3. est 19. tit. lib. 40. qui sic dicit: Si quis seruam in sua coniunctione habeat non habens uxorem, & cum ea ad mortem usque maneat, siue ex ea habens filios, siue non, & nihil de ea in suo testamento dixerit, sit illa libera. Cum autem audis ex hoc presenti capite illam esse liberam, ne existimes illius filios esse seruos. Fium enim & ipsi liberi, ut dicit superius 25. cap. 2. libri Imperial. sic habet: Concubina, est quæ cum alio in domo sua cohabitabat, siue legitimis nuptiis. Quæ autem minus est honorata, ea dicitur amica.

Si uxor laici adulterata fuerat, Syn. Ancyr. canon 20. Syn. Neocaes. canon 8. lege quæ adscripta sunt in 32. cap. primi tit. presentis operis.

De stupro, & matrimonio uiduæ & quænam dicuntur uidua, Basilij canon 18. 24.

De iis qui mulieres ad matrimonium rapiunt, uel vim afferunt, uel uirginibus stuprum inferunt, Apost. canon 67. Syn. Ancyr. canon 11. 25. Syn. Chalced. canon 27. Syn. 6. canon 91. Basilij canon 22. 30. 33. 38. 53. Lege quæ adscripta sunt in 30. cap. 9. tituli presentis operis.

De iis quæ præter suorum parentum uel dominorum sententiam nubunt, Basilij canon 38. 40. 42. Filius uel filia familias non possunt legitimo matrimonio coniungi, nisi is consentiat, qui eos habet in potestate, ut liber 5. Cod. tituli 4. & liber 23. tituli 2. Nisi filiam 25. annos nuptum dare distulerit. Tunc enim potest seipsam libere iungere matrimonio ut est Nouella 117. de gratificationibus ob hæreditatem.

ff. de statu hominum l. Cum legitimo.

L. Si quis uxorem C. de manumiss.

L. Si uxor non fuerit ff. Ad l. Iuliam de Adulteriis. L. Maffurios ff. de uerb. signifi.

BALS. Nota, quæ in hoc presenti 9. capite scripta sunt, de filiabus quæ sunt sui iuris. Quia autem quidam dixerunt, quod filia quidem, quæ est fornicata post 25. annum, exhereditabitur: ut uult caput 11. 8. tit. 35. libri Imperial. quod etiam hic situm est. Sin autem nupserit, non exhereditabitur. Quia autem non situm est in Imperial. posse filiam post 25. annum nubere præter patris sententiam, dico, quod quoniam ipsa Iustiniani Nouella, quæ causas enumerat propter quas possunt parentes exheredare filios, decernit eam quoque exheredari posse, qui cum mimis, uel cum uenatoribus uersatur, debemus dicere: & fornicationi, & nuptiis posse quandoque ueniam dari, quandoque uero non, si enim filia nupserit, siue ante perfectionem ætatem, siue post, uero qui infamia non laborat, ita ut pater per matrimonium non afficiatur atroci iniuria, matrimonium quidem patre interueniente soluetur, ut quod non possit consistere, filia autem non exhereditabitur. Quod etiam fiet, si similiter fornicata sit. Sin autem Patri atrocem iniuriam attulerit, siue dum nubit, siue dum fornicatur, exhereditabitur. Idem autem fiet etiam in filio. De fornicatione autem adhibito iudicio queretur: alia enim est quæ dicitur, & alia quæ non longo tempore durauit. 4. tit. 5. libr. Cod. situm est in capite 27. tit. 28. libri Imperial. sed non situm est caput ita ut scriptum est in toto titulo. Quod autem filius uel filia familias, qui sunt in potestate, non possunt legitime coniungi matrimonio siue illius uoluntate qui eas habet in potestate, est ex multis capitibus manifestum. 2. caput 4. tit. 28. libri dicit: Non fit matrimonium, nisi consenserint qui coniunguntur, & qui eos habent in potestate. 15. Nouella sita est in cap. 38. 8. tit. 35. libr. Imperial. & hæc dicit: Si cui ex dictis parentibus uolenti sua filia uel nepti dare maritum, & pro suis facultatibus illi dotem præbere, illa non consenserit, sed tempem ritam elegerit, exhereditetur: sin autem usque ad 25. ætatis annum filia peruenierit, & parentes eam nuptum dare distulerint: & forte ideo euenierit ut ea in proprium corpus peccet, non uolumus ideo filiam ingrati existimari: quoniam non sua, sed peccatorum culpa hoc admisisse cognoscitur. Et hæc quidem dicit nouella, quæ in Imperial. sita est. Tu autem animaduerte, quod posse filiam post 25. annum seipsam homini libero dare nuptum præter uoluntatem patris, non est situm in Imperial.

De iis quæ fornicantur, & suos foetus necant, uel faciunt abortionis medicamenta, Syn. Ancyr. canon 21. Syn. 6. canon 91. Basil. canon 2. 8. 52. Dicit liber 47. tit. 11. cap. 4. Quæ de industria partum abegit, relegatur. In 39. autem cap. 19. tit. 48. libri dicitur, quod quæ pecuniis corrupta partum exegit capitali supplicio afficitur. Quæ autem post diuortium, uiri odio hoc fecit, ad tempus relegatur. Et cap. 38. eiusdem tit. quod qui abortionis poculum dedit, si sit quidem humilior persona, in metallum damnatur: sin autem honesta, relegatur amissa parte bonorum. ultimo autem supplicio est afficiendus, si aliqua ex eo mortua sit, etiam si sine dolo, abortionis poculum dederit.

De iis qui abhorrent nuptias, & carnem & uinum, Apost. canon. li. Syn. Gangr. canon. 1. 2. 39. Basilij canon 28. 85.

De Clericis, qui seiplos castrat, Apost. canon. 22. 24. Syn. Nic. canon 1. Lege quæ adscripta sunt in 14. caput primiti tituli presentis operis.

De Laicis, qui comedunt idolis immolata, uel carnes in sanguine, uel suffocata, uel à feris capta, uel morticina, Apost. canon. 63. Syn. Ancyr. canon 3. Gangr. Syn. canon. 2. Syn. 6. canon. 67. Gregorij Thaumaturgi ex epistola quæ est de iis qui inmolata comederunt. Basilij canon 81.

Auth. Vi cum de appellatione cog. sed si filia.

L. Dignus Senecus. ff. de extra ord. cri. L. Cicero ff. de penis l. si quis aliquid. par. rag. qui abortionis. ff. de peccatis.

Cap. 11.

Cap. 13.

Cap. 14. De laico qui Imperatorem contumelia afficit, Apoft. can. 84. Lege quæ adscripta sunt in 37. cap. 9. tit. præfentis operis.

Cap. 15. De orthodoxis qui benedictiones ab Hæreticis, vel Iudæis accipiunt, vel qui vna cum Iudæis festa celebrant vel ieiunant, & quod non oportet in sabato quiescere, sed quo ad eius fieri potest, in die Dominico: & de iis qui orant in Monasteriis vel ecclesiis Hæreticorum, Apoft. canon 65. 70. Syn. Laodic. canon 9. 29. 32. 34. 37. 39. Syn. Carth. can. 60. 38. 39. Lege quæ adscripta sunt in 15. cap. 3. tit. præfentis operis & cap. 4. 7. tit.

Cap. 16. De laicis, qui tentant ne Clerici Monasteriorum, Prochochochorum, & Martyriorum sint sub manu episcoporum qui sunt in ciuitatibus, Syn. Chalced. canon. 8.

Cap. 17. De laicis qui adiciuntur iis qui segregantur, vel presbyteris qui abscinduntur: & qui absque episcopis alitaria erigunt, Apo. can. 31. lege quæ adscripta sunt in 14. cap. 3. tit. præfentis operis.

Cap. 18. De periuris, & in quibusdam rebus oportet eos qui iurant iurare, Basilij canon 10. 17. 29. 84.

De iureiurando tractat liber 12. tit. 2. ff. & liber 4. Cod. tit. 1. & generalis quidem ratio non vult quæstionem haberi de periurio. sunt autem quædam exceptiones. Dicit enim liber 12. tit. 2. cap. 31. quod in dubiis solet Iudex deferre iusiurandum, & ita ferre sententiam. Sed si qui est ita condemnatus, dicat se noua postea inuenisse instrumenta, & quibus solis vti velit, is de integro causam agit.

B A L S. I. I. tit. 12. libri, qui docet de iureiurando siue delato, siue necessario, siue iudiciali, situs est in principio 5. tit. 22. lib. Imp. & dicit 4. decretum 3. capit. Mulier, quæ se iurat esse gravidam, mittitur in possessionem, nec post iusiurandum conuenitur tanquam per calumniam missa sit in possessionem, nec ei vis in possessione affertur. Si autem aduersarius iurauerit eam non esse gravidam, non mittitur. Per hæc tamen sacramenta, quæstio de partu nullum affertur præiudicium. Alterius enim sacramentum alium nec iuuat nec lædit.

Et primus tit. 4. libri Codicis, est cap. 43. eiusdem 20. tit. Imp. & dicit: Causa, quæ iureiurando, veriusque partis consensu, deferente aduersario, delata ac præstito, vel remisso, decisa est, ea ne periurij quidem pretextu reuocari potest, nisi hoc lege specialiter excipiatur. Si autem aduersarius eius deserit iusiurandum, causa non retractatur, licet autem inuenire in 4. lib. Cod. tit. 1. cap. 13. quod qui etiam iurauit ex delatione aduersarij, is rursus conuenitur. Dicit enim, quod si quis petens legatum, non apparente testamento, ex hæredis delatione iurauerit deberi, & acceperit, postea autem non esse debitum apparuerit, vel debitum quidem, non tamen debere totum accipere propter legem Falcidiam, is id restituit. Meminit superius legis quæ docet non esse retractandum iusiurandū, præterea meminimus quidem etiam alterius legis, seu 31. cap. 2. tit. lib. 12. quo docetur retractari iusiurandum præstitum. Definiunt autem etiam diuersi sancti Basilij canones, valde esse puniendos periuros. Quærendum ergo quando retractatur sacramentum præstitum, ut locum etiam habeant pænæ Canonice aduersus eos qui peierant, & quando nō. Dicitur ergo esse proprie quatuor iuramentorum voluntarium, quod datur ex voluntate partium extra iudicium: necessarium, quod datur ex delatione actoris, & sententia iudicis iudiciale, quod iudicis sententia, etiam nolentibus iis qui litigant, contra veritatem decidit. Et iusiurandum in litem, quod rei quæ in iudicio versatur existimationem ad certam quantitatem redigit, quando rei dolo vel contumacia res non reddi-

atur. Est etiam iuramentum calumnie. Et voluntarium quidem nunquam retractatur. Necessarium autem retractatur in vno & solo decreto seu capite 2. tit. lib. 12. Et si enim Cobides & Stephanus interpretantes 31. caput 2. tit. 22. lib. dicunt voluntarium solum non retractari: necessarium autem & reliqua retractari: tamen illi interpretationi mentē ne adhibueris, quæ sita est in digestis. Nā 43. caput 5. tit. 22. libri, quod est 2. constit. pr. tit. 4. lib. Cod. sic dicit: Causa, quæ iureiurando veriusque partis consensu, vel auctore deferente, delata & præstito, vel remisso, decisa est, nec periurij quidem pretextu potest reuocari, nisi specialiter hoc lege excipiatur. Cobides & Stephanus interpretationem sustulit, quæ in digestis conscripta est. Reliqua quidem cerē sacramenta nouis inuētis probationibus retractantur. Vt hoc dicit dicitur caput 21. Cum hæc ergo ita se habeant, ne dixeris omne sacramentum retractari, ut qui periuri forte inueniuntur, canonicis suppliciis afficiantur. Sed dicit conuenienter iis quæ legibus comprehenduntur, eos pænæ canonicis puniri qui ex sacramenti retractatione condemnantur. Canones ita ad concordiam redige. Nam & sanctus Basilius, in sacramentis quæ ex consensu præstantur, non tractat de periurio. Sed definit eos qui iurauerunt se carnes non comedendum, vel se Hierosolyma profecturum, vel aliquid aliud boni facturum, & hoc non fecerit, similiter & quando quis se aliquid mali facturum iurauerit, & hoc non præstiterit. Tunc enim non punietur quidem ut periurus: sed a regionis episcopo ei aliter medela adhibebitur.

CXXIII. autem nouella, quæ de iuramentorum, quæ in causis præstantur, puritate tractat, dat facultatem retractandi seu conuincendi mendacij eius qui iurauit. Dicit etiam lib. 2. tit. 2. cōst. 13. quod qui in causa pecuniaria iurauit per imperatorem, & forte peierauit, fuste castigatur. In 2. autē lib. C. tit. 5. cap. 41. quod maior 25. annis, qui tractationem à se sine necessitate factam per Deum vel Imperatorem iuramento dato transgreditur, cum & Imperatorem vel Magistratus adeat, vel ea quæ visa sunt non faciat, fit infamis, & ab actione excidit, & iis quæ ex transactione erat lucri facturus: datque pœnam quæ statuta est, & qui ea seruat, omnia accipiunt. Et 42. constit. quod si ex falsis instrumentis pactum vel transactio facta fuerit, & ei iuramentum accesserit, subuertitur, etiam si de falso ciuilitate quæ situm sit, nisi etiam de ipsa facta est transactio.

B A L S. CCXXXIII. Iustiniani nouella sita est in lib. 7. Imp. tit. 4. cap. 6. quod situm est in interpretatione 15. can. Syn. Carth. & lege hoc, quod tractat de iuramento iudiciali, & quod ex eo retractatur.

Etiam liber 4. C. tit. 1. constit. 2. quod etiam si quis per Imperatoris salutem calore quodam ut iuraret incitatus peierauerit, non torquetur, neque læsæ maiestatis crimini subiicitur. Et lib. 9. C. tit. 8. constit. 8. quod qui se suo seruo semper succensurum iurauit, non tenetur læsæ maiestatis si ab ira cessauerit. Dicit etiam liber 2. tit. 4. caput 7. quod de iure publico nec pacisci nec legari licet: & si in iis se non acturum conuenierit, non valet. Quinquagesima prima autem de scenicis nouella dicit, quod scenicæ, etiam si à fornicatione quæstūque meretricio se non cessaturas iurauerint, nihilo secius desistunt, non timentes pœnam ex fornicatione: & adiciit canonicè

L. Alienam C. Ad L. Iuliam maiestatis.

L. Iuris gē. tit. parag. fin. ff. de pactis. Auth. Scenicæ non solum si fid.

canonicè iusiurandum non esse in rebus turpibus a seruandum.

B A L S. Ii primi tit. 4. libri Codicis, constituit, est cap. 45. 22. libri Imp. quod sic habet: Nemo qui per Deum iurauit veniat in periculum. Iusiurandum enim satis habet Deum ultorem, si aduersus factum est. Sin autem per Imperatorem aliquo calore iurauit quisquam, ei datur venia. Vide ergo, quod etiam si prius caput tractauit eum qui calore iurauit per imperatorem, seu per nomen Imperatoris, maiestatis crimine non teneri, nec torqueri: qui tamen Imp. composuit, ei perfecte ignosci dixit. Sed eum qui non per calorem peierauit, dicit fustigari, conuenienter ultimo decreto 13. cap. eiusdem tit. & libri, quod dicit: Qui in re pecuniaria iurauit per Imperatorem, & peierauit, quod non debet, vel quod debetur, vel quod dabit intra præstitum terminum, fuste castigatur, & dicit nullum ex eo iureiurando tanquam periurum puniri, ut quod sit aperte legibus contrariū, & eiusmodi ut nequeat consistere, & tanquam non factum reputatur. 51. Imperatoris Iustiniani Nouella sita est in 38. tit. 60. libri Imp. quæ ne alantur meretrices, omnemque artem lenoniam prohibet. In fine autem tituli, est caput quod sic habet: Quæ est Scenica mulier, etiam si iurauerit, & fidei iussores dederit, se à fornicatione & quæstu meretricio non recessuram, impune & absque ulla periculo recedit. & si quis cum eis fidei iussoribus egerit, tenetur periurij, & 10. auri libris multatur. Nota ergo hoc caput, quod docet eam quæ peierauit non puniri, sed eam puniri qui ipsum propter periurium puniit, quod est nouum. Et nota quod iuramentum est crimen. & puto quod etiam peculatus.

De iis qui iurant Græca iuramenta, Syn. 6. canon 94. Basil. can. 81. In 5. cap. pr. tit. 2. tit. libri 12. dicit, quod tibi rectè defero, ut per salutem tuam iures. Omne enim licitum iusiurandum ex delatione susceptum seruatur, etiam quod quis per propriam religionem iurauerit. Quod autem per reprobam religionem conceptū est iusiurandum, non seruatur.

De Apostatis, & sacrificis, & magis, & Incantatoribus, & Astrologis, Mathematicis, vaticibus, & amuletis, Apoft. can. 62. Syn. Nic. can. 11. 12. Syn. Ancyr. can. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 12. 24. Synod. Laodic. can. 36. Synod. Carth. can. 45. Syn. vj. can. 61. 65. Petri Alexandrini can. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. Basil. can. 7. 8. 44. 48. 55. 65. 66. 52. 53. 81. 83. Gregorij Nysseni, can. 1. & 2. lege quæ adscripta sunt in 25. capite 9. titu. præfentis operis.

De Scenicis, & Mimis, & similibus, qui agūt pœnitentiam, Syn. Carth. can. 45. 63. Syn. 6. can. 51. 23. 4. tit. quinti libri constit. & 22. & 29. magnas pœnas lenonibus inferunt, & iis qui cogunt ancillas vel liberas cum Mimis habere consuetudinē, vel præesse theatris, & dant eis potestatem recedendi, & cum doctibus, si possint, vel claris hominibus se matrimonio coniungendi, & ab infamia liberantur. De scenicis autem, & spectaculis, & lenonibus, est specialis titulus 40. i. libri Cod. Scena autem est vbi quis stat vel mouetur, scenicam artem ostentans, siue in loco publico, siue priuato, vel in agro, quo homines spectaculi gratia confluētē ingrediuntur. Sunt autem omnes infames, qui in certamen propter lucrum descendunt. Vel qui propter gloriæ cupiditatem in scenam procedūt. Qui autem seipsum ad artem ludicram locauit, nec prodiit, non fit infamis. Et qui seipsum locauit ad pugnam cum beluis, nisi forte esset leo, vel aliqua alia mansuetata belua. Sed non is etiam qui sine mercede cum feris depugnauit, si

voluit in eis venandis laudem assequi. Qui autem seipsum locauit, etiam si non cum beluis depugnauerit, fit infamis. Sed non is qui mercedem accepit ad oppugnandam beluam quæ regionem deuastat. Non est autem ars ludicra, ars athletica, nec irrogat infamiam, nec eorum qui dicunt in olympiis & iustis, nec eorum qui in xysto decertant, nec aurigarum, nec eorum qui aliter in sacris certaminibus ministrant, nec eorum qui equis aquam aspergunt, nec agonothetarum. Est autem leno, qui turpem quæstū ex liberis vel ancillis facit, siue hoc principaliter faciat: siue ab occasione alterius negotiationis has personas habeat, ut caupo, vel hospes, vel balnearius. Et qui sicut in seruitute leno, etiam postquam liber factus fuerit, fit infamis. Hæc omnia sita sunt in lib. 3. tit. 1. cap. 1. & 2. & 4. & lib. 23. tit. 2. cap. 44. Est autē leno, qui etiam suam vxorem quæ adulterata est non dimisit, sed non is etiam qui suspicatus est.

B A L S. Quadragesimus tit. 11. libri Cod. est tit. 37. 4. lib. Imp. & habet primum ipsius caput hoc modo: Peraguntur autem dimceps certamina sine impedimento. nemo autem certet inuitus. volumus enim eos qui velint ac sua sponte impendere. lege etiam cap. 2. & 3. Dicit ultimum decretum 2. cap. 2. tit. 21. lib. scena est vbi stat quisquam: & dimceps quæcuque in textu scripta sunt. Rogauerit autem quisquam, cur qui se in ludicram fortunam locauit, & non prodiit, non fit infamis. Qui autem se locauit ad decertandum cum bestiis, etiam si non pugnauerit fit infamis. Sol. In arte quidem ludicra factum ipsum infamiam inducit, non etiam propositum. & hoc ostenditur ex eo quod fit infamis, etiam qui non mercede, sed gloria cupiditate adductus artem ludicram ostendit. In eo autem qui pugnat cum bestiis, non factum habetur odio, sed propositum. Cum bestiis enim pugnant & Imperatores & milites suam virtutē ostendentes: & ideo, qui proprijs quæstus mercede adductus, suam vitam prodidit, etiam si cum bestiis non pugnauerit, fit infamis. Qui autem accepit pecuniam, ut artem ludicram ostendet, si eam non ostenderit, non fit infamis. Imperial. autem liber 2. 4. tit. 2. cap. 14. sic habet in principio: Qui scit suam vxorem fornicari, & tacet, leno est.

De spectaculis, & ludicris, Syn. Carth. can. 15. 60. 61. Syn. 6. can. 51. 52. 62. 65. 71. 96. c. Quomodo peraguntur spectacula, & quomodo sit eorū sumptus, & quod potest Magistratus, ea quæ ad spectacula pertinent, ad mutorū reparationē, ad rēpus deputare lib. 11. Cod. tit. 40. 41. & 45. 44. autē tollit spectaculū eorū qui pugnant in singulari certamine. Reliqua autem capita posita sunt in 38. tit. 60. lib. Imp. quæ docent de lenonibus: & iubēt per regionis Episcopum manumitti seruos, qui aliquid turpe facere coguntur. Et lege totum tituli, & Iustiniani nouellam, quæ in eo est, valde punientem meretricum exercitium, & quencunque lenonem.

De furibus, sepulchrorū effossoribus, & latronibus, & sacrilegis Basil. can. 61. 66. Greg. Nyss. can. 6. 7. 8. lege etiā quæ adscripta sunt in 27. cap. 9. titu. præfentis operis. De furibus autē dicit lib. 48. tit. 19. cap. 28. quod qui ad prædas agendas incurfiones faciūt, sunt similes latronibus & si hoc cum ferro faciāt, & sæpe etiam in viis, capite puniuntur: reliqui autē re-legātur, vel deportātur. Famosi autē in furca suspēdūtur vel ad bestias dānātur in iis locis in quibus depredati sunt. Secūda autē cōsti. 18. tit. 7. lib. Cod. quæ iis qui erāt ex familia latronū, & Imperat. potestate ac auctoritate fiscali serui facti sūt, negatur libertas.

Cap. 21. De Scenicis, & Mimis, & similibus, qui agūt pœnitentiam, Syn. Carth. can. 45. 63. Syn. 6. can. 51. 23. 4. tit. quinti libri constit. & 22. & 29. magnas pœnas lenonibus inferunt, & iis qui cogunt ancillas vel liberas cum Mimis habere consuetudinē, vel præesse theatris, & dant eis potestatem recedendi, & cum doctibus, si possint, vel claris hominibus se matrimonio coniungendi, & ab infamia liberantur. De scenicis autem, & spectaculis, & lenonibus, est specialis titulus 40. i. libri Cod. Scena autem est vbi quis stat vel mouetur, scenicam artem ostentans, siue in loco publico, siue priuato, vel in agro, quo homines spectaculi gratia confluētē ingrediuntur. Sunt autem omnes infames, qui in certamen propter lucrum descendunt. Vel qui propter gloriæ cupiditatem in scenam procedūt. Qui autem seipsum ad artem ludicram locauit, nec prodiit, non fit infamis. Et qui seipsum locauit ad pugnam cum beluis, nisi forte esset leo, vel aliqua alia mansuetata belua. Sed non is etiam qui sine mercede cum feris depugnauit, si

voluit in eis venandis laudem assequi. Qui autem seipsum locauit, etiam si non cum beluis depugnauerit, fit infamis. Sed non is qui mercedem accepit ad oppugnandam beluam quæ regionem deuastat. Non est autem ars ludicra, ars athletica, nec irrogat infamiam, nec eorum qui dicunt in olympiis & iustis, nec eorum qui in xysto decertant, nec aurigarum, nec eorum qui aliter in sacris certaminibus ministrant, nec eorum qui equis aquam aspergunt, nec agonothetarum. Est autem leno, qui turpem quæstū ex liberis vel ancillis facit, siue hoc principaliter faciat: siue ab occasione alterius negotiationis has personas habeat, ut caupo, vel hospes, vel balnearius. Et qui sicut in seruitute leno, etiam postquam liber factus fuerit, fit infamis. Hæc omnia sita sunt in lib. 3. tit. 1. cap. 1. & 2. & 4. & lib. 23. tit. 2. cap. 44. Est autē leno, qui etiam suam vxorem quæ adulterata est non dimisit, sed non is etiam qui suspicatus est.

B A L S. Quadragesimus tit. 11. libri Cod. est tit. 37. 4. lib. Imp. & habet primum ipsius caput hoc modo: Peraguntur autem dimceps certamina sine impedimento. nemo autem certet inuitus. volumus enim eos qui velint ac sua sponte impendere. lege etiam cap. 2. & 3. Dicit ultimum decretum 2. cap. 2. tit. 21. lib. scena est vbi stat quisquam: & dimceps quæcuque in textu scripta sunt. Rogauerit autem quisquam, cur qui se in ludicram fortunam locauit, & non prodiit, non fit infamis. Qui autem se locauit ad decertandum cum bestiis, etiam si non pugnauerit fit infamis. Sol. In arte quidem ludicra factum ipsum infamiam inducit, non etiam propositum. & hoc ostenditur ex eo quod fit infamis, etiam qui non mercede, sed gloria cupiditate adductus artem ludicram ostendit. In eo autem qui pugnat cum bestiis, non factum habetur odio, sed propositum. Cum bestiis enim pugnant & Imperatores & milites suam virtutē ostendentes: & ideo, qui proprijs quæstus mercede adductus, suam vitam prodidit, etiam si cum bestiis non pugnauerit, fit infamis. Qui autem accepit pecuniam, ut artem ludicram ostendet, si eam non ostenderit, non fit infamis. Imperial. autem liber 2. 4. tit. 2. cap. 14. sic habet in principio: Qui scit suam vxorem fornicari, & tacet, leno est.

De spectaculis, & ludicris, Syn. Carth. can. 15. 60. 61. Syn. 6. can. 51. 52. 62. 65. 71. 96. c. Quomodo peraguntur spectacula, & quomodo sit eorū sumptus, & quod potest Magistratus, ea quæ ad spectacula pertinent, ad mutorū reparationē, ad rēpus deputare lib. 11. Cod. tit. 40. 41. & 45. 44. autē tollit spectaculū eorū qui pugnant in singulari certamine. Reliqua autem capita posita sunt in 38. tit. 60. lib. Imp. quæ docent de lenonibus: & iubēt per regionis Episcopum manumitti seruos, qui aliquid turpe facere coguntur. Et lege totum tituli, & Iustiniani nouellam, quæ in eo est, valde punientem meretricum exercitium, & quencunque lenonem.

De furibus, sepulchrorū effossoribus, & latronibus, & sacrilegis Basil. can. 61. 66. Greg. Nyss. can. 6. 7. 8. lege etiā quæ adscripta sunt in 27. cap. 9. titu. præfentis operis. De furibus autē dicit lib. 48. tit. 19. cap. 28. quod qui ad prædas agendas incurfiones faciūt, sunt similes latronibus & si hoc cum ferro faciāt, & sæpe etiam in viis, capite puniuntur: reliqui autē re-legātur, vel deportātur. Famosi autē in furca suspēdūtur vel ad bestias dānātur in iis locis in quibus depredati sunt. Secūda autē cōsti. 18. tit. 7. lib. Cod. quæ iis qui erāt ex familia latronū, & Imperat. potestate ac auctoritate fiscali serui facti sūt, negatur libertas.

Cap. 21. De Scenicis, & Mimis, & similibus, qui agūt pœnitentiam, Syn. Carth. can. 45. 63. Syn. 6. can. 51. 23. 4. tit. quinti libri constit. & 22. & 29. magnas pœnas lenonibus inferunt, & iis qui cogunt ancillas vel liberas cum Mimis habere consuetudinē, vel præesse theatris, & dant eis potestatem recedendi, & cum doctibus, si possint, vel claris hominibus se matrimonio coniungendi, & ab infamia liberantur. De scenicis autem, & spectaculis, & lenonibus, est specialis titulus 40. i. libri Cod. Scena autem est vbi quis stat vel mouetur, scenicam artem ostentans, siue in loco publico, siue priuato, vel in agro, quo homines spectaculi gratia confluētē ingrediuntur. Sunt autem omnes infames, qui in certamen propter lucrum descendunt. Vel qui propter gloriæ cupiditatem in scenam procedūt. Qui autem seipsum ad artem ludicram locauit, nec prodiit, non fit infamis. Et qui seipsum locauit ad pugnam cum beluis, nisi forte esset leo, vel aliqua alia mansuetata belua. Sed non is etiam qui sine mercede cum feris depugnauit, si

voluit in eis venandis laudem assequi. Qui autem seipsum locauit, etiam si non cum beluis depugnauerit, fit infamis. Sed non is qui mercedem accepit ad oppugnandam beluam quæ regionem deuastat. Non est autem ars ludicra, ars athletica, nec irrogat infamiam, nec eorum qui dicunt in olympiis & iustis, nec eorum qui in xysto decertant, nec aurigarum, nec eorum qui aliter in sacris certaminibus ministrant, nec eorum qui equis aquam aspergunt, nec agonothetarum. Est autem leno, qui turpem quæstū ex liberis vel ancillis facit, siue hoc principaliter faciat: siue ab occasione alterius negotiationis has personas habeat, ut caupo, vel hospes, vel balnearius. Et qui sicut in seruitute leno, etiam postquam liber factus fuerit, fit infamis. Hæc omnia sita sunt in lib. 3. tit. 1. cap. 1. & 2. & 4. & lib. 23. tit. 2. cap. 44. Est autē leno, qui etiam suam vxorem quæ adulterata est non dimisit, sed non is etiam qui suspicatus est.

B A L S. Quadragesimus tit. 11. libri Cod. est tit. 37. 4. lib. Imp. & habet primum ipsius caput hoc modo: Peraguntur autem dimceps certamina sine impedimento. nemo autem certet inuitus. volumus enim eos qui velint ac sua sponte impendere. lege etiam cap. 2. & 3. Dicit ultimum decretum 2. cap. 2. tit. 21. lib. scena est vbi stat quisquam: & dimceps quæcuque in textu scripta sunt. Rogauerit autem quisquam, cur qui se in ludicram fortunam locauit, & non prodiit, non fit infamis. Qui autem se locauit ad decertandum cum bestiis, etiam si non pugnauerit fit infamis. Sol. In arte quidem ludicra factum ipsum infamiam inducit, non etiam propositum. & hoc ostenditur ex eo quod fit infamis, etiam qui non mercede, sed gloria cupiditate adductus artem ludicram ostendit. In eo autem qui pugnat cum bestiis, non factum habetur odio, sed propositum. Cum bestiis enim pugnant & Imperatores & milites suam virtutē ostendentes: & ideo, qui proprijs quæstus mercede adductus, suam vitam prodidit, etiam si cum bestiis non pugnauerit, fit infamis. Qui autem accepit pecuniam, ut artem ludicram ostendet, si eam non ostenderit, non fit infamis. Imperial. autem liber 2. 4. tit. 2. cap. 14. sic habet in principio: Qui scit suam vxorem fornicari, & tacet, leno est.

De spectaculis, & ludicris, Syn. Carth. can. 15. 60. 61. Syn. 6. can. 51. 52. 62. 65. 71. 96. c. Quomodo peraguntur spectacula, & quomodo sit eorū sumptus, & quod potest Magistratus, ea quæ ad spectacula pertinent, ad mutorū reparationē, ad rēpus deputare lib. 11. Cod. tit. 40. 41. & 45. 44. autē tollit spectaculū eorū qui pugnant in singulari certamine. Reliqua autem capita posita sunt in 38. tit. 60. lib. Imp. quæ docent de lenonibus: & iubēt per regionis Episcopum manumitti seruos, qui aliquid turpe facere coguntur. Et lege totum tituli, & Iustiniani nouellam, quæ in eo est, valde punientem meretricum exercitium, & quencunque lenonem.

De furibus, sepulchrorū effossoribus, & latronibus, & sacrilegis Basil. can. 61. 66. Greg. Nyss. can. 6. 7. 8. lege etiā quæ adscripta sunt in 27. cap. 9. titu. præfentis operis. De furibus autē dicit lib. 48. tit. 19. cap. 28. quod qui ad prædas agendas incurfiones faciūt, sunt similes latronibus & si hoc cum ferro faciāt, & sæpe etiam in viis, capite puniuntur: reliqui autē re-legātur, vel deportātur. Famosi autē in furca suspēdūtur vel ad bestias dānātur in iis locis in quibus depredati sunt. Secūda autē cōsti. 18. tit. 7. lib. Cod. quæ iis qui erāt ex familia latronū, & Imperat. potestate ac auctoritate fiscali serui facti sūt, negatur libertas.

Cap. 21. De Scenicis, & Mimis, & similibus, qui agūt pœnitentiam, Syn. Carth. can. 45. 63. Syn. 6. can. 51. 23. 4. tit. quinti libri constit. & 22. & 29. magnas pœnas lenonibus inferunt, & iis qui cogunt ancillas vel liberas cum Mimis habere consuetudinē, vel præesse theatris, & dant eis potestatem recedendi, & cum doctibus, si possint, vel claris hominibus se matrimonio coniungendi, & ab infamia liberantur. De scenicis autem, & spectaculis, & lenonibus, est specialis titulus 40. i. libri Cod. Scena autem est vbi quis stat vel mouetur, scenicam artem ostentans, siue in loco publico, siue priuato, vel in agro, quo homines spectaculi gratia confluētē ingrediuntur. Sunt autem omnes infames, qui in certamen propter lucrum descendunt. Vel qui propter gloriæ cupiditatem in scenam procedūt. Qui autem seipsum ad artem ludicram locauit, nec prodiit, non fit infamis. Et qui seipsum locauit ad pugnam cum beluis, nisi forte esset leo, vel aliqua alia mansuetata belua. Sed non is etiam qui sine mercede cum feris depugnauit, si

voluit in eis venandis laudem assequi. Qui autem seipsum locauit, etiam si non cum beluis depugnauerit, fit infamis. Sed non is qui mercedem accepit ad oppugnandam beluam quæ regionem deuastat. Non est autem ars ludicra, ars athletica, nec irrogat infamiam, nec eorum qui dicunt in olympiis & iustis, nec eorum qui in xysto decertant, nec aurigarum, nec eorum qui aliter in sacris certaminibus ministrant, nec eorum qui equis aquam aspergunt, nec agonothetarum. Est autem leno, qui turpem quæstū ex liberis vel ancillis facit, siue hoc principaliter faciat: siue ab occasione alterius negotiationis has personas habeat, ut caupo, vel hospes, vel balnearius. Et qui sicut in seruitute leno, etiam postquam liber factus fuerit, fit infamis. Hæc omnia sita sunt in lib. 3. tit. 1. cap. 1. & 2. & 4. & lib. 23. tit. 2. cap. 44. Est autē leno, qui etiam suam vxorem quæ adulterata est non dimisit, sed non is etiam qui suspicatus est.

B A L S. Quadragesimus tit. 11. libri Cod. est tit. 37. 4. lib. Imp. & habet primum ipsius caput hoc modo: Peraguntur autem dimceps certamina sine impedimento. nemo autem certet inuitus. volumus enim eos qui velint ac sua sponte impendere. lege etiam cap. 2. & 3. Dicit ultimum decretum 2. cap. 2. tit. 21. lib. scena est vbi stat quisquam: & dimceps quæcuque in textu scripta sunt. Rogauerit autem quisquam, cur qui se in ludicram fortunam locauit, & non prodiit, non fit infamis. Qui autem se locauit ad decertandum cum bestiis, etiam si non pugnauerit fit infamis. Sol. In arte quidem ludicra factum ipsum infamiam inducit, non etiam propositum. & hoc ostenditur ex eo quod fit infamis, etiam qui non mercede, sed gloria cupiditate adductus artem ludicram ostendit. In eo autem qui pugnat cum bestiis, non factum habetur odio, sed propositum. Cum bestiis enim pugnant & Imperatores & milites suam virtutē ostendentes: & ideo, qui proprijs quæstus mercede adductus, suam vitam prodidit, etiam si cum bestiis non pugnauerit, fit infamis. Qui autem accepit pecuniam, ut artem ludicram ostendet, si eam non ostenderit, non fit infamis. Imperial. autem liber 2. 4. tit. 2. cap. 14. sic habet in principio: Qui scit suam vxorem fornicari, & tacet, leno est.

De spectaculis, & ludicris, Syn. Carth. can. 15. 60. 61. Syn. 6. can. 51. 52. 62. 65. 71. 96. c. Quomodo peraguntur spectacula, & quomodo sit eorū sumptus, & quod potest Magistratus, ea quæ ad spectacula pertinent, ad mutorū reparationē, ad rēpus deputare lib. 11. Cod. tit. 40. 41. & 45. 44. autē tollit spectaculū eorū qui pugnant in singulari certamine. Reliqua autem capita posita sunt in 38. tit. 60. lib. Imp. quæ docent de lenonibus: & iubēt per regionis Episcopum manumitti seruos, qui aliquid turpe facere coguntur. Et lege totum tituli, & Iustiniani nouellam, quæ in eo est, valde punientem meretricum exercitium, & quencunque lenonem.

De furibus, sepulchrorū effossoribus, & latronibus, & sacrilegis Basil. can. 61. 66. Greg. Nyss. can. 6. 7. 8. lege etiā quæ adscripta sunt in 27. cap. 9. titu. præfentis operis. De furibus autē dicit lib. 48. tit. 19. cap. 28. quod qui ad prædas agendas incurfiones faciūt, sunt similes latronibus & si hoc cum ferro faciāt, & sæpe etiam in viis, capite puniuntur: reliqui autē re-legātur, vel deportātur. Famosi autē in furca suspēdūtur vel ad bestias dānātur in iis locis in quibus depredati sunt. Secūda autē cōsti. 18. tit. 7. lib. Cod. quæ iis qui erāt ex familia latronū, & Imperat. potestate ac auctoritate fiscali serui facti sūt, negatur libertas.

Cap. 21. De Scenicis, & Mimis, & similibus, qui agūt pœnitentiam, Syn. Carth. can. 45. 63. Syn. 6. can. 51. 23. 4. tit. quinti libri constit. & 22. & 29. magnas pœnas lenonibus inferunt, & iis qui cogunt ancillas vel liberas cum Mimis habere consuetudinē, vel præesse theatris, & dant eis potestatem recedendi, & cum doctibus, si possint, vel claris hominibus se matrimonio coniungendi, & ab infamia liberantur. De scenicis autem, & spectaculis, & lenonibus, est specialis titulus 40. i. libri Cod. Scena autem est vbi quis stat vel mouetur, scenicam artem ostentans, siue in loco publico, siue priuato, vel in agro, quo homines spectaculi gratia confluētē ingrediuntur. Sunt autem omnes infames, qui in certamen propter lucrum descendunt. Vel qui propter gloriæ cupiditatem in scenam procedūt. Qui autem seipsum ad artem ludicram locauit, nec prodiit, non fit infamis. Et qui seipsum locauit ad pugnam cum beluis, nisi forte esset leo, vel aliqua alia mansuetata belua. Sed non is etiam qui sine mercede cum feris depugnauit, si

voluit in eis venandis laudem assequi. Qui autem seipsum locauit, etiam si non cum beluis depugnauerit, fit infamis. Sed non is qui mercedem accepit ad oppugnandam beluam quæ regionem deuastat. Non est autem ars ludicra, ars athletica, nec irrogat infamiam, nec eorum qui dicunt in olympiis & iustis, nec eorum qui in xysto decertant, nec aurigarum, nec eorum qui aliter in sacris certaminibus ministrant, nec eorum qui equis aquam aspergunt, nec agonothetarum. Est autem leno, qui turpem quæstū ex liberis vel ancillis facit, siue hoc principaliter faciat: siue ab occasione alterius negotiationis has personas habeat, ut caupo, vel hospes, vel balnearius. Et qui sicut in seruitute leno, etiam postquam liber factus fuerit, fit infamis. Hæc omnia sita sunt in lib. 3. tit. 1. cap.

BALS. De iis qui mortuorum thecas contrahunt, ut suscipiantur que sunt in eis, lege xvi. Imperatoris Domini Leonis sapientis novellam, qua definit eos qui illius semel conuicti sunt, veniam dari: eos autem qui hoc malum rursus ausi fuerint, per fustuarium & conjuram corrigi. Existimo autem hanc novellam non habere locum datam in sepulchrorum effossionibus. Aliud enim est mortuorum reliquias transferre: & aliud, furta animi affectione aliquid ex iis que sunt in ipsis surripere, & si hoc quoque abusive sepulchrorum effossio appellatur. lege autem xxvij. caput viij. titul. presentis operis, quod docet circa finem de sepulchrorum, que proprie dicitur, effossione.

Cap. 24. Non esse in nuptiis saltandum, vel tripudiandum, Syn. Laodic. can. liij.

Cap. 25. Non oportere viros vnà cum mulieribus lauari, Syn. Laodic. can. xxx. Syn. vj. can. lxxvij. lege etiam que adscripta sunt in xxxj. cap. viij. titu. presentis operis.

Cap. 26. De eo qui infirmos irridet, Apost. canon lvij.

Cap. 27. Non oportere mulieres ad altare ingredi, eo quod eis solis qui sunt sacerdotalis ordinis licet in altari communicare, Syn. lao. can. xix. xliij. Syn. vj. can. lxx.

Cap. 28. Non esse ex symbolis facienda cõiuuia, Syn. Laodic. canon lv.

Cap. 29. De iis qui ludunt aleis, vel inebriantur, Aposto. can. xliij. Syn. vj. can. l. Prima const. xliij. tit. ij. libri Cod. dicit quod ab eo qui in alea victus est non petitur, & si soluerit, perpetuo ab eo qui vicit eiusque heredibus repetit etiam post xxx. annos. Sinautem nolunt recipere, quicunque vult, & maxime ciuitatis in qua hoc factum, est pater, vel defensor, repetit, & impendit in opera ciuitatis, & que in alea facta est cautio est irrita, & repetitur. Si quis autem sub aleæ specie lupinis vel aliqua alia materia victus sit, non conuenitur, episcopis habentibus potestatem hæc querendi, ferentibus auxilium Patribus, & Magistratibus, & Defensoribus. Licet autem solum ludere monobolo & contomonobolo & cynanocontace absque porta & perichyta & hippice absque arte & callida inuentione. Et qui valde quidem sunt diuites, vltra vnum solidum non ludunt, cæteri autem longè minus. Quod est autem amplius non petitur, & datum restituitur. Eorum autem curam gerunt Magistratus, pœna x. librarum imposta iis qui transgrediuntur, vel ea etiam transgrediri permittunt. Ij. eiusdem tituli. constituit, dicit, quod nec iis que lignea equestria dicuntur, nec vilo alio alcarum ludo licet ludere: præterquam iis que permissa sunt in præcedente constitutione, & loca in quibus ludunt eiusmodi equestribus, publicantur, & que data sunt redduntur. Vel si ij qui ea derunt, nolint recipere, præfectus vrbis ea exigit, & præfides prouinciarum, & Ciuitatum operibus applicantur.

BALS. Prima constit. xliij. titu. ij. libri Cod. est caput v. viij. titu. lx. libri. Imp. quod sic dicit: Constit. ludos prohibet, quinque exceptis, & decernit quamnam pœna aleatoribus imponantur, permittens etiam præfecto vrbis, & prouinciarum præfibus, & episcopis ea querere & prohibere, & omnes qui in his sunt, legitimos contractus euertere. Dat autem actionem in quinque ludis permissis, & exactionem eorum que iis nominibus debentur: decem librarum pœnam statuens in eos qui permittunt transgredi constitutionem. Caput vi. viij. tit. viij. libri Imp. sic dicit aperte: Constit. prohibet ea que di-

δουλοειν
καταδικασθησιν
αυτων
καταδικασθησιν
αυτων
καταδικασθησιν
αυτων
καταδικασθησιν
αυτων
καταδικασθησιν
αυτων

cuntur lignea equestria, quod victum est ab iis qui ludunt exigens, & publicationem earum adiuvant decernens in quibus hi ludi fiunt. datur autem etiam ei qui victus est, & soluit, restitutio, vel si nolint recipere, iubet ea impendi in opera publica illius Ciuitatis. Nota ergo, quod non situm est in Imp. repetitionem eorum que pro ludo prohibito data sunt, excedere annum tricesimum: Similiter nec diuites ludere vsque ad vnum solidum & multa alia, & quoniam hæc ita habent, debes dicere, quod etiam de ludis eiusmodi, actiones xxx. annis excluduntur, sicut & omnis personalis actio & in quinque ludis permissis licet ludere, vt partibus visum fuerit, & non ad vnu vsque solidum, vt volebat lex veteris. Scias autem quod μολοδολογ dicitur cursus, & ποτομοιοδολογ saltatio & κωντανοβολογ sine porta, iaculatio sine cuspidibus seu ferro, à quodam Quinto sic appellata. & εικωνη λυττα. Et ιερωνι equorum cursus. De equestri autem ligneo fuit aliquando controversia apud Tribunal Imperatoris. Quidam dicebant quidem id esse eum ludum, qui sepe fit à pueris extra circum equestrum, loco equorum hominibus ad curram agendum venibus. Nonnulli autem dicebant hoc esse aliquod instrumentum ligneum, quod per scalas obliquas erigitur, que in medio habent multa foramina. Qui enim in eo ludo deponunt quatuor glebas diuersæ tintas in scalarum fastigio ponentes, in decliue emittunt & prima gleba, que exit per foramina ex ultimo foramine, dat ei qui ipsam habere potest victoriam. Mihi ergo videtur hunc secundum ludum à lege dissuadere, & puniri, vt qui aleæ specie quandam habeat. De Clericis autem alea ludentibus lege etiam lxxxvij. novellam Imperatoris Domini Leonis sapientis.

De iis qui sunt dæmoniaci, Apost. can. lxxix. Syn. vj. can. lxxvj. Timothei canon ij. iij. xliij. & xv. Dicit liber v. Cod. tit. lxx. constit. iij. quod si mulier que est sui iuris, infaniam, solus maritus ei potest mittere libellum repudij. In xxij. aut cap. ij. tit. xxiiij. libri dicitur, quod si vnus eorum qui cohabitât infaniam, ipse quidem non potest repudium mittere. Si est autem furor tolerabilis, siue perpetuus, siue qui dilucida habeat interualla, non debetis qui est sanæ mentis mittere ei qui furit, libellum repudij. Sinautem mittat, cadit in pœnas iniusti diuortij. Si verò est furor intolerabilis, & non est spes vt conualescat, licet propter eum metum, & procreandi desiderium, repudio soluere matrimonium. Quod si non soluit matrimonium, sed eam negligit, cogitur per Magistratum eam alere, & eius curandæ curam gerere, & nihil eorum omittere que virum decent, pro quantitate dotis. Sinautem dotem dissipat, fideiuber, vt vxor, & eius familia habeant ex eo quod par est solatium, iis seruatis que ab initio conuenerunt. Sed hæc hodie non procedunt: nec propter furorem iuste soluitur matrimonium, cum cxvij. de repudiis nouella causam aperte dicat, & eum qui præter eas mittit repudium, nuptialium donationum priuationi & aliis pœnis subiiciat.

BALS. Quod Latine est diuortium, xxij. cap. ij. tit. xxiiij. libri, appellat δεισιος est autem δεισιος sonus Musicus, qui sic à Philosophis dicitur, & Diapason harmoniam separare, ex quo etiam dicta est δεισιος. Cum itaque coniuges vnus harmonia locum obtineant (erunt enim, inquit, duo in carne vna) si ex iusta causa quomodocumque fiat sciunctio ac separatio inter ipsos, dicimus fieri δεισιος. In sponsis autem non habet proprie locum diuortium: sed repudium. Nondum enim factò matrimonio nec secuta copula, etiam si spon si videantur conuicti, sunt tamen separati corporibus, vt que sunt sub iugo animalia: legis latoribus tamen visum est, vt citra vllum discrimen, repudium

l. Cum re-
C. de Cura-
tore furios.
l. Si mari-
tus. ff. Solutio
matrimo.

Cap. 31. De laico segregato, & ab alio suscepto præter eius voluntatem qui eum segregauit, Apost. can. ij. xliij. Syn. Antioch. can. vj.

Cap. 32. De iis qui in dominico vel sabbato ieiunant, Apost. canon lxj. lxij. Synod. Gangr. canon xvij. Syn. vj. canon lv. lvj.

Cap. 33. De iis qui docent domum Dei & congregationes esse aspernandas, Syn. Gangr. can. v. xx.

Cap. 34. De laicis qui conantur ea infirmare que in Synodo Ephesina acta sunt, Syn. Ephesina can. vj. lege que adscripta sunt in xliij. cap. xj. titu. presentis operis.

Cap. 35. De iis qui audiunt scripturas, & non ad finem vsque perseverant, vel non communicant, Apost. can. ix. Syn. Antioch. can. ij.

Cap. 36. De iis qui seorsum in ecclesia congregantur, Syn. Gangr. canon vj. Synod. vj. canon xxxj. lix. lege que adscripta sunt in xliij. cap. ij. tit. presentis operis.

Cap. 37. De eo qui desiderauit dormire cum muliere, & non fecit, Syn. Neocæsar. can. iij.

Cap. 38. De iis qui ieiunant quadragesimam, quartam, & quintam feriam, Apost. can. lxix.

Cap. 39. De iis qui ecclesiæ auferunt ceram vel oleum, Apost. can. lxxij.

De laicis qui propter iniquitatē excommunicati sunt, Theophili ex epistola ad Menā episcopum. Non debere laicos docere, Syn. sextæ can. lxiiij. Cap. 41.

TITVLVS XIII.

De communibus omnibus hominibus.

De auaritia, Gregorij Nysseni, can. vj. Cap. 2.
De iis qui cum brutis coeunt, Syn. Ancyr. canon xvj. xvij. Basilij can. lxiiij. Gregorij Nysseni, can. iij. Cap. 2.

De homicidis & latronibus, Apost. can. lxxv. Syn. Ancyr. can. xxj. xxij. xliij. Basil. can. vij. viij. xi. xliij. xxxij. xliij. lj. liij. lv. lvj. Gregorij Nysseni canon iij. Cap. 3.

Oportere excommunicatos comunicare cum sunt morituri: & quid fiet si cum comunicauerint, non moriantur, Syn. Nic. can. xij. Greg. Nysseni can. v. Cap. 4.

De eo qui somniauit, vel abest à cubili suæ vxoris, & vult communicare, & quibusnam diebus oporteat à mutua coniunctione propterea abstinere, Dionysij ex epistola ad Basilidem can. iij. iij. Timothei can. v. xij. xliij. Cap. 5.

Quomodo sit oblatio pro eo qui sibi mortem conscium, Timothei can. xliij. Cap. 6.

De eo qui habet vxorem Dæmoniacam, & vult propterea aliam accipere, Timothei can. xv. Cap. 7.

BALS. De presentis capite, satis scriptum in xxx. cap. xliij. titu. presentis operis, & lege que in eius scholio visa sunt, nouellas Imperatoris Domini Leonis Philosophi. & dicit fieri ita vt ea volunt, Dæmoniacorum diuortia.

S. LVDOVICI GALLIARVM REGIS CHRISTIANISSIMI PRAGMATICA SANCTIO.



VDOVICVS Dei gratia Francorum Rex, ad perpetuam rei memoriam. Pro salubri ac tranquillo statu Ecclesiæ regni nostri nec non pro diuini cultus augmento & Christi Fidelium animarum salute, vtque gratiam & auxilium omnipotentis Dei cuius soli ditioni atque protectioni regnum nostrum semper subiectum extitit, & nunc esse volumus, consequi valeamus: Quæ sequuntur, hoc Edicto consultissimo in perpetuum valituro statuimus, & ordinamus.

1. Primum vt Ecclesiarum regni nostri, prælati, patroni, & beneficiorum collatores ordinarij, Ius suū plenarium habeant, & vniciueque sua Iurisdictione bite seruetur.
2. Item Ecclesiæ cathedrales & aliæ regni nostri, liberas electiones, & earum effectum habeant.
3. Item Symoniæ crimen pestiferum Ecclesiam labefactans à regno nostro penitus eliminandum volumus & iubemus.
4. Item promotiones, collationes, prouisiones prælaturarum, dignitatum, vel aliorum quorumcumque beneficiorum, Officiorum Ecclesiasticorum regni nostri, secundum dispositionem, & ordinationem, & determinationem Iuris communis, sacrorum Conciliorum Ecclesiæ Dei, atque Institutorum ant-

ti quorum sanctorum Patrum fieri, volumus pariter & ordinamus.

Item libertates, franchisias, immunitates, prærogatiuas, iura & præuilegia per incliæ recordationis Francorum reges prædecessores nostros, & successiue per nos, Ecclesiis, Monasteriis, atque piis locis religiosis, necnon personis Ecclesiasticis regni nostri cõcessas & concessas, innouamus, laudamus, approbamus, & confirmamus per præfentes: harum tenore, vniuersis iusticiariis, officariis, & subditis nostris, ac Loca tenentibus præfentibus & futuris & eorum cuiuslibet pro vt ad eum pertinuerit, districte præcipiendo mādamus, quatenus omnia & singula prædicta, diligenter & attente seruent, teneant & custodiant, atque seruari, teneri, & custodiri inuoluntate faciant, nec aliquid in contrarium quouis modo faciant vel attemptent, seu fieri vel attemptari permittant: Transgressores aut cõtrafacientes, iuxta casus exigentiam, tali pœna plectendo, quod ceteris deinceps cedat in exemplum: In quorum omnium & singulorum testimonium, præfentes literas, sigilli nostri appensione muniri fecimus. Datum Parisiis Anno Domini 1268. mense Martio.

Explicit Sanctio Pragmatica tempore sancti & Christianissimi Francorum Regis Ludouici, solemniter, & salubriter edita. HHh iij

S. LVDOVICI REGIS GALLIARVM CHRISTIANISSIMI MEMORABILE CVM RAIMVNDI TOLOSATVM Comite Arriano, Fœdus.

Sententia Remundi vteris Comitis Tholosani.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amc. Ludouicus Dei gratia Francorū Rex. Nouerint vniuersi præsentis pariter & futuri. Quod cum Remūdi filius Remūdi quondā Comitis Tholosani dum excōmunicatus per-

Excommu-nicatio an-nalis com-pellit excō-municatū.

do in ipsa institutione iurare quod omnia supradicta obseruabunt ita quod si negligentes in his re-

Decimas laici non possideant.

vſque ad decennium, ſimiliter annuatim vterque Decretistarum habebit 30. marchas vſque ad decennium, ſinguli magiſtri artium habebunt marchas 20, vſque ad decennium, vterque magiſtrorum Artium Gramaticis habebit ſimiliter anti in 10. marchas vſque ad decennium. Statim poſt abſolutionem ſuā aſſumer pro pœnitentia ſua crucem manu dicti Le-

Pœnitentia Remundi iſtev lra mare.

Remundi filia Regis fratri cum diſpenſatione nubuit.

Terræ reli-ctæ Comiti Remundo.

eis (ſaluis cōditionibus ſupradictis tam de ciuitate Tholoſæ, & Episcopatu Tholoſano, quàm de terra alia ſuperius nominata) & in mortepias Eccleſias facere poſſit ſecundum ius & conſuetudinem Baro-

ſor. bon. vel melius vt paulò in fra viuam.

Iuramen-
tum Comi-
tis.Renouatio
Iuramenti.

forciatas bene poterit facere idem Comes in terra A
quæ dimittitur ei : si verò aliqua villarum & ca-
strorum quæ debent dirui, vt dictum est, essent ho-
minū suorū & nollēt quòd diruerentur, idē Comes
faciet viuā guerram, nec pacē vel treugas sine ascē-
su Ecclesiæ, & nostro cū eis faciet donec diruantur
muri & impleātur fossata . Omnia supradicta iura-
uit & promisit nobis & dicto Legato præfatus Co-
mes se firmiter perpetuò seruaturum bona fide sine
fraude & malo ingenio, & q̄ faciet bona fide ab ho-
minibus & vassalis & fidelibus suis firmiter obser-
uari, & idē iurare omnes ciues Tholosanos, & alios
homines terræ quæ dimittitur illi, & addetur iura-
mēto eorū quod ipsi dabunt operam efficacē quod
ipse Comes seruet ea, & si idē venerit cōtra prædicta
vel aliquod prædictorū, ipso facto de voluntate eius
sint absoluti, & nūc ipse absoluit eos à fidelitate &
homagio & omni alia obligatione quibus ipsi tenentur
ei, & adhærebunt Ecclesiæ & nobis cōtra ipsū nisi
infra quadraginta dies postquā fuerit monit⁹ emē-
daverit vel iuri stererit coram ecclesia de iis quæ ad
Ecclesiā pertinet, & iuri coram Rege de his quæ ad
Regē pertinent, & tota terra ipsa quæ dimittitur ei
inciderit in Cōmissum Regis, & erit idem Comes in
co statu in quo nunc est quo ad Regē & quo ad ex-
cōmunicationem & omnia alia quæ fuerūt statuta
cōtra ipsum & patrē suū in cōcilio generali, vel po-
stea, addetur autē iuramento ipsorū quod ipsi iua-
bunt ecclesiā cōtra hæreticos, fautores, credētes &
receptatores eorū & cōtra omnes alios qui occasio-
ne hæresis vel contēptus excōmunicationis eccle-
siæ, contrarij existent in terra quæ dimittitur eis &
in terris aliis supradictis, & Regem iuuabunt, &
quòd eis faciant viuam guerram donec ad manda-
tū ecclesiæ reuertantur, & renouabunt iuramēta de
quinquennio in quinquennium ad mandatum Re-
gis, vt autē omnia supradicta adimpleātur, & Eccle-
siæ, & nobis plenius & melius obseruentur, tradet
pro securitate ecclesiæ & nostra in manibus nostris
castrum Narbonæ, & tenebimus vsque ad decēniū
& muniemus & Inforciabimus si visum fuerit ex-
pedire. Item dabit nobis pro securitate ecclesiæ, &
nostra in manibus nostris, caput Castri noui, ca-
put castri Vauri, castrū de Mōre acuto, pennā de A-
genefio, & rippam Perusii, castrū de Cordua, castrū
Verdunū, castrū de villa muro, & vsque ad decēniū
tenebim⁹ ea. Ita quod primis 5. annis si voluerimus
tenere, faciemus expensis propriis custodiri, tamen
poterimus si placuerit ecclesiæ, & nobis diruere 4.
castra de prædictis, videlicet caput castri noui, ca-
put castri Vauri, Villamurū, & Verdunū, & propter
hoc nominetur prædicta summa 1500. librarū tu-
ronens. redditus, & prouentus castrorū omnia quę
Iure dominij percipiuntur, erūt Comitis & nos ad

sumptus in omni tenebimus capita ipsorū castrorū
& Corduā, Et idē Comes tenebit ibi Balliuos suos
nō suspectos Ecclesiæ & nobis, qui faciēt Iusticiam
hominibus, & recipiēt redditus & prouētus prædi-
ctos. Post decēniū autem restituemus dicta capita
castrorum & Corduam dicto Comiti liberē saluis
cōditionibus supradictis, & si prædicta omnia quā-
tum ad Ecclesiā & nos sunt obseruata. pennā autē
de Albigefio tradet nobis ad Kal. Aug. proximas
cum aliis castris detinendā à nobis vsque ad decen-
nium, si vero illam non poterit habere vsque ad ter-
minum illū, extūc obsideri faciet & viuam guerram
quo vsque ipsam habeat, nec pacē nec treugam fa-
ciet cū ipso qui tenet eam vel tenebit donec ipsam
habeat: non tamen propter hoc retardabitur pere-
grinatio transmarina de qua superius est ordinatū.
Et si vsque ad annuū integrū post ipsas kal. Aug.
tradiderint nobis prædictā pennā de Albigefio, erit
in conditione supradictorum castrorū .i. quod red-
demus ei quando reddemus alia castra. Si vero post
annū prædictū, ipsam pennā Albigensem non pote-
rit assignare, Extunc tradet eam in Ecclesiam tem-
plariis vel hospitalariis, aut aliis religiosis saluis he-
reditatibus eorū qui se tenent ex parte nostra possi-
dendam ad voluntatem Legati vel Ecclesiæ Roma-
næ, tali conditione quod ipsi non alienēt ipsam de
manu sua, nec de ipsa guerram faciant dicto Comi-
ti nisi de mandato Ecclesiæ. Et si non poterunt ali-
qui inueniri qui velint eam habere, diruatur omni-
no, nec possit reedificari sine voluntate Ecclesiæ
Romanæ & nostræ, & ipsius Comitis. Item donec
dictam pennā de Albigefio tradat vel Templariis
vel aliis Religiosis sicut dictum est, tenebimus pro-
pter hoc obligatum pennam de Agenefio & castrū
Narbonæ: si autem infra decennium det pennā de
Albigefio Templariis vel hospitalariis vel aliis reli-
giosis vt dictum est, post decennium sub precibus
nostris tenebimus si voluerimus illa duo castra pre-
nominata quāto tempore distulerit tradere pennā
de Albigefio, & si post decennium pennā de Albi-
gesio non vt acquisita tandiu post tempus memo-
ratū tenebimus illa duo castra quousque ipsa pen-
na sit restituta & assignata sicut superius est ex-
pressum. Et nos soluimus quantum ad nos per-
tinet, ciues Tholosanos & alios homines terræ,
qui ipsi Comiti tenentur ad iuramentum, & aliis
obligationibus factis, nobis & patri nostro &
Comitibus Montisfortis se obligauerant: vn-
quam in dominium ipsius Comitis vel patris
eius reuertentur, saluis in omnibus & per omnia
conditionibus supradictis, vt autem omnia præ-
dicta rata maneant, præsentem paginam sigilli no-
stri auctoritate, & Regij nominis Characterē in-
ferius annotato fecimus communiri.

*Diuina Liturgia, & alia quæ ad Sacramentorum rationem pertinent, huiusque
Bibliotheca Tomum sextum conficiunt, Scriptorum Ecclesiastico-
rum Opuscula, hoc loco finem habent.*

FINIS.

*Por sompion delos senos mquisidores expurgue este libro segun el expurga toico del
Hern. de Toledo en 6 de Marzo de 1612.*

Hern. Ramirez